

A propos de ce livre

Ceci est une copie numérique d'un ouvrage conservé depuis des générations dans les rayonnages d'une bibliothèque avant d'être numérisé avec précaution par Google dans le cadre d'un projet visant à permettre aux internautes de découvrir l'ensemble du patrimoine littéraire mondial en ligne.

Ce livre étant relativement ancien, il n'est plus protégé par la loi sur les droits d'auteur et appartient à présent au domaine public. L'expression "appartenir au domaine public" signifie que le livre en question n'a jamais été soumis aux droits d'auteur ou que ses droits légaux sont arrivés à expiration. Les conditions requises pour qu'un livre tombe dans le domaine public peuvent varier d'un pays à l'autre. Les livres libres de droit sont autant de liens avec le passé. Ils sont les témoins de la richesse de notre histoire, de notre patrimoine culturel et de la connaissance humaine et sont trop souvent difficilement accessibles au public.

Les notes de bas de page et autres annotations en marge du texte présentes dans le volume original sont reprises dans ce fichier, comme un souvenir du long chemin parcouru par l'ouvrage depuis la maison d'édition en passant par la bibliothèque pour finalement se retrouver entre vos mains.

Consignes d'utilisation

Google est fier de travailler en partenariat avec des bibliothèques à la numérisation des ouvrages appartenant au domaine public et de les rendre ainsi accessibles à tous. Ces livres sont en effet la propriété de tous et de toutes et nous sommes tout simplement les gardiens de ce patrimoine. Il s'agit toutefois d'un projet coûteux. Par conséquent et en vue de poursuivre la diffusion de ces ressources inépuisables, nous avons pris les dispositions nécessaires afin de prévenir les éventuels abus auxquels pourraient se livrer des sites marchands tiers, notamment en instaurant des contraintes techniques relatives aux requêtes automatisées.

Nous vous demandons également de:

+ *Ne pas utiliser les fichiers à des fins commerciales* Nous avons conçu le programme Google Recherche de Livres à l'usage des particuliers. Nous vous demandons donc d'utiliser uniquement ces fichiers à des fins personnelles. Ils ne sauraient en effet être employés dans un quelconque but commercial.

+ *Ne pas procéder à des requêtes automatisées* N'envoyez aucune requête automatisée quelle qu'elle soit au système Google. Si vous effectuez des recherches concernant les logiciels de traduction, la reconnaissance optique de caractères ou tout autre domaine nécessitant de disposer d'importantes quantités de texte, n'hésitez pas à nous contacter. Nous encourageons pour la réalisation de ce type de travaux l'utilisation des ouvrages et documents appartenant au domaine public et serions heureux de vous être utile.

+ *Ne pas supprimer l'attribution* Le filigrane Google contenu dans chaque fichier est indispensable pour informer les internautes de notre projet et leur permettre d'accéder à davantage de documents par l'intermédiaire du Programme Google Recherche de Livres. Ne le supprimez en aucun cas.

+ *Rester dans la légalité* Quelle que soit l'utilisation que vous comptez faire des fichiers, n'oubliez pas qu'il est de votre responsabilité de veiller à respecter la loi. Si un ouvrage appartient au domaine public américain, n'en déduisez pas pour autant qu'il en va de même dans les autres pays. La durée légale des droits d'auteur d'un livre varie d'un pays à l'autre. Nous ne sommes donc pas en mesure de répertorier les ouvrages dont l'utilisation est autorisée et ceux dont elle ne l'est pas. Ne croyez pas que le simple fait d'afficher un livre sur Google Recherche de Livres signifie que celui-ci peut être utilisé de quelque façon que ce soit dans le monde entier. La condamnation à laquelle vous vous exposeriez en cas de violation des droits d'auteur peut être sévère.

À propos du service Google Recherche de Livres

En favorisant la recherche et l'accès à un nombre croissant de livres disponibles dans de nombreuses langues, dont le français, Google souhaite contribuer à promouvoir la diversité culturelle grâce à Google Recherche de Livres. En effet, le Programme Google Recherche de Livres permet aux internautes de découvrir le patrimoine littéraire mondial, tout en aidant les auteurs et les éditeurs à élargir leur public. Vous pouvez effectuer des recherches en ligne dans le texte intégral de cet ouvrage à l'adresse `http://books.google.com`



UNIVERSITEITSBIBLIOTHEEK GENT

000033293

Google



H. 967

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

n. 967

JUSTI LIPSI

V. C.

OPERA OMNIA,

POSTREMUM AB IPSO AUCTA

ET RECENSITA:

NUNC PRIMUM

COPIOSO RERUM INDICE

ILLUSTRATA.

Tomus Quartus.

VESALIÆ,

Typis ANDREÆ ab HOOGENHUYSEN,

Typogr. Ord. M. DC.LXXV.

Digitized by Google

Digitized by Google

JUSTI LIPSI
POLITICORUM
SIVE
CIVILIS DOCTRINAE
LIBRI SEX.
QUI
AD PRINCIPATUM
MAXIME SPECTANT.

Additæ NOTÆ auctiores, tum & DE UNA RELIGIONE liber.

Digitized by Google

TYPOGRAPHE;
QUISQUIS ES,
ROGAMUS,

Ne absque nostro arbitrio aut jussu hæc recudas.

Minuta quædam hîc servavimus, in Punctis, Intervallis, Notulis, Verborum discriminibus, haud facilè per te servanda: sed quæ neglegi tamen aut inverti sine noxâ Operis non possunt.

Digitized by Google

IMPERATOR, REGES, PRINCIPES,

AMPLUM & illustre vestrum munus est, quod sustinetis. Quid majus inter homines, quam unum præsse pluribus; leges & jussa ponere; maria, terras, pacem, bella moderari? Divinitas quædam videtur hæc dignitas: & est profecto, si salutariter atque ex usu publico administretur. Sed hoc quàm arduum sit, cùm ratio nos docet, tum exempla. Illam si inspicimus, quantæ molis ab uno capite tot capita coërceri, & universam illam multitudinem, inquietam, discordem, turbidam, leniter redigi sub commune quoddam Obedientiæ jugum? Si hæc; quàm pauci ab omni ævo reperti, qui laudabiliter hoc munere functi & defuncti? Nimirum majus quiddam est quàm imperiti suspicentur, cursum rectum in undoso illo mari tenere, & in summâ Fortuna non abripi licentiæ ventis. Quàm multis virtutibus opus est, quibus velut anchoris hæc navis firmetur? quam varia Prudentia, quo velut clavo gubernetur? Ut verissimè dixerim, difficile esse homini in hominem imperium: nec unius mente unquam dirigendum. Ideò meritò laudandi Sapientes, quibus olim & nunc hæc cura, ut salutarium monitorum face prælucerent imperanti. Qua enim in re meliùs mereantur de genere humano? In moribus aut scientiis aliquid præcepisse, laudem & usum habet: & non magis in regno & administratione civili? cùm illic unum aliquem civem meliorem doctioremve facias; hic, in uno omnes. Nam ita profectò est: arcta quadam cathena devincti sumus, qui imperamur, cum imperante. & ut in corpore mens sana aut insana

Digitized by Google

sana esse non potest, nisi ut pariter vigeant aut langueant ejus functiones; non item in hac societate, Princeps. Ad virtutem ille præit? sequimur. ad vitia? inclinamus. Benè beatéque agit? floremus. improspere? labimur aut ruimus cum illo. Atque ut à sole in subjecto hoc orbe lux aut tenebræ: sic à Principe apud subditos prava pleraque aut recta. Cæsar ille non animosè magis quàm vere dixit:

Lucan. 5.

— *Procerum motus hæc cuncta sequuntur:*
Humanum paucis vivit genus.

Ergo eximia hæc ratio de Republica benè merendi, de Principe benè mereri: id est, ducere eum & dirigere ad metam illam Publici boni. Nam hic, ne erretis ô Principes, vester finis. Præestis hominibus, sed hominum caussa: nec domini modo & arbitri rerum, sed tutores & administri estis. Mali improbíque illi, qui in imperio non nisi imperium cogitant; superbi, desides; & qui se non civibus datos arbitrantur, sed sibi cives. Nam sicut sidera illa splendorem habent, sed ut usibus mortalium deserviant: sic vos dignitatem, sed cum munere officióque devinctam. Collata est in sinum vestrum à Deo hominibúsque Respublica: sed nempe in sinum, & ut foveatur. O verè justum & legitimum illum Principem, qui in summo fastigio, non magnus magis quàm bonus audire desiderat, & duas res diversissimas, Potentiam ac Modestiam, miscet! Quem prodeuntem, certatim velut beneficium & salutare quoddam numen adspiciunt: inter amorem timoremque medii, & alternis judiciis ambigentes, Dominum salutent an Patrem. Hæc illa sunt, Principes, præclara, tuta: ad quæ veteres & ego vos vocamus. audite. nec ideò consilia nostra aspernemini, quia estis supra jussa. Nam ut illud in Principatu beatissimum est, non cogi: ita miserrimum non suaderi. Sunt apud vos fateor, qui consilii sui copiam assiduè faciant: sed utinam consilii fidi sem-

per

Digitized by Google

per & recti! Alphonſus olim, eximius ille regum, interrogatus, Qui eſſent optimi conſiliarii? Mortui, reſpondit, libros ſcilicet & hæc talia monimenta intelligens, qui nihil blandientes, nihil celantes, puram merámque propinant veritatem. Ea ut ſenſibus veſtris inſideat; & quæ optima ſunt aut per me cognoſcatis; aut mecum recognoſcatis; te qui Æterna Veritas es, ex imis ſenſibus precor. Valete,

IMPERATOR,
REGES,
PRINCIPES,

& ſalubriter diu regnate.

Digitized by Google

Sapient. cap. VI.

Si delectamini ſedibus & ſceptris ô reges populi, diligite Sapientiam, ut in perpetuum regnetis.

Seneca epiſt. XXXVII.

Si vis tibi omnia ſubjicere, te ſubjice Rationi. Multos reges, ſi ratio te rexerit. ab illâ diſces, quid & quemadmodum aggredi debeas.

Plutarch. Caton. Major.

Τῆς πολιτικῆς ἀνθρώποις ἀρετῆς ἀκμαιοτέραν πλοῦτος ἐργάζεται: *Virtute Politica præſtantiorem nullam homo aſſequitur.*

Digitized by Google

DE CONSILIO ET FORMA NOSTRI OPERIS.

QUISQUIS es, *Lector*, *paullum in vestibulo hoc siste. Non diu te morabor, nec ambitiosè addam muneri meo pompam: saltem Consilium instituti operis nosce, & ejus Formam. Quod nunc tibi damus*, POLITICA *esse vides. in quibus hoc nobis consilium, ut quemadmodum in Constantia cives formavimus ad patiendum & parendum; ita hic eos, qui imperant, ad regendum. Quod feciſſe ante me alios nihil abnuo: & eximiè feciſſe. in primis illos veteres: inter quos Plato præcellunt & Aristoteles: sed hic magis,*

Finis hujus scripti.

Prisci quoque in hac materie.

Quò minor est, quisquis maximus est minum.

Sed hi tamen de Repub. universa & communiter scripserunt: ego velut partem aliquam magni hujus agri colendam mihi sumpsi, PRINCIPATUM. *Quod ipsum etsi inter veteres suavissimus scriptorum Xenophon fecit: tamen parum profectò, si verum amas, distinctè aut plenè. & addo, quod in priscis aut barbaris illis ritibus, haud usquequaque convenienter ad hoc ævum. Nam qui nuper aut herè id tentarunt, non me tenent aut terrent. in quos, si vere loquendum est, Cleobuli illud vetus conveniat:* Ἀμαθία τὸ πλέον μέρος, λόγων τε πλῆθος: Inscitia in plerisque, & sermonum multitudo. *Nisi quòd unius tamen Machiavelli ingenium non contemno, acre, subtile, igneum: & qui utinam Principem suum rectà duxisset ad templum illud Virtutis & Honoris! sed nimis sæpe deflexit, & dum commodi illas semitas intente sequitur, aberravit à regiâ hac viâ. Cum veniâ igitur nos quoque hæc*

Sed non tam præstisse.

Nec tam nobis apte. Novitii plerique futiles.

Lips. in Cleob.

Machiavellus argutus:

Sed sæpe pravus.

Digitized by Google

Forma nova nostri operis. Concinnata ab aliis; Maximè ab Historicis.

scribimus: præsertim alio quodam & novo plane modo. Nam inopinatum quoddam stili genus instituimus: in quo vere possim dicere, omnia nostra esse, & nihil. Cùm enim inventio tota & ordo à nobis sint, verba tamen & sententias varie conquisivimus à scriptoribus priscis. idque maxime ab Historicis: hoc est, ut ego censeo, à fonte ipso Prudentiæ Civilis. Nec huc ambitio nos aut novitatis ventus impulit (ingenue id testor:)

Usum hoc habet:

sed tuus fructus. Quid utilius potui, quàm tot sententias in unum conducere; pulchras, acres, &, ita me salus amet, ad salutem natas generis humani? Nam quòd ego eadem dicerem: ecquando mihi eadem vis aut fides;

Et fidem.

Ut in uno aliquo telo aut gladio multùm interest, à qua manu veniat: sic in sententia, ut penetret, valde facit robusta alicujus & recepta auctoritatis pondus. Atqui ea veteribus adest. Nec verò nudas aut sparsas sententias dedimus; ne diffluerent, & esset, quod dicitur, Arena sine calce: *sed eas aut inter se haud indecenter vinximus, aut interdum velut cæmento quodam commisimus nostrorum verborum. Ad summam, ut phrygiones è varii coloris filo unum aliquod aulæum formant: sic nos è mille aliquot particulis uniforme hoc & cohærens corpus. Quod ipsum figuris etiam & vario sermonis ductu ornare ausus sum: ut non colorem solùm haberet, sed quasi spiritum & vitam. Hoc totum quàm arduum, in arduâ istâ materie, mihi fuerit, frustrà dixerim apud non expertum. Siquis volet, per tentamentum & jocum pauca aliquot capita concinnet in Populi aut Optimatium statu: nam eos non libavi, ἰδοὺ Ῥόδος, ἰδοὺ πήδημα:* Ecce Rhodus, ecce saltus! *Atque eò major mihi molestia, quòd per hæc aliena vestigia sic iverim, tamquam in liberrimo ingenii cursu. Definivi, divisi, excepi: & nihil omisi, quod faceret ad formam faciemque perfectæ artis. Rationes imò dictorum etiam ad-*

Centonem quemdam fecimus.

Sueton. Calig.

Figuras verborum sententiarumque miscuimus.

Script hujus moles & molestia.

Politica nos in artem redegimus.

didi

Digitized by Google

didi: non ignarus, pleroſque hominum, ut Catonem illum, affici; qui jam tum puer ita præceptori ſuo credebat, ut tamen identidem poſceret & cauſſam. Atque hac omnia, pro rerum quidem magnitudine, breviter præſtiti. Nec enim ad diſputationes aut amœnitates me diffudi: ſed preſſis habenis currum hunc, ut ſic dicam, continui intra orbitas Uſus & Actionis. Ea mihi in oculis, ideoque nec ad tenuium rerum monitiunculas abii, contentus Communia quadam præcepta dediſſe, & velut decreta. Nam legem *brevem eſſe oportet, ait Romanus noſter Sapiens, quæ jubeat, non diſputet. atque hoc ſervavi. Quid autem opus aliter? Ut is qui jaculari alium docet, ſatis habet manum oculoſque ejus dirigere ad certos quoſdam ſcopos: ille deinde arte eâ utitur in quocumque loco aut intervallo: ſic animus, qui ſemel principia iſta firmiter hauſerit, facilè ad alia transferet, nec monitorem in ſingulis requiret. Semen quamvis exiguum in bono ſolo ſparſim facile comprehendit & ſe explicat: breve item monitum in bona mente. Hac forma noſtri operis. quæ ut adſpecta ſtatim placeat, haud voveo: magis, ut inſpecta.* Πλάτων τὲ πολλὰ ὧν τινες συγγράφωσι, τοῖς Ἀδωνικοῖς κήποις εἰκάζει, ἐπὶ τῶν ἀρχῶν ἐφήμερον ἔχοντες ῥᾳδίως μαραίνονται: *Plato pleraque ſcriptorum cum Adoniis hortis comparabat, qui ſubitò & die uno nati, celerrime pereunt: ſpero haud id eveniet huic noſtro. quod laborioſe ſatum, vires magis à tempore capiet, & poëta verbis,*

Creſcet occulto, velut arbor, ævo.

Sed jam addo

Brevitati ſtudui-mus.

Et uſui, non pompæ.

Seneca in Epiſt. xcv.

Communia noſtra dogmata.

Trahenda ad res ſingulas.

Apud Stobæum in Ethic. Eclc.

Quæcito placent, non diu placent.

Ne mihi hoc eſto.

Horat. 1. Carm.

M O-

Digitized by Google

MONITA QUAEDAM,

SIVE CAUTIONES.

Curiosi hodie in aliorum scriptis, aut carpotores.

NAM futurum ut in varia judicia sive voces hic labor noster incurrat, valdè temporum & morum ignarus sim, nisi sciam. Omnes hodie in Politica ista re aliquid sapiunt aut vident atque etiam ii, qui nihil vident. Occurrendum igitur breviter his talibus est, siquid quærent aut carpent? & tu simul, Lector, instruendus, ut magis ex tuo meoque usu me legas. Ac primum, nisi fallor, Calumniæ telum erit in Obscuritatem hujus scripti. Tenebrosum est, inquient, nec omnia in eo liquent. Credo. sed quæ mea hîc culpa? scriptorum illa est, à quibus hausi: quorum, nescio quomodo, ut quisque prudentissimus, ita adstrictissimus est & pauci sermonis. Ego quid facerem? ponere illa talia, lex mei operis jussit; mutare aut addere, religio non permisit. Tamen huic rei subsidia hæc cape.

Obscuritas mihi objicietur.

Quæ faciam ut repellenda Repetitio.

I. Ut sæpius legas. Nam quod gladiatoribus imperari solet, utiliter ego hîc tibi, *repete.*

Discretio.

II. Ut discrimina verborum, quæ mea, quæ aliena sint, (nam litterarum figurâ disparavimus) seriò observes. Ad fidem cujusque Sententiæ hoc faciet, tum etiam ad intellectum.

Distinctio.

III. Ut distinctiones multò magis: id est, in fine cujusque clausulæ cola posita, semicola, puncta, aut bipuncta. Nam pro his sententia tibi tota terminanda est scilicet, aut sustentanda; videbisque universam oratio-

nem

Digitized by Google

tionem per membra ſua & periodos curioſè à nobis ſic diſcretam. Nec enim finis ſemper ſententiæ in fine clauſulæ: ſed pendet ea ſæpè ac hæret.

IV. Ut Notulas ubique adeas, quæ ad oram. Quas necti inter ſe reperies; &, magno tuo commodo, ſemper in iis Breviculum materiæ totius, imò & adſtringi ſæpè, ab iis aliquid aut explicari. Quæſo, obſerva, atque etiam hoc, ut Capitum ſummas præfixas non neglegas, eidem huic fini. *Notulæ.*

V. Denique, ut nequid in legendo aſperum te præbeas aut moroſum. Hoc aut illud non capis? ne damna aut abjice. ſed quod olim Socrates, cùm obſcurum Heracleti librum legiſſet, tu dicito: Laert. in Socrate. Ἃ μὲν σωῆκα, γενναῖα, οἶμαι ἔχειν, ἃ δὲ μὴ σωῆκα. *Quæ intellexi, proba ſunt; credo, & quæ non intellexi.* *Modeſta benignitas.*

Calumnia altera futura videtur, aut potiùs jam fuit, in meam Fidem. Non rectè, inquiunt, nec ex ſcriptorum mente quædam citas. Quàm riſi, cùm hoc audivi! Nam revera culpant inſciti homines, quod elegantior aliquis mihi det in laudem. Quî aliter potui, aut debui, in hoc ſcripto? Nónne enim Centonem quemdam concinno (tale omnino noſtrum opus) in quo liberi ſemper & laudati à ſententia iſti flexus? Conſulant poëtas, qui olim & nunc ſic luſerunt. Id unum modò ſpectandum eſt, nequid in ſententiam improbam aut ſalſam flectatur. quod neque iſti dicunt, nec verè umquam in me dicetur. Etſi profectò levicula hæc tota calumnia, imò vana. Nam nos amœnitatis iſto genere, in re ſcilicet ſeriâ, nimiſquàm raro uſi ſumus: &, de induſtriâ, locum ei non dedimus, niſi fortè in connexionibus, aut ad utilem aliquam ſententiam explendam. Nam tunc, cùm nihil ab aliis *Fides noſtra ſugillatur.* *Sed ab ignaris hujus ſcriptionis.* *Centonum mos & jus.* *Nos vix uſurpamus.* *Et quatenus.*

Digitized by Google

aliis directè sic dictum præ manu: quidni leviter aliquid nec indecorè torquerem? Licuit semper in hoc genere, & licebit. Nam illud omnino non excuso, quòd Auctorum verba non rigidè semper, & ut ab iis posita, repono: sed in Casu aut Tempore, pro orationis meæ conformatione, pauxillum inflecto. Constare aliter non potuit hic textus.

In re carpimur. At tertia Calumnia in ipsam Rem erit: idque varie. cùm hoc illi, hoc alteri displicebit: quoniam Solonis verissimo verbo,

Ἔργμασιν ἐν μεγάλοις πᾶσιν ἀδεῖν χαλεπόν. *Apud Plutarch. in Solone.*

Omnibus, in magnis, difficile est placeas.

Nostra hic rogatio. Huic adhuc incertæ quid opponam? preces. Tria hæc rogo, quicumque me leget.

Ne linguæ ignari judicent. I. Ut nemo temerè me arbitretur aut judicet, nisi sermonis Latii bene peritus. Nam qui leviter tantùm, (jam ante denuncio) potissimam non capiet scripti hujus partem.

Ne rerum civilium ignarus: II. Ut nemo, nisi qui rerum etiam peritus. Non tu aliquis è plebe: non tu etiam liberalior mea iventus. Nam etsi capere hæc potestis, non potestis judicare.

Ne quisquam propere. III. Ut etiam qui utriusque peritus, cunctanter tamen pronunciet & lente. Hoc aut illud offendit? sustine paulisper nigrum calculum, & ad NOTAS meas diverte. Nam eas duplici hoc fine ad finem adjeci: ut & ambigua quædam definirem, & obscuriora illustrarem. Quòd si ne ibi quidem tibi satisfacitur: tamen ut in ludo pilæ, alterius est commode mittere, alterius etiam, siquid erratum est, quàm bellissime excipere & arte corrigere; sic æqui Lectoris putabis, flectere quædam in benigniorem partem.

Notas adeunto.

Commodè ipsi interpretantor.

Sufficientibus premimur. Iam quarta & ultima, Calumnia, non in Rem dirigitur, sed in Opinionem: imò & est ab

Digitized by Google

ab Opinione. cùm homines ſcilicet malacuti & callidi, ſenſiſſe aut ſcripſiſſe me volent, quæ per ſomnium non ſenſi, non ſcripſi. Periculoſum, ita me deus amet, genus: ſed nimis per hæc diſſidia civilia crebrum. Referunt pleraque omnia ad unum hoc ævum: & quæ nos communiter diximus, ſic volunt accipi quaſi in Titium aut Sejum dicta. Imò vates etiam agunt, non lectores: nec ſumunt à nobis ſenſum, ſed adferunt, & mentem aliquam adfingunt ex ſua mente. O angues, ô viperæ! Fugio vos, fugio: & tamen vix effugio. Nam quid hîc remedii, niſi forte à votis: quæ ab imo pectore concipio. Abite à me Ophiogenes, abite Pſylli, nati venena tantùm exſugere librorum. Vos contrà adeſte mites & candidi, qui parati non impellere lapſantem, ſed benigna potiùs aliqua interpretatione levare. Nam ego me labi & errare, non poſſe ſolùm fateor, ſed debere. Nónne homo ſum? nónne æger ſum? ut nihil mirum, ſi in tam diutino iſto languore (per eum hæc ſcripſimus) memoria etiam & judicium langueant alibi aut vacillent. Sed valebit hoc mihi, ſpero, ad veniam, imò & ad gratiam. quoniam

Malum id hujus facti.

Nos detestamur.

Juvari optamus.

Et dolemus in hoc morbo.

Ut eſſe Phœbi dulcius lumen ſolet
Iam jam cadentis:

ſic noſtra debent abeuntium ſcripta.

ORDO

Digitized by Google

Digitized by Google

ORDO ET INDEX LIBRORUM SINGILLATIM & CAPITUM.

LIBER PRIMUS

DICENDA proponit. Duces duos sive directores dat ad Vitam civilem, Virtutem cum Prudentia. Utriusque naturam, & quæ adnexa, explicat: & universa operi substernit fundamenta. Seriem Capitum hanc habet.

I. SCOPUS & *materies mei scripti. Vita civilis definita. Virtus communiter laudata.* Pag. 7.

II. Pietas *Virtutis prima pars. Definita ea, & divisa in Sensum ac Cultum. Hic de Sensu dictum.* 8.

III. *De altero Pietatis membro, Cultu. Is definitus, & duplex factus. Pluria ad Religionem monita.* 10.

IV. *Fatum, appendix Pietatis. Quid illud, & à quo fit? quam vim habeat, & quem usum?* 11.

V. *Etiam Conscientia, Pietatis lacinia. Definio eam, divido. Tormentum ejus, si mala, ostendo: quietem, si pura.* 14

VI. *Alterum Virtutis membrum, Probitas. Quid eam hic appellem? Brevia & universalia ad hanc præcepta.* 15.

VII. *Ad prudentiam transitum, qui Rectorum alter. Necessitas ejus ostensa. Definitio posita, & expositа. Partes ejus, & utilitas.* 16.

VIII. *Quid signat Prudentiam? Usum esse, & Memoriam. Quid ea utraque? Vis & firmitudo illius prælata: sed raritas & difficultas item ostensa.* 18.

IX. *Memoriæ rerum, sive historiæ, fructus. Facilem hanc ad Prudentiam viam: etiam ad Probitatem.* 19.

X. *Appendix de Doctrinâ, quæ utrique rectori utilis. Quis legitimus usus ejus finis, modus.* 20

LIBER SECUNDUS

DISTINCTE ad rem venit. Imperia partitur, Principatum præfert, & definit. Virtutes ei adtribuit, & seorsim præcipuas ponit. Seriem Capitum hanc habet.

I. DE *Imperio universè dictum. Ejus necessitas in Societate ostensa, & fructus.* 2.

II. *Divisio Imperii. Principatus, prima & optima ejus pars. Id variis argumentis ostensum.* 23.

Digitized by Google

III. *Principatus definitio. Per partes declaratio. Et primùm, utrius sexus ille sit?* 25

IV. *Quomodo capiendus Principatus? duos legitimos modos esse, Electionem & Successionem. Et de utraque aliquid dissertum.* 26

V. *Initia Principatuum plerumque laudabilia: sed id non satis. Perseverandum esse.* 27

VI. *Quis finis, quò actiones omnes Princeps dirigat? Bonum publicum id esse, & seponenda privata.* 28

VII. *De viâ rectâ quam Princeps ingrediatur: & primùm de Virtute. ostenjum hanc ei, suâ causâ, neccessariam.* 29

VIII. *Subditorum etiam causâ Principi virtutem induendam, & ipsis instillandam. Sine quâ probus aut diuturnus nullus cœtus.* 31

IX. *Subditos probos fieri maximè à Principis exemplo. Cujus incredibilis vis in utramvis partem.* 32

X *Distinctiùs de virtutibus Principis dictum. Et primum de Justitiâ, quàm ea necessaria: etiam in ipso Principe.* ibid,

XI. *Justitiam administrandam Subditis esse. æquabiliter: temperanter: & sine cumulo legum. Remoto etiam litium studio.* 34

XII. *Clementia definita. Principi commendata. Quæ amabilem eum, quæ firmum, quæ illustrem facit.* 35

XIII. *Clementia uberiùs commendata. Sed cum temperie. Abire eam à Justitiâ leniter. Nec tamen solvere eam vim Imperii, sed vincire lento nodo.* 37

XIV. *De fide adjunctum, quæ Justitiæ origo aut suboles. Ea commendata, ut columen humani generis. Gloriosam hanc Principi esse. utilem. Spreti ab Etruriâ doctores novi.* 38

XV. *De Modestiâ præscriptum, quæ Clementiæ assidet. Instillata Principi, & in sensu, & in Actione.* 40

XVI. *Ex occasione, de Majestate adnexa lacinia. Quid ea, & quî, & quatenus paranda?* 42

XVII. *Minores aliquot virtutes positæ, quæ Principem deceant: sed sparsim, & breviter.* 43

LIBER TERTIUS

De prudentia distinctè agit. Alienam primò Principi commendat: Consiliarios & administros serió formar. Seriem Capitum hanc habet.

I. PRUDENTIAM *Principi perneccessariam. Sine eâ vim & opes inutilia. Miscenda esse. Sed primam illam in gubernatione præponere.* 45

II. *Sed duplicem Prudentiam esse: A se, & Ab aliis. Illam optari, hanc contingere. Rarum, imo ἀδύνατον esse, ut Princeps à se uno satis sapiat.* 46

III. *Itaque adjutores ei capiendum: idque judicio. Eos duplices esse*

Digitized by Google

esse, Consiliarios & Ministros. Qui, & quam utiles illi? 48
IV. Definiti distinctius Consiliarii. Et prima eorum munera explicata, Probitas, & Peritia rerum. Denique ostensi illi, maxime fama 49
V. Explicatum tertium munus, ut salubriter consulant. Id inclusum quinque monitorum quasi lineis. 50
VI. Quæ vitanda Consiliariis: & primùm quæ impedimenta & velut vada bonæ Mentis? Ea quatuor notata. 51
VII. Quæ turbamenta, & velut Scopuli bonæ Mentis? Tres ostensi. 52
VIII. Ipse Princeps qui se gerat in audiendis consiliis, Dogmata huic rei. 54
IX. Spernenda occulta Consilia, & ab Aulæ servis. 55
X. Dictum de Administris. Et nota triplex, ad quam legi eos oporteat. 56
XI. Administris ipsis præcepta tradita, eorum tutelæ. Primum Minoribus, inde Majoribus. Ancipitem omnem potentiam esse in Aula. 58

LIBER QUARTUS

PRUDENTIAM Propriam ingerit, dividit: & de duplici Togata differit, quæ circa res Divinas versatur, & quæ circa Humanas. Pleraque omnia quæ firmando aut infirmando Regno sunt, nova, nec adhuc usitata methodo proponit. Seriem Capitum hanc habet.

I. PROPRIAM Prudentiam, id est eam quam inesse Principi volumus, præceptis difficile alligari. Latè fusam esse, Instabilem, & obtectam. Itaque aliquid de ea, non plenè à nobis præcipi. 60
II. Divisa Prudentia Propria in Togatam, & Militarem. Illa rursus, in Humanam & Divinam. De hac ostensum, curam Principi esse. Unam religionem retinendam ei, & defendendam. 61
III. De una religione ampliùs quæsitum. Nunquamne dissidium ferri possit? saltem in tempus. Idque quadamtenus videri. 63
IV. An puniendi singuli, & quieti? itemque an extrahendi & perquirendi? Neutrum (si intentè quidem fiat) ex usu videri. Doctore magis opus, quam tortore. 65
V. Transitum ad Prudentiam in Humanis. Huic duo fontes recluси, Ingenium Populi & Regni. De priore dictum: & per indicem exposita Natura vulgi. 66
VI. Fons alter recluсus, Ingenium regum & regni. Duo hic considerata, quæ Communiter conveniunt, & quæ Distinctè. 70
VII. Præcepta nunc ex hisce fontibus petita, & primùm universe posita, quæ firment Regnum aut violent: mox di-

Digitized by Google

ſtinctè de Vi dictum. Opus Regi Cuſtodes, milites, Arces, aut potiùs Colonias. 71

VIII. *De Virtute duplici, ſervatrice Regnorum. Benivolentia populi commendata, & oſtenſa triplex ad eam via.* 73

IX. *Auctoritas commendata valdè. Tria oſtenſa, quæ ad eam ducunt. In quibus quia Imperii præcipua vis eſt, accuratè & enucleatè de his diſſertum.* 76

X. *Ad ea tranſitum quæ Vertendo regno faciunt: in quibus prima, Vis eſt. Ea duplex oſtenſa: inſidiæ & Proditio. Utraque quomodo cavenda, aut puniendæ, oſtenſum.* 85.

XI. *De vitio duplici, everſore regnorum. Primum de Odio: cujus peſtis ſubjecta oculis. Fugienda quæ eò ducunt: imò & imago eorum. Qualis eſt in Suppliciis, Tributis, Cenſurâ. In his ſingulis quomodo ſe gerat Princeps, dictum.* 91

XII. *Deſinitus & vituperatus Contemptus. Oſtenſa quæ illum gignunt; à rege, ſi ſapiet, fugienda.* 106

XIII. *Quæſitum an Prudentia mixta locum apud Principem habeat? id eſt, ea in quâ fraudes. Dictum, & doctum, aliquem habere.* 109

XIV. *Quomodo & quatenus fraudes admittendæ. Triplex earum genus factum; & diſtinctè aliæ in Regnum receptæ, aliæ excluſæ.* 112

LIBER QUINTUS

De Militari Prudentiâ agit. Eam in Bello duplici elucere oſtendit: & primùm ac potiſſimùm, in Externo. Quæ Militum; quæ Ducum munia; quæ Conſilia in bello uſui ſint, docet. Seriem Capitum hanc habet.

I. TRANSITIO *ad Militarem prudentiam, cum excuſatiunculâ aliquâ mei, quòd de eâ diſſeram non miles.* 121

II. *Prudentiæ hæc pars commendata Principi: quæ neceſſaria ad tutelam ſalutemque regni.* 123

III. *Materies & ordo dicendorum. Bellum externum definitum, & remota ab eo ſuſcipiendo injuſtitia.* 124

IV. *Ordine & partite poſita, quæ ad juſtum bellum requiruntur, & maximè, quibus id cauſſis capiendum.* 125

V. *Temeritas remota à bellorum initiis: & ſummatim, quæ in ſuſceptione omni cogitanda ſint.* 128

VI. *Ad Gerendum bellum tria requiſita. Primò Apparatus triplex, Pecuniæ, Commeatuum, Armorum.* 130

VII. *Milites terreſtri quidem Bello neceſſarii, duplices: Equites, peditesque. Quæſitum breviter, utrorum major uſus.* 132

VIII. *Utroſque bonos eſſe debere: alioqui pro nihilo omnis copia. Fieri bonos dupliciter, Dilectu & Diſciplinâ. Ea neglegi hodiè, & ſuper hoc re juſta veraque querela.* 133

IX. De Dilectu cæptum dici *Sed primò quæſitum, Exteri an Domeſtici præferendi nos iſtos cenſemus, cum cauſſa.* 134

X. Ob-

Digitized by Google

X. *Objecta & rejecta ea, quæ contra Domesticum militem dicuntur. Hunc Regum esse, illum Tyrannorum.* 139
XII. *Qui legendi in milites? Duo genera facienda: Ordinarios & Subsidiarios. Atque utrique seorsim descripti.* 137
XII. *Vere cum Dilectu utrique capiendi: & notæ quinque ordine positæ germanæ in milite virtutis.* 139
XIII. *De Disciplinâ verâ & severâ dictum. Ea laudata. Partes ejus (idque docendi causſa) quatuor factæ. Singulæ explicatæ.* 142
XIV. *Transitum ad Duces. Eos necessarios, non solum utiles. Duplices esse. Semper in iis Peritiam magis quam Virtutem spectari. Et unum in uno bello esse debere.* 147
XV. *Boni Ducis τεκμήρια sive Notæ. Quinque eas videri: quas ordine explicamus.* 150
XVI. *Consilia necessaria bello esse. Eorum specimen sive genus; itemque monita; quæ usui Ante pugnam, & In pugna.* 154
XVII. *De callidis Consiliis sive Stratagematis: An uti iis jus & fas? Nostrâ sententia, non utilia ea solùm, sed gloriosa* 161
XVIII. *Quid post Pugnam faciendum videatur: & in Victoria, sive Clade, quomodo Princeps salubriter & decorè se gerat.* 164
XIX. *Ad Pacem ex animo adhortatio. Ac primùm illuc inclinamus eos, qui Victi: sed ad Tutam & Bonam.* 166
XX. *Victores ad Pacem provocati, argumento triplici: quia id Decorum, Utile, Tutum. Atq; adeò ad pacem mitem: sed cum exclusione fraudis. Pro ea auctor ipse pacis invocatus.* 163

LIBER SEXTUS

CIVILE bellum tangit & detestatur, causſa ejus, & in eas remedia, satis diffusè explicat. Finiri id suadet & vovet. Seriem Capitum hanc habet.

I. AD *Civile bellum ventum. Et ejus miseriæ breviter oculis subjectæ.* 172
II. *De causſis civilium bellorum. Eæ factæ duplices, Longinquæ & propinquæ. Priùs de prioribus dictum.* 173
III. *De causſis propinquis belli civilis. Ex tres. Factio prima est: ejus pernicies in omni statu. Et sintne dissidia umquam usui?* 175
IV. *Causſa altera è Propinquis. Seditio. Eius Origo, Progressus, Remedia, distinctè explicata.* 177
V. *De Tyrannide. Quid ea sit, & eius ingenium? mala subjecta oculis: quæsitumque, tollenda ea an toleranda.* 180
VI. *Quæstiuncula per occasionem inserta, An misceat se bellis Civilibus vir bonus? & utrimque ea agitata: & cum discrimine aliquo personarum definita.* 184
VII. *De Finiendo Civili bello. Et operis mei finis* 186

Digitized by Google

AUCTORUM SYLLABUS.

AUTORES *uno adſpectu, ſi lubet, vide, è quorum ſcriptis hoc Opus. Inter eos eminet* CORN. TACITUS *extra ordinem dicendus: quia plus unus ille nobis contulit, quàm ceteri omnes. Cauſſa in Prudentiâ viri eſt, & quia creberrimus ſententiis: atque etiam, quia familiaris nobis, & offerebat ſe non vocatus. Ceteri in claſſe duplici. Quorumdam verbis frequentius & libentius utimur: uti ſunt iſti.*

E LATINIS:

C. Salluſtius
T. Livius
Annæus Seneca
M. Cicero
Q. Curtius
C. Plinius Junior
Fl. Vegetius, *ſed in materie militari.*

E GRÆCIS:

Ariſtoteles
Thucydides
Plato
Xenophon.

Aliorum rarius: ut ſunt iſti

E LATINIS

Acta Apoſtolorum
Adagia
Æmylius Probus
Afranius
Agellius
Ambroſius
Ammianus Marcellinus
Apulejus
Attius
Auguſtinus
Auſonius
Bernardus
Boëtius
Cæcilius
Cælius ad Ciceronem
Cæſar
Capitolinus
Caſſiodorus
Cato Cenſorius
Claudianus
Columella
Corn. Nepos
Cyprianus
Eccleſiaſticus
Eccleſiaſtica Hiſtoria
Egeſippus
Feſtus Pompejus
Florus
Frontinus
D. Gregorius
Guil. Neubrigenſis
Horatius
Jeremias
Iſidorus
Juſtinus
Juvenalis
Lactantius
Lampridius
Lucanus
Lucretius
Manilius
Martialis
Origenes
Ovidius
Pacuvius
D. Paulus
Perſius
Petronius
Plautus
Plinius ſenior
Portius Latro
Propertius
Proverbia Salomonis
Publius Mimus
Quinctilianus
Seneca Tragicus
Silius Italicus
Statius
Suetonius
Terentius
Tibullus
Titinnius
Valerius Flaccus
Valerius Maximus
Varro
Vellejus
Virgilius
Ulpianus
Vopiſcus
Vulcatius.

E GRÆCIS.

Adagia Græcorum
Aeſchylus
Appianus
Archilochus
Ariſtophanes
Baſilius
Callimachus
Democritus
Demoſthenes
Dio Caſſius
Diogenes Laërtius
Diodorus Siculus
Diphilus
Epicharmus
Euripides
Euſtathius
Greg. Nazianzenus
Herodotus.
Heſiodus
Homerus
Iamblichus
Iſocrates.
Lucianus
Menander
Mercurius Triſmegiſtus
Pindarus
Plutarchus
Polybius
Serenus
Sophocles
Stobæus
Synefius
Theocritus
Theognis.

JUSTI

Digitized by Google

JUSTI LIPSI POLITICORUM SIVE CIVILIS DOCTRINÆ LIBRI PRIMI

CAPUT PRIMUM.

Scopus & materies mei scripti. Vita Civilis definita. Virtus communiter laudata.

VITÆ Civilis iter quî rectè ineas, rectè peragas, præcipere mihi est animus: nec id meis, sed veterum monitis, imò & verbis. Tu mihi dux magne Deus: & manum hanc mentemque dirige, ut salutaria videam, dijudicem, promam. Vitam civilem definio, QUAM IN HOMINUM SOCIETATE MIXTI DEGIMUS, AD MUTUA COMMODA SIVE USUM. Huic duos Rectores tribuo, Prudentiam & Virtutem. Illam ex plurium mente: sed & hanc ex meâ. Quia civem verè bonum nullum arbitror, nisi & virum. Sine virtute, Calliditas ea sit & malitia, & quidlibet potiùs quàm Prudentia. Cujus clavus etsi propriè Vitam Civilem dirigit, non tamen sine usu & auxilio illius magnetis. Igitur de Virtute jure præmittam, quæ

Quid vita Civilis. Duo ei moderatrix, Prudentia & Virtus.

Virtus felicitas hominis.

Proprium hominis bonum.

Tacitus I. H st. Sallustius Catil.

Ea non interit.

Cetera humana pereunt, & *divitiarum & formæ gloria fluxa atque fragilis est: Virtus clara æternaque habetur.*

Seneca Ep. XCIX. Sallust. Catil.

Cæteris omnibus præmicat.

Hoc unum contingit immortale mortali.

Itaque jure, *quæ homines arant, navigant, ædificant, Virtuti omnia parent.*

Plaut. Amph.

Bona omnia continet.

Nam ea *omnia in se habet omnia assunt bona, quem penes est Virtus.*

Digitized by Google

Familiaris naturæ. Seneca l. IV. de Benef.

Nec aliena à nobis, ultrò se ingerit, & *omnium animos lumen suum immittit. Etiam qui non sequuntur eam, vident.*

Idem Cons. ad Pol. b.

Obvia eadem & facilis, *in medio posita nemini dedignatur, qui modò se dignum illâ judicaverit.* *Expositæ.*

Cornific. ad Heren.

Confugiamus igitur ad hanc, ut in asylum. Quia sola ea quieta, tuta &, *in suâ potestate est. Omnia præter eam, subjecta fortunæ dominanti.* *Asylum in turbis.*

Seneca Epistol. CXIII.

Adversus virtutem autem *hoc possunt calamitates, & damna, & injuriæ, quod adversus solem nebula potest.*

CAPUT. II

Pietas Virtutis prima pars. Definita ea, & divisa in Sensum ac cultum. Hic de Sensu dictum.

Virtutis divisio. *Quia pietas.* *Ejus duo membra.* *Sensus & Cultus.*

HANC in duos velut ramos divido, Pietatem & Probitatem. Illa est, RECTUS DE DEO SENSUS, RECTUS IN DEUM CULTUS. Duobus enim his Pietas constat; sine altero, mutila aut manca. Nosse ante omnia summum illud numen (quatenus homini datum) oportet: & cognitum, piè pureque venerari. Utrique rei vera lux à sacris litteris: sed & in profanis sparsas quasdam scintillas video: quas colligam. De Sensu, istas.

Augustin. lib. I. De lib. arb.

Illum necessarium: quia *de Deo optimè existimare, pietatis est exordium.* *Sensus, totius pietatis initium.*

Tacitus V. Hist.

Constat igitur tibi, *Unum esse regnatorem omnium deum.* *Deus unus.*

Ibid.

Æternus.

Ita appello *Summum illud & æternum, neque mutabile, neq; interiturum.*

Descriptio ejus.

Quem in parte descripserim (infinitum enim illud quis definiet?) MENTEM *solutam quamdam, & liberam, segregatam ab omni concretione mortali, omnia sentientem & moventem, ipsamque prædictam motu sempiterno.* Cicero in Tuscul.

Nec

Digitized by Google

Periculosum, primari.

Nec plura addam : quia *de Deo etiam vera dicere periculosum est* : Cyp. in Symb.

Qui *melius scitur, nesciendo.* Augustin. lib. 11. de Ord.

Potentia divina.

Effectus tamen ejus & affectus (si ita appellare fas) licet ingeram, amori tuo & admirationi. Ille maximus est :

— *immensa est, finemque potentia cœli*
Non habet, & quidquid superi voluêre, peractum est: Ovid. VIII. Metam.

Justitia.

Ille justissimus. Et Θεὸς οὐδαμῶς οὐδαμῶς ἄδικος, ἀλλ' ὡς οἷόν τ' δικαιότατος : *Deus nusquam & numquam injurius, sed quantum potest justissimus.* Plato in Theæteto.

Aspiciunt oculis superi mortalia justis. Ovidius. XIII. Metam.

Arbitrium, & ubique præsentia.

Ille arbiter & inspector operum, consiliorum, mentium. *Nihil deo clausum est : interest animis nostris & cogitationibus mediis intervenit.* Seneca Epist. LXXIV.

Est profectò deus, qui quæ nos gerimus, audit que & videt. Plaut. Capt.

Quem, quia respicit anima solus,
Verum possis dicere Solem. Boët de Consol.

Curatio, & præmii aut pœnæ distributio.

Nec inspector solùm, sed judex idem & vindex. *Namque mihi pro vero constat, omnium mortalium vitam divino numine invisi; neque bonum neque malum facinus cujusquam prò nihilo haberi, sed ex naturâ diversa præmia bonos malosque sequi.* Sallust. ad Cæs.

Gubernatio.

Hic qui gubernat omnia :

Qui terram inertem, qui mare temperat
Ventosum, & urbes : regnaque tristia Horat. III Odarum.

Nec enim *secura quies illum similisque sopori,*
Detinet : —— Ovid. I. de Arte.

Sed ille est, *qui vigit, qui sentit. qui meminit, qui regit & moderatur.* Cicero in Somnio.

Hæc talia non fas solùm, sed necesse tibi scire : quia reverà

Ignorantia horum, causa sceleum.

—— *primæ scelerum causse mortalibus ægris*
Naturam nescire deûm. Silius IV.

Digitized by Google

Tacit. in Germ. Sed scire temperanter. quoniam & hoc verum, *Sanctius ac reverentius esse, de actis deorum credere quàm scire.* *Credenda tamen plura, quàm scienda.*

CAPUT III.

De altero Pietatis membro, Cultu. Is definitus, & duplex factus. Pluria ad Religionem monita.

DE Cultu insequor. Qui non aliud, quàm COGNITI NUMINIS VENERATIO, CERTIS LEGIBUS CERIMONIISQUE DEVINCTA. Coli enim postulat & huic fini homo natus: idque cultu duplici, Interno, Externo. Ille est, qui *in animo & ex animo, Deo vero preces concipit, laudes, grates.* Iste, qui *hæc eadem, per ritus & gestus, expromit.* Totum istud, nec malè, *Religionem* vulgo appellamus: de qua sana quædam a non sanis hæc habe. *Quid Cultus.* *Is duplex. Internus. Externus*

Plinius lib. XIV. Nat. Hist. Magnum ejus in animos imperium. *Religione* enim *vita constat.* *Imperiosa religio.*

Cicer. V. in Verr. *Omnes religione moventur, & deos patrios quos à majoribus acceperunt, colendos sibi diligenter & retinendos arbitrantur.* *Omnibus cara.*

Philo Judæus ad Cajum. Itaque qualiscumque ea hausta, ægre educitur. Quoniam *sua cuique optima videtur, ut quæ non ratione, sed affectu dijudicetur à singulis.* *Pervicaciter infidet.*

Livius lib. V. Hæc publice & privatim habenda. *Omnia* enim *prospere eveniunt colentibus deos, adversa spernentibus.* *Optima ea habenda omnibus:*

Tacitus XI. Ann. Idque utraque fortuna. Et videndum, *ne ritus sacrorum inter adversa culti, per prospera obliterentur.* *Et in omni sorte.*

Idem V. Hist. Sed habenda cum modo: ne fiat illud, *Gens superstitioni obnoxia religionibus adversa.* *Sed citra superstitionem.*

Livius libro IV. In quam naturæ vitio nos proni: & trahunt etiam ii, *quibus quæstui sunt capti superstitioni animi.* *Ad quam inclinamus, aut trahimur.*

Curtius lib. IV. Nec impediunt potentes. Quoniam ut judicant, *nulla res multitudinem efficaciùs regit, quàm superstitio.* *Telum hoc ad regendum.*

At

Digitized by Google

Sed tormentum iis qui habent. At tu fuge. Nam *superstitione qui est imbutus, quietus esse numquam potest.* Cicero I. de Finib. Varr. apud Augustin. de Civit. libro VI.

Timere ejus nota. Discrimen hoc habe: *Deos à religioso vereri, à superstitioso timeri.*

Spernenda nobis. Placeat ille versus, sed sanè intellectus: *Religentem oportet esse, religiosum nefas.* Apud. Agel. libro IV. c. IX.

Intus revocanda religio. In Cultu ipso, ad interna semper prævertere: & cense, *Cultum deorum esse optimum, eumdemq; castissimum atque sanctissimum, ut eos semper pura, integra, incorrupta & mente & voce veneremur.* Cicero de Nat. deor. II.

Et animus excolendus Aureum tibi dictum imprimo: *Optimus animus, pulcherrimus dei cultus est.* Seneca.

Sine ritualium tamen objectu. Nec sic, ut externa tamen spreveris, nisi si impia. Nam & in his, *religioni parendum est, nec patrius mos contumaciter repudiandus.* Cicero de Div. lib. II.

Non in subtilitate religio. In verbis etiam aut quæstiunculis ne nimium mihi pruri. Ad facta abi: quia *Christianorum omnis religio, sine scelere & sine macula vivere.* Lactant l. V. c. IX.

Sed in facto. Moysen illum Ægyptium audi: qui *de fide cujusque magis oculis quàm auribus credit.* Ap. Ruffin. Eccl. Hist. lib. II. c. VI.

Capitalis hic sermo. Sed abstineo, & Platonem insusurrantem audio: ἴσως γὰρ οἱ λόγοι χαλεποί: *difficiles, & cum discrimine, hi sermones.* Quod oraculum, in hoc quidem ævo. Libro de Republ. in hac ipsâ re.

CAPUT. IV.

Fatum appendix Pietatis. Quid illud, & à quo sit? quam vim habeat, & quem usum?*

* *Fati vocem hic & alibi veterum more pono, sed nè mente.*

PIETATEM sevi. Pango nunc duos surculos, qui sub arbore hac, imo ex ea nati: Fatum & Conscientiam. Quorum illud, ex Sensu; hæc, ex Cultu, originem clarè ducunt. Si enim gubernat & dirigit deus; providet etiam & decernit. Idque æternus ipse, ab æterno in æternum. Hoc autem est Fatum:

Fati origo ex Sensu.

Quid sit. *Cujus lege immobilis rerum humanarum ordo seritur.* Livius libro XXV.

Nè nisi *providentiam divinam, idq; pio & christiano sensu intelligere memento, semel testor.*

Nec id aliud (ut non nemo etiam è priscis sensit) quàm SANCTIO ET * VELUT VOX DIVINÆ MENTIS. * Aug. vide l. V. de Civ. c. IX.

gra-

Digitized by Google

Stat. 8. Theb. ——*grave & immutabile sanctis*
Pondus adest verbis, & vocem fata sequuntur.

Tacitus IV. Ann. Nam quòd alii *Fatum quidem congruere rebus putant, sed è vagis stellis, alii apud principia & nexus naturalium causarum:* *Quis auctor ejus?*

Senec. II. Quæst. Nat. Delirant. Nos à causa principe id petimus: id est, Deo. *Ex quo suspensa sunt omnia, à quo sunt omnes causæ causarum.* *Nempe ipse Deus.*

Val. Flac. I. Argon. ——*Condita pergunt*
Ordine cuncta suo, rerumque à principe cursu
Fixa manent.

Cic. II. de Divin. Mihi quidem sedet (pio illo sensu) *ab omni æternitate fataliter omnia destinata.* *Vis ejus immanis.*

Curtius lib. V. Et *eludant licet, quibus fortè ac temere humana negotia volvi agique persuasum est: equidem æterna constitutione crediderim, nexuque causarum latentium & multo ante destinatarum, suum quæque ordinem immutabili lege percurrere.*

Manil. IV. Cui constitutioni humana omnia subjecta.
Fatâ regunt orbem: certâ stant omnia lege.

Etiam actiones, & quæ circa eas: tempora dico, & modos.

Stat. III. Theb. ——*manet hæc ab origine mundi*
Fixa dies bello. Populique in prælia nati.

Mercur. Trism. cap. XI. Pœmand. Quin ipsi homines, tamen in * parte. Πάντες οἱ ἄνθρωποι ὑποβρύχιοι, ὑπὸ εἱμαρμένην, καὶ γενέσεις, καὶ μεταβολήν. *Omnes mortales fato subjiciuntur, & initio, & mutatione.* * Voluntas enim eximia.

Apul. Metam. IX. Adeo ut nullis consiliis vel auxiliis id vitemus, aut mutemus. Nec *consilio prudenti, nec remedio sagaci, divinæ providentiæ fatalis dispositio subverti vel reformari potest.* *Cui Prudentia omnis impar.*

Ovid. IX. Metam. ——*Tantúmne aliquis sibi posse videtur*
Fata quoque ut superet?

Tacitus I. Hist. Nec si prædicitur quidem. Nam *quæ fato manent, quamvis significata non vitantur.* *Nec vitantur ullis monitis:*

Herodot. IX. Græcus ille rectè: Ξεῖνε, ἔφη, ἃ μὲν χρεὼν ἐστὶ τοῦ θεοῦ, ἀμήχανον ἀποτρέψαι ἀνθρώπῳ. εἰ δὲ καὶ λέγων τις τυγχάνοι ἰθέα πίθηται ἀκούσας: *O hospes quod divinitus contingere debet homo à se nulla arte cispellet. Ac neverisimilia quidem dicentibus fidem habebit.*

Non

Digitized by Google

Aut prodigiis.

Non si monstra eum moneant aut prodigia :
Heu vani monitus, frustráque mortalia Parcas
Prodigia ! heu fatis superi certasse minores !

Silius libro v.

Invictæ enim *leges necessitatis, pectus enim ab amentiâ remotum, prodigia justâ æstimatione perpendere non patientur.*

Valerius Max. libro I. cap. VI.

Idcò, quia mentē deus auferre, aut obumbrare.

Mentem scilicet tunc hominibus aidmit supera illa Mens : quæ *cujuscumque fortunam mutare constituit, consilia corrumpit.*

Vellejus lib. II.

Videmus ipsi cottidie, *manum injicientibus fatis, hebetari sensus hominum & obtundi.*

Ammianus Marcel. libro XIV.

Adeò, ut causa ejus à nobis videatur.

Ita efficitur, *quod est miserrimum, ut quod accidit, etiam merito accidisse videatur ; & * casus in culpam transeat.*

Vell. II.

* Vulgi judicio.

Adnecto amplius. *Fugiendo in media sæpè fata ruitur.*

Liv. IIX.

Invenit & invenitur, qui fugit.

—*Multi ad fatum*
Venêre suum dum fata timent.

Sen. Trag. Oedip.

——*Multos in summa pericula misit*
Venturi timor ipse mali.

Lucan. VII.

Permittamus mortalibus hæc cunctâ, Deos adesse fateor.

Quid ergo ? Inquies. Nihil agam, & permittam omnia fatis ? Stultè. Imò viam inibis quæ ad fata ducit : & hoc quoque ex Fato. Felicia illa vis ? Allabora. *Non enim * votis neque supplicis muliebribus auxilia deorum parantur. Vigilando, agendo, prospere omnia cedunt.*

Sallust Catil.

* Solis quidem.

Ignavos ita spernit,

Nec expecta, *nihil agenti in sinum de cælo devolaturam Victoriam* aut fortunam *esse.*

Liv. VII.

Θεοὶ τἀγαθὰ τοῖς πόνοις πωλοῦσι : *Dii bona laboribus vendunt.*

Cræcor. Adag.

Fatis juvat.

Et hac mente verum, *Deos fortioribus adesse.*

Tacitus IV. Hist.

Simile in tristibus. *Dii prohibebunt hæc, inquies. Sed numquam propter te de cælo descendent : tibi dent mentem oportet, ut prohibeas.*

Liv. VI.

Quis à Fatis auxilii fructus.

Nec plura de grandi hoc Profundo : quod tentandum semper homini, numquam explorandum. Tibi quis hîc fructus ? Iste, ut verè pius sis, & fata sequare ; id est deum. *Quid enim est viri boni ? Præbere se fato.*

Præcipuum patientia.

Seneca de Provid.

Φίλ-

Thucyd. lib. II. in orat. Peric. Φέρειν τὰ ἀπὸ τῶν δαιμόνων ἀναγκαίως, τὰ δὲ ἀπὸ τῶν πολεμίων ἀνδρείως: *Ferre quæ divinitus immittuntur, necessariò oportet: quæ ab hostibus, viriliter.*

Seneca epist. CVIII. *Optimum est pati quod emendare non possis: & deum, quo auctore cuncta eveniunt, sine murmure comitari. Malus miles est, qui imperatorem suum gemens sequitur.*

CAPUT V.

Etiam Conscientia, Pietatis lacinia. Definio eam, divido. Tormentum ejus, si mala, ostendo: quietem, si pura.

Conscientia à religione oritur. IAM & Conscientia, ut dixi, Pietatis soboles est: & origo ei palàm à radice Cultus. Ubi enim ille floret & viget: hæc pariter. Ubi aresçit & languet: etiam ista. Quin ubi nulla religio aut divinus metus; exiguum in animo hujus germen, & à malâ terra velut oppressum. Est autem Conscientia, RELIQUA IN HOMINE RECTÆ RATIONIS SCINTILLA, BONORUM MALORUMQUE FACINORUM JUDEX ET INDEX. Igitur & bipartita ea, Approbatio scilicet, & Opprobatio: illa in benè, hæc in secùs factis. Sed istius vis (ut vita & vitia sunt) creberrima; ideoque ferè obtinuit, ut hæc pars vèniat in generis sui nomen. Nam Conscientiam vulgò appellamus, VIOLATI NUMINIS AUT PERPERAM CULTI TRISTEM COGITATIONEM ET MORSUM. Qui sensus infixus homini; & vivit quamdiu ille, non vi extinguendus: non fraude.

Et vix est, ubi non illa.

Definitio ejus.

Divisio.

Altera definitio ardior.

Altè hæc infixa.

Cicer. pro Cluent. *Conscientiam à diis immortalibus accepimus, quæ divelli à nobis non potest.*

Origenes. Utiliter autem ea data, ut *corrector adfectuum & animæ pædagogus.*

Utilis homini in peccatis. Flagrum post peccatum: quia *perfecto demum scelere, magnitudo ejus intelligitur:*

Tacitus XIV. Ann. Frænum ante peccatum: *quia infixa nobis ejus rei aversatio est, quam natura damnavit.*

Seneca Epistolâ XCVIII. Et *magna* sanè *vis ejus est in utramque partem;*

Acris & violenta: Cic. pro Milone. *ut neque timeant ii qui nihil admiserunt, & pœnam semper ante oculos versari putent qui peccaverunt.*

Bona quidem in solatium: Itaque *bona* illa, *semper metu vacua est:*

Bias apud Stob. Imò in gaudio. *Et vis numquam tristis esse? Benè vive.*

Sen. Soliloq. libro II. *Mala*

Digitized by Google

Mala in tormentum.

Mala autem *etiam in solitudine anxia & solicita est.* Seneca Ep. XIV.

Potest enim *nocenti contingere ut lateat; latendi fides non potest.* Epicur. apud Sen. Ep. XCIII.

Et quî celes?

Nocte diéque tuum gestas in pectore testem. Iuvenal.

Testis ea non fallax:

Qui non fallit, non fallitur. Et ex oraculo hoc est: *Suus cuique animus ex conscientiâ spem præbet.* Sallust. ad Cæs. Sen. Ep. XLIII.

O te miserum, si contemnis hunc testem!

Carnifex assiduus:

Imò & Tortorem. Urit enim, cædit, lancinat: eò gravius, quia sine morte. Græcorum Adagium verum: ἡ συνείδησις τῦ ψυχῶ πληγή: *conscientia animum verberat.*

Indefessus.

Et quidem assiduo illo & surdo verbere. *Namque animus impurus, diis hominibusque infestus, neque vigiliis neque quietibus, sedari potest. Ita conscientia mentem excitam vastat.* Sallust. Catil.

Quæ tremunt tamen quidam.

Sic tamen hodie vivitur, ut *multi famam, conscientiam pauci vereantur.* Plin. lib. III. Epist

Nemo quam vir bonus.

Aliter vir bonus. Cui fixum *in omni vitâ transversum unguem à rectâ conscientiâ non discedere.* Cicer. ad Attic. lib. XIII.

Etiam tibi: qui hoc imbibe, *Tranquillitate conscientiæ nihil excogitari beatius posse.* Aug. XXI. de Civit.

CAPUT VI.

Alterum Virtutis membrum, Probitas. Quid eam hic appellem? Brevia & universalia ad eam præcepta.

RAMVS Virtutis mihi alter supereſt, Probitas: quem tamen levi dolabrâ expolio, quia in hoc civilili ædificio propriè non ei locus. Ad morale pertinet. Nec probitatem aliud hic intelligo, quàm RECTAM IN MORIBUS ET ACTIONE OMNI VITAM, EX HONESTI NORMA. Mihi tamen non omitteuda, ut necessitatem videas: & quia Pietati adnexa ea, aut veriùs innexa. Sine moribus Pietas, quidquid vultu, voce, calore præferas, vana est, imò nulla. Ut poma, in Judæâ, non poma nascuntur, quæ contacta in fumum abeunt & vaporem: talis verbosa illa Pietas, sine vitali hoc operum succo. Jure ergo mores ama, quisquis amas

Quid Probitas? Pietatis ea comes.

Simulâ vera sit.

Digitized by Google

amas illam: & factis magis, quàm specie: seriò, nec ad pompam.

Sallust. in Catil. — *Esse quàm videri probus malis.* — *Interna probitas, sola proba.*

Vellejus lib. II. — Et cum laudato illo Catone, *numquam rectè feceris, ut fecisse videaris.*

Cicero. — *Conscientia virtuti satis amplum theatrum est.* — *Et spernenda fuci.*

Tacitus IV. Hist. Sallust. Catil. — Non tu mihi *inter claros magis, quam inter bonos.*

Non inter eos, quos *ambitio falsos fieri subegit, magisque vultum quam ingenium habere.*

Apul. in Apolog. I. — Opes quid curas? *Fortunam velut tunicam; magis concinnam proba, quam longam.* — *Opes non nimis amanda.*

Seneca Epist. — Quid cultum aut corpus? *Honestum ei vile est, cui corpus nimis carum est.* — *Non corpus*

Tacitus Ann. XV. — Tu à te laudem tibi sume; interna veraque virtute, *non specie inanium validus.*

In Agric. — Esto mihi *cultu modicus, sermone facilis.*

Sallust. in Tacitus IV. Hist. — *Ore probo, animo verecundo.* — *Pudor induendus, Cum Constantia.*

Opum contemptor, recti pervicax, constans adversum metus.

Animus solus colendus: Qui magnus. — Unius animi cultor: qui *dux atque imperator vitæ mortalium.* — Sallust. Ingurth.

Rector humani generis, agit atque habet cuncta, neque ipse habetur. — Indid.

Qui æternus. — *Præclara* enim *facies, magnæ divitiæ, ad hoc vis corporis, & alia hujusmodi omnia brevi dilabuntur:* — Indid.

At ingenii præclara facinora, sicuti anima, immortalia sunt. — Indid.

CAPUT VII.

Ad prudentiam transitum, qui Rectorum alter. Necessitas ejus ostensa. Definitio posita, & exposita. Partes ejus & utilitas.

Prudentia Virtutem ipsam ducit. — VIÆ tuæ Ducem unum habes, Virtutem: adjungo nunc alterum, quem Prudentiam dixi. Is non tuus solùm, sed si inspicis, Virtutis ipsius rector.

Digitized by Google

rector. Certè director. Sine prudentia enim quæ potest esse virtus?

Quæ sint ea, bona nisi.

Plato verè ait, Η' φρόνησις μόνον ἡγεῖ) ἕ ἀρθῶς προήγεν: *Prudentia sola præit & ducit ad rectè faciendum.* In Menone.

Et Sophus alter: οὐχ οἷόν τε ἀγαθὸν εἶναι κυρίως, ἄνευ φρονήσεως: *fieri non potest ut quisquam verè probus sine Prudentia audiat.* Arist. VI. Ethic. c. V.

Causa hæc. Quòd Virtus omnis in Electione & Modo est: non hæc sine Prudentia: ergo nec Virtus. Atque ut Architectis opus nullum rectè processerit, sine libella & linea: non item nobis, sine norma hac directice. Quam definio, INTELLECTUM ET DILECTUM RERUM, QVÆ PUBLICE PRIVATIMQUE FUGIENDÆ AUT APPETENDÆ.

Quid Prudentia?

Sagacitas ejus.

Intellectum dixi. quia hæc est quæ videt omnia: ideoque ὄμμα τῆς ψυχῆς, *oculus animæ*, jure dicta. Aristot. & Iamblich.

Discretio.

Dilectum addidi. Quia eadem, quæ seligit: & recto judicio: *honesta ab deterioribus, utilia ab noxiis discernit.* Tacitus IV. Ann.

Duplex ea, Privata, & quæ foras spectat.

Privatim etiam & publicè, inserui. quoniam species ejus velut duplex, Domestica & Civilis: quarum illa sibi, hæc aliis prodest. Φρονίμους διόμεθα εἶναι, οἱ μὲν αὐτοῖς ἀγαθὰ, καὶ τοῖς ἀνθρώποις δύνανται) ἡγεῖσθαι *Prudentes censemus, quia, quæ sibi, quæque hominibus conducunt possunt dispicere.* Arist. IV. Ethic. cap. V.

Φρόνιμον γὰρ φήσομεν, ἀπερεῖδον ξυμβουλεύσασθαι αὐτῷ καὶ τῇ πόλει: *Prudentem dicemus, sibi & reipublicæ consulere potentem ac validum.* Plato Alcib. II.

Ars & norma totius vitæ.

Itaque usus ejus multiplex. Et rectè ille, qui dixit *Artem vivendi esse Prudentiam, ut medicinam valetudinis.* Cicero V. de Finib.

Munia ejus.

Hæc enim est, quæ *præsentia ordinat, futura* Auctor lib. de IV. virt.

Vis ejus.

providet, præterita recordatur.

Hæc quæ *fallere non vult, & falli non potest.* Idem.

Cui omnia subjecta:

Ἅπαντα δοῦλα τῆς φρονεῖν καθίστη): Menander.

Famulatur omne, quidquid est, Prudentiæ.

Digitized by Google

Etiam ipsa Fortuna. nec vane dictum,

Plautus Trin.
Sapiens pol ipse fingit fortunam sibi.

Sophoc. Antig.
Igitur jure Tragicus,
Πολλῷ τὸ φρονεῖν εὐδαιμονίας
Πρῶτον ὑπάρχει.
Longè prudentia felicitatis
Primas tenet.

Sallust ad Cæs.
At contrà, Imprudentia infelix. quæ *plerasque, & se, præcipitat.*

CAPUT VIII.

Quid gignat Prudentiam? Usum esse, & Memoriam. Quid ea utraque? Vis & firmitudo illius prælata: sed raritas & difficultas item ostensa.

Duo Prudentiam faciunt.

PRUDENTIÆ autem parentes duo, Usus & Memoria rerum. Nam quod Poëta vetus in Sapientiam scripsit.

Afranius.
Usus me genuit, mater peperit memoria: abnuo: & verius est in istam. Usum intellego, NOTITIAM HUMANARUM RERUM EX VISU VEL TRACTATU. Memoriam, NOTITIAM SIMILEM EX AUDITU VEL LECTU. Usus haud paullò firmior: & ideò jure pater. Per sua enim, non per aliena pericula discit: per propinqua exempla, non remota. Quin plerisque eventibus ipse adest, interest, præest. Itaque vere scriptum,

Usus.

Memoria.

Usus certissimus doctor.

Plinius lib. XXVI.
Usus efficacissimus rerum omnium magister.
Et experimentis optime creditur.

Longè supra alios magistros. Is bona malaque novit.

Imò ampliùs: *Usus omnium magistrorum præcepta superat.*

Idem lib. XVII.
Quem qui multum habet, glorietur jure,

Artes omnes genuit.

Cicero. de Orat. I.
—— *vota καὶ εἰδὰς ἑκάστης*
Ἐυθλά τε καὶ χείρονα.
—— *novi & scio singillatim*
Quæ bona, quæ mala sunt.

Homer. Odyss. Σ.
Hic ad omnem artem utilis sive necessarius:

Per

Per varios usus artem experientia fecit, Manil. I.
Exemplo monstrante viam.

Eiusdem. perfruit. Sed ad hanc civilem imprimis. καὶ ὅτε ἱφυ-μένως περὶ πολιτικῆς εἰδέναι, σκοπεῖν ἔοικεν ἐμπείρως. *& quisquis in re Civili intelligens haberi volet, opus est experientiâ.* Aristo. Ethic. x. cap. ult.

Incundus tamen, quia ferus. In quo tamen hoc mali, quòd præceptis non traditur: sed *ætas eum denique affert.* Cic. II. de Orat.

Nam ut poëta ait, Ovid VI. Metam.

——seris venit usus ab annis.

Et extima ætatis propriæ. Hinc *Prudentia senum* in vulgi verbo: Hinc illud sapientis, Solon.
Γηράσκω δ' αἰεὶ πολλὰ διδασκόμενος.
Assidue addiscens, ad senium propero.

CAPUT IX.

Memoria rerum, sive Historiæ, fructus. Facilem hanc ad Prudentiam viam: etiam ad probitatem.

Memoria dotes. Facilitas. AT Memoria, parens altera est. quam Usui non appono solùm, sed in parte præpono. Magis enim obvia hæc & facilis: diffusa latius, & quæ plura ad Prudentiam & in plures confert. In quovis enim ea, & quovis tempore, cadit: cumque iter illud per propria pericula, longum, nec *Celeritas.* sine periculis sit: hæc via tutior, ideoque tritior; & haud paullò

Plures aliorum eventis docentur. Tacitus I. v. Ann.

Ea vivit in libris fidelibus. Id est; Historiâ. Quæ non aliud, quàm anima *& vita Memoriæ.* Cic. II. de Orat.

Exempla enim *omnia jacerent in tenebris, nisi* Idem pro litterarum lumen accederet. Archia.

Per eam, virtutibus & vitiis sua bona. Hæc est illa φυλακὴ τῶν τῆ ἀξιολόγων ἀρετῶν, μάρτυς δὲ τῆ φαύλων κακίας, διήγησις δὲ κοινὴ τῶν ἀνθρώπων γένους: *custos illustrium virorum virtutis, testis malorum sceleris, beneficia in omne humanum genus.* Diodor. Sicul. I. Biblioth.

Digitized by Google

Cic. II. de Orat. — Hæc *lux veritatis, magistra vitæ.* — *Vitam instruit prævatam.*

Plut. in Timoleonte. — Verè magistra. In hac enim tibi fas, ὥσπερ ἐν ἐσόπτρῳ, κοσμεῖν καὶ ἁρμόττειν πρὸς ἐκεῖνα τὸν ἑαυτοῦ βίον: *tamquam in speculo, ornare & componere vitam tuam ad alienas virtutes.*

Livius I. — In quâ *hoc præcipuè salubre ac frugiferum, omnis te exempli documenta in illustri posita intueri: ut inde tibi tuæque reip. quod imitere, capias; inde fœdum inceptu, fœdum exitu, quod vites.*

Lib. I. — Eadem ad Civilem hanc partem utilissima: nec temerè Polybius, ἀληθινωτάτην παιδείαν καὶ γυμνασίαν πρὸς τὰς πολιτικὰς πράξεις, τὴν ἐκ τῆς ἱστορίας μάθησιν dixit: *verissimam disciplinam exercitationemque ad res Civiles Historiam esse.* — *Publicam dirigit.*

Aristot. I. Rhet. c. V. — Et ad consilia. χρήσιμοι πρὸς τὰς πολιτικὰς συμβουλὰς, οἱ τὰ τοιαῦτα τῶν πράξεων ἱστορίαν; *utiles ad publicas deliberationes, rerum gestarum historiæ.* — *Ad consilia præit.*

Lamprid. in Alex. — Quo adspectu Imperator Alexander, consiliis togæ & militiæ *litteratos adhibebat, & maximè eos qui historiam norant.* — *Consiliarii, mortui, boni, libri, sine fuco.*

Alphonsus Siciliæ. — Et rex alius, *optimos consiliarios Mortuos* ajebat, intelligens hos ipsos Historiæ libros.

CAPUT. X.

Appendix de Doctrinâ, quæ utrique Rectori utilis. Quis legitimus usus ejus, finis, modus.

UTRUMQUE Rectorem dedi, & abeo ab his præloquiis: nisi quòd de Doctrinâ etiam breviter attexo. id est, ipsis adjutoribus tuis do adjutorem. Nam hæc est, quæ non Prudentiam solum facit validè (clarum id quidem) sed & Virtutem. — *Doctrina Prudentiam promovet.*

Quintil. lib. XII. cap. II. — *Quæ etsi quosdam impetus à naturâ sumit, tamen perficienda doctrina est.* — *Virtutem ornat, aut perficit.*

Seneca Ep. XCI. — *Non* enim plenè satis *contingit ea nisi animo instituto & edocto.*

Digitized by Google

Et propriè animum purgat ac præparat.

Eo tamen sensu ; *non quia Virtutem dare possit, sed quia animum ad accipiendam illam præparat.* Idem ep. LXXXIX.

Usus ejus non nisi.

Avidè igitur hæc haurienda, sed ad usum. *Non enim paranda nobis solùm, sed fruenda Sapientia est.* Cicero I de Finib.

Nec enim id verbis audis, sed bonis factis.

Ego cum Poëta

Odi homines ignavâ operâ, philosophâ sententiâ. Pacuvius.

Et cum Sallustiano Mario, *parum mihi placeant eæ litteræ, quæ ad virtutem doctoribus nihil profuerunt.* In Jugurth.

Abutuntur qui non tacent.

Imò nocuerunt. Quia multi vitia sua tegunt & inumbrant hoc velo, *animo perfidiosi & subdoli, avaritiam ac libidinem occultantes.* Tacitus xv. Ann.

Specie bonarum artium falsi, & amicitiæ fallaces. Indidem.

Quod genus sententiarum non nostri. Finis ejus verus: &

Sed ii ferè ex eo genere, *qui doctrinâ ore tenus exercita, animum bonis artibus non induerunt.* Indidem.

Tu contrà. Habeto eam non ad pompam aut speciem, *nec ut nomme magnifico segne otium veles, sed quo firmior adversum fortuita rempublicam capessas.* IV. Hist.

Inde modus.

Et habeto etiam cum modo. Quia *plus scire velle quam satis sit, intemperantiæ genus est.* Senec. ep. LXXXIX.

Nec enim sapit, qui nimis sapit.

Ὁ χρήσιμ' εἰδὼς, οὐχ ὁ πολλ' εἰδὼς, σοφός: Aeschylus.

Qui fructuosa, non qui multa scit, sapit.

Atque adeò verissimè dictum : *Plus sapit interdum vulgus, quia tantum quantum opus est, sapit.* Lactant lib. II. Instit.

Quin frænanda immodica discendi cupiditas. Vitium hodie & in ingenuis celebratum.

Imitare igitur Agricolam : qui *studio scientiæ flagrantem animum coercuit tenuitque, quod est difficillimum, ex Sapientiâ modum.* Tacitus in Agric.

Nam nos plerique hodie, *ut omnium rerum, sic litterarum intemperantiâ quoque laboramus : nec vitæ, sed Scholæ discimus.* Quo veriloquio clausi & consigno hunc librum. Seneca. Ep. CVII.

Digitized by Google

JUSTI LIPSI
POLITICORUM
SIVE
CIVILIS DOCTRINÆ
LIBRI SECUNDI
CAPUT PRIMUM.

De imperio universè dictum. Ejus necessitas in Societate ostensa, & fructus.

VIÆ hujus Rectores ostendi tibi: sed communiter, & ostendi tantùm. Ipsam mihi, sodes, ingredere: ego qui sequare atque adsequare eos, dicam: nec id per stadia solùm singula, sed pænè passus. Vita Civilis in Societate est: Societas in duabus rebus, Commercio & Imperio. Illud * alterius argumenti est, hoc mei. quod definio, CERTUM ORDINEM IN JUBENDO ET PARENDO. Cujus tanta vis sive necessitas potiùs, ut hoc unum fulcrum sit rerum humanarum.

* Nempe Moralis aut Oeconomici. *Definitio imperii.*

Vis ejus.

Sine imperio enim *nec domus ulla, nec civitas, nec gens, nec hominum universum genus stare, nec rerum natura omnis, nec ipse mundus potest.* Cic. III. de Legib.

Utilitas.

Et quod sequitur, magna ejus utilitas. Τὸ γὰρ ἄρχειν καὶ ἄρχεσθαι, οὐ μόνον τῶν ἀναγκαίων, ἀλλὰ καὶ τῶν συμφερόντων; *Regere enim & regi, non solùm inter ea quæ necessaria, sed & utilia.* Aristot. I Polit. cap. III.

Vinculum rerum.

Istud sanè *est vinculum, per quod respublica cohæret: ille spiritus vitalis, quem hæc tot millia trahunt: nihil ipsa per se futura, nisi onus & præda, si mens illa imperii subtrahatur.* Seneca I. de Clem.

Regimen hominum, Contra, Inobedientia Confusionem parit.

Denique hæc Circæa illa virga, quâ tactæ feræ homineſque miteſcunt. Quæ *è ferocibus universis, singulos, suo quemque metu, obedientes facit.* Livius lib. VI.

At contra, ruunt omnia, ubi non hoc firmamentum: diffluunt, ubi non hoc coagulum. Et nimis pro vate, ille vates:

A iiij

Digitized by Google

Sophocles.

Ἀναρχίας γὰρ μεῖζον οὐκ ἔστι κακόν.
Αὕτη πόλεις ἄνατρεπει, τὴν δ' οἰκίας τίθησιν, ἢ διὰ στρατοῦ μάχην δορὸς
Τροπὰς παραῤῥίπτουσα, τὴν δ' ἐξευμένων
Σώζει τὰ πολλὰ σώματ' ἡ σύνεσις.

Confusione tætrius nullum est malum.
Hæc perdit urbes, ista perdit & domos
Vastasque reddit; Martis in certamine
Hæc tergа vertit. Rite sed parentium
Res servat atque vitam Obedientia.

CAP. II.

Divisio Imperii. Principatus, prima & optima ejus pars. Id variis argumentis ostensum.

IMPERIUM hoc autem triplex: Principatus, Optimatum, & Populi status. *Tres Imperii formæ.*

Tacitus lib. III. *Nam cunctas nationes & urbes* (ait meus scriptor) *Populus aut Primores, aut Singuli regunt.*

Et quidquid scrutêre: nec cœtum aliquem socialem sine ullâ harum formarum reperies, nec in eo aliam præter istas. Miscentur inter se, fateor, & remittuntur aut intenduntur: sed sic, ut propendeat & præponderet semper aliqua pars, à quâ jure ei nomen.

Ibidem. Sed quæ ex his optima? diu hoc in lite. Quam solvit & non solvit idem ille noster. *Dilecta*, inquit, *ex his & constituta reip. forma facilius laudari quàm evenire: aut si evênit, haud diuturna esse potest.* Ego si non veriùs, clariùs rem aperio, & præfero palàm Principatum. Movent me ista: *Difficile, nec certum doctis judicium, Optimus tamen Principatus videtur. Quis vero?*

Aristot. in Politic. Quòd ille vetustissimus: ὡς φύσει καὶ θειότατον ἡ βασιλεία: *primus & divinissimus Principatus*,

Cic. III. de Legib. Et certum est *omnes antiquas gentes regibus primùm paruisse.*

Sallust. in Catil. Idque *in terris nomen imperii primum fuit.*

Justin. lib. I. Ut verissimè præfatus sit ille, *Principio rerum, gentium nationumque imperium penes reges erat.*

Digitized by Google

Idem ex naturâ maximè

Addo, quòd ad naturam aptissimus. Docent animantes ceteræ in quibus imago hæc imperii: docent plerique hominum. & orbem peragra; *pauci libertatem, pars magna justos dominos volunt.* Sed & habent. Sallust. Epist. Mithridatis.

Ex ratione, & usu.

Idem secundùm rationem maximè. *Unum enim imperii corpus, unius animo regendum videtur:* sicuti ab uno gubernatore, una navis. Tacitus I. Annal.

Nam plurium imperium, ad plures trudit.

Plures, quid mihi adfers? Turbas. non aliter, quàm *si δύο ἥλιοι γενοίατο, κίνδυνος, πάντα συμφλεχθέντα ἀφανισθῆναι: si duo Soles velint esse, periculum ne incendio omnia perdantur.* Serinus.

Discordiam gignit. Contrà, pacem Principatus.

Arduum enim *semper eôdem loci potentiam & concordiam esse.* Tacitus IV. Ann.

Itaque *pacis interest, omnem potestatem ad unum conferri.* I. Hist.

Legimus, imò ipsi vidimus; *discordantis* sæpè *patriæ non aliud remedium fuisse, quàm si ab uno regeretur.* I. Annal.

Nec dissentiunt à me prudentes. Ille clamat:

Pro quo & æterna auctoritas.

Ὁ βασιλεύς, ᾧ σὺ θεὸς ἐξ ἀνθρώπων: *Rex, deus quispiam humanus est.* Plato Politic.

Alius, Ἐκ Διὸς βασιλῆες: *Ex Iove sunt reges.* Callimachus. Homer.

Et tertius inculcat —— Διοτρεφέας βασιλῆας: *ab Iove educatos reges.*

Quinetiam nonnemo: *regnum res inter deos hominesque pulcherrima.* Livius libro XXXI.

Ut jure concludam & optem cum Homero:

---- εἷς κοίρανος ἔστω, Illiad B.

---- Εἷς βασιλεύς.

—— *herus unicus esto,*

Unicus & Princeps.

Nam plures rationes scio; nec afferro, in hoc angusto circo alienorum verborum, cui me inclusi.

CAPUT

CAPUT III.

Principatus definitio. Per partes declaratio. Et primum, utrius sexus ille sit?

NEC tamen Principatum omnem confusè extollo, sed verum & legitimum. Quem definio, UNIUS IMPERIUM, MORIBUS AUT LEGIBUS DELATUM, SUSCEPTUM GESTUMQUE PARENTIUM BONO. In quâ formula, nisi fallor, non vim solùm omnem boni Principatus inclusi; sed & ad illam viam. Diducam, & explicabo. Posui primò, VNIUS IMPERIUM. Virine, an fœminæ? Utriusque. Sed illius maximè: quia jubet sic natura. *Quid Principatus?* *Virorum id munus.*

Aristo. 1. Politic. cap. VIII. Τὸ μὲν ἄρρεν, φύσει δὲ θηλυ ἡγεμονικώτερον: *Nam quidquid masculum, natura magis factum ad imperandum, fœmineo.* *Vis fœminarum:*

Etiam ratio. Nam palàm est quòd ille conditor nostri deus, fœminis quidem *Quæ imbecillæ.*

Seneca Octav. —— *pectus instruxit dolis,*
Sed vim negavit.

Nec constantiam dedit: *Quæ inconstantes.*

Propert. libro II. Eleg. —— *nulla diu fœmina pondus habet.*

Ne prudentiam quidem plenè. *& plerumque muliebre consilium deterius.* *Quamvis adspicientes.*

Tacitus IV. Ann. III. Ann. Atqui hæc imperii vera instrumenta. Sed addo & vitia. Quia *non imbecillis tantùm & impar laboribus hic sexus, sed si licentia adsit, sævus, ambitiosius.* *Sæpè vitiosæ.*

IV. Ann. Quid etiam si sæpè lubricus? Quam in lubrico tunc respublica. *Nec* enim *fœmina, amissa pudicitia, alia abnuerit.* *Et lubricæ.*

De moribus Germ. Denique indecorum, & servum nimis hoc servitium. Doctor meus de barbarâ quapiam gente. *Fœmina dominatur. in tantum non modò à libertate, sed à servitute degenerant.* *Nec honestum viris id jugum?*

Plinius Paneg. Atque his cautis videatur fœminis *sufficere obsequii gloria.*

Seneca Epist. Ecce tamen & tela non imbellia pro imbelli sexu. Pro iis hæc ratio. Quod *Nulli præclusa est Virtus. Omnes admittit.* *In alteram tamen partem ratio.*

Digitized by Google

A communione virtutis. *Nec sensum, nec sexum eligit.* *Idem.*

Et reverà, nonne eximiæ aliquot reginarum lectæ nobis, auditæ, visæ? quæ fortes, cautæ, castæ, *virilibus curis, fœminarum vitia exuerant.* *Tacitus VI. Ann.*

Ab exemplis.

A vitu gentium. Pro iisdem, consensu aliquot gentes. Britanni illi veteres non regno solùm præfecère, sed bello. *Solitum* quippe *Britannis, fœminarum ductu bellare.* *In Agric*

Germani viris ipsis ante-tulerunt; & *messe iis sanctum aliquid ac providum putarunt.* *De moribus German.*

Itaque *nec consilia earum aspernabantur, nec responsa negligebant.* *Ibid.*

Imò *pleraque earum* (rides an ringeris?) *fatidicas, & augescente superstitione, arbitrabantur deas.* *IV. Hist.*

Capaces igitur sceptri: ut hi quidem censent, atque etiam ego, nisi lex aut mos patrius aliter jubent.

CAPUT IV.

Quomodo capiendus Principatus? duos legitimos modos esse, Electionem & Successionem. Et de utraque aliquid dissertum.

NAM hæc ante omnia servo. Ideò addo, MORIBUS AUT LEGIBUS DELATUM: non temerè initium & velut caput regiæ hujus viæ muniens, quia multi calcare eam volunt pede non recto.

Locum Principatûs plures affectant.

Natura mortalium avida imperii est, ait ille: *Sallust. Jugurth.*

Et id naturæ vitio. Et alter: *Vetus ac pridem insita mortalibus potentiæ cupido:* *Tacitus II. Hist.*

Eaque *cunctis affectibus flagrantior.*

Itaque Principatum multi appetunt, nec boni ipsi, nec bono fine. Quos repressit tamen mos sive lex gentium repagulo duplici, Electionis & Successionis. Hanc appello, CUM GENTILIS IS HONOS EST, ET PRINCEPS E PRINCIPE NASCITUR. Illam, CUM SPRETO NATALIUM JURE, SUFFRAGIIS DESIGNATUR. Electio, antiquior. Tamen Successio receptior, & adspectu aliquo melior: quia verum est *XV. Ann.*

Fragum eis duplex: Successio.

Et Electio.

Illa, ut videtur, melior.

Minore

Digitized by Google

Tacitus II. Histor. *Minore discrimine sumi Principem, quàm quæri.*

Turbis etiam hoc obstaculum. Cùm alioqui *magnis* aut novis *conatibus opportuni sint transitus rerum.* — Pacatior.

I. Histor.

III. Ann. Nam clarum est, *pravas aliorum spes cohiberi, si successor non in incerto.* — Securior.

I. Annal. Princeps ipse per hanc viam securior, *& pluribus* velut *munimentis insistit.* — Et Principem ipse remansse.

IV. Hist. Oraculum est, *Non classes, non legiones, perinde firma imperii munimenta, quam numerum liberorum.*

Plinius Paneg. Tamen aliis ratio magis placet alia. Et ajunt, *Imperaturum omnibus, elegi debere ex omnibus.* — Pro Electione & sua ratio:

Tacitus I. Histor. Vel ideò, quòd plerumque *Optimum quemque Electio invenit.*

Ibidem. *Nam nasci & generari à principibus, fortuitum, nec ultrà æstimatur: cooptandi judicium integrum, & si eligere velis, consensu monstratur.* — Quia digniores reperit:

Ibidem. Minùs etiam servilis hæc species. *Et loco libertatis erit, si eligi incipimus.* — Quia & ipsa dignior.

Eodem libro. Sed utra harum rectior, non rectæ viæ aliæ: nec *quisquam imperium flagitio quæsitum bonis artibus exercuit.* — Ceterùm extra hæc, obliquæ viæ, nec faustæ.

Curtius lib. IV. Imò nec diu exercuit. Quia *nulla quæsita scelere potentia diuturna est.*

CAPUT V.

Initia Principatuum plerumque laudabilia: sed id, non satis. perseverandum esse.

SED addidi etiam, SUSCEPTUM GESTUMQUE. nec geminavi temerè; quia sunt qui suscipiant rectè, non gerant & finiant. Ego autem palmam hanc, in metâ. non in carceribus figo. Fit malo vitio, an fato humani generis, ut

Tacitus II. Annal. *Initia magistratum* aut Principum *ferè meliora sint, sed finis inclinet.* — Principia Principum ferè bona: at non finis.

Poëta non nescivit:

Lucanus lib. VIII. ——— *mitissima sors est*
Regnorum, sub rege novo.

Inde

Ideo grati, novi reges.

Imò. Nec ipsum vulgus. Qui *accipiunt regem lætantes, ut fermè ad nova Imperia.* Tacitus II. Ann.

Sed non in longum.

Spei suæ quàm sæpè falsi! Nam plerique regnantium, *suóne an servitii ingenio, dum adipiscuntur dominationes multâ caritate sunt; & majore odio, postquam adepti.* XII. Ann.

Causa, quia fucus decidit.

Fit ideò, quia plurimùm simulatæ eæ virtutes: cùm sciant omnes, *Novum imperium inchoantibus, utilem esse Clementiæ famam.* IV. Hist.

Aut certè mutantur in regno.

Aut certe non altè insitæ. Ideoque peccare paullatim *indulgentiâ fortunæ, & pravis magistris discunt audentque.* II. Hist.

Sive etiam Regni ipsius natura hoc fert, ut *diuturnitate in superbiam mutent.* XII. Ann.

Suo sapè malo quia

At malè. *Imperium* enim *iis artibus facillimè retinetur, quibus initio partum est.* Salust. in Catil.

Et fortuna cum iis mutatur.

Quòd si se mutant: videant, ne *Fortuna* quoque *cum moribus immutetur.* Ibid.

CAPUT VI.

Quis finis, quo actiones omnes Princeps dirigat? Bonum publicum id esse, & seponenda privata.

DENIQUE iu extremo posui PARENTIUM BONO: in iis verbis Finem ipsum veri Principatus complexus, & candidam illam metam, ad quam currat Regius hic athleta. quæ non aliud, quam subditorum commodum, securitas, salus.

Beatitas civium, Principi proposita.

Nam *moderatori reipub. beata civium vita posita est.* Cicero V. de Rep

Ut ea *opibus firma, copiis locuples, gloriâ ampla, virtute honesta sit.* Ibid.

Et idcò eligitur:

Te spectas? Erras. καὶ γὰρ ὁ βασιλεὺς αἱρεῖται, οὐχ ἵνα ἑαυτῷ καλὰς ἐπιμελῆται, ἀλλ' ἵνα καὶ οἱ ἀλόμενοι αὐτῷ τὰ σφίσι: *nam rex eligitur, non ut sese molliter curet, sed ut per ipsum, ii qui elegerunt, benè beatèque agant.* Xenoph. in Memorab. Socrat. lib. III.

Tyranno autem, sua.

Hac unâ in re maximè abit ille à Tyranno. Quod ὁ μὲν τύραννος τὸ ἑαυτῷ συμφέρον σκοπεῖ, ὁ δὲ βασιλεὺς Aristot. VIII. Politic. cap. X

Digitized by Google

σιλέως, τὸ τῶν ἀρχομένων. *Tyrannus suum ipsius commodum spectat & quærit, at rex subditorum.*

Qui verè est Homericus ille ποιμὴν λαῶν: *pastor populorum.* *Ut pastor! cura egregi: est.*

Scias igitur quisquis hoc nomine, *civium non servitutem tibi traditam, sed tutelam.*

Seneca de Clem. Indicem. Nec *rempublicam tuam esse, sed te reipublicæ.* *Non igitur dominium, finis.*

Vatem audi:

Claud. ad Honor. *Tu civem patremque geras; tu consule cunctis,* *Ideo curet, foveat.*

Non tibi: nec tua te moveant, sed publica damna.

Tacit. IV. Hist. Malus ille, qui *ex magnâ fortunâ licentiam tantùm usurpat:* *Non neglegat, ut stulti, & solati.*

Ibidem. Qui *non ad curas intentus, sed stupris & adulteriis Principem agit.*

Sallust. At verus bonusque noster intendit, vigilat: & scit, *maximo imperio maximam curam inesse.* *Omnis enim hæc, non solùm munus est.*

Seneca Cons. ad Polyb. *Omnium somnos illius vigilantia defendit, omnium otium illius labor, omnium delicias illius industria, omnium vacationem illius occupatio.*

Ibidem. Ideò *remissum aliquando animum habebit, numquam solutum.*

Ibidem. Hoc subditorum bono fiet, hoc ejus. Quia *illius demum Principis magnitudo stabilis fundataque est quem omnes tam supra se esse quàm pro se sciunt.* *Vigilans autem Princeps, firmus.*

CAPUT VII.

De via recta quam Princeps ingrediatur: & primum de Virtute: Ostensum hanc ei, sua causa necessariam.

VERUM ecce Principem definivi: formabo tibi nunc eumdem, & qui perveniat ad salutarem illam metam velut manuducam. Inclusa sanè hæc via in ipso boni publici fine, fateor: (nemo enim sic geret, qui non ipse bonus: nec id solùm, sed & prudens:) verùm inclusa occultè. Ego educam, aperiam, & totum hoc imperandi iter tenuiore quodam, ut sic dicam, fabulo sternam salubrium præceptorum. Duo sunt quæ legitimum *Adfinem*

Digitized by Google

Ad Finem Boni publici duo conducunt: Virtus & Prudentia. Illa, Principi convenit, ex decoro.

timum & numeris suis absolutum Principem faciunt: Prudentia & Virtus. illa ut in Actionibus ejus eluceat, hæc in Vita. De Virtute præmittam: quæ prorsus & Regi assumenda, & per eum his qui regnantur. Regi: quia ita decorum est, ut probitate emineat, qui dignitate, Cyrum, lubens audio: qui

Ὁ γὰρ οἴεσθαι πρέπειν μηδενὶ ἀρχὴν, ὅστις μὴ βελτίων τῶν ἀρχομένων: *non censebat convenire cuiquam imperium, qui non melior esset iis quibus imperaret.* Xenoph. Pæd. 1 IX.

Vulgò ita judicamus; & ubi suffragiorum res, plerumq; Βασιλεὺς καθίσταται ὃν ἂν ἐπιεικὴς καθ' ὑπεροχὴν ἀρετῆς. ἡ πρόκριση τὸν ἄνδρα τῆς ἀρετῆς: *rex constituitur ex idoneis aptisque ob eminentiam virtutis, aut actionum quæ à virtute.* Arist. v. Politic. cap. 11.

Meo sanè & poëta puncto,

Qui rectè faciet, non qui dominatur, erit rex. Auson. in Monos. Seneca. I. de Clem.

Ex famâ. Sed & fama ejus hoc postulat, quæ parùm pura, si non vitâ. *Omnia* enim *facta dictaque Principis rumor excipit:*

Nec magis ei, quàm Soli, latere contingit. Indidem.

Ut jure *cavere debeat qualem famam habeat: qui qualemcumque meruerit, magnam habiturus est.* Indid.

Eò magis, quòd *invisum semel Principem seu bene seu malè facta premunt.* Tacitus. I. Hist.

Ex utili. Etiam regni firmitas sic poscit, quia

—— ubi non est pudor
Nec cura juris, sanctitas, pietas, fides,
Instabile regnum est. Seneca Thyest.

Sit ante oculos Nero, & qui alii tyrannorum: *quos sua immanitas, sua luxuria, cervicibus publicis depulère.* Tacitus I. Hist.

Ad exitium natæ voces,

—— sanctitas, pietas, fides,
Privata bona sunt. Quâ juvat, reges sunt. Seneca Thyest.
Et usu discès.

Digitized by Google

CAPUT. VIII.

Subditorum etiam caussâ Principi virtutem induendam, & ipsis instillandam. sine qua probus aut diuturnus nullus cœtus.

IAM & Principi cum altera, ut cùm ipse bonus, subditi etiam tales. Ubi virtus abest, quæ societas non dicam laudabilis, sed firma? Quod de opido poëta, de statu omni dixeris: *Infirmus resp. sine virtute:*

Plautus Perſ. — *Si incolæ benè morati sunt, pulchrè munitum arbitror.*

Ibidem. Sin aliter: profectò — *centuplex murus rebus servandis parum est.*

Polyb. lib. VI. Audi Prudentiæ alumnum: *Ille reip. status optabilis & firmus est, in quo & privatim sanctè innoxiéque vivitur, & publicè Iustitia ac Clementia vigent.* *Cum ea firmus & felix.*

Plato Alcib. I. Audi & Sapientiæ: Εἰ μέλλεις τὰ τῆ πόλεως πράξειν ὀρθῶς καὶ καλῶς, χρεὼν σοι μεταδίδοναι τῶν πολιτῶν. *Si remp. rectè laudabiliterque instituis gerere, virtus tibi cum civibus communicanda est.*

Salluſt. ad Cæſ. Hos, inquam, potiùs, quàm illos malè callidos. Qui *eò munitiores reges censent, quo illi quibus imperitant nequiores fuêre.* *Prava quorundam opinio.*

Plinius Paneg. *Quod patientiores servitutis arbitrantur, quos non deceat nisi esse servos.* *Ejusque ratio.*

Salluſt. ad Cæſ. Sed profectò hac ipsâ in re errant. Nam *pessimus quisque asperrimè rectorem patitur.* *Sed hæc subversa.*

Idem in Jugurth. Contrà boni, mites & obnoxii, *metuentes magis, quàm metuendi:* *Quo quis melior, hoc jugi patientior.*

Plautus Milit. Et ab ore veritatis illud est, — *Facile imperium in bonos.*

Salluſt ad Cæſ. Jure igitur dabis operam, *cùm ipse bonus atque strenuus sis, uti quàm optimis imperites.*

CAPUT

CAPUT IX.

Subditos probos fieri maxime à Principis exemplo. Cujus incredibilis vis in utramvis partem.

Hoc duplici viâ assequêre, Legum & Exempli. De illa, mox tangam: de hac nunc habe.

Subditi ad Principem se formant.

Quales in repub. principes sunt, tales reliquos solere esse cives. Cicero in Epist.

——— *componitur orbis*
Regis ad exemplum. Claud. v. Cons. Honor.

Ejus causa.

Nec causa occulta. Quoniam ad alta illa versæ plerumque mentes & oculi: *nec tam imperio nobis opus, quàm exemplo.* Plinius Paneg.

Ducit natura mavult, quam cogi.

Quod urget efficaciùs, quàm ipsæ leges. *Obsequium* enim *in Principem & æmulandi amor validiora, quàm pœna ex legibus.* Tacit. III. An.

Facta Principum, jussa.

Quamquam illud ipsum tacita quædam lex est. Quoniam *hæc conditio principum, ut quidquid faciant, præciperc videantur.* Quintil. Declam. IV.

Et eo bono, plerique boni.

Vis tuos bonos? ipse esto. *Rectè facere Princeps cives suos, faciendo, docet.* Velleius lib. II. Seneca Thyest.

Rex velit honesta, nemo non eadem volet.

Malo, mali.

Solutos & malos? te solve. Nam *Vitia non solùm ipsi Principes concipiunt, sed etiam in civitatem infundunt: plusque exemplo, quàm peccato nocent.* Cic. II. de Legib.

Et benè noster: *Unius invidia* (addo ego, *& culpa*) *ab omnibus peccatur.* Tacitus III. Ann.

CAPUT X.

Distinctius de Virtutibus Principis dictum. Et primum de Justitia, quam ea necessaria: etiam in ipso Principe.

Ergò Virtus Principi decòra & utilis. Omnisne? ita censeo. Sic tamen ut species ejus quasdam magis necessarias fatear, quæ eminent & proprie regnum sibi postulant in Regno. Hæ mihi duorum generum: & sunt quædam ut minuta sidera, quædam ut magna. Inter magna lumina-

Duplices virtutes Principis.

Digitized by Google

ria habeo, Iustitiam & Clementiam. E quibus illam veluti Solem facio: qui nisi Imperiorum omne corpus illuceat, tenebræ in iis, tempestas nimbi. *Majores, Minores,*

Cicer. II. Offic. *Tanta enim hujus vis est, ut nec ii quidem qui scelere ac malaficio pascuntur, possint sine ulla particulâ Iustitiæ vivere:* *Iustitia inter majores.*

Quam in hac meâ re definio, VIRTUTEM JUSTI ET ÆQUUM IN SE INQUE ALIIS FIRMITER SERVANTEM. In se, dixi: quia Principem ipsum huic alligo: quem legibus placet subiici, etsi (quorumdam sensu) *Ejus definitio. Principi imponenda.*

Plinius. Paneg. *Principi eas nemo scripsit.*

Plato in Politic. Nam ἄνευ δὲ sanè μοναρχία, χαλεπὴ, καὶ βαρυτάτη ξυμπεσεῖται *illex Principatus molestus, & cui haud facile subsis.* *Iisque legibus eligendus:*

Spart. in Ant. Carac. Turpe illud, *Licet, si libet.* *Ne quid sit licitum.*

Hoc pulchrius:

Seneca Troad. *Minimum decet libère, cui nimium licet.*

Cic. Orat. pro Rabir. Et meminerit Princeps, *non solùm quantum sibi commissum, sed etiam quatenus permissum sit.*

Poëtæ illud falsum & improbum:

Lucan. lib. VIII. *Sceptorum vis tota petit, si pendere justa* *Incipit.* *Quæ obstrictio imperium non minuit.*

Cic. Parador. Oratoris hoc verius: *Ius & æquitas, vincula civitatum.* *Imo firmat:*

August. IV. de Civit. Item illud divini viri: *Remotâ Iustitiâ, quid sunt regna, nisi magna latrocinia?* *Et facit verè Regnum.*

Tacitus XV Ann. A barbaro istud barbarum: *In summâ fortunâ id æquius, quod validius.* *Voci contraria & improba,*

Theodahad. apud Cassiod. Varr. lib. X. Contrà, è Rege illud regium: *Cùm omnia possimus; sola credimus licere nobis laudanda.* *Oppositæ meliores:*

Poëta etiam sapienter:

Euripid. Οὐ τὰς κρατοῦντας χρὴ κρατεῖν, ἃ μὴ χρεών: *Non fas potentes posse, fieri quod nefas.*

In Vrsodid. lib VI. Denique nec Euphemi illius sermo ἄφημος. Κάδοι τυράννῳ, ἢ πόλει δέχεσθαι ἰσχύσιν, ἃ δὲν ἄλε- *Male tiosa item, dogmati.*

Digitized by Google

ἀνδρὸς, ἢ πόλεως ἐγκωμιαστέον : *Viro aut urbi principi nihil injustum quod fructuosum.*

Xenophon. de Cyri Exped. lib. VIII.

Dogma simplicius ac verius.

Apage. Ab ore aureo aurum illud purius : Ἐγὼ δὲ οὐδὲν νομίζω χρυσὸν οὕτως τιμᾶν, ἢ ἄρχοντα, καλὸν εἶναι κτῆμα ἀνδρὶ ἀγαθῷ ἐπιτηδεύματος ἀρετὴ καὶ δικαιοσύνης. *Ego verò nullas opes viro, ac præsertim Principi, pulchriores honestioresque censeo, quàm Virtutem & Justitiam.*

Gloria justitiæ adsecla.

Et fructum Regi quid ingerunt? Gloriam potiùs. *Fundamentum* autem *perpetuæ commendationis & famæ Justitia est : sine quâ nihil potest esse laudabile.*

Cic. III. de Offic.

Et pœnè divinitas.

Præclarè Principum princeps : *Pietate & Justitiâ, Principes Dii fiunt.*

Augustus apud Senec. in Ludo.

CAPUT XI.

Justitiam administrandam Subditis esse. æquabiliter : temperanter : & sine cumulo legum. remoto etiam litium studio.

Jus reddere, primum Principis munus.

EAM igitur in se Princeps servet: nec id solùm, sed, ut addidi, IN ALIIS. Quia Divam hanc asserere, unà cum regni munere ei munus. Originem sceptri si repetis,

Hæc caussâ creatus maximè:

Cicer. II. de Offic.

Fruendæ justitiæ caussa reperies *olim benè moratos reges constitutos.*

Quid enim aliud quam contra vim & manuariam illam legem inventi & invecti isti? ut essent qui *summos cum infimis pari jure retinerent.*

ibd.

Aristot. v. Politic. c. x.

ut suum cuique detur servetur.

Benè Sapientiæ filius : Βούλεται ὁ βασιλεὺς εἶναι φύλαξ, ὅπως οἱ μὲν πεπτημένοι ὦσι ἀδικεῖν, μηδὲν ἀδικῶσι, πάσχωσιν· ὁ δὲ δῆμος, μὴ ὑποδέχηται μηδέν : *Rex debet & vult esse custos, ut nec opulenti injustum aliquid patiantur, nec plebs contumeliam accipiat.*

Bene & Musarum filius :

Τοὔνεκα δὲ βασιλῆες ἐχέφρονες, οὕνεκα λαοῖς
Βλαπτομένοις ἀγόρηφι μελάσχοπα ἔργα πελόσσι:
Hac una, reges olim, sunt sine, creati :
Dicere jus populis, injustaque tollere facta.

Hesiod.

Jus sit æquum:

Jus ergo nostrer dicat, reddat : & id habeat *supra omnem injuriam positum.*

Seneca de Clem. I. Tacitus XIII. An.

Sine pretii aut gratiæ adspectu:

Nihil in penatibus ejus venale sit, *aut ambitioni pervium.*

Caussas

Digitized by Google

Hiſt. Cauſſas reoſque audiat, quia *inauditi atque indefenſi, tanquam innocentes pereunt.*

Ariſtot. Rhet. l. cap. 111. Leges ne violet. ὁ γὰρ τοῖς νόμοις ἐσῶν ἡ σωτηρία τῆς πόλεως: *nam in legibus ſalus civitatis ſita:* — *Ex legum præſcripto.*

Colum. lib. 1 Interdum tamen temperet. Quia haud fruſtrà *Summum jus, antiqui ſummam putarunt crucem.*

Tacitus IV. Ann. Novas parcè ferat. Nam & illud verum, *Corruptiſſimâ republicâ, plurimæ leges.* — *Novæ ens multæ leges fugiendæ:*

Ibidem. Hoc ævum ſi vides; fateare, *ut anteà flagitiis, ſic nunc legibus laborari.*

Ann. XI. Inde litigandi ars & ſtudium: *ut quemadmodum vis morborum pretia medentibus, ſic fori tabes pecuniam advocatis ferat.* — *Et fori hæc litigia.*

Ibidem. Inde *publicæ mercis nihil tam venale, quam advocatorum perfidia.*

Colum. lib. 1. Et cur diſſimulem? Peſtis Europæ *canimum* hoc *ſtudium.* Quod haud temerè quiſpiam *conceſſum Latrocinium* dixit. — *Quod inter cauſſas (mihi quidem) corrupti hujus artis:*

Plutarch. Catonis priſci voto meum adſonet, *Forum muricibus ſterni.*

Plinius Paneg. Et medeatur noſter Princeps: videatque *ne legibus fundata civitas, legibus evertatur.* — *Ideo novo & diverſo Juſtiniano opus.*

Colum. lib. 1. *Sine cauſſidicis ſatis felices olim fuêre, futuræque ſunt urbes.*

CAPUT. XII.

Clementia definita. Principi commendata. Quæ amabilem eum, quæ firmum; quæ illuſtrem facit.

PRÆFERO nunc Principi lumen alterum, Clementiam: id eſt, ut ego appello, Imperiorum Lunam. Mitis & mollis ea Diva: quæ lenit, quæ temperat; noxios eripit, lapſos erigit; & ſervatum it eoſipſos qui ſe perdunt. Nec deſcripſerim eam aliter, quàm VIRTUTEM ANIMI A POENA AUT VINDICTA AD LENITATEM CUM JUDICIO INCLINANTIS. Hæc homini omnium virtutum convenientiſſima, quia humaniſſima. ſed — *Clementia munera.* — *Eius deſcriptio.* — *Convenientiſſima Principi.*

Digitized by Google

Nullum tamen ex omnibus magis, quàm Regem aut Principem decet: Seneca I. de Clem.

Qui largiter exercere potest. Quia *plus habet apud illos quod servet, ac majore in materiâ apparet.* Ibidem.

Et debet, quia gratiam ei parat: Quia etiam omnia conciliat, quæ sceptro digna. Amorem in primis:

Tutelam: *Qui vult amari, languidâ regnet manu.* Seneca Tragic.

Securitatem, quæ ex amore.

Non enim sic excubiæ, nec circumstantia tela, Quam tutatur amor. Claud. ad Honor.

Et cætera vi aut fraude perrumpas: *hæc arx inaccessa, hoc inexpugnabile munimentum est, munimento non egere.* Plinius Paneg.

In regno firmitatem. Etiam firmitatem. Nam *firmissimum id imperium, quo obedientes gaudent.* Livius lib. VIII.

Contrà autem,

Invisa nemo imperia retinuit diu. Seneca.

Nec crudi aut inimites umquam diuturni Eventibus omnis ævi crede. *Qui benignitate ac clementiâ imperium temperavêre, his candida & læta omnia fuisse: etiam hostes æquiores quàm aliis cives.* Sallust. ad Cæs.

Sed & gloriam parat: Imo velut divinitatem. Adde, quòd æterna gloria ab hac viâ: *nec ullâ re propius homines ad deum accedunt, quàm salute, hominibus dandâ.* Cicer. pro Ligar.

Poëta versibus aureis:

Audiat, recondat, Princeps. *Pulchrum eminere est inter illustres viros:* Seneca Octau.
Consulere patriæ, parcere afflictis, ferâ
Cæde abstinere, tempus atque iræ dare,
Orbi quietem, sæculo pacem suo.
Hæc summa virtus, petitur hac cælum viâ.

Usurpet igitur meus Princeps: & *amorem apud populares, metum apud hostes quærat.* Tacitus XI. Ann.

Rex ipse, non Dominus. Itempater: Nec dominationem, & servos; sed rectorem, & cives cogitet: Clementiamque & justitiam capessat. XII. Ann.

Ita Homeri illud conveniet:

—— Πατὴρ δ' ὡς ἤπιος ἦεν. Odyss.

—— *mitis erat patris instar.*

Velli timeant, non illum. Ita Biantis illud eveniet: τὰς ὑπηκόους φοβεῖσθαι μὴ αὐτὸν, ἀλλ' ὑπὲρ αὐτῶν timere subditos non illum, sed pro illo. & alibi.

CAP.

Digitized by Google

CAPUT XIII.

Clementia uberius commendata, sed cum temperie, Abire eam a Justitia leniter, nec tamen solvere eam vim imperii sed vincire lento nodo.

SEd usurpet (non temere à me positum) CUM JUDICIO. quia absque illo, mollities hæc & lentitudo sit, & flagitium, adeo no virtus. Secedit paullum, fateor, ab acri illo Justitia Sole hæc Luna; sed secedit, non discedit, diversa potius quam adversa. Justitia ipsa nihil indigneturr, haud usquequaque adhærete sibi Principem nostrum pede presso; quoniam sine peste & pernicie id non potest generis humani. *Flectit a justo clementia.* *Sed bono nostro.*

Tacit. 1 11. Ann. *Flagitia enim & facinora sine modo sunt;* Πεφύκασί τε ἁπαντες, ait ille, καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ ἁμαρτάνειν, καὶ οὐκ ἔστι νόμῳ ὅστις ἀπείρξει τάδε: *nati omnes peccare & labi sunt, qua privatim, qua publice, neque lex est quæ satis valide vetet aut capiat modum.* *Idque ob assiduas & innumeras culpas.*

Tibur. l. 111.

Tacit. in Agric. Ita necessarium est sæpe dissimulet, & *malit videri invenisse bonos quam fecisse.* *Quæ dissimulanda: aut omnes, & omnia, perdenda.*

Sen. 1. de Clem. An rigide semper puniat? non ex publico id usu. quia *severitas amittit assiduitate auctoritatem:* *Crebra punitio vilescit, Imo irritat peccata. Rebelliones excitat.*

Ibid. Et nescio quo obtinendi vitio, *videbis ea sæpe committi, quæ sæpe vindicantur.*

Ibid. Sed nec ex ipsius privato. quoniam *ut arbores quædam recisæ pullulant: ita regia crudelitas auget inimicorum numerum, tollendo.*

Ibid. *Temperatus enim timor est, qui cohibet: assiduus & acer in vindictam excitat.*

Sallust. Jugurth. Tacit. Agric. Verissime dixerim: Sævitia *plus timoris quam potentiæ addit.*

Metus autem & terror infirma vinculacaritatis. quæ ubi removeris, qui timere desierint, odisse incipient:

VI. Ann. Et *repertis auctoribus, tollent animos.*

Seneca c. 1. de Clem. Et tamen fac proficere, quæ hic gloria? *Principi non minus turpia multa supplicia, quam medico funera.*

Digitized by Google

Et Justitia omnino temperanda.

Melior ergo via altera. Et veri *benignique Principis est, ad Clementiæ commodum, transilire interdum terminos Æquitatis, quando sola est Misericordia, cui omnes virtutes cedere honorabiliter non recusant.* Cassiod. xi. Var.

In leviter errante. aut serio pœnitente.

Clementis Justitiæ exemplum, sive præceptum hoc habeat. *Omnia scire, non omnia requirere; parvis peccatis veniam, magnis severitatem commodare: nec pœnâ semper, sed sæpiùs pœnitentia contentus esse.* Tacitus Agric.

— ignoscere pulchrum Claudiã.

Iam misero. Pœnæque genus, vidisse precantem.

Non resolvit imperium benignitas.

Cleon quid mihi obgannit? Tria esse ἀξυμφορώτατα τῇ ἀρχῇ, εἰκῆ ἢ ἡδέως λόγον, καὶ ἀπραξίαν, *nocentissima Imperio, Miserationem, Blandiloquentiam, & Lenitatem.* Thuc. lib. III.

Imò efficacius jubet quædam & parat.

Mentitur. Nam & Clementiæ sui nervi, & *— peragit tranquilla potestas* Claud. paneg. Mallii.

Quod violenta nequit: mandataque fortiùs urget

Imperiosa quies.

Malè sanè *terrore veneratio acquiritur. Longeque valentior amor ad obtinendum quod velis, quam timor.* Plin. lib. VIII.

O non nisi è cælo verba! Hauri, Princeps, hauri.

Crispi gemma hæc consigno. *Equidem ego cuncta Imperia crudelia, magis acerba quàm diuturna arbitror: neque quemquam à multis metuendum esse, quin ad cum ex multis formido recidat. Eam vitam, bellum æternum & anceps gerere. Quoniam neque adversus, neque ab tergo aut lateribus tutus sis, semper in metu ac periculo agites.* Sallust. ad Cæs.

CAPUT XIV.

De Fide adjunctum, quæ Justitiæ origo aut suboles. Ea commendata, ut columen humani generis. Gloriosam hunc Principi esse. Utilem. Spreti ab Etruriâ doctores novi.

HABES duo lumina. De quorum fulgore & quasi repercussu, ecce tibi duo altera accensa, Fidem & Modestiam, E quibus illa Justitiæ ita vicina est, ut alteram ab altera oriri verè dixeris, nec refert utram. Nam &

Fides

Digitized by Google

Cicero I. Offic.

Fides Justitiæ fundamentum est.

Et hæc in animo non subsidet, nisi in quo illius bonos & amor. Eam describere breviter possum, EFFECTUM, QUOD IN NOBIS SIT, DICTI AUT PROMISSI. Virtus, quæ jure omnino cara sit Principie cui sua aut publica res cara. Nam hæc

Fidei descriptio.

Seneca Epist. LXXXIII. Silius ad Fidem.

Communicatio.

Sanctissimum humani pectoris bonum est.
Ante Iovem genera, decus divúmque hominumque,
Quâ sine non tellus pacem, non æquora norunt:
Justitiæ consors, tacitumque in pectore numen.

Cato Censorius.

Honos ei Romæ.

Quam nec immeritò *Capitolio vicinam Jovis optimi maximi* Romani *esse voluerunt.*

Cic. III. Offic. Auctor. ad Heren. lib. III.

Ut enim ille tutor humani generis, sic ista: *nec ulla res vehementiùs remp. continet, quàm Fides.* Itaque eam *magnoperè censemus conservandam:*

Servanda firmiter in repub.

Fama suadet: quoniam

Hoc exigit:

Euripid.

——Καλόν τ γλῶσσ', ὅταν πίστις παρῇ:
——*res pulchra, lingua cui fiet Fides.*

Et utilitas.

Aristot. Rhet. ad Theod. d. cap. XV.

Fructus suadet. Καὶ ἀκύρων γιγνομένων τ συνθηκῶν, ἀνάγκη ἢ πρὸς ἀλλήλους χρῆσθαι τ αὐθαίμων: *& infirmatis violatísque pactis, tollitur inter homines commerciorum usus.*

Cicer. pro Q. Roscio Com.

Plane igitur *perfidiosum & nefarium est, fidem frangere, quæ continet vitam.*

Nec audiends vulpiones, qui suffodiunt.

Et ubi isti doctores novi?

Aristoph. Acharn.

Οἷσιν ὅτι βωμὸς, ὅτι πίστις, οὐθ' ὅρκος μέλει:
Quèis nec ara nec fides, nec ulla firma pactio est.

Qui aures Principum venenant; & suadent,

Cic III. de Offic.

Ut omni recta & honesta negligant, dummodo potentiam consequantur.

Qui intermortuum illud recoquunt,

——jus regnandi gratiâ

Ex Eurip.

Violandum est. Aliis rebus pictatem colas.

Heu vani, falsi! Nam *Fides nullâ necessitate ad fallendum cogitur, nullo corrumpitur præmio.*

Frangenda ea nulla vi.

Seneca Epist. LXXIX. Silius libro XIII.

----Fulgentibus ostro
Hæc potior regnis.

Digitized by Google

Nulla fraude.

Fraudes & captiunculas miſcent? ſcio. Et *perfidos numquam cauſſa deficiet, cur pacto non ſtent*: Livius lib. IX.

Semperque aliquam fraudi ſpeciem juris imponent. Ibidem.

Sed audiant generoſum Braſidam, Ἀπιστεῖν ἐναγέστατον τοῖς τε ὁμοίοις τῶν ἀξιώματι πλεονεκτοῦσι, καὶ βίᾳ ἐμφανεῖ. *Iis qui in dignitate ſunt turpius, fraude honeſtâ circumvenire aut lædere quam vi apertâ.* Thucyd. lib. IV.

Etiam infido ſervanda.

Nam quod nonnulli ſibi *ſumunt, nullam eſſe fidem, quæ infideli data ſit*: Cic. III. Offic.

Errant, & *quærunt latebram perjurio.* Ibidem.

Nam *Fides etiam perfidis præſtanda eſt*: Ambr. I de Offic.

Etiam hoſti.

Etiam inter arma. Et.

——— *optimus ille* Silius
Militiæ, cui poſtremum eſt primumque tueri lib. XIV.
Inter bella fidem.

Apagite igitur iſtos, ô mei reges:

——— *neu rumpite fœdera pacis,* Idem
Nec regnis poſtferte fidem. lib. II.

Perjuris Deus hominesque infeſti.

Hoc cogitate. σὺν ἐπιορκεῖν, φοβερῷ τῷ τε θεῷ καὶ τῇ ἡδονῇ παρεῖναι, καὶ τῷ θεῷ τοῖς ἀνθρώποις αἰχύνῃ: *non pejerare, timentes & divinam ultionem, & humanam infamiam.* Ariſtot. Rhet. ad Alexand. CXVIII.

Nam profecto

——— *etſi quis primo perjuria celat*: Tibul.
Sera tamen tacitis pœna venit pedibus.

CAPUT XV.

De Modeſtia præſcriptum, quæ Clementiæ aſſidet. Inſtillata Principi, & in Senſu & in Actione.

ET Fides quidem Juſtitiæ, ut ſic dicam, παρήλιος eſt: de Clementiæ autem lumine, Modeſtiæ lumen refulget. Quæ concolor illi valdè, & lenis mitiſque animi aſſidua comes. Definio, RATIONE TEMPERATUM, NEC ACTIONE EXSULANTEM, DE SE SUISQUE SENSUM. Quæ virtus cùm aliis inculcanda (quid enim homines ſumus? Aut quamdiu ſumus?) tum Principi maximè: quem.

Quid Modeſtia.

In

Digitized by Google

Bernard in Epist. — *In alto positum non alta sapere, difficile est.* — *Rarae in aulis, & apud magnos.*

Senec. 11. de ira. — *Quid quid* enim *leve & inane in animo est, secum se aura sustollit.*

Sallust. Ingurth. Tacitus. xv. Ann. — Hinc plerumque in magnis ille *contemtor animus, & superbia, commune nobilitatis malum.* — *Esse tamen debet.*

Sed noster temperet, sciatque *Modestiæ famam neque summis mortalium aspernandam, & à diis æstimari.*

Plinius Panegy. — Cur autem insolescat? *Non minùs hominem se, quàm hominibus præesse cogitet.* — *Nam supra, non extra homines Princeps. Et regnum & omnia regni vana; Incerta, Ruinæ præcipiti obnoxia.*

Tacitus 1. Annal. — Sceptrum, aut opes, faciunt animos? Miser & vane. *Cuncta mortalium incerta quantoque plus adeptus sis, tanto te magis in lubrico* censeas.

Valer. libro v:. cap. ult. — *Caduca hæc & fragilia, puerilibusque consentanea crepundiis, quæ vires atque opes humanæ vocantur*

Curtius lib. VII. — *An ignoras magnas arbores diu crescere, una hora exstirpari?*

Seneca Herc. Fur. — *Vidi cruentos carcere includi duces,*
Et impotentis terga plebeia manu
Somdi Tyranni.

Curtius lib. VII. — Scilicet *nihil tam firmum est, cui periculum non sit etiam ab invalido.*

Ibidem. — *Leo* ipse *aliquando minimarum avium pabulum sit, & ferrum rubigo consumit.*

Cic Philip. VIII:. — Sensum ergo modificetur & temperet: imò & ACTIONEM. *Persona* enim *Principis non solùm animis, sed etiam oculis servire debet civium.* — *Etiam in externis Modestia ampletienda. In sermone;*

Sen. Epist. — Sermo ei gravis. *Nam quemadmodum sapienti viro incessus modestior convenit: ita oratio pressa, non audax.*

Sallust. Catil. Idem ad Cæs. — Etiam paucus. Apage linguaces istos: quibus (plerumque ita evenit) *loquentiæ multum, sapientiæ parum.* — *Nam futiles, inutiles.*

Quorum omnis vis virtusque in lingua sita est.

Curtius lib. VII. — Sanè vetus illud nondum me fefellit: *Canem timidum latrare vehementiùs, quàm mordere. Altissima quæque flumina minimo sono labi.*

Digitized by Google

In veste. At in Cultu, ne exuberet. Virum magnum ad regem Magnum audiat: πολὺ κάλλιον καὶ βασιλικώτερον, τὸν ψυχὴν ἔχειν εὐγνωμονοῦσαν, ἢ τὸν ἔξω τοῦ σώματος ἐρᾶν εὐμαλθακίας. *multo pulcrius magisque regium, animum præferre cultum & compositum, quam corporis vestem.* Aristot. Præt. ad Alexand.

Benè Romanus Imperator: *Munditias mulieribus, viris laborem convenire.* Marius apud Sallustium.

Et alia circumfusâ specie. Et cultu quid opus? Ἔμοιγε δοκεῖ καὶ ἀπὸ θεοῦ καὶ ἀπ' οὐρανοῦ συμπαρεῖπαι ἀνδρὶ ἄρχοντι. *Mihi à deo & à cœlo videtur Venus quæpiam & Gratia comitari ac subsequi virum principem.* Xenoph. in Hier.

Nec aliter de externa omni specie censeo. Et hoc de Modestiâ, ab Scythia præcepto non Scythico concludo. *Fortunam tuam, ô Princeps, pressis manibus tene. Lubrica est, nec invita teneri potest. Impone felicitati tuæ frænos, facilius illam reges.* Curtius lib. VII.

CAP. XVI.

Ex occasione de Majestate adnexa lacinia. Quid ea, & qui, & quatenus paranda?

Descriptio Majestatis. SED Modestiam tamen ita commendo Principi, ut non spernam ab eo Majestatem. Hæc est REVERENDA QVÆDAM AMPLITVDO, OB MERITVM VIRTVTIS, AVT RERVM AFFINIVM. Græcis ea Σεμνότης dicta: nobis, in privato Auctoritas, in Principe Majestas. Acre ea telum ad imperium: quoniam & in pace

Quæ utilis regnanti. *Ad fidem faciendam Auctoritas quæritur.* Cicero Topic. Idem pro leg. Man.

Propriè à Virtute orta: sed & ab externis. *Et multum in bellis quoque administrandis, atque imperio militari valet.*

Nec magis eam à Principe removeo, quàm Virtutem ipsam: quæ plerumque illam gignit. Quamquam & *concursio rerum externarum affert Auctoritatem.* Idem Topic.

A Gravitate. Ut morum in primis gravitas. Si tamen ita temperes, ut *tristitiam & arrogantiam exuas*: Tacitus Agric.

Nec tibi, quod est rarissimum, aut facilitas auctoritatem, aut severitas amorem deminuat. Ibid.

Qua-

Digitized by Google

II. Ann. Qualis laudatus ille Germanicus: qui *visu & auditu juxtà venerabilis, cùm magnitudinem & gravitatem summæ fortunæ retineret, invidiam & arrogantiam effugerat.*

IV. Ann. Faciunt & quædam à natura. Ut siquis *corpore ingens, verbis magnificus.* *A corpore, aut verbis.*

Aut ab arte ut recessus & sejunctio: quia viles plerumque, qui nimiùm civiles. Et effatum Livianum verum est: *Continuus adspectus minùs vendos magnos homines ipsâ satietate facit.* *A temperato recessu.*

Livius libro XXIV. Tacitus I. Annal.

Et *majestati major ex longinquo reverentia:*

In Agric. Hominibusque *omne ignotum* semper *pro magnifico est.* Sed modus in his talibus esto: qui sal & anima virtutum.

CAPUT XVII.

Minores aliquot virtutes positæ, quæ Principem deceant: sed sparsim, & breviter.

VENIO nunc ad minora, quæ dixi, lumina: id est, virtutes haud æquè illustres aut necessarias regibus, tamen utiles. Quas, velut stellas, spargam & defigam (fas ita loqui) in supremi Capitis hujus cælo. Audi Princeps.

Cicero I. Offic. BENEFICUS esto. *Liberalitate* enim *nihil est naturæ hominis accommodatius:* *Liberalitas decora Principi.*

Sallust. Iugurth. Et Regum in primis. Quos *armis, quàm munificentiâ vinci, minùs flagitiosum est.*

Plinius libro VII. epist. Sed cum judicio esto. *Subitæ* enim *largitionis comes, pœnitentia.* *Cum delectu tamen, & modo.*

Tacitus II. Ann. Etiam cum modo. Ne *si ærarium ambitione exhauseris, per scelera supplendum sit.*

Hieron. Nimis hauriendo Fontem ipsum exhauris. Nec male vir sanctus: *Liberalitate liberalitas perit.*

Tacitus Histor. *Falluntur* autem *quibus luxuria specie liberalitatis imponit. Perdere multi sciunt, donare nesciunt.*

XI Ann. CASTUS esto. *Animo* enim *per libidinem corrupto nihil honestum inest* *In conjugem amor.*

Con-

Digitized by Google

Ne non obsequium.

Conjugi deditus: nec tamen cum Claudiano illo stipite, *conjugum imperiis obnoxius.* XII. Ann.

Turpe viro, imò ipsi imperio. Καίτοι τί διαφέρει γυναῖκας ἄρχειν, ἢ τοὺς ἄρχοντας ὑπὸ τῶν γυναικῶν ἄρχεσθαι; *Quid verò interest, utrum fœminæ gubernent, an qui gubernant, gubernentur à fœminis?* Aristot. II. Polit. cap. VII.

Iram vitet: aut aperiat.

IRAM fuge. Eaque aut nulla tibi, aut aperta esto. Principi viro *honestius puta offendere, quàm odisse.* Tacitus Agric.

Mali illi *obscuri, eoque irrevocabiles.* Ibidem.

Qui reponunt odia, *quodque sævæ cogitationis indicium est, secreto suo satiantur.* Ibidem.

In convicia ne inquirat.

CONVITIA sperne. *Magnam fortunam magnus animus decet,* & talium contemptor. Seneca I. de Clem.

Cujus est *proprium, placidum esse tranquillumque, & injurias atque offensiones supernè despicere.* Ibidem.

Universè autem verum est: *Convicia, si iraseare, agnita videntur: spreta exolescunt.* Tacitus IV. Ann.

Famam curet.

FAMAM tamen ne contemne: & cogita *Cetera mortalium in eo stare consilia quid sibi conducere arbitrentur. Principum diversam esse sortem, quibus præcipua rerum ad famam dirigenda.* Ibidem.

Laus tibi & posteritas in oculis: censeasque *cetera Principibus statim adesse: unum insatiabiliter parandum, prosperam sui memoriam. Nam contemtu famæ, contemni virtutes.* Ibidem.

Doctrinam amet.

DOCTRINAM nonnihil ad hunc finem promove: quæ languet. Quoniam *sublatis studiorum pretiis etiam studia pereunt.* II. Ann.

Ea *spiritum & sanguinem sub te recipiant.* Plinius Paneg.

Ita *temporibus tuis dicendis, non deerunt decora ingenia.* I. Annal.

JUSTI

Digitized by Google

JUSTI LIPSI
POLITICORUM
SIVE
CIVILIS DOCTRINÆ
LIBRI TERTII
CAPUT PRIMUM.

Prudentiam Principi per necessariam. Sine ea vim & opes inutilia. miscenda esse. Sed primam illam in gubernatione præpollere.

PERTEXUI regiam hanc Virtutum Vestem: Prudentiæ telam ordior. Quam ut felici pectine percurram & percutiam, te vera Minerva nostra invoco, ô æterni partis æterna proles. Prudentiæ ad omnes res humanas usus: sed ad imperium maximè. Quod sine ea non solùm infirmum sit, sed ausim dicere nullum. Quis navim mihi dirigat, sine ferro quod affricuit Sideritis? Sic nemo rempub. sine mente quam afflavit illa Diva. Vim solam cogites? Fruſtrà. Qualis poëtarum ille Cyclops, amissio oculo: talis Princeps, cui abest lumen hoc frontis.

Prudentia in gubernando usus.

Potentia sine ea cæca, præceps.

Horat. III. Od.

Vis consilî expers mole ruit suâ.

Curtius lib. VIII.

Nec est diuturna possessio, in quam gladio inducimur.

At contrà,

Horat. III. Od.

Vim temperatam dî quoque provehunt
In majus:

Isocrat. ad Demonic.

Temperatam dico, prudentiæ hac mixtura, Πάμπαν δὲ μὴ φρονήσεως, ait mellitus orator, ἀφέλιμον. ἀεὶ δὲ ἅμα τούτοις, καὶ τῆς ἰσχύος ἐπιβλαβῆ. *Nam vis prudentiæ adjuncta, usui est: sine ea abit magis in noxam.*

Mixta utraque efficacissima.

Nec malè poëta:

Val. Flac. IV. Argon.

——*non solis viribus æquum*
Credere. Sæpè acri potior prudentia dextra.

Et

Digitized by Google

Imperium alioqui in homines durum:

Et certe in gubernatione palàm potior: quia sola lene illud frænum est, quo voluntarii rediguntur in obedientiæ gyrum. Ecce, ne animalia quidem cetera domueris sine tractatione quadam & arte: tu speres hominem? Quo *nullum animal morosius est, nullum majori arte tractandum.*

Qui naturâ refractarii.

Natura nos feroces, indomiti, æqui impatientes, nedum servituris. οὐδὲ ἄνθρωποι ἐπ' ἀδέσποτα μᾶλλον συμφέρονται, ἢ ἐπὶ τυράννους, ὅσῳ καὶ αὐθαδέστερον ἄρχειν αὐτῶν ἐπιχειροῦσιν: *& homines in nullos magis insurgunt, quàm in eos quos imperium in se adfectare sentiscunt.* Seneca 1. de Clement. Xenoph. 1. Pæd.

Et rem vidit, qui scripsit: πάντων τῶν ἄλλων ζώων ῥᾴων, ἢ ἀνθρώποις ἄρχειν: *omnibus animalibus facilius, quàm hominibus imperitare.* Ibid.

Ideo prudentiâ opus.

Illam igitur adhibe, & hoc adhibe: Ἡ φρόνησις ἄρχοντος ἰδία ἀρετὴ μόνη: *Prudentia, imperantis propria & unica virtus.* Aristotel. 1. 3. Politic.

Cujus vis supra vim.

Sane omnium temporum eventus docebit, & docuit, *plura in summâ fortunâ auspiciis & consiliis, quàm telis & manibus geri.* Tacitus 13.

Oraculum non insolens effatus est ille vates: Eurip.

Σοφὸν γὰρ ἓν βούλευμα πολλὰς πόλεμος χέρας
Νικᾷ,

Mens una sapiens, plurium vincit manus.

Qui addo: *Multâ, quæ naturâ impedita sunt, consilio expediri.* Livius 21.

CAPUT II.

Sed duplicem prudentiam esse: A se, & Ab aliis. Illam optari, hanc contingere. Rarum, imò ἀδύνατον esse, ut Princeps à se uno satis sapiat.

Duplex sapientia.

IURE hanc ergo Principi nostro ineſſe volo, & multò magis adesse. Nam Sapientum duplex genus poëta vetus appositè facit. Hesiod. Oper. 1.

Propria:

Ὃ μὲν πανάριστος ὃς αὐτὸς πάντα νοήσῃ.
Ἐσθλὸς δ' αὖ κἀκεῖνος, ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται.

Mutuatitia.

Laudatissimus est, ipsus qui cuncta videbit: Sed laudandus & is, qui paret recta monenti.

Et

Digitized by Google

Cicero pro Cluent.

Et noſtra Suada: *Sapientiſſimum eſſe dicunt eum, cui quod opus ſit, ipſi veniat in mentem: proximè accedere illum, qui alterius benè inventis obtemperet.*

Livius XXII.

Cumque iis, vel ab iis potiùs, hiſtoricorum uberrimus: *Sæpè audivi eum primum eſſe virum, qui ipſe conſulat quod in rem ſit: ſecundum eum, qui benè monenti obediat: qui nec ipſe conſulere, nec alteri parêre ſcit, eum extremi eſſe ingenii.*

Et quamquam inter primos Principem eſſe voveam: tamen ad ſecundos magis admoveam. Primùm, quia neſcio quomodo (verè hoc, ſed verecundè dicam) ſive ætate, ſive inſtitutione, ſive naturâ etiam, his ab aulâ *prima illa animi ingenii-que negata ſors eſt.* *Prior, nimis rara in purpurâ.*

Indid.

Cicero 1. offic.

Deinde ut eam habeant, tamen cùm *omnis ratio & inſtitutio vitæ, adjumenta hominum deſideret:* *Alteraigitur aſſumenda.*

Tacitus III. Ann.

Tum hæc Gubernatoria maximè. In quâ certum eſt, *Principem ſuâ ſcientiâ non poſſe cuncta complecti.* *Magna enim moles imperii.*

1. Annal.

Nec *unius mentem eſſe tantæ molis capacem.*

Itaque eſto mihi

Euripid. epinor.

Σοφὸς τύραννος τῆς σοφῆς συνουσίας,

Princeps ſapiens, ſapientium commercio.

Tacitus 1. Ann.

Et *adſumat in partem curarum* alios,

Vellejus lib. II.

Certus *magna negotia magnis adjutoribus egere.* *Nec Atlas ſine Herculе ſuſtineat.*

Tacitus III. Ann.

Graviſſimos que Principis labores, quîs orbem terræ capeſſit, egêre admiculis.

Vell. XI,

Ævum omne videat, *raro eminentes viros non magnis adjutoribus ad gubernandam fortunam ſuam uſos* reperiet. *Exempla docent.*

Xenoph. VIII. Pæd. Ibid.

Ὀλίγα γὰρ εἷς ἂν ἴδοι, καὶ εἷς ἀκούσῃ: *Pauca enim aliqua unus videat, unus audiat.*

Ἀτὰρ εἶναι δεῖ πολλοὶ βασιλέως ὀφθαλμοὶ, καὶ πολλαὶ ὦτα: *multi Regis oculi, & multæ aures.*

Livius II. IV.

Thales mihi, ſi volet, rex eſto. Tamen *ſi de ſuâ unius ſententiâ omnia geret, ſuperbum hunc judicabo magis quàm ſapientem*

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT III.

Itaque Adjutores ei capiendum : idque judicio. Eos duplices esse, Consiliarios & Ministros. Qui, & quam utiles illi?

ADJUTORIBUS enim certè opus : & hoc regiæ prudentiæ caput censeam, adsumere prudentes. Verè Atticus ararar monuit.

Principi amicis, opus.

Præcipuum Principis opus esse, amicos parare. Plinius Paneg.

Qui verè eorum thesaurus.

Nullum enim *majus boni imperii instrumentum quàm boni amici.* Ibidem.

Regibus rex hoc crede. Illi Africano : *Non exercitus neque thesauri, præsidia regni sunt, verùm amici.* Micipsæ apud Sall. Iugurth.

Et sceptri fulcrum.

Huic Medo : Οὐ τόδε τὸ χρυσοῦν σκῆπτρον τὸ τῷ βασιλεῖαν ἀμφισῴζον ἐστιν, ἀλλ' οἱ πολλοὶ φίλοι σκῆπτρον, βασιλεῦσιν ἄληπτον, καὶ ἀσφαλίζεσθαι : *Non aureum istud sceptrum est quod regnum custodit, sed copia amicorum ea regibus sceptrum verissimum tuissimumque.* Cyro, apud Xenoph. lib. VIII.

Judicio eligendi.

Sed qui parabis? Judicii hic res est. Quod si Principi nostro rectum à naturâ vel ab usu, ô salutarem illum & bono publico natum. Tamen ego dirigam, adminiculabor in parte.

Bipartiti.

Adjutores mihi duorum generum. Consiliarii & administri. Illi, qui linguâ & mente in primis juvant : Hi, qui manu & factis. Dignissimi illi, & à magno Philosopho scriptum :

Consiliarii eminent.

Τὸ βουλεύεσθαι, περὶ τῶν ἀνθρώπων, θειότατόν ἐστι *Consiliari, eorum quæ inter homines, divinissimum est.* Aristot. Rhet. ad Alexand.

Veteri verbo usurpatum :

Ἱερόν τι ἀληθὲς ἐστιν ἡ συμβουλία

Quiddam sacrum profectò consultatio est. Apud. Platon.

Phœbi dictio.

Idem maximè necessarii. Non ne consilio stant regna, urbes, domus? *Ego ita comperi, omnia regna, civitates, nationes, usque eo prosperum imperium habuisse, dum apud eos vera consilia valuerunt. Ubicumque gratia, timor, voluptas, ea corrupêre, post paullo imminutæ opes, deinde ademptum imperium, postremo servitus imposita est.* Sallust ad Cæs.

Itaque de his jure primò dicam.

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT IV.

Definiti distinctius Consiliarii. Et primâ eorum munera explicata, Probitas, & Peritia rerum. Denique ostensi illi, indice fama.

Consiliarii. APPELLO Consiliarios, QVI FIDI, RERVM HOMINVMQVE PERITI, SALVTARIA SVGGERVNT, PACE SIVE BELLO.

Fidi, sive vita probi. Plinius Paneg. Dixi FIDOS, id est probos. *Optimum* enim *quemque fidelissimum puto.*

Iidem prudentes universè. Aristoteles VI. Ethic. Nicom. c. VII. Addidi RERVM HOMINVMQVE PERITOS, id est prudentes. Τὸ γὰρ φρονίμου μάλιστα δοκεῖ ἴδιον εἶναι τὸ δύνασθαι καλῶς βουλεύεσθαι: *prudentis enim hoc proprium maximè munus arbitramur, rectè consuleve.*

Et distinctè, rerum patriæ. Tacitus Agric. Tales censeo, morum *animorumque provinciæ gnaros.*

Cicero II. de Orat. Non enim exteros temerè, non advenas. Qui veriloquium hoc imbibi: *Ad consilium de rep. dandum, caput esse, nosse rempublicam.*

Ætate grandes. Sallust. Catil. Item Senes. *Quibus corpus annis infirmum, ingenium sapientiâ validum sit.*

Ibid. Adolescentum quidem animi plerumque parum providi: iique *molles & ætate fluxi, dolis haud difficulter capiuntur.*

Plutarch. Nec errat verbum vetus: *Consilia senum, hastæ juvenum esse.*

Sortis utriusque gnari. Sallust. in Fragm. Tertiò, fortuna varia exercitos. Revera enim nocumenta, documenta: & appositè de se Mithridates. *Mihi fortuna, multis rebus ereptis, usum dedit bene suadendi.*

Cum modâ acuti. Thucyd. lib. III. Quartò, quod satis sit, acutos. Nam qui nimis, fugiò: & arcanum illud dogma ingero: Οἱ φαυλότεροι τῶν ἀνθρώπων πρὸς τοὺς ξυνετωτέρους, ὡς ἐν τῇ πόλει σφῶν, ἄμεινον οἰκοῦσι τὰς πόλεις: *Hebetiores, quam acutiores, ut plurimùm, melius remp. administrant.*

Cæs. IV. Cautè. Quia subtilia illa & ignea ingeniâ in assiduo motu, *novandis quàm gerendis rebus aptiora.*

Legendi sine ambitu. Tacitus Agric. At hos tales Princeps quî reperiet? *Non studiis privatis, nec ex commendatione aut precibus* paucorum:

Testimonia plurium. Sed aut ipse noscet, si potest: aut tanget ad lapidem illum Lydium communis Famæ. *Singuli*

Digitized by Google

enim *decipere & decipi possunt: nemo omnes, neminem omnes fefellerunt.* Plinius Paneg.

Nec malè ille olim ad Principem: *Tales nos crede, qualis fama cujusque est.* Idem ibidem.

CAPUT V.

Explicatum tertium munus, ut salubriter consulant. Id inclusum quinque monitorum quasi lineis.

FECI etiam SALUTARIA SUGGERENTES. Meritò. Nónne hic finis & velut portus quò velificentur consultores? veri & probi quidem. Pervenient autem, si per lineas has dirigant, quas signabo. Pietatem primùm iis ingero, & ut *Consiliorum gubernaculum, Lex divina sit.* Cypr. in Epist. Plinius Paneg.

Pii sunto.

Universè enim verum est, *Nihil ritè nihilque providenter homines, sine deorum immortalium ope, consilio, honore auspicari.*

Liberi sunto.

Libertatem secundò. Ut fortiter, non obnoxiè sententias dicant: néve *cum fortunâ potiùs Principis loquantur, quàm cum ipso.* Tacitus 1. Histor.

Nam Libertas sicut & *Fides, in præsentiâ quibus resistit, offendit: deinde illisipsis suspicitur laudaturque.* Plinius lib. III. epist. IX. Tacitus XI. Ann.

Improbi illi, qui *veri copiam non faciunt; sed suspensa, & quò ducantur inclinatura, respondent.* III. Hist. I

Qui ambigui, & *ita compositi, ut ex eventu rerum adversa abnuant, vel prospera agnoscant.*

Constantes & firmi sunto.

Tertiò, Constantiam. Nam illaudati, *qui ex alienâ libidine huc illuc fluctuantes agitantur: interdum alia, deinde alia decernunt. Uti eorum qui dominantur simultas atque arrogantia fert, sita bonum malumve publicum existimant.* Sallust. ad Cæs.

Sed cum tempore.

At non Rigorem etiam: *nec inconstantis putem sententiam; tamquam aliquod navigium è reip. tempestate moderari.* Cic. pro Balbo.

Nam vere prudens & *sapiens, non semper it uno gradu, sed una viâ:* Seneca.

Nec

Digitized by Google

Idem. Nec se in aliquibus mutat, sed potiùs aptat: & ut verbo dicam, non cursum eumdem tenet, sed portum.

Tacitus III. Hist. Quartò, Modestiam. Et placent illi, qui *specie obsequii regunt; ad omniaque quæ agenda sunt, quietè cum industria adsunt.* *Modestiæ & placidi sunto.*

Arte enim & flexu quodam opus sæpè: & obliqua via eundum, quo non licet recta. Talis Cornelianus Piso: *nullius servilis sententiæ sponte auctor, & quoties necessitas ingrueret, prudenter moderans.*

VI. Ann. IV. Ann. Talis lepidus: qui *pluraque ab sævis adulationibus aliorum in melius deflexit. Nec tamen temperamenti egebat, cùm æquabili auctoritate & gratia apud Principem viguerit.*

Valer. II. cap. II. Quinto, Silentium. Quia *Taciturnitas optimum atque tutissimum rerum administrandarum vinculum:* *Denique ore prosse.*

Curt. IV. *Nec res magnæ sustineri possunt ab eo, cui tacere grave est.*

Arcani ergo ipsi, nec tamen arcanorum (salubriter moneo) scrutatores. Quia *abditos Principis sensus, & si quid occultius parat, exquirere illicitum, anceps; nec ideò assequare.*

Tacitus VI Ann.

CAPUT VI.

Quæ vitanda Consiliariis: & primum quæ impedimenta & velut vada bona Mentis? Ea quattuor notata.

HÆC loca illa plana, per quæ tuto explicentur consiliorum vela. Sed vada etiam sunt & scopuli: quos notabo. Quia ludibrium profectò ventis debet, quisquis non cavet. Inter vada mihi Contumacia est: ad quam non semel obhæsit suasoria ista ratis. Nam quidam natura ita pugnaces, ut *Contumacia, consilii remora.*

Tacitus I. Hist. *Tantùm sententiis aliorum contradicant.*

Idem. Qui, *consilii quamvis egregii, quod non ipsi attulerunt, inimici:*

Idem. *Et adversus peritos pervicaces.*

Lucret. Bis stulti. Sive quod omnes *sapere* volunt *ex suo ore:* *Ne privatim quidem utiles.*

Tac. XIV. Annal. Sive quod, *si quid auctoritatis in ipsis est, crebris contradictionibus destruunt.*

Digitized by Google

Sient & dissidium. Discordia item inter consuasores, *Stimulat enim non rarò privati odii pertinacia in publicum exitium.* I. Hist.

Item in hanc illamve partem affectio. Tertiò, Affectus, à quibus sane, *omnes qui de rebus dubiis consultant, vacuos esse decet.* Sallust. Catil.

Nam *haud facilè animus verum pervidet, ubi illi efficiunt.* Ibid.

In primis ubi Ira. *Cum qua nihil rectè, nihil considerate fieri potest.* Cicero 1. Offic.

——— *malè cuncta ministrat* Stat. *Impetus.*

Denique lucri studium. Quartò, Avaritia, sive rei suæ studium. Ex adyto Patavino hæc sors data: *Privatæ res semper officêre, officientque publicis consiliis.* Livius lib. XXII

Quod corrumpit omnia. Quid mirum? *Pessimum veri affectus* & judicii *venenum, sua cuique utilitas.* Tacitus 1. Hist.

Et perrumpit. *Avaritia est,* quæ *omnia venalia habere edocet:* Sallust. Catil.

Quæ *Fidem & Probitatem evertit*: duo boni consilii instrumenta. Ibid.

Institum Platonis è mercatoribus. Cui plerique hominum obnoxii, sed Mercurii proles maxime. Nec de nihilo lex Thebanis, quæ vetuit τὸν δεκέτη μὴ ἀπεχημάτιστον τὰ ἀγορᾶς, μὴ μελέτης ἕνεκα τῆς ἐπὶ χρήμασι, *cum qui decem ipsos annos a commerciis non abstinuisset, non admoveri ad gubernationem.* Arist. l. III. Politic. cap. II.

CAPUT VII.

Quæ turbamenta, & velut Scopuli bonæ Mentis? Tres ostensi.

Considentia noxia. AT inter Scopulos, quibus illidi & frangi hæc navis solet, prima mihi Fiducia occurrit: *Quæ* profectò *cum sapientiâ non commiscetur.* Cic pro Leg. Man.

Cui pectus est, in pectus hoc demitte. Phœbæa vox est: *Consilia calida & audacia, primâ specie lætæ sunt; tractatu duræ, eventu tristia.* Livius libro XXXV. Thucydid. lib. I.

Nec te fallet. Nam plerumque feroculi isti, μετ' ἀσφαλείας μὴ δοξάζοντες, μὴ δίκης ἀλλ' ἐν τῷ ἔργῳ ἐλλείποντες: *cum supinâ fiduciâ sententiam dicunt, in reipsâ trepidantes deficiunt.*

At

Digitized by Google

Publius. At ego cautum Mimum audio.

Cauti in consiliis, sed celeres in facto.

Animus vetcri qui scit tutò aggredi:

Herod. lib. VII. Ei mihi cum Græco scriptore, αὐτὴ ἕτως αὖ ἐστὶ μὲν ἄριστον, εἰ βουλεύοιμι μὲν ἐμπλεγέως δὲ πᾶν ἐπιλεγόμενον πάντας χρήμασι. εἰ δὲ τὸ ἔργον θέσθαι δεῖ. *Vir câ ratione fiet optimus, si in deliberando quidem cunctetur & prætimeat quidquid pote contingere: in agendo autem confidat.*

Thuc. VI. Scopulus alter, Cupiditas. Ἐπιθυμία μὲν ἐν ἐπὶ πλεῖστα κατορθοῦν, ἐπιστῆσαι δὲ ὀλίγιστα: *Nam cupiditate pauca rectè consiunt, circumspectione plurima.*

Cupiditas refrenanda.

Celeritas repudianda.

Cui adjuncta Celeritas, infamis naufragiis in hoc mari. Nam qui cupit, festinat: qui festinat, evertit. *Omnia non properanti clara certaque sunt, festinatio improvida est & cæca.*

Livius libro XXII.

Itaque verè dictum: *Nihil magni discriminis consiliis tam inimicum, quàm Celeritas:*

Idem libro XXX.

Prudentia vera pestis.

Itemque: Δύο μὲν ἐναντιώτατα τῇ εὐβουλίᾳ, ταχὺ πρὸς ὀργήν: *Duo adversissima rectæ Menti, Celeritas & Ira.*

Thuc. libro III.

Lentos ego amo, lentos: & qui cum nostro Comico

Cui tarditas amica.

Quidquid est incoctum non expromunt, benè coctum duunt.

Plautus Milit.

Nam quòd nonnulli *in consultando temerarii, in exsequendo viri sunt:*

Vellejus lib. II.

Et raro celeres felices.

Subiti consiliis, sed eventu felices:

Tacitus IV. Hist. Livius lib. XXXI.

Cur movear? Scio à casu esse, cui non fido: magis rationi, & huic dicto: Celeres istos *celerem pœnitentiam, sed eamdem seram atque inutilem sequi.*

Tacitus I. Histor.

Vidimus, videmus, videbimus. semperque verum, *Scelera impetu, bona consilia morâ valescere.*

Nisi in scelere.

Demosth. Exord. III.

Quæ iis propria, sicut Celeritas Actioni. Nam δεῖ μὲν βουλεύσασθαι ἐφ' ἡσυχίας, ποιεῖν δὲ τὰ δόξαντα μετὰ σπουδῆς. *Consulere quidem oportet lentè, consulta exsequi festinanter.*

Actio nihil tamen ea gravius.

Aristoteles VI. Ethic. c. IX.

Addo à gravissimo viro pondus: Περὶ τὰ πρακτὰ ταχὺ μὲν δεῖ βουλεύσασθαι, βραδέως δὲ βεβαίως: *Celeriter deliberata peragenda sunt, deliberandum autem tarde.*

Digitized by Google

CAPUT VIII.

Ipse Princeps quî se gerat in audiendis consiliis. Dogmata huic rei.

Princeps aptet se ad consilia.

CONSILIARIOS formavi: res monet ut etiam ipsum consulentem: Fruſtrà enim illi idonei, ſi non iſte: & perierit omnis ſalubrium conſiliorum liquor: niſi aptum velut vas ſit in quod inſtillet. Princeps igitur, in capiendis conſiliis, hæc ſervet.

Tempeſtivè consulat.

Maturè deliberet. *Timet, atque eum deficere omnia videntur, qui in ipſo negotio conſilium capere cogitur.* Cæſ. l. v. Comm.

Gladiatorum hoc eſt, non Principum, *In arenâ conſilium.* Seneca Epiſt.

Magna in rep. momenta ſunt temporum: & multum intereſt, idem illud utrum antè an pòſt decernatur, ſuſcipiatur, agatur. Cicero Philip.

Quod rarum in Polyarchid.

Peccatur hîc in Plurium ſtatu. ubi *illud ex libertate vitium, quòd non ſimul, nec juſſi conveniunt.* Tacitus in Germ.

Sed & alter & tertius dies cunctatione communium abſumitur. ibid.

Ne lentè nimis conſulat.

Caveat Princeps. Etiam illud: *ne inutili cunctatione, agendi tempora deliberando conſumat.* III. Hiſt.

Eligat & judicet.

Nêve *dies rerum, verbis terat.* Illic.

Audiat cum judicio. Turpis Claudianus ille frutex, *cui non amor, non odium, niſi indita & juſſa.*

Qui à ſuis

Ducitur, ut nervis alienis mobile lignum. XII. Ann Horat.

Non pertendat.

Tamen ſine Pertinacia. Quia illud Marci Principis divinum: *Æquius eſt, ut ego tot taliumque amicorum conſilium ſequar, quam tot taleſque amici meam unius voluntatem.* Capitol. in M. Antonino Philoſoph.

Non aperiat.

Sententiam ſuam celet; ex hoc præcepto. *Fieri quid debeat, cum multis tracta: quid facturus ſis, cum pauciſſimis, vel potius ipſe tecum.* Vegetius lib. 1. 1.

Sanè

Digitized by Google

Ibid. Sane anima consilii, secretum: & *nulla sunt meliora consilia, quàm quæ ignoraverit adversarius antequam fierent.*

Plutarch. Apophth. Curtius lib. VIII. Libertatem admittat, nec amet Aulæ *verba* illa *byssina.* — *Liberos amet.*

Regnum opes sæpius assentatio, quàm hostis everterit. — *Adulantes oderis.*

Tacitus III. Hist. At mihi salus illius desperata est, *cujus aures ita formatæ sunt, ut aspera quæ utilia, & nihil nisi jucundum & læsurum accipiant.* — *Qui nexii*

Capitol. in Gord. jun. *Miser est Imperator, apud quem vera reticentur.*

Sine discrimine audiat. Et nec bona quidem consilia præmiis afficiat (arcanum dogma suggero:) ne quis spe adipiscendi à vero deflectat, & — *Non præmia consiliis.*

Thucyd. libro III. Ὥστε γνώμην ἢ τῷ περὶ χάριν λέγει: *præter animi mentem aliquid, & ad gratiam loquatur.*

Curtius lib. III Sed nec mala suppliciis. *Defuturi* enim *sunt qui suadeant, si malè suasisse periculum sit.* — *Non pœnas flagitat.*

Ibidem Et sane *non melioris fidei habendi, qui prudentiùs suaserint.*

Sallustius ad Cæs. Id est, Feliciùs. Nam profectò *sæpè prava magis quàm bona consilia prospere eveniunt. Quia pleraque res Fortuna ex libidine suâ agitat.* — *Successus enim à fortunâ sive deo.*

Imò

Plautus Pseud. *Centum doctûm hominum consilia sola hæc devincit dea.*

Tacitus VI. Ann. Cum qua (extremum id moneo) ne pugnet. Et ardua illa atque implexa *consilia, quibus impar est, fato permittat.* — *Et quidem supra nos.*

CAPUT IX.

Spernenda occulta Consilia, & ab Aulæ servis.

ADDO brevem, sed magnæ rei notam. Uti spernat genus illud Domestici consilii, quod fere constat ex Aulæ quibusdam mancipiis: — *Aulici consiliarii improbi.* *per pravam prudentiam nonnemo sibi sumit. Id*

Digitized by Google

Qui placita loquuntur. Quibus *Omnia Principum, honesta atque inhonesta, laudare mos est.* Tac. IIII Annal.

Rem suam quærunt. *Qui in aures eorum fictè & simulatè, quæstus sui caussa, insusurrant.* Cic. ad Q. Frat. ep. 1. l. 1,

Ah cave, cave. & quisquis privatim tibi servus, *is de iis rebus quæ ad officium imperij tui atque ad aliquam partem reip. pertinent, ne quid attingat.* Ibid.

Principem deheneftant. Quantumvis ille idoneus, tamen *species ipsa gratiosi liberti aut servi, dignitatem habere nullam potest.* Ibid.

Imo & vendunt. Minus, fructum. Et clamat tibi ipsa Veritas: Hi sunt cibiculares illi consiliarii, à quibus *bonus, cautus, optimus venditur Imperator.* Vopisc. in Aurelian.

CAPUT X.

Dictum de Administris. Et nota triplex, ad quam legi eos oporteat.

Administri Principis. IAMQUE plene absolvi de Consiliariis: transeo ad genus alterum Adjutorum, Administros. Eos dico, QUI PUBLICE AUT PRIVATIM PRINCIPI EXHIBENT IN FUNCTIONE ALIQUA SUI USUM.

In publico: Publice: ut sunt Præfecti, Præsides, Quæstores, Judices, & uno verbo ii omnes qui tangunt imperii aut reip. partem. Privatim: ut sunt ii

In Aula. fere, qui ad Aulæ saltem usum aut splendorem adhibentur: quos suo proprioque verbo dicimus, Palatinos. De his minus est. Illos qui in publico versantur, eligi suadeam cum cura: & in primis à triplici hac nota.

Eligendi à Genere. Ut genus in iis honestum. Bene enim Philosophorum columen: Εἰκὸς βελτίους εἶναι, τὰς ἐκ βελτιόνων: *Par est meliores esse, eos qui ex melioribus.* Arist. v. Polit.

Vites spernendi. Er sane vilis ille, qui viles tantùm sibi admovet: *præcipuumque indicium non magni Principis, magni liberti.* Plinius Paneg.

Nisi insigni aliqua virtute. Excipio, si eximia in talium aliquo virtus. Tunc enim libens fatear, *Optimum quemquem, esse nobilissimum.* Vell. l. II.

Et

Ibid. *Et in cujuscumque animo virtus insit, ei plurimum esse tribuendum.*

Nam nota mihi altera, Vita est: quam super omnia specto. Legi enim: *Meliorem esse remp. & propè tutiorem, in qua Princeps malus sit, ea, in quâ malis Principis ministri.* *Probi eligendi.*

Apud Lamprid. in Alex.

Moribus ergo probi sint: valeatque illud, *Noninfames.*

Claud. ——*emitur solâ virtute potestas.*

Cic. ad Q. Frat. ep. 1. Malis famosisq; *nihil crediderit, nullam existimationis suæ partem commiserit.*

Tacitus in Agric. Imò nec ambiguis. Nónne melius *officiis & administrationibus non peccaturos præficere, quàm damnare cùm peccarint?* *Non ambitiosos.*

Ego censeo. Nam in Principem *Princeps peccat, quidquid illi.*

Seneca Med. ——*culpa cunctorum redit.*

Cic. ad Q. Frat. *Qui non vetat peccare cùm possit, jubet.*

Illi incumbit *in hac custodiâ imperii, ut non se unum modò, sed omnes ministros civibus & reip. præstet.*

Plutarch. Politic. Præcept. At nota tertia, Ingenium est. Quod quia varium in nobis, καὶ ὁ μὲν πρὸς πολιτείαν, ὁ δὲ πρὸς πόλεμον εὐφυέστερος: *ille ad civilia, hic ad bellica, naturâ aptior:* *Apti ab ingenio, & eligendi.*

Ibid. Primum illud est, ut possit ἕκαστον ἐπάγειν πρὸς τὸ οἰκεῖον, καὶ συμμέτρως quemque, cuique functioni, pro indole suâ, admovere. *Quisque pro inclinatione.*

Mæcenas enim aptè quædam obiverit, quæ non Agrippa. Et rectè poëta:

Propert. lib. III. *Omnia non pariter rerum sunt omnibus apta.*

Tacitus VI. Ann. Alterum, ut ingenia inspiciat. Id est, recta eligat, nec tamen erecta. Scilicet, *ut pares negotiis, neque supra sint.* *Non nimis alti.*

I. Annal. Tiberiana cautio non de nihilo. Qui *nec eminentes virtutes sectabatur, & rursum vitia oderat. Ab optimis periculum sibi: à pessimis, dedecus publicum metuebat.*

III. Ann. Medii ergo optimi, quibus olim & nunc tutissimò *secreta Principum innixa.* *Medii conguni.*

Digitized by Google

Quò mihi *Labeo* aliquis *incorruptâ libertate*?

Capitonis obsequium dominantibus magis probatur. Eodem.

Tanta propensa fit electio.

Ista suadeo: an persuadeo? Ægré. Nescio quomodo Aulica hæc comitia affectus dirigit: & *fato quodam ac sorte nascendi, ut cetera, ita Principum inclinatio in hos, offensio in illos est.* IV. Ann.

CAPUT. XI.

Administris ipsis præcepta tradita, eorum tutela. Primum Minoribus, inde Majoribus. Ancipitem omnem potentiam esse in Aulâ.

NEC de Administris, plura differo: quædam, ad ipsos. O boni, lubrica vestra vita & via est, qui in Aula versamini: in qua, ut vere vir sanctus dixit,

Periculi plena Aula.

Per pericula, pervenitur ad grandius periculum. Augustin. VI. I.

Itaque acri circumspectione & custodia vobis opus contra lapsum. Ego fulcio his præceptis. Vos qui Minores in Palatio, Confes. c. VI.

Obsequium Administros decet.

Obsequiosi este. Nam *quanto quis* apud Principem *obsequio promtior, honoribus & opibus extolletur.* Tacitus I. Annal.

Suspsus.

Utibiles. Ne sitis dicto veteri, *Tineæ & sorices Palatii* Constantini Imp. dictum.

Audacia.

Audaculi. Nam profectò
Malus est minister regii imperii pudor. Seneca Trag. Hippol.

Modestia:

At vos qui Majores, cavete ne nobis tales. Et *vestra vos, non Principis fortuna metiamini.* Plinius Paneg.

Quod agitis, sine jactantia agite. Placent illi, qui *actu otiosis similimi.* Vell. l. II.

Quieta actio.

Qualis ille Piso: *quo nemo aut validiùs otium dilexit, aut facilius suffecit negotio: magisque qua agenda sunt egit, sine ulla ostentatione agendi.* Eod. lib.

Virtutum dissimulatio.

Invidia sic vitabitur. cui amoliendæ, nonnemo delapsus est ad *vitiorum etiam imitamenta.* Tacitus XVI. Ann.

Mæcenates illi hoc spectarunt,
——*quis mens circumflua luxu*
Noverat intactum vitio servare vigorem. Et Claud. de Probini & Olyb. consul.

Digitized by Google

Tacitus III. Ann. Et callidus Crispi nepos. *qui diversus à veterum institutо, per cultum & munditias luxu propior. Suberat tamen vigor animi ingentibus negotiis par, eò acrior, quò somnum & inertiam magis ostentabat.* *Ornatè vitæ ad Aulam.*

Tacitus in Agric. Qui sapis, capis. Etiam istud: ut nihil tibi adscribas, nec *ad famam tuam gestis exsultes, sed ad auctorem & ducem, ut minister, fortunam referas.* *Accepta omnia Principi referant.*

Æmilius Prob. in Datame. Luna inquam esto, & gloriæ tuæ omne lumen refunde illi Soli. *Hæc est conditio Regum, ut easus tantùm adversos hominibus tribuant, secundos fortunæ suæ.*

Dio libro XLIX. Benè Agrippa: Δυοῖν πραγμάτοιν τὸ μὲν ἀνδρὸς τοῦ συμπονήσοντος, τὸ δὲ ἀνοχωρούσης αὐτὸν τοῦ πράγματος ἀπαλλάττειν, τὸ δὲ μὴ ἐξ ἀμφοτέρων σφῶν ἑαυτοῖς φυλάσσειν: *Duorum admonebat virum* in Aula *salvum futurum: Unius, ut difficultatem rerum ipse amoliretur; alterius, ut gloriam impositæ summæ manus illis relinqueret.* *Sibi labores capiant, gloriam illis.*

Sen. II. de Ira. In universum autem in Aula perennare vultis? Duo hæc adsumite, Patientiam: veterani illius exemplo. Qui interrogatus, *Quomodo rarissimam rem in aula consecutus esset, Senectutem? Injurias* inquit *ferendo, & gratias agendo.* *Patientes sunto.*

Seneca Hippol. Item Cautelam. Quia multi vobis laquei, & *Fraus sublimi regnat in aula.* *Extremè cauti.*

Sallust. ad Cæs. Illic ad *reprehendenda aliena dicta & facta, ardet omnibus animus. Vix satis apertum os, aut lingua prompta videtur.* *Fraudium enim sedes aula.*

Tacitus I. Hist. Illîc insidiatores & hostes: qui *secretis criminationibus infament ignarum, & quo incautior decipiare, palàm laudatum.*

Sen. Præf. lib. IV. Quæst. Nat. Cur te fallam? *Cùm omnia caveris, per ornamenta ferieris.*

Tacitus IIII. An. Imo ut nemo te evertat, cades sponte. Quia *Nihil rerum mortalium tam instabile & fluxum est, quàm potentia non suâ vi nixa.* *Potentia ea lubrica.*

III. Ann. Vide mihi illos Emeritos: *speciem magis in amicitiâ Principis, quàm vim retinent.*

Sive

Digitized by Google

Reges mutabiles.

Sive id vitio *regum* fiat quorum *voluntates ut vehementes, sic mobiles, sæpè sibi ipsæ adversæ.* Sallust. Iugurth.

Fatum incertum.

Sive *fato potentiæ varò sempiternæ. & satias capit aut illos cùm omnia tribuerint, aut hos cùm jam nihil reliquum est quod cupiant.* Tacitus. III. Ann.

Inopinatum.

Et ô bene si non Aratæa aliqua vox erumpat. Ταῦτ' ἴσιν, ὦ Κεφάλων, ἐπίχειρα τῆς πολιτικῆς φιλίας: *Hæc sunt, ô Cephalo, præmia regiæ amicitiæ.* Plut. in Arat.

Ista eveniunt: numquam mihi. &

Nos procul à Iove & fulmine.

Seneca Thyest.

Stet quicumque volet potens
Aulæ culmine lubrico,
Me dulcis saturet quies.
Obscuro positus loco,
Leni perfruar otio.

JUSTI

Digitized by Google

JUSTI LIPSI
POLITICORUM
SIVE
CIVILIS DOCTRINÆ
LIBRI QUARTI
CAPUT PRIMUM.

Propriam Prudentiam, id est eam quam inesse Principi volumus, præceptis difficile alligari. Latè fusam esse, Instabilem, & Obtectam. Itaque aliquid de eâ, non plenè à nobis præcipi.

ALIENÆ Prudentiæ semitam decurri: aperitur mihi campus Propriæ, sed vere campus. In quo certam viam aut limitem quis comprehendet? Diffusa nimis res est, Confusa, Obscura. Diffusa primùm. Quid enim latiùs se, quàm res humanæ, pandit? quarum omnium Prudentia est, imò & singularum. Philosophum audi:

Prudentia materiæ, omnes res humanæ.

Τῶν καθ' ἕκαστα ἐστιν ἡ φρόνησις, ἃ γνώριμα γίνεται δι' ἐμπειρίας: Rerum singularum Prudentia est, quæ notæ homini per Usum fiunt.

Itaque singulariter tractata.

Aristot. VI. Ethic. cap. VIII.

Atqui res singulæ, infinitæ sunt: quas adeò non scientia, ut nec numero complectare.

Præcepta enim *finita esse debent, & certa:* Seneca Epist. XCV.

Siqua finiri non possunt, extra Sapientiam sunt. Ibid.

Certa res incertas refutat.

Jam Confusa eadem. Quia revera instabile totum & fluctuans est, quod Prudentiam vocamus. Quid enim aliud ea, quàm electio rerum quæ aliter atque aliter sese habent? Quod si illæ incertæ: etiam ipsa eò magis, quòd non rebus solùm devincta, sed iis quæ rebus adstant. Tempora, loca, homines adspicit: & pro minima eorum mutatione ipsa se mutat, adeoque non ubique

Ipsa quoque mutata.

una:

Digitized by Google

una, ut nec in unâ re una. Scientiæ autem alia natura est: &

Πάντες ὑπολαμβάνομεν, ὃ ἐπιστάμεθα, μὴ ἐνδέχεσθαι ἄλλως ἔχειν: *Omnes censemus, quod scimus natum non esse Variare.* Arist. l. Ethic. cap. III.

Sanè incertum aliquid, nemo redegerit in certa hæc & stricta præceptorem vincla. Denique Obscura eadem. quia res eventusque omnes humani in alta nocte.

Tenebrosa est ob causas ignotas.

Nam *occultat eorum semina Deus, & plerumque bonorum malorumque causas sub diversâ specie latent.* Plinius Paneg.

Quis in rebus etiam obviis non suspicatur potiùs de caussis, quàm cognoscit? Sine caussis autem Scientia non est, nec traditio ulla firma. Addo, quòd in publica & Civili hac gubernatione, etsi in terrenis rebus, pleræque tamen caussæ ab alto sunt, nec reperiendæ in hac terra.

Aut hominibus nec noscendas.

Usque adeo (vt ille exclamat) *res humanas vis abdita quædam*
Obteritis, & pulchros fascis sævasque secures
Proculcare ac ludibrio sibi habere videtur. Lucret. lib. v.

Itaque (verum fateamur) ego & alii hîc caligamus: nec est quisquam qui ad plenum præcepta Prudentiæ non dicam tradiderit, sed tentarit. Quid ergo? Quiesco, & sileo? Res & ordo vetant: & faciam potiùs quod in Syrtium aliquo æquore deprehensus. Et quoniam clausum directumque iter tenere non possum, confusè viam aliquam signabo, velut astris. O tu me adjuva, qui super astra,

CAPUT. II.

Divisa Prudentia Propria in Togatam, & Militarem. Illa rursus, in Humanam & Divinam. De hac ostensum, curam Principi esse. Unam Religionem retinendam ei, & defendendam.

PRVDENTIA omnis, quam in Principe quæro, duplex est; Togata & Militaris. Illam intellego, QVÆ IN COTTIDIANA HAC GVBERNATIONE, TRANQVILLISQVE REBVS INTERVENIT. Istam QVÆ IN BELLO, REBVSQVE TVRBATIS. Illius materies iterùm duplex; Res divinæ,

Togata Prudentia.

Militaris.

Digitized by Google

vinæ, Res humanæ. In rebus Divinis versari eam dico, QVÆ SACRA RELIGIOREMQVE TANGIT ET DIRIGIT, QVATENUS TAMEN PRINCIPIS EA CURA. Juste & convenienter sic limito. Quia non Principi liberum in sacra jus. Absit. sed inspectio quædam, idq; tuendi magis quàm cognoscendi caussa. *In Divinis Prudentiæ.*

Arist. VII. Polit. c. VIII. Sanè in omni republica πρῶτον, ᾧ περὶ θεῶν ἐπιμέλεια: *Primum est, curatio rerum divinarum.* *Religio. caput in rep.*

Diogen. Stoic. apud Stob. Ad quem autem ea potiùs, quàm ad Principem pertinet: Δεῖ γὰρ τὸ ἄρχον ὑπὸ τοῦ ἀρίστου ἡμᾶς ἄρχεσθαι καὶ τὸ ἀκόλουθον ὑπὸ τοῦ ἀκολουθοῦντος: *Decet enim quod optimum, ab optimo coli; & quod imperat, ab imperante.* *Curanda Principi. Decori caussa.*

Xenoph. Pæd. lib. VIII. Nec decet solùm, sed expedit. Tutelæ tuæ primùm: quia verissimè Cyrus ἐλογίζετο, ὡς εἰ πάντες οἱ κοσμούμενοι ἥσσους εἶεν, ἧττον ἂν αὐτοὺς ἐθέλειν περί τι ἀδικήματος ἀνόσιον ἢ παράνομον, οὐ περὶ ἑαυτόν: *ratiocinabatur, si omnes Familiares* (imò & subditi) *Dei mutuentes essent, minùs eos aut inter se aliquid illicitum patraturos, aut in ipsum.* *Tutelæ caussa.*

Aristot. Rhet. ad Alexand. Ad augmentum etiam Imperii. Scito enim τοὺς θεοὺς μᾶλλον εἶναι τοῖς μάλιστα ἀνδρας ἡμᾶς: *Deos proniores esse in eos, qui maximè illos colunt.* *Augmenti caussa.*

Orat. de Auspic. respons. Ausus gloriari Tullius: Romanos, non *calliditate aut robore, sed pietate ac religione omnes gentes nationesque superavisse.*

Lactant. de Irâ cap. XII. Jam verò publicè, qui salvi simus nisi illa salva? *Religio, & timor dei solus est, qui custodit hominum inter se societatem.* *Status Publici cohæsa.*

Eodem lib. c. VIII. Tolle hoc vinculum: *vita hominum stultitiâ, scelere, immanitate complebitur.*

Diodor. Sicul. Lib. I. Idemque, si confundis. Nec enim audiendi Ægyptii illi reges, qui *variam & miscellam religionem induxerunt, stabiliendo*, ut putarunt, *scepero:* καὶ ὅπως μηδέποτε ἐμποιῶσιν δύνωνται οἱ κατ' Αἴγυπτον: *& ne umquàm conspirare inter se Ægyptii omnes possent.* *Nova miscenda.*

O fatui! Unionis auctor illa una: & à confusa ea, semper turbæ. Musarum ille pater quantò meliùs! cujus hoc ad Augustum monitum exstat. *Una optima.*

Maccen. apud Dionem Cassium. lib. LII. Τὸ μὲν θεῖον πάντη πάντως αὐτός τε σέβου καὶ τοὺς ἄλλους ἀνάγκαζε: *Divinum illud numen, omni tempore ipse cole juxta leges patrias: & alii ut colant, effice.*

Addit: Τοὺς δὲ ξενίζοντάς τι περὶ αὐτὸ μὴ μισεῖ καὶ κόλαζε, μὴ μόνον τῷ ἤθει ὑποπτεύων, ἀλλὰ καὶ προνοούμενος ὡς ἄλλα ἄλλοις ἐπιτήδεια. *Puniendi qui variant.*

Digitized by Google

ἀσεβήσῃ, ἀλλ' ὅτι καινά τινα δαιμόνια εἰσηγεῖται αὐτός· φέρε, πρὸς πολλοὺς ἀναπίθησιν ἀποβήσεσθαι, καὶ τὰς ἐκ συνωμοσίας, καὶ συστάσεις, ἑταιρείας τε γίγνεσθαι, ἅπερ ἥκιστα μοναρχίᾳ συμφέρει: *Eos verò qui in divinis aliquid innovant, odio habe & coerce. non deorum solùm causâ (quos tamen qui contemnit, nec aliud sanè quidquam magni fecerit) sed quia nova quædam numina hi tales introducentes, multos impellunt ad mutationem rerum. Unde conjurationes, seditiones, conciliabula existunt, res profectò minimè conducibiles Principatui.*

Lactant. I. Instit. c. xx

O verba, ab impio & ad impium, nimis pia: Hæc vera prudentia: & Principi qui sapit, *religio & veneratio nulla alia, nisi unius Dei tenenda est.*

Mos probus & vetus servandus.

Cic. II. de Divin.

Et tenenda ex ritu veteri. *Majorum instituta tueri sacris cærimoniisque retinendis, sapientis est.*

Aristot. Rhetor. ad Alex.

Καὶ τὰ πάτρια ἐᾶν μηδὲν πάσῃ πόλει μεταβαίνειν ἀδικώτερα, *& patrios ritus migrare aut violare, ubique gentium nefarium habetur.*

Vindicandus:

Just. l. v III.

Puni igitur, si quis turbat. *Jure ille à diis proximus habetur, per quem deorum majestas vindicatur.*

Omnis vi defendendus.

Lactant. lib. v. Inst. c. xx.

Serio, serio, hoc imbibe; *Nihil esse in rebus humanis religione præstantius, eamque summa vi oportere defendi.*

CAPUT III.

De una religione amplius quæsitum. Numquamne dissidium ferri possit? Saltem in tempus. idque quadamtenus videri.

ERGO firmiter hæc nostra sententia est, Unam religionem in uno regno servari. Quæri tamen duo possunt: Sempérne puniendi qui dissentiunt, & An omnes? Quâ de re ut disseram, non Curiositas me impellit, sed publica Utilitas, & præsens hic Europæ status, quem nego me sine lacrimis intueri. O melior mundi pars, quas dissidiorum faces religio tibi accendit! Colliduntur inter se Christianæ reipub. capita, & milleni aliquot homines perierunt, ac pereunt per speciem Pietatis. Quis hîc silebit? Non ego. Et quamvis cum Platone sciam διάβολα ἐς τοιαῦτα πρὸς τοὺς πολλοὺς; *calumniis hæc obnoxia in vulgus:*

Calamitas Europæ à dissidio Religionum.

Calumniantur, si quis mederi velit

In Euthyphr.

Neq

Nec quidquam tam probè aut providè hîc dici, *quod non vellicare malignitas possit.*

Seneca Epist.

Tamen subibo hoc discrimen, & pro virili aquam infundam in Sacrum hunc ignem. Hoc excusatiùs, quòd consilia, non decreta adfero: nec affero aliquid, sed pono. Tu qui legis, scito à piâ puraque mente hæc esse: & si ipsa aliter, subjici a me iis quorum propriè cognitio hæc & censura.

At nos cunctabimur.

Obnoxii tamen Tribunitiorum judiciis.

Ut rem intelligas, duo genera eorum facio qui in Religione peccant: qui Publicè, & qui Privatim. Publicè peccare dico, QVI ET IPSI MALE DE DEO RECEPTISQVE SACRIS SENTIUNT, ET ALIOS AD SENTIENDUM PER TURBAS IMPELLUNT. Privatim, QUI PARITER MALE SENTIUNT, SED SIBI.

Peccantes in religionem duplicem: Turbones. Et erronei.

Cypr. de unit. Pœnitentiæ.

De primis primò quæritur, an talibus esse debeat impune? Nego. *Puniantur à te, ne tu pro illis puniaris.*

Turbones semper puniendi.

August.

Maxime si turbant, *Melius enim est, ut pereat unus, quàm ut pereat unitas.*

Seneca de Benef. III. c. VI. Cic. Philip. III.

Violatarum religionum aliubi atque aliubi diversa pœna est, sed ubique aliqua.

Clementiæ non hic locus. *Ure, seca, ut membrorum potiùs aliquod, quàm totum corpus interat.*

Lib. IV. Cod. Justin. de Hæret.

Nam *quod in religionem divinam committitur, in omnium fertur injuriam.*

Unica exceptione, nisi mutus amabilis.

Atque hoc firmum certumque esto, quamdiu turbatores coërceri possunt sine majore turba. Quid autem, si aliter? & quid si ea tempora sint, ut *subita coërcitio plus damni in rempub. ferat?*

Tacitus III. Ann.

Acris nostri inscitiæ ruinosa.

Nam ea interveniunt: vel nostrum hoc vide. Quo fatalis ista est ingeniorum scabies, ut *omnes disputare malint, quam vivere.*

Sen. Ep.

Aculeones ubique & Curiones qui τὰ ὑπὸ γῆν, καὶ τὰ ὑπερκόσμια: *satagunt inquirentes, & quæ subter terram sunt, & quæ super cœlum.*

Plato in Apol.

Horum quanta multitudo? *Ut rei agi possint, acie vincendi sunt.*

Tacitus III. Ann.

Tolerandi interdum, ut melius tollas.

Hic igitur juste ambigo, An non fas tempora paulisper Principi inspicere, *quibus parére omnes Politici præcipiunt.*

Cic. ad Att. III. epist. 1.

Digitized by Google

Et an non *potius sit, omittere adulta & prævalida vitia, quàm illud assequi ut palàm fiat quibus flagitiis impares simus.* Tacitus III. An.

Celidi nocent.

Omittere dico in tempus. *Nam in morbis quoque nihil est magis periculosum, quàm immatura medicina:* Seneca Consol. ad Helv.

Tempus multa sanat.

Et scio *medicos, plus interdum quiete, quàm movendo atque agendo, proficere.* Livius XXII.

Sanè *istos ab atrâ bile, Dies plerumque sanat & Quies.* Ex medicorum scito.

Arma, arma clamant alii. Sed nónne re vidimus, *arma armis irritari.* Plinius Paneg.

Et diuta melior chirurgiâ.

Naturâ contumax est humanus animus, & in contrarium atque arduum nitens. Sen. I. de Clem.

Tu iterum iterum que vide, an non connivere interdum melius quàm *intempestivis remediis delicta accendere.* Tacit. XII Annal.

CAPUT IV.

An puniendi singuli, & quieti? Itemque an extrahendi & perquirendi? Neutrum (si intente quidem fiat) ex usu videri. Doctore primum his opus, non tortore.

Errores simplices non statim puniendi.

SECUNDA Quæstio est, de his qui in Religione peccant privatim. Ecce labes errorum in mea mente, sed neminem maculo: quiesco domi, & fileo. Hicne talis etiam puniendus? De quietis tempotibus, non disputo: de turbidis, ambigo. Et interdum illa valeant,

Tacere liceat, nulla libertas minor
A rege petitur, Seneca Oedip.

Nemo rex *perinde animis imperare potest, ac linguis.* Curt. VII.

Mentium rex, Deus est. August. in Joan.

Hæc vix emendes.

Sanè nimio aut intempestivo terrore quid efficitur? Ut *vultu, qui maximè servit, assentiantur:* Curt. VIII.

Corde minimè. *Quis enim imponat mihi necessitatem vel credendi quod nolim, vel quod velim non credendi?* Lactant. V. C. XIV.

Simulatores efficit.

Fictiones ea res inducit. Et fortasse *Purpuræ tuæ cultores aliquot efficies, non Dei.* Ex Themistii dicto apud

Vide

Digitized by Google

Euseb. Eccles. Hist. III. cap. XX I. Bern. in Cant. Seneca I. de Clem. Idem de Ira. August. Ep. LXV. Idem ad African. Procos. Lactant. in hac tali re, libro V. cap. XIII. Prosper II. De Vocat. Gent. c. XXXIII. In Act. Apost. cap. IV.

Docendi potius.

Vide ne, in statu simili, tutior via altera docendi ac ducendi. *Fides suadenda est, non imperanda.*

Ingenia nostra, ut nobiles & generosi equi, melius facili fræno reguntur.

Et *errantem per agros ignorantiâ viæ, melius est ad rectum iter admovere, quam expellere.*

Ita profectò est. Tolluntur hæc talia quæ sensibus insident, *docendo magis quam jubendo, monendo quam minando.*

In fidibus siquid discrepat, non abrumpis statim, sed paullatim reducis ad concentum: in Fide cur non idem fit? & *peccata sic compescis, ut sint quos peccasse pœniteat?*

Pœnitentes, bis boni.

Atque hi tales sæpè meliores. *Multò firmior est Fides quam reponit pœnitentia.*

Etsi pœna etiam sæpè repositi. & *lentis tepidisque animis quod cohortatio quieta non suasit, minax subito terror extorsit.*

Sed quid Tempora, quid etiam Pietas poscat, Princeps videto, idque de piorum sententiâ. Tu ô benigne & miserator Deus (nam voto & suspirio locum hunc claudo) divisa hæc junge; & effice, ut *multitudinis credentium sit cor unum, & anima una.*

CAPUT. V.

Transitum ad Prudentiam in Humanis. Huic duo fontes reclusi, Ingenium Populi & Regni. De priore dictum: & per inducem exposita Natura vulgi.

Duplex caput Prudentiæ gubernatoriæ.

PRUDENTIA in Humanis rebus me vocat: de qua liberiùs jam & libentiùs dicam. Hanc intellego, PERITIAM IN EXTERNIS TRANQUILLE ET FIRMITER GVBERNANDI. Duos illi fontes tribuo, Naturam populi & Naturam regni. Sanè cùm omnia dispexeris, nihil reperies peritè ad gubernandum olim aut nunc monitum, cui non hinc scaturigo. Itaque ante omnia ad eos te ducam; & tùm denique rivulos aliquot ex iis deducam utilium monitorum. Quisquis callidus perituſque regendi esse vis,

Digitized by Google

Prius, Natura populi.

Noscenda tibi natura vulgi est, & quibus modis temperanter habeatur. Tacitus Ann. III.

Qui triplex noscendus. Tuus:

Vulgi, meo judicio, triplicis, Tui Finitimi, Universi. Tui. quid enim magis necessarium quàm ut eum nôris cui præes?

Principis est virtus maxima, nosse suos. Martial.

Vicinus:

Finitimi Jure: quia res tibi sæpe cum eo & fœdera. Variant auteem ingenia, & *sunt tam civitatum quàm singulorum hominum mores: gentesque* Livius XLV. *aliæ iracundæ, aliæ audaces, quædam timidæ, in vinum, in Venerem proniores aliæ sunt.*

Omnis.

Universi etiam. Quoniam motus quidam affectusque sunt, quos communiter reperias in omni hominum gente. Quos nisi nosti, qui ad eos te componas? Scriptum olim: Ὁ ὐκ ἴσιν ἄρξειν τὸ μὴ ἄρχειν: *Non est ut rectè imperet, cui non imperatum.* Arist. II I. Politic.

Sive, ut vertit noster Sophus: *Nemo benè imperat, nisi qui antè paruerit imperio.* Seneca II. de Ira.

Recte. Non quia omnes reges voluerint esse è subditis: (minime. Multi in purpura nati, & à successione fere regna) sed hoc indicantes, ingenia & inclinationes subditorum imperanti noscenda, sic tanquam ipse inter eos. Audi senem illum Principem: *Utilissimus idem ac brevissimus rerum bonarum malarumque delectus, cogitare quid sub alio Principe aut nolueris, aut malueris.*

A notitia affectuum vitium imperii. Galbam apud Tac. I Hist.

Audi regium suasorem: Κἂν ὅσα ἂν ἐπιτρέπειε ἄρξασθαι, σὺ πειρῶ ἑλέσθαι, ταῦτα αὐτὸς αὐτεπακροάζεσθαι, ἵνα μὴ ἁμαρτήσῃ, καὶ πάντα κατορθώσῃς, καὶ τότε καὶ ἥδιστα καὶ ἀκινδυνότατα βιώσῃ: *Si omnia quæ alium quemvis in te imperantem facere velles, ea ipse tua sponte feceris: nec peccabis quidpiam, & omnia rite dirriges, & vitam ex eo jucundissimam simul & tutissimam vives.* Mæcen. apud Dionem l. 3.

Unde ii noscendi.

Tu igitur hæc dice. Unde? à Percunctatione, ab Usu, à Libris. a Me etiam nonnihil, qui præcipuos popularium Affectuum depingam hic tibi ut in tabella. Vulgus omne

Brevis eorum index.

INSTABILE. *Vulgo nihil incertius.*

In multitudine est varietas, & crebra tamquam tempestatum, sic sententiarum commutatio. Cic. pro Muræn. Idem pro Domo.

Pronum in affectus.

AFFECTUS ponit, aut sumit. *Ut est mos vulgo, mutabili subitis, & tam prono in misericordiam, quàm immodicum sæviti fuerat.* Tacitus I Hist.

Nec

Digitized by Google

Quintil. II. Decla. *Nec quidquam facilius, quàm in quemlibet affectum mutare populum.*

Tacitus I. Hist. JVDICII EXPERS. *Plebi non judicium, non veritas.* — *Sine judicio.*

Cic. pro Planc. *Non dilectu aut sapientiâ ducitur ad judicandum, sed impetu & quadam etiam temeritate.*

Ibid. *Non est consilium in vulgo, non ratio, non discrimen, non diligentia.*

Idem pro Roscio. *Ex opinione multa, ex veritate pauca judicat.*

Tacitus II. Hist. *Vulgus vacuum curis, & sine falsi verique discrimine solitas adulationes edoctum.*

Sallust. ad Cæs. ADPLVRES inclinat. *Multitudo vulgi, mere magis quàm judicio, pòst alius alium quasi prudentio rem sequuntur.* — *Adhæret turbæ.*

Seneca De vitâ beat. *Pecorum ritu, antecedentium gregem.*

Tacitus. II. Hist. NATVRA INVIDVM. *Ægris oculis alienam felicitatem intuetur.* — *Invidet.*

Livius lib. XLII. *Pravo studio, quo etiam in certaminibus ludicris utitur, deteriori atque infirmiori favet.*

Tacitus. II. Hist. SVSPICAX. *Municipale vulgus pronum ad suspiciones.* — *Suspicatur.*

V. Annal. *Mos vulgo, quàm vis falsis reum subdere.*

I. Hist. CREDVLVM. *Facilis civitas ad credenda accipiendaque omnia nova:* — *Omnia credit.*

Ibid. *Præsertim cùm tristia sunt.*

III. Ann. *Quoquo modo audita pro compertis habent.*

Eodem lib. RES AVGET. *Cuncta, ut mos famæ, in majus credita.* — *Aſt auget.*

Lucan. I. —— *Sic quisque pavendo*
Dat vires famæ: nulloque auctore malorum,
Quæ finxêre, timent.

Silius IV. —— *tradunt que metus, nec poscitur auctor.*

Ibid. *Adstruit auditis, docilis per mania rerum.*
Pascere rumorem vulgi pavor.

Tacitus I. Hist. *Vagus primùm & incertus rumor. Mox, ut in magnis mendaciis, interfuisse se quidam & vidisse adfirmant: credula fama inter gaudentes & incuriosos.*

III. Hist. COMPRIMI NESCIT. *Prohibiti per civitatem sermones, eoque plures; ac si liceret, vera narraturi, quia vetabantur, atrociora vulgaverant.* — *Petitaloquitur.*

Digitized by Google

Vagis per urbem militibus, qui sermones populi coërcerent. Id præcipuum alimentum famæ erat. II. Hist.

Publica exspectatio magni secreti impatiens: & malè coërcitam famam supprimentes augebant. I. Hist.

Pendet in turbas. TURBIDUM. *Vulgus cujusque motus novi cupidum.* Eodem lib.

Ingenio mobili, seditiosum atque discordiosum, cupidum novarum rerum, quieti & otio adversum. Sallustius Jugurth.

Utique si quis concitat. Præsertim SI DUX SIT. *Ut mare, quòd suâ naturâ tranquillum est, ventorum vi agitatur: sic populus suâ sponte placatus, hominum seditiosorum vocibus, ut violentissimis tempestatibus, attollitur.* Cicer. pro Cluent.

Nam *vulgus sine rectore, præceps, pavidus, secors.* Tacitus IV. Hist.

Vereque dictum, *Nihil ausuram plebem principibus amotis.* I. Ann.

Calidos timet. FAVET FERVIDIS. Et plebe judice, τὸ σώφρον & ἀνάνδρον πρόσχημα τὸ πρὸς ἅπαν ξυνετὸν, ἐπίπαν δειλόν. τὸ δὲ ἐμπλήκτους ἐν ὑγιοῖς μᾶλλον ἢ κακοῖς μοῖραν εὑρίσκειν. Thucyd. lib. III.

Quidquid modestum, ignaviæ speciem habet: quod circumspectum & providum, segnitiæ. Quidquid autem abruptum & præceps, id verò forte & virile censetur.

Ideò *vincit in eâ plerumque pars majoris animi quàm consilii.* Liv. VII.

Et grati *stolidi, ac vecordi facundiâ.* Tacitus IV. Hist.

NEGLEGIT REM PUBLICAM. *Magnitudine animi, communium curarum expers populus.* I. Hist.

Privata cuique stimulatio, & vile decus publicum. Ibid.

Sua diligens. *Intenta mala, quasi fulmen, optant dumtaxat se quisque ne attingant.* Sallust. Orat. Philip.

Fortè verbis: Nec ultrà, VERBIS FEROX. *Procacia plebis ingenia.* Tacit. II. Hist.

Sed *nihil ultra verba ausurum.* III. Hist.

Impigræ linguæ, ignavi animi. Sallustius

METU AUT SPE NIMIUM. *Hæc est natura multitudinis: aut servit humiliter, aut superbè dominatur. Libertatem, quæ media est, nec spernere modicè, nec habere sciunt.* Orat. Marcii. Livius XXIII.

Semper immodicum.

Nihil in vulgo modicum. Terrêre si paveant: ubi pertimuerint, impunè contemni. Tacitus I. Ann.

Vulgus *audaciâ turbidum, nisi vim metuat.* VI. Ann.

Plura sunt, quæ tu à te addes.

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT VI.

Fons alter reclusus, Ingenium regum & regni. Duo hic considerata, quæ Communiter conveniunt, & quæ Distinctè.

EGO ad Naturam regni propero: è quâ pauca hæc tibi delibo, Communiter eam noſce, & Diſtinctè. In Communi notitiâ hæc ſunt. *Alterum caput Prudentiæ, Naturæ regni id inſtabile.*

Tacitus 1. Ann. Regnum omne fluctuans & INSTABILE. *Arduum enim & ſubjectum Fortunæ cuncta regendi onus.*

Seneca Oedip. *Ut alta ventos ſemper excipiunt juga,*
Imperia ſic excelſa Fortunæ objacent.

Seneca Ep. XCII. *Nihil inauſum eſt Fortunæ. Adverſus Imperia idem habet juris, quod adverſus imperantes.* *Subito ſæpè dejectum,*

Ibid. Itaque ſæpè occultis cauſſis labitur. Et *quæ domeſticis ſteterant bellis, quæ externis regna, nullo impellente ruunt.*

Livius l. XXXVII. Et totum ferè labitur, cùm cœpit. Verè ille ſcripſit, *Regum Majeſtatem difficiliùs à ſummo faſtigio ad medium detrahi, quàm à mediis ad ima præcipitari.* *Et totum, cùm aliquâ pari.*

Seneca de Benef. VI. c. XXIII. Tacitus II. H. ſſ. *Non enim his gradibus, quibus ad ſumma pervenitur eſt, retrò itur: ſæpè inter fortunam maximam & ultimam nihil intereſt.* *In ſummo aut in imo eſt.*

Imperium cupientibus (aut habentibus) nihil medium inter præcipitia aut ſumma.

Nec Fortunæ ſolùm objectum, etiam ODIIS. *Odioſum plerumque.*

Seneca Theb. *Simul iſta mundi conditor poſuit Deus,*
Odium atque Regnum.
Cauſſa ſæpe in Impotentia regum. Nam *Idq; ob Regum mores.*

Idem Agamemn. *Id eſſe regni maximum pignus putant,*
Si quidquid aliis non licet, ſolis licet. *Qui licentiſſi.*

Idem Hippol. *Quod non poteſt, vult poſſe, qui nimium poteſt.* *Pertinaces & ſuperbi.*
Et in pervicaci eorum Superbia.

Ibid. *—durus & veri inſolens*
Ad rectaſlecti regius non vult timor

Seneca de Benef. VI. cap. XXX. *Flecti non minus exiſtimant turpe, quàm vinci.*

Digitized by Google

Etiam quia nos parère difficiles.

Sed causa etiam altera in Natura nostra. *Quia nemo alteri imperium volens concedit, & quamvis bonus atque clemens sit qui plus potest, tamen quia malo esse licet, formidatur.* Sallust. ad Cæs.

Insidiis exponitur.

Ideoque regnum obnoxium INSIDIIS.

Multi iniqui atque infideles regno, pauci sunt boni. Attius.

Idco meticulosi reges.

Nec immeritò reges semper in TIMORE. *Ingenia regum prona ad formidinem.* Sallustius Jugurth.

Sæpè nimis: &

——— *dubia pro certis solent*
Timere reges. Seneca Oedip.

Suspicaces & æmuli:

Idem ÆMULI, & *suâpte naturâ potentiæ anxii.* Tacitus IV. Ann.

Nec regna socium ferre, nec tædæ sciunt. Seneca Agam.

In ipsos filios,

Adeò, ut *displiceant regnantibus* etiam *civilia filiorum ingenia.* Tacitus II. Ann.

Et *suspectus semper invisusque dominanntibus, quisquis proximus destinatur.* I. Hist.

Regni vires nescendæ;

Hæc taliaque Communiter scies. Jam illud Distinctè, Quantum tuum regnum sit, & quale. Potentia, inquam, tua, serò tibi noscenda est.

Metiri sua regna decet, viresq; fateri. Lucan. VII.

Multi dum se tam magnos, quàm audiunt, credunt attraxere supervacua & in discrimen rerum omnium perventura bella. Seneca de Benef. V I. cap. XXX.

Et eius constitutio sive forma.

Etiam regni Qualitas. Cujusmodi illud sit, Vetus, Novum; Hereditate, an Suffragio traditum & tradendum; Legibus, an Vi quæsitum. Et quidquid tale. Pro his enim varie attemperandum sceptrum, & laxandæ aut adducendæ imperii illæ habenæ.

CAPUT VII.

Præcepta nunc ex hisce fontibus petita. Et primum universe posita, quæ firment Regnum aut violent: mox distincte de Vi dictum. Opus regi Custodes, Milites, Arces aut potius Colonias.

BENE habet, duplicem Arcton meam signavi, ad quam flectendi mihi idemtidem oculi; nunc auda-

Digitized by Google

audacter vela do, & undosum mare ingredior Præceptorum. Ea hoc ordine disponam, ut quæ Juvant firmantque regnum, præmittam, subjungam quæ Lædunt & perdunt. Duo igitur sunt, quæ tranquillum id aut firmum efficiant, VIS & VIRTUS: duo item, quæ turbidum aut caducum, VIS & VITIUM. Singula hæc, ut meus captus est, subtiliter videamus & partitè. Vim in Juvante parte primum pono, & intellego PRÆSIDIUM QUOD PRINCEPS VTILITER ADHIBET AD SE TVENDVM AVT REGNVM. Id ferè duplex, Milites, & Munimenta. Milites iterùm duplices, Custodes & Ordinatii. CVSTODES, regis ipsius tutela propria: qui scilicet

Duo firmando Regno: Duo evertendo.

Vis definitur.

Divisa. Custodes regii.

Seneca I. de Clem. *Somnum ejus nocturnis excubiis muniant, latera, objecti circumfusique defendant, incurrentibus periculis se opponant.*

Tacitus I. Ann. *Miles in forum, miles in curiam comitabitur,* scribit de suo Principe Tacitus.

Nam probus vetusque ille mos, & quamquam in nullo metu, decorè tamen eos Princeps, & *vel ornamenti caussa habeat.*

Seneca I. de Clem.

Sed esse & ORDINARIOS milites volo: manum scilicet aliquam grandiorem (pro viribus & modo regni) ad subita casuum aut bellorum. Et qui, *si auxilium res poscat, haud procul accieantur.*

Ordinarii & perpetui milites.

Tacitus IV. Ann.

Ibid. Nam scimus, *voluntarium* sæpe *militem deesse. Ac si suppeditet, non eâdem virtute ac modestiâ agere: quia plerumque inopes ac vagi* (ut hodie quidem mos est) *sponte militiam sumunt.*

Dio libro XLII. Grande momentum in hoc præcepto: & C. Cæsar solitus dicere, Δύο πρᾶγμα τὰ τῆς δυναστείας συνεκτικώτατα καὶ φυλακτικώτατα καὶ ἐπιτηδειότατα, στρατιώτας πλουτίζειν καὶ χρήματα: *Duo esse, quæ Principatus compagent, servent, augeant, Milites & Pecuniam.*

Severus Imp. apud Dionem in vita ejus. Atque alius ab eâdem mente (etsi paullò improbiùs) ad suos liberos: Ὁμονοεῖτε, τοὺς στρατιώτας πλουτίζετε, τοὺς ἄλλους πάντων καταφρονεῖτε: *Inter vos consentite, milites ditate, reliquos omnes spernite:*

At munimenta possis usurpare duplicia, Arces aut Colonias. Illas vulgus & hodiernus mos tibi ingerit: ego istas, & mos vetus. Sane ARCES non tã firmæ compedes, quàm censentur: ad exiguum

Arces quatenus utiles.

Digitized by Google

motum validæ; fragiles (ipsi vidimus) ad commusem & magnum. In finibus tamen & contra hostem, haud valdè eas spernam: in mediterreis & contra cives, valdè. Populo alicui diffidis? premere eum vis? COLONIAS tibi suggero, vere *sedes servitutis.*

Præsidia in Colonias.

Tacitus. in Agric.

Hoc solidum, hoc firmum munimentum est: in quo non locus solùm talis, sed homines ipsi sint. Coloniæ enim fere constant externis (quibus, cum indigenis haud facilis conspiratio:) nec usurpandæ temere nisi in externos. Nam *non assuetæ frænis servitutis tumidæ gentium inflatæque cervices, facilè aliàs ab imposito jugo resiliunt.*

Sed saltem in exteros.

Flor. IV. cap. ult.

Sive etiam in feroces & recens subjectos. Quidquid enim dicunt, *quos viceris cave amicos tibi credas.*

Aut recens domitos.

Curt. VII.

CAPUT VIII.

De Virtute duplici, servatrice Regnorum. Benivolentia populi commendata, & ostensa triplex ad eam via.

VIS ergo opportune etiam ab optimo Principe adhibenda, ex scito veteri:

Quædam vi tractanda, quò ceteris quies sit:

Tacitus 1. Annal.

Sed magis Virtus. in qua mihi quidem præcipuum Principatus robur est & pondus. Eam, paullo aliter quàm vulgus, hìc appello LAUDABILEM UTILEMQUE IMPERIO AFFECTUM, DE REGE, VEL IN REGEM. Studiosè sic discrimino. Nam cùm duplex ejusmodi Virtus sit, Benivolentia & Auctoritas: nasci quidem utraque à rege & per regem debet, sed sedem tamen suam & domicilium in animis Populi habet. Atque illa, in regem Affectus est: hæc Opinio de rege. Ex definitionibus facile rem mentemque meam capies. Nam BENIVOLENTIA, quam hìc quæro & suadeo, est SVBDITORVM IN REGEM EJVSQVE STATVM PROMPTA INCLINATIO ET AMOR.

Quid hic virtus.

Benivolentiæ definitio.

Quæ nimis utilis, imò necessaria, ad res gerendas. Plato vere dixit: Διὰ τὸ ἀρέσκειν τοῖς ἀνθρώποις, ἡ τῶν πράξεων ἰσχύς: *Ab eo quod placeas hominibus, actionum efficacia est.*

Utilitas ejus.

Epist. IV. ad Dionem.

Para

Quomodo paranda? Lenitate in te, & obsequio

Para igitur: idque via triplici, Lenitatis, Beneficentiæ, Indulgentiæ. LENITATEM promes in Teipso primum, verbis factisque benignus, *comitate & alloquiis officia provocans.*

Tacitus v. Hist. Plinius. Paneg.

Quid ni *sta cum civibus tuis, quasi parens cum liberis, vivas?*

Tacitus v. Hist.

Cùm illa tamen exceptione, ut *incorrupto ducis honore.*

Plinius Paneg.

Temperie opus est: *nec aut reverentiam terrore, aut amorem humilitate captabis.*

Cic. Oratore ad Brutum.

Raræ hoc sed magnæ laudis, cùm *virtutes specie dispares prudentiâ junguntur.*

Lenitate in omni imperio.

Seneca 1. de Irâ Tacitus 1. Hist. Idem Agric.

Sed promes etiam in Imperio: ut tranquillum id ac lene sit, *nec alia ejus facies, quam sereni cæli ac nitentis.*

Hoc ex ingenio hominum est: qui *nec totam servitutem pati possunt, nec totam libertatem:*

Domiti ut pareant, non ut serviant.

Seneca 1. de Clem. Lib. XII.

Hinc Quies?

Hoc ex usu ipsius imperii: quia reverà *remissius imperanti melius paretur.*

Hinc Fides?

Sed & fideliùs paretur. *Nullus terror*, ait Livius, *cùm omnia bello arderent, fide socios demovit: videlicet quia justo moderatoque regebantur imperio.*

Hinc Stabilitas.

Apud Dionem lib. XLIII. Cæsaris effatum est: Ἡ ἐμμέτρως μεταχείρισις πάντα ἀσφαλῶς παρέχει: *Potentia mediocriter exercita, omnia quæsita conservat.*

Ibid.

Contra, Ὁ ἀναίδην ἐς πάντα ἁπλῶς τῇ δυνάμει κεχρημένος, ὅτι ἑκουσίαν οὐδεμίαν οὔτ' ἀσφάλειαν οὔτε βεβαιότητα κτᾶται: *Qui impudenter & passim in omnibus potentiâ abutitur, is neque veram benivolentiam neque firmam securitatem invenit.*

Cicer. II. de Finib.

Beneficentiâ item paratur.

Jam & BENEFICENTIAM adjunges. Nam *liberalitate qui utuntur, Benivolentiam sibi conciliant, & quod aptissimum est ad quietè vivendum (sive & regendum,) caritatem.*

Seneca de Brev. vitæ. Idem de Benef.

Quæ semper usui?

Vis scire quanta ejus vis? *Melius beneficiis imperium custoditur, quam armis.*

Sane vulgo, ex veteri verbo, *Omnium dulcissimum est accipere.*

Tacitus 1. Ann.

Donabis igitur, vel Augusti exemplo: qui *Militem donis, populum annonâ, cunctos dulcedine otii pellexit.*

Idque

Digitized by Google

Maximè in novo statu. Idque effusiùs in novo imperio. Sic enim tibi firmabis, & *novis ex rebus aucti, tuta & præsentia, quàm vetera & periculosa malent.* Ibid.

Quibus tamen consegas, vide: Sed cum Judicio: nec placeant mihi illi *Reges*, qui *multa apertis oculis donant.* Seneca IV. de Benef. cap. XXV II.

Tu largiere *bellorum sociis, periculorum consortibus:* Plinius Paneg. Ibid.

Sive etiam *de te benè ac fortiter, sed in togâ meritis.* Ibid.

Aut ijs denique qui mereri possunt. *Illis* scilicet *præmia, his exempla.*

Et quantum, vide. Sed cum Modo etiam. Nam *Simplicitas ac liberalitas, nisi modus adsit, in exitium vertuntur.* Tacitus III. Hist.

Alibqui tua & te perdis. Si omnibus, si passim: quis finis? *Singuli numquam exsatiabuntur, respublica deficiet.* II. Ann.

Itaque *alienis bonis manus afferre cogeris:* Cicer. II. de Offic.

Quod exitiabile. Nec umquam *tanta studia assequeris eorum quibus dederis, quanta odia eorum quibus ademeris.* Ibidem.

Cave igitur. Atque adeò *nihil largiatur Princeps, dum nihil auferat.* Plinius Paneg.

Demque indulgentiâ paratur. Tertiò INDVLGENTIAM suasi: hac mente, ut quatenus sine corruptela morum potest, populum Laxe habeas & Jucunde. Laxe, ut in Victu: ne *plebes acri annonâ fatigetur.* Tacitus IV. Ann.

In viliore Annonâ Nam *vulgo una ex republicâ annonæ cura.*
---- *duas tantùm res anxius optat,*
Panem & Circenses. IV. Hist. Juvenal. Sat. 10.

Omnes autem *qui remp. gubernant, consulere debent, ut earum rerum copia sit, quæ sunt necessariæ.* Cicer. II. de Offic.

In ludicris. Jucunde etiam: puta in ludis & ejusmodi receptis voluptatibus. Nam vulgo, sicut *pueris, omne ludicrum in pretio est.* Seneca Ep. CXVI.

Idemque *cupiens voluptatem, & si trahat eò Princeps, lætum.* Tacit. XIV. Annal.

Quæ serium etiam usum habent. Itaque vides, *nec majores abhorruisse spectaculorum oblectamentis.* Ibidem.

Usus

Digitized by Google

Idem in Agric. Usus enim aliquis in ista re: cùm ita ferociores populi, eoque *bello faciles, quieti & otio per voluptates assuescunt.*

Ibid. Idque *apud Imperitos Humanitas vocatur, cùm pars servitutis sit.* *Frangunt & mollunt.*

Tacitus 3 IV. Hist. Verissimum est, *Voluptatibus Romanos plus adversus subjectos, quàm armis valuisse.*

Nec id nescivit ille histrio, qui increpanti Augusto quòd ejus caussa in plebe essent tumultus: Pylades apud Dionem lib. 1. v. Συμφέρει σοι, Καῖσαρ, inquit, περὶ ἐμᾶς τὸ δῆμον ταράττεσθαι. *Expedit tibi, ô Cæsar, populum circa nos distineri.* *A generosis curis avocant.*

Tacitus in Agric. Acutè. Nam profectò *virtus ac ferocia subditorum, ingrata imperantibus.*

Ann. XVI. Sed modum tene: & vide ut hæc *lætitiæ potiùs, quàm lasciviæ dentur.* *Tamen lasciviæ & luxus vitanda.*

Ibid. Facile enim ista irrumpet. *nec pudicitia aut modestia, nec quidquam probi morisultrà reservabitur.*

Ita tui & Tu peribitis. Quid enim salvi, amissis moribus?

CAPUT IX.

Auctoritas commendata valde. Tria ostensa, quæ ad eam ducunt. In quibus quia Imperii præcipua vis est, accurate & enucleate de his disserium.

AUCTORITAS inter Juvantes virtus altera est. Quam * suprà quoque libavi: sed hoc tantum. Nunc uberiùs, & pleno magis ore dicenda est. Definio iterùm: Auctoritas est IMPRESSA SUBDITIS, SIVE ET EXTERIS, OPINIO REVERENS DE REGE EJUSQUE STATU. Constat ex Admiratione & Metu: cujus utriusque temperies sive mixtio facit hanc Virtutem. Quam parari apud quasdam nationes proniùs ajo: * Lib. II. cap. XVI. *Quid Auctoritas? Unde nata*

Curt. III. *Est* enim *ingenita quibusdam gentibus erga reges suos veneratio.* *Quibus rebus parandæ?*

Apud alias ægriùs: sed tamen apud omnes triplici hoc, quem dicam, modo sive via. Forma imperii, Potentia imperii, Moribus imperantis. Per singula te ducam, & figam in iis pedem non distinctè solum, sed lentè & impressè. Quis carpet? ego fulcrum hoc regnorum scio, & *Tutela ea regnorum.*

Ma-

Digitized by Google

Majestatem imperii, salutis esse tutelam. Idem lib. VIII.

Hæc illa velut edita arx est, qua Princeps se vindicat à rebellione & contempeu. Scande & occupa Deo auspice: me duce. Prima viarum est.

FORMA IMPERII. In qua tria ad Auctoritatem requiro: ut Severa sit, ut Constans, ut Adstricta. SEVERA primùm, quia perpes illa & assidua Lenitas Contemptum inducit, id est Principatus ipsam pestem. In hac colluvie morum & hominum *habendus metus aut faciendus est.*

Hanc esse Severa gubernatio.

Quæ ex usu Principis. Et subditorum.

Amplius, quia inducit *maximam illecebram peccandi impunitatis spem.* Sallust. Orat. Lepid.

Quis eum metuat, *apud quem conditum, imò constrictum ferrum est?* Cicero pro Mil. Seneca 1. de Clem.

Qui per segnitiem potiùs quàm clementiam, *patiatur hebescere aciem suæ auctoritatis?* Cicero 1. in Catil.

Non vulgus metu coercendum.

Ne feceris, & nosce vulgus. Οὐ γὰρ πέφυκεν αἰδοῖ πείθεσθαι, ἀλλὰ φόβῳ. διὸ ἀντὶ μὲν τοῦ φυλάττου διὰ τὸ αἰσχρὸν, πάλιν διὰ τὴν τιμωρίαν: Non enim ita natum est, ut Pudori obsequatur, sed ut Metui: nec ut abstineat à pravis ob turpitudinem, sed ob supplicia & pœnam. Aristot. x. Ethic. cap. ult.

Adhibe hæc igitur in tempore. *Salutaris Severitas vincit inanem speciem Clementiæ.* Cic. ad Brut. ep. 11.

Cotys rex Thracum, increpanti severitatem ejus & ajenti, Μανία γ' ἐστὶ, καὶ οὐ βασιλεία: bellè respondit, Ἀλλ' ἡ ἐμὴ μανία τοὺς ἀρχομένους σώφρονας ποιεῖ. *Furor hic est, non Regnum. At meus hic Furor subditos sanos reddit.* Steb de Regno.

Ita, ita. *Adhibenda est reip. caussâ Severitas, sine quâ administrari civitas nulla potest.* Cice. II. de Offic.

Ira retinenda.

Scimus digitum præcidi oportere, si ob eam rem gangræna non sit ad brachium ventura. Var. in. Frag.

Sed per intervalla.

Tamen tempestive, & cum intermissione. Nam *civitatis mores magis corrigit parcitas animadversionum.* Seneca 1. de Clem.

Illud laudabile, quoties potes, efficere *ut pœna ad paucos, metus ad omnes perveniat:* Cic. pro Cluent. Idem. III. in Verr.

Et unius improbi supplicio multorum improbitatem coercere.

Quòd

Digitized by Google

Quòd si crebra tamen nimis aut pervicacia vitia: tum sane illud valeat, *Nisi malè herba nimium fluerent.*

Publius. *Crudelem medicum intemperans æger facit.*

Tacitus III. Ann. *Ne corporis quidem morbos veteres & diu auctos, nisi per dura & aspera coërceas. Corruptus simul & corruptor, æger & flagrans animus, haud levioribus remediis restinguendus est, quam libidinibus ardescit.* *Valetudo recidenda est.*

Secundò, CONSTANTEM volui Imperii Formam: quod interpretor, uno & veteri tenore fluentem. Quid mihi mutas? Alcibiadem audi vere censentem; *Τὸν ἀνθρώπων ἀσφαλέστατα τύπους οἰκοῦντ', ὃν ἂν ἔθη πάροδοι, ἧττον κακὰ νόμοις. ὧν καὶ χεῖρον ἢ, ἄκιστα ἀλῴους πολιτεύειν.* *Eos hominum tutissimè agere, qui præsentibus moribus legibusque, etiamsi deteriores sint, minimùm variantes, rempub. administrant.* *Constantia Auctoritatis facit:* Apud Thucyd. lib. VI. *Observatioque legum & morum.*

Apud Dionem lib. LIV. Ipsum Augustum: quid sic olim ad Senatum: *Τὰς κειμένας νόμους ἰσχυρῶς φυλάττετε, καὶ μηδένα αὐτῶν μεταβάλητε. τὸ γὰρ τὰ αὐτὰ μένοντα, κἂν χείρω ἦ, συμφορώτερα τῶν ἀεὶ καινοτομουμένων, κἂν βελτίω εἶναι δοκῇ, ἐστίν:* *Positas semel leges constanter servate, nec ullam earum immutate. Nam quæ in suo statu, eademque manent, etsi deteriora sint, tamen utiliora sunt reipub. his quæ per innovationem vel meliora inducuntur.*

Sen. Epist. Et inopinati dogmatis causa duplex. Quòd nec leges ipsæ vim & vitam satis habeant, vertendæ statim aut evertendæ. *Non* enim *convaluêrit planta, quæ sæpiùs transfertur.* *Contemnuntur leges, tam relatæ.*

Tac. III. Hist. Et quòd Princeps vilescit, qui sic vacillat: fosdaque inconstantia, *quæ jusserat, vetat, quæ vetuerat, jubet.* *Et una earum later.*

Quinctil. Lib. VIII. Institut. Sperne ergo circa te novatores: qui *ut aliquid sui videantur afferre, etiam recta commutant.* *Acriculi in rep. malis.*

Tacitus XV. Ann. Et scito, *super omnibus negotiis melius atque rectius olim provisum: & quæ convertuntur, in deterius mutari.* *Veteres, & vetera, optimi.*

Valer. Max. L. II. Ideò in *minimis quoque rebus, omnia antiquæ consuetudinis momenta servanda.*

Tacitus I. Hist. Sed numquam, inquies, mutem? numquam: nisi aut summa Utilitas expresserit, aut summa Necessitas. Nam, fateor, *nocet* interdum *priscus rigor, & nimia severitas, cui jam pares non sumus.* *Interdum tamen innovandum.*

Sed

Digitized by Google

Sed non violentè:

Sed tunc quoque fiat leniter: & ut *quàm minimo sonitu orbis ille in rep. convertatur.* Cicero ad AH. l. II. epist. IX.

Et paullatim

Itemque Lente: ut per grades, nec omnia simul. Augusti exemplo: qui sub initia imperii ἃ πάνυ ἐπιφθόνως, ὥστε ἐπιτίθεσθαι, προφέρεις, φοβηθεὶς μὴ τὸ σφαλερὸν, καὶ θερμὸν μεθαρμοσάμενος τοὺς ἀνθρώπους ἐπιτήδευσε· ἀλλὰ τὰ μὲν παραχρῆμα μετεκόσμησε, τὰ δὲ ὕστερον: *non omnia statim, uti decretum erat, exsecutus est; veritus ne parum succederet; si simul homines transferre & invertere vellet: sed quædam ex tempore disposuit, quædam rejecit in tempus.* Dio LII.

Atque hoc est, quod de eodem noster: *Insurgere paulatim, munia legum & magistratuum in se trahere.* Ait Paulatim: & tu in re simili serva. Tacitus I. Annal.

Adstrictio imperii, pro Auctoritate.

Princeps unus res manu teneat.

Tertiò, ADSTRICTAM Imperii Formam posui. Id est, ut non solùm A te præcipua vis & honos, sed etiam Apud te sint. A te quidem, ut maxima rerum aut agas ipse, aut firmes: *neu vim Principatus resolvas, cuncta ad Senatum revocando.* I. Ann.

Eum omnes spectent: & omnia ab eo exspectent.

Non quia consilia spernam (valde suasi, & suadeo:) sed quia innotescere omnibus velim, te esse à quo pendeant omnes. Esto mihi *solus arbiter rerum, jure ac nomine regio.* II. Ann.

Reges domini rerum temporumque, trahunt consiliis cuncta, non sequuntur. Livius IX.

Aliquid hìc laxas? totum amittis. *Ea est imperandi ratio, ut non aliter constet, quam si uni redatur.* Tacitus I. Ann.

Honores nimios ne dato.

Sed Apud Te etiam plerusque honos maneat, cette magnus. Doctorum ille doctor: Κοινὴ φυλακὴ πάσης μοναρχίας, τὸ μηδέν᾽ ἕνα ποιεῖν ἐπὶ μέγαν: *Communis custodia Principatus, neminem unum magnum facere.* Aristoteles V. Politic. cap. XI.

Semper *periculosum privati hominis nomen supra (imò & juxta) Principis attolli:* Tacit. in Agric.

Datos aufer te: sed sollicitim.

Quid si tamen factum? Corriges, Sed sic, ut non detrahas eum, sed deducas. Δεῖ γὰρ οὐκ εὐθυπορεῖσθαι, ut ille loquitur, ἀλλὰ δεῖ, καὶ μὴ πᾶσαν ἀθρόον ἀφαιρεῖσθαι τὴν ἐξουσίαν: *Oportet circumductione quadam & per ambages id facere, nec totam potestatem simul tollere.* Aristot. V. Politic. cap. I.

Non longos item dato.

Nec verò magnos solùm honores dari abnuo, sed & (utique in Militia aut Præfectura) longos. Vetus monitum: *Nihil tam utile, quàm brevem potestatem esse, quæ magna sit.* Latro apud Senec. VII.

Liber-

Digitized by Google

Controv. ult. *Libertatis (sive Principatus) magna custodia est, si magna imperia diuturna esse non sinas.*

Livius iv. Dio Lii. Causſa. Quoniam ἀι μακρόπεροι καὶ πολυχρονιώτεροι ἀρχαὶ ἐπαίρουσί πως παντὸς, καὶ εἰς νεωτεροποιίαν ἐξάγουσι? *Longiora & diuturniora imperia, multos attollunt, & ad res novandas impellunt.* *Nam hominet insidiantur.*

VIAM primam vides: alteram tibi POTENTIÆ ingredior, quæ est illa ipſa directa & regia ad ſolidam auctoritatem via. Cetera omnia adLivius xi. ſunt, hæc abſit: quid juvabunt? Scito *parum tutam majeſtatem ſine viribus eſſe.* *Potentia certiſſima ad Auctoritatem via.*

Cicer. ii. de invent. Potentiam autem hîc intellego, ad *Sua conſervanda, & Aliena obtinenda, idonearum rerum facultatem.* *Quid eam appellem?*

Quam quinque hæc inſtrumenta tibi dabunt: Opes, Arma, Conſilia, Fœdera, Fortuna: ſi tamen appoſite utaris, & ut præcipiam. Attende, attende. Primo loco Opes pono. Et de vi atque uſu earum quis ambigit? *Quæ parancem, eam.*

Demoſt. Olynth. i. Δεῖ δὴ χρημάτων, καὶ ἄνευ τούτων οὐδὲν ἂν γένοιτ' ἂν τῶν δεόντων: *Opus ſunt Opes, & ſine iis nihil fiet quod opus.* 1. Pecunia.

Marian. apud Donem in Veſp. Experiens calliduſque vir clamabat olim: Νεῦρα πολέμου χρημάτων ἄπορα εἶναι: *Nervos imperii pecuniam eſſe.* *Illa nervi, caput, pedes.*

Ariſtot. Rhet. ii. cap. xv. Nam ſocios aut milites habere vis? Illa dabit Πάντα ἀνδρία τὰ πάλαι: *Omnia venalia nummis.* *Animorum domina:*

Cicer. i. in Verr. Cic. i. ad Att. ep. xii. Horat. ii Serm. Hoſtes aut urbes perdere hæc faciet. *Nihil tam munitum, quod non expugnari pecunia poſſit.* Omnia caſtella hæc machina dejiciet, *in quæ modo aſellus onuſtus auro poſſit aſcendere.* *Locorum domina.*

Ad ſummam,

——— *divina humanaque pulchris*
Divitiis parent.

Non credis? Saltem oracului:

Argenteus gladius omnia penetrat.

Philippo Macedoni id datum. Ἀργυρέαις λόγχαισι μάχου, καὶ πάντα νικήσεις. *Haſtis pugna argentatis, atque omnia vinces.*

Tacit. xv. Annal. Inſtrumentum ſecundum, Arma. Nam illud certum, *Non ignaviâ magna imperia contineri, ſed virorum armorumque faciendum certamen.* ii. *Arma opus ad potentiam.*

Ibid. Improbè dictum videatur, ſed in tempore utiliter: *Sua retinere, privatæ domus; de alienis certare, regiam laudem eſſe.* *Reges invadunt.*

Digitized by Google

Fateor optabilius *magnitudinem suam justitiâ tueri*: De Moribus Germ.

Et sapè debent, aut ipsi invadentur.

Sed optabilius. Quî enim semper possis? *inter impotentes & validos falsò quiescas. Ubi manu agitur, modestia & probitas nomina superioris sunt.* Ibid.

Ab exteris:

Nec umquam deerunt, *nisi silvâ hac* humani generis *excisâ, raptores alienæ libertatis lupi.* E Vellejo l.b. 11.

A suis:

Addo, si non hoc sit, quòd *nulla magna civitas diu quiescere potest. Si foris hostem non habet, domi invenit.* Liv. xxx.

Comprimant ergo bella civica.

Arce, arce internam illam pestem: & alios potiùs turba, quàm ut te perdas. *Agendo audendoque res humana crevit, non his segnibus consiliis, quæ timidi cauta vocant.* Idem xxii.

III. *Consilia usui ad potentiam.*

Quamquam Consilia profectò & ego misceo: nec ulla stabilis potentia sine istis. *Arma*, inquit ille, *consilio temperanda sunt.* Tacit. I. Ann.

Haud temerè bellum movendum.

Quod tibi ita præeo. Arma inferre vis? Primùm videtur Provide,

Animus vereri qui scit, scit tutò aggredi. Publius.

Odi istos properos, qui *dum inferre pericula volunt, non cavent.* Seneca I. de Irâ.

Et scio *cautis quàm acrioribus consiliis Potentiam tutiùs haberi.* Tacitus XI. Ann.

Nec nimis diu habendum.

Vide etiam, ut cum Modo. *Ne dum ad culmen venire contendis, unà cum ipsis ramis, quos comprehendisti, decidas.* Curt. VII.

Ea demum potentia tuta est, quæ viribus suis modum imponit. Val. IV. cap. I.

Explendus animus.

Pyrrhus mihi es? Et *novâ siti ad alia aliaque properas?* Plutarch. in Pyrrho.

Noli. *Facilius est quædam vincere, quàm tenere.* Et Curt. IV.

Fortunam citiùs reperias, quàm retineas. Publius.

Et in quæsitis antè lucris quiescendum:

Tu firma ante parta. *Difficilius est provincias obtinere, quàm facere. Viribus parantur, jure retinentur.* Florus libro IV. cap. ult.

Et quid festinas? *Non durat, nec ad ultimum exit, nisi lenta felicitas.* Seneca Consol. ad Marc.

Re-

Digitized by Google

Præsertim minutis Principibus : Qui periculose semper juvant.

Regibus ego ita suadeorat regulisula. Quies vobis tutior, nec de Obtinendo laborate, sed tenendo. Scitote *tesludinem, ubi collecta in suum tegmen est, tutam ad omnes ictus esse : ubi exserit partes aliquas, quodcumque nudavit, obnoxium atque infirmum habere* :

Livius xxiv.

Ibid.

Sic vos, apud vos tutos esse. *Simul aviditate plura complectendi hinc excedisis, nuda vobis omnia quæ extra sunt, & expositæ ad omnes ictus esse.*

Volunt quod nec teneant.

Curt. VII. Tacitus II. Ann.

Stulti qui *concupiscunt, quod non capiunt.* Vobis melius, *consiliis & astu res externas moliri, arma procul habere.*

IV Fœdera ista ad Potentiam.

Aristot. Rhet. ad Alexand. cap. ult.

Itemque via hæc Fœderum : quæ ipsa, ut dixi, ad Potentiam valent. Socios legi suadeam, *qui non mediocri valeant potentia, & in proximo habitent.*

Iucunda cum proximis & valentibus. Vix cum æquis :

Id est, qui utibiles esse & viribus & loci opportunitate possint. Nam infirmis aut miseris quid te jungas ?

Lucan. VIII.

——— *quærunt,*
Cum quâ gente cadant.

Tu, si sapis,

Ibid.

——— *Fatis accede, Deisque,*
Et cole fèlices.

In caducum parietem ne inclina.

Et Hadriani dicteria Curt. IV.

Suam quisque fortunam in consilio habeat, cum de alienâ deliberat.

Ne ipse effligare.

Ex Facit. de Mor. Germ.

Nisi tamen quispiam talis, *cujus ruina te quoque tractura sit.*

Nisi quoniam periclitante, etiam tu : Tunc vel astu juva.

III. Ann.

Tum enim sanè aut junge te, aut juva : sed quid si occultè ? Vetus illa callidita*s foederatem alterius palam induere, ad alterum per occulta & fida magis inclinare.*

Periculosum potentiæ impotentem jungi : Et tamen pæne necessarium. Adiaphora hic unita.

Sallust. Epist. Mithr. Livius xxxi. Ibid.

Magnus nodus, cùm dissentiunt inter se vicini duo potentes : *qui nec vincere, nec vinci sine periculo tuo possunt.*

Quid facies ? Non enim effugias, quin alterum *aut socium habeas, aut hostem.*

Nam quòd nonnemo *tamquam mediam & tutissimam consilii viam, ut quiescas absistasque armis, ostendit, ea verò non media, sed nulla est.*

Ibid.

Quid enim *aliud, quam nusquam gratiâ stabili velut, qui eventum exspectaveris, ut Fortuna applicares consilia tua, præda victoris eris ?*

Vidimus, & videbimus (ita nunc Europæ ſtatus) eos, *quos ignavia aut prava calliditas, ut alienis laboribus tuti eſſent, armis abſtinuit, acerbiſſimas pœnas ſolviſſe.* Salluſtius Exſt Mithrid.

Iungete igitur cum Deo. Cum Cæſare igitur *Facienda* tunc *alea*: & alterutri ſe adjungendum.

Sed in cauſſa palam diſpari, meliori: in ambigua, fortiori; niſi alia Opportunitas aut Utilitas vincat. Nam profectò eas hic ſpecto. Alta & animoſa quid cogites? Tuta potiùs: & cum Gallis, *Valentini animum probes, conſilium Auſpicis ſequare.* Sueton. Tacit. IV. Hiſtor.

V. Fortuna uſus ad Potentiam: Et quidem ſupra alia. At Fortunam ultimum inſtrumentum ad Potentiam feci: cur non primum? Debebam, ſi vim ejus intuerer. Nam *quis neget eximiam quoque gloriam* & potentiam, *ſæpius Fortunæ quàm virtutis eſſe beneficium?* Curtius lib. VIII.

Quæ mirifice quoſdam fovet. Sunt enim quidam hoc aſtro; ut iis *ad amplitudinem, & gloriam, & ad res magnas benè gerendas, divinitus adjuncta Fortuna videatur.* Cicer pro Leg Man.

Homines ad Pompejanum illud elogium, *majore fortunâ quàm ſapientiâ.* Salluſt. ad Cæſ.

Omnia ſine labore jugerit. Quibus *dormientibus Dii omnia conficiunt.*

Reti urbes capiunt: Terent. Adelph.

Et *in ſinum iis de cœlo Victoria devolat.* Inter Adagia e Plut. Liv VII.

Quos Poëta quoque depinxit:

Πολλοί τε χερδῶ δειλαῖς φρεσὶ δαίμονι δῖοι ἅλωσαν.
Οἷς τὸ κακὸν δοκέειν γίνεται ἐς ἀγαθόν.

Qui nec volentes peccant. Theog.

Multis mens læva eſt, ſed eiſdem numinis dextra.
Queis male quod cœptum eſt, vertit & in melius.

Sicut contrà, aliis *deſtinata ſalubriter, omni ratione potentior Fortuna diſcuſſit.* Curt. III.

Gaudeant ergo qui illam habent. Nam vel ab hac ſola Auctoritas.

--- ut quiſque fortunâ utitur, Plaut. Pſeud.

Tales vulgo magni: *Ita præcellet, atque exinde ſapere eum omnes dicimus.*

Neſcio an in longum. Sed gaudeant moderatè, quia mera & nuda felicitas fragilis; nec *quidquam poteſt eſſe diuturnum, cui non ſubſit ratio.* Curt. IV.

Licet

Digitized by Google

Ibidem. *Licet* pullis istis suis *adspirare Fortuna videatur, tamen ad ultimum temeritati non sufficit.* *Nam illa se mutat.*

Vel. II. Et quos diu *prosecuta est, repente velut fatigata destituit.*

Cæs. III. Civil. Destituit? imò abjicit. Soletque *quos plurimis beneficiis ornavit, ad duriorem casum reservare.* *Et lædit, quibus cum insit.*

Tu cave, cave, & Poëtæ monito

Auson. *Fortunam reverenter habe.*

TERTIA via se nunc pandit, MORVM. Quos duplices in Imperante hîc considero, Internos & Externos. Illos, qui in animo: ut virtutes. Istos, qui in corpore: ut certos habitus, aut gestus. Quod ad Virtutes: omnes eæ conciliandæ Auctoritati sunt, imò & *species virtutum similes*: sed duæ eminent, Pietas & Providentia. Nam illa sanè vulgo venerabilis, facitque *Principes instar Deorum esse.* *Mores, via ultima ad Auctoritatem.*

Tacitus XV. Ann. Tacitus II. Ann. Curt. III. Et movet opinionem, ut *nihil sine diviná ope aggredi videantur.* *Facit valde præsata Pietas.*

Aristot. V. Politic. cap. 11. Stagirites ideó monuit: Δεῖ (τὸν ἄρχοντα) τὰ περὶ τὰς θεὰς φαίνεσθαι ἀεὶ σπουδάζοντα διαφερόντως: *Oportet Principem res divinas videri curare serio & ante omnes.*

Additque causas. Ἡ γὰρ τὸ, inquit, φοβοῦνται τὸ παρὰ τὸ πρέπον, καὶ οἱ πεπαιμένοι νομίζουσιν εἶναι τὸν ἄρχοντα κηδεμονικῶς τῶν θείων, καὶ ἐπιβουλεύουσιν ἧττον, ὡς συμμάχους ἔχοντα καὶ τοὺς θεούς. *Nam & minus injustum aliquid sperant ab eo Principe pati, quem religiosum Deorumque verentem existimant: & minus ei insidiantur, ut tutores & adjutores habenti etiam Deos.* *Obedientiam conciliat.* *Insidias tollit.*

Valer. II. cap. X. Jam Providentia quoque *animis hominum illabitur, admirationis prætextâ velata:* si nihil aut suscipis, aut agis, nisi lente & circumspecte. *Facit & Providentia.*

Id est, feliciter. Plerumque enim *omnia summâ ratione gesta etiam Fortuna sequitur.* *Quæ raro labuntur:*

Livius lib. V. Ergo & Auctoritas: nam Contemptus à lapsu. *Res adversæ Auctoritatem imperatorum imminuunt.* *Ideoque æstimatur.*

Cæs. VII. Quin ipsa talis indoles, per se potens est ad Amplitudinem obtinendam. Siquis tardus in Actionibus & *cunctator naturâ, & cui cauta consilia cum ratione quam felicia ex casu placeant.*

Tacitus II. Hist. Inter Externos Mores pono gestum: ut sis *compositus o re.* *Faciunt nonnihil externa.*

Digitized by Google

Gravi & ad severitatem flexo, non tamen ad minas. Καὶ φαίνεσθαι μὲν χαλεπὸν, ἀλλὰ σπουδαῖον, ἢ τὸ τοὺς ἐντυγχάνοντας, ἀλλὰ μᾶλλον αἰδῆ ἔχειν ἀπαρέσκειν non acerbum, sed angustum. Ut qui obvii fiunt, non metuant te, sed magis vereantur. Aristot. v. Politic. cap. xi.

Atque adeò ipsum domicilium.

Etiam habitatio habet & adfert aliquid dignitatis, si ea in loco splendido & illustri. Me auctore, elige urbem aliquam principem, unde in omnia regimen. Tac. III. Annal.

Hanc cole.

—— medium non deserit umquam
Coli Phœbus iter, radis tamen omnia lustrat. Claudian.

Et secede tamen interdum, ut vitato assiduitatis fastidio. Auctoritatem absentia tueare. Sueton. Tib. c. x.

* Sicut nugatur aut blaterò, Jovis Corinthus.

Alia quæ huic rei faciunt, pete è proprio Capite, * suprà. An ego * quæ dixi repetam, Πίτνα μὴ ψιλάκης, Διὸς Κόρινθος; * Lib. II. Pindar.

CAPUT X.

Ad ea transitum quæ Vertendo regno faciunt: in quibus prima Vis est. Ea duplex ostensa: Insidiæ & Proditio. Utraque quomodo cavenda aut puniendæ, ostensum.

Vis definita mentis.

QUÆ Juvant aut firmant regnum, dixi: ad Noxia veniendum est. In quibus prima Vis mihi occurrit, hoc sensu: ut sit MOLITIO OCCULTA UNIUS PLURIVMVE, IN REGEM AVT REGNVM. Occultam dixi, quia non de omni Vi propositum hic mihi dicere, (est enim Aperta quædam, ut Factio, Seditio, Bellum: quas jure differo, & refero ad Prudentiam Militarem:) sed saltem de illa Clanculariâ, quæ proprie opposita Vi nostræ Juvanti. Hanc duplicem facio: Insidias, & Proditionem, è quibus illæ scilicet Custodibus adversæ sunt; ista, Munimentis. Nam ego ita discrimino, ut insidias propriè in caput regis esse velim: Proditionem in loca ejus, copias, arces. Utrumque pestilens & metuendum malum: sed metuendum magis, quàm cavendum. Qui possis? Latet: nec prodit se, nisi cùm perdit. Enimverò *Arma aperta palàm vites: fraus & dolus occulta, eoque inevitabilia.* Divisa. Tertium abeà: Vix reprimendum: Tacitus II. Hist.

Hostem

Digitized by Google

Sallust. ad Cæs. *Hostem adversum*, ait ille, *homini strenuo opprimere haud difficile est: occultà pericula neque facere, neque vitare, bonis in promptu est.*

Principii unius alimi expositus

Nam de INSIDIIS ut primò dicam: scimus *patêre vel unius insidiis regem. Nihil nefas esse Avaritiæ.*

Tacitus II. Hist. Scimus *fluxam militum fidem, & periculum ex singulis.*

Ibid. *Quid proderunt cohortes alæque, si unus alterve, præsenti facinore paratum ex diverso præmium petant?*

Curt. X. Profectò *regum exitus si reputaverimus, plures à suis quam ab hostibus interemptos reperiemus.*

Seneca epist. IV. Quid miremur? *Quisquis vitam suam contempsit, tuæ dominus est.*

Seneca Trag. Her. Oet. *Contempsit omnes ille, qui mortem prius.*

Et petrat qui desperat.

Difficile igitur auxilium, sive consilium: tamen aliquod. Et id capias ab his quattuor, Indagatione, Punitione, Innocentiâ, Fato. Ab illâ primum: quoniam omnino utile habere te * κατασκόπους quosdam sive * ὠτακουστὰς etiam. καὶ τὸ μὴ λανθάνειν πλέοντας, ὅσα τυγχάνει τις λέγων ἢ πράττων ἐφ' ἑκόμενον: & *eonari ne te lateat, quid quisque subditorum faciat aut dicat.*

Remedia tamen quatuor

Aristot. V. Polit. c. XI

* Speculatores.

* Auricularies. *ut vertunt Gloss. priscæ*

Subditorum, inquam, maximè Illustriorum. Nam in omnes quæ acies inquirat? Hoc cum ad alia utile, tum contra Insidias valebit firmiter. Quoniam raro, nisi male locuti, male faciunt: &

Inquisitio infirmorum.

Curt. VI. *Linguæ temeritas, pervenit ad gladios.*

Observa. Reperies plerosque insidiantium, aut ipsos alibi criminatos Regem esse, aut *sermonibus vituperantium criminantiumque faciles aures præbuisse.*

Id. VIII. *Lingua mentem prodit.*

Idem VI. Itaque sagaci hac viâ, non parum *latus à domesticis hostibus munies.*

Sallustius Catil. Rem enim factam habes, si detectam. Quod quò magis fiat, cur non *Indici præmia* palàm *decernas, pecuniam & impunitatem?*

Indicinæ præmia petenda.

Tacitus XV. Ann. Idque lege lata, & sæpius renovata? Ego è re Principum censeam: & scio *Cruciatu aut Præmio cuncta pervia esse.*

Publica lege vel edicto.

Digitized by Google

Eorum spes omnia revelat.

Nam cùm secum quicumque *animus Præmia reputat, simulque immensa pecunia & potentia animo obversantur: cedet fas & salus* aliorum. Ibid.

Et, mihi crede, *carissima suorum pignora prodent.*

Caute tamen credendum:

Sed in delationibus his vide, ut aures omnibus præbeas, non etiam fidem. Nam multi, spe aut odio, vana deferent. Ideoque, ex Mæcenatis monito, ὥ χρὴ πᾶσιν τοῖς λεγομένοις ὑπὸ τούτων πιστεύειν, ἀλλ' ἐξετάζειν αὐτὰ διαπυνθάνεσθαι: *non oportet omnibus quæ ab his talibus dicentur, fidem adhibere, sed acriter ea examinare & discutere.* Ibid. Dio. LII.

Ne innoxii circumveniantur.

Et per Deum, *quis innocens esse poterit, si accusasse sufficiet?* Ammian. Marcell. XVIII.

Imò, quia res te tuumque caput spectat, eò magis videndum nequid hìc properè agere videaris, aut in tuâ causâ, tuâ causâ. Alioqui *crebro vulgi rumore laceraberis, tamquam viros insontes ob invidiam aut metum extinxeris.* Tacitus XV. Ann.

Ne locum calumniis & odiis aperias.

Nam χαλεπώτατοι οἱ πολλοὶ πίστεις, ὅπῃ τις ἀσφαλῶς ἐπιβουλεύσει τῷ ἐπιόντι: *ægerrimè vulgus credit, quod quispiam inermis insidias armato struat & militibus cincto.* Dio LII.

Et pænè *non creditur nisi perpetratum facinus.* Liv. XL.

Ut non immerito ille exclamaverit, *Conditionem Principum miserrimam, quibus de conjuratione compertâ non creditur, nisi occisis.* Sueton. Domit. cap. XXI.

Convicti puniendi.

Cautè igitur age & lentè. Quid si comperis? puni, (secundum enim hoc Auxilium est) & graviter puni. Nam *insidiatori aut latroni quæ potest afferri injusta nex?* Cic. pro Mil.

Ille est, per quem *libertas & anima omnium in dubio:* Sallust. Catil.

Ille qui in uno capite sæpe omnes perdit, & *magni fortunam populi in ruinas agit.* Seneca I. de Clem.

Hìc mihi quisquam, mansuetudinem & misericordiam nominat? Sallustius Catil.

Tua cautio, ô Princeps, *nostra cautio est.* Cic. pro Marcello.

Nec tua propriè, sed reip: hæc vindicta. *Ne sanguinem nostrum largiare; & dum paucis sceleratis parcis, bonos omnes perditum eas.* Sallust. Catil.

Sed

Digitized by Google

Sed tamen ita animadverte, ut mora interdum interveniat ultioni. Quid enim si importuno tempore insidiæ detectæ? Dissimulabis. Gnarus, *solum sæpè insidiarum remedium esse, si non intelligantur.* *Nec tamen properè.*

Tacitus xiv. Ann.

Quid etiam si à magnis conceptæ, & quos tutò statim haud punias? Premes: & *securitati consules, antequam vindictæ.*

xi. Ann.

Sallustius Catil.

Res enim monet, cavere ab illis magis, quàm quid in illos statuas, consultare.

Et quamquam ad Vindictam te incito; tamen à Venia haud semper excludo. Pone illustrem aliquem deprensum in hoc scelere, cui tu & patra devincti: quid facies? Profectò *pœnam, si tutò poteris, donabis: sin minùs, temperabis.* *Nec item semper.*

Seneca I de Clem.

Audi à muliere non muliebre consilium. Livia suo Augusto: *Deprehensus est. Jam nocere tibi non potest, prodesse famæ tuæ potest.*

Ibid.

Nihil gloriosius est Principe impunè læso.

Ibid.

Famæ tantùm? Imò & saluti. Incredibile est, quantum insignita hæc aliqua clementia, alios arceat à simili conatu, vel pœnitentia, vel pudore. *Clementia hic sæpè utilis.*

Ibid.

Oraculum puta: *Clementia non tantùm honestiores, sed tutiores præstat: ornamentumque imperiorum est simul, & certissima salus.*

Ibid.

Nam profectò * *parentes liberique eorum qui interfecti sunt, & propinqui & amici, in locum singulorum succedunt.* * Hoc valet in Illustribus maximè familiis.

Atque ita fit insidiantium nexus quidam & cathena. Qui eam rumpes? Clementia ista, ut dixi: & maximè tertio nostro Aurelio, Innocentia. Id est, ne crebra aliorum læsione, causam ipse præbeas tui lædendi. *Malè vim suam potestas aliorum contumeliis experitur.* *Causa insidiis tollenda.*

Plinius lib VIII. epist. ult.

Idem Paneg.

Et *discimus experimento, fidissimam esse custodiam Principis, ipsius Innocentiam.*

Jam quartum tibi scutum suggero, Fatum. Miser, quid te torques? Si illud volet, *Reliqua fatis permittenda.*

Juvenal. Satyr IX. Additum vetus allusum.

Præbenda est gladio pulchra hæc & candida cervix.

Cùm omnia feceris, nec *percussorem tuum tolles, nec successorem.*

Digitized by Google

In Dei nos manu.

Si nolet: es salvus. Deus, Deus, ἐν ᾧ ζῶμεν, καὶ κινούμεθα, καὶ ἐσμέν: *in quo vivimus, & movemur, & sumus.* Actor. cap. XVII.

Qui reges servat maximè.

Ille *erit in latere tuo, & custodiet pedem tuum ne capiaris.* Prov. Sal. cap. III.

——— Διὶ μέλει βασιλῆας. ——— *Jovi cura est venerandi Principis.* Theocrit.

Votum meum pro Principe.

Huic fide. Ego vota pro te suscipio, sed hac lege: *Ago cum Deo, uti sospitem te incolumemque præsect, si tu ceteros:* Plin. Pan.

Si rempublicam benè, & ex utilitate omnium reges. Ibid.

Si contrà; ille quoque à custodiâ tui corporis oculos dimoveat, neque relinquat votis quæ non palàm suscipiuntur. Ibid.

Proditionis noxa.

Peregi de Insidiis. *Nunc occultum & insidiosum malum* PRODITIO *latebris suis extrahenda est:* Val. IX. cap. VI.

Tantum incommodi humano generi afferens, quantum salutis bona Fides. Ibid.

Periculosum quoque istud, cùm scilicet plerumque *intra mœnia atque in sinu urbis sunt hostes.* Sall. Catil.

Qui prona ad astus Avari.

In quod inclinant avari maximè. Qui *famæ, fidei, postremò omnibus rebus commodum suum anteferunt.* Idem Jugurth.

Palàm honesti, *animo perfidiosi ac subdoli, Avaritiam ac libidinem occultantes.* Tac. XV. Ann.

Leves.

Item *Temporaria* ista *ingenia:* Id est homines leves, instabiles, & *ex ancipiti mutatione temporum pendentes.* Curt. IV. Ibidem

Tamquam cum Fortunâ fidem stare oporteat. Liv. XXIV.

Occulti.

Denique dissimulatores & occulti. Qui ad illud Homeri, Odyss. C.

Ε'δλ' ἀγορεύοντες κακὰ δὶ φρεσὶ βυσσοδόμευον.

Pulchra loquentes, iidem in pectore prava struebant.

Adeò ut *non antè intelligas proditorem, quàm proditus sis.* Latro apud Sen.

Imò

Controv. vii. Lyc. 1. Imò fidem præferunt vel maxime, ut faciliùs fallant. Obſerva. *Praus in parvis fidem ſibi præſtruit, ut cùm operæ pretium ſit, cum mercede magnâ fallat.*

Livius xxvIII. Quia ipſa nota haud vane eos noſcas. Non inſtum homini. *quantò magis falſa ſunt quæ fiunt, tanto plura facere.* Simulatio ſæpè datur.

Tacitus. 1. Hiſt. Malum, & malos iſtos, vides. Qui vitabis? Duplici illa via maximè quam ſupra prævi, Indagationis & Pœnæ In illa nihil muto: in hac aliquid. Quia placet numquam eam differri. Et *impia* Puniendi celeriter.

Valer. 12. cap VI. *prædatio ce ers pœna vindicanda eſt.*

Dio 1. 11. Quid hic rapides? Omnia patent. Καὶ δεῖ γὰρ διαζῆλας τοὺς τοιούτους μὴ σφάττεσθαι, ἀλλ' ὡς ἐπὶ τοῖς μανιακοῖς. *Imo nec in judicium tales adduci oporteat, ſed hoſtium loco ſicet punire.*

Salluſt. Catil. Et vindicanda ſemper. Me judice, veniæ non hic locus: & ſi quis utatur, *ne iſta manſuetudo & miſeratio illi miſeriam vertat.* Puniendi & ſemper.

In patriam improbi, cui & quando umquam boni? ne ſpera. Abſcindendi ſunt *neque tam ulciſcendi cauſſâ, quàm ut & in præſens ſceleratos cives timore ab impugnandâ patriâ deterreas; & in poſterum documentum ſtatuas, ne quis talem amentiam velit imitari.* Quia inermandabiles: Cic. ad Brut. ep. 11. Et ut exemplum.

Pœna autem gravis uſurpanda. Platonem ſi audis, qualis in Sacrilegos. Διαφανεῖ, inquit, τὰ τοῖς ἱεροσύλοις. *Judices iſtis dantur, qui ſacrilegis ſolent.* Puniendi item graviter. Lib. IX. de Leg

Meritò. Patria nónne proximo à Diis gradu eſt? Atqui ea *horum nefario conſilio in maximo periculo venit.* Quia impium nec ſacinus: Salluſt. Catil.

Cic. IV. in Catil. Itaque *nulla eſſe poteſt in tanti ſceleris immanitate puniendâ crudelitas.*

Sceleris, quod exſecrantur ipſi hoſtes: nec bonum iis, quibus bono. *Proditores etiam iis quos anteponunt, inviſi ſunt.* Vt gratum iis quibus gratificantur. Tacitus 1. Ann.

Cat. v. Præmia interdum capiunt, fateor. Sed *non hercules, quòd tanto honore digni habeantur, ſed ut alienum ſolicitentur animi.*

Rem inquam amant, non reum. Et commodè Auguſtus, Ἐγὼ τὴν προδοσίαν φιλῶ, τοὺς δὲ προδότας μισῶ: *Ego proditionem amo, proditores non approbo.* Plutarch Apoph. Non certè ipſi.

omi-

Commodius etiam ante eum Philippus, *Amare se prodituros, non proditores.* Stobæus Serm. L II

CAPUT XI.

De vitio duplici, eversore regnorum. Primùm de Odio. Cujus pestis subjecta oculis. Fugienda quæ eo ducunt: imo & imago eorum. Qualis est in Suppliciis, Tributis, Censurâ. In his singulis quomodo se gerat Princeps, dictum.

PERNICIEM igitur à Vi præsentem, nec infrequentem, vides: quæ,

Ut ait poëta ille noster, summas frangit infirmatque opes. Cic pro Rabir. Post.

Vitii definitio. Sed frequentiorem eam scito, etsi tardiorem, à VITIO: quod definio PRAVUM NOXIUMQUE IMPERIO AFFECTUM, DE REGE VEL IN REGEM. Tale duplex, oppositum scilicet totidem Juvantibus virtutibus, Odium & contemptus: illud in regem affectus, hic opinio de rege. Nam Odium est

Odii definitio. SUBDITORUM IN REGEM EJUSQUE STATUM MALEVOLENTIA PERTINAX ET OFFENSA. Non enim hîc intellego commune & *civile illud odium, quo omnes improbos odimus*: Sed

Unde id nascatur! affectum acriorem, cui ex Metu origo, cum cupidine ulciscendi. Nam metuunt potentes, ob injurias aut damna sub exemplo inferenda: dolent & ulcisci cupiunt, ob illata. Ita è mixtione pessimâ,

Quanta ex pernicies proles pessima nata Odium: quod semel *insitum animis hominum & inustum*, Idem pro Mil. Idem de Arusp.

Incredibile est *quantum valeat ad pestem.* Idem II. de Offic.

Nam à Metu aliquid quî sit firmum? *malus ille diuturnitatis est magister.* Idem Philip. II.

Nulla vis imperii tanta est, quæ premente metu possit esse diuturna. Idem. II. de Offic.

Causa apud Poëtam veterem:

Quem metuunt, oderunt: quem quisque odit, perisse expetit. Ibidem.

Scilicet per gradus quosdam, *exsecrantur, insidiantur, opprimunt.* Seneca I. de Clem.

Paullatim perdit.

Quid

Digitized by Google

Ex dicto Calig.

Quidni faciant: *multæ illis manus sunt, tibi una cervix.* *Et pœnè certo perdit.*

Cic. de Arusp. resp.

Captatur occasio, & qui non tantum opibus valent, nescio quam tamen fortunam ac tempus exspectant.

Idem ad Lentul. l. ep 12.

Denique *inclusum illud odium omne repentè apparet.*

Seneca 1. de Clem.

Ah! nescis *quanta rabies oriatur, ubi supra modum odia creverunt.*

Cic. 1. de Offic.

Cinge te, stipa, muni: senties *multorum odiis nullas opes posse resistere.*

Sen. 1. de Clem.

Tam multis enim *periculis petêris, quàm multis ipse periculum es.* *Assiduis periculis expositum.*

Ibidem.

Nec illas ipsas manus, quibus te commisisti, securus aspicies.

Fuge hoc ergo, aut Regnum te fugit, imo Vita. Quomodo autem? Si ea fugies, quibus id paratur. Primùm Vitia: deinde & Vitiorum opinionem. Vitia quidem tria, adversa prioribus illis ad Benivolentiam instrumentis: Sævitiam, Avaritiam, Rigorem. Nam hæc mala ac noxia esse imperio, quis tam imprudens qui nesciat, tam impudens qui neget? Itaque fugienda hæc moneo, non doceo; magis instatam in Opinione, a qua majus tibi discrimen. *Scimus* enim *homines, ut metuant aut oderint, non minus opinione & fama, quam certa aliquâ ratione moveri.* Opinio autem vitiorum ab illis, quæ agnata & affita jam dictis Vitiis; uti sunt Supplicia, Tributa, Censura. Quæ per se laudabilia, imo necessaria omni regno, speciem tamen & vultum illaudabilem sumunt, nisi peritè & callidè admimistres. Ecce Supplicia quantulum à Sævitia abeunt, sanguis enim ubertim effunditur. Tributa ab Avaritia? Pecunia avide congeritur. Censura à Rigore? Frænum & modus invitis imponitur. Et profectò ea ipsa sint, nisi finis discriminet: qui pulàm ad salutem. In his igitur ut cautè & providè ambules, valdè tibi providendum. Primùm in SUPPLICIIS. Et vide ne securè Justitiæ illam securim distringas: sed sit apud te *Parsimonia etiam vilissimi sanguinis.*

Ideo fugiendum.

Nescitur à vitiis:

Cic. pro Lig. Manil.

Aut odio nimio exacerbatum.

Cuisedes in Supplicis: Tributis: Censurâ.

Seneca 1. de Clem.

Supplicia ab odio munienda.

Ibidem

I. Tardè inquam ad ea venire. *Propè* enim *est ut libenter damnet, qui citò.* *Tarditatis.*

Cic. 11. ad Attic. ep. 1.

Decretum hoc tibi maneat: *Melius sanare vitiosas partes, quàm exsecare.*

II. Et

Digitized by Google

Boni publici modo.

II. Etiam numquam venies, nisi *quoties id fieri publica utilitas suadebit.* Senec. I. de Clem.

Te aut tua cogites? Peccas. *Omnis* enim *animadversio debet, non ad ejus, qui punit aliquem, sed ad reipub. utilitatem referri.* Cic. I. de Offic.

Aut si interdum & tua res agitur (in Principatu id evenit:) dissimula: & vultum eum indue *tamquam invitus & magno cum tormento ad castigandum venias.* Seneca I. de Clem.

Non tam ut ipsi pereant, quàm ut alios perundo deterreant. Seneca I. de ira.

Exclusione Iræ.

III. Ad exemplum Scilicet omnia referenda, non ad ultionem. Itaque *Ira maximè prohibenda est in puniendo.* Cicer. II. de Offic.

Numquis enim *membra sua odit, tunc cum abscindit?* Seneca I. de Ira.

Addo, quòd *iratus ad pœnam qui accedit, numquam mediocritatem illam tenebit, quæ est inter Nimium & Parum.* Cicer. II. de Offic.

Gaudii.

IV. Sed & Gaudio abstinendum vel magis, omniquè ejus notâ. *Ferina ista rabies est, sanguine ac vulneribus gaudere.* Seneca I. de Clem

Et acutè poeta:

Qui fruitur pœnâ, ferus est: legumque videtur
Vindictam præstare sibi. Claudian Consul. Mallii.

Itaque hoc æquêris, ut *quamquam adversus fontes & extrema exempla meritos, Miseratio tamen moriatur; tamquam non utilitate publicâ, sed in Sævitiam unius abjumantur.* Tacitus XV. Ann.

Observatione motuum.

V. Videndum, ut pœnæ sint è moribus receptoque ritu. Δεῖ δὲ τὰς κολάσεις πατρίους ποιεῖν: *Oportet supplicia more patrio sumi.* Aristot. V Politic. cap. XI.

Lædit, quidquid in his novum aut nimium, crudelesque merito, *qui puniendi causam habent, modum non habent.* Seneca II. de Clem.

Æqualitas pœnæ.

VI. Etiam hoc, ut Æquabiles. Et *ne iisdem de causis, alii plectantur, alii ne appellentur quidem.* Cicer II de Offic

Aut isti duriùs, alii mitiùs puniantur. Quod improbum: nisi forte in Nobilibus. Nam *video & à medicis, quamquam in adversâ valetudine nihil servi à liberis differant, mollius tamen liberos clementiusque tractari.* Plinius lib VII Ep ult.

VII. De

Digitized by Google

Tacit. Agric. VII. Denique postremò, ut Supplicia ipse numquam exigas, atque adeò vix spectes. Nam & *Nero subtraxit oculos, jussitque scelera, non spectavit.* *Sui Subditi.*

Xenoph. in Hiero. Placet viri magni scitum: Ἀνδρὶ ἄρχοντι, τὰ μὲν ἀναγκαῖα ἀλγήματα, ἄλλοις ἐπιτρέπειν ἐπιμελεῖσθαι· τὰ δὲ ἡδέα ἀλλαχοῦ δίδοσθαι, ἀλλ' αὐτῷ πρωτίστῳ: *Viro Principi, ubi pœnarum aut coërcitionis res est, aliis id delegandum: ubi præmiorum aut munerum, ipsi obeundum.*

Tacitus Agric. Habes quæ cottidiana vulgataque Supplicia satis mitigent. Quid in raris aut novis? Puta enim multos aliquos & grandes peccavisse, quos citra invidiam grandem haud tollas. Hic primùm illud suadeam: non carptim aut per intervalla, sed omnes tolli *uno velut ictu.* *Nodus in multitudine punitendorum.*

Seneca l. de Clem. Specie hoc acerbius, re mitius. Nam repetita illa & *frequens vindicta paucorum odium reprimit, omnium irritat.* *Tollendi simul.*

Tacitus XIV. Ann. Incide semel, quidquid incidendum est: & tum malagmata adhibe hæc bina. Prius in alios Beneficia: quasi *illis demotis, auctam lenitatem tuam testificando.* *Mollicundum odium beneficiis.*

XIII. An. Alterum, Derivationem: *puniendo rerum atrocium ministros.* *Et supplicio ministrorum.*

I. Hist. Utique si & ipsi in aliquâ noxâ, quod sæpè. Olim, & *severis quoque Ducibus, usurpatum.*

Plinius Paneg. Qui fuso sanguine, fusi sanguinis elueruut invidiam: & viles quosdam, *velut piaculares publici odii victimas*, dederunt.

Curt. x. Vulgus hominum eâ ratione placati; imò *læti, recidisse iram in iræ ministros, nec ullam potentiam scelere quæsitam cuiquam esse diuturnam.*

Cicer. 11. De Offic. VENIO ad TRIBUTA lenienda: quo nomine censeo omne genus exactionum. Aspera in vulgi auribus vox, res in animis: nec alia crebrior odiorum seges. *Nullum* enim *vitium tetrius Avaritiâ, præsertim in Principibus & reip gubernatoribus.* *In Tributis asperitas, & odium.*

Iliad. a Quàm turpis ille Homeri

Δημοβόρος βασιλεύς

Populivorus Princeps?

Nam vulgus pecuniæ tutissimum.

Popu-

Digitized by Google

Populo quidem judice; cui pecuniam eripere, idem quod vitam.

Τὰ χρήματα ἴσον αἵματος καὶ ψυχὴ βροτοῖς: Comicus vetus.

Pecunia, anima & sanguis est mortalibus:

Ait non falsus vates. Et videmus animusque cottidie, quàm multi Principum *pecunias acerbè conquirendis, plus invidiæ sibi quàm virium addant.* Tacitus III. Hist.

Itaque intentè & cum cura hanc quoque partem habe: & insitum illi Odium, qua potest, de terge aut molli. Quod feliciter facturum te spondeo quinque his fomentis. Primùm illo Necessitatis. Id plagæ huic animorum statim applica & *da operam, ut omnes intelligant, si salvi esse velint, Necessitati esse parendum.* Cicer. II. De Off.

Fomenta huic rei quinque.

Primum Necessitatis.

Sine Tributis nullus Rasus.

Quæ enim respublica aut regnum sine Tributis? *Nec quies gentium sine armis, nec arma sine stipendiis, nec stipendia sine tributis haberi queunt.* Tacitus IV. Hist.

Hæc *ornamenta pacis sunt, & subsidia belli.* Cic. pro Leg. Man.

Quæ servanda.

Dissolutionem itaque *imperii doce, si fructus quibus respublica sustinetur, deminuantur.* Tacit. XIII. An.

Vel augenda.

Imò nisi interdum & Augeantur. Semper enim videndum, *ut ratio quæstuum, & necessitas erogationum, inter se congruant.* Ibid.

Non videt hoc vulgus, scio: Τὰς μὲν προσόδους (τὰ ἀρχεῖα φησὶν) ἐπιμελῶς ἐξεδυσώπουν, τὰ δ' ἀναλώματα ὡς ἐφ' ὁμοίοις ἐπελογιζόμενον: *reditus quidem & proventus Principis acribus oculis intuens, connivens ad erogationes & sumptus.* Dio LII.

Sed popu'us docendus:

Sed tu ingere: & utiliter interdum *calculum cum Imperio pone.* Plinius Paneg.

Quid ambigis? *Numquam* hîc *luscinolæ defuerit sua cantio.* Plaut. Bacch.

Semperque in Principe, *cupido auri immensa, obtentum habebit, quasi subsidium regno parctur.* Tac. XII. Ann.

Si tu hæres; ecce qui transferant, & te contra se juvent. Miror & rideo: *Principes sua sponte avidi & rapaces, & qui magistris non egerent, plura tamen semper à nobis contra nos didicerunt.* Plinius Paneg.

Numquam iis defuerunt, qui, fronte gravi & supercilio tristi, utilitatibus Fisci contumaciter adessent. Ibid.

Quòd

Digitized by Google

Quòd si populus tamen renuet, tum ego ad Themistoclem te mitto: cujus factum vide. Is ad Andrios super Pecuniâ legatus, δύο ἐλθεῖν ἔφη θεὰς, πειθὼ καὶ βίαν: *duobus Diis comitatum venire se dixit, Suadâ & Violentiâ.* *Suadendus.* *Plutarch. Themist.*

Vide, imò & imitare. Ac priorem illam Divam semper adhibe. Nonne impetrare melius, quam imperare? Alteram, cùm opus: Et si quando opus? *Suasio ab eo qui jubere potest, vim necessitatis affert.* *Vix cogendus.* *Tacitus XIV. Ann.*

Sed vide (Fomentum hoc secundum) ut Moderatio servetur: Grandia nimis ea sint, sed *modica, pro* copiâ scilicet aut *angustia rerum.* *Modè habenda Tributa.* *IV Ann.*

Apage istos, qui *rem auferunt, cum pulvisculo.* *Ne magna sint.* *Plautus Bacch.*

Quibus ærarium est *Spoliarium civium, cruentarumque prædarum receptaculum.* *Plinius Paneg.*

Tu cum Tiberio, *tondere pecus* malis *quàm deglubere.* *Ut deliberentur opes tantùm.* *Sueton. Tib.*

Alexander olim rectè: Καὶ κηπουρὸν, inquit, μισεῖ τὰ ἐκ ῥίζης ἐκτέμνοντα τὰ λάχανα. *Hortulanum odi, qui ab radice olera exscindit.* *Plutarch.*

Et ego sanè Principem, qui *pennas ita incidit, ut nequeant renascic* *Ex Cic. IV. ad Attic. ep. II.*

Carpe, carpe. Nisi facis, jure insurgent & clamabunt, *Sibi quoque duos Deos adesse,* Πενίαν καὶ Ἀπορίαν: *Paupertatem & Impotentiam.* *Plutarch. Themist.*

Denique *pacem* fortasse *exuent, tua magis avaritia, quàm obsequii impatientia.* *Tacitus IV. Ann.*

Profectò *qui nimis emungit, elicit sanguinem.* *Proverb. Solom. c. XXIX.*

Vide etiam ne Sordida. Indignum rege, *lucrum ex omni occasione odorari.* *Ne Sordida.* *Ammian. XXII.*

Et quod vetus verbum ait, κρέα λύκῳ πεπρᾶσθαι φήμην, *vel à mortuo auferre.* *Aristot. Rhet. II.*

Morboniam mihi Flavius cum *vectigali* suo *urinario* abeat. *E Suet. Vesp.*

Multò magis damno *Delationes, & locupletissimum quemque in præda corripi.* *Nec è delationibus capta.* *Tacitus II. Hist.*

Nec nimis etiam ex meo sensu (asperè quidem exercita) lex Majestatis, sæpè *singulare & unicum crimen eorum qui crimine vacant.* *Plinius Paneg.*

Digitized by Google

Ne Frequentia: Denique ad Moderationem pertinet, ne Crebra: & ne idemtidem *Provinciæ novis oneribus turbentur.* Tac. IV Ann.

Novique semper in venti. Non *exquires subinde novos sinus, & varia prædandi vocabula:* IV. Hist.

Centesimas, quadragesimas, quinquagesimas: XIII. Ann.

Columnaria, hostiaria: Cæs. III. Bell. Civil.

Coërcendi administri Tributorum. Et *quæ alia exactionibus illicitis nomina* Grypi isti *invenerunt.* Tacitus XIII. Ann.

Tu vetera serva. Et ea quoque (Fomentum tertium Coercitio) *ut sine Avaritia & crudelitate* Ministrorum *tolerentur*, vide. IV. Ann.

Utramque hanc arceo. Avaritiam, quæ Fraude grassatur: Crudelitatem, quæ Vi. Sed ab illâ (Fraude, inquam) periculum tibi grande, & pænè certum. Adeò Ministrorum omne hoc genus (bonorum pace dixerim) *Laverniones.* Festus.

Qui plurimum improbi. Et Harpaces. Ἁρπακτικώτερον τῶν γυπῶν: *Felibus rapaciores.* Lucian.

Quibus studium πάντ' ἄνδρ' ἀποκαλύπτειν: *omnem hominem natum decoriare.* Archiloch.

Prædam in sinum suum conferre. Lamprid.

Lucellum in lucro tuo facere: *& præter imperatas pecunias, privato compendio suo servire.* Commod. Cæs. III. de Bello Civil.

Uno verbo,

Homines cum senis manibus, genere Geryonaceo: Plaut. Au.

Quos si Argus servet, qui oculeus totus fuit.

Is numquam servet.

Et tamen servandi frænandique sunt, aut te perdent. *Actæonem*, inquam, *suum comedent isti canes.* Varro in Frag.

Duplex ab his cautela. Electis: Quomodo poteris? Cautione duplici. Primùm, ut *res tuas non nisi spectatissimo cuique mandes.* Tacitus IV Ann.

Amotis: Deinde, si fallent, amoveas, nec id sine pœnâ.

Quâ illâ? Talionis. *Ereptum alienas pecunias iverunt? perdant has quas habent.* Plin. pan.

Spongiæ faciendi sunt: *& exprimendi, postquam affatim biberunt.* E Suet. Vesp. c. XVI

Nostra satis firma. Si ulla res, hæc eos comprimet: etsi vereor, ut nec ista. Cur te fallam? *Succedent Mucianus & Marcellus, & magis alii homines quàm alii mores.* Tacitus II. Hist.

Legi-

Digitized by Google

VI. Ann. Legibus fraudes reprime: *miras per artes rursus orientur.*

Plinius Paneg. *Mille pœnarum indagine includ:* erumpent.

Varro Fragm. Adeò splendens hoc *aurum præstringit oculos.* Et altè impressum omnibus,

Soc. hoc. Apud Athen. XII. Μηδὲν εἶναι σὺν κέρδει ἡγοῦ. ——— *nihil esse cum lucro malum:*

Tacitus XIII. An. Jam à Crudelitate quoque & à Vi cavendum, *ne ea per annos sine querelâ tolerata, novis acerbitatibus ad invidiam vertant.* *Violentia in exigendo vitanda:*

Dio LII. Modestè jube exigi, & ut vere * Tributa: id est, per partes. Valde hoc (tenuiores præterim sublevat, cum possunt κατ' ὀλίγον ἐκ τῆς τάξεως, ὅσα ἐφείλοντο συμφέρειν: *paullatim & per partes quæcumque ex præscripto modo debent, inferre.* * Nam Tributo, Divido.

Tacitus IV. Ann. Absint, quantum potest, illa extrema: ne *boves ipsos, mox agros, postremò corpora* servitio aut pœnæ *tradant.* *Non vestitus ac supellex.*

Cic. II. D. Offic. In primis ut uno certoque Tributo defungantur: & in reliquum, *sit libera nec solicita res suæ cuique custodia.* *Securi sint ab alio rapta?*

Tacitus in Agric. Non prædo, non miles divexet. Quamvis enim gravia, tamen *injuncta imperii munera impigrè obibunt, si Vis & Injuriæ absint.* *Præsertim a Milite.*

Ibidem IV. Ann. *Has ægrè tolerant.*
Hinc ira & questus. Et postquam non subvenitur (interdum sanè evenit) *remedium ex bello.*

Dio LII. At quartum Fomentum, Dispensatio. Eam restrictam utilemque esse suadeo, & qualis in familia boni patris. Exiguam in publicum impensam quis gravabitur, αὐ ὀφείλοντι τὸ συμφέρειν τε ἀλλοτρίῳ μηδὲν μᾶλλον ἀναλίσκειν; *si videant te continenter sobrieque viventem, ac nihil vanè effundentem?* *Parcè, & excusè, dispersanda Tributa:*

Arist. V. Politic. cap. XI. Scient enim verè in publicum tribui: teque esse dumtaxat φύλακα καὶ ταμίαν, οὐκ ἰδιωτὴν, ἀλλὰ κοινῶν ἐπὶ τοῖς ἰδίοις: *Custodem & Dispensatorem, ut communium bonorum, non ut tuorum.* *Tanquam aliena pecunia.*

Tacitus II. Hist. Ita debes. Non *privatim largiri, quod avidiùs de rep. sumas:* *Non nihil velis:*
Et explere *hiantes in magnâ fortunâ amicorum cupiditates.*

I. Hist.

Digitized by Google

Non per delicias aut sumptus, *pecuniæ illudere*: Ut *quas honeste habere & uti licet, per turpitudinem abuti properes.* — Sallust. Hist. Catil. II.

Sed ubi debes.

Abest. Alexander Romanus tibi præeat: qui *aurum & argentum raro cuiquam nisi militi divisit: Nefas esse dicens, ut Dispensator publicus, in delectationes suas suorumve converteret, id quod Provinciales dedissent.* — Lamprid. Alexand.

Turpes hîc prodigi:

O virum, ô Principem! imitare. Non illos tyranniones: qui *divitiarum & pecuniæ non alium fructum putant, quàm Profusionem.* — Sueton. Ner. c. XX.

Quos Crates rectè olim assimilavit ζωΐς ἐπὶ τῶν πρανῶν συκῇς, ἀφ' ὧν οὐδεὶς λαμβάνει, κόρακες δὲ καὶ ἰκτῖνες: *iis ficubus quæ in altis præruptisq; nascuntur; equibus homo fructum non accipit, Corvi tantùm & Milvi.* — Stobæus Serm. XV.

Id est, Ἑταίραις καὶ Κόλαξιν: *Scorta & Adulatores.* — Ibid.

Statimque exhausti.

His talibus *cùm omnia rapiant, & rapta retineant; ut si nihil rapuissent, nihil retinuissent, omnia dejunt.* — Plinius Paneg.

At noster ille Princeps qui *suæ pecuniæ parcus, publicæ avarus:* — Tacit. I. Hist.

Laudabiles parci. Et emptor in multo ære.

Qui eam non abjicit in scurras, mimos, & id genus *amicitiarum dehonestamenta:* — Tacit. II. Hist.

Semper abundat. Et *tantas vires habet Frugalitas, ut tot impendiis, tot erogationibus, vel sola sufficiat.* — Plinius Paneg.

Παντὸς γὰρ ἀκεσίος (ajebat olim magnus amicus ad Augustum) ἐκ ὅτου οὐκ τὸ πολὺ λαμβάνῃ, ὡς οὐκ τὸ μὴ πολὺ ἀναλίσκῃ ἀφειδῶς): *Magnæ opes, non tam multa capiendo, quàm haud multa perdendo, quæruntur.* — Mæcen. apud. Dion LII

Æquiter onera imponenda.

Quintum ultimumque Fomentum, Æqualitas. Hoc est, ut justa & uniformis contributio sit, nec per bonam malámve gratiam hunc subleves, illum premas.

Sine odii & gratiæ aspectu.

Ut Sol & dies omnibus in commune nascitur: — Plinius Paneg.

Sic debet Princeps. Et incommoda aut *commoda civium non divellere, atque omnes eâdem æquitate contincre.* — Cic. II. De Offic.

Odiosa quorumdam sublevatio aut exemptio.

Vix credas, ubi inæqualitas, quantum angantur. Insita humano ingenio invidia, ut *pari dolore alienæ commoda, ac suas injurias metiantur.* — Tacitus I. Hist.

Huic

Digitized by Google

Huic autem Æqualitati ratio unica, *Census : res saluberrima magno futuro imperio.* — *Census ad hæc utilis.*

Livius I.

Quem neſciri aut neglegi hodie, non mirer? Jure. Cùm tam prompti obviique exempli ſit, (nam quæ mediocriter bona reſpub. olim ſine illo?) & ſimul tam manifeſti uſus. Plato verè: — *Flagitiosè adhuc neglectus.*

Lib. XII. de Leg.

Τεττᾶρας μὲν ἔκαστον τὰν οὐσίαν, εἰς ἃ πολλὰ χρεών: *Quemque opes ſuas in cenſum deferre, ad multa utile.*

Sanè ad multa. Nam hac una re fit, *ut omnia patrimonii, dignitatis, ætatis, artium, officiorumque diſcrimina in tabulas referantur.* — *Conducit ad plenam reip: notitiam.*

Florus I. cap. VI.

Atque ita *quantum* urbes genteſq; ſingulæ *numero militum, quantum pecuniâ valeant, monumenta exſtent.* — *Ad viros militares ſecundos:*

Liv. I.

Denique ad noſtram hanc rem, ut æquiter *ex cenſu quotannis Tributa conferantur.* — *Ad tributa pariter imponenda.*

Cic. II. in Verr.

Itaque, ſi ſapis in tuam publicamque rem, revoca. Et lecti *Cenſores, populi ævitates, ſuboles, familias, pecuniaſque cenſento.*

III De Legib.

Quibus *poteſtas omnis æſtimationis ſummæque faciendæ permittatur.*

II in Verr.

Sed à quo lecti? Si me audis, ut odium ſuſpicioneſque muneri detrahantur per ſe aſpero, deſignet *ipſe populus; ut cui maximam fidem rerum ſuarum habet, maximâ curâ delegat.* — *Legendi Cenſores à Populo:*

Ibid.

Ibid.

Quam multi legendi? *Sunto bini aut terni in ſingulis civitatibus.* — *Inopida bini.*

Ariſtot. V Politic. cap. VIII.

Cenſus ipſe quoties inſtituendus? Variant. ἐν μὲν οὖν ταῖς πολλαῖς πεντέτιδα κατ' ὀλιγαρχίαν, ὃ δὲ τοῖς μείζοσι διὰ τριετηρίδος ἢ πενταετηρίδος: *in quibuſdam civitatibus vertente anno cenſentur, in aliis majoribus non niſi tertio aut quinto quoque anno.* — *Iterandus Cenſus.*

Ego in annos, tutius meliuſque cenſeam: ob migrationes, mortes, opum augmenta aut imminutiones. — *Noſtro judicio quotannis.*

Sed à Cenſu ad Censuram tranſeo, vicino flexu. Ea enim tertia odiorum materies. De qua tamen mitiganda fruſtrà diſſeram, niſi priùs de uſurpanda. Nam (heu ævi dedecus!) rem moribus & vitæ utiliſſimam *adeò oblivione obſoletam videmus, ut non modò non colatur, ſed etiam ignoretur.* — *De Cenſurâ:* — *Quæ ignota nunc ac ſpreta.*

Cicero V. de Leg.

Digitized by Google

Quid mihi sit? Definitione igitur priùs aperienda est. Et appello Censuram, ANIMADVERSIONEM IN MORES AVT LVXVS EOS, QVI LEGIBVS NON ARCENTVR. Proprium enim hoc ejus munus, ἐπανορθοῦν ὅσα μήπω πρὸς πρωρείας ἄξια ἐστι, καὶ παραφάμματα, πολλῷ καὶ μειζόνων κακῶν αἰτία γίνεται, *corrigere ea, quæ pœna digna nondum sunt, neglecta tamen aut insuperhabita, multorum magnorumque malorum causam præbeant.* *Sine qâ fluit resp.* Dio Lib.

Aut perit: Imo paullatim *omissa, funditus rempublicam trahant.* Tacitus III. Ann.

Quid enim *prodest foris esse strenuum, si domi malè vivitur?* Valer. II. cap. IX.

Profectò nisi singulis quoque hominibus *officium ac verecundia sua constiterit, partarum rerum æquatus cælo cumulus sedem stabilem non habebit.* Ibid.

Firmanda hoc cinclo. Hæc itaque instituenda est, *magistra pudoris & modestiæ:* Cicer. in Pison.

Et eligendus unus altérve *Præfectus moribus, magister veteris disciplinæ.* Pro Cluent.

Ut metus aliquis etiam præter leges sit; & sciant omnes, *siquid in Moribus labat, non defuturum corrigendi auctorem.* Tacitus II. An.

Nam duo hæc distinctè Censuræ subjicio, Mores & Luxum. Mores intelligo, Lascivias, Libidines, Ebrietates, Jurgia, Perjuria, & quidquid tale Probitas ac Modestia damnant. Igitur noster Censor omnem ætatem, & omnem sexum castigabit. *Pravas artes malasque libidines ab juventute prohibebit:* *Ejus materies, Mores.* Sallustius ad Cæs.

Castigandi in juvenibus. A senibus, eas *voluptates quas eorum ætas sine dedecore non attingat:* Ibid.

In senibus: Ab universa plebe otium: *ut habeat negotia sua, quibus à malo publico detineatur.* Ibid.

In pl be ignavia. Denique dabit operam, ut omnes *Probitati atque industriæ, non sumptibus neque Divitiis studeant.* Ibid.

Materies altera. Luxus. Nam hæc quoque cohibenda; id est *Luxus.* Qui alioqui *in immensum prorumpat, ad cuncta quis pecunia prodigitur.* Tacitus III. Ann.

Cui origo ab opulentiâ. Eum ego in quattuor his pono: Pecunia, Domo, Conviviis, Veste. In prima maximè: quæ nutrix imò mater hujus, & plurium malorum.

—tur-

Digitized by Google

Juvenal. Sat. VIII. —— *turpis fregerunt sæcula luxu Divitiæ molles.*

Sallustius ad Cæs. Itaque meus Censor ante omnia, *Pecuniæ, quæ maxima pernicies est, usum ac decus demet.*

Aristot. Politic. cap VIII. Quid tenuis Princeps? è re tua est: ὅτι μηδεὶς ἰσχυρὸς πολὺ ὑπερέχοντα δυνάμει, μήτε φίλων, μήτε χρημάτων: *neminem existere qui nimis excellat, sive amicorum copiâ, sive opum.* Nimis oper. ère Principum:

Tacitus XI. Ann. Valer. IV. cap. III. *Auri vis atque opes Principibus infensæ.*

Imò, Principatui infensæ. Atque *ii demum penates* (oraculi vocem audi) *ea civitas, id regnum, æterno in gradu facilè stetérit, ubi minimum virium Veneris Pecuniæque cupido sibi vindicaverit.* Et regni.

Sallust. ad Cæs. *Sæpè jam audivi, qui reges, quæ civitates, per opulentiam magna imperia amiserint, quæ per virtutem inopes cœperant.* Per has nimias perdúntur.

Ibid. Sed è re Subditorum multò magis. Nam *ubi divitiarum cupido invasit, neque disciplina, neque bonæ artes satis pollent:* Conducit & Subditis.

Omnia bona vilia sunt: fides, probitas, pudor, pudicitia.

Ibid. Virtuti aut Deo numquam carus, cui caræ opes. *Nec quisquam extollere se, aut divina mortalis attingere potest, nisi omissis Pecuniæ & corporis gaudiis.* Nam ubi divitiæ, ibi tia.

Ibid. Itaque meritò Censor, *Pecuniæ studium tollet, aut quoad res feret, minuet.*

Ibid. Alligabit *Avaritiam belluam feram, immanem, intolerandam:* Avaritia coercenda, Et sanus.

Tacitus IV. Ann. Et illud *urbibus vetus, fœnebre malum,*

Ibid. Ne *ex libidine potentium agitetur.*

Cicer. II. de Offic. Sallust. ad Cæs. Utque *res familiaris iis modò rebus quæratur, à quibus abest turpitudo.* Et sordidi quæstus.

Denique profusiones vetabit, *& finem Sumptuum statuet.*

Ibidem. In Domo. Ne superbè nimis struant, aut instruant: *& signis, aulæis, aliisque operibus exornent.* Sumptus circa ædificia.

Ibid. Ah stulti, qui *omnia potius visenda quam semet efficiunt!*

Digitized by Google

Et in eadem, *modum poscet argento, suppellectili, familiæ.* Tacitus 11. Ann.

Circa convivia. In Conviviis. Damnabit *exquisita ingenia cænarum:* Plinius Paneg.

Et istos helluones, quibus *mos vescendi caussâ, terrâ marique omnia exquirere.* Sallust. Catil.

Et uno verbo, videbit ne *luxus mensæ profusis sumptibus exercceantur.* Tacitus III. Ann.

Circa vestes. In Veste. Ne *promiscua viris & fœminis:* Ibidem.

Nobilibus & plebejis. Utque sui & certi qui dam cultus sint his, qui *ordinibus & dignatione antistant.* II. Ann.

Momentum in his grande. In levi hæc habes? Erras, *Conviviorum luxuria & vestium, ægræ civitatis indicia sunt:* Seneca. Ep. CXV.

Et hinc fere novitas. Imò morituræ. Nam hæc *juventutem, ubi familiares opes defecerunt, ad facinora incendunt.* Sallustius ad Cæs.

Res abit, fides perit: *eadem tamen illa, quæ erat in abundantiâ libido permanet.* Cic. II. in Catil.

Itaque quid aliud quàm *moveant composita, & res novas sceleribus acquirant?* Sallust. ad Cæs.

Scito certò, *hoc in rep. seminarium Catilinarum fore.* Cic. II. in Catil.

Aut immutatio. Vidit Prudentiæ oculus. Γίγνεσθαι inquit μεταβολαὶ, ἢ ὅταν ἀναλίσκωσι τὰ ἴδια ἀστοιλογῶς ζῶντες. οἱ γὰρ δὴ τοιοῦτοι πράγματα ζητοῦσι, καὶ ἢ τυραννίδι ἐπιτήδειοι, ἢ πραγμάτων ἕτερον: *Fiunt in rep. mutationes, cùm homines sua consumunt prodigè viventes. Hi enim tales res novas quærunt: & aut ipsi Tyrannidi imminent, aut ad eam alios vocant.* Aristot. V Polit.

Censoris arma. Hæc sunt, quæ effici à Censore cupimus. Quo telo? duplici, Ignominiæ & Mulctæ. Illa quidem propria ejus est, & olim sola. *Censoris indicium,* ait Cicero, *nihil ferè affert damnato, nisi ruborem.* Cic. IV. de Rep.

Ignominia. *Timoris enim caussam, non vitæ pœnam in illâ potestate esse voluerunt.* Idem pro Cluent.

Et Mulcta in perseverantes. Sed ut nunc mores, alteram ego illam omnino adjungam. Quid enim si quidam *eâ duritiâ oris sint, ut depudere didicerint?* Seneca ad Seren.

Et voluptatum *non illecebris tantùm, sed ipsâ infamiâ gaudeant?* Val. lib. VI. c. IX.

Sanè eos mulctem: nec *exsanguem illam & ferream frontem* nequiquam *convulnerem notis.* Plinius Paneg.

Cotti-

Digitized by Google

Sen. Nat. Quæst. IV. *Cottidianum enim istud ac sine effectu furgium sit.*

HABES universam Censuram. Tu institue, aut potius restitue eam, ô Bono generis humani natate Princeps. Omnia *facere sentis, bellorum impetu perculsa atque prostrata.*

Adhortatio ad Censuram revocandam.

Cic. pro Marcello.

Ibid. Excita, per Deum immortalem. *Revoca fidem, comprime libidines, & quæ dilapsa fluxerunt, severis legibus vinci.*

Quæ nunc si unquam utilis.

Sallust. ad Cæs. Non nego, quin *aspera hæc res in principio futura sit.*

Invidiosa ea.

Aristot. Ethic. I. cap. V. Quia nova; quia contra sensum vulgi. Ὁ γὰρ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων, διὸ καὶ ὁ βίος ἀγροικότερος τὸ ἀπολαυστικόν. *Nam multitudo voluptatem, ideoque & vitam amant dissolutam.*

Sallust. ad Cæs. At tu *capesse rempub. & omnia aspera pervade.*

Sed spernenda hîc invidia.

Ibid. Quid trepidas? *multorum saluti potius, quàm libidini consule.*

Ibid. *Ea verò* apud sapientes *clementia erit retinuisse ab stultitiâ & falsis voluptatibus.*

Aut asperitatis opimæ.

Ibid. *Non si flagitiis obsecutus, delicta perpessus, præsens gaudium cum mox futuro malo concesseris.*

Et tamen quidquid hìc asperum, facilè mitigabis triplici nostra observatione. Primùm, si tu sub Censura: id est, si vita tua ad illam normam, ad quam alios formas. O mitem & efficacem hac ratione Censuram! *Ad hanc dirigemur, ad hanc convertemur.*

Hæcipsa quâ mitigentur.

Primùm vitâ Principis.

Plinius Paneg.

Et *præcipuus adstricti moris auctor eris, antiquo ipse cultu victuque.*

Tacitus III. Ann.

Nam *vita* profectò *Principis Censura est, eaque perpetua.*

Plinius Paneg.

Secundò, si non omnia simul emendabis: sed paullatim καὶ σὺν χρόνῳ ποδὶ *ad priscum morem recides.*

Deinde modestiâ emendationis.

Tac. III. Ann.

Cic. pro Sullâ. *Neque enim potest quisquam nostrûm subitò fingi, neque cujusquam repente vita mutari, aut natura converti.*

Seneca. I. de Clem. Tempore opus: & *vitia quædam tollit faciliùs Princeps, si patiens eorum est.*

I Tacito III. Ann. *Quosdam pudor, alios necessitas, nonnullos satietas in melius mutet.*

Virg. VI. Geo. IX. Nam *peregrinatur* quorumdam *animus in nequitiâ, non habitat.*

Ter-

Digitized by Google

Postremò præmiorum divisione:

Tertiò denique, si Præmia divides in bonos, Quis censebit nisi virtutis amore te aperum, cùm tam benignum te videant in eos qui habent illam? *Præmio & pœnâ remp. contineri*, Solon olim dixit: Cicero ad Brut. epistol. xvi.

Verè Nam, *præmia bonorum malorumque, bonos ac malos facsunt.* Plinius Paneg. Lib. iv.

Quæ validius stimulus ad Virtutem.

Videbis, semper eo *impendi laborem ac periculum, unde honos atque emolumentum speretur.* Πᾶν τὸ ἐπαῤῥῶν, αὔξεται, ἐλαττοῦται δὲ τὸ ἀπαμβλῦνον, καὶ ἔτι ἐν ἀφανεῖ ὑπάρχον σημεῖον ἀρχῆς οὐ δοκιμωτάτης; *Augetur & crescit, quidquid in honore est: deficit & minuit, quidquid in contemptu. Atque hoc signum clarissimum est imperii bene constituti.* Iamblich.

Bene Principatus nomine in usu: Conclusio; & meritò, Odium omne non vitari.

Tu usurpa. Et vide ne te Principe, *sit bene facis tantum ex conscientiâ merces.* Plinius Paneg.

FINIVI de Odio: hoc addo. Adeò altè insitam pestem hanc Regnis, ut nesciam an ulla ars, aut artus penitus eam evellat. Nam *libertas juxtà bonis & malis, strenuis & ignavis optabilis est:* Sallust. ad Cæs.

Ideoque per naturam in odio nobis, quisquis eam libat. Libat autem omnis Princeps. Ergo *quamvis id agas, ut ne quis meritò te oderit, erunt tamen semper qui oderint.* Seneca de Prov.

Minutum atque ad semper adhæret:

Sed tu Sperne.

——— *odia qui nimium timet,*
Regnare nescit. Seneca Oedip.

E naturâ vulgi:

Odia dico hæc plebeja & levia. Πανοῦ γὰρ δήμου τὸ κακόηθες καὶ φιλαίτιον ἐστι, πρὸς τοὺς παιδευομένους. *Omni enim populo inest malignum quiddam & querulum, in imperantes.* Plutarch. Politic.

Et verissimè à rege Magno dictum: *Regium esse audire malè, cum facias benè.* Idem Apophth.

Id in levi habendum:

Solaberis igitur te illo Augustæo: *Satis est, si hoc habemus, ne quis nobis malè facere possit.* Sueton. August. cap. LI.

Dum probent te probi.

Et melioribus item sanioribusque judiciis. Quoniam te aliquando *seria carmina, honorque æternus Annalium, non hæc brevis & plebeja prædicatio colet.* Plinius Paneg.

Suum cuique decus posteritas rependet. Tacitus IV. Ann.

CAP.

Digitized by Google

CAPUT XII.

Definitus & vituperatus Contemptus. Offensa quæ illum gignunt: a Rege, si sapiet, fugienda.

CONTEMPTUS sequitur, quem Vitium alterum fecimus evertendo regno. Is est ad nostram Rem, IMPRESSA SUBDITIS SIVE ET EXTERIS, VILIS ABJECTAQVE OPINIO, DE REGE EJUSQVE STATV. Pestifera omnino res Regnis: quorum anima & vita ipsa est Auctoritas, & eximia quædam opinio de imperante. Quæ enim vis alia est, quæ efficit, ut *tot mortalium millibus una anima præsideat, nonnumquam senis & invalidi?* *Definitio Contemptus.* *Ejus pernicies.* Seneca 1. de Clem. *Anima regni, Auctoritas.*

Cic. pro Cluent. Sola illa. Omniaque videmus, hâc, *quasi mente quâdam, regi atque administrari.*

Seneca 1. de Clem. *Ut animæ, pedes, manus, oculi, negotium gerunt:*

Ibid. *& illius jussu jacemus, aut inquieti discurrimus:*

Si *hæc immensa multitudo* Auctoritatis quasi *spiritu regitur.*

Livius 11. Quis verò aliter regat? *Vires imperii in consensu obedientium sunt:* *Sine ea nemo tam multis nom imperet:*

Consensus ille ab Æstimatione per quam,

Lucan. 7. —— *unum, tam magna juventus,*

Privatum factura, tinct.

Sen. 1. de Clem. Hanc tolle, tollis regnum. *Omnisque hic imperii contextus in multas partes dissiliet.* *Et regnum omne ruat.*

Lucret 5. —— *Subversa jacebit*

Pristina majestas soliorum; & sceptro superba.

Aristot. Rhet. 11. cap. 11. Quid autem clariùs eam tollit, quàm Contemptus, & hæc εὐέργεια ἀξίης πρὸς τὸ μηδενὸς ἄξιον φαινόμενον, *opinionis actus in id, quod nullius rei pretiique censeas?* *Auctoritati autem Contemptus adversus.*

Igitur ille, mors & interitus regnorum: imò supra ipsum Odium, aliquo adspectu. Philosophus indicavit: Δύο δὴ αἱ αἰτίαι αἱ πᾶσι, δι' ἃς μάλιστ' ἐπαίρονται τοῖς τυραννίσι, μίσος καὶ καταφρόνησις, θατέρᾳ δὲ δῆλα τῶν ἐπαρχόντων τοῖς τυράννοις, τὸ μισοῦν. ὅταν δὲ καταφρονηθῶσι πολλαὶ γίγνονται τῶν καταλύσεων. *Cum duæ causæ sint, ob quas insurgitur in Tyrannos, Odium & Contemptus: alteram earum adesse Tyrannis oportet, Odium. è Contemptu verò plurimæ fiunt eversionum.* *Ergo regni pestis?* Idem 5. Politic. cap. 8.

O vere

Digitized by Google

Etiam in parte, supra Odium.

O verè Phœbum, longe semper aciem ingenii jaculantem! Ita res est. Causa prima & motio evertendis regnis, plerumque ab Odio est; sed extrema & efficax maximè à Contemptu. Nam illud tardum, vel, ut cum poëta dicam, inaudax est, nisi armetur ab isto. Metus enim ſæpè retinet; quem Tyranni habent pro asylo. Ideoque cum causâ *exsecrabilis ille versus, & qui multos dedit præcipites*, iis placuit. Seneca 1. de Clem.

Oderint dum metuant.

Hic enim ad rem statim ducit.

Quamdiu enim hoc frænum; incurrere magis cupiunt, quàm audent. At excutit Contemptus. Et efficit ut non velis solùm, sed audeas & tentes. Itaque certa ab eo pernicies. Numquid crebra? Haud censeo. *Neque enim ab ullo periculo fortuna Principis longius abest, quam ab Humilitate.* Plinius Paneg.

Nec tamen frequens nimis in Reges:

An contemnatur, qui imperium, qui fasces habet? nisi qui humilis & sordidus, & qui se prius ipse contempsit? Idē VIII. Ep. ult.

Legitimos quidem.

Non inquam crebra ab eo solo; (nam Odio misceri jam dixi;) præsertim si quis verus legitimusque sit Princeps. Tamen quia evenit: quî vites, docebo. Sed breviter. Cur diffundam? nònne in Auctoritate formandâ, satis munivi hanc ipsam viam? Satis; si verum hoc scitum, Τῶν αὐτῶν τῶν ἐναντίων ἐπιστήμην εἶναι: *Eamdem contrariorum scientiam esse.* Aristot. I. Topic. cap. IIX.

Origo ejus.

Fit igitur contemptus in Principem ab his tribus maximè; Forma imperii, Fortuna, Moribus.

A leni imperio:

Forma imperii; si justo ea lenior & remissior. Quod Peccatum peccant ii qui nimia *lenitate dulces*,

Cic. ad Attic. v. ep. XIV.

Effuse dant se populari auræ & *omnem infirmæ plebis rumorem affectant.* Tacit. II. Hist.

Quod publicè etiam noxium per licentiam.

Bis noxii, in se & in rempublicam. Qui & plebi reverentiam omnem excutiunt; & licentiam præbent peccandi. Ἡ γὰρ ἐξουσία τοῦ ποιεῖν ὃ ἂν ἐθέλῃ τις, ὃ ἔνιοι φυλάττειν τὸ ἐφ' ἑκάστῳ τοῦ ἀνθρώπου φαῦλον: *Facultas faciendi quod cuilibet visum, non potest comprimere ingenitam singulis hominibus pravitatem.* Aristot. V. Politic. cap. IV.

Acute olim Fronto, in Nervam senem & jam enervem: Κακὸν μὲν εἶναι ἀνθρώπους ἰσχυρούς, ἐφ' ᾧ μηδὲν μηδὲν ἐξεστι ποιεῖν, χεῖρον δὲ ἐφ' ᾧ πᾶσι πᾶσιν: *Malum quidem esse, Principem habere sub quo nihil ulli liceat: pejus verò eum sub quo omnia omnibus.* Dio in Nervâ.

Nec

Digitized by Google

Nec lenis solùm Forma ad Contemptum facit; sed & Levis. Quæ decretis legibusque variat, & de qua dici possit, Ἀνέμων πεδίον: *Venti campus.* Maximè, si ipse Princeps insigni *mobilitate ingenii;* Quem *subitis offensis, vel intempestivis blanditiis mutabilem*, meritò *contemnant metuantque.*

Est & à Levi imperio. Adag. Tacitus. *Aut Principe.* II. Hist. Ibidem.

Etiam, si Soluta Forma. Nempe cum rerum omnium incuriosus Princeps, & *levi auditu, quamvis magna, transmittit.*

Item à Soluto imperio. Ibidem. Ibidem

Abundè ratus, si præsentibus fruatur, nec in longius consultans.

Sive cùm Honores effusè dividit, Magnos, Diuturnos. Quidni illum spernant, aliis adhæreant, qui *munia transmittit;* IV. Ann.

Et velut sponte videtur *exire de Imperio?* III. Hist.

FIT secundò Contemptus à FORTUNA. Nempe si noverca ea, non mater; & *votis tuis malignum pedem opponit.* Ex Ovid. de Trist. *A Fortunâ adversâ pertinaciter.*

Scito certò. *Prosperis tuis rebus certaturi ad obsequium, Fortunam adversam omnes ex æquo detrectabunt.* Tacitus II. Hist.

Imò in te incurrent.

Δρυὸς πεσούσης πᾶς ἀνὴρ ξυλίζεται: Schol. Theoc.

Ruente quercu ligna quivis colligit.

Amplius, si eadem *munimenta* tibi non dat aut subtrahit, *quibus insistas.* Tacitus I. Annal. *Ab orbitate.*

Successores dico certos, aut liberos. Valde ab ea re spernunt, & vertunt se ad speratum aliquem Solem. Alexander Magnus scivit, & questus est. *Orbitas mea, quod sine liberis sum, spernitur.* Cur. IV.

Reverà enim, ut Tragicus ait,

——— Τυγχάνοι παῖδες, ἕρυμα δώμασι. Euripid.

Munimen aulæ, regii sunt liberi.

Certus tunsque successor te firmat.

Et *non legiones, non classes, æque firma imperii munimenta, quàm numerus liberorum.* Tacitus V. Hist.

TERTIÒ & postremò, fit à MORIBUS Contemptus; maximè istis. Siquis Libidini deditus, seque *per licita & illicita fœdat.* IV. Ann. *Denique à Libidine.*

Nam muliebra hæc flagitia valdè opinionem non regis modò, sed viri detrahunt. Alii *virilius peccant*, ait quispiam; Sen. de Brevit. cap. VI.

Digitized by Google

In venerem ac libidinem projectorum inhonesta labes est. Ibid.

Ad luxu & temulentiâ.

In pari causâ, qui *Luxui & saginæ mancipati, emptique:* Tacitus 11. Histo

Medio diei temulenti. Ibid.

Novi Vitelli sive vituli, qui *ut ignava animalia, si cibum suggeras, jacent torpentque: & præterita, instantia, futura, pari oblivione dimittunt.* Ibid.

Dux noster ad Prudentiam, benè. Ἀ'πλανεῖς ζῶντες ἀκατασφάλτοι γίνονται, καὶ τοῖς ἐπιβουλεύουσιν εὐεπίθετοι: *Solutè viventes, despicabiles fiunt; & multas opportunitates præbent insidiantibus.* Arist. v. Politic 8

Οὔτε γὰρ ἱλαρὸν εὐκατάφορον ἐστὶν, οὔτε ἐγρηγορὸς καὶ ἄγρυπνον, ἀλλ' ὑπερβάλλον, οὐδὲ ἄγρυπνον, ἀλλ' ὑπνῶδες: *Nec enim facilis aggressu aut contemptu sobrius, sed ebriosus: nec vigilans & excitatus, sed somnolentus.* Ibid. c. 21

Item in quibus *tarditas ingenii, stupor, debilitas linguæ:* Cic. in Pison.

A rebus externis.

Aut alia magis levicula, ut facies parum decora, Ætas gravior, Valetudo imbecillior. Quæ sæpè *irrisui & fastidio sunt:* Tac. 1. Hi

Ut est mos vulgo, fortuita aut externa *ad culpam trahenti:* Iv. Ann.

Et *imperatores formâ ac decore corporis comparanti,* 1 Hist.

Plura talia, ipse manu facili educes & hauries è rivulis, quos ad Auctoritatem recluso.

CAPUT XIII.

Quæsitum, an Prudentia mixta locum apud Principem habeat? Id est, ea in quâ fraudes. Dictum, & doctum, aliquem habere.

VIDEOR liberaliter satis & plenâ, quod dicitur, manu, tibi prompsisse è gemino Prudentiæ fonte: & quidem probum ac merum. Fasne est, ut leniter miscream, & jungam aliquid è fraudium fæce? Ego puto. Quidquid Zenones quidam mihi abnuant, quibus *unum illud ad laudem, cum virtute directum iter, probatur.* Cic. pr M. Cæl.

Æstum in regno esse posse. Est rigidi quidem negent.

Qui

Digitized by Google

111. De Natura Deorum. Qui fas non putant *Rationem bono consilio à Diis immortalibus datam, in fraudem malitiamque converti.*

Sed mores hominesque contra-mutant.

Quos alibi sanè libens audio: hic quî possum? Ævum & homines ignorare mihi videntur, & *dicere tamquam in Platonis πολιτείᾳ, non tamquam in Romuli fæce sententiam.*

Ad Att. 11. ep. 1.

Inter quos enim vivimus? Nempe argutos, malos: & qui *ex fraude, fallaciis, mendaciis, constare toti videntur.*

Pro Rosc. Com.

Ipsi Principes, cum quibus nobis res, plerique in hac classe: & quid quid leonem præferant,

Astutam vapido servant sub pectore vulpem.

Pers. Sat. v.

Et hic mihi clamat quispiam, *ne quid insidiosè, nequid simulatè, nequid fallaciter.*

Cic. III. de Offic.

Tecum velim, qui potest? *Per fraudem & dolum regna evertuntur*, notat Philosophus.

Aristot. v. Polit.

Tu servari per eadem, nefas esse vis? nec posse Principem interdum.

Cretizandū cum Creta.

Adag. ; Ἀλωπεκίζειν πρὸς ἰτέραν ἀλώπεκα ;

Cum vulpe junctum, pariter vulpinarier?

Præsertim si publicus Usus Salusque suadeat: quæ semper cum Principis usu ac salute conjuncta? Profectò erras. *Communis utilitatis derelictio contra naturam est*, non solum rationem.

Idque ex usu Principis & publico.

Cic. III. de Offic.

Pro Planc. *Stare omnes debemus, tamquam in orbe aliquo reipublicæ. Qui cum jam versatur, eam deligere partem debemus, ad quam nos illius utilitas salusque converterit.*

Turpe aliquid in eo mixtum videbitur? Frustrà. Hoc enim aspectu, *quod plerumque turpe haberi solet, turpe non erit.*

Cic. III. de Offic.

Bona sine quædam talia bona.

Ibidem. *Semper officio fungitur, utilitati hominum consulens & societati.*

Itaque ne tanto opere, quæso, mirentur aut indignentur; si, nobis arbitris, *non semper superet vera illa & directa ratio:*

Principem præfracto rectum esse non debere.

Pro M. Cæl.

Velimusque Principem, alto quidem splendidoque ingenio: sed tamen *eruditum utilia honestis miscere.*

Ad utilia inclinare.

Tac. Agric.

Miscere, dico. Nam ut prorsus ab Honesto recedat, nulla vis suadere me adiget. Spernò ferìò & exse-

Non tamen ad scelesta.

Digitized by Google

cror illas voces. *Nihil glorioſum, niſi tutum: & omnia retinendæ dominationis honeſta eſſe.* Salluſt. Orat. Lepid.

Item:

Ubicumque tantum honeſta dominanti licent, Precario regnatur. Seneca Thyeſt.

Ad Orcum hi ſenſus, unde nati. De me fateor:

Ego ille ſum, qui ſcelera committi vetem: Auctor Theb.
Ego ſum magiſter juris ac moris probi.

Circuire non aberrare. Et hoc volo tantùm: jus faſque eſſe interdum in turbido hoc rerum humanarum pelago: *obliquare ſinus:* Virgil.

Et ſi rectà *portum tenere nequeas, idipſum mutata velificatione aſſequi.* Cic. ad Lentulum ep. 12.

Alii quoque faciunt. Quis me adeò culpet, aut cur à Virtute abeam? Vinum, vinum eſſe non deſinit ſi aqua leviter temperatum: nec Prudentia, Prudentia, ſi guttulæ in ea fraudis. Semper intellego, ut modicè & ad Bonum finem. Nonne matres aut medici quoque, teneræ ætati fucum ſæpe faciunt,

Ut puerorum ætas improvida ludificetur Lucret. 1.
Labrorum tenus?
——— *deceptaque, non capiatur?* Ibidem.

Cur Princeps non idem in Plebeculam ſuam? aut vicinum aliquem Dynaſtam poſſit? Profectò.

Mente opus ubi manus non ſufficit. *Cùm contendi nequitum eſt, clàm tendenda eſt plaga.* Pacuv.

Et ex Spartani regis monito: Οὐκ ἀ λεοντῆ μὴ ἐφικνεῖται, χρὴ τὸ ἀλωπικὸν ὑφαίνειν: *Ubi Leonina pellis non pertingit, oportet Vulpinam aſſuere.* Plutarch. Lyſandr. & Apophth.

Mihi, cum Pindaro, ſemper laudatus ille vir; qui

Princeps ex Leone & Vulpe. ——— Τόλμᾳ μὲν ἰσχὰς
Θυμὸν ἰεὶ θρασυμίτᾳ θηρῶν λέοντα
Ἐν πόνῳ. μῆτις δ' ἀλώπηξ.
——— *fiduciâ referens*
Animum graviter frementium leonum
In diſcrimine; conſilio vero vulpes. Iſth. Od. IV.

Adoleſcentuli hoc parum capiunt: Tuque, in tempore & loco, eſto. Securus, quid iſti à Schola aut Umbra adoleſcentuli dicent: quos ſcio σ' πολιτικῶν ἔτι εἶναι ἀκροατάς: *Civilis diſciplinæ non eſſe idoneos auditores;* Ariſtot. I. Ethic. cap. 11 I.

Mul-

Digitized by Google

Ibidem. Multò minùs Arbitros. Et virum profectò quærit hoc tribunal, qui *οὐκ ἄπειρος τῶν τοῦ βίου πραγμάτων, non ignarus rerum quæ eveniunt in hac vitâ.* *Bene sensit aut peritè.*

Basil in Proverb. Ab illo facilè obtinebimus, esse quamdam, ut vir sanctus ait, *κακίαν τινὰ ἐπαινετὴν παιδείαν: honestam atque laudabilem calliditatem.*

CAPUT XIV.

Quomodo & quatenus, Fraudes admittendæ. Triplex earum genus factum; & distincte aliæ in Regnum receptæ, aliæ exclusæ.

NEC tamen ita hæc differo, ut fræna omnia Fraudi malitiæque permittam. Absit. Distinctionum tibi lumen præferam, &, nequid libero nimis pede vageris, lineis suis limitibusque includam fallacem hunc campum. Fraus universe mihi hic est, ARGUTUM CONSILIUM A VIRTUTE AUT LEGIBUS DEVIUM, REGIS REGNIQUE BONO. Ea triplex. Levis, Media, Magna. Illam appello, QUÆ HAUT LONGE A VIRTUTE ABIT, MALITIÆ RORE LEVITER ASPERSA. In quo genere mihi est Diffidentia, & Dissimulatio. Mediam, QVÆ AB EADEM VIRTVTE FLECTIT LONGIVS ET AD VITII CONFINIA VENIT. In quâ pono Conciliationem, & Deceptionem. Tertiam, QVÆ NON A VIRTUTE SOLUM SED LEGIBUS ETIAM RECEDIT, MALITIÆ JAM ROBUSTÆ ET PERFECTÆ. Uti sunt Perfidia & Injustitia. Illam suadeo, hanc tolero, illam damno. Ordine omnes vide. In Levi, Diffidentiam primo posui. Quam ego prorsus Principi insinuo: quia ut in actionibus omnibus tardum lentumque eum esse expedit, sic in fide & assensu. Ut intentus, inquam; suspensusque ambulet, & pæne dixerim, ut *nihil nisi quod in oculos incurret manifestumque erit, credat.* *Fraudium communis definitio.* *Earumdem divisio.* *Levis:* *Media:* *Magna.* *Diffidentia commendata regnanti.*

Sen. II. de Ira. Cic. Ep. lib. x. Ep. xxii. Etsi enim *Credulitas error est magis, quàm culpa, & quidem in optimi cujusque mentem facillime irrepit:*

Seneca II. de Ira. Tamen à Principe removenda ea longissimè apud quem *plurimum mali credulitas facit.* *Cui turpis credulitas.*

Cic. Phil. Nónne pro omnibus ille excubat? Turpe igitur & omnibus noxium, illum *Labi, errare, decipi.* *Et per eam error?*

Digitized by Google

Jam faciles isti & incauti, quàm *opportuni injuriæ*! Sallustius Jugurth.

Undique patent. Et passim apud eos, *minore metu, & majore præmio, peccatur.* Tacitus 1. Hist.

Ac sæpè mixta. Imò & in eos peccatur.

Aditum nocendi perfido præstat fides. Seneca Oedip.

Reducat ergo se Princeps, & tutum hoc scuto reddat; *Nihil credendo, atque omnia cavendo.* Cic. Orat. post redit. in Senat.

Insida enim ubique omnia. Amici & fidi videntur? circumspice.

O vita fallax, abditos sensus geris! Seneca Hipp.

Et simulata. Nimis *multis simulationum involucris tegitur, & quasi velis quibusdam obtenditur uniuscujusque natura. Frons, oculi, vultus, persæpè mentiuntur, oratio verò sæpissimè.* Cic. ad Q. Frat. ep. 1.

Quod ille clamabat olim: Ὦ φίλοι, οὐδεὶς φίλος: *O amici, nemo amicus:* Aristot. apud Laërt.

Præsertim in Aulâ. Tu jure potes. Quia profectò *in domo Principum, nomen tantùm Amicitiæ inane irritumque remanet:* Plinius Paneg.

Res ipsa exulat. Et

Licet omne tuâ vulgus in aulâ,
Centum pariter limina pulset:
Cùm tot populis stipatus eas,
In tot populis vix una fides. Seneca Herc. Oet.

Ideò cavendum & diffidendum: Itaque meritò *Pragmatici homines, omnibus historicis præceptis, versibus denique, cavere jubent & vetant credere.* Cicero ad Att. li. 11. epist. xx.

Ille Siculus insusurrat:

Νᾶφε, τὸ μίμνειν ἀπιστίαν ἄρθεν τοῦτο τῶν φρενῶν: *Vigila, & memor es nequid credas: nervi hi sunt prudentiæ.* Epichar.

Clamat alter à Græciâ:

---σώφρονος δ' ἀπιστίας
Οὐδὲν ἐστὶν ἄλλο χρησιμώτερον βροτοῖς: Eurip.

---*sapiente Diffidentiâ,*
Non alia res utilior est mortalibus.

Quibus tamen fidendum: Sed perpaucis. Quid ergo? Inquies. Nulli credam? Non hoc suadeo: (*Utrumque* enim *in vitio est, & omnibus credere & nulli:*) Seneca. ep. 111.

Sed ut paucis. Nec nisi iis, quorum longo usu cognita tibi fides. His talibus, quid est *quod non & committi & credi rectissimè putem?* Cicero ad Q. Frat. epist. 1. lib. 1.

Rei-

Digitized by Google

Ad Lentul. ep. 12. Reipsâ, inquam, paucis: at in specie, omnibus Id est, *Fronte & vultu: quibus Simulatio facillimè sustinetur.*

Diffidentia celandâ.

Seneca epist. 111. Nam nihil magis hîc cavendum, quàm ne Diffidere videaris. *Multi fallere docuerunt, dum timent falli.*

Liv. xxi. *Vult sibi quisque credi, & habita fides ipsam plerumque obligat fidem.*

Dissimulatio adhibenda.

Itaque Dissimulatio adsumenda, quam posui & suasi loco altero: quæ verè Diffidentiæ hujus proles. Quid enim eâ opus, si mutua inter nos fides? Hæc est, quæ *frontem aperit, mentem tegit.*

Cicero. Cn. Planc. Fridericus sive Sigismundus Nam variant. Tacitus 17. Ann.

Cujus laudabilis usus.

Necessaria sanè Principi. Adeò, ut veteranus Imperator dixerit: *Nescit regnare, qui nescit dissimulare.*

Et Tiberius ab eâdem mente, *Nullam, ut rebatur, ex virtutibus suis magis, quam Dissimulationem diligebat.*

Cicer 11. de Offic. Displicebit hoc ingenuæ alicui fronti, & clamabit: *Ex omni vitâ Simulatio, Dissimulatioque tollenda est.*

Et Principia planè necessaria.

Pro Mil. De privatâ, fateor; de publicâ, valdè nego. Numquam regent, qui non tegent: *nec aliter possunt ii, quibus commissa est tota respublica.*

Lib. 2. epist. 12. *Ut ad effectum consiliorum suorum veniam, multa simulent oportet inviti, & dissimulent cum dolore.*

Apud hostes.

Nec id solùm adversus Exteros aut Hostes. (nam ibi receptum dogma est, Ut *malum sub linguâ non in linguâ habeas*: quia

Gregor. 17. Moral. *Professa perdunt odia vindictæ locum:*)

Seneca Med.

Apud suos.

Sed etiam apud Tuos. Aperti isti & simplices, *sine fuco, sine fallaciâ:*

Cic. 1. ad Att. ep. 1. Enim.

Et qui animum; quod dicitur, *in fronte promptum gerunt:*

Cic. pro Sextio. Numquam apti huic theatro. In quo, me judice, primum locum *Afranii Simulans* habet.

Sed cum modo habendo.

Aristot. Ethicor. lib. 4. capite 12. Sic tamen ut aptè eam fabulam agas & decorè. Οἱ δὲ μετρίως χρώμενοι τῇ εἰρωνείᾳ, καὶ περὶ τὰ μὴ λίαν ἐμπαθῆ καὶ φανερὰ εἰρωνεύόμενοι, χαρίεντες φαίνονται: *Nam qui modicè dissimulatione utuntur, & in iis quæ haud planè perspicua & ante pedes oculosque sunt, gratiosi apparent.*

Digitized by Google

Contrà, qui immodice & inepte, reverâ fatuelli. Cui enim bono tegmen, si transluces? Quin semel hoc in omni genere fraudium cape:

——— *Doli non sunt Doli, nisi astu colas.* Plaut.

Habes de Levibus fraudibus. Ad MEDIAS venio: in quibus Conciliatio prima; sive ut liberiùs dicam, Corruptio. Ea est, cum callide inclinas & allicis ad te eorum animos operasque, qui alteri juris. O artem nimis hodie Principibus receptam! quæ una fere in Aulis *plerasque res*, (ut ille de Fortuna ait) *ex libidine suâ agitat*. Sallust. ad Cæs.

Conciliatio, nihi quid?

Usitata:

Quàm valde etiam attollit Tullius. Et *Proprium hoc esse Prudentiæ statuit; Conciliare sibi animos hominum, & ad usus suos adjungere.* Cicer. II. de Offic.

Sed & utilis.

Quod duplici via fit: Suasionis & Doni. Rarenter illâ: hac alterâ crebrimè, ut hodie *corrupti depravatique mores sunt admiratione divitiarum.* Ibidem.

Muneribus plerumque fit.

Quotusquisque est, cui non illæ *bono atque honesto potiores sunt?* Sallust. Iugurth.

Quibus facilis ubique corrumpi.

Itaque scite & recte hac machinâ si utâre; ubique reperies, *quos pernicioſa libido teneat alienæ potentiæ decus atque libertatem suam gratificari.* Ibidem.

Agrariæ refocantes.

Qui & Principem suum, & omnia ejus, *venalia habeant.* Ibidem.

In bello produnt.

Atque adeò (hoc reconde) in *ipsâ hostium acie invenies tuas manus.* Tacitus Agric.

Etiam fœminæ huc admissa.

Quid? quòd in sacrum ac individuum thorum penetravit ista fraus? Rem turpem! & fœminæ etiam inducuntur sive emuntur, ἵν' ἐξαγγείλωσι τῷ τῶν ἀνδρῶν: *ut efferant & enuncient quæ contra maritos.* Aristot. v. Politic. cap. xi.

In Tacito legi. *Secreta quoque ejus corruptâ uxore, prodebantur.* Tacitus IV. Ann.

Deceptio quid mihi fit.

Jam Deceptio est, cùm inducis alium in tua commoda, errore aut mendacio objecto. Quod licitum probumque in Principe esse, volunt probi auctores. Magnus Plato censuit, συχνὰ τῷ ψεύδει καὶ ἀπάτῃ δεῖσθαι χρῆσθαι τοὺς ἄρχοντας, ὑπὲρ ὠφελείᾳ τῶν ἀρχομένων: *crebro mendacio & fraudi uti imperantes debere, ad commodum subditorum.* v. De Repub.

Licita ex senio veterum.

Et noster Plinius, *Decipere*, inquit, *pro moribus temporum Prudentia est.* Lib. IIX. Epist.

Quin-

Digitized by Google

Quin etiam nescio quis poeta;

Diphilus. Υ πολλαχόθεν τὸ ψεῦδος ἐπὶ σωτηρίᾳ
Λεγόμενον, καὶ δὶς ἀξιοπιστότερον ἄν ἐστι:

Existimo mendacium, si gratia
Salutis effers, nihil habere incommodi.

Et Principes sanè promptè audiunt. Qui nescio quomodo *laudem occulto magis tramite, quàm aperta via petunt.* *Celebrata apud Principes:*

Val. VII. cap. III. Tacitus XII. Ann.

Vim differunt, potiorem dolum arbitrantur:

Et sæpè quod rerum aut *temporis angustiæ negant, sagacitate consilii assequuntur.*

Val. VII. cap. III.

Decipiunt verbis, literis, Legatis. Atque adeo ipsos Legatos:

Seneca Thyest.

Eosque per quos fallere alium cogitant,
Fallunt.

Et quid diducam? Uno verbo, cum Lysandro plerique sentiunt, τὸ ἀληθὲς τῷ ψεύδει κρατῆσαι εἶναι ἐπαγγελίᾳ δὲ τῇ χρείᾳ τὴν ἀξίαν καὶ τὴν τιμὴν ἐφίζειν: *Verum falso esse melius, sed utriusque dignitatem & præstantiam usu discerni.* *Qui usu omnia metiuntur.*

Plutarch. Apophth.

Atque hæc, humanam Prudentiam si consideras, proba. Quidni? Ad Bonum enim publicum referuntur: quod insitum in iis malitiæ virus facilè exsugit & absorbet. Ut medicamentis venena laudabiliter miscemus, salutari illo fine: sic videntur εἰς φαρμάκου εἴδη τὰ τοιαῦτα χρήσιμα εἶναι: *Instar pharmaci, hæc talia utilia esse.*

Plato V. de Rep.

Sallust. Jugurth.

Adde receptissimos mores, & quod *hæc consuetudine jam pro nihilo habentur.* *Tolerat humana ratio:*

Imò necessitatem etiam. Quòd contra tot insidiantes, vix est ut se suosque aliter tueatur bonus Princeps. Quibus cautis ego quoque prædixi tolerari Medias has fraudes à me, non tolli. Quid tamen, rectam illam divinamque legem si considero? Hæreo valde & sudo. Abnuere illa nobis videtur: & à simplicissimo ac purissimo Deo hæc effata manarunt: *Abominatio Domini est omnis illusor.* *At vix Divina sanctio.*

Prov. III.

Eccl. VII.

Item: *Ne velis uti mendacio ullo. Numquam enim prodest frequentatio illius.*

Proverb. XXIII.

Et ut claudam omne effugium, ecce palàm de Principibus: *Non decent stultum verba composita, nec Principem labium mentiens.*

Digitized by Google

Quid obtendis tu Politice? Publicum bonum? Sed enim vir sanctus occurrit: *& Mentiri*, inquit, *non licet nec pro Dei laude.* *Augustin ep. VIII.*

Tu pro humana aliqua recula aut gloria vis? *Vide, vide* (ut invertam tibi dictum vetus) *ne dum terram defendis, cælum amittas.* Demadis.

Nec efficimus aut effugimus, quin levia saltem peccata sint. Cautio in hac re.

Sanè ægrè vos, aut me, hic expedio. Nisi quod idem ille Antistes suggesserit, *Esse genera quædam mendaciorum, in quibus non sit magna culpa, sed tamen non sint sine culpa.* August. in Psal. V.

In eâ classe Corruptiunculas, Deceptiunculas censeamus; idque tunc saltem, cùm à bono legitimoque rege contra malos usurpantur, Boni communis causa. Si aliter; sæpè non tantùm peccatum, sed grande peccatum sunt, quidquid me rideant veteratores ab Aula. *Qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter.* Prov. X.

Fraus magna.

Sequuntur MAGNÆ fraudes, quas ad bina capita reduxi, Perfidiam & Injustitiam. Eas palàm verbis amplecti aut tueri paucos video, nimis multos factis. Nam de Perfidia, quoties per cavillos & argutiolas, fœdera elusa vidimus aut pacta? In animo enim ita sentiunt: Τὰς μὲν παῖδας ἀγχιγελοις δεῖν ἐξαπατᾶν, τοὺς δὲ ἄνδρας ὅρκοις: *Pueros quidem talis circumveniri oportere, at viros juramentis.* Plutarch. Apophth.

Fœdera per calumnias eludunt.

Itaque iis satis; si quamcumque rimam effugio reperiant. Et statim *liberatos se esse jurejurando interpretantur,* Cic. III. de Offic.

Scimus omnes,

——— *quo pacto soleant perplexarier:*

Pactum non pactum est, non pactum pactum est, cùm illis lubet. Plaut. Aululax.

O vani! Certè enim *Fraus distringit, non dissolvit perjurium.* Cic. III. de Offic.

At Deum non ludunt.

Et quid expectent, nisi *iratos omnes Deos, quorum eluditur numen?* Liv. IX.

Nam ego illud scitum pro firmo habeo. *Quacumque arte verborum quis juret, Deus tamen qui conscientiæ testis est, sic illud accipit, sicut ille cui juratur intellegit.* Isidorus lib. II. de Summo Bono.

Injustitiæ actiones.

Jam altera Fraus, Injustitia est: cùm scilicet contra jura & leges, se & sua improbè potiùs quàm callidè augent. Ab hoc fonte isti actionum rivuli,

Emi-

Digitized by Google

Aristot. v. Politic. cap. x.

Eminentes illustresque viros, τὴ ἀλφθείρειν, λάθρα τὴ φανερᾶς, τὴ φυλαδδίνειν, ὡς ἀντιπίπτοντας τὴ περὶς τὸν ἀρχὴν ἐμποδίους: *perdere clàm vel palàm, sive in exsilium mittere, tamquam æmulos & dominationi quosdam obsices.*

Obstantes tollit.

Tacitus II. Ann. I. Hist.

Huic rei *struere caussas, vel sponte oblatas arripere.*

Per caussam aliquam,

Nam illud nimis mite & dilutum putant, *specie legationis*, aut honoris, *seponere.*

Plutarch. in Pomp. Dio XLIII.

Tollunt potiùs. Quoniam ex scito Aulæ veteris, Οἱ πεθνηκότες δάκνεσι: *Mortui non mordent.*

Et laudatus ille Cæsar etiam, ὅτε μηδεν ἀξιόχρεω ἐγκλήματι μεταλθεῖν ἐδύνατο, ὧν τρόπω δή τινι ἀφανεῖ ὑπεξήει: *quoscunque digno & probabili crimine deferre non poterat, occulta quadam via tollebat,*

Aut etiam nullam.

Ibidem.

Imo nonnullos, δι' ἑαυτῶν τὸν σφετέρων, ἐξεπίτηδες λῆς, ὁ αὐτὰς τῆς μάχας ἀπώλυσε πόνες: *à suis & qui ejusdem partis erant, per insidias, in ipsa acie tolli curavit.*

Iulii Cæsaris fraus immanis.

Ab eodem capite manat, aliena appetere, & insidiari temporibus. Veluti in morte aliqua Principis. *Opportuni* enim *magnis conatibus transitus rerum.*

Injustitia item invadit.

Tacitus I. Hist.

Sive in discidiis finitimorum & turbis. Juxtà enim Aristophanem, *ἀγκυλλις tunc captura:*

In mutationem Principum:

Plutarchus vertus in Equit.

Et isti magni *in partem acciti, adversus omnes valescunt.*

Aut in complicibus disjidiis.

Tacitus VI. Ann. Plutarch. Pomp.

Leges aliquis inclamet? Audiet illud: οὐ πάντων ἐν ἡμῖν ὑπόζωσμένοις ξίφη, νόμους ἀναγινώσκετε: *Non cessabitis nobis gladio cinctis, leges prædicare:*

Iuri in armis habet;

Idem Apophth.

Et hoc alterum: Ὁ πύπις (μαχαίρας) κρατῶν, βέλτιον περὶ γῆς ἐῶν βουλεύει: *Qui isto (gladio) prævalet, is optimè de finibus disputat.*

Cic. III. de Offic.

Hæ voces, & in animo illa decreta: *Quidquid validè utile sit, id fieri honestum, etiam si antea non videretur.*

Omnia ipsa metitur.

Tacitus IV. Ann.

Item *Sua retinere, privatæ domus; de alienis certare, regiam laudem esse.*

Cic. III. de Rep.

Si Principes *justitiam sequi velint, ac suum cuique restituere quod vi & armis occupaverint, ad casas & egestatem reversuros.*

Habes in parte istorum Scholam. Nam universam ut excutiam, nulla res me inducet. Quid autem opus? Ex oraculo scriptum,

Digitized by Google

Regnum schola fraudium.

Ut nemo doceat fraudis & scelerum vias,
Regnum docebit. Seneca Thyest.

Ego illud potiùs videro, Tolerandane hæc talia, an damnanda.

Aliquam injustitiam multi approbant.

Et magnam quidem aliquam apertamque injustitiam, nec ii palàm probant, qui probant. In exigua & palliata modo connivent. Et asserunt; ὡς ἀναγκαῖον ἀδικεῖν τὰ μικρὰ, τοὺς βουλομένους τὰ μεγάλα δικαιοπραγεῖν: *necessarium esse in parvis à justitia abire, qui salvam eam velint in magnis.* Jasoni Thessalo tribuit Plutarch. in Polit.

Ut, præter leges occidere:

Quid enim, inquiunt, si unus alterve regnum meum turbant, nec legibus in eos facilè vindicem sine majore turba; nónne fas clàm tollere? Videtur. Et hoc referendum inter *magna* illa *exempla*, quæ *habent aliquid ex iniquo, quod adversus singulos utilitate publicâ rependitur.* Tacitus XIV. Ann.

Privilegia flectere, aut frangere:

Quid etiam, si leges aliquæ aut privilegia Subditis, non pro meo bono, violare non possim? possim: καὶ ἐγὼ τοὺς νόμους μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν νόμων ἄρχειν, πρὸς τὸ συμφέρον: *nec juxta leges solùm, sed legibus ipsis imperare, usu sic suadente.* Plut. in Flamin.

Aliena occupare:

Denique tertiò, si urbs aut provincia Statui meo peropportuna, quam nisi occupo, alius faciet cum æterno meo metu aut damno: non præveniam? Illi volunt. In quibus hæc talia semper licita & proba, si cum successu.

Honesta quædam scelera successus facit. Seneca Hipp. Dio. XLVIII.

Ἐν γὰρ δὴ τοῖς τοιούτοις, τὸ κρεῖττον πάντως ἀεὶ καταισχύνει καὶ τὸ κράτιστον ποιοῦσι: *In his enim talibus, semper & victum premunt ac dedecorant, & victorem honore omni afficiunt.* Seneca Herc. Fur.

——— *prosperum ac felix scelus,*
Virtus vocatur.

Idq; commodi tantum affectat.

Hæc, taliaque sunt, quæ rectissimas etiam mentes à recto abstrahunt: ut quò Utilitatis vexillum suum prætulit & explicuit, illuc eant. Aristot. V. Politic. cap. XI.

Principes Aristoteli haud pure bonus:

Ita Aristoteles paullùm se inclinat, & censet Principem Δεκαιοῦ καὶ τοῦ ἤθους, οὐ τοῦ καλοῦ πρὸς ἀρετήν, οὐ ἁπλῶς, οὐδ᾽ ὅλως πρὸς ἀρετὴν: *moribus talem esse, ut aut planè bonus sit aut semibonus; nec malus omnino, sed semi-malus.*

Democrito etiam injurius:

Et magnus vetusque item Philosophus dixit: Democritus.

Οὐδὲν μᾶλλον, τοὺς νῦν καθεστῶτας ῥυθμοὺς, μὴ οὐκ ἀδικεῖν τοὺς ἄρχοντας, ἢ καὶ πάνυ ἀγαθοὺς εἶναι: *Fieri non potest, quin etiam optimi Principes, ut nunc rerum status est, iniquè aliquid agant.*

Nos

Digitized by Google

Cart. II L. Nos an movemur: Haud multum. Illud saltem dederim, Principem in rebus valde afflictis & adversis, *non speciosa dictu, sed usu necessaria sequi.* *Nobis numquam nisi leviter in, plurimâ Necessitate.*

Tunc, inquam, abire leviter ab humanis legibus; sed non nisi sui servandi caussâ, augendi numquam. *Necessitas* enim *magnum imbecillitatis humanæ patrocinium, omnem legem frangit.* Seneca Declam. lib. II. *Illa excusat quædam:*

Et, ut poeta ait,

Haud est nocens, quicumque non sponte est nocens. Seneca Herc. Oet.

Hoc ipsum timide. Deus, Deus, nónne palàm reclamat? Qui igneo illo spiritu omnes istas humanas argutiolas difflat. *Apud homines tamen pot ds, quàm Deum.*

Quasi ventus folia, aut peniculum textorium. Plaut. Mil.

Ille edicit: *Dominus aversatur omnem injustitiam.* Deuter. cap. XXV.

Ille minatur: *Regnum à gente in gentem transfertur, propter injustitiam, & injurias, & contumelias, & diversos dolos.* Eccles. cap. X. *Qui parum, omnia pura vult.*

Et profectò libero ore effabor. Quòd Europa tot moribus agitatur, quòd reges & regna ardent seditionum flammâ & bellorum; veram formasse justamque caussam esse, Administrationem apud plerosque parùm veram aut justam. *Caussa (si dicendum homini) turbarum hodie à Gubernationeobliquâ.*

——— σκολιὰς κρίνουσι δίκας, Homer. Iliad. 9.
Ἐκ δὲ δίκλιν ἐλάσσωσι, θεῶν ὄπιν οὐκ ἀλέγοντες.
——— *depravant publica jura.*
Justitiamque fugant, divûm nil verba verentes.

Ideoque meritò quem deserunt, deserit: & Ibid. 9.
Τεύνει κ' αὖρ' ἄλγε' ἐδωκεν ἰκηβόλος, ἠδ' ἴπ δώσει.
Caussâ horum malorum misit Deus, & quoque mittet.

Digitized by Google

JUSTI LIPSI
POLITICORUM
SIVE
CIVILIS DOCTRINÆ
LIBRI QUINTI

CAPUT PRIMUM.

Transitio ad Militarem Prudentiam, cum excusatiunculâ aliquâ mei, quòd de eâ disseram non miles.

SED jam tibi, ô æterna Sapientia, *Lætus, lubens, laudes ago, grates, gratiasque habeo:* quòd te duce evasi ex illis salebris, & loca deveni per quæ facilior mihi cursus. Diu me tenuit Pacata illa & toga sua verè involuta Prudentia: tamen me explicui; & ad Militarem istam veni, quæ horrida, sed minime ardua, sagum suum prompte offert. Ego accipio; & sermonem unà veste mque mutans, præcepta jam molior rei bellicæ universæ. Plautus Trin.

Pars altera Prudentiæ, Militaris.

Arma viri, ferte arma. Virgil.

Nosne tradenda illi aptè?

Tune hæc audebis homo umbraticus? inquiunt. Qui seriò *numquam hostem, numquam castra videris, numquam denique partem ullius bellici muneris attigeris?* Cic. II. de Orat.

Ita, sed non à nobis.

Ego verò audebo. Nec mei tamen ingenii aut virium fiducia, sed eorum, à quibus jamdiu mutuor & sumo. Quid enim hic meum? Ordo aliquis & contextus fortassè: at verba sensusque mihi præeunt illi, quos in hac ipsa re (fidenter dicam) Annibal aliquis audire nihil abnuat, aut ipse Cæsar. Nam quid sapientes inclutosque illos viros fugit? Cur non hîc quoque rectum eorum & purum judicium? Qui partim interfuerunt, imò & præfuerunt, bellis: partim in Senatu & populo illo versati sunt, ubi assidua materies & agitatio harum rerum. Viderunt igitur, audierunt: & quod caput est, cum judicio observarunt causas ipsas originesque rerum, nec φαινόμενα solùm even-

Veteres docent. Qui usu docti:

Judicio magni.

Digitized by Google

cuum, sed ἄλλα ipsa. Alexander ille, in re quidem bellica vere Magnus, Homerum sibi militiæ magistrum assumere & asserere nihil verebatur: non meliori jure ego mihi istos? Nam vates ille (eximius sane & supra hominem vates, sed tamen vates:) quid nisi unum bellum, & idipsum fabellis asperum decantavit? Nostri isti (Historicos me intellegere palam est) ab omni pæne ævo bella, continuata serie, & intemerata fide scripserunt. Nec id tantùm. Sed pæne in ipsa narratione, aut extra eam in concionibus, velut data opera saluberrima monita & consilia miscuerunt ad omnem rem Militarem. Quæ ejus pars sive ars est, quam non ii cum exemplis subjiciant, tum verbis etiam delibent? ut *de Exercitu, de Castris, de Agminibus, de * Signorum collationibus, de Opidorum oppugnationibus, de Commeatu, de Insidiis faciendis atque vitandis, de reliquis rebus quæ sunt propriæ belli administrandi.*

Historici magistri ad militiam.

Præcepta clàm & palam dant.

Cicer. II. de Orat.

* Id est, pugnis.

In quibus cùm jam tot annos versor, & curioso isto mentis oculo cottidie vager per latos & lætos illos Historiarum campos: cur non mihi etiam fas intellegere & judicare aliquid in istis? Non enim vidisti, inquiunt. Certe. Ideoque nec usum aut tractationem armorum mihi vindico, sententiam & judicium tantùm, eaque ipsa astricta sententiæ alienæ. Ecce *in circulis omnibus. atque etiam, si Diis placet, in conviviis, sunt qui exercitum ducunt; ubi castra locanda sint, scinnt; quæ loca præsidiis occupanda: quando cum hoste manus conserendæ, quando quiescendum sit:*

Non in iis multi.

Sapere aliquid debemus ex iis.

Livius XLIV.

Vel vulgus judicat in bellis?

Et hos nemo carpit. Ego canicula & impudens, si verbum his de rebus faciam ex veterum mente? Iphicrates olim interrogatus, Τίς ἂν μέγα φρονεῖν, πότερον ἱππεύς, ἢ τοξότης, ἢ πελταστὴς, ἢ ὁπλίτης; Οὐδείς, ἔφη, τούτων, ἀλλ' ὁ πᾶσι τούτοις ἐπιτάττων ἐπιθυμῶν. *Quis tu es qui tantos spiritus tibi sumis? Utrùm eques, an sagittarius, an veles, an legionarius? Nihil horum, inquit; sed qui his omnibus novi imperare.*

Plut. in Apophth.

Cur non nos?

Æmulabor in parte, & dicam: Non ego dux aut miles, sed qui his in tempore consulere aliquid possim & suadere. Itaque pergam audacter nec vacillanti pede, in incepto: & ex veterum Scriptorum velut hortis Sententiarum flores legam, & intexam in has Capitum corollas. Quod si probe

Qui si non manu, mente tamen summus bellatores?

Digitized by Google

probe & judicio à me fiet, nemo damnet: sin aliter, tum ego quoque nihil negem. *Quisquilias volantes, & venti spolia* hæc esse. Cæcil.

Sed utrum horum sit, jam res docebit: quam ordior, & compono me in præliarem statuam, strenuè tibi cum Aristophane,

Γερψων, βυλδσων, καὶ τῇ γλώττῃ πολεμήσων: Ex Aristophan. Nebul.

Consilio, calamis, & linguâ pugnaturus.

CAPUT. II.

Prudentiæ hæc pars commendata Principi: quæ necessaria ad tutelam salutemque regni.

Principis munus Tueri.

MILITAREM autem Prudentiam, ante omnia necessariam ego Principi assero, adeo ut sine ea vix Princeps. Quomodo enim aliter se tueatur, sua, ac suos? Vis nuda ac mera huic rei parum est, nisi arte quadam & consilio temperetur: id est, Prudentia militandi.

Id non potest sine Fortitudine.

Δυοῖν γὰρ ὄντοιν, δ' ὧν σώζεται πολίτευμα πᾶν, τῆς τε πρὸς τοὺς πολεμίους ἀνδρείας, καὶ τῆς πρὸς σφᾶς αὐτοὺς ὁμονοίας: *Cùm enim duo sint, quibus omnis respublica servatur, in hostes Fortitudo & domi Concordia:* Polyb. VI.

Nec Fortitudo efficax, sine Prudentia Militari.

Hanc quidem abunde Togata Prudentia præstiterit: illam, non est aliunde petas aut impetres, quam ab illa. Non certè felicem, & cum successu. Benè ergo scriptum: *Cetera utcumque dissimulari, sed boni Ducis imperatoriam esse virtutem.* Tacitus Agric.

Absoluti regis laus.

Et Homerus perfectum suum legitimumque regem ornavit hoc elogio:

Ἀμφοτέρω, βασιλῆϊ τ' ἀγαθῷ, κρατερόν τ' αἰχμητήν. Homer. Iliad. γ.

Utrumque, & rectorem bonum, & bonum Imperatorem. Cic. pro Mur.

Ac nimirum dicendum est quod sentio. Virtus militaris, præstat cæteris omnibus.

Rerum quies & firmitas à Militiâ.

Quæ enim res vitam aut tranquillum usum habeat sine istâ? Patria, libertas, cives, atque adeò ipsi reges *latent in tutelâ ac præsidio bellicæ virtutis.* Ibidem.

Itaque vides, quàm serio hæc amplectenda sit: & merito animum atque aures dare te debere ad hanc disciplinam. Quæ talis.

CAP.

Digitized by Google

CAPUT III.

Materies, & ordo dicendorum. Bellum externum definitum, & remora ab eo suscipiendo Injustitia.

MILITARIS omnis Prudentia circa Bellum est: Bellum autem duplex. Externum & Internum. Illud definio, VIM ET ARMA IN PRINCIPEM AUT POPULUM ALIENUM. De quo primò dicam, & universa, quæ eo faciunt præcepta ad tria hæc capita redigam. Suscipiendi, Gerendi, Finiendi. Horum aliquid si neglegis, aut perperam administras, vix est, ut Bono Eventui umquam lites. In Suscipiendo bello duo hæc serio moneo, ut injustitia omnis & Temeritas ab eo absint. Illa prior maximè: nec umquam arma ulla moveas, nisi quæ mos & ratio admittunt. *Sunt* enim & *belli sicut pacis, jura: justeque ea non minus quàm fortiter debes gerere.*

Dup'ex bellum.

Quæ in Externo spectanda.

Livius v.

Jura belli servanda.

Cicero I. de Offic. Atque adeo *in* omni *republica maximè conservanda jura sunt belli.*

Ibidem. Nam *temere in acie versari, & manu cum hoste confligere, immane quiddam & belluarum simile est.*

Tacitus II. Hist. Quod si admittimus, *quid aliud quam omnium inter se gentium bella existent?*

Sallust ad Cæs. Et *barbaro ritu, cædem cæde, & sanguinem sanguine, expiabimus.*

Liv. V. Absit. Nec umquam animum tuum penetrent illæ voces: *In armis jus ferre. Et, omnia fortium virorum esse.*

Improba dicta.

Item:

Seneca Here. Fur. ——— *Quæritur belli exitus*
Non caussa,

Et illud, subtilissimæ malitiæ:

Lucan. VII. ——— *hæc acies victum factura nocentem est.*

Non, non, mihi homo: erras. Nec acies est quæ innocentiam approbat, sed caussa. Etsi plerumque, fateor, *Eventus belli, velut æquus judex, unde iis stabat, ei victoriam dedit:*

Injustitia non ab exitu sed à Caussâ asserenda: Etsi ab hac bonâ, ille plerumque bonus.

Livius III.

Nam caussa, velut Caput Bonæ spei est (liceat huc alludere) quod te ducat ad Triumphales illas terras.

Lucan. VII. *Caussa jubet superos melior sperare secundos.*

Propert. IV. Eleg. VI. Et occulta quadam internaque vi,
Frangit, & attollit, vires in milite caussa.
Quæ nisi justa subest, excutit arma pudor.

Imò

Digitized by Google

Imò ausus est Græcus Poëta scribere:

Οὐδὲν τετράσας ἄδικα, σὰς δ' ἦλθε πάλιν: — Euripid. Erechth.
Iniqua bellans bella, salvus haud redit.

Iniqua bella à duplici fonte causa: Nimis rigide. scimusque interdum aliter esse, arcano & nobis ignoto fine. Sunt autem iniqua illa omnia bella, quibus Ambitio aut Avaritia causæ. Quàm multa ea sunt! Nam si verum fateri audemus, pleriſque regibus *una & ea vetus causa bellandi est, profunda cupido Imperii & Divitiarum.* Sallust. in Fragm.

Ambitio. *Libidinem dominandi, causam belli habent, & maximam gloriam in maximo imperio putant.* Idem Catil.

Atque id in magnis animis ingeniisque plerumque contingit. Cicero 1. de Offic.

Quibus pulchrum videtur *ex omni occasione quærere triumphum.* Plinius Paneg.

Bellorum exuviæ, truncis affixa tropæis
Lorica, & fracta de casside buccula pendent,
Humanis majora bonis creduntur. Juvenal. Sat. 8.

Et avaritia. Itaque hi tales *arma in omnes habent, acerrima* tamen *in eos, quibus victis spolia maxima sunt.* Sallust. in Fragm.

Nec usquam aut umquam, hoc falsum: Illis *maximum discrimen, penes quos aurum & opes, præcipuæ bellorum causæ.* Tacitus IV. Hist.

Benè igitur poëta: Seneca Hipp.

Rupêre fœdus impius lucri furor,
Et ira præceps.

Addi potest & Ira. Aptumque, quod de Ira subjungit: quæ ipsa inter injustas belli causas. Nam illa, aut odio impulsi, arma sæpè movent non movenda. Damnat hanc aliasque illas pius Antistes: *Nocendi cupiditas, ulciscendi crudelitas, implacatus & implacabilis animus, feritas rebellandi, libido dominandi, & siqua sunt similia, hæc sunt, quæ in bellis jure culpantur.* Augustini contra Faustum. lib. XXII. c. LXXIV.

CAPUT IV.

Ordine & partitè posita, quæ ad justum bellum requiruntur: & maxime, quibus id causis capiendum,

Principi soli jus armorum. FUGIES igitur ista Princeps, nec umquam bello te implicabis nisi Justo. Quod inquies, illud est? Distinctè accipe. Quod tria hæc habet justa: Auctorem, Causam, Finem. Auctor justus est, ipse Princeps. Nec enim cuilibet sanè fas aperire

Digitized by Google

Augustin. contra Faustum. aperire Belli istas portas: sed *ordo naturalis mortalium paci accommodatus, hoc poscit, ut suscipiendi belli auctoritas atque consilium penes Principes sit.*

Aut suprêmo magistratu.

Lib. XII. De Legibus. Aut certè eos, qui in quaque Repub. loco Principum. Ideò Plato lege sanxit: Ἐὰν τις ἰδίᾳ ποιῆταί τινας τιμωρίαν ἢ πολέμου, ἢ στάσεως, ἢ ἄλλου κοινοῦ ἕνεκα ζημίας: *Si quis privatim, sine publico scito, pacem belumve fecerit, capital esto.*

Cic. pro Milone. At causa justa duplex, Defensio & Invasio. In Defensione quis ambiget? *Illud est non modo justum,* *Defendere semper licitum.* *sed etiam necessarium, cùm vi vis illata defenditur.*

Ibidem. *Hoc & ratio doctis, & necessitas barbaris, & mos gentibus, & feris natura ipsa præscripsit, ut omnem semper vim, quacumque ope possent, à corpore, à capite, à vita sua propulsarent.*

Non fit sub lumen:

Defensionem autem dico duplicem. Tuam & Alienam. Tuam, cùm vim à te tuisque arces, & *libertatem, patriam, parentesque armis tegis.*

Sallust. Catil. Alienam, iterùm duplicem: cùm a Sociis, aut Oppressis. De Sociis intellexit Tullius: *Nullum* *Sed & alios ut socios:*

III. De Rep. *bellum*, inquit, *à civitate optima suscipitur, nisi aut pro Fide, aut pro Salute.*

Aristot. Rhet. ad Alex. Fides sanè agitur, & ea te impellit, ut opitulêre iis, quibuscum societas tibi & auxilii pacta. Itaque & Princeps Philosophus decrevit: Δεῖ τοὺς ἀδικουμένους, ὑπὲρ ἑαυτῶν πολεμεῖν, ἢ ὑπὲρ συγγενῶν, ἢ ὑπὲρ ἐπιγαμιῶν, ἢ συμμάχοις ἀδικουμένοις βοηθεῖν: *Oportet injuriam passos pro seipsis arma capere, sive pro cognatis & beneficis, itemque sociis injuria affectis auxiliari.*

Aut iniquè oppressos.

Nec dissimilis ratio in Oppressis. Quos si gravior aliqua vis aut extrema Tyrannis urget, videtur cogere te commune Societatis vinclum, ut adjuves. *Qui* enim *non defendit nec obsistit, si potest,*

Cicero I. de Offic. *injuriæ, tam est in vitio, quàm si parentes, aut patriam, aut socios deserat.*

Ambros. de Offic. Imò & Christianus doctor in ea parte: *Fortitudo, quæ per bella tuetur à Barbaris patriam, vel defendit Infirmos, vel à latronibus socios, plena Justitia est.*

Defensionis specie, non longius eundum.

Atque hæc licita & legitima Defensio est. Manes in ea tantùm, nec hoc prætextu pedem manumque promoveas, & aliena apprehendas. Quod Romanos fecisse, ingenuè fatetur Romani eloquii flos: *Noster*, inquit, *populus, sociis defendis, terrarum jam omnium potitus est.*

Cic. III. de Rep.

Ma-

Digitized by Google

Invadere fas ob injurias:

Male: nec tu imitare. Jam Invasio quoque licita & justa est, sed non omnis. Illa palam, cùm injuriam vindicas, & jure gentium res tuas repetis. Nam justitiæ *primum hoc munus est, ut ne cui quis noceat, Nisi lacessitus injuria.* Idem 1. de Offic.

Sed prius tentata juris via. Quæ potior ita arino-rum.

Exceptionem vides. Itaque siquis res tuas aut jus rapuit: cape arma. Cum ea conditione tamen, ut ex formula veteri, priùs mittas *clarigatum, id est, res raptas clare repetitum.* Plin. xxii. Nat. Hist. cap. 11.

Nec enim, etiam lætus, justè statim bellum inferes: *sed cùm duo sint genera decertandi, unum per Disceptationem, alterum per Vim: cumque illud proprium sit hominis, alterum belluarum: confugiendum est ad posterius, si uti non licet superiore.* Cicero 1. De Offic.

Observa. Quoties enim judicio quispiam se sistit, arma sistenda sunt: ἡ ἐπὶ τὸν δίκας διδόντα, ἢ πρόφασιν οὐκ ἐπ' ἀδικοῦντα ἰέναι: ut gravissimæ gentis rex censuit. *In eum qui jure agere & satisfacere paratus est, nefas bellum sumere, tamquam in injurium.* Archidā. apud Thucyd. lib. 1.

At si abnuit & res retinet: *quid est quod contra vim sine vi fieri possit?* Cicero lib. xii. epist. 6.

Hic illud valeat: *Justum bellum quibus necessarium, & pia arma, quibus nulla nisi in armis relinquitur spes.* Liv. ix.

Invadere etiam fas Barbaros & impios sed violentos:

Jam & invasio quædam legitima videtur, etiam sine injuria. Ut in Barbaros & moribus aut religione prorsum à nobis abhorrentes: maxime si potentes sii, & aliena ipsi invaserunt aut invadunt. Causa enim hic est, Coërctio, & in malo repressio. Augustinus eleganter: *Cui licentia iniquitatis eripitur, utiliter vincitur.* Epist. v.

Idemque iterùm: *Apud veros Dei cultores, etiam illa bella peccata non sunt, quæ non cupiditate aut crudelitate, sed pacis studio geruntur, ut mali coërceantur, & boni subleventur.* Lib. De Verb. Domini.

Finis bonus requiritur.

Sperno causas alias; & de Fine adjungo: qui etiam in bona causa potest esse malus: Quid si enim Ultio tibi proposita? Quid si Gloria, aut Imperium? Peccas. Nec dirigenda alio arma sunt (si pura ea esse vis) quàm ad Tranquillitatem & Tutelam. *Ita bellum suscipiatur, ut nihil aliud quàm Pax quæsita videatur.* Cicero 1. de Offic. Sallust. ad Cæs.

Qui, est Pax & ques.

Sapientes Pacis causa bellum gerunt, & laborem spe otii sustentant.

CAP.

Digitized by Google

CAPUT. V.

Temeritas remota à bellorum initiis: & summatim, quæ in susceptione omni cogitanda sint.

SATIS (quod in me quidem est) ab Injustitia te arcui, nunc etiam à Temeritate. Nec enim statim, vel cùm justa Caussa oblata est, descendere te velim in Martium hunc campum. Magna res est: deliberationem postulat, eamque lentam.

Sallust. Iugurth. Nam scito *omne bellum sumi facile, cetcrùm aegerrimè definere, nec in ejusdem potestate initium & finem esse.* *Bellùm facile te indues.*

Ibidem. Uti in pureum facilè te demiseris, haud facile eduxeris: ita in bellum. Quod *incipere cuivis etiam ignavo licet, depositi cum victores velint.* *Aegrè explices.*

Thuc. 1. Itaque si sapis, τὸ πολέμῳ τὸ παραλογον, ὅτου ἐστὶ, σκοπεῖν ἀν τις ἱκανὸς, ὡς ἐν λόγῳ: *quidquid præter opinionem evenire in bello potest, prius quam ingrediare, considera.* *Præcogitanda omnia eventa.*

Liv. XXX. *Cùm tuas Vires, tum vim fortunæ, Martemque belli communem propone animo.*

Ibidem. *Utrimque ferrum, & corpora humana erunt. Nusquam minùs, quàm in bello eventus respondent.* *Nam Mars ambiguus.*

Seneca Theb. *Licet omne tecum Græciæ robur trahas,*
Licet arma longè miles ac late explicet,
Fortuna belli semper ancipiti in loco est. *Et fortuna in bellis dominatur.*

Liv. XL. Quæ *per omnia humana, maximè in res bellicas potens.*

Sallust. Iugurth. Itaque *quantumvis opibus tuis confidas, non debes certa pro incertis mutare.*

Seneca Oedip. *Non expedit concutere felicem statum.*

Sueton. Augustus. c. XXV. Liv. XXX. Quid juvat te *aureo hamo piscari?* *De summa rerum nihil jacitur.*
Simul parta, ac sperata decora, unius horæ fortuna evertere potest.

Adde huc mala, quæ necessariò in omni bello. Cujus *non adventus solum, sed etiam metus affert calamitatem.* *Clades publicæ præcogitandæ Vastitas.*

Cic. pro leg. Man. Virgil. 1. Georg. —— *non ullus aratro*
Dignus honos, squallent abductis arva colonis.

Seneca Hipp. *Tum scelera, dempto fine per cunctas domos*
Ière. Nullum caruit exemplo nefas.

Digitized by Google

Cædes. Et quod caput est, quæ sanguinis effusio & quæ cædes?

Stat cruor in templis, multaque rubentia cæde Lucan.
Lubrica saxa madent. Nulli sua profuit ætas.
—— *notum quid cæde calentibus armis* Silius I.
Quantum iræ liceat, motus que quid audeat ensis.

Mala privata præcogitanda. Hæc publica sunt. Quid si accedunt privata etiam tua mala? Nam ærarium exhaurietur, *conversâ in usum militum omni pecuniâ.* Tacitus I. Hist.

Princeps tunc odia excipit. Te objicis periculis, imò & calumniis. *Nihil* enim *tam capax malignitatis sermonumque, quàm bellum.* Quinct. Declam.

Causa mali dicitur. Imò scripsit quispiam: Πολέμῳ κοσμεῖσθαι ἀεὶ ἀναγκαῖον εἶναι τὰς πρὸ ἀρχῆς ἀπὸ τῶν ξυμφορῶν λαβούσας: *Bello instituto, necesse esse Principes malè audire & culpari, ob damna.* Thuc. V.

Et sanè *iniquissima bellorum conditio hæc est. Prospera omnes sibi vindicant, adversa uni imputantur.* Tacitus in Agric.

Horum respectu omne bellum fugiendum. Quæ talia penitus si consideras, an non fateare, *Bellum etiam justum detestandum?* Aug. XIX. De Civit.

Præsertim pio & Christiano Principi. Qui, ex divinâ lege, *alieno sanguini tamquam suo parcit, & scit homini non esse homine prodigè utendum.* Senec. ep. LXXXIX.

Ad quod multi excitant: Sperne igitur illas in Aula tua *furias faceſque belli.* Liv. XXI.

Ut nobiles, Quo in numero interdum *Nobilitas, cui in pace durius servitium est:* Tacitus XI. Ann.

Turbidi, Sæpiùs feroces aliquot & turbidi: quos dixeris πρωνείας ἐπὶ τῷ μήτε αὐτοὺς ἔχειν ἡσυχίαν, μή τε τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις ἐᾶν: *in id natos, ut neque ipsi quiescant, neque alios sinant.* Thuc. I.

Exsules. Non ratò etiam Peregrini aut Exsules, qui suâ spe aut *metu, cunctantem in arma propellunt.* Tacitus III. Hist.

Publico prætextu, sed privatâ causâ. Nam, ut poëta canit,
Quemque suæ rapiunt scelerata in prælia causæ. Lucan. I.
Suæ, inquam, non Tuæ aut Publicæ, ne erres.

Non audiendi. Sed tu quid credas? In tali re scito *consilium ab omnibus dari, sed periculum paucos sumere.* Tacitus III. Hist.

Uno adverso ictu *languebunt omnium studia, qui primò alacres fidem atque animum ostentabant.* I. Hist.

Belli nomen bellum: Ne temere ergo crede: & sententiæ unius scuto omnes istos suasores repelle. Γλυκὺ πόλεμον ἀπείροις· ὃν δὲ πεῖρα δεῖ τῆς μελλούσης, οὐκ ἀγαθὰς ἔσεσθαι: Pindar. apud Stob.

Suave

Digitized by Google

Res turpissima.

Suave bellum non expertis. At qui gustavit, valdè contremiscit animo quoties adventans illud videt.

Vix nisi necessariò, & veniendum.

Felicem & magnum Augustum illum semper cogita: qui *nullis gentis sine justis & necessariis* (vocem nota) *caussis bellum intulit.*

Sueton. August. cap. XX.

Atque utinam hunc affectum tibi imprimam! ut *sine cupiditate, sine impotentiâ, quietus secretusque,*

Tacit. De Morib. Germ. Plinius Paneg.

Nec provoces bella, nec timeas.

Nec molestiæ capiendæ.

Id beatius, quam suas alienasque fortunas spem metuque versare:

Tacit. De Morib. Germ. l. Hist.

Aut cadet in timendæ.

Et illuc descendere, ut aut *perire necesse sit, aut quod æquè apud bonos miserum est, occidere.*

CAPUT VI.

Ad Gerendum bellum tria requisita. Primò Apparatus triplex; Pecuniæ, Commeatuum, Armorum.

DECRETA mea in Suscipiendo bello habes: transeo ad Gerendum. In quo tria considero vel potiùs desidero; Apparatum, Viros, Consilia. Apparatum dico, RES NECESSARIAS AD USUM OMNEM BELLI. Uti sunt hæc tria: Pecunia, Commeatus, Arma. Nam hæc nisi jam antè & ex præparato habes, frustrà cogites de bello. *Prius est parare bellum, quàm exercere.*

Apparatus belli, quid, & quotuplex. Ante bellum faciendus.

Quintil. lib. XII. Inst. t.

Imò

Publius.

Diu apparandum est bellum, ut vincas celeriùs.

Per bellum exactiones odiosæ aut periculosæ.

Nam in ipso bello, incommodum aut serum, quoniam ut prudentissimus Athenienſium verè monuit, Αἱ εἰσφοραὶ τὰς πολέμους μᾶλλον, καὶ βιαίους ἰσφορεῖς ἀνίκεσι. *Ex præparato copiæ, bella magis sustinent, quàm violentæ collationes.*

Pericles apud Thucyd. libro I.

Igitur provido Principi *antequam inchoetur bellum, de copiis expensisque solicitus debet esse tractatus.*

Veget. III. cap. III.

Pecuniæ, spiritus vitalis belli.

Maximè de Pecuniâ. Quæ adeo necessaria, ut quemadmodum *medici negant sine nervis homines ambulare posse*:

Petron. Satyr.

Ita nec bellum usquam progredi sine illâ. Hæc motum, hæc animam illi dat: & oraculum est, Τὰ πρῶτα τοῦ πολέμου, χρήματα καὶ δύναμις πεζικὴ καὶ ναυτική: *Pleraque belli res consilio & vi Pecuniarum.*

Thuc. II.

Digitized by Google

Nec arma valida sine illâ.

Nam profectò, si consideras, Ἐν ὁ πόλεμος οὐχ ὅπλων τὸ πλέον, ἀλλὰ δυνάμεως, δι' ὧν τὰ ὅπλα ὠφελεῖ: *Bellum est non in armis maximè, sed in expensis & sumptibus, per quos efficacia arma & utilia fiunt.* Idem I.

*Annonæ necessitas.

* Lib. IV. cap. IX.

Et plura de Pecuniæ vi * suprà dixi. Nec minùs necessaria etiam Annona: sine quâ non dicam vincere non est, sed nec vivere. Nam *qui frumentum necessariumque commeatum non præparat, vincitur sine ferro.* Veget. III. c. XXVI.

Et reliquis casibus potest in tempore subveniri: pabulatio & annona in necessitate non habent remedium, nisi antè condita. Idem III. c. III.

Usus duplex:

Paranda igitur ea, & quidem in usum duplicem: Militum, & Præsidiorum. Illi, dum in agmine & castris sunt, ne egeant: ista, *ut adversus moras obsidionis annuis copiis firmentur.* Tacitus Agric.

* Ad poscam militarem.

* Ad usum equorum.

Mirari libet hac in re Romanam dispositionem. Quæ ad utrumque hunc usum in plerisque opidis, *totius anni in * aceto, frumento, lardo, atque hordeo & * palcis, condita habebat.* Capitol. in Gord.

Culpare contra hodiernam incuriam. Cùm fere *mendicitas ad omnem desperationem vocat armatos.* Lamprid. Alexand.

Milites intractabilis. Et duci nec audient cunctigens,

Disciplinam non potest servare jejunus exercitus. Cassiod. II. Var. c. XIII. Lamprid. in Alex.

Et, ut Imperator ille dicebat, *miles non timet, nisi vestitus, armatus, calceatus, & satur, & habens aliquid in zonulâ.*

Armorum præparatio.

TERTIO loco Arma posui. Intellego, ut Armamentarium aliquod Princeps habeat, in quo ad certum numerum peditum equitumque tela & arma. Itemque tormenta, machinæ, pulvis, & quæ talia juvandis viribus hæc aut prior ætas invenit. Addo naves, & instrumentum omne nauticum, si regio ejus maritima & portuosa. Nam subitò ista ægrè parantur: & semel parata non solùm in bellum valent, sed ne sit bellum.

Navium rerumque nauticarum.

Metiendum hæc P. Lucivem faciunt.

Nemo provocare audet aut facere injuriam ei regno aut populo, quem intellegit expeditum atque promptum ad vindicandum. Idem III

Et pacatur.

Et *qui desiderat pacem, præparat bellum.* Idem II.

CAP-

Digitized by Google

CAP. VII.

Milites terrestri quidem bello necessarii, duplices Equites, Pedites que. Quæsitum breviter, utrorum major usus.

Quid viri, & rerum divisio.

AT Viros hic intellego, ARMATVM MVLTITVDINEM, APTAM IMPVGNARE VEL REPVGNARE. Eam diuido, in Milites & Duces. Milites iterum duplices, Pedites & Equites. Nam utrisque sane opus est. A quibus *omne* bellicis *consiliis robur, & sine quibus quamvis egregia, invalida sunt.*

Tacitus 1. Hist.

Equites præstant peditibus.

Sed utris magis? dubites. Polybius (peritus hercules in omni re bellicâ & civili scriptor) Equites attollere videtur, & vim præcipuam asscribere ad vincendum. Κρείττους, inquit, ὡς τὰ πολλὰ τῶν πολεμικῶν καιρῶν, ἡμίσεις ἴσχυσι πρὸς ἴσους, ἐπιφερόμενοι δέ πῆς ὅλοις: μᾶλλον, ἢ πάντα πάσαις ταῖς πολιτικαῖς ἰσχύσι λήψεσθαι δόξειαν: *Melius est ad belli usus, * dimidiam partem pedetum habere, & prævalere numero equitum, quàm omnia paria hostibus nactum in aciem descendere.*

Lib. III.

*Intellege respectu hostium.

Sed dum taxat in pugnâ.

Nec de Pugna, nimis negem; nego de Bello universo; in quo Peditem præpono. Nam ad opida propugnanda, aut expugnanda quis equitum magnus usus? quis etiam in montanis locis, aut impeditis? *Ex quo intelligitur magis necessarios reip. pedites, qui possint ubique prodesse.*

Veget II. cap. II.

Tum bello pedites meliores.

Scriptor meus hoc vidit, & vigilanti lectori ingessit, de Cattis: *Omne*, inquit, *in pedite robur.*

Tacitus De Morib. German.

Additque: *Alios ad prælium ire videas, Cattos ad bellum.*

Ibidem.

Imo & in pugnâ boni.

Quamquam & in ipsis prœliis cur Peditibus minor vis? Tardius ille vincit fortasse, sed certius. Nam *equestrium virium proprium, cito parare, cito cedere victoriam.*

Ibidem.

III. Hist.

Quin ipsum illum impetum & *procellam equestrem*

Facilè excipit, si idoneus illi ordo & arma: quod fit per Disciplinam. Summus harum omnium que rerum judex, ita protulit. Ἄνευ μὲν συντάξεως, ἄχρηστον τὸ ὁπλιτικόν, καὶ δι' ἀπειρίαν τῶν τοιούτων ἐμπειρίας τε τάξεως, οὐ τοῖς ἀρχαίοις ἦν ὑπῆρχον, ὡς οὐ τοῖς νῦν ἐπιδείκνυσιν εἶναι τὴν ἰσχύν: *Sine ordine, inutilis pedestris armatura. Ratio autem & peritia ordinandi ignota*

Inita cum Equitibus: si aptè instructi & positi.

Arist. IV. Polit. c. VIII.

Digitized by Google

antiquis : ideoque in equite apud eos omne robur.

Barbari equitatu gandent.

Disce. Ubicumque bona & composita militia, Peditem prævalere ; apud rudes aut barbaros, contrà. Nec sanè inutiliter disciplina & ratio illum provexit: quia parabilior, & simul major *numerus peditum sumptu & impensâ minore nutritur.* Veget. II. cap. 1.

Miser in pedites sumptus.

Ex his concludo, *in universum æstimanti plus penes peditem roboris esse.* Tacit. de Morib. Germ.

CAPUT VIII.

Utrosque bonos esse debere : alioqui pro nihilo omnis copia. Fieri bonos dupliciter, Delectu & Disciplinâ. Ea neglecta hodie, & super hac re justa veraque querela.

Milites bonos habendi, Magis quam multi.

HÆC discrimina Militum sunt: quæ frustrà tamen ingero, nisi illi boni. Cui usui quamvis magna Equitum Peditumque multitudo, si ignava, imperita, & tantùm multitudo? Tu scito *non vires eam habere sed pondus :* Senec. VI. de Benef. cap. XXXI. Liv. : X. Synes. Epist. LXXIX.

Et esse *impedimentum majus, quàm auxilium.*

Græcus ille scitè monuit : Χρεία δὲ τῷ πολέμῳ χειρῶν, οὐ ὀνομάτων πολλῶν : *Manibus opus est bello, non multis nominibus.* Veget I. cap. XII.

Tolle mihi vana, & in oculis vulgi magna. Quoniam *in omni conflictu non tam prodest multitudo, quàm virtus.* Tacitus

Pauci, qui semper vincunt.

Etiam in multis legionibus pauci sunt, qui prælia profligant. XIV. Ann.

Ad virtutem ergo veniendum: id est, ut bonos eos habeas forteſque. Nec habebis umquam, nisi hæc duo velut instrumenta adhibeas, Delectum & Disciplinam: alterum parandis iis, alterum formandis. In quo video futurum ut multa suadeam, quæ ex usu magis, quam quæ in usu. Quid faciam? Hodiernam Militiam tristi oculo intueor, pudendam lugendamque nobis, hosti ridendam aut spernendam.

Militia nostra corruptissima.

Tacitus I. Annal

Itaque cogor apertis tibiis canere, & *illa militiæ flagitia palàm aspernari :*

Sine serio delectu. Pessimi enim asciscuntur aut pessimi.

Atque adeò imaginem ejus proponere : non ut convitium ævo faciam, sed ut medicinam. Nam principiò, Dilectus quæ forma apud nos? nulla. *Emunt milites, non legunt.* Ex Gal. bæ dicto. I. Hist.

Pecuniola proponitur, tympanum strepit : & ecce coëunt aliquot *ignoti inter se, ignorantesque.* Liv XXI. Curt. IX.

Purgamenta urbium suarum ; Qui-

Digitized by Google

Tacitus III. Ann. Egesip. IV. c. IV. Pseudo. Sallust. in Cicer.

Quibus ob egestatem & flagitia, maxima peccandi necessitudo est.

Assueti latrociniis, bellorum insolentes.

Atque ut uno verbo absolvã, *quorum lingua vana, manus rapacissimæ, gula immensa, pedes fugaces, quæ honestè nominari non possunt inhonestissima.* *Vitiis coopertis.*

Plerique enim profectò tales: (nam omnes absit ut culpem.) aut si qui melioris notæ immixti, facile abripiuntur & velut obducuntur à reliquâ illa fæce. Atque hæc in Dilectu. In Disciplina quid? *Nec formam saltem ejus & extrema tamquam lineamenta servamus.* Cicero V. de Rep. *Sine ullâ Disciplinâ. Certatim lasciviunt.*

Tacitus III. Hist. II. Hist. Atque ut *olim virtutis modestiæque, nunc procacitatis petulantiæque certamen est.*

Omnia indisposita, temulenta, pervigiliis ac Bacchanalibus, quàm Disciplinæ & castris propiora.

III. Hist. Imò *nec in procinctu & castris habentur. Sed per omnia municipia desides hospitibus tantũ metuendi:* *Pagenses vexare. Consectantur.*

IV. Hist. Curt. VI. I. *Effundunt se in luxũ, & epulas, & nocturnos cœtus.* Ibi *circumferri merum largiùs jubent, debellaturi super mensâ* ALEXANDRVM. *Potant, & tum pugnant: Apud hostes trepidant.*

Ibidem. Sallust. Fragm. *Suas vires extollere, hostiũ paucitatẽ contemnere.* Sed, ò dedecus! ad ipsos cùm ventum est, *neque animo, neque auribus, neque linguâ competere.*

Et fit illud Homericum,

Iliad. o. ——— πᾶσιν δὲ βροτοῖσι κάτεσσυτο θυμός.

— inque pedes cunctis mens decidit imos.

Vere *galeati lepores.* *Fugiunt: Violenti ad prædas, ignavi ad prælia.*

Comificii dictum de suis militibus. Livius XXVIII. Tacitus II. Hist. Sallust. Iugurth. *Quibus ut ad populandos finitimorum agros, tectaque urenda, & capienda pecora, aliqua vis sit: ita in acie ac signis collatis nulla est.* *Decoris securi.*

Nam ita collectis, ita habitis, *nec in victoriâ decus est, nec in fugâ flagitium.*

Ad summam, Militia hæc nostra est. *Exercitus linguâ, quàm manu promptior; prædator è sociis, & ipse præda hostium.*

CAPUT IX.

De Dilectu cœptum dici. Sed primò quæsitum, Exteri an Domestici præferendi? Nos istos censemus, cum causâ.

Quæ omnia fœda, turpia, & perdendæ Militiæ patriæque esse quis non videt? Tibi emendanda Princeps: cujus est *pro salute reip. & nova excogitare, & antiqua restituere.* *Hæc immutanda.*

Veget. I. c. XVIII.

Digitized by Google

Recreato Delectu & Disciplinâ.

Restitue ergo illa duo, quæ jam præsignavi, Delectum & Disciplinam: sola probæ germanæque Militiæ vel fundamenta, vel firmamenta. Delectum appello, EORUM QUI ARMIS IDONEI SUNT CUM JUDICIO ELECTIONEM, IDQUE E TUIS. Diserte addo, è Tuis. Nam Militiam hanc Peregrinam quî approbem? Aut quis serio Delectui in eâ locus? Mos invexit, fateor: sed non Ratio. Quam ego audio, & Domesticum militem longe semper præferam Externo. Caussæ istæ.

Quid ille sit?

An exteri & mercenarii legendi?

Ego & ratio negamus.

Nam vix fides apud eos.

Infidi sæpe exteri: & *majore ex diverso mercede, jus fasque exuunt.* Tacitus III. Hist

Tritum illud, in iis proprie obtinet,

Vænalesque manus. Ibi fas, ubi maxima merces. Lucan.

Vix patientia.

Iidem Refractarii. Amantque *non juberi, non regi cunctaque ex libidine agere:* Tacitus IV. Hist.

In pugnâ frigidi:

Idque sæpè *propinquo summæ rei discrimine.* I. Hist.

Cùm tumultuari eos videbis & *seditios e agere:* III. Hist.

Aut pavidi.

Aut in ipsa etiam pugna, *sine pudore flagitii sine cura ducum, abire, fugere.* I. Annal.

Quid mirum? *non fide, non affectu tenentur.* In Agric.

Ut seriò velint aut debeant *dominationi alienæ* Ibidem. *sanguinem commodare.*

Itaque plerumque *plus ibi minarum, quàm periculi.* Liv. VI.

Civibus perniciosi.

Adde, quòd graves incolis. Soliti *omnia tamquam externa aut urbes hostium, urere, vastare, rapere:* Tacitus II. Hist.

Populatores terræ, quam a populationibus vindicare debebant. Curt. III.

Graves ærario.

Imò re ipsum diripere. Veræ *hirudines ærarii:* Ciceto V. ad Att.

Et quorum opera maximè, hodie

Ossa vides regum vacuis exsucta medullis. Juvenal. Sat. IIX.

Magis fidi Interemi.

At in Domestico & proprio milite, melior mitiorque res est. *Qui non fortitudinem magis, quàm fidem colit.* Curt. X.

Obedientes.

Cui *obsequium & patientia imperii longè præstantior, quàm exteris.* Ibidem.

Acres in pugnam.

Ille idem acer in acie: *in prima fronte concurrens, & adversa vulneribus pectora ferens, ne Imperatoris sui signa vertantur.* Sen. I. de Clem.

Reverentiâ vel amore Regum.

Est enim natura plerisque *populis urbibusque consensus quidam protegendi amandique reges.* Ibidem.

Quod *nomen, gentes, quæ sub regibus sunt, pro Deo colunt.* Curt. X.

Amantiores patriæ,

Denique ille modestior & reveretur ac suspicit *loca sedesque patrias.* Tacitus II. Hist.

Ut

Cart. 2. Ut ego omnino præferendos censeam *genitos tibi milites, non ascitos.*

Mercenarii tamen interdum milites. Sed paucos.

Nec illos tamen planè spernendos. Utique si major vis aut necessitas ingruat: per quam mitti suadeam ad finitimos, qui *auxilia mercede faciant.* Tacitus VI. Ann.

Sed auxilia. Ut vires inquam & robur exercitus è tuis sint, nec corpus exteri faciant, sed membrum. Nam *id cavendum semper* providis *ducibus, exemplaque* vetera *pro documentis habenda, nec ita externis credant auxiliis, ut non plus sui roboris suarumque virium in castris habeant.* Liv. XXV.

Ubi multi, sæpè destituunt, aut prodant.

Alioqui, vide ne serio, sed serò plores: & fiat illud vetus,

Ἔξαπάτησέ νιν χάραξ τὸν ἄμπελον: Aristoph. in Vespis.

Decepit ipse vineam palus suam.

CAPUT X.

Objecta & rejecta ea, quæ contra Domesticum militem dicuntur. Hunc regum esse, illum Tyrannorum.

Objectio prior, à robore naturali quarundam gentium.

Veget. I. cap. 11. AT enim, inquiet aliquis: *Gens gentem præcedit in bello, & plaga cœli non tantum ad robur corporum, sed etiam animorum facit.*

Secunda à metu rebellionis.

Ergo melius, spretis Domesticis, Mercenarios conduci è pugnaci aliqua gente. Item: Regi à subditis periculum, si eos armat. *Non in fide, non in officio manebunt.* Livius XXVII. Idem.

Atque adeò aliquid fortasse *adversus summi imperii majestatem audebunt.*

Responsio ad illam.

Hæc jactari vulgò & inseri auribus Principum scio: sed maligne profecto aut falsò. Nam quod ad primum, vere illud dici non nego: sed hoc quoque verè. Ex quavis Europæ nostræ parte: (illi scribimus) *si modo exercitati & prudentes viri Delectui præponantur, celeriter manum bellis aptam posse aggregari.* Idem L. II. c. XVIII.

Viros enim ea ubique fert: *qui omni armorum disciplinâ vel arte bellandi, veteres illos milites qui orbem terræ subegerunt facile coæquabunt.*

Responsio ad istam.

Institutio modo adhibeatur & Disciplina, de qua mox dicam. Jam quod ad Metum à subditis: ille vero vanus. *Hæc persuasio illorum fuit, qui hostilia cùm facerent, timebant.* Plinius Paneg. Plato VIII. de Leg.

Tyranni exarmant suos.

A Tyrannis, inquam, hæc opinio. Φοβοῦμαι δ' ὁ ἄρχων ἀεχόμενον, ἢν μὴ κολάσῃ, ἢν πλείονες, ἢν ἰσχυρὸν, ἢν

Digitized by Google

ἀδεῆσον, ἔτι τὸ παρέπαν πολιμικὸν ἰκὰν ὠφελῆσαι: *Nam princeps subditos metuens, neque bonos eos, neque opulentos, neque fortes aut animosos, neque in universum bellicosos fieri, volens quidem umquam patietur.*

Reges fidem habent & inveniunt.

At ea à nostro Principe abest: cui bono, semper illi boni. *Objicient se mucronibus insidiantium.* Seneca 1. de Clem.

Et se suaque jactabunt, quocumque desideraverit imperantis salus. Ibidem.

CAP. XI.

Qui legendi in milites? Duo genera facienda: Ordinarios & Subsidiarios. Atque utrique seorsim descripti.

ERGO Dilectus è tuis esto. Sed, ut addidi, CVM JUDICIO: quod in his duobus pono. Quos & Quomodo legas. De priore ita censeo, duo genera Militum scribenda; Ordinarios, & Subsidiarios.

Ordinarius miles: Subsidiarius.

Illos QVI ADSIDVE ET VELVT EX MUNERE ATQUE ARTE MILITENT: ISTOS, QUI RARENTER, QUIQUE DOMI SINT ALIARVM RERVM. Priores illos non aliud esse volo, quam legitimos quosdam perfectosque milites, & ut ita dicam, verè Martis pullos. Qui lecti in hanc unam spem, formentur omni *armorum exercitio, disciplinâ castrorum, usuque militiæ.* Veget. 1. ca. 1.

Priorislaus & usus.

Qui sint velut invicta quædam acies; & *ipsâ plerumque famâ bella profligent.* Tacit. De Morib. Germ.

Hi tales omnino Principi necessarii, *in pace decus, in bello præsidium:* Ibidem.

Non multi describendi.

Sed necessarii haud multi. Non solùm quia Sumptus vito (immensi, enim faciendi sint in assiduum illum frequentemque militem:) sed quia turbas. Nam profectò ubi illi multi, facilè *proni ad res novas:* 1. Hist.

Ob causam duplicem.

Tum ingenio suo, tum *ubi vires respexêre, securitate.* Ibidem.

Atque eveniet, ut *contra morem obsequii, contra fas disciplinæ* interdum *vim meditentur.* 1. Ann.

Non item in pace, una habendi.

Quibus rebus una cautio, si nec multi nimis sint: nec semper una. Hoc volo, ut *extra bellum, centurias tantùm suas turmasque noverint.* 1. Hist.

Nam *longis spatiis discretos exercitus, quod saluberrimum est ad continendam militarem fidem, nec vitiis nec viribus miscentur.* Ibidem.

Sed

Digitized by Google

Sed quo numero Ordinarii isti igitur? Ægrè certum aliquem definiam (pendet sæpè à temporibus res, tum à magnitudine cujusque regni: tamen communiter, κῆ πᾶχυ ἐρῶ: sic præscribo. In mediocri aliquo regno, unam * Legionem satis esse, cum tribus equirum * Alis: in magno, alterum tantum. Nam Equitum numerum paullo grandiorem, quàm pro modo Peditum, hic esse volo, quia è Subsidiariis, Pedites facilè expleas, & bonos reperias: at in Equite aliter est. In quo tractu & morâ opus, ut *exerceas & docendum cures equo, armisque.*

Quadammodo ego hic judicio legendi.

* Plenam intellego, sex millibus peditum & equitum quadringentorum.

Livius XXII.

Equites hic inprimis curo.

Ordinarii isti sunto. At SUBSIDIARIIS etiam opus ut te firmes: quoniam palàm est, exiguam illam manum non esse ad omnem vim hostilem. Hos non aliud esse volo, quàm paratas semper Auxiliares aliquas copias, sine duplici: sive ut prioribus illis in acie jungas, sive ut in præsidia distribuas opidorum. Qui hoc ab Ordinariis differunt, quòd illi quidem toto genere vitæ milites sint, *& tantùm in usum præliorum sepositi, velut tela atque arma, bello reserventur:*

Subsidiariorum descriptio & usus.

Discrimen ab Ordinariis.

Tacit. De Morib. Germ. I. Hist.

Isti dumtaxat *juventus sveta armis, & more militiæ exercita.*

Sallust. ad Cæs.

Qui extra belli tempus, *in artes vitas que varias disparati,*

In pace, sibi vivunt:

Res suas agunt: per bellum evocantur: & eamdem aut similem operam tibi, quam Mercenarii, præstant. Sed hoc meliorem: quod non solùm *reverentius & æqualiùs duci parebunt,*

In bello bellant. Obnoxii sunt,

Tacitus II. Hist.

Sed etiam minùs impendiosi tibi erunt. Quoniam omnino *viliùs constat armis erudire suos, quàm alienos mercede conducere.*

Damnosi non sunt.

Veget. C. XVIII.

Quod exteri illi in itu & reditu consumunt, hoc si in armandis istis impendis & exercendis egregiam habes, & ad manum tibi semper militarem manum. Nam illi longinquè accersendi, & cum dispendio sæpè exspectandi sunt: hi in tuâ sede, uno edicto evocantur & adsunt. Unde eos parabis? é pagis. Nam opida hic fugio caussâ duplici. Primùm, quia omnino melior ad arma rustica plebs, ut * mox dicam: deinde, quia securitati etiam Principis consulo & quieti. Nam ab armis ferociorem & magis exsultantem populum fieri, non est negandum. Quæ si opidanis passim arribuis, vereor ne locis & mœnibus freti *rebellionem* fortasse *cœpisse.* Ut

Parationes exteris.

E pagis parandi.

Cap. seq. Urbani proni in motus: Fiducia locorum.

Tacitus II. Ann.

Digitized by Google

Et sæpe ingenio.

Ut solent homines *Odio præsentium, & cupidine mutationis*: *Ibidem.*

Atque ita *patefieri occasio etiam adversum te possit.* I. Hist.

Non item isti.

Qui metus longè à Paganis. Tum quia natura mitiores; tum quia variè sparsi & diducti, non temere consentiant & coeant in unum. Nec enim alia in Subsidiariis mea mens; quam ut per pagos vicosque singulos, quini, deni, viceni (ut frequentia aut infrequentia incolarum erit) descripti instructique habeantur: iidemque in centurias & cohortes suas tunc denique conveniant, cùm erit bellum. Quos grandi aliquo numero esse quidni suadeam? Nam revera hoc illud est, *Bellum parare simul & ærario parcere.* Sallust. Iugurth.

Numerus eorum, nostro judicio.

Si triginta aut quadraginta millenarias cohortes (ita dividam, non in legiones) ex istis legas, utile censeam: imò si plures. sed Peditum tantùm. Nam Alas rusticis non attribuo: & melius, ut in Nobilitatem & in *dites hæc à pauperibus omera inclines.* Livius I.

Quos plerosque pedites velim.

Plura, & tenuiore filo, de utilissimâ re in Notis.

CAP. XII.

Verè cum Dilectu utriqne capiendi: & Notæ quinque ordine positæ, germanæ in milite virtutis.

Pars præcipua Dilectus, Excerptio & judicium.

QUos eligas, dixi: pars altera Judicii superest, Quomodo. Nec enim passim profectò aut temere oblati adsumendi: sed *castra quoque, quos ad laborem & periculum accipiunt, fastidiosè legunt.* Seneca Epist.

Quid mirum? *Vires regni, & Romani nominis* (ait ille) *fundamentum, in primâ Dilectorum examinatione consistunt.* Veget. I. cap. VII.

Quò magis hæc pars tibi cum cura habenda & *cum constet, in omnibus locis, & ignavos & strenuos nasci.* Cap. II.

Illi seriâ inquisitione rejiciendi, hi capiendi sunt; si fortem quidem militiam vis & felicem. Boni autem robustique militis certa indicia & velut Notæ sunt, ad quas non fallaciter eum legas. Quas facio quinque: Patriam, Ætatem, Corpus, Animum, Vitam.

Sunt notæ certa militaris viri.

1. *Patria.*

Nomine PATRIÆ intellegi palàm est locum, ubi quis natus aut educatus. Quem haud temerè in Dilectu consideres: quoniam profectò *locorum asperitas hominum quoque ingenia durat.* Curt. VII.

For-

Digitized by Google

Seneca epistol. — *Fortior miles è confragoso venit : segnior est, urbanus & verna.* — *Urbicolæ, non boni :*

Tacitus I. Ann. — Itaque in utravis militia hunc sperno. *Nam vernacula illa multitudo, lasciviæ sueta, laborum intolerans :* — *Procaces,*

III. Ann — Mercurio addicta, qui effæminat. Semperque homines, *quanto pecuniâ dites & voluptatibus opulenti, tanto magis imbelles.* — *Molles.*

Veget. I. cap. III. — *Ex agris ergo*, nostro judicio, *supplendum robur præcipue videtur exercitus.* — *Agrestes boni :*

I. De Re. rustic. I. — Catonis oraculum audio : *Ex agricolis & viri fortissimi, & milites strenuissimi gignuntur.*

Veget. I. cap. III. — Et usu constat *aptiorem armis rusticam plebem, quæ sub divo & in laboribus enutritur.* — *Laboriosi.*

Sallust. Iugurth. — Quæ assuevit *hiemem & æstatem juxtà pati, humi requiescere, eodem tempore inopiâ & labore tolerare.* — *Duri.*

Cæs. I. De bell. Gall. — *Minimeque ad eum mercatores sæpe commeant, atque ea quæ ad effæminandos animos pertinent, important.* — *Sine commerciis.*

Sallust. Catil. — *Talibus viris, non labor insolitus, non locus ullus asper aut arduus erit, nũ armatus hostis formidolosus.*

Veget. I. cap. III. — *Nescio enim quomodo minus mortem timet, qui minus deliciarum novit in vitâ.* — *Sine deliciis.*

Tacitus VI. Ann. — Itaq; ex iis leges. Sed hos maximè, qui *saltuosos locos incolentes, duritiæ patientiæque magis insuevere.* — *Optimi etiam ex illis silvestres & montani.*

De Moribus Ger. — Aut si qui Septemtriones & mare versus, *ipso terræ suæ solo & cœlo acriùs animantur.* — *Aut ad mare borreum.*

Veget. II. cap. IV. — At Nota altera ÆTATIS est. In quo, *si antiqua consuetudo servanda est, incipientem pubertatem ad Dilectum cogendam nullus ignorat.* — II. *Ætas.*

Ibidem. — Quod vult etiam ipsa ratio. *Nec enim tantum celerius, sed etiam perfectius imbibuntur, quæ discuntur à pueris.* — *Juvenes legendi.*

Legi igitur eos suadeam, ex Romanâ Regulâ, ab anno XVII. aut paullùm suprà. Nam istos grandes & veteranos si misces; unà etiam vetera vitia : ut sunt propria *hujus sæculi mala, inertia & contumacia, & dedignatio parendi.* — *Seniores haud apti.*

Plinius Paneg. — Ego sanè in Dilectu *non tam veteranos intuendos nobis arbitror;*

Cicer. Phil p.

Veget. II. XIII. — Quàm eos qui possint aliquando esse boni veterani. *Neque* enim *longitudo ætatis, aut annorum numerus artem bellicam tradit, sed continua exercitationis meditatio.*

Idē III. cap I. — *Facilius autem est ad virtutem instruere novos milites, quam revocare præteritos.* Notæ

Digitized by Google

III. *Corpus.*

Nota tertia CORPUS. Quod grande & prælongum placuisse nonnullis video: ut C. Mario. Qui uironem exegit *ita ut senos pedes, vel certè quinos, & denas uncias haberet.* Veget. I. cap. V.

Grande quidam probant:

Ut regi Pyrrho. Qui *Dilectori suo fortur dixisse, Tu grandes elige, ego eos fortes reddam.* Frontin. IV. Strat. g. c. I.

Nec temerè a viris magnis abeo: tamen, me judice, *non tam staturæ rationem habere convenit, quàm virium.* Veget. I. cap. V.

Utiliusque est fortes milites esse, quàm grandes. Idem. cap. VI.

Nos mediocres.

Placeat mihi illa *media militaris staturæ.* Liv. VII.

Sic tamen *ut ex vultu, ex oculis, ex omni conformatione membrorum eos eligas.* Veget. I. cap VI.

Quod siccum vegetumque potius, quam fluidum.

Nempe quibus sunt *dura corpora, stricti artus, immax vultus, major animi vigor.* Tacit. De Morib. Germ.

Stricta, inquam, *corpora.* Nec probem facilè crassulos & *superflua carne distentos.* Veget. I. cap. VI.

Velocitas enim est, *quæ percepto exercitio strenuum efficit bellatorem:* Idem I. cap. IV.

A qua nimirum magna illa & *fluxa corpora* aliena. Tacitus VI. Hist.

IV. *Animus.*

Nota quarta ANIMI. Nam *hoc est, in quo totius reip. salus vertitur* (ait militaris scriptor) *ut tirones non tantum corporibus, sed etiam animis præstantissimis diligantur.* Veget. I. cap. VII.

Animus acer & præsens, & acutus idem atque versutus, invictos viros efficit. Cic. II. de Orat.

Audaces, probi.

Sint igitur eligendi, Audaces, *habeantque confidentiam militarem.* Veget. I. cap. VIII. Sallust. Jugurth.

Fatisuè securi.

Quibus sudor, pulvis, & alia, epulis jucundiora sint. Lucan. I.

——— *Quos ille timorum*
Maximus haud urget lethi metus. Inde ruendi
In ferrum mens prona viris, animæque capaces
Mortis.

Gloriæ avidi.

Ad summam, qui *nihil metuant nisi turpem famam.* Sallust. Jugurth.

Verendi.

Nam hanc sanè volo timeant. Vere scriptor Græcus: Οἱ δειλότατοι πρὸς τοὺς νόμους, ἀνδρειότατοι αὐτοὶ τοῖς πολεμίοις εἰσί, καὶ τὸ μὲν φοβεῖν ἥκιστα δέδιασιν, οἱ μάλιστα φοβοῦνται τὸ καλὸς ἀκοῦσαι: *Qui legum metuentissimi, iidem in hostes audacissimi; & pœ quidvis minimè verentur, quæ malè audire maximè verentur.* Plutarch. in Agi & Cleom.

Ho

Veget. I. cap. VII. *Honestas enim idoneum militem reddit: verecundia, dum prohibet fugere, facit esse victorem.*

Ultima Nota VITÆ. Id est, quo genere quæstus aut artis sese sustentent. Nam ad mollitiem aut duritiem, ignaviam aut ferociam, haud leviter hoc facit. Ego *piscatores, aucupes, dulciarios, linteones, omnesq; qui aliquid tractasse videbuntur, ad gynecæa pertinens, longe arbitror repellendos à castris.* V. *Vita. Mollities artium cultores mali:*

Ibidem.

Liv. III. Quinetiam *opificum vulgus & sellularii, minimè militiæ idoneum genus.* *Sedentarii mali:*

Sed nec servi olim admissi, aut damnati judiciis: quique genere aut vitâ infames. Aliter quàm nunc, cùm *tales sociantur armis quales domini habere fastidiant.* *Viles aut infames, mali:*

Veget. I. cap. VII.

Tacitus XV. Ann. Et castra adeò non casta, ut *quidquid usquam corrumpi & corrumpere queat, in illis visatur.*

Habes omnia de Dilectu: nisi quòd duo hæc etiam moneo. Prius, ut *non leve hoc officium putes, aut passim quibuscumque mandandum:* *Idonei ad Dilectum adhibendi.*

Veget. I. cap. VII.

Ibidem. Sed *à magnis viris, magnâ diligentiâ idoneos eligi* cures *juniores.*

III. Hist. Alterum, ut idemtidem repetas. Quia enim morbo, fuga, missione, numerus imminuitur; *nisi annis singulis, imò singulis pæne mensibus, in decedentium locum juniorum turba succedat, quamvis copiosus exhauriatur exercitus.* *Usque iteràndus.*

Idē III. cap. III.

CAPUT XIII.

De Disciplina vera & severa dictum. Ea laudata. Partes ejus (idque docendi caussa) quattuor factæ. Singulæ explicatæ.

Vales. II. cap. VII. SED *venio nunc ad præcipuum decus & stabilimentum imperii,* MILITARIS DISCIPLINÆ *tenacissimum vinculum:* *Disciplinæ utilitas.*

Ibidem. Ex *cujus sinu omnes triumphi manarunt.*

Alexand. Sev. apud Lamprid. De qua verimsimè Imperator ille ad milites: *Disciplina majorum remp. tenet. Quæ si dilabatur, & nomen Romanum & imperium amittemus.* *Ac necessitas.*

Nam fine ea quid Dilectus? Ille saltem qui possint esse boni milites, invenit, sed hæc, facit tales & servat. *Paucos viros fortes natura procreat,*

Veg. III. cap. XVII. *bona institutione plures reddit industria.*

At

Digitized by Google

Nimis neglecta hodie.

At ea tamen hodie non dicam languet apud nos, sed obiit; neque mala, sed nulla est. Ut omnino si reducere & insinuare eam volumus; *de historiis vel libris, nobis antiqua consuetudo repetenda sit.* I. c. III.

Repetenda à Romanis.

Et maximè Romanorum. Quis enim populus melius aut firmius eam coluit? Imò *Disciplina castrorum antiquior fuit parentibus Romanis, quàm caritas liberorum.* Ic. l. XXI. De capt.

Qui felicissimi ea usi.

Magno quidem cum fructu, quoniam, si inspicimus, ea sola *acriter retenta Principatum terrarum Romano imperio peperit.* Valer. II. cap. III.

Qua ipsa de caussa, tu animose Princeps, *omnibus imperii nervis ad revocandam pristinæ disciplinam militiæ debes conniti:* Ib dem.

Descriptio. Disciplinæ.

Me, pro viribus, adjuvante & præeunte. Appello autem disciplinam, SEVERAM CONFORMATIONEM MILITIS AD ROBVR ET VIRTVTEM.

Ejus partes.

Partes ejus sive munia (ut quæ variè sparsa sunt, in doctrinæ quèndam gyrum redigam) facio quattuor: Exercitium, Ordinem, Coërctionem, Exempla. Priores duæ ad ROBVR spectant maximè; tertia ad VIRTVTEM; quarta, ad utrumque. Per EXERCITIVM, intellego, ut electum militem assiduè ad Arma condocefacias & ad Opus. Ipsum nomen ita suadet. Nam *Exercitus dicitur, quod melior fit exercitando.* Varro IV. De L. L.

Exercitium.

Quod in omnire valet: Etiam hîc.

Ipsa res & ratio. Cùm enim ad omnes artes perficiendas usu aliquo & exercitio opus sit: cur id in ista militari neglegamus, *sine quâ aliæ artes esse non possunt?* Veg III. in Præf.

Dat usum armorum.

Cassius solebat dicere: *Miserum esse, cùm exerceantur athletæ, venatores, & gladiatores, non exerceri milites. Quibus minor esset futurus labor si consuetus esset.* Vulcat. in Avid. Cassio.

Dat victoriam.

Imò & felicior labor. Nam *in omni prælio, non tam multitudo & virtus inducta, quàm ars & exercitium solent præstare victoriam.* Veget. I. cap. I.

Ergo tu curabis, ut *sive Legio, sive Auxilia fuerint, exerceantur assiduè.* II. cap. XXIII.

Exercendi Armis milites.

Quomodo? Primùm *tironibus, per cottidiana exercitia, Armorum est demonstranda doctrina.* I. c. VIII.

Idque

Digitized by Google

Veget. & alii. 1. cap. IV. Idque exemplo veteri, à *Campidoctoribus*.

Ibidem. *Ut Missile, & destinato ictu, & magnis viribus jaciant:*

Ut norint tractare scutum, & obliquis ictibus venientia tela deflectere:

cap. 12. Ut militari gradu *ambulare celeriter & æqualiter discant:* *Assuefaciendi ad ordinem:*

cap VI. Sic ut *ne locum deserant, ne ordines turbent.*

cap. I. Denique, ut *quæcumque evenire in acie atque prælis possunt, omnia in campestri meditatione prænoscant.* *Ad imaginem veritatis præliorum.*

Livius XXVI. Cui rei utile, eos interdum *inter se, in modum justæ pugnæ concurrere:* *Simulata pugna bona:*

Xenoph. in Agesilao. Ac tum præmium etiam aliquod proponi, ἐφ' οἷς ἐπιμελήσονται τοῦ τοιούτου. οὐ γὰρ ἀφανὲς ἔσεσθαι ἐν τοῖς ἐπιτηδείοις, ὅτι ἂν ἄριστα τοῦτο ποιῶσιν: *& equestribus turmis, quæ equo optime utentur; & Legionariis cohortibus, quæ corpus decentissime gerent sub armis.* *Cum præmiolo aliquo firemus.*

Veget. I. cap. III. Hoc armorum exercitium esto: sed addo & Operis. Ut condiscat tiro assiduè *Laborare, decurrere, portare pondus, & solem pulveremque ferre.* *Exercendi etiam Operemilites.*

III. cap. XXI. Indurant hæc militem: & *exercitus labore profecit, otio consenescit.* *Quod corpora firmant*

I. c. XIX. Sed usum quoque sæpè habent, cùm *in arduis expeditionibus necessitas immineat annonam pariter & arma portandi.* *Et varium usum habet belli.*

cap. XII. Nec ista tantùm, sed *castrorum quoque munitionem debet tiro condiscere.* *Præsertim ad castra struenda.*

cap. IV. Eoque fine *fossam ducere, & sudes scienter figere.*

cap. XXI. Cur pigeat? *Nihil neque tam salutare, neque tam necessarium invenitur in bello:*

Frontin. IV Strateg. c. III. Sive ut te tueare, sive ut hostem premas & circumvalles. Sanè *Domitius Corbulo, Dolabra, id est operibus, hostem vincendum esse docebat:* *Sive ad munitiones in hostem.*

Cicer. Tusc. Hæc nova, inquiet aliquis. Imò pervetera, nec Romanis tantùm usitata, de quibus audi Tullium: *Qui labor, & quantus agminis? Ferre plus dimidiati mensis cibaria, ferre siquid ad usum velint, ferre vallum. Nam scutum, galeam, gladium, nostri milites in onere non plus numerant, quàm humeros, lacertos, manus.* *Hæc olim Romanis soliti.*

Digitized by Google

Hæc Germanis; aliisque.

Sed etiam priscis Germanis è quibus Catti militem suum, *super arma, ferramentis quoque & copiis onerabant.* Tacit. De Morib. Germ.

Nos, hen desides.

Aliis etiam gentibus. Atque hæc vera, hæc pulchra militia: non ista nostra, ubi in agmine plus calonum, imò & scortorum est, quàm militum. Nam fossores & ejusmodi operas, Deus bone, quanto labore quærimus, sumptu circumducimus? Sapiamus tandem, & cum Pertinace *Militemus.* Capitol. in Pert.

Emendemus.

Nec *hæc credantur esse difficilia, si usus accesserit.* Veget. I. cap. XIX.

Omne opus difficile videtur, antequam tentes: II. c XIV.

At *nihil est, quod non assidua meditatio facillimum reddat.* I. c. XIX.

Et cur *desperes fieri posse, quæ facta sunt?* III. c. X.

Ordinis usus in exercitu.

Jam pars altera disciplinæ, ORDO: qui multipliciter in Militiâ servandus. Primùm indigerendis copiis per legiones, cohortes, centurias, decurias. Quod pulchrum. Quoniam τεταγμένη ἡ στρατιὰ, καλὸν μὲν ἰδεῖν τοῖς φίλοις, διαφέρουσα δὲ πᾶς πολεμίοις: *ordinatus exercitus, jucundissimus aspici amicis, molestissimus hostibus.* Xenoph. Oecon.

Ad digerendum.

Sed & utile quia *acies distinctior & ex pluribus partibus constans, facilis partienti quacumque opus sit, facilis jungenti.* Liv. IX.

Ad imperandum:

Eademque facilior ad imperia: cùm *miles scilicet centurioni, centurio tribuno obsequitur.* Tacitus I. Hist.

Atque ita ordine *imperium Ducis simul omnes copiæ sentiunt.* Seneca epist.

Et *ad nutum regentis, sine tumultu respondent.* Ibidem.

Certum enim & clarum est, non omnia omnibus imperanda, sed *ita se ducum auctoritas, sic rigor Disciplinæ habet, ut multa Centuriones Tribunosque tantùm juberi expediat.* Tacitus I. Hist.

Ad incedendum:

Jam id quoque videndum, *In Itinere vel in Acie, ut omnes milites incedendi Ordinem servent.* Veget. I. cap. IX.

Ad standum in acie.

Ut æquali legitimoque spatio miles distet à milite: C. XVII.

Nec *ultra quàm expedit, conglobent agmen aut laxent.* Ibidem.

Denique contra omnem turbam.

Grande in his rebus momentum: & sæpè integri exercitus periere à tali aliquâ confusione. Ἔστι δ' οὐδὲν οὕτως οὔτ' ἰσχῦσαι, οὔτε καλὸν ἀνθρώποις, ὡς ἡ τάξις: *Est verò nihil tam utile aut decorum hominibus, quàm ordo.* Xenoph. Oecon.

Quem

Digitized by Google

Quem in castris etiam mihi serva. Ut illa habeant apta dimensione vias suas, portas, fora: & sint velut ad formam minutæ urbis. Ibi *pro gradu legionibus, auxiliis, equitibus, & peditibus, loca in quibus papiliones tendant, deputentur:*

Veget. III. cap. VIII. *Ordo in ipsis castris habendus. A stigmatione certâ locorum.*

Sic ut facile cuique sit & locum suum & commilitones reperire. Nec enim solùm per Centurias velim eos tendere, sed hæ *in contubernia divisæ sint: ut decem militibus sub uno papilione degentibus unus præsit Decanus, qui caput contubernii nominetur.*

II cap. XIII. *Divisione Contubernionum.*

Et plura talia, quæ alieno isto & prænè arenarum funiculo ægrè necto. Tu prompta ea habes apud Polybium maximè, ac scriptores Romanos.

Pars tertia, COERCTIO: quæ mores scilicet militum coërcet ac frænat. Nam etsi, *nescio quo pacto assiduè dimicantibus difficile est morum custodire mensuram:*

Cassiod. I. Var. ep. IX. *Cœrcitio & adstrictio morum insuspecta.*

Tamen custodiendi aliqua tenus: aut solvitur militia tua, imò perit. Tria sunt, sine quibus non robur in exercitu, non ordo: Continentia, Modestia, Abstinentia. Servabis hæc igitur. Continentiam primò, in Cibo & Venere. Id est, ne milites tui effusè sint *conviviis & ventri dediti, & turpissimæ parti corporis.*

Maximè circa tria.

Sallust. Jugurth. *Vitandus duplex luxus.*

Utraque res enervat: & *degenerat à robore ac virtute miles assuetudine voluptatum.*

Tacitus II. Hist. *A quo mollities & languor.*

Isidem. *Si quid ardoris ac ferociæ habuit, popinis & comessationibus deteritur.*

Haud vanè olim dictum: *Una Annibalem hiberna solverunt, & indomitum illum nivibus atque Alpibus, enervaverunt fomenta Campaniæ. Armis vicit, vitiis victus est.*

Seneca epist.

Quæ tu cave. Et arce severiter à castris tuis *luxurioſos apparatus conviviorum & instrumenta libidinum.*

Tacitus I. Hist.

MODESTIAM secundò exiges. Eamque triplicitèr, in Verbis, Vestibus, Factis. In Verbis: ne sint vani, buccâ turgidi, & quod dicitur, Attici milites. Qui *in conviviis & circulis, cum de hostibus mentio incidit, vix manibus temperant.*

Modestia servanda.

Livius XXII. *Jactabandi, odiosi.*

Sed iidem vix vultum eorum sustinent. Nam id eventu semper firmum: *Ignavissimus quisque, & in periculo minimum ausurus, nimii verbis, linguæ feroces.*

Tacitus I. Hist. *Imò & ignavi.*

Videbisque *viros natos militiæ, factis magnos, ad verborum linguæque certamina rudes esse.*

Liv. IX. *Vera Virtus, tacita.*

Digitized by Google

Egregie noster: *Fortissimus in ipso discrimine exercitus, qui ante discrimen modestissimus.* Tacitus I. Hist.

Itemque Philosophus: Οἱ δὲ ἀνδρεῖοι, ἐν τοῖς ἔργοις ἐξῆς, πρότερον δὲ ἡσύχιοι: *Viri fortes, in opere acres, ante id placidi.* Aristot. in Ethic. ad Nicom.

Facit, non dicit.

Quibus scilicet *pectus animorum iræque tacitæ plenum, omnem ferociam in discrimen ipsum certaminis differt.* Liv. VI.

Compesce igitur ventosas linguas, & cum Memnone edicito: *Pugnare te conduxi, non convitiari.* Plutarch. Apophth.

In curiâ verbis opus, in pugnâ manibus.

Ἐν μὲν βουλῇ πολέμου, ἐπίσω δὲ ἰὼν μάχεσθαι. Homer. Iliad. γ.

Lingua in consilio valet, in certamine dextra.

Splendor & jactantia in vestitu vitanda. Mitem horreat.

In Vestibus modestiam etiam quæro. Quia etsi meliùs, eos *in decoris armis & militaribus equis, quàm in scortis atque conviviis libidinem habere:* Sallust. Catil.

Tamen servari modum valde approbem, & sperni externum omnem luxum. Magni duces sic statuerunt: *Horridum militem esse debere, non cælatum auro argentoque, sed ferro & animis fretum.* Liv. IX.

Quippe illa, prædam verius quàm arma esse: nitentia ante rem, deformia inter sanguinem & vulnera. Ibidem.

Tales prisci illi Macedones, *non auro, neque discolori veste, sed ferro atque ære fulgentes.* Curt. III.

Cæsar hîc disciplinæ negligens:

Etsi Cæsar in mente alia. Qui suos *habuit tam cultos, ut argento & auro politis armis ornaret; simul & ad speciem, & quò tenaciores eorum in prælio essent, metu damni.* Sueton. Jul. cap. LVIII.

Fortunæ suæ confisus.

Sed nempe Cæsar. Qui rigidæ & priscæ Disciplinæ adeo non retinens, ut sit *jactare solitus, Milites suos etiam unguentatos, bene pugnare posse.* Ibidem.

Tu sperne supervacua. *Nec teneat aut terreat vanus aspectus, & auri fulgor atque argenti: quod neque tegit, neque vulnerat.* Tacitus in Agric.

Nos malumus arma videri pulcrè militem.

Multò magis hoc vide, ut benè armati tui sint, quàm ut ornati. *Necesse est enim, ut dimicandi acriorem sumat audaciam, qui munito capite & pectore, non timet vulnus.* Veget. I. cap. XX.

Hodie negligitur, magno malo.

At nunc (pudor!) *gravis pediti lorica videtur & galea.* Ibidem.

Ita fit, ut non de pugnâ, sed de fugâ cogitent, qui in acie nudi exponuntur ad vulnera. Ibidem.

In

Digitized by Google

Curt. III. In factis denique Modeſtiam exigo. Ut obnoxii nimirum parenteſque ſint, *intenti ad ducis non ſignum modò, ſed nutum.* — *Patientia docet militem.*

Tacitus II. Hiſt. Odi curioſos aut refractarios: quique *juſſa ducum interpretari malunt quam exſequi.* — *Non inquiſitio, aut refractatio.*

Livius II. IV. Benè Æmilius Paullus: *Militem hæc tria curare debere. Corpus ut quàm validiſſimum & perniciſſimum habeat: Arma apta: Animum paratum adſubita imperia.* — *Tria ejus munera.*

Ibidem. *Cetera, Diis immortalibus & Imperatori curæ eſſe.*

Tacitus III. Hiſt. Enimverò *diviſa inter duces militeſque munia.*

I. Hiſt. *Illis arma & animus ſint: iſtis conſilium & virtutis ſuæ regimen relinquant.* — *Imperatori juſſio relinquenda: Militis ſola executio:*

Ibidem. *Parendo potiùs, quàm imperia ducum ſciſcitando res militaris continetur.*

Thuc. V. Mihi Braſidæ monitum pro pulchro: Νομίζειν, ait ad ſuos, εἶναι τῷ κρείσσοι πολεμεῖν, τὸ ἐθέλειν, καὶ τὸ αἰσχύνεσθαι, καὶ τὸ τοῖς ἄρχουσι πείθεσθαι: *Cenſete hæc eſſe bonæ militiæ, Velle, Vereri, Obedire.* — *Breve, ſed pulchrum dogma.*

Caſſiod. VI. Var. ep. XIII. Tertiò ABSTINENTIAM ingeſſi. Quâ volo milites à vi rapiniſque abeſſe, & habere manus puras. *Non permittes milites eſſe poſſeſſoribus inſolentes.* — *Violentia arcenda à milite.*

Idem VII epiſt. IV. *Vivant cum provincialibus jure civili, nec inſolescat animus qui ſe ſentit armatum. Quia clypeus ille exercitus tui, quietem debet præſtare paganis.* — *Ne Provinciales inſajiat.*

Vopiſcus in Aur. *Nemo pullum alienum rapiat, ovem nemo contingat, uvam nullus auferat, ſegetem nemo deterat, oleum, ſal, lignum nemo exigat, annonâ ſuâ contentus ſit.* — *Nec paſſim rapiat.*

Cic. pro leg. Man. Denique ita tranſeant, *ut non modò manus, ſed ne veſtigium quidem cuiquam pacato nocuiſſe dicatur.*

Frontin. IV. Strateg. cap. III. An rideor? Ut nunc mores ſunt, credo. At apud veteres tam ſtrictè hæc in uſu: Ut *memoriæ hâc obſervantia mitradiderit Scaurus, pomiferam arborem, quam in pede caſtrorum fuerat complexa metatio, poſtero die abeunte exercitu, intactis fructibus relictam.* — *Veterum ſeva.*

Digitized by Google

Pars ultima Disciplinæ, EXEMPLA: quo nomine præmia intellego & pœnas. Nam profectò ad robur & virtutem militum excitandam utraque hæc valdè possunt. Præmia quidem, si benè meritis ea tribues; & Promotiones, Honores, Opes miles sperabit ab insigni aliquo facto. Necessum est acriùs ille dimicet, *quem ad opes ac dignitates ordo militiæ & Imperatoris judicium consuevit evehere.* Veget. II. cap. XX IV.

Præmiis miles erigitur.

Notum illud est: *Eo impendi laborem ac periculum, unde emolumentum ac honos speretur.* Liv. IV.

Et, *Nihil à quoquam expeti, nisi cujus fructus antè providerit.* Tacitus XI. Ann.

Itaque Romani hic mirifici. Qui non solum altiores ordines assignabant à virtute: sed etiam publicè laudes cumulabant & honores. Donabantque pro concione, hastas, phaleras, coronas.

Jam pœnis quoque omnino opus, & Severitas vel efficacissima ad militiam firmandam. Clearchi vox fuit: *A militibus Imperatorem potius, quàm hostem metui debere.* Valer. II. cap. VII.

Pœnis idem continetur.

Nam *indulgentia & largitio, speciosum reddunt præsentem exercitus amorem, paullatim tamen & occultè militarem disciplinam severitatemque minuunt.* Cæs. III. bel. Civ.

Indulgentia pernitiosa.

Ac *delicta militum nulla venia prosequi, usu salubre & misericordia melius semper apparuit.* Tacitus XIII. An.

Astringe igitur. *Aspero & abscisso castigationis genere militaris Disciplina indiget. Quia vires armis constant, quæ ubi à recto tenore desciverunt, oppressura sint nisi opprimantur.* Val. II. cap. VII.

Armati asperè habendi.

Gaudet eo ipse miles:

——— *tam diri fœderis ictu* Lucan. V.

Parta quies, pœnaque redit placata juventus.

Hocque ipsa delectat, etsi non delectat.

Discrimen tamen aliquod tibi militaris doctor ingerit. *Milites*, inquit, *pœna & timor in sedibus corrigunt, in expeditionibus, spes & præmia faciunt meliores.* Veg. III. cap. ult.

Temperum tamen in specie esto.

Dixi

Digitized by Google

Dixi de Disciplinâ, ut potui alienis verbis, distinctè & apertè. Sed iterùm inculco. Si plenam legitimamque eam vis, *Disciplinam militarem populi Romani debes inquirere, qui ex parvissimis finibus imperium suum pæne solis regionibus & mundi ipsius fine distendit:*

Ad Romanos iterum relegatus Princeps.

Idem 1. cap. 11. 1.

Idque post Deum, hac una duce.

CAPUT XIV.

Transitum ad Duces. Eos necessarios, non solùm utiles. Duplices esse. Semper in iis Peritiam magis quam Virtutem spectari. Et unum in uno bello esse debere.

DE militibus, perduxi quò volui. Alteri nunc è Viris stilum & manum meam postulant, id est Duces. Quos utiles bello esse quid dicam? Imo necessarios: animam nempe exercitus, & vitam ipsam, adeò ut verè scriptum sit, *Militarem sine duce turbam, esse corpus sine spiritu:*

Ducum necessitas.

Curt. x.

Quinct. v.

Et, *ut remiges sine gubernatore; ita milites sine Imperatore, nihil valere:*

Flor. II. xvIII.

Tanti esse exercitum, quanti Imperatorem, alibi leges.

Ut illi, talis miles.

Tacit. De Morib. Germ.

Benè & perite iste dirigit? Ille bonus. Male? malus. Itaque tu *(quod rarissimum, nec nisi ratione Disciplinæ concessum) plus in Duce repones, quam in exercitu.*

Illum ante omnia quæres; talem, qualem describam. Duo enim genera Ducum. Primarii, Secundarii. Illi, QUI SUMMA REI IMPERANT, SUISQUE AUSPICIIS ET DUCTU REM GERUNT. Isti, QUI IMPERANTIS ALTERIUS NUTU SIVE JUSSU IMPERANT, ET SUO SALTEM DUCTU REM GERUNT. In prima classe, quivis Rex aut Princeps, in suo solo: in altera, ii qui ab his constituuntur Administri bellorum & Legati. De prioribus illis, cum bellum est, *interesse eos pugnæ an seponi melius foret, dubitavêre.*

Duplici discrimine Duces. Primarii: Secundarii.

Supremi Duces an prœliis interesse debeant.

Tacitus 11. Hist.

Digitized by Google

Pro affirmante:

Nec injuria. Adesse enim ipsi rebus debere videntur. quoniam,

> ---- *Ubi summus Imperator non adest ad exercitum,* Plaut. Amph.
> *Citiùs quod non facto est usus, fit, quàm quod facto est opus.*

Adde, quòd præsentiâ suâ robur & vires inspirant militi. Nec male Antigonus olim trepidanti gubernatori (in navali prælio contra Ptolemæi duces) & multitudinem hostilium navium causanti: Ἐμὲ δὲ, ἔφη, ἀντὶ παντὸς στόλου πόσους ἡγῇ; *Me verò ipsum, inquit, præsentem cum quot comparas?* Plutarch. Apophth.

Pro negante.

Recte. Sed tamen altrinsecus caussa ambigendi etiam: quia tutius videtur, ut ille summus *dubiis præliorum exemptus, summæ rerum & imperii sese ipsum reservet.* Tacitus II. Hist.

Nam *in milite, unius sors est; in Imperatore universorum periculum.* Egesip. v. cap. xxx.

Solutio. Aliquando interest.

Ego distinctiuncula rem expedio. Nam *si status imperii, aut salus provinciarum in discrimine versatur, debebit in acie stare.* Tacitus IV. Hist.

Aliquando abest.

At censeo *minora bella, minoribus ducibus delegenda.* Ibide m.

Non enim decorum Principi, si una alterave civitas turbet, omitti urbem unde in omnia regimen. III. Ann.

Exitio sæpe fuere plures Duces.

Ergo interdum ibit ipse, interdum mittet. Pluréne? Nihil impedit: sic tamen ut imperii militaris summa sit penes unum. Semper enim reperies μίγα βλαψάμενα πρὸς τὸ πλῆθος τῶν στρατηγῶν, καὶ τὸν αὐτοκράτορα: *Plurimùm nocere & multitudinem imperantium, & regimen nullum aut incertum.* Thuc. VI.

Nec de nihilo invaluit adagio:

Πολλοὶ στρατηγοὶ Καρίαν ἀπώλεσαν: Proverbialis versus.

Multi imperantes perdidere Cariam.

Semper unus bello unus præficiendus.

Ergo legendus aliquis unus peritus, prudens. Ne *quem tu imperare jusseris, is sibi alium imperatorem quærat.* Sallust. Jugurth.

Nam

Digitized by Google

v. Polit. cap. 12. Nam peritiæ potissima hic ratio. & rectè Aristoteles: Ἐν τῇ στρατηγίᾳ, οἷς τὴν ἐμπειρίαν μᾶλλον δεῖ βλέπειν, τοῖς ἀρίστοις: *In bellicâ Præfecturâ major aspectus habendus Peritiæ, quàm Virtutis aut morum.* *Miles potius, quam vir bonus.*

CAPUT XV.

Boni Ducis πεφυϊσμένα sive Notæ. Quinque eas videri: quas ordine explicamus.

SED ut totum hoc magis tibi referam, & clariùs liqueat, qui utiliter capiendi: ego tibi veros germanosque Duces & eorum partes, paucis nec vanis coloribus depingam. Tu da mihi mentem, & quod in sacris olim acclamari solitum, Hoc age. Ego in legitimo Duce quinque hæc requiro: Scientiam, Virtutem, Providentiam, Auctoritatem, Fortunam. SCIENTIAM: nempe ut artis suæ gnarus sit, & qui militiam Tacitus III. Ann. longo usu combiberit, non auditione solùm aut lectione. *Qui plures*, inquam, *per provincias stipendia expleverit*: *Quæ spectanda in bono Duce.* I. *Scientia, sive peritia.*

Cic. pro Manil. Tacitus III. Ann. Et *nullum genus belli sit, in quo illum non exercuerit fortuna.*

II. Annal. Qui norit, *quis ordo agminis, quæ cura explorandi, quantus urgendo trahendove bello modus.*

Qui *secundarum ambiguarumque rerum sciens, eoque interritus.* *Quæ ferè à periculo utrinsque fortunæ.*

Liv. XXI. Nam isti assiduè in rebus prolixis & lætis, displicent. Nec *temerè adversa casuum reputat, quem fortuna numquam decepit.*

VIRTUTEM secundo adjungo: & intelligo Corporis ingeniique vigorem quemdam, & simul Animi probitatem. Vigorem in his talibus. Ut *exerceat legiones etiam sine bello; curâ, provisu* Tacitus III. Ann. *perinde agat, ac si hostis ingruat.* II. *Virtus. Ut alacer ad usus sit.*

V. Hist. Ipsemet *plerumque in opere, in agmine, gregarius militi mixtus, incorrupto ducis honore.*

Silius. Qui ausfit

——*primus sumpsisse labores,* *Suis præeat, & ærè ducat.*

Primus iter carpsisse pedes,

Digitized by Google

Quique adeò de se possit effari: *Facta, non dicta mea, vos milites sequi volo: nec disciplinam modò, sed exemplum etiam à me petere.* Liv. VIII.

Ipse manu sua pila gerens præcedit anheli
Militis ora pedes. monstrat tolerare labores, Lucan. IX. de Catone.

Non jubet.

Denique breviter; cui adsit *Labor in negotio, Fortitudo in periculo, Industria in agendo, Celeritas in conficiendo.* Cic. pro leg. Man.

Internas etiam virtutes habeas.

At animi virtutes adhibendæ etiam quædam sunt. *Non enim solum bellandi virtus in summo atque perfecto Imperatore quærenda est, sed multæ sunt partes eximiæ, hujus administræ comitesque virtutis.* Ibidem.

Quantâ Innocentia debent esse Imperatores? Quantâ omnibus in rebus Temperantiâ? Quantâ Fide? Quantâ Facilitate? Quantâ Humanitate? Ibidem.

Quæ nisi aut omnia, aut pleraque habeat, *non ego possum Imperatorem in aliquo numero putare.* Ibidem.

III. *Providentia. Cautus. esto.*

At tertiò PROVIDENTIAM laudo: id est, cautos cunctantesque duces, *nullo loco, nisi quantum necessitas cogat, commissuros se Fortunæ.* Liv. XXII.

Sperno equidem istos *ferociter omnia ac præpropere agentes:* Indidem.

Et *contemnendis, quam cavendis hostibus, meliores.* Tacitus IV. Hist.

Etsi calidos amat vulgus.

Etsi grati sæpè vulgo. Quoniam stolidis aut *barbaris cunctatio servilis; statim exsequi, regium videtur.* VI. Ann.

Ac sanè *si militaris suffragii res sit, haud dubiè Minutium* aliquem *Fabio præferant ducem.* Liv. XXII.

Sed temeritas alienissima à Duce.

Non tu sic desipies. Magisque cum Augusto, *Nihil minùs in perfecto duce, quàm festinationem temeritatemque convenire, arbitrabere.* Sueton. Augus. c. XXV.

Ianus ille esto.

Et cum Sertorio, Οὐ δεῖ τὸν στρατηγὸν, πυθέσθαι μᾶλλον, ἢ τοῖς πέρασιν βλέπειν: *Quod oporteat ducem respicere magis, quàm prospicere:* Plutarch. in Sertor.

Proliorum enim delicta emendationem non recipiunt. Cato apud Veg. I. c. XIII.

Et ut ille ajebat, Οὐκ ἔστι τὸ πολέμῳ δὸς ἁμαρτεῖν: *Non licet in bello bis peccare.* Plutarch. Apophth.

Atqui

Digitized by Google

Atqui peccat pænè necessariò, qui festinat. *Nam præpert, ruunt.*

Liv. xxii. *Temeritas, præterquam quod stulta est, et iam infelix.*

Nonne exposita ad omnes laqueos? Polybius pulchrè: Προπετείαν μὲν καὶ θρασύτητα τῷ θυμῷ ἄλογον, ἵπτασθαι δὲ καὶ ἐπαίρεσθαι τῇ τύφῳ, δικαίοις μὲν τοῖς ἐχθροῖς, ἐπιτηδείοις δὲ τοῖς φίλοις. πρὸς γὰρ πάντας ἐπιβουλὴν, φειδωλὸν, ἀπάτην ἕτοιμον ὄντα τοιοῦτον: *Celeritas & Audacia & Impetus præter rationem, & Vanitas ac typhus, hostibus quidem opportuna, noxia vero maximè amicis. Nam ad omnes insidias, fraudes, atque alius obnoxius est hic talis.*

Lib. iii. *Aguntnon parant.*

Quod si tamen non labitur: quid efficit? Parum. Et *Temeritas ubi primum impetum effudit,*

Curt. iv. *sicut quædam animalia, amisso aculeo, torpet.* *Lenti, fiunt miores.*

Ergo omnino ex Euripidæo scito,

Eurip. in Phœniss. Ἀσφαλὴς μὲν ἐς ἀμείνων, ἢ θρασὺς στρατηλάτης: *Melior est Dux circumspectus, quam projectè audaculus.*

Liv. xxii. *Sine timidum, pro cauto, tardum, pro considerato; imbellem pro perito belli vocent.*

Indidem. Sine *læti* sint *in vulgus milites, ferocia ducis.*

Indidem. *Malo te sapiens hostis metuat, quàm stulti cives laudent.* *Efficaciores.*

Indidem. *Ista nubes, quæ sedit in montibus, sollicitata procella* aliquando *imbrem dabit.*

Indidem. *Non enim ego ut nihil agatur, moneo: sed ut agentem te ratio ducat, non fortuna.*

Quamquam utinam & ista adsit! Nam quarto loco in Duce desidero FELICITATEM. Ea sanè comes ferè consilii & rationis est, sed tamen paullò benignius quibusdam attributa à Deo. *IV. Felicitas.*

Cic. pro leg. Man. Illi unus ejus auctor: *eamque præstare à seipso nemo potest.* *Quæ à cælo est.*

Proverbialis versus. Θεῶν δ' ἄνωθεν ἐστὶν εὐτυχὴς βροτός: *Felicitas est munus à summo Deo.*

In Epinom. Etsi igitur Providentia potens valdè ad successum tamen ego cum Platone centeo, στρατηλάτῃ τέχνῃ δ' εὐτυχίας πλείστης δεῖν μόλις: *Militarem artem plurimæ fortunæ egentem.*

Eustat. in 21. Iliad. Sunt enim quidam profectò ἐν πεπρωμένῃ γεγονότες: *quantâ lunâ nati.* *Minimè quibusdam attributa.*

Ex Agell. Qui *domi habent equum Sejanum.*

Adeò

Digitized by Google

Aliis vetus aperta. Adeò cuicumque rei manum aut mentem admovent, ea se avertit. Contrà alii, *quibus etiam venti tempestatesque obsecundant.* Cic. pro leg. Man.

Itaque in Ducibus diligendis, hanc quoque sortem aspiciam. Et *existimo* olim *Maximo, Marcello, Scipioni, Mario, & ceteris magnis Imperatoribus, non solum propter virtutem, sed etiam propter Fortunam, sæpius imperia mandata, atque exercitus esse commissos.* Ibidem.

v. *Auctoritas.* Postremum AUCTORITATEM requisivi. *Vehementer enim pertinet ad bella administranda, quid hostes, quid socii, de Imperatoribus existiment.* Cic. pro leg Man

* Dixi lib. IV. c. 12. Ea * proles maxime Felicitatis videtur: tamen apud Tuos etiam paranda ab astricta quadam Imperii forma. Vegetii monitum prudens: *Dux,* inquit, *Auctoritatem maximam severitate sumat,* *Severitas eam gignit.* *omnes culpas militares legibus vindicet, nulli errantium credatur ignoscere.* III. cap. 1.

Dux facilis, inutilis: Nam faciles profectò isti & mites, vilescunt. Bene olim Scipio: Τὰς μὲν αἰσχρὰς καὶ ἐπονείδιστα τῶν στρατηγῶν, τοῖς δικαίοις. τὰς δὲ ἐυχερεῖς καὶ φιλοδώρους, τοῖς πολεμίοις εἶναι χρησίμας: *Ducum austeros & rigidos, suis; at faciles & largitores, hostibus esse utiles.* Appianus Iberic.

Contemptus suis. Quid ita? Τὰ γὰρ στρατιώτας τοῖς μὲν ἐπὶ κτλ. ἐσομένοις τὸ καταφρονητικὸν. τοῖς δὲ σωφρασι μὲν, ἀπεχθῶς δὲ καὶ πᾶσιν ἐχομένοις: *Nam istis quidem (facilibus) milites delectari videntur, sed eosdem contemnunt: illos (austeros) aversari, sed iisdem obediunt, & per omnia parent.* Ibidem.

Contrà Severus æstimatur. Atqui deo amatur, si in tempore benignus. Imò reverà nec *militibus quidem* isti *ingrati, eamdem virtutem admirantibus cui irascuntur.* Tacitus I. Hist.

Præsertim si temperetur interdum aliqua comitate. *Nam favorem militum ut largitione & ambitu male acquiras, ita ut per bonas artes haud spernendus.* Indid.

Uti sunt, *Exercitatio corporis inter ipsos, cultus habitusque paulum à privato differens.* Curt. III.

Item, *ut quis inops aut saucius, vestem & fomenta dilargiri:* Tacitus I. Ann.

Aliisque *vel ingenii dotibus vel animi artibus, ut pariter carus ac venerandus sis, efficere.* Curt. III.

CAP.

Digitized by Google

CAPUT XVI.

Consilia necessaria bello esse. Eorum specimen sive gustus; itemque Monita, quæ usui Ante pugnam, & In pugnâ.

AC de Viris; universe jam absolvi. Consilia superant, ultimum sed necessarium Belli instrumentum. Quid sine iis apparatus omnes sint? Funus. Quid Viri? Funus. Nec verbis ostendi opus: *Periculo atque negotiis compertum est, ingenium in bello plurimum posse.* *Consilium militare.*

alliust. Catil.

Videbisque magnos Duces plura consilio, quàm vi perfecisse. *Imperandi ea necessaria.*

Tacitus 11. Ann.

Ideò Cæsar definiit, *Non minus esse Imperatoris consilio superare, quàm gladio.*

1. Comm. Bel. C. v.

Et Carthaginenses, *Duces bella prava consilio gerentes, etiam si prospera fortuna subsecuta esset, cruci tamen suffigebant. Quod bene gesserant, Deorum immortalium adjutorio; quod malè commiserant, ipsorum culpæ imputantes.*

Val. 11. cap. VII.

Nec sanè immeritò. Nam etsi *multum cùm in omnibus rebus, tum in re militari potest fortuna.* *Eorum plerumque ab illis.*

Cæs. Com. VI.

Et quidquid est prospere gestum, id pæne omne ducis suum.

Cic. pro Marcell.

Tamen profectò Consilii quoque magnæ & validæ hic partes sunt: ab eoque bono, illa fere bona. Quo adspectu dixit Attius, *Fabrum esse suæ quemque fortunæ.*

Apud Sallust. ad Cæs. Lib. XVII.

Et Fabius: *Bono Imperatori haud magni momenti fortunam esse: mentem rationemque dominari.*

Consilia igitur adhibenda. Sed quæ, aut quo modo? ægre dixerim. Nam *Consilia magis res dant hominibus, quàm homines rebus.* *Tamen certa præscribere, arduum.*

Ibidem.

Iis te aptare debes: præsertim in bello. Ἧκιστα γὰρ πόλεμος ἐκ τῶν ῥητῶν λόγων, αὐτὸς δὲ ἀφ' ἑαυτοῦ τὰ πολλὰ πραγμάτων φύσεως τὸ πλεῖστον ἔχων: *Minimo omnium enim bellum ex decretis procedit, sed ipsum ex se multa invenit, & ut res sunt natæ.*

Thuc. I.

Sed

Digitized by Google

Et nonnemo in me carpat.

Sed nec decorè satis dixerim. An ego *jam nunc locatus in urbe jciam, quæ tibi armato gerenda sint?* Liv. xxi

Ridear, nec immeritò aliquis me dixerit delirum illum Phormionem. Itaque numquam hoc mihi sumam, ut tamquam è sublimi, Sagatis aut Paludatis, in Toga mea præcepta dem: sed saltem ex magno Consiliorum acervo pauca seligam, & velut pugno præferam in exemplum.

Specimen eorum damus.

Consilia nobis duplicia.

Quod tamen ut partitè & methodo aliqua fiat, distinguo Consilia, in Recta & Obliqua. Illâ appello, QUÆ PLANAM ET MILITAREM VIAM INEUNT: Hæc, QUÆ OCCULTAM ET FRAUDIUM ATQUE ASTUS SEMITA GRASSANTUR. Prioris generis hæc sunt

Occasionis prima ratio.

OCCASIO in bellis observanda. Κρατεῖ δὲ ἐπὶ παντὶ μᾶλλον τοῦ ἀνθρώπινον ὁ καιρὸς, μάλιστα δὲ τῶν πολεμικῶν: *Valet vero in omnibus humanis rebus & potiet occasio, sed maximè in bellicis.* Polyb. i

Occasio in bello solet amplius juvare, quàm Virtus. Veget. III. ca xxvi.

Ista arripienda.

Itaque *armatus intentusque sis, ut neque tuæ occasioni desis, neque suam hosti des.* Livius xxii.

Id est viri & ducis, non deesse Fortunæ præbenti se & oblata casu flectere ad consilium. Idem li xxviii.

Famæ ratio altera:

FAMÆ serviendum. Nam *Famâ bella constant, & sæpè etiam quod falso creditum est, veri vicem obtinuit.* Curt. viii.

Cujus momentum in bello.

Fama bellum conficit (ait alius,) *& parva momenta in spem metumve impellunt animos.* Livius xxvii.

Præsertim sub initia. & *Fama in novis cœptis validissima est:* Tacitus xiii. Ann.

Primisque eventibus, metus aut fiducia gignitur. xii. A In Ag

Scito igitur *instandum famæ; & prout prima cesserint, fore universa.*

Nec tamen semper audienda:

Sed FAMÆ etiam NON serviendum: in ipsa, inquam, ratione gerendi belli. In ea enim *ad versus famam rumoresque hominum firmus stabis.* Liv. xl

Majùs relaratio.

Et *quæ probanda sunt, non quæ utique probabuntur, sequêris.* Vell. ii

Nec

Digitized by Google

Ibidem. Nec *umquam consilia Ducis, judicio exercitus; sed exercitus, Providentiâ Ducis regendus est.*

Seneca Oedav. *Malè imperatur, cùm regit vulgùs Duces.*

Tacitus III. Hist. Scito *militibus cupidinem pugnandi convenire; Duces, providendo, consultando, cunctatione sæpiùs quàm temeritate prodesse.*

Vell. II. SECVRITAS fugienda. *Nemo celeriùs opprimitur quàm qui nihil timet.* *Mala in bellis Securitas.*

Indid. Et *frequentissimum initium calamitatis, Securitas.*

Liv. XXI. *Sæpè & contemptus hostis cruentum certamen edidit, & inclyti populi regesque perlevi momento victi sunt.* *Hostium contemptus.*

Curt. VI. *Nihil tutò in hoste despicitur. Quem spreveris, valentiorem negligentiâ facies.*

Liv. VI. Itaque ego *ut nihil timendi, sic nihil contemnendi auctor sim.* *Metuenda quædam cura sit.*

Cæsar. I. Bell. Civ. *Sæpè in bello, parvis momentis, magni casus inter cedunt.*

Liv. XXV. Et *nihil tam leve est, quod non magnæ interdum rei momentum faciet.* *Nihil parvum in bello.*

Æmil. Prob. in Thras. *Quò magis præceptum illud in omnium animis esse debet. Nihil in bello oportere contemni. Nec sine causâ dici, Matrem timidi flere non solere.*

Idem in Pelop. Incredibile est, *Nimia fiducia quantæ calamitati soleat esse.* *Fiducia semper noxia.*

Ibidem. INQVIRENDVM in omnia. *Tuum, & hostium exercitum, locorum situm, naturam regionis nosce.*

Pulchrum in Annibale elogium: *Omnia hostium, haud secùs quàm sua, nota erant.* *Exploratio in hostes utilis.*

Plutarch. in Agi, & Cleom. Displicet illud Spartanorum: qui interrogare soliti, Ὁ'υχ ἱκάνοι εἰσὶν, ἀλλὰ πόσοι εἰσὶν: *non quod essent, sed ubi essent?* *Qui quales, quantique.*

Veg. III. c. XXVI. Prætumidum est. Ille *difficile vincitur, qui de suis & adversarii copiis vere potest judicare.*

Polybius III. Sed in primis Ducis ipsius ingenium nosce. Ὁ'υ γὰρ εἰκὸς ἄλλως ἀγαθὸν, ὃς οὐκ ἔστι) συνεπόμενον τῇ μέρει διανοίᾳ τὴν γνώμην τὴν σεαυτοῦ καὶ φύσιν τῆ τῶν ἐναντίων ἡγεμονίᾳ, ἀγνοεῖν καὶ πτύφω). *Nec enim aliter ego dixero, quàm si quis censet aliud magis proprium esse boni Ducis* *Maximè, cujusmodi ipse Dux?*

officii-

officium, quam hostium Imperatoris ingenium naturamque noße, errare eum, imò insanire. Livius VII

Cujusmodi etiam hostes?

Inquire & in mores naturamque hostium. Nam quorumdam *in impetu vis est, qui parvâ iidem morâ langueſcunt.*

Ut plerique Barbari, quorum *impetus acres cunctatione langueſcunt, aut in perfidiam mutantur.* Tacitus XI. 1. Ann.

Eorum fides tentanda:

Hoc quoque tenta. *Nectе moras, muta locos, & missis* (nempe occultè) *corruptoribus, exuendam ad fidem hostes emercare.* Ibidem.

Aut turba immittenda:

Aut certe diſpara eos & divelle. *Nihil præſtare majus Fortuna poteſt, quam hostium diſcordiam.* De Moribus Germ.

Oraculum.

Atque *inter eos diſcordiarum ſerere cauſſas, ſapientis eſt Ducis. Nulla enim quamvis minima natio* (ô verbum notabile!) *poteſt ab adverſariis perdeleri, niſi propriis ſimultatibus ſe ipſa conſumpſerit.* Veget. III. cap. 12.

Tempeſtive pugnandum.

Videndum QVANDO pugnes. Me judice, numquam temerè.

——— *Ductorque placebit,*
Qui non præcipiti rapiet ſimul omnia caſu;
Sed qui maturo vel læta vel aſpera rerum
Conſilio momenta regens, nec triſtibus impar,
Nec proſucceſſu tumidus: ſpatiumque morandi,
Vincendique modum, mutatis noſcet habenis. Claudian.

Id eſt, raro.

Paullus Æmilius dixit, *Perrarò nimis, bonum Imperatorem ſignis collatis decertare, niſi ſumma neceſſitudo, aut ſumma ei Occaſio data eſſet.* Sempron. apud Agel. Noct. libro XIII. cap. III.

Cæſar Auguſtus dixit, *Prælium aut bellum numquam ſuſcipiendum, niſi cùm major emolumenti ſpes, quàm damni metus oſtenderetur.* Suetonius cap. XXV.

Incerta enim illa alea.

Ἄδηλα γὰρ τὰ τῶν πολέμων, καὶ ἐξ ὀλίγου τὰ πολλὰ, καὶ δι' ὀργὰς αἱ ἐπιχειρήσεις γίγνονται. πολλάκις δὲ τὸ ὅλασσον πλῆθος διδοὺς, ἄμεινον ἡμύναντο τοὺς πολεμίους, διὰ τὸ ἀπροφυλάκτους καὶ ἀδιακόσμους γίνεσθαι: *Incerta enim res bellicæ, & multa ex parvo, & aggreſſiones fere per impetum fiunt. Sæpè autem vel minor multitudo majorem propulſavit ac vicit cum metus incedens, quoniam hæc ob contemptum imparatior eſt.* Thuc. II.

Incerti

Digitized by Google

Cic. pro Mil. *Incerti exitus pugnarum, & Mars communis: qui sæpe spoliantem jam & exsultantem evertit & perculit ab abjecto.* — *Alia magis via de bellandus hoc.*

Liv. VII. Ergo hic lentè. Præsertim *adversus hostem, quem Tempus deteriorem in dies & locus alienus facient:*

Idem XXII. Qui *in hostili terra, inter omnia inimica infestaque:*

Ibidem. Quem *nullæ urbes accipiunt nulla mœnia:*

Ibidem. Hunc talem *dubitas quin sedendo superaturus sis?* — *Mora sæpe frangendus.*

Tacitus II. Hist. *Multa bella impetu valida, per tædia ac moras evanuêre.*

Nec de pugnâ tamen semper abuno. Nam — *Tamen interdum & Pugnâ.*

Liv. XX II. *stultitia sit, sedendo ac votis debellari credere posse*

Xenoph. XII. Pæd. Καὶ ἐν τῷ μάλιστα πολέμιοι τοῖς ἄρχουσι καὶ τῆς στρατιᾶς ὠφελοῦσιν ἀποδιδράσκοντες: *Et in tardando sæpè Ducibus etiam optimi Apparatus pars aliqua perit:*

Tacitus II. Hist. Sed consilio & judicio, *rem mitti in discrimen jubeo.* — *Idque pro re & temporibus. Puta, si diu subsistere non potes:*

Liv. XXII. Nempe si in arcto tuæ res; *non commeatum, non supplementum, non pecuniam habeas.*

Indid. Cum bonis Diis *educ in aciem, copiamque pugnandi facito.*

Idem libro XXV. *In rebus asperis & tenuibus, fortissima quæque consilia tutissima sunt.*

Et ut poëta quoque monet,

Seneca Aga *Capienda rebus in malis præceps via est.*

Aut, si tua pars palàm potior. De quo tamen — *Aut si merito præsumis victoriam.*

Veg. III. cap. IX. seriò, & nihil tibi blandiens, cognosce. *Dux vigilans, sobrius, prudens, tamquam de civili causa inter partes judicaturus, adhibito consilio, de suis & adversarii copiis judicet. Et si multis rebus superior invenitur, opportunum sibi ne differat conflictum.*

Liv. VII. Aliter, *neutiquam mihi placeat, quando nulla cogat res, committere se Fortunæ.* — *Aliàs, noxia semper pugna.*

Indid. Sanè isti, qui *magis animis quàm viribus freti, ad certamen descendunt.*

Tacitus IV. Hist. *Festinatum temere prælium pari formidine deserunt.*

Digitized by Google

Prodigiorum habenda ratio.

Quid si & in Divina modice Inquiras? Modice dico, & sine superstitione. Haud spernenda omnino videntur *cœlo terraque prodigia, & fulminum monitus, & futurorum præsagia, læta, tristia ambigua, manifesta.* I. Hist.

Fortasse & Somniorum.

Imo nec somnia. Nam *instantibus curis, agitant sæpe per somnum species imminentium rerum: sive illas ægritudo, sive divinatio animi præsagientis accersit.* Curt. III

Sane ego te nolim *contemptorem talium, ut fortuitorum.* Tacitus I. Hist.

Nam *amat Benignitas numinis, seu quod merentur homines, seu quod tangitur eorum affectione, his quoque rationibus prodere quæ impendent.* Ammian. XXI.

Pugnæ iucundæ ratio.

Videndum QUOMODO pugnes. Captanda primo Tempora. Ut *imparatis, cibum capientibus, in itinere lassis, equos suos pascentibus, ac nihil tale suspicantibus supervenias.* Veg. III. cap. XII

Subito aut ex insidiis.

Boni enim Duces, non aperto Marte, in quo est commune periculum, sed ex occulto semper attentant. Idem III cap. IX.

Quo casu, tui audent, illi trepidant. *Cavendumque ne dubitantem aut formidantem exercitum ad pugnam publicam aliquando producas.* Ibidem.

Nisi quòd simulare metum, interdum haud malum: *& spe victoriæ inducere, ut vincantur.* Tacitus II. Ann.

Aut cùm opportunum sedulo hostis.

Item, illud utile, videre *quando hostis imprudentiâ ruat, & (quod loco sapientiæ est) alienam stultitiam opperiri.* II. Hist.

Οπως δὲ τὰς ἁμαρτίας τῶν ἐναντίων, καὶ ἴδιον, καὶ ἅμα πρὸς τὸ ἑαυτῶ δυνάμει τὸ ἐπιχείρησιν ποιῆται, μὴ λάθῃ τῶ φανερὸς μᾶλλον καὶ ἀπροσδοκήτῳ, ἢ ἐκ τῶ πρὸς τὸ παρὸν ξυμφέροντος, πλεῖς ἀνοήτου: *Quicumque peccata adversariorum optime videt, & simul pro suâ copiâ eos aggreditur, non tam ex aperto & quasi acie palàm instructâ, quàm ex usu præsenti plerumque huic res succedat.* Thuc. V.

Ad summam, cùm id potest, Tempora observa. *Quia si in occasionis momento, cujus prætervolat opportunitas, cunctatus paullum fueris, nequi quam mox omissam quæras.* Lib. XXV.

Dixi, cùm potest. Nam certe *Necessitas ante rationem est, maxime in bello. Quod raro permittit tempora legere.* Curt. VII

Secun-

Digitized by Google

Veg. III. cap. IX. Secundò Locus considerandus. *utrum inimicis, an tibi videatur accommodus.* *Loci habenda ratio.*

cap. XXVI. Hîc quoque enim momentum, & *amplus prodest Locus sæpe quàm Virtus.*

cap. IX. Exempli caussa. *Si equitatu audemus, campos debemus optare: si pedite, loca eligere angusta, fossis, paludibus, vel arboribus impedita.*

Tacitus II. Ann. Sæpe etiam juvat, si is ita captus. ut tuis sit *necessitas in loco, spes in virtute, salus ex victoriâ.*

III. Hist. Sane *propinqua* munimenta aut mœnia, *quantò plus spei ad effugium, minorem ad resistendum animum dare* solent.

Veg. III. cap. XIV. At tertiò, momentum vel maximum in Acie. Quæ *si sapienter disponitur, plurimum juvat: si imperitè, quamvis optimi bellatores malâ dispositione franguntur:* *Instructionis habenda ratio.*

Varia de ea præcepta: quod melius illo Homerico? *Homericus acies ordo.*

Illiad. δ. Ἵππῃας μὲν πρῶτα σὺν ἵπποισιν καὶ ὄχεσφι,
Πεζοὺς δ' ἐξόπιθεν στῆσαι πολίας τε καὶ ἰφθίμους,
Ἔρκος· ἵνα δὴ πολέμοιο. καὶ ἐν δ' ἰς μέσσον ἴλασσον,
Ὄφρα μὴ εἰ ἐθέλων τις ἀναγκαίη πολεμίζῃ.
Atque Equites posuit cum Curribus ordine primo:
At Peditum à tergo, floremque & robora belli,
Munimen septumque: sed in medio agmine viles
Ignavosque, uti vel nolentes depugnarent.

Veg. III. c. XVII. Cui accedit Militaris Doctor. *Ad victoriam,* inquit, *plurimum confert, ut lectissimos de peditibus & equitibus habeat Dux post aciem in subsidiis præparatos.* *Subsidia semper habenda.*

Thuc. V. Imò quasi in insidiis. Τὸ γὰρ ἐπὶν ὕστερον, δεινότερον τοῖς πολεμίοις τοῦ παρόντος καὶ μαχομένου: *Nam qui supervenium, terribiliores sunt hosti iis qui in manibus sunt & pugnant.*

Veg. III. cap. XXVI. Caussa. Quia inopinata maximè movent: & ut ille ait, *subita conterrent hostes, usitata vilescunt.* *Inopinata terrent.*

Ita clamor aliquis repentinus, aut imago & aspectus, fuga sæpe exercitum implevit. Plutarch. in Catone majore. καὶ τὸ τοιοῦτον τοῦ ξίφους μᾶλλον καθοπλίζει τοὺς συντίθεις: & *hæc talia, magis quàm gladius, consternant hostem.*

Digitized by Google

Observa. *Primi in omnibus prœliis oculi vincuntur*: Sive etiam aures. Videbisque militem *vanis & inanibus magis, quàm justis formidinis caussis moveri.* Tacit. De Morib. Germ. Curt. IV.

Dividenda per nationes acies. Noto amplius. In struendâ Acie plerumque utile, per gentes eam nationesque disponi: cùm ob alias caussas, tum *ut discretus labor fortes ignavosque distinguat, atque ipsâ contentione decoris accendantur.* Tacitus III. Hist.

Idque ita, ut exteri aut mercenarii proximi sint discrimini: tibi scilicet *ingens victoriæ decus, citra domesticum sanguinem bellanti.* In Agric.

In tempore instruenda. *Semper* autem *studere debes, ut prior instruas aciem.* Veg. III. c. XVIII.

Caussâ duplici. Primùm, *quia ex arbitrio tuo potes facere, quod tibi utile judicas, cum nullus obsistit.* Ibidem.

Deinde quòd *& tuis auges confidentiam, & adversariis minuis. Quia fortiores videntur, qui provocare non dubitant* Ibidem.

Plus animi est inferenti periculum, quam propulsanti. Livius XXVIII.

Dux sit confidens, & lætus. Quò valdè idem pertinet, si ante & in pugnâ Dux alacer, *ardorem animi vultu oculisque præferens.* Vel. II.

Quid enim audeant, si te videant *segnem & velut animi captum, huc illuc clamoribus circumagi?* Tacitus III. Hist.

Profectò *necesse est ad fugam parati sint, qui Ducem suum sentiunt desperare.* Veg. III. cap. XVII.

Suos hortetur. Excitâ, & doce: *Quo timoris minus sit, eo minus fermè periculi esse.* Liv. XXII.

Effugere mortem, quisquis contempserit, timidissimum quemque eam consequi. Curtius.

Semper in prælio his maximum periculum esse, qui maxime timent. Audaciam pro muro haberi. Sallust. Jugurth.

Ne pigros quidem sibi fata disponere, sed unicum bonum diuturnam vitam existimantes, sæpe acerbâ morte occupari. Curt. IX.

Hæc taliaque (pauca pono in exemplum) opportunè differes: & *quamquam virtuti confidas, tamen exhortationes & preces miscebis.* Tacitus XIV. Ann.

In re trepidâ, non trepidet. Jam pugnas. Tui inclinant? Ne diffide. *Eventus omnium* (aut certè *plurium*) *prœliorum, inter initia contra illos magis fuit, quibus victoria debebatur.* Veg. III. cap. XXV.

Hic

Digitized by Google

Tacitus III. Hist. Hîc animo opus, *ut nullum, in tali trepidatione, constantis Ducis aut fortissimi militis officium otiosum.*

Ibidem. *Occursa paventibus, retine cedentes; ubi plurimus labor, unde aliqua spes, consilio, manu, voce, insignis hosti, conspicuus tuis.* Suos sistas & incites.

Audi poëtam de Cæsare:

Lucan. Lib. VII. *Ipse manu subjicit gladios, ac tela ministrat,*
Promovet ipse acies, impellit terga suorum,
Verbere conversæ cessantes excitat hastæ.

Veg. III. cap. XXV. At contrà, Tui vincunt? Cohibe, nec nimis, diffunde. *Frequenter jam fusa acies, dispersos ac passim sequentes, reparatis viribus interemit.* Providè in Victoria agendum.

Tacitus II. Hist. In Agric. *Satis citò incipis victoriam, ubi provisum fuerit ne vincare.*
Aliquando etiam victis ira virtusque.

Veg. III. cap. XXV. Præsertim si nimiùm instas. *Clausis ex desperatione crescit audacia, & cùm spei nihil est, sumit arma formido.* Non pertinaciter instandum.

Curt. VI. *Reprehensi ex fugâ pugnabunt, quia fugere non possunt.*

Veg. III. cap. XXI. Ideò *Scipionis laudata sententia est, Viam hostibus qua fugiant muniendam.* Via muniendo ad fugam.

Frontin. II. c. IV. Et *Pyrrhus inter cetera præcepta Imperatoria, memoriæ tradidit, Non esse pertinaciter instandum hosti fugienti, non solùm ne fortiùs ex necessitate resisteret, sed ne posteà quoque faciliùs acie cederet.*

Tacitus II. Hist. Quod postremum, callidum ego scio, & aptum in militiâ totâ. Denique à præda etiam arcendus miles. Nimis sæpè *obstitit vincentibus pravum inter ipsos certamen, omisso hoste, spolia consectandi.* A præda arcendi milites, donec planè vicerint.

CAPUT XVII.

De callidis Consiliis sive Strategematis: An uti iis jus & fas? Nostra sententia, non utilia ea solùm, sed gloriosa.

Frontin. Præfat. I. PRIORIS generis Consiliorum specimen vides. Venio ad genus alterum, flexuosum magis & occultum: *quorum vis propriè in arte solertiaque* Strategemata quid, & quo fine.

Digitized by Google

tiaque posita proficit, tam ubi cavendus, quàm ubi opprimendus est hostis.

Caussa nominis. Ea, Græcanicâ voce, Strategemata dicimus: credo, quia aut manant inveniunturque à Duce, vel quia bono illo maximè digna. In quo tamen controversiæ aliquid nobis, cùm simplicibus illis candidisque naturis. Quæ damnant; & ajunt esse veri militis, imò viri, *non fraude, neque occultis, sed palàm & armatum, hostes suos ulcisci.* Tacitus II. Ann.

Quidam ex ea manant.

Stare pro iis poëta videtur: Euripid. in Rhesо.

Οὐδεὶς ἀνὴρ ἄψυχος ἀξιοῖ λάθρᾳ
Κτεῖναι τὸν ἐχθρόν:
Vir nemo mentis altæ clanculùm velit
Occidere hostem.

Et populi nonnulli spreverunt. Atque etiam populi quidam novi & veteres. Ut ab illâ ipsâ fallace Græciâ, Achæi: qui, Polybio narrante & laudante, Lib. XIII.

τοσοῦτον ἀπηλλοτριώθησαν τῆς κακομηχανίας, ὥστ' οὐδὲ τοὺς πολεμίους ἐξεῖναι δι' ἀπάτης νικᾶν: *in tantum abhorrebant à machinationibus istis & struendis dolis, ut nec hostes suos vellent per fraudem vincere.*

Quasi parum generosa. Caussam idem addit. Τοὺς πολεμοῦντας, inquit, Ibidem.

ἔτι λαμπρὸν, οὐδὲ μὴν βέβαιον εἶναι τὸ κατορθωμένον, ἐὰν μή τις ἐκ φανερᾶς μαχόμενος ἡττήσῃ τοὺς ψυχαῖς τε καὶ σώμασιν ἀπηρτισμένους. *Censentes, neque splendidam neque firmam ullam Victoriam, nisi quis palàm & ex condicto depugnans, animos quoque dejecisset adversariorum.*

Scilicet

——— *nulla est Victoria major,* Claud. in VI. Consulat. Honor.
Quàm quæ confessos animo quoque subjugat hostes.

Parum efficacia ad plenam victoriam. Nam reverâ, qui dolo succubuerunt, facile iterùm insurgunt. *Non virtute, sed occasione & arte Ducis victos se rati.*

Atqui etiam contra bonam fidem. Denique scripsit Romanus quispiam: *Eam vir sanctus & sapiens scict veram esse victoriam, quæ salva fide & integra dignitate parabitur.* Florus I. cap. XII.

Nec contra sentimus. Atqui nónne utraque, inquiunt, hìc periclitantur? Et ubi dolus ac supplantatio, vix fides esse potest, certè non dignitas salva. Hæc sunt quæ ab iis dicuntur: ego contrà differo, & repono. Primum; hostem esse, in quem ea usurpamus. Id est, quem perdere mos fasque sit: & quid refert quo modo? Tritum illud poëtæ innotuit,

Dolus

Digitized by Google

Virg. 11. ---- *Dolus an virtus! quis in hoste requirat?*

Cum quo poëta alter: *Hostem omni via jure ladere.*

Pindar. Isthm. Od. 10. ——— χρὴ δὲ πᾶν ἴρ-
δειν' ἀμφυρόεσσαν τὸν ἰχθρόν.
——— *oportet quidlibet*
Conantem, frangere adversarum.

Ecce venator etiam feras quasdam vi & manu interficit, quasdam occultus subsitit & laqueis aut retibus captat: quis reprehendit? A laude propiùs totum hoc genus insidiarum abesse videtur, quam à culpâ. Certe vir & dux bonus Brasidas, ita effatur: *A simili.*

Thuc. v. Τὰ κλίμακα τὰ ἐς καλὰ καιρῶν δέξιν ἔχει, ὥ τὸν πολέμιον μάλις' ἄν τις ἀπατήσας, τὰς φιλὰς μεγίς' ἂν ὠφελήσειεν. *Ita belli furta pulcherrimam laudem habent, per quæ hostes maximè decipiuntur, & amici plurimum juvantur.* *Abstersibus.*

Lib. IX. Ipse Polybius admirator paullò antè Achæorum, palam ad nos transit. Et ait τὰ μὲν πόλεμον ἔργων ἐλάττω τὸ συμβάλλειν καὶ μάχας ἐπιπλεῖστα, τῶν μὲν δόλῳ καὶ συνεσφ πραττομένων: *Factorum militarium ea esse minoris laudis ac momenti, quæ propalàm & per vim patrantur, his quæ ex occasione & per dolum.*

Quod si gens etiam genti opponenda: an Spartanos appendere cum Achæis verear in eâdem lance? Imò virtute & fortunâ prædonderabunt. Illi igitur, καίπερ ὄντες πολεμικώτατοι μείζονα καὶ μᾶλλον ἀνδρώδη πίστασθαι τὴν λόγῳ καὶ συνέσεως πρᾶξιν, ἢ τὴν μὲν βίας καὶ ἀνδρείας: *etsi pugnacissimi, tamen dignorem magisque convenientem homini censebant actionem ratione & mente institutam, quàm illam per vim aut robur.* *Spartanorum de his judicium.* Plutarch. Marcell.

Ideoque φασὶ μὲν οὐ Σπάρτης τὸν ἀποστάτην, ὁ μὲν δ' ἀπάτης ἢ πιθοῦς ὁ βοῦν ἀλεκτρυόνα βοῦν. ὁ δὲ ἀλεκτρύων: *Spartæ, è Ducibus qui se abdicant, ille qui rem dolo aut suasione confecit, bovem immolat: qui prælio, gallum.* *Qui antepositurunt hæc tecta rectis.* Ibidem.

Majorem scilicet minoremq; victimam, pro re tali. At negat, inquiunt, Euripides esse viri generosi. Errant. Non ille de hoste publico aut prælijs loquitur: sed sentit de privatis inimicitijs, in quibus locum (justè quidem) esse non vult huic fraudi. Aliud est in bellis. Nam etiam Romani veteres, avidi aliàs & tenaces regiæ hujus viæ, quemdam *bonum Dolum* dicebant, & *pro sollertiâ hoc nomen accipiebant: maximè si adversus hostem latronemve quis machinaretur.* Quid *Responsa ad ea quæ adversus.* *Distinctio inter hostes.* Ulp. in l. 1. De dolo.

Digitized by Google

Christiana sanctio. Quid verbis opus est? Ipse sacrorum Antistes definivit, *Cùm justum bellum susciptur, ut apertè pugnet quis aut ex insidiis, nihil ad justitiam interest.* Augustin. in Quæst. super Josue, qu. x.

Ad Florum responsio. Nam quòd Romanus ille scriptor damnare videtur; ille vero non damnat. Salvam tantùm in iis vult Fidem & dignitatem. Nam contra fœdera aut pacta fraudem quis probet? Quis item vilem aliquam & abjectam? Ut si quis hostem veneno tollat, aut clàm immisso emptoque percussore. Hæc talia sperne, & cum Agesilao censе, Plutarch.

Quæ fraudes bonæ. Α' ποσπεισάμενον μὲν ἀδίκως, ἀπιστεῖς, τοὺς δὲ πολεμίους συλλογίζεσθαι, ἵνα μήτον δίκαιον ᾖ μὴ ἐπιδέξιον, ἀλλὰ καὶ ἀδύ, καὶ κερδαλέον: Fœderatum injustè fallere, impium; at hostes, non solum justum, sed etiam suave & fructuosum est.

Hos tales, cum Homero,

Adhortatio ad rem. Κπίπης ἠὲ δόλῳ, ἠ ἀμφαδὸν ὀξέϊ χαλκῷ: Odyss. λ.

Confice sive dolo, seu stricto comminus ense.

Laudatio. Οὕτως γὰρ ἐδὲν κερδαλεώτερον ἐν πολέμῳ, ἀπάτης: Xenoph. Hipparch.

Reipsâ enim nihil utilius in bello dolis.

Quorum specimen quid à me hîc exspectes: Frontinum & Polyenum è veteribus habes: & nonnemo etiam hodie percoluit illum campum.

CAPUT XVIII.

Quid post pugnam faciendum videatur: & in Victoriâ, sive Clade, quomodo Princeps salubriter & decorè se gerat.

AD Pugnam Consiliis meis satis te instruxi: aliquid etiam de iis quæ post Pugnam usui sunt, dicam, & hoc velut flexu ducam te ad candidam illam metam: id est, Pacem. Post Pugnam, aut Victoria est, aut Clades. In illâ tria præcipio:

Ad victoriæ usum tria præcepta. ut Cautè eam habeas, ut Leniter, ut Modestè. Liv. xxi.

Cautè ideo, *quòd ferme sit ut res secundæ neglegentiam crcent:*

Cautela adhibenda Atque ita *aliquod vulnus per nimiam fiduciam accipiatur.* Tacitus Agric. 1v. Hist.

Crebra autem, *etsi modica damna, famam partæ victoriæ lacerant.*

Lenitas: Leniter etiam: quia suapte naturâ ea cruda.

—*Regi*

Digitized by Google

Seneca Troad.

——— *Regi frænis nequit*
Et ira, & ardens hostis, & Victoria,
Gladiusque felix, cujus infecti semel
Vecors libido est.

Tacitus III. Hist.

Regenda tamen: aut valde hæres in tuo cursu. Nam ubi extrema omnia in oculis, *desperatione in audaciam accinguntur.* *Nec spes omnis abcidenda hosti.*

Curt. v.

Ignaviam quoque Necessitas acuit, & sæpe desperatio spei, caussa est.

Porcius Latro in Declam.

Gravissimi sunt morsus irritatæ Necessitatis.

Tacitus Agric.

Ergo hoc cave, & ad spem semper aliquid relinque. Insta, terre: sed *ubi satis terrueris, parcendo rursus irritamenta pacis ostenta.* *Ad pacem idemtidem provocandus.*

Hoc mollit & *frangit aspectu pignorum,*
Aspectu Opum: quas ipsas ne plane perde. *Agris parcendum.*

Thuc. I.

Archidamus prudenter: Μὴ γὰρ ἄλλο τι νομίσητε, inquit, τῶν γῆν αὐτὴν (τῶν πολιτῶν) ἢ ἔμψυχον ἴσχειν. καὶ οὐχ ἧσσον, ὅσῳ ἄμεινον ἐξεργασταί. ἣν φείδεσθε χρὴ ὡς ἐπὶ πλεῖστον, καὶ μὴ ἐς ἀπόνοιαν προάγοντες αὐτοὺς ἀλαπτοτέρους ἴσχειν: Nec enim aliud terram hostium censete, quam velut obsidem, idque eò magis, quo illa cultior. Huic parcendum ut plurimum est, nec hostes in amentiam & desperationem redacti, difficiliores ex pugnatu reddendi.

Et alioqui speciosa in hoc fiducia, quòd parcas, ut tuis. Nam

Seneca Theb.

Quæ corripi igne, quæ meti gladio jubes,
Aliena credis.

Tacitus III. Hist.

Tertio, Modestè eam habe. Nam non solùm *Felicitas in malo ingenio avaritiam, superbiam,* *Superbia segreganda.*
ceteraque occulta mala patefacit:

Sed *rebus secundis, etiam egregii duces insolescunt,*

Tacitus II. Hist.

Et cum Pindarico illo Tantalo

Olymp. Od. 1.

——— μέγαν ὄλβον κορέσσαι ἐ δύνανται: *magnum felicitatem concoquere non possunt.* *Nam casus incert.*

Thuc. I.

O stulti! ὅστις δὲ πολέμου δυσχάλια πλησιάζων, οὐκ εὐτυχήσας θεοὺς ἀπίστως ἐπαιρόμενος: *Is qui in bello ob res secundas exsultat, non cogitat quam infida fiducia se extollat.*

Publius.

Fortuna vitrea est, tunc cum splendet, frangitur.

Digitized by Google

Et sæpè victor, victus.

Habet has vices conditio mortalium, ut adversa ex secundis, secunda ex adversis nascantur. Plinius Paneg.

Victor timere quid potest? quod non timet.

Clades tuas scire oportet.

Jam in CLADE duo moneo: ut Prudenter eam & Fortiter feras, Prudenter, hoc sensu: ut noris eam serio, & appendas. Nam quidam, *è contrario, læta omnia sibi fingunt:* Seneca Agam. Tacitus III. Hist.

Aut non videris.

Et *nuntios cladis occultantes, stulta dissimulatione, remedia potiùs malorum quàm mala differunt.* Ibidem.

Quod nulla ratio est, ut fiat. Nam primùm.

——— *clades scire qui refugit sitas,*
Gravat timorem. Dubia plus torquent mala. Seneca Agam.

Sicut contra, *Sæpe calamitatis solatium est nosse sortem suam.* Curt. IV.

Deinde, profectò.

Iners malorum remedium Ignorantia est: Seneca Oedip.

Imò nullum: nec mederi tibi fas cùm nescis. Tu vero agnosce, atque adeò examina & appende. Si exigua damna, *irâ te magis quàm metu accendant,* Tacitus XV. Ann.

Iis obnitendum.

Si grandiora; ne sic quidem *hastam abjice,*
Nec prælii unius eventu pavesce. Cic. pro Mur. Tacitus II. Hist.

Et meliora sperandæ.

Nònne *Mars communis & victum sæpè erigit, & adfligit victorem?* Livius XXVIII.

Infirmi ingenii est, lapsu aliquo, summæ rei diffidere, cùm exiguis momentis subitò inclinentur omnia quæ in bello geruntur. Egesip. IV. c. II.

Robur animi inducendum.

Ergo hìc illud valeat, ut feras Fortiter.

——— *Regium hoc ipsum reor*
Adversa capere. Quoque sit dubius magis
Status, & cadentis imperi moles labat,
Hoc stare certo pressius fortem gradu. Seneca Oedip.

Contra Fortunam insurgendum.

Didici *fortes & strenuos contra Fortunam insistere sæpe, timidos & ignavos, ad desperationem formidine properare.* Tacitus II. Hist.

Vires reparandæ.

Tu vero erige te, *vires juxta & procul sitas circumspice:* Ibidem.

Novi dilectus, nova quærantur auxilia: Veg III. cap XXV.

Opida aut *castella, adversus moras obsidionis, annuis copiis firmentur.* Tacitus Agric.

Ad summam (bona modo causa tua sit) *omnia experire: more anguium, qui obtrito capite, postremum cauda minantur.* Florus I. cap. XV.

Si

Curt. v. *Sjusta ac pia bella Dis aversantur, fortibus tamen viris licebit honeste mori.* *Per decus mori melius, quàm per dedecus vivere.*

Sallust. *Quoniam quidem unum omnibus finem Natura vel ferro septis statuit:*

Tacitus III. Hist. *Id solum refert, novissimum spiritum per ludibrium & contumelias effundant, an per virtutem.*

CAPUT XIX.

Ad Pacem ex animo adhortatio. Ac primùm illuc inclinamus eos, qui Victi: sed ad Tutam & Bonam.

SED satis, satis, jam Pugnarum est: Pax salutaris quando nos respicies? Ad te venio, & absterso Martio hoc pulvere, quiescam paullùm sub felici arbore Minervæ. Dixi, quomodo Suscipienda bella, & Gerenda: nunc avide, quomodo Finienda. Nam *Pars tertia hujus libri.*

Seneca Herc. Fur. *Si æterna semper odia mortales gerant,*
Nec cœptus umquam cedat ex animis furor,
Sed arma felix teneat, infelix paret;
Nihil relinquent bella. Tum vastis ager
Squallebit arvis, subdita tectis face
Altus sepultas obruet gentes cinis. *Mundus non stet per assidua bella.*

Cic. Philip. XIII. Quamvis magna, quamvis diuturna bella, Pace finienda sunt: cujus & *nomen dulce est, res verò ipsa cum jucunda, tum salutaris.* *Eorum finis pax.*

Idem de leg. Agrar *Quâ non modo ii quibus natura sensum dedit, sed etiam tecta atque agri lætari videntur.* *Laudationcula pacis.*

Silius XI. *Pax optima rerum,*
Quas homini novisse datum est. Pax una triumphis
Immeritis potior.

Tacitus Agric. Ergo pariter ad hanc ite, *tam quibus Salus, quam quibus Gloria carissima est.* *Utrique parti expedit:*

XV. Annal. Victi dico & Victores, ad hanc ite. Illa *ex æquo utilis:*

Et

Seneca Herc. Fur. *Pacem reduci velle, Victori expedit,*
Victo necesse est. *Victa maximè.*

Sed tu me prior audi, qui VICTUS. Paullò ante ad arma te excitavi: nec nunc excutio. Quia hæc dire-

Digitized by Google

Arma tenenda si eam volumus.

directa ad Pacem via. *Si pace frui volumus*, inquit Tullius, *bellum gerendum est; si bellum omittemus, pace numquam fruemur.* Phil. VII.

Ἐκ πολέμου μὲν γὰρ εἰρήνη μᾶλλον βεβαιοῦται: *E bello enim pax magis firmatur.* Thuc. I.

Metus faciendus hosti.

Quomodo? Nempe ne ignavum & vile aliquod animal videare: & sciat *esse tibi adhuc vires, si deliberas, ambiguas; acres, si desperaris.* Tacitus III. Hist.

Ideò *erectum & fidentem animi ostende.* IV. Ann.

Et dic illud Homericum:

Τοῖ μοι δόρυ μὲν ἐπὶ κ' ἀσπίδες ἀμφαλόεσσαι,
Καὶ τόξ' ὑπ' ἀμφοτέροις, καὶ θώρηκες λαμπτῆρι χαλκήσιν.
Et mihi sunt teretes hastæ, clypeique rotundi,
Tum galeæ, tum thoraces splendore micantes. Iliad γ.

Vetus verbum non te fallet; *Sub clypeo melius succedere pacis negotium.* Guiliel. Neubr. Rer. Ang. lib. II. cap. XII.

Duo in pace specto. Ut honesta sit.

Considerabis autem in omni pace hæc duo, ut Honesta ea, & ut Simplex sit. Honestam intelligo, cum *aliqua tolerabili conditione finies bellum.* Liv. XXV.

Ut vere *pax ea sit, non pactio servitutis.* Ex Cic.

Nam quamvis *pax vel injusta, utilior sit justissimo bello;* Phil. XII. Ad Attic. VII. epist. XIV.

Cum aperta servitute, turpis.

Tamen profecto viro Principi intolerabilis, quæ labem ejusmodi aut ignominiam adfert.

In servitutem cadere de regno, grave est. Seneca Theb.

Mors viro potior.

Videaturque *cum dignitate potius cadendum, quàm cum ignominia serviendum.* Phil. III.

Pax sine fuco esto.

Deinde Simplicem eam volui: id est, puram niveam, & vere Pacem. Nam fictam, fucatam illam, & *pacis nomine involutum bellum, reformido.* Phil. VII.

Finiat bellum, non differat.

Sæpe *ob* potentium *interna mala, dilata magis prælia, quàm datam pacem intelleges.* Sallust. Epist. Mithr.

Ego autem censeo, *Pace suspecta tutius bellum.* Tacitus IV. Hist.

Hæc duo sunt quæ semper consideres; nec plene semper impetres: nisi forte initio belli. Nam optimum & prope *unum tempus est de pace agendi, dum sibi uterque confidit, & pares ambo videntur.* Cæs. I. Bel. Civ.

Et *videntur pares, qui non fecerunt inter se periculum virium.* Curt. VII

At

Digitized by Google

Cicero v. Ep. xi. At rebus inclinatis, magis est ut te inclines: & *quavis tutâ conditione pacem accipere malis, quàm viribus cum valentiore certare.* *Interdum fasces Dignitas submittit:*

Cæs. v. *Gubernator, ubi naufragium timet, jactura, quidquid sanari potest, redimit.*

Tacitus I:. Hist. *Experti invicem estis tu ac Fortuna:*

Contra te stetit: quid *proroges ultrà ruinam?*

v Hist. Scito *apud victos plus fere querimoniarum, quàm virium.*

II. Hist. Et *quamquam atrociter loquantur, minorem esse apud eos animum.*

III. Hist. Liv. IX. Itaque morde frænum, & (quod in re simili quispiam dixit) *Necessitati pare, quam ne Dii quidem superant.* *Necessitate cogente.*

Idem VII. Ecce *Pacem etiam qui vincere possunt, volunt: quid te oportet?*

Ibidem. *Quin omissa Ira ac Spe fallacibus auctoribus, teipsum tuaque omnia cognitæ permitte fidei.* *Nec inutile sine conditione etiam dare se hosti.*

Tacitus II. Ann. Sæpe hoc profuit, & *supplices, nihil abnuendo, veniam omnium accepêre.*

Sallust. Orat. Lepidi. Nam victores (qui alto quidem sunt animo) *secundæ res in miserationem ex ira vertunt.* *Si is tamen generosus.*

CAPUT XX.

Victores ad Pacem provocati, argumento triplici: quia id Decorum, Utile, Tutum. Atque adeò ad Pacem mitem: sed cum exclusione fraudis. Pro eâ auctor ipse Pacis invocatus.

QUOS huc quoque jam impellam. Nam ades tu VICTOR: & quamvis vela tibi tumeant secundo vento, capesse hunc portum. Procella involvi potes, & everti. Nam quamvis ille dixerit, *Pacem & concordiam Victis utilia, Victoribus tantùm pulchra esse:* III. Hist.

Ne crede. Illa verò non Pulchra iis solùm, sed Utilis plerumque & Tuta. Palàm quidem pulchra: *& in bonis tuis rebus, hostium dubiis, tibi ampla ac speciosa danti pax est.* *Pax vincenti decora* Liv. XXX.

Quàm

Digitized by Google

Quàm decorum Principi, *cùm victoriam prope in manibus habeas, pacem non abnuere. Ut sciant omnes, te Suscipere juste bella & Finire.*

In occasione accipendâ.

Si prætermittis hoc tempus, quo dare magis quàm accipere potes pacem, vereor ne hæc lætitia luxuriet tibi ac vana evadat. Livius xxii.

Et fiat illud: *Gloriæque & prædæ nonnihil partum, si aut gloriam cum modo, aut prædam cum curâ habuisset.* Tacitus xv. Ann.

Sane vir sanctus inclamat: *Pacem contemnentes, & gloriam appetentes, pacem perdunt & gloriam.* Bernard. in Epist.

Utilis etiam. Vi bello & molestius defungare.

Jam Utilis quoque eadem. Nam si in bello perseveras, quid nisi *tædium ex morâ, periculum ex properantia* te manet? Tacitus xii. An.

Nam fere *plus impetus, major constantia penes miseros.* In Agric.

Et fractis rebus violentior ultima virtus. Silius i.

Quàm maximè mortiferi morsus esse solent morientium bestiarum. Flor. ii. cap xv.

Adde, quod *Fortuna belli artem victos quoque docet.* Curt. iii.

Non diu in eosdem bellandum.

Nec temere id prævisum præcautumque Lycurgo; qui Rhetram sive legem tulit, κωλύσαι ἐπὶ τοὺς αὐτοὺς πολεμίους στρατεύειν, ἵνα μὴ πολέμιοι ἀμύνιοι συνεθίζωσι πολεμικοὶ γίνεσθαι: *vetantem eosdem hostes sæpius impugnare, nè repugnare assuefacti, ipsi quoque bellicosi evaderent.* Plutarch. in Lycurgo.

Pax tuta.

Denique Tuta: quoniam vitas per eam incerta belli. *Melior tutiorque est certa pax, quam sperata victoria. Illa in tuâ, hæc in Deorum manu est.* Liv. xxx.

Fortuna incerta.

Vim Fortunæ reputa, & omnia quæ agimus, subjecta esse mille casibus. Ibidem.

——— *nemo se tuto diu* Seneca Herc.

Periclis offerre tam crebris potest. Fut.

Omnia audacissimè incipientem nusquam fefellit Fortuna? Liv. xxx.

Quæ in extremo sæpe pungit.

Eò magis time. Et *ne quanto altius elatus es, hoc fœdius corruas.* Ibidem.

Semel profecto premere felices Deus
Cum cœpit, urget. Hos habent magna exitus. Seneca Herc. Oct.

Non ergo irritandæ.

Itaque *illam ipsam Fortunam, quâ, aspirante res tam prosperè gessisti, verearis.* Cur. iii.

Fortuna enim est: *& ex his quæ tribuit tibi, quam mutabilis sit, reputa.* Ibidem.

Digitized by Google

Ξυνὸς ἐνυάλιος, καὶ τὸν κρατέοντα κτείνει.

Mars communis, & interimit quoque jam perimentem.

Liv. xxv. *Ideò secundis rebus, nihil in quemquam superbe ac violenter consulere decet, nec præsenti credere Fortunæ; cùm quid Vesper ferat, incertum sit.*

Lib. xxx. Profecto *si in secundis rebus bonam quoque mentem darent Dii, non ea solùm quæ evenissent, sed etiam quæ evenire possent, reputaremus.* *Sapientiam cum ea misce.*

Ibid. Dabis ergo Pacem, *nec ita aliena appetes, ut de tuis divinces.*

Tac. xii. Ann. Sed qualem? Mitem. Nam *bellorum egregii fines, quoties ignoscendo transigitur.* *Pax tolerabilis esto.*

Sallust. Orat. Philip. Cogita, *Ignoscendo populi Romani magnitudinem auxisse:* *Imo benigna.*

In Jugurth. *Neque victis quidquam, præter injuriæ licentiam, ereptum esse.*

Tac. xii. Annal. Quidni imiteris? *Quanta pervicacia in hostem, tanta beneficentia adversus supplices utendum.*

Senec. I. de Clem. *Uti animosè debes tanto munere Deorum, dandi auferendique vitam potens:*

Ibid. Et interdum *contentus esse, nihil ex rege victo, præter gloriam, sumere.*

Ex Famâ tuâ hoc erit, imo etiam ex Usu. Si enim duram acerbamque das, quis servabit? Nec *credideris ullum populum, aut hominem denique, in ea conditione, cujus eum pœnitebit diutiùs quàm necesse sit, mansurum.* *Nam mala infirma.*

Livius VIII. Liv. IX. *Vivet semper in pectoribus eorum, quidquid istuc præsens necessitas injunxerit.*

Tacitus XII. Ann. Et in tempore clamabunt, *Miseram pacem vel bello bene mutari.*

Libere & vere olim Privernas ille in Senatu Romano, interrogatus, Qualem ab iis pacem exspectarent? *Si bonam dederitis*, inquit, *& fidam, & perpetuam: si malam, haud diuturnam* *Bona, constantissima.*

Liv. VIII. Ibidem. Veriloquium est: *Ibi pacem esse fidam, ubi voluntarii pacati sint, neque eo loco ubi servitutem esse velint, fidem sperandam esse.*

Veg. III. cap. III. Esto Pax igitur mitis, sed in eos qui ex animo eam volunt. Nam si qui subdole aut insidiosè agunt, hos tales adstringe. *Frequentius enim conventionum pacisque simulatio credulis, quam arma nocuerunt.* *Insidiæ tamen cavendæ.*

Poly-

Digitized by Google

Animadverte. Polybii hic dogma aureum : Τὰς ἐπὶ τῶν πρα- Lib. 1 x 1
γμάτων ἐπιτιθεμένους, χρὴ τῶν τοιούτων μηδὲν μᾶλλον φρον-
τίζειν, ἢ τί μὴ λανθάνει τὰς διαιρέσεις τῶν πλημμελούν-
των ἔχθρας, ἢ συντιθεμένους τὰς φιλίας, πότε τοῖς καιροῖς
ἀκηρεῖς, καὶ πότε ταῖς ψυχαῖς ἡ πεπλάνηνται ποιοῦν) ἵνα
συνήθως, ἵνα τὰς μὲν ἐφέδρας νομίζοντας εἶναι τῶν καιρῶν
αἰεὶ φυλάττωσιν). τοῖς δὲ πιστεύοντες, ὡς ὑπηκόοις ἢ φί-
λοις ἀληθινοῖς, πᾶν τὸ δοκοῦν ἄριστον ἐξ ἑτοίμου διαγγέλ-
λωσιν: *Oportet eos qui rebus præsunt, nihil magis curare, quàm ut ne eos lateat quo animo sint qui aut bella finiunt aut amicitias constituunt. Quando temporibus cedentes, & quando revera animis fracti pacem ineunt. Ut illas quidem, tanquam, subsessores & insidiatores temporum, observent ac caveant. Istis fidem habentes, tamquam vere subditis aut amicis, quidquid evenerit, imperent atque præcipiant.*

Oratio pro pace. Hominibus suasi hactenus. Nunc ad te, ô æternum Numen, qui *non Deus es dissensionis, sed Pacis* : Paul 1. ad Cor. cap. XIV.

Breves, sed calidas preces converto. *O mucro Domini, quousque non requiesces ? Ingredere in vaginam tuam, refrigerare, & sile.* Jerem. c. XLVII.

Cogita super nos cogitationes pacis, & non afflictionis, ut des nobis finem & patientiam, & invocabimus te, & vivemus. Ex eodem c. XXIX.

JUSTI

Digitized by Google

JUSTI LIPSI
POLITICORUM
SIVE
CIVILIS DOCTRINÆ
LIBRI SEXTI

CAPUT PRIMUM.

Ad Civile bellum ventum. Et ejus miseriæ breviter oculis subjectæ.

Livius Præfat.

FINEM Externo bello imposui: utinam Civilibus malis! quæ *nostra per tot annos vidit ætas.*

Nam huc Ordo me trahit, & definio Civile bellum, ARMA SVBDITORVM IN PRINCIPEM MOTA, AVT INTER SESE. Quo nihil miserius, nihil fœdius, & quod merito mare ipsum dixerim calamitatum.

Quid sit Civile bellum?

Cui non miserarum. Formidatum iis quo vero cives.

Iliad 9.

Homerus verè scripsit,

Ἄφρητωρ, ἀθέμιστος, ἀνεστίός ἐστιν ἑκείνος,
Ὅς πολέμου ἔρατου ἐπιδήμιου ἐκμένει θυμῷ:

Ille nefarius & sine gente tribuque mihi esto,
Qui Civile cupit ferum & exsecrabile bellum.

Philip. XII.

Cujus mentem explicuit & diffudit magis Tullius: *Nec privatos focos, nec publicas leges, nec libertatis jura cara habere potest, quem discordiæ, quem cædes civium, quem bellum civile delectat, eumque ex numero hominum ejiciendum, ex finibus humanæ naturæ exterminandum puto.*

Imò qui homines.

Sallustius Orat. Lepidi. Senec. II. de Ira. Lucan. II.

Et reipsâ quid scelerum ab eo abest? *Quæve humana superant, aut divina impolluta sunt?*

In scelera:

Et impietas.

Castra ex una parte contraria, & parentum liberorumque sacramenta diversa.

——— *videre parentes*
Frontibus adversis, fraternaque comminus arma:
Cognatusque acies.

Idem. I. Sallustius Orat. Lepidi.

Quid cladium non ei inest: *Proscriptiones innocentium ob divitias, cruciatus virorum illustrium, vastæ urbes fuga & cædibus, civium miserorum bona, quasi hostilis præda, vænum aut dono data, Occi-*

In eo clades.

Digitized by Google

Promiscua cædes.

Occidere palàm, ignoscere non nisi fallendo licet. Tacit. I. Hist.

Non ætas, non dignitas, quemquam protegit, quo minùs stupra cædibus, & cædes stupris misceantur. III. Hist.

Nobilitas cum plebe perit, lateque vagatur Lucan. I.

Ensis, & à nullo revocatum est pectore ferrum.

Perfidia.

Jam minora illa flagitia adde. *Fluxàm per discordias militum fidem:* Tacitus II. Hist.

Nulla Disciplina.

Corruptam *Disciplinam. Quam in pace exonerabilem, discordiæ civium resolvunt, paratis utrimque corruptoribus, & perfidia impunita:* I. Hist.

Aut obedientia.

Ideoque *Pecuniam inter civiles discordias ferro validiorem.* II. Hist.

Cernimus milites *in omne fas nefasque avidos aut vænales, non sacro, non profano abstinentes:* Ibidem.

Quippe *obnoxiis ducibus & prohibere non ausis.* Ibidem.

Sciuntque *per turbas & raptus faciliùs eos ad civile bellum impelli.* I. Hist.

Atque universe verum: *Civilibus bellis, plus militibus quàm Ducibus licere.* II. ist.

Lucan VI.

——— *Rheni mihi Cæsar in undis*

Dux erat, hic socius. Facinus quos inquinat æquat.

Variæ transitiones.

Quid? quòd nec apud togatos & paganos *usquam fides aut amor? Metu ac necessitate huc illuc mutantur:* Tacitus I. Hist.

Faciles occupantibus, & meliorum incuriosi. II. Hist.

Victoria aspera.

Ad summam, *Omnia sunt in bellis civilibus misera, sed nihil miserius quàm ipsa victoria.* Cicer. IV. Epist. ad Famil.

Quæ etiamsi ad meliores venit, tamen eos ipsos ferociores impotentioresque reddit: ut etsi natura tales non sint, necessitate esse cogantur. epist. IX. Ibid.

Nec in potestate vincentis.

Duces enim accendendo civili bello acres, temperandæ victoriæ impares. Tacitus III. Hist

Bellorumque civilium hi semper exitus, ut non ea solum fiant quæ velit victor, verum etiam ut iis mos gerendus sit, quibus adjutoribus parta est victoria. Cic. XII. Epist. ad Fam. ep. XVIII.

Plura sunt in detestationem hujus pestis: quæ nimis nota nobis, omitto.

CAP.

Digitized by Google

CAPUT II.

De cauſſis civilium bellorum. Ea facta duplices, Longinquæ & Propinquæ. Prius de prioribus dictum.

ILLUC tranſeo, ut de Cauſſis ejus diſtincte diſſeram, & de Fine. Quid enim opus de Modo gerendi? Par ille aut idem, qui in Externo. Et alioqui, non tam de Gerendo eo cogitandum ſapienti Principi, quàm cavendo. Hoc caput, hic pes rei. Et initia profectò ac ſemina Civilium motuum reſtinguenda ſunt: aut ubi accenſa, nulla Prudentia te habebit indemnem. Neceſſariò aut interitus conſequetur, aut mutatio rerum. Igitur de Cauſſis ἐπιμελῶς & intente diſſeram: & in herbâ, ſi poſſum, opprimam peſtilentem hanc frugem. *Cardo hîc rei, cavere bellum.*

Cauſſæ Civilis belli duplices: Remotæ, & Propinquæ. Dico illas, QUAE PRIMAE VERAEQUE CAUSSAE SUNT, SED MINUS ADHAERENT EFFECTUI, AUT APPARENT. Iſtas, QVÆ ORTAE AB ILLIS, EVENTVI CONJVNGVNTVR, ET PALAM SE OSTENDVNT. Priores Sapientes intuentur: Vulgi oculi verſi ad iſtas. Sunt inter Remotas duæ, Fatum & Luxus. Fatum in primis: quia ab eventibus omnis ævi certum, Deum velut ſollemniter magna imperia perdere per hanc viam. *Cauſſæ Remotæ.* *Cauſſæ Propinquæ.* *Fatum & ordo rerum gignit civiles turbas.*

In ſe magna ruunt: Lætis hunc numina rebus,
Creſcendi poſuere modum. Lucan. 1.

Licet de omni republicâ præſagias quod Criſpus de ſuâ: *Ego ſic exiſtimo, quoniam orta omnia intereunt, quâ tempeſtate urbi Romanæ fatum excidii adventârit, cives cum civibus manus conſerturos. Ita defeſſos & exſangues regi aut nationi prædæ futuros. Aliter, non orbis terrarum, neque cunctæ gentes conglobatæ, movere aut contundere queant hoc imperium.* Ad Cæſ. *Europæ notate.*

At Luxus etiam cauſſa altera. *Quæ enim alia res civiles furores peperit, quàm nimia felicitas?* Flor. III. cap. XII. *Luxus paulatim quoque res*

 gignit.

Digitized by Google

Opes atque divitiæ afflixêre sæculi mores, mersamque vitiis suis, quasi sentinâ, rempublicam pessum dedere. Indid.

Magnificus apparatus conviviorum, & sumptuosa largitio, nónne ab opulentia paritura mox egestatem? Ibidem.

Ab illo enim æs alienum:

Cùm scilicet *rapacissimo cuique ac perditissimo, non agri aut fœnus, sed sola instrumenta vitiorum manebunt.* Tacitus 1. Hist.

Ab hoc spes nova.

Hi tales, miscere cuncta, & privata vulnera, reipublicæ malis operire statuent. Indidem.

Quippe ita se res habet. Ut publica ruina quisque malit, quàm sua proteri; & idem passurus, minus conspici. Vell. 11.

Sunt igitur isti gradus:

Non auro tectisve modus, mensæque priores Lucan. 1.

Aspernata fames.

Hinc usura vorax, avidumque in tempora fœnus, Ibid.

Et concussa fides, & multis utile bellum.

Remedium aut solatium potius in Fatum.

Atque hæ duæ Remotæ illæ caussæ sunt. Quod in eas remedium? In alteram nullum? Frustrà cum Fato pugnes, id est divino decreto. *Ita Fato placuit nullius rei eodem semper loco stare fortunam.* Seneca Consol. ad Hel.

Nihil mutationi periculo exceptum: non terra, non cælum, non totus hic rerum omnium contextus. Quamvis Deo agente ducatur, non semper tenebit hunc ordinem, sed illum ex hoc cursu dies aliquis dejiciet. Idem. Ep.

Certis eunt cuncta temporibus: Nasci debent, crescere, extingui. Ibid.

At in luxum (si tempore provides) firmum auxilium habes á nostrâ * Censurâ.

* Suprà lib 1v. cap. xi.

CAP.

Digitized by Google

CAPUT III.

De causis propinquis belli Civilis. Ea tres. Factio prima est: ejus pernicies in omni statu. Et sintne dissidia unquam usui?

Lucan. I. Hæc igitur sunt, ut poëta ait,
——— publica belli
Semina, quæ populos semper mersere potentes.

Definita Factio.

Venio ad Propinquas causas: quæ tres occurrunt, Factio, Seditio, Tyrannis. Factionem nomino, PAVCORVM AVT PLVRIVM INTER SE COITIONEM, ET CVM ALIIS DISSENSVM. Cui origo sæpe à privatis, aut publicis familiarium Odiis: sæpiùs ab Ambitione, dum quisque præire vult: aliumque detrahere: & huic fini conspirant. *Nemo* enim *eorum qui in reip. versantur, quos vincat, sed à quibus vincatur, aspicit.*

Fons Factionis, Odium: Aut Ambitio.

Seneca ep. LXIV. Indid.

Habet hoc vitium omnis Ambitio, Non respicit.

Pestilens mera flatum.

Liv. III. Trudunt igitur se, ut fluctus fluctum. Atque inde contentio, odia, bellum. *Factiones fuere, eruntque pluribus populis magis exitio, quàm bella externa, quàm fames morbive, quæque alia in Deûm iras, velut ultima publicorum malorum, vertunt.*

Amici consiliarii probant:

Tacitus Agric. Nam quòd quidam hodie male callidi eas etiam approbant, & negant Principi *quidquam adversus subditos utilius, quam si in commune non consulant.*

Improbè.

Factio popularis noxia.

Heu quàm errant! Cum enim duplex, ut in definitione ostendi, Factio sit, Paucorum aut Plurium: pernicioſa utraque. Et hæc quidem palam, quæ viribus freta statim ad manus & arma tendit: & plerumque *pars quæ domestico certamine inferior est, externo potius se applicat, quàm civi cedat.*

Livius XXIV.

Factio potentum noxia.

Sed nec prior illa minùs exitiabilis, quæ inter paucos & potentes. Nam paullatim, ut Philosophus quoque adnotat, Α'ι τῶν γνωρίμων στάσεις συναπολαύουσι τοῖς ἔθνεσι καὶ τῇ ὅλῃ πόλει: *Nobilium factiones trahunt ad se & in partes universum etiam populum.*

Aristot. V. Polit. cap. IV.

Digitized by Google

Imò ægriùs hi placantur. *Neque alius solet esse discordiarum exitus inter claros & potentes viros, nisi aut universus interitus, aut victoris dominatus & regnum.* Cic. de Arusp. Respons.

Gallia loquitur. Tamen aliqua dissidia usui. Quomodo igitur utiles? nam hæc exemplis herè atque hodie etiam sumus edocti. Illud quidem fateor: haud ab re esse, leviter inter se dissentire finitima opida aut provincias: sed leviter, & hoc uno bono, ne in te conspirent, Cato in familia sua id spectavit: qui *ἀεὶ δύο τινὰς ἔχειν τοὺς δούλους ἀμηχανῶν καὶ διαφορᾶς πρὸς ἀλλήλους, ὑπενοεῖτο τὴν ὁμόνοιαν καὶ δεδιὼς* : *semper contentiunculas aliquas aut dissensum inter servos callidè serebat, suspectam habens nimiam concordiam eorum metuensque.* *Sed exigua.* Plutarch. Caton.

Nec malè hic illud applicaverim: *Societas nostra lapidum fornicationi simillima est, quæ casura, nisi invicem obstarent, hoc ipso continetur.* Seneca ep. XCVII.

Et inter finitimos recepta. Talem igitur aliquem dissensum, & *solita inter accolas odia*, Tacitus V. Hist.

Factiones legibus premendæ. Fortasse tolerem: at numquam veras illas, præsertim inter Nobiles, factiones. Imò *τὰς τῶν γνωρίμων φιλονεικίας καὶ στάσεις*, ait Princeps Philosophus, *καὶ ἀφ' τῶν νόμων πειρᾶσθαι δεῖ φυλάττειν* : *Nobilium contentiones & partes, etiam legibus oportet prohibere conari.* Aristot. V. Politic. c. VIII.

Earumque insignia. Neque insignia ulla, aut discrimina Nominum Vestiumque permittere: saluberrimè olim à Mæcenate monitum, ad Augustum. Κώλυσον, inquit, *τὰς πέδρας καὶ ψαλοπιμίας τὰς περὶ ἀλλήλους παντάπασι, συκοφάν, καὶ μήτε ἐπωνυμίας τινὰς καινὰς, μήτ' ἄλλο τι ἐξ οὗ διενεχθήσονται πρὸς ἀφίσι σφίσι ποιεῖσθαι* : *Optimum vero inimicitias omnes & ambitiosa certamina prorsus exscindere, atque adeo nec Nomina nova, aut aliud quid, ex quo oriri dissidia possint, ipsis permittere.* Dio LII.

Et semina. Atque hæc talia in semine comprimenda. *Καὶ χρὴ μόνον δεῖ τῶν γιγνομένων ἐπιλαβεῖσθαι, καὶ μὴ ἀφανίζειν τὰς ἤδη οὔσας καὶ διαμενούσας* : *Incipientia ista cavenda sunt, & dissipandæ magistratuum aut potentium contentiones.* Aristot. V. Politic. cap. IV.

Parva enim *sæpè scintilla neglecta magnum excitavit incendium.* Curt. IV.

Vitandi casus. Et semper *ab hoc genere summum periculum est, si cœtus, & concilia, & secretas consultationes, esse sinas.* Livius XXX.

CAP.

Digitized by Google

CAPUT IV.

Causſa altera è Propinquis, Seditio. Ejus origo, Progreſſus, Remedia, diſtincte explicata.

IAM Seditio etiam cauſſa Civilis belli, quam definio, MVLTITVDINIS IN PRINCIPEM AVT MAGISTRATVS, SVBITVM ET VIOLENTVM MOTVM. De cujus Origine, Progreſſu, Remediis utiliter & ordine dicam. Origo ei à cauſſis variis. Sæpè ab oppreſſione aut metu. Cum *imminentium periculorum remedium, ipſa pericula arbitratur.* *Definitio Seditio.* *Ejus origo varia: Ut oppreſſio.*

v. Polit. cap. III. Conſternantur ad arma. Ariſtoteles cauſſam hanc diſcrete tetigit: Διὰ δὶ φόβον, inquit, συνιςάζουσιν ὁἱ τὰ ὑβριζόμενοι, ἢ ὑβρισταὶ μὴ δῶσι δίκην, ἢ ὁἱ μέλλοντες ἀδικεῖσθαι, βαλόμενοι φθάσαι πρὶν ἀδικηθῆναι: *Ob metum ſeditiones movent, tam hi qui fecêre injuriam, metuentes pœnam; quàm ii, qui in ſe exſpectant, prævenire volentes priuſquam ea inferatur.* *Aut metus.*

Liv. II. Ab Indulgentiâ etiam, & rebus laxis. Quomodo Appius apud Livium dixit, *non miſeriis, ſed licentiâ tantum concîtum turbarum: & laſcivire magis plebem, quàm ſævire.* *Laxitas nimia,*

Salluſtius Jugurth. Sæpè etiam ab Inopiâ, & rebus artis. *Semper* enim *in civitate quibus opes nullæ ſunt, bonis invident; vetera odêre, nova expetunt; odio ſuarum rerum mutari omnia ſtudent.* *Angustia.*

Livius XXVIII. Denique ſæpiſſimè à Ducibus, cùm Tribuni quidam exagitant & ſigniferi turbarum. Nam *multitudo omnis ſicut mare, per ſe immobilis eſt.* *Tribunitii furiosi:*

Ibid. Æoli iſti excitant: & *cauſſa atque origo omnis furoris penes auctores eſt, reliqui contagione inſaniunt.*

Tacitus XI. Ann. Quos operæ eſt, ut tibi deſcribam. Sunt in ea claſſe primùm, Ambitioſi aliquot homines. Qui *privatim degeneres, in publicum exitioſi, nihil ſpei niſi per diſcordias habent.* *Quos ambitio impellit:*

Cic. II. in Catil. Quique *honores quos quietâ republicâ deſperant, perturbatâ conſequi ſe poſſe arbitrantur.*

Digitized by Google

Quos æs alienum:

Secundò, Obærati & re familiari perdita. Quibus scilicet *afflicta fides in pace, & rebus turbatis alacres, & per incerta tutissimi.* Tacitus I. Hist.

Quibus quies in seditionibus, in pace turbæ sunt: Sallustius Orat. Philip.

Ideoque avide *tumultum ex tumultu, bellum ex bello serunt.* Ibid.

Quos iusta vanitas.

Tertio etiam Vani quidam & ventosi. Qui *non tam præmiis periculorum, quàm ipsis periculis læti pro certis & olim partis, nova, ambigua, ancipitia malunt.* Tacit. II. Hist.

Progressus & augmenta seditionum.

Hæc Origo est, hæ caussæ & flabella: at Progressus iste. Hi tales varia arte *imperitos animos impellunt.* I. Ann.

Primò clàm & *nocturnis colloquiis, aut flexo in vesperam die, dilapsis melioribus, deterrimum quemque congregantes.* Ibid.

Illic *inserunt querelas, & ambiguos de Principe sermones, quæque alia turbamenta vulgi.* I. Hist.

Mox etiam, *promptis jam & aliis seditionis ministris,* I. Ann.

Agunt audaciùs; & palàm *libertas ac speciosa nomina prætexuntur:* IV. Hist.

Libertas & tutela publica prætexitata.

Sed quàm falsò? Nam *ut imperium evertant, Libertatem præferunt; si everterint, ipsam aggredientur.* XVI. Ann.

Nec quisquam alienum servitium, & dominationem sibi, concupivit, ut non eadem ista vocabula usurparet. IV. Hist.

Adstrepit tamen *his vulgus.* I. Ann.

Primo *levissimus quisque, & futuri improvidus, spe vanâ tumens:* I. Hist.

Vulgus leve & credulum.

Mox, *quod in seditionibus accidit, unde plures erant, omnes fuêre.* Indid.

Calidi hic regnant.

Atque hîc regnum obtinent fervidi maximè & procaces: quique *inclementer in Principem invehi soliti, nihil spei sibi inter adversa reliquerunt.* III. Hist.

Nam isti *apertè descendisse in caussam videntur.* Ibid.

Eo-

Digitized by Google

Ibid. *Eoque plebi gratiores, culpæ vel gloriæ socii.* — *Grati semper sumus.*

1. Ann. Ad summam, *quantò quis audaciâ promptus, tanto magis fidus, rebusque motis potior habetur,*

Proverbialis versus. Ἐν δὲ διχοστασίῃ καὶ πάγκακος ἴμμορε τιμῆς:

In turbis etiam pravus sortitur honorem.

Progressus est iste: sed quæ Remedia? Jam dabo. Suadeo ut in tempore occurras. Nam sæpe *modicis remediis primi motus consedêre.* — *Remedia in principio adhibenda.*

Tacitus XIV. Ann. Cicero Philip. V. *Omne malum nascens facile opprimitur: inveteratum, fit plerumque robustius.*

Tacit. I. Hist. Vide igitur, si *incipiens & nondum adulta seditio melioribus consiliis flectetur.*

III. Hist. Mitte qui moneant, suadeant: & præsertim eos, quibus *facundia adsit, mulcendique vulgum artes, & auctoritas.* — *Per interpretes placandi turbidi:*

I. Hist. Non etiam tu ipse eas? Haud temere. Et malo ut *integra auctoritas tua majoribus remediis servetur.*

I. Ann. Tamen interdum haud abnuam, *præsidium te ab audaciâ mutuari.* — *Interdum per teipsum.*

Fecit magnus Cæsar, &

Lucan. V. ——— *stetit aggere fulti*
Cespitis, intrepidus vultu, meruitque timeri
Nil metuens.

Tacitus I. Ann. Etiam *Divus Augustus vultu & aspectu Actiacas legiones exterruit.*

I. Hist. Cur non tu idem in re ancipiti, & *ubi periculosior sit quies, quàm temeritas?*

Aude, illi metuent: & — *Forte aliquod factum eos terret.*

Lucan. V. *Deteget imbelles animos nil fortiter ausa*
Seditio, tantumque fugam meditata juventus.

Ex Livio VII. Nam plebem nosce. *Ferocior illa ad rebellandum, quàm ad bellandum.* — *Plebs incipit magis quàm potest.*

Idem VI. Eique insitum *tentare magis, quàm tueri libertatem.*

Curt. IX. Audi vaticinium: *Omnis multitudo, maximè militaris, mobili impetu fertur. Ita Seditionis non sedantur remedia, quàm principia, majora sunt.* — *Levior.*

Digitized by Google

Coquus magnum ænum quando fervit, paulla confutat trua. Titinnius.

Interdum tamen vi comprimenda:

Quid tamen si coaluit & jam fortis est Seditio? Nempe *fortioribus remediis agendum:* Tacit. 1. Ann.

Et si imperium detractetur, bello certandum. Ibid.

Sed lenta.

Nec tamen statim. *Da malorum pœnitentiæ, bonorum consensui spatium.* 1. Hist.

Cogita *diem forsitan tempusque ipsum leniturum iras, sanitatemque animis allaturum.* Liv. 11.

Intereà variè *spem offer, metum intende.* Tacitus 1. Ann.

Variis artibus versanda.

Sed in primis per artes divelle eos ac disjunge: *quo tutissimo remedio consensus multitudinis extenuatur.* Tacitus IV. Hist.

Disjungenda.

Quosdam occultis præmiis ad te allice. *Neque umquam deerunt, qui gratiam melioris partis bono publico velint quæsitam.* Liv. 12.

Corrumpenda.

Fallenda.

Quosdam subdolè ad ipsos mitte: qui eadem *velle simulent, quò plus auctoritatis consiliis insit.* Tacit. 11. Hist.

Verbis demulcenda.

Hi fallent. Tu quoque da verba: quoniam *verba apud eos plurimùm valent.* IV. Hist.

Τὸν μὲν λύκον οὐ φασὶ τῶν ὤτων κρατεῖν. δῆμον δὲ καὶ πόλιν, οὐ τῶν ὤτων ἄγειν δεῖ μάλιστα. *Lupum ajunt auribus non teneri: at populum & civitatem auribus maximè oportet ducere.* Plutarch. Politic.

Ambiguis promissis inducenda.

Offer blanda, imo ambiguè promitte. Quid refert? Facilè mox *irrita facies, quæ per seditionem expresserint.* Tacitus 1. Ann.

Sed in dubia, clementer habenda.

Ego bonum hunc dolum toto ostio admitto. Falle, falle potius, quàm cæde. Quod si quid hic maculæ; elui id velim clementiâ & lenitate. Ad te redierunt? ne sævi. *Omnium culpa fuit, paucorum sit pœna.* Ex Tacit. Hist. 1.

Capita saltem puniuntur.

Abundè satis, *si nefariæ seditionis auctores sanguine luant, quod admiserunt.* Livius XXVIII.

Imò *si unus alterve, maximè prompti, subvertantur.* Tacit. 11. Hist.

— *Quidquid multis peccatur inultum est.* Lucan. V.

Unde

Digitized by Google

Livius XXIII. Ibid.

Unde orta culpa est, ibi pœna consistat:

Et scito *ad multitudinem, castigationem satis esse.*

Inquisitio tollitur.

Tacitus II. Ann.

Sed nec in conscios inquire, Bonâ fide securi omnes sint? Et Tiberii exemplo, *quamquam multi sustentasse opibus, juvisse consiliis dicentur, haud quæres.*

CAPUT V.

De Tyrannide. quid ea sit, & ejus ingenium? Mala subjecta oculis: quæsitumque, tollenda ea an toleranda?

Definitio Tyrannidis.

TERTIA inter Civilis belli causas, Tyrannis. Quid ea est, VIOLENTUM UNIUS IMPERIUM, PRÆTER MORES ET LEGES. Ajo violentum. Quia in communi omnium odio, necessario Tyrannus decurrit ad hoc asylum.

Vis ei adhæret:

Seneca Herc. Fur.

Quod civibus tenere te invitis scias,
Strictus tuetur ensis.

Et terror.

Seneca I. de Clem.

Præter alia, hoc inter Regem Tyrannumque discrimen est: *quod alter arma habet, quibus in munimentum pacis utitur; alter ut magno timore magna odia compescat.*

Sine lege est:

Ajo etiam, Præter mores aut leges. Nam apud Tyrannos

Seneca Herc. Fur.

Jus est in armis, opprimit leges timor.

Tacitus Agric.

Auferre, trucidare, rapere falsis nominibus Imperium; atque ubi solitudinem fecerint, Pacem appellant.

Sine bono ullo jure.

Specie tamen aliquâ legum, evertunt leges: & habent huic rei Delatores. Quod *genus hominum publico exitio repertum, nec pœnis umquam satis coërcitum, per præmia eliciunt.*

Tacitus IV. Ann.

Amat Delatores.

Atque *ut quis districtior accusator, apud eos velut sacrosanctus est: leves, ignobiles, pœnis adficiuntur.*

Ibid.

Tuetur malos.

Sallust.

Itaque sub iis *quam quisque pessime fecit, tam maxime tutus est.*

Tyran-

Digitized by Google

Tyrannis enim *boni quàm mali suspectiores sunt, semperque aliena virtus formidolosa est.* Idem Catil.

Odit formidatque bonos, aut illustres.

Inde *siniſtra erga eminentes interpretatio, nec minus periculum ex magnâ famâ, quàm ex malâ.* Tacitus Agric.

Nobilitas, opes, omissi gestique honores, pro crimine: Et ob virtutes certissimum exitium. I. Hist.

Etiam doctos.

Imò etiam ob Doctrinam. Nam *pellunt Sapientiæ professores, & omnes bonas artes in exilium agunt.* In Agric

Quid ita? *ne quid usquam honesti oculis occurrat.* Ibid.

Ipsi enim vitiosissimi, *inimicas vitiis artes, non odio magis, quàm reverentiâ relegant.* Plinius Paneg.

Scriptores & scripta everſatur.

Quin metu apud posteros infamiæ, sæviunt in ipsa scripta: & *monumenta clarissimorum ingeniorum in foro ac comitio urunt.* Tacit. Agric.

Frustrà abolet.

At non etiam *illo igne abolent vocem populi, & conscientiam generis humani.* Ibid.

Mihi *secordiam eorum irridere libet, qui præsenti potentiâ freti, credunt extingui posse etiam sequentis ævi memoriam.* IV. Ann.

Diu major & melior servat.

Nam contrà, punitis ingeniis glissit auctoritas, neque aliud externi reges, aut qui eâdem sævitiâ usi sunt, nisi dedecus sibi, atque illis gloriam peperêre. Ibid.

Odiosa omnibus.

Hæc facta Tyrannorum: Qui fructus? acerbi. Sunt enim in omnium odio: & *malos Principes detestantur, etiam qui malos faciunt.* Plinius Paneg.

In assiduo metu: & *ad omnes suspiciones pavidi.* Tacit. II. Hist.

Omnes vicissim metuens.

Ideò *adimunt per inquisitiones loquendi audiendique commercium.* In Agric.

Nec linguas solùm, sed *omnium manus observant, & eo, quoque tempore quo non captantur, peti se judicant, nullumque momentum immune à metu habent.* Seneca I. de Clem.

—— *Sors ista Tyrannis*
Convenit: Invidcant claris, forteſque trucident,
Muniti gladiis vivant, ſeptique venenis,
Ancipites habeant arces, trepidique minentur. Claud. IV. Consul. Honor.

Conscientia sua premitur.

Adde cruciatus & tormenta interna. Nam *si Tyrannorum mentes recludantur; possint aspici laniatus & ictus. Quando ut corpora verberibus, ita sæviti, libidine, malis consultis animus dilaceretur.* Tacitus VI. Ann.

Et

Digitized by Google

Et

Silius XIII.

Quam vellent numquam ſcreptris fulſiſſe ſuperbis !

Tacitus. VI. Ann.

Adeo facinora atque flagitia ſua ipſis quoque in ſupplicium vertunt.

Denique quis exitus ? Dejectio, aut cædes. Nam *reges conſeneſcunt, liberiſque ac nepotibus tradunt regna: Tyrannorum exſecrabilis ac brevis poteſtas eſt.*

In fortunium immutati.

Seneca de Clem.

Laërt. in ejus Vita.

Thales interrogatus, Τί δύσκολον ἴσιν τυραννίδι· Γέροντα ἰδεῖν, τύραννον: *Quid difficile videriſſet ? Tyrannum, inquit, ſenem.*

Nam rarò diuturni tyranni.

Nec poëta noſter vanus:

Juvenal. Sat. X.

Ad generum Cereris, ſine cæde & vulnere, pauci Deſcendunt reges, & ſiccâ morte tyranni.

Rarò increduli.

Immanem belluam hanc vides- Sed quod in eam remedium ? Duplex: Auferre, aut Ferre. Illud erectioris ſpiritus; cui videtur *moriendum potiùs, quàm vultus aſpiciendus tyranni.*

De Remedio. Tollere quidam volunt.

Cicer. I. De Offic.

Idem pro Milone.

Nec ego reprimo, cùm ſciam *Græcos homines Deorum honores tribuiſſe iis, qui tyrannos necaverunt.*

Cum applauſu multorum.

Audio etiam illum Tragicum:

Seneca Herc. Fur.

——Victima haud ulla amplior
Poteſt, magiſve optima mactari Jovi,
Quam rex iniquus.

Sed tamen hoc alterum magis è Sapientiæ normâ cenſeo, & ſæpius è publico uſu. Quiſquis es inter Subditos, ſi me audis, *ſcutum tibi magis quàm gladium ſume:*

Sed tolerandi ſapiens videntur.

Ex Liv. III.

Tacitus XV. Ann.

Hoc inquam Tolerantiæ ſcutum. Primùm nònne à Deo reges ſunt ? ergo anceps, *cæde ſe qualiſcumque Principis cruentare.*

Quia Deus immiſit.

Phœbus ille vatum dixit:

Homer. Odyſſ. π.

——— Δῖον δὲ γένος βασιλήϊόν ἐστι Κτείνειν:

Nec temerè ſanguis regius violandus.

——res eſt gravis occidiſſe
Regalem ſtirpem.

Nimis vere. Res gravis, imo plerumque & infelix: ſi tamen exemplis credimus omnis ævi.

Privatim rarò id benè ceſſit.

Ecce

Digitized by Google

Privatim rarò id bene cessit.

Ecce privatim, vindicta statim sequitur: & facinoris ejus *ultor est, quisquis successit.* Tacitus I. Hist.

Tradità scilicet *Principibus more, munimentum ad præsens, in posterum ultionc.* Ibid.

Nam vel exempli causâ,

Regi tuenda maxime regum est salus. Seneca Oedip.

Publice minus.

At publicè, quid nisi clades? Et rarò ea *moles convelli, sine convellentium exitio potest.* Tacit. IV. Hist.

Semperque ea causa cladium.

Factiones ex eo, discidia, & bella intestina. Atqui ego cum Favonio affero, χεῖρον εἶναι μοι ἀχλὺν πόλεμον ἐμφύλιον: *Pejus deteriusque esse tyrannide sive injusto imperio, bellum Civile.* Plut. in Bruto.

Tolerare melius:

Quidni ergo laudabilius, nostrum Ferre? *Memimisse temporum, quibus nati sumus. Et bonos Principes voto expetere qualescumque tolerare?* Tacitus IV. Hist.

Ut cæli tia omnia mala.

A Deo enim ista & ab alto. Et *quomodo sterilitatem aut nimios imbres, & cetera naturæ mala; sic luxum & avaritiam dominantium tolerare* debemus. Indid.

Nam subditorum ejt parere.

Indigna, digna habenda sunt, rex quæ facit. Plaut.

Quid calcitras? *Principi summum rerum judicium Dii dederunt, subditis obsequii gloria relicta est.* Tacitus IV. Ann.

Iugum quærere, nocet.

Nihil tam exasperat fervorem vulneris; quàm ferendi impatientia. Egesip. lib. I I. cap. IX.

In ipsis agrestibus feris, artissima vincula, si se excitent, imprimuntur; si quiescant, relaxantur. Ibid.

Modestia reges mitigat:

Sed & in teipso vide, ne qua durioris imperii culpa. Nam ut vere magnus ille regum dixit: *Regum ducumque clementia non in ipsorum modo, sed in illorum qui parent, ingeniis sita est.* Alexander apud Curt. lib. IIX.

Obsequio mitigantur imperia. Ibidem.

Interrogatus quispiam, *quid ita Sparta floreret? Quidne reges recte imperare scirent? Imo, inquit, quia cives parêre.* Theopompo tribuit Plutarch.

Contumacia exasperat.

O bene! & tu tibi sume. Nam sæpè retractas, & *contumaciâ atque inani jactatione famam fatumque provocas.* Tacitus Agric.

Et prælatio nimia libertatis.

Plenam meramque libertatem spiras. Nescius, *quomodo pessimis Principibus, sine modo dominationem; ita quamvis optimis modum libertatis placere:* IV. Hist.

Et ne-

Digitized by Google

VI. Ann. Et necessario *contumaciâ inferiorum, lenitatem imperitantis deminuit.*

In Agric. Pone hos animos: & *compesce ardorem, peritus obsequi, eruditusque utilia honestis miscere.* *Monita subditis:*

IV. Hist. Ne *contumaciam cum pernicie, quàm obsequium cum securitate malis.*

Plinius Paneg. Assiduè cogita: *quanto libertate discordi servientibus sit utilius, unum esse cui serviant.*

Mali sæpè Principes, fateor & doleo: sed calumniando pejores etiam facimus. Ita ingenium vulgo. Audent passim & gaudent *Qui proni ad querelas aut calumnias.*

Statius Theb. ——— *humili læsisse veneno*
Summa; nec impositos umquam cervice volente
Ferre duces.

Thuc. I. Atque, ut ille ait, τὸ παρὸν ἀεὶ βαρὺ τοῖς ὑπηκόοις. *Præsens imperium subditis semper grave.*

Tacit. IV Hist. Quid si aliud? Idem. Nam *vitia erunt, donec homines, sed nec hæc continua, & interventu meliorum pensantur.* *Ferant præsentia spe meliorum.*

XII. Ann. Concludo igitur, *Ferenda regum ingenia, neque usui crebras mutationes.*

CAPUT VI.

Quæstiuncula per occasionem inserta, An misceat se bellis Civilibus vir bonus? Utrimque ea agitata: & cum discrimine aliquo personarum definita.

HÆc initia & hæ Causæ sunt belli Civilis. Modus Gerendi sequebatur: sed juste negavi de eo me dicturum. Illud saltem hoc loco lubet quærere, Quî gerat se in bello Civili vir bonus? Quiescat, an abeat in partes? Quietem Ratio & Exempla suadere videntur. Ratio: *quia arma civilia neque parari, neque haberi possunt, per bonas artes.* *Vir bonus an civili bello intersit?* *Non debere videtur.* *Quia ipsum malum:* *Quia finis in eo malus.*

Tacitus I. Ann.

Atque etiam finis in iis plerumque improbus: & duces *bonum publicum simulantes, pro sua quisque potentia certant,*

Sallust. Jugurth.

His

Digitized by Google

His civilibus armis. ait Sallustius, *dicta alia, sed certatum utrimque de dominatione est.* Idem Orat. Macri tribun.

Quid ergo *viro bono & quiete, & bono civi magis convenit, quàm abesse à civilibus controversiis?* pleb. Cæl. in er Ep. ad Att. x.

Quia crudeliter geritur.

Adde, quòd sævitia quædam & feritas annexa his bellis: à quâ sanè immensum abhorret vir bonus. Cicero hoc aspectu clamat: *Melioris medius fidius civis & viri puto, quovis supplicio affici, quàm illi crudelitati non solum præesse, verumetiam interesse.* ep. VII. Ad Att. IX. ep. IV.

Et viri magni abhorruerunt.

Jam exempla si quæruntur, illustria sunt, *Ajunt gloriari solitum Q. Hortensium, quod numquam Civili bello interfuisset.* Id ad Famil. II. ep. XVI.

Asinii etiam *Pollionis factum ac dictum memorabile. Nam rogante Cæsare, ut secum ad bellum proficisceretur Actiacum: Ego, inquit, discrimine vestro me subtraham, & ero præda victoris.* Vell. II.

Contrà, Debere videtur. Est enim boni, bonos sequi.

Et plura reperies. Tamen altrinsecus, Ratio pariter & Exempla. Ratio hæc. Ubi dissidium, cur vir bonus se jungat se à suis? Imò *ut bos armenta; sic ipse bonos viros, aut eos quicumque dicentur boni, sequatur.* Cic. ad Att. VII. Ep. VII.

Et Solon lege ita cavit.

Sapiens ille Solon lege etiam Medios istos quietosque submòvit. *In casu*, inquit, *civilis discordiæ, qui non alterutrâ parte sese adjunxerit, sed solitarius separatusque à communi malo civitatis secesserit; is domo, patriâ, fortunisque omnibus careto, exsul extorrisque esto.* Agellius Noct. Att. l. II. cap. XII.

Fecerunt item viri magni.

Quid Romanus ille *Cato virtutum viva imago*, Seneca. I. de Tranq.

Certius sapientis exemplar, quàm Hercules aut Ulixes, II. de Tranq.

Nónne non comitem solùm Civilibus armis se præbuit, sed ducem? Constat. Ergo & vir bonus idem faciet. Et *quemcumque sors tulerit casum subibit potius cum iis qui dicentur esse boni, quàm videatur à bonis dissentire.* Cicer. ad Att. IIX. epist. I.

Nos discriminamus.

Conflictum sententiarum vides: nos quid volumus? Pacem. Utramque sententiam probam esse dicimus, sed cum discrimine quodam personarum. Clarus quispiam aut illustris est: *Versari in republicâ, atque in eâ excellentius se gerere studuit?* Idem pro Sextio.

Illustres & actuosos interesse volumus.

Poste-

Digitized by Google

Posterior ei sententia tenenda : & faciendum *quod pecudes, quæ dispulsæ, suigeneris sequuntur gregem.*

Idem ad Attic. VII ep. VII.

Quis color aut ratio, cùm tranquillis rebus ad clavum sederis, ut deseras abjiciasque eum, turbaris? Non potes. Huic generi hominum, scimus *dignitati esse serviendum, reipub. consulendum, officiis rationem in omni vita esse ducendam.*

Idem pro Sestio.

Misce te & junge : sed cum hac lege, ut appareat, *Sapientem & bonum civem initia belli civilis invitum suscipere, extrema non libenter persequi.*

Sed modestè.

Idem ad Fam. IV. ep. VII.

Consilia tua si ad pacem confers si in ipso æstu belli, iræ ac victoriæ moderaris: ô virum, ô civem! At parte alterâ, latet aliquis? Et est ex eo genere qui *missos fecerunt honores, nec rempublicam attingunt?*

Minus clamos & quietos, quiescere:

Idem pro Sestio.

Hic, me judice, nec civile quidem bellum attingat. Cur nunc sedet in turbidum illud mare, qui tranquillum non tentavit? Ille verò *neque tutius, neque honestius reperiet quidquam, quàm ab omni contentione abesse.*

Cæsin iis ad Att. X. Ep. II.

Eligat censeo aliquod opidum vacuum à bello, dum hæc decernuntur:

Cælius ad Cic. l. X. ad Attic.

Sed cum eâ item lege, ut *ne propensior ad turpem causam videatur.*

Affectu tamen à bonis stare.

Cic. ad Attic VII ep. XXV.

Animo saltem quis patriam non juvet? Cape exemplum ab ipsâ Modestiæ & Prudentiæ prole, Tito Attico. Qui *ita in rep. est versatus, ut semper optimatium partium & esset, & existimaretur: neq; tamen se Civilibus fluctibus committeret. Quod eos non magis in suâ potestate existimabat esse, qui se his dedissent, quàm qui maritimis jactarentur.*

Attici insigne exemplum, nobis imitandum.

Nepos in ejus vita.

Vir optime salve, & probande magno illi Cæsari : qui *denuntiante Pompejo, pro hostibus se habiturum qui reipubl. defuissent: ipse medios & neutrius partis suorum sibi numero futuros pronuntiavit.*

Cæsaris moderatio. Principibus imitanda.

Sueton. Jul. cap. LXXV.

Hoc nostrum arbitrium est in re litigiosâ. In quo *facile intellego, pugnandi cupidis hominibus me non satisfacere.*

Cic. in iis ad Att. IIX. ep. XV.

Sed iidem illi vitam meam cogitent : sciantque *consilia nostra pacis & togæ fuisse, non belli atque armorum esse.*

Idem pro Marcell.

Digitized by Google

CAPUT VII.

De Finiendo Civili bello. Et Operis mei finis.

SED seriò jam exsulto. Et ut nautæ
——— *quando ex alto procul* Plautus Mænech.
Terram conspiciunt,

ex animo lætantur, sic ego, qui terram non aspicio, sed tango. Breve saltem spatium intereſt, de Civili bello Finiendo: quod una nec mutata velificatione decurram. Finitur Civilis discordia dupliciter, Pactione aut Victoria. Illam eligo. Et omnino melius *Sapientia id potius extingui, quam armis & ferro rem in discrimen adducere.* Cicero Philip. v.

Duplex ratio finiendi civilis motus.

Pactio melior.

Mihi omnis pax cum civibus bello Civili utilior videtur. Idem Philip. II.

Dies & Tempus, semper pro regibus.

Etiam temporaria & parum firma. Nónne divulsi animi interea coalescunt? Errant, qui exacta hîc omnia volunt & ad liquidum perducta. Acutè simul & verè Curtius: *Nec fallebat Antipatrum dissentire ab animis gratulantium vultus, sed bellum finire cupienti opus erat decipi.* Lib. VI.

Diuturnum bellum iis noxium.

Rex prudens sæpè *moram magis quam bellum metuet.* Liv. XXI.

Tamen plerisque placere video Finiendi modum alterum: qui *veram volunt & sine exceptione Victoriam.* Florus II. cap. XXIX.

Victoria plena vix hic conducit:

Quæ splendida sæpiùs, quam salutaris, nisi magna quadam prudentia moderaris. Nam *ex victoria cum multa mala, tum certe tyrannis exsistit.* Cic. ad Att. VII. epist. V.

Nisi consilio valdè regitur.

Tu cave, & callidum Mucianum hîc audi: *Initia bellorum Civilium Fortunæ permittenda, Victoriam consiliis & ratione perfici.* Tacitus III. Hist.

Auferes motuum tollendi.

Illa adhibe, & inprimis semina motuum tolle. Capita specie honoris aut muneris ablega, ut *novæ cupientibus auferatur dux & auctor.* XVI. Ann.

Instrumenta removenda.

Ipsos milites remove. Quos *spargi per provincias, & Externo bello illigari, pars consilii pacisque sit.* III. Hist.

Sæpè

Digitized by Google

v. Hiſt. Sæpe *bellum externum* firmam *concordiam* peperit.

Salluſt. ad Cæſ. Sed ante omnia Clementiæ veſtigiis tu adhære. Neque audies *importuniſſima genera hominum*, qui *tot miſerorum civium ſanguine ſatiari nequiverunt.* *Iteriter cum aliis agendum.*

Indid. *Qui te ad crudeles pœnas, aut acerba judicia invocant.* *Non audienda ſanguinaria hirudines.*

Indid. Scilicet ut ipſi *trahant, rapiant, & tamquam urbe capta, libidine ac licentia ſua pro legibus utantur.*

Cic. ad Brut. epiſt. 11. Non, non: Brutus tibi doctor melior. Cujus ſaluberrimum effatum, *Acriùs prohibenda eſſe bella Civilia, quàm inſuperatos iracundiam exercendam.* *Salutare conſilium.*

Idem pro Marcell. *Judica à pleriſque ignoratione potiùs, & falſo atque inani metu, quàm cupiditate aut crudelitate civile bellum eſſe ſuſceptum.*

Salluſt. ad Cæſ. Ita res tuas augebis, ita famam, & efficies *ut nec inimici quidem queri quidquam audeant, niſi de magnitudine tua.*

Seneca 1. de Clem. *Nullum ornamentum Principis faſtigio dignius pulchriuſque eſt, quam illa corona* OB CIVES SERVATOS. *Deum rēgum, clementia.*

Salluſt. ad Cæſ. SED ego hactenus, ô Princeps, *quæ mihi utiliſſima factu viſa ſunt, quæque tibi uſui fore credidi, quàm pauciſſimis potui, perſcripſi:* CONCLUSIO.

Vell. 11. Nunc *voto finiendum volumen eſt.*

Tacitus IV. Ann. *Et ſocios, cives, ac Deum ipſum precor. Hunc, ut tibi ad finem uſque vitæ, quietam & INTELLIGENTEM HUMANI DIVINIQUE JURIS MENTEM duit: illos, ut quandocumque conceſſeris,* CUM LAUDE ET BONIS RECORDATIONIBUS, *facta atque famam nominis tui proſequantur.* *Et pro Principe votum.*

ANNUE O REX REGUM!

Digitized by Google

Digitized by Google

JUSTI LIPSI
AD LIBROS
POLITICORVM
NOTÆ,
ET
DE UNA RELIGIONE
LIBER.

Digitized by Google

SUETONIUS IN AUGUSTO CAP. LXXXIX.

IN evolvendis utriusque linguæ auctoribus, nihil æquè sectabatur, quàm Præcepta & Exempla, publicè & privatim salubria: eáque ad verbum excerpta, vel ad domesticos, vel ad provinciarum exercituumque rectores, vel ad urbis magistratus plerumque mittebat; prout quisque monitione indigeret.

Digitized by Google

REVERENDO ET AMPLISSIMO PRÆSULI JOANNI SARACENO ABBATI VEDASTINO, ET A CONSILIIS STATUS BELGICI.

NOTAS quas vides, & adjunctum *De unâ Religione* librum, aucta hæc variè aut innovata, tibi catum dicatumque imus, Ampliſſime Præſul: atque intimo meo voto, utinam majus aliquod aut ſpecioſius munus! Certè merebaris, & impensè ego volebam. Sed quid eſt? Aliud præ manu nunc non erat, & differre diutiùs profeſſionem hujus æris alieni, pudor meus & ingenuus animus recuſabant. Tu ille es, cujus beneficia à quadriennio jam in me ſumma: qui advenientem in amicitiam tuam admiſiſti, aut potiùs advocaſti; fontem benignitatis tuæ ultrò reſeraſti, & verè fontem: ita largiter & perenniter in me fluxit. Nec in me tantum. Publica & teſtata beneficia tua ſunt in omnes, quibus commendatio aut inſigne aliquod eſt Religionis, Virtutis, aut Doctrinæ. Enimverò ſacra ſi intuear, quis magis ea defendit, ornavit, ampliavit? Aræ & templa vetera inſtaurata, aut nova inſtituta, tui operis ſunt; tui, religioſorum cœtus correcti, aucti, propagati; & uno verbo, omnes pietatis veræ, id eſt antiquæ, myſtæ aut cultores, te habent decus, ſubſidium, portum. Quid aliæ virtutes? Simile-

Digitized by Google

Et cùm nullâ in re minùs ratio constare tibi videatur quàm in donando, mirâ prudentiâ domesticâ tuâ aut parcimoniâ fit, ut supersit semper quod dones. Nec ista in gratiam aut gloriam. Deo soli & usibus humanis imputas: & fructum beneficii unum censes, feciſſe. Ut stellæ in cælo lucent, hoc tantùm ut luceant: sic tu naturâ & inclinatione beneficus, sine aliâ affectatione aut aspectu. O rarum mirumque virum! & in litteris magis hoc lubet diffundere, id est, in re nostra. Quis earum titulum in Belgica sibi inscripsit, & te Patronum non asscripsit? Rarus: cùm etiam eos qui colorem & speciem earum habent, juves. De Nicolao Quinto, egregio inter Pontifices, fama tenuit, cum sermo aliquando esset, de Musicis litteratisque viris, & diceret quispiam, *Poëtas aliquot bonos Romæ esse. Non credo*, illum subjeciſſe, *cur enim ad me non veniant, qui etiam malis pateo*? Magni, sed & candidi animi vox. Quâ significabat, non compotes solum optimarum artium, sed & candidatos à se diligi, & in iis demerendis munerandisque decipi se, etsi non deceptum. Excitabat scilicet ita alios: & ad rem magis invitabat, cum & spem viderent honorari. Simile in te est: & quisquis nomen hoc litterarum habet, velamenta & infulas, ut sic dicam, præfert, quibus apud te exoret. Ah utinam in hac & aliâ virtute tibi similes, qui gradu similes, quorum aliqui (plerique nolo dicere) in illâ altitudine nil nisi alti sunt: & ut cupressi, cetera steriles, præter speciem nihil habent. At vero in te laudanda etiam alia. Hoc in primis, quòd curas tuas à singulis ad publica etiam profers: & patriam consiliis & prudentiâ opportunè juvas. En tenebras & confusionem temporum; tempestatem in mari, in terrâ; bella pro religione, pro imperio; dissidia cum veris hostibus, cum civibus; & omnia sic turbata aut desperata, ut pars consilii censeatur, consiliis non se miscere. Sed tu is obviam, & in quiete aut subductione aliorum, manum ad cla-

Digitized by Google

clavum porrigis: porrigis dico, sed advocatus, Ille, ille Rex post hominum memoriam Optimus Maximus, bona tua vidit, cum te coràm vidit: illam dignitatem corporis; eloquium oris, animi prudentiam: & statim in sanctius illud consilium, quod rerum statusque vocant, adscivit. Quam judicio hoc fecerit, judicia omnium consentiunt. Qui te mirantur, ut Numam aliquem aut Lycurgum, sacris humanisque rebus, pacis bellique artibus, mixtum & idoneum: & in duplici munere, feliciter & industrié omnia, sic ut in uno alius, obeuntem. Macte his virtutibus PRÆSUL, & aliis, quas fileo: quia jam nunc gravari te sentio hos sermones. In quos nec me dedissem, nisi quia publicè interest, aliquod virtutibus præmium, aut præconium saltem esse: & ne iis sit tantùm ex conscientiâ merces. Tu meum animum, quòd præcipuè volebam, vides. Tuum nunc & posteà; etiam tunc, credo, cum avulsus ab hoc corpore in æternis illis locis erit. Quæso ut ita censeas, & ejus obnoxii addictique testes, ac velut obsides, hos libellos capias: si per se haud magni pretii, operi tamen adnexos, cui pretium aliquod Fama adhuc esse voluit, & spero volet. Quod autem non perfeci uno tenore & protelo totum opus, non mea culpa aut ignavia est: sed valetudo interpellavit, tum & occupatiunculæ, quæ nimis sæpe distrahunt aut divellunt. Fiat aliàs, si ille volet, qui super nos vult & potest: qui te, AMPLISSIME PRÆSUL, Religioni, Patriæ, nobis diu servet. Lovanii, postri Natalem Dominicum, ∞. Io. XCV.

Digitized by Google

Digitized by Google

JUSTI LIPSI
AD I. LIB.
POLITICORUM
NOTÆ.

POLITICORUM LIBRI.] *Ita inscripsi, nec perperam. Nam etsi propriè de principatu agimus, & ejus institutio mihi scopus: tamen & librorum prior pars velut commune προοίμιον ad quamque Rempubl. est: & passim præcepta ad omnem Civilem vitam.* *De titulo librorum.*

Sive Civilis doctrinæ.] *Rectè ità licet vertere: imò* Politicen *ipsam* Civilitatem *Apulejus reddidit, de Philosophiâ: & Seneca* Civilem *ejus* partem *dixit.*

IN CAPUT I.

Præloquium.

VETERUM monitis, imò & verbis.] *Ita fecimus. Lapides & ligna ab aliis accipio: ædificii tamen exstructio & forma, tota nostra. Architectus ego sum, sed materiam varie undique conduxi. Nec aranearum sanè textus ideò melior, quia ex se fila gignunt: nec noster vilior, quia ex alienis libamus, ut apes.* *Pag. 7. Forma scriptionis.*

Duos Rectores, Prudentiam & Virtutem.] *Sive duo etiam fulcra: sine quibus laudabilis & firma Respublica nulla umquam fuit, nulla erit. Tetigerunt utrumque alii: sed si neminem distinctè aut plenè præceptis id amplexum dixerim, libera magis vox erit quàm superba.* *Fulcra bina Reip.*

Digitized by Google

IN CAPUT II.

De Deo.

Pag. 1. *Pietatis duo membra.*

RECTVS de Deo sensus, in Deum cultus.] *Ita pietatem definimus. Et hæc duo sane præcipua ejus munera sive partes, Nosse supremum illud numen, & Venerari. Lactantius*: Omnis sapientia hominis in hoc uno est, ut Deum cognoscat & colat. *A Sensu tamen veniendum est ad cultum. Idem*: Sapientia præcedit, Religio sequitur: quia prius est Deum scire, consequens colere. Lib. III. Instit. cap. XXX. Lib. VI. cap. IV.

Pag. ibid. *De ipso proprium nomen ignoramus.*

Ita appello Summum illud.] *Heu miseriam! adeo à cognitione Summi illius remoti sumus, ut ignoremus & nomen. Ipse increpat*: Cur quæris nomen meum, quod est Mirabile? *Et Damascenus*: Τὸ θεῖον ἀκατάληπτον πάντως καὶ ἀνώνυμόν ἐστι: Comprehendi omnino divinum illud non potest, neque nominari. *Etsi nos tamen nomina ab antiquo habemus, & quod miremur, pleræque gentes quadrilittera. Sed cum eodem Damasceno sentio, nullum nomen aptius Deo tribui*, τῷ ὄντως. *Caussa.* Ὅλον γὰρ τὸ ἰδιωτικὸν συλλαβὼν ἔχει τὸ εἶναι, διόπερ πλατυσμὸν ἔοικε ἀπειρον καὶ ἀόριστον: Universum enim illud Esse complectens in se ipse habet, quasi mare quoddam infinitum & immensum. *Pulcherrime Hermes*: Ἕν ἐστιν αὐτὸς καὶ τὰ ὄντα, καὶ τὰ μὴ ὄντα. Ipse est, & quæ sunt, & quæ non sunt. *Quo sensu? Addit.* τὰ μὲν γὰρ ὄντα ἐφανέρωσε, τὰ δὲ μὴ ὄντα ἔχει ἐν ἑαυτῷ: Nam & quæ sunt, aperuit; & quæ non sunt, habet in se ipse. *Ille scilicet est (Ægyptiorum templis rite inscriptum)* τὸ γεγονὸς, καὶ ὂν, καὶ ἐσόμενον: quod fuit, quod est, quod erit. *Ille ut Apostolus ait*, ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia. *Hæc talia nec impie nec inscite dici possint: sed quanto augustior & Deo dignior illa confessio!* Ἀνεκλάλητον, ἄῤῥητον, σιωπῇ φωνούμενον: ineffabilis, non dicendus, silentio exprimendus. Lib. III. Instit. cap. XXX. Lib. VI. cap. IV. Pœman. cap. V. Ad Rom. X. Hermes Pœman. cap. I. Pœman. cap. V.

Quid ei convenientissimum.

Deus est, qui est & quod est.

Dimissio omnium hic tuta.

Deus mente patior.

Mentem solutam quamdam.] *Mentem, sed mente subtiliorem. Hermes ille vere Termaximus in his divinis*: Ὕλης μὲν τὸ λεπτομερέστερον, ἀὴρ. ἀέρος δὲ ψυχὴ. ψυχῆς δὲ νοῦς. νοῦ δὲ ὁ θεός. Materia subtilior, aër. Aëre, anima. Animâ, mens. Mente, ipse Deus.

Præ-

Digitized by Google

Præditam motu sempiterno.] *Rectè accipe: pro vitâ & actione sempiternâ. Aristoteles explicabit:* Θεῦ δὲ ὑπόληψις, ἀθανασία. τοῦτο δ' ἐστὶ ζωὴ ἀΐδιος, ὅπερ ἐστὶν ἀνάγκη τῷ θείῳ κίνησιν ἀΐδιον ὑπάρχειν. Dei actio immortalitas, hoc autem est perpetua vita: ut necessum sit Divinitati motum perpetuum inesse. *Nam de alio motu, sanè falsum. Ille omnia movet, immobilis: omnia quatit inconcussus. Hermes:* Πᾶν δὲ τὸ κινούμενον οὐκ ἐν τῷ κινουμένῳ κινεῖ, ἀλλ' ἐν ἡσυχίᾳ· καὶ τὸ κινεῖν δι' ἡσυχίας: Omne motum non in moto movetur, sed in quiescente. Et id quod movet, quiescit.

Quo sensu Deus in motu? Vivit perpetuo.

II. De Cœlo. cap. III.

Porman. cap. II.

Movet, non movetur.

De Deo etiam vera dicere, periculosum.] *Quî enim scis, an dicas vera? Circumludis infinitum & æternum illud, tu pusille, tu mortalis. Atque hoc sensu, istud verum. Alias, non nego quin de Deo liberè & verè dicamus, quæ de se ipse, id est, quæ in sacris mysticisque libris reserantur.*

Pauca de Deo dicenda:

Nec nisi in sacris tradita.

Qui meliùs scitur, nesciendo.] *Hoc quoque pari cautione & sensu. Curiosos tantum excludimus: quoniam, ut ait Basilius,* τῆς ψυχῆς νόσημά ἐστι, τὸ περιεργως ζητεῖν περὶ θεοῦ: Animi morbus est, male & superflue de Deo quærere. *Quid autem quæramus? Cæli aut sideris unius naturam plenè nondum cepimus: & volumus cæli siderumq; auctorem? Vani, Vani! Potiùs audiamus:*

Vitiũ animi, in illum inquirere.

Et inquisitio ea vana.

Philens.

Θεὸν νόμιζε, καὶ σέβου, ζήτει δὲ μή.
Πλεῖον γὰρ οὐδὲν ἄλλο τῷ ζητοῦντι ἔχεις.

Deum esse crede, & colito, sed non quærito. Nam nihil habebis aliud hîc, quàm quærere.

Sed & *Bias olim monuit:* περὶ θεῶν λέγω, ὡς εἰσί: De Diis hoc tantum dic, esse. *Pius noster scriptor magis piè*: Deus religione intellegendus est, pietate profitendus est, sensu verò persequendus non est, sed adorandus.

Lært. in ejus vita

Hilarius de Trin.

Venerare, non vimare.

Effectus tamen ejus.] *Omnino Dei opera & effectus noscenda, si vis ipsum.* Νοῦς ὁρᾷ τὸ τοῦ νοεῖν, ὁ θεὸς τὸ τοῦ ποιεῖν, *ait Hermes.* Ut solem deficientem non directò, sed in aquis intuemur: sic Deum in operibus.

Cap. II.

Deus in effectis, & ab iis noscendus.

Affectus (si ita appellare fas.] *Merito dubito, imò non dubito. Nam revera affectiones nullæ in perfectâ illâ simpliciq; naturâ, sed puræ res ipsæ. Damasce-*

Affectus nulli in Deo.

Digitized by Google

masculus : Ποιότητος τὸ θεῖον ἀλλοτρίον : Qualitatis Deus expers. *Itaque propriè non ille Sapiens, Bonus, Justus : sed Sapientia, Bonitas, Justitia. Hilarius* : Quidquid in Deo est, Deus est : totum quod in eo est, unum est. *Et Augustinus* : Quidquid ibi intelligi potest, substantia est. *Nec Plato ignoravit* : Αὐτὸ τὸ ἴσον, αὐτὸ τὸ καλὸν, αὐτὸ ὅπερ ἐστὶν, ὃ ἔστι τὸ ὄν: Ipsum æquale, ipsum pulchrum, ipsum singulum, quod est id quod est.

De Fide.

De Trin.

Totus, substantia est.

In Phædone.

Interest animis & mediis cogitationibus intervenit.] *Alte hoc imprimite mortales, vix peccatis. Hesiodus* :

Πάντα ἰδὼν Διὸς ὀφθαλμὸς καὶ πάντα νοήσας.

In tenebris Deus.

Et Epictetus planè divinitus : Οὕτω καλόν ἐστι τὰς θύρας κλεῖσαι καὶ ἔσω ἔνδον ποιῆσαι, μέμνησθε μηδέποτε λέγειν, ὅτι μόνος εἰμί. οὐ γὰρ εἶ μόνος ἀλλ' ὁ θεὸς ἔνδον ἐστὶ, καὶ ὁ δαίμων ἐστὶ. Καὶ τίς τούτοις χρεία φωτὸς, εἰς τὸ βλέπειν τί πεπράξῃς ; Cùm januas adduxeritis, & tenebras intus feceritis, ne umquam in mentem veniat dicere, quòd soli estis. Non enim estis, sed Deus intus est ; & Genius vester intus est. Quid autem opus iis lumine, ut videant quæ agatis ?

In dissertat. ab Arriano digest. l. 1. cap. xiv.

IN CAPUT III.

De Religione.

Pag. 10.

OMNIA prospera colentibus Deos, adversa spernentibus.] *Seriò cogitare debet Princeps, Religio neglecta aut prolapsa traxit semper rempub. secum, & trahet. Vates ille haud vanus* :

Cum religione respfloret, aut cadit.

Dî multa neglecti dederunt
Hesperiæ mala luctuosæ.

Horat.

Et Lactantius asserit, Ideò mala omnia rebus humanis cottidie ingravescere, quia Deus mundi hujus effector & gubernator derelictus est : quia susceptæ sunt, contrà quàm fas est, impiæ religiones.

Lib. v. Institut. c. viii.

Superstitiosi nos natura.

Aut impii.

In quam naturæ vitio nos proni.] *Adeo verum est, ut in alia vitia duci videamur, in hoc rapi. Plutarchus haud injuria deplorat* τὴν ἀνθρωπίνην ἀσθένειαν, ὅρον οὐκ ἔχουσαν, οὐδὲ κρατοῦσαν αὑτῆς, ἀλλ' ἀφιεμένην, ὅπου μὴ εἰς δεισιδαιμονίαν καὶ τύφον, ὅπου δὲ εἰς ὀλιγωρίαν τῶν θείων καὶ ἀσέβειαν : humanam infirmitatem, metam terminumque non habentem, nec sui potentem ; sed efferentem se, modò in

In Camillo.

Digitized by Google

in superstitionem & vanitatem, modò in neglectum rerum divinarum & contemptum. *Atqui, ut idem addit, ἡ δ' ἀλαζονεία, καὶ τὸ μηδὲν ἄγαν, δεινόν:* Religio, ut nihil nimis, optimum: *Si tamen peccandum est, fateor tutius meliusq; peccari in hanc Superstitionis, quam illam Impietatis partem.* Νόσος μεγάλη ψυχῆς, ἀθεότης. ἴσως γὰρ δόξει εἶναι πάσης τῆς κατὰ ἁπτωλυθεῖ τὸ ἀγαθὸν ἀεί. Magnus, magnus animi morbus est, Impietas: quoniam illum opinio & inclinatio ad omnia mala sequitur, boni autem nihil. *Et sanè eâ stante, numquam respublica stabit.*

In mediocritate virtus. Pessima Impietas.

Perniciet Rerum publicarum.

Hermes cap. III.

Lib. I. Nulla res multitudinem efficaciùs regit, quam superstitio] *Livius de Numâ*: Omnium primum, rem, ad multitudinem imperitam, efficacissimam, Deorum metum injiciendum ratus. *Et multitudinem dico, non hanc togatam tantum aut muliebrem, sed etiam illam accinctam & militarem.*

Superstitio efficax ad regendum.

Lib. IV. *Quæ, ut idem Curtius ait*, alioqui impotens, sæva, mutabilis, ubi vana religione capta est, meliùs viribus quam ducibus suis paret. *Itaque usi vel abusi hac sæpè viri Principes. Ut P. ille Scipio, qui Jovem in Capitolio consulebat: Q. Sertorius, qui cervam circumducebat: C. Marius, qui Syram quamdam fatidicam, Martham: P. Sylla, qui in prœliis præferre & ostentare solitus sigillum Appollinis. Et exempla plura. Sed illud Caroli VII. Gallorum regis eximium: cujus res accisas valdè reparavit hoc commentum. Virguncula fuit Johanna Lotharinga, (à Deone instincta, an humana aliqua fraude suborna-ta?) quæ palam ad Regem venit: & mira constantia asseruit divinitus se missam, pellendis è Gallia Anglis. Res relata ad consilium: suasa, dissuasa. Regi admittere visum, & prudenter. Ejus sanè opera, imò & ductu (nam arma gerebat, & viris præibat) Aurelianum arcta obsidione liberatum, & pleraque alia fortiter ac feliciter gesta. Ad extremum tamen vacillavit vaticinii fides, cùm Johanna capta ab Anglis & Rhotomagnum ducta, igne exusta est ut præstigiatrix.*

Usurparunt hoc sine multi.

Virginis Gallicanæ enthusiasmus sive dolus.

At tu fuge.] *Ab omnibus superstitio arcenda, à Principe maxime. Quem altus scilicet erectusq; animus decet: at Superstitio & aniles persuasiunculæ, ut cum poëta dicam,*

Pag. 11.

Principem dedecet superstitio.

Lucr. ——faciunt animos humiles formidine divûm,
Depressosque premunt ad terram.

Et

Barbari ad eam proni. *Et sane vilium fere aut barbarorum est Superstitio.* In Sertorio. *Plutarchus:* Εὐάλωτον εἰς δεισιδαιμονίαν φύσει τὸ βάρβαρον. Inclinant naturâ ad superstitionem barbari. *Quod idem censebis de femineis imbecillisque naturis.*

Aut feminę ac pueri.

Deos à superstitioso timeri.] *Intellege, serviliter timeri. Nam duo vitii hujus propria, Nimius timor, Nimius cultus. Seneca:* Superstitio, error

Timor ei comes, & angor. insanus est. Amandos timet; quos colit, violat. Epist. cap. XXIV.

Religentem oportet esse, religiosum nefas.] *Mens prisco huic versui, religionem cum modo habendam, ut omnia bona: quæ talia esse desinunt, si ille absit. Nam religiosum prisci dicebant in vitio, & cum copia quadam immodica, ut Mulierosum, Vinosum. Si autem alicui modus hic servandus, certe*

Intellectus sanus in versu veteri. *Modo la religio Principi convenit.* *Principi convenit. Nicephorus Gregoras haud insciteHist. III.:* Τὰ μὲν ὄρη τοῖς τοῦ νοῦ τῇ κατ' ἦθος θεωρίᾳ ὅροις τὰ πανταχοῦ ἐπιβλητέον ἐστὶ θεωρεῖν. ὅπως δὲ μετὰ τῆς ἀρετῆς καὶ πολιτικὸν ἤσκησεν ἦθος, καὶ πόθεν ἴσχε παραμύθιον πικρίαν, ἔστω λαὸν ὁδηγεῖν εἰς τὸ βέλτιστον καὶ σωτήριον κρατήσας. Nam qui in unâ Dei contemplatione mentem defigit, huic tali montes & speluncæ conveniunt. At qui unà cum virtute civiles etiam mores conjunxit, & notitiam sibi paravit rerum variarum, ille verò populum ad optima & saluberrima ducere idoneus est.

Religio in vita & factis. Optimus animus, pulcherrimus cultus.] *Breviter hoc ipsum & acute Lactantius:* Religiosissimus est cultus, imitari. *Etiam Hermes Ægyptius:* Θρησκεία τοῦ θεοῦ μία ἐστὶ μὴ κακὸν εἶναι κακόν: Unicus (*certe præcipuus*) Dei cultus est, non esse malum. *Possem hic quædam apposite & vere: sed Megarensis ille Sapiens mihi inclamat,* οὐδὲ τούτων ἕνεκα σοὶ ὀδέω. Lib. V. Instit. cap. X.

Moysen illum Ægyptium.] *Historiola, quam aspexi, amœna & hodie utilis est. Tu, si lubet, ab auctore eam pete.*

CAP.

Digitized by Google

IN CAPUT IV.

De Fato

ET vocem Fata sequuntur.] *Hac mente veteres Fata voluerunt Jovi præsto esse cum stilo & tabulis, ad inscribenda ejus dicta. Latmus Pacatus*: An ut illi majestatis tuæ participi Deo feruntur assistere Fata cum tabulis: sic tibi aliqua vis divina subservit, quæ quod dixeris scribat ac suggerat? *Et Marcianus Capella* Parcas, scribas Jovis *appellat*, quòd ejus decreta in æreas tabulas referant. *Ovidius aspexit*:

——cernes illic molimine vasto
Ex ære & solido rerum Tabularia ferro.

Ipsi homines, tamen in parte.] A Deo *enim* sunt, *ait Augustinus*, omnium potestates, quamvis ab illo non sint omnium voluntates. *Ab uno & perpetuo illo bono, jure amovemus omnia mala. Trismegistus*: Αὐτὸς δὲ τῆς ποιήσεως ἀμέτοχος, ὅλος ἐστὶν ἀγαθὸς· ἔστι γὰρ ὅπερ ἐστὶ τὸ τέλος τῆς ἡδονῆς καὶ περιπόθητον, οὕτως ἐστὶ καὶ τῆς ζωῆς, καὶ ὑπὸ τῆς σώματος. ἀλλ' ὅτ' ἐν ἀγαθῷ ἐργάζεται ποίησιν, ὑπὸ τοῦτο φύσει ὁ ποιητὴς μηχάνηται, ὑπὸ τοῦ κακοῦ ὁ Θεός: Ab ipso conditore nihil malum aut turpe esse existimandum est. Hæc enim sunt affectiones quædam adhærentes & concomitantes ipsam generationem, sicut ærugo æs, & sordes corpus. Atqui nec æruginem faber fecit, nec sordes auctor produxit, nec malitiam Deus.

Nullis consiliis vel auxiliis vitamus.] *Ammianus*: Nulla vis humana vel virtus metuisse umquam potuit, ut quod præscripsit fatalis ordo, non fiat.

Heu fatis superi certasse minores!] *Ita Jupiter ipse apud alium poëtam*,

Me quoque fata regunt.

Et Apollo Pythius apud Herodotum: Τὴν πεπρωμένην μοῖραν οὐδὲ θεὸς ἐθέλει ἐκφυγεῖν, οὐδὲ θεός: Decretam sortem nec Deo quidem est effugere. *Impia sententa dicam, an stulta? Cur enim numen vincatur a Fato? Numquam certant. Et nos ipsi cùm Deum supra Fata esse dicimus, magis Stoicis contradicimus, quàm aliquid pro re dicimus. Nam quæ hic comparatio? Proinde est, ac si ambigam Judex ne super sententiam sit an ipsa super illum. Sed mutare, inqui-*

Pag. 124. *Fatum, Jovis vetus bonum.* *Veterum involucra.* Metam. XV. lib. 5. de Civit. c. VIII. *Voluntas à Fato immunis.* Cap. XIV. *Nec ad mala, nisi ase. impeditur.* Libr. XXIII. *Fatum inevitable.* Ovid. IX. Metam. Lib. I. Pag. 13. *Deus non subest Fato.*

Nec id tamen mutat. unt, fata an Deus poteſt? Abi inepte: ſcito eum nolle. Et hoc ſatis. Ordinem fati æterna ſeries regit, cujus hæc prima lex eſt, ſtare decreto. Seneca II. Natur. Quæſt.

Conſilia noſtra ſibi Fatum aptat. Conſilia corrumpit.] *Quæ aut mala ſcilicet immittit, aut nec bona fortunas.* Τῶν γὰρ θείων ἡ συμμιγὴς φύσις τοῖς τῶν ἀνθρώπων βουλεύμασί τι ἐγχέασα, πανταχοῦ αὐτοῖς ἀπαντᾷ τὸ τέλος, ἢ σφάλμα τι ἐνεπιπλέκον, ἢ τι καὶ βεβλαφὸς ὁ βεβλαφὸς, ἢ τ' ἀνδρῶν, ἃ καὶ τὰ τύχῃ βεβλαμμένα πρὸς ἄκρον πολλάκις πάντως, καὶ ἐξηρτημένα καὶ ἀνδριαντώδη ἀγάλματα, ἔστιν ὅτε καὶ μικρὰ ἰσχνὸν τὴν ἐπὶ πλεῖον ἐμφανῆ. Niceph. Greg. lib. VII. : Nam ubi divina Providentia non commilitat conſiliis actionibuſque hominum, malus iis exitus obvenit, & cogitationibus valde adverſus. Nam tunc neque vir conſultus, conſultus eſt: nec fortis, fortis; ſed etiam ſapientiſſima conſilia inſipienter deſinunt, & generoſa maxime ac fortia facta turpem & infamem exitum conſequuntur: *Livius breviter, de Gallorum adventu ad Urbem;* Occœcat animos Fortuna, ubi vim ſuam ingruentem frangi non vult. *Sed & Demoſthenes, cum Athenienſes ſuos videt conſilio nihil facere, aperte clamat;* τὰ ἀγάλματα ἐλαύνει: ne quid divinum rebus ſe inſerat & adhæreat: *nempe hoc à fato.* Lib. V.

Fata per cauſſas agunt. Ut quòd accidit, etiam meritò accidiſſe videatur.] *Lucani eadem mens:* Lib. VII.

Hoc placet, ô ſuperi, vobis cùm vertere cuncta
Propoſitum, noſtris erroribus addere crimen?
Et revera is ordo cauſſarum & eventuum, ut etiam humanâ ratione non aliter cadere debuiſſe judicemus. O mira ſapientia! quæ res omnes ita dirigit & flectit, ut tamen ipſi illuc iviſſe videamur. Quid ergo? Ad peccatum impellit Deus? Non, non, ſed ad lapſum. id eſt, res & fortunas mutat; ab alto dejicit, ab imo attollit; & hæc talia externa; ſic ut nos ipſi conſiliis factiſque gradum nobis ſtruimus ad fatalem illum lapſum, ſive aſcenſum. Ut qui in vinclis à lictore ducitur, plerumque ſponte it, trahendus tamen niſi eat: ita hîc.

Trahit nos ſæpè Deus in externa mala. Sed cum culpa tamen noſtra.

In Fato conſideranda volubilitas rerum. Tibi quis hîc fructus.] *Fructum unum & præcipuum expreſſi, patientiæ: licet alterum nunc addas. Scientiæ. Vos qui in Regno aut Republicâ, ſcitè: ferri & volvi omnia ſurſum, deorſum, & nullius rei eodem ſemper loco ſtare fortunam.* Seneca Conſ. Sad Helviam.

Regitur fatis mortale genus, Sen. Oc-

Nil

Daria. Nil sibi quisquam ponere potest
Firmum & stabile.

H. die fit, eras alter.

Tacitus III. Ann. *Atque ut noster ævo, rebus cunctis inest quidam* velut orbis, ut quemadmodum temporum vices, ita & morum verrantur: *nec & imperiorum. Græci fuerunt: post hos Afri, post hos Romani, post hos Scythæ: & qui scio an non brevi nova aliqua gens?*

Regna infirma.

Sen. pater in Præfat. Contr. *Nam fati maligna perpetuaque in omnibus rebus* lex est, ut ad summum perducta, rursus ad infimum; velociùs quidem quàm ascenderunt, relabantur.

Ovidius Metam. —— Sic omnia verti
Cernimus, atque alias assumere pondere gentes,
Concidere has.

Stare in fastigio Scythas sive Turcas jam video: & stare. A multis annis nulli eorum progressus: profectò (vere vaticinor) spectant casum. Hæc talia, quisquis rebus consiliisque interes, considera: & quantum humano ingenio potest, prævide quo inclinent fata: & tu ad illa.

Fatorum de vergia videnda.

Niceph. Greg. VII. *Nam miser quid pugnes? ἀγνοεῖς ἐξ ἀνάγκης ἐπικρατοῦντα τὰ θεῖα, οὐδὲ ἐπὶ τοῖς συμφοραῖς ἐκπλήττεσθαι τὰ ἀνθρώπινα διδάσκει, τέρπεις δὲ ἐν ἀλλοτρίοις μόχθοις, καὶ ἀνὴρ, ὥσπερ τις θηρεύτης ἐπὶ τοῖς λίνοις ἀλόγοις ἐφεστηκὼς ἐπιτίθησι: ex ipsis factis homo* discat, quæcumque coperantem & commilitantem non habent supernam dexteram, his terram & aërem adversari, tamquam fugitivum aliquem Dei & Justitiæ violatorem efficaciter persequentia.

Illuc omnia fluant, tracta occulto fune.

At contra, quo Fatum vergit, alia etiam omnia: & velut viam illi nimium ignari aut inviti. Cæsar ad Principatum venire debet? Societatem cum illo Pompejus colat, & calide evehat juxta sese. Dejicere postea vult? Frustrà. Caussam dumtaxat armorum præbeat, turpiter & imperite ex Italiâ fugiat, aleam de summa re uno prælio jaciat festinanter. Romanos imperare fatum est? Annibal á Cannis Romam non petat: Philippus fœdus sine effectu cum illo ineat, & navis cum legatis velut casu capiatur: ceteri item reges quiescant, & alii post alios

Tacitus IV. Ann. *vincantur*, fatali omnium ignaviâ. *Quid de hodierno Europæ statu cogitem, fileo. Sed Fatum quid tibi vis! Quod telum subito in me injicis? Ecce nuncius, * PLANTINVM illum meum, quo neminem ego, nemo me fidelius amavit; illum pulcherrimæ artis columen, & sibi mei lucem, abiisse. Heu, heu, ego vivo & scribo?*

* Obiit Kal. Julii is anni c. Io. IↃXXIX.

Digitized by Google

IN CAPUT V.

De Conscientiâ.

Pag. 15. POTEST contingere nocenti ut lateat; latendi fides non potest.] *Imitatus est & extulit minor Seneca:* In Hippol.

Seculis aliqua tutum, nulla securum tulit.

IN CAPUT VI.

De Probitate.

Pag. 16. *Pura probitas, proba.* ESSE, quàm videri, probus malis.] *Machiavellum ergo nemo audiat, qui simulatam nescio quam virtutem Principi induit, & scænæ servientem. O dogma ad Principis perniciem pariter & subditorum!*

Honestum ei vile est, cui corpus nimis carum est.] *Cato Censorius in hanc sententiam:* Cultus magna cura tibi, magna virtutis incuria. Apud Ammian. lib. XVI.

IN CAPUT VIII.

De Usu.

Pag. 19. *Experientia in Republ.* QUISQUIS in re Civili intellegens haberi volet, opus ei Experientiâ.] *Multa & pulchra apud Philosophum in loco vide, quem hîc citavi. Illud certum. Intellegere aliquid ex lectione vel auditu in rebus Civilibus posse, atque etiam judicare, tangere aut tractare eas non posse, sine usu.*

IN CAPUT IX.

De Memoriâ rerum.

Pag ibid. PLURA ad Prudentiam confert.] *Si ulla quidem res ad Prudentiam publicam privatamque facit. facit Historia. Quam Leoni futuro Principi, Basilius pater jam Princeps, egregiè commendat, verbis quæ meritò adscribo:* Γ'σθι δὲ ἐκ παντὸς ἱστορίας ἐξειργασμένος. τὸ γὰρ ἐμπειρίας ἀνευ τὰ πολλὰ τῶν καλῶν ἀφανῆ καὶ ἄδηλα. ἡ δὲ ἱστορία πάντων ἐκφαίνει τὰ ἀκριβέστατα. καὶ τὰ μὲν παρόντα. τὸ γὰρ ἐμπειρίας ἐξειργασμένος. τὰ δὲ μέλλοντα ἐκ τῶν παρελθόντων ἀναμαντεύεται. Cap. LVI.

Historiæ compendiosa lans, & finctas.

Digitized by Google

μαθόντων, καὶ ἀπαλλάξῃ σπουδῆς, τῶν μὲν φαύλων, ὡς ἀμαθεῖς, τῶν δὲ σπουδαίων πράξεων, ὡς αὐτοὺς μὲν φύγῃς, ἵνα τὰ σαυτῆς ἀσφαλῶς πράττῃς μὴ λάθῃς, ὡς δὲ κατορθώσῃς ἵνα τῶν σπουδῆς ἐπιθόλων κοπιάσῃς. Per Historias veteres ire ne récusa. Ibi enim reperies sine labore, quæ alii cum labore collegerunt, atque illinc hauries & bonorum virtutes, & improborum vitia: vitæ humanæ varias mutationes, & rerum in eâ conversiones, mundi hujus instabilitatem, & Imperiorum præcipites casus. Et, ut verbo complectar, malorum facinorum pœnas, & bonorum præmia. Quorum illa fugies, ne in divinæ Justitiæ manus incidas; hæc amplectêris, ut præmiis quæ ea comitantur, potiaris. *Hæc Græcus ille Imperator, in libello quem* Κεφάλαια παραινετικὰ *inscripsit: probo, pio, & digno quem Principes legant,* *Basilii Monitoria*

Eadem ad Civilem hanc partem utilissima.] Pag. 20.

Non tamen omnis Historia, ne erres. Ut aurum non quævis terra gignit: sic nec hæc promiscua, Prudentiam Civilem. Quæ illa igitur? Ea, quæ tres has Notas habet: Veritatem, Explanationem, Iudicium: Id est, quæ legitima Historia est, & perfecta. Nec enim talem ego umquam censuero, cui trium horum aliquod deest. Prima Nota, VERITAS *est. Ut nempe res eventusque omnes puriter & ex fide narret,* nec quidquam (quò nimis ferè inclinant scribentium animi) haustum ex vano velit. *Olim & nunc rara virtus: & à quâ non affectu solùm aut aspectu plerique abeunt, sed specie etiam virtutis. Nam fidem in Principem aut statum censent, narrare aliquid non ex fide. Atqui hæc fundamentum operis est:* καὶ ἡ ἀλήθεια (ait in hac ipsa re Dionysius) ἀρχὴ φρονήσεως τε καὶ σοφίας: & Veritas, principium prudentiæ simul & Sapientiæ. *Ut animanti oculos si eruas, reliquum corpus mutile reddas, sic Historiam, si ab eâ hoc lumen. In falsâ errante; quomodo non fallare semper & erres? Talis firmiter numquam te diriget, aut tuas actiones. Nota altera* EXPLANATIO *est. Ut rem scilicet non fideliter tantùm narret, sed disponat etiam atque exponat. Quomodo, & quare, quidque gestum fit, addat:* ut non modò casus eventusque rerum, sed ratio etiam caussæque noscantur. *Magna hæc laus, & Polybio judice, ita necessaria, ut usum non habeat quæcumque eâ caret.* Ἱστορία δ', *inquit,*

Quæ Historia Politico utilis? Ea quæ Vera sit.

Livius XXII.

Præfat. Archæol.

Tacitus I. Hist.

Lib. III.

Digitized by Google

γενεσ, ἐκὼν ἀφέλη τι, ἢ Διόδ ω, ἢ Πλάτ. ἢ Τύπ. χρόν. ἐπτακόσια, ἢ τὸ πεζικὸν πέντε δισμύρια ἄχρι τ. τέλους, τὸ ναυτικὸν τρισχίλια, ἀφ' ὧν ἐπράχθη μὲν, ἢ γέγραπται) : Ab Historia siquis auferat, Quare, Quomodo, Quo fine quidq; fit actum, & an ex ratione satis ceciderit : quidquid in ea reliqui, id iudicium magis erit, quam doctrina. *At nota tertia*, IVDICIVM. *Ut discrimen lumenque rebus adhibeat: & hæc probet* (*sed breviter, & quasi aliud agens :*) *hæc damnet.* Quod præcipuum munus Annalium reor ne virtutes silentur ? utque pravis dictis factisque ex posteritate & infamia metus sit. *O pulchra ista pars ! & quæ actionis vitam que omnem format & dirigit. Si à Iudicio tamen profecta directo. Nam pravus aliquis aut imperitus, frustrà illuc se dabit : & cum suo tamen irriso magis, quàm nostrâ noxâ. Quia vanitas statim apparet. Hæ sint vero illæ Notæ, quas in quacunque Historia requiras, Veteri sive Nova, scito purum probumque esse illuc aurum. Scrutare.*

Quæ mixta iudiciis.

Tacitus III. Ann.

Iudicium Histor eorum, qui nobis probi.

Sed visne etiam ad Specimen distincte scriptores aliquot tales tibi ingeram ? Faciam : etsi in hoc iudicio, iudicium meum ipse in iudicium mitto. Distinguam per Tempora & Gentes ; inter Græcos veteres duo sunt mirifice mihi probi.

De Thucydide sententia nostra.

THUCYDIDES : *qui res nec multas nec magnas nimis scripsit, sed palmam fortasse præripit omnibus qui multas & magnas. Elocutione tota gravis & brevis, densus sententiis, sanus iudiciis ; occulte ubique instruens, actiones vitamque dirigens, orationibus & excursibus pæne divinus. Quem quo sæpius legas, plus auferas : & numquam tamen dimittat te sine siti. Alter ab isto est.*

De Polybio

POLYBIVS, *qui multa & præclara libris* XL. *composuit : sed pars pleraque, aut tota periit, aut mutilata ad nos venit, cum fraude generis humani. Ille iudicio & prudentia Thucydidi haud dispar, cura & stilo solutior. Qui excedit, abrumpit, diffundit, & sæpe non tam narrat, quàm ex professo docet. Sed recta & salutaria ubique ejus monita id quem ego hoc magis Principibus commendatum velim, quod anxia in eum inquisitione non opus, sed sensus suos aperit & revelat ipse. Nam Thucydides sæpe artifex & obscurior : eóque qui circa Principem magis, quàm Principi aptus.*

De Plutarcho.

Inter Græcos medios PLUTARCHVS *est. Qui non*

Histo-

Digitized by Google

Hiſtoriam proprie, ſed particulas Hiſtoriæ ſcripſit & ablegit Illuſtrium virorum vitas. Sed dignus tamen, ſi quis alius, Principe ſcriptor. Qui judicium mirificè formas, & diffuſa ac plana quadam ſcribendi via ad Virtutem ubique & Prudentiam ducit. Sed ad illam magis: & , niſi fallor, melior omnino quàm acutior ductor.

XENOPHONTEM *præterèa? Abſit. Sed laudatiſſimus ille Cyrus ejus non habet hic locum, quem magis ad exemplum vitæ, quàm ad fidem rerum ſcripſit. In reliqua Hiſtoria (Græcanica inquam, aut Perſica ſane ſuavis ille, & dulcis, certè circumſpectus ſcriptor: è quo hauries magis Prudentiam hanc Civilem, quàm ut ultrò eam propinet. Sententias quidem & dogmata varo miſcet. Sed juvit nos hîc egregiè via alia. Cùm Thucydidem adhuc latentem & in ſua manu ut opprimeret (è candidam, & ab omni æmulatione vacuam mentem!) primus ipſe protulit & divulgavit.* *De Xenophonte.*

Jam inter infimos quoque Græcos duos ſumè, quos non contemno. Prior eſt NICETAS CHONIATES, *qui res Græcanici imperii ſcripſit, orſus à * Johanne Commeno Alexii F. ad urbem captam, ſive ad Balduinum Flandrum. Is parum adhuc vulgo notus, fateor: ſed dignißimus notitiâ: purum rectumque ingenium, ſi aliùd illo ævo. Stilus etiam operoſus, poëtas & Homerum ſæpe reſipiens: at res & narratio ipſa, diſtincta, compoſita, ſine vanitate, ſine inepciis, brevis quod ſatis ſit, & fida. Crebra apud eum opportuna monita: judicia non libera ſolum, ſed ſana. Ad ſummam, legite vos Politici, gratiam mihi aliquis pro indicio habebit. Certè debebit.* *De Nicetâ.* † Ab anno Chriſti ∞.CXVIII uſque ad annum circiter ∞.CCI.

Alter eſt, NICEPHORUS GREGORAS, *qui hiſtoriam & filum narrationis ejus excepit, at non laudem. Scripſit enim ab urbe capta res, ad Andronici Paleologi poſterioris mortem: ſed nequaquam pari caſtigatione aut induſtriâ, & vitia plura traxit ſui ævi. Superfluit, aut evagatur: & res orationeſque proprias miſcet, indecorè, imò inepte. Judicia tamen ejus crebra, & plerumque recta: cauſſæ eventuum curiosè poſitæ: pietas inculcata, & multa opportunè ad primam illam cauſſam relegata, id eſt Deum. Sanè Providentiam & Fatum non alius ſcriptor aſſeruit magis. Legendus eùm hoc nomine, tùm etiam illo, quod ploraque ejus Hiſtoria ab ævo noſtro non diſſidet: imò lites diſſenſuſque in Sacris reperies, haud diſſimiles hodiernis.* *De Gregora.*

Digitized by Google

De Tacito. LATINI *sequuntur. Quorum agmen* CORNELIVS TACITVS *mihi ducat. Ante Livium? Inquies. Non eloquentiâ, aut aliis virtutibus: sed iis quas nunc consideramus, Prudentiâ, & Judicii notis. Quis illo verùs narrat, aut breviùs? Quis narrando magis docet? in moribus quid est, quod non tangat? In affectibus, quod non revelet? Mirabilis omnino scriptor, & qui seriò hoc ipsum agit, quod non agit. Nec enim Historia solum est, sed velut hortus & seminarium præceptorum. Ut ii qui vestes acu pingunt, ingeniosè gemmas inserunt, sine confusione aut noxa formarum: sic iste passim Sententias, serie narrationis nihil omissa aut læsa. Scaber tamen quibusdam & obscurus videtur. Suone vitio, an ipsorum? Nam acutè argutèque scripsisse fatetur: & tales esse debere qui eum legent. Idcò Consilariis magis Principum, quàm ipsis commendo: qui habeant hunc Sapientiæ simul & Prudentiæ verum ducem.*

De Sallustio. *Alter esto.* C. SALLVSTIVS; *omnino primus, si libros modo ejus haberemus. Sed Historiarum corpus illud totum periit: & ex his pauculis, admirari eum magis libet, quàm anxiè judicare. Illud video, Thucydidi simillimum esse: & ideò quæ de illo dixi dixisse hic me puta.*

De T. Livio. *Tertius est* T. LIVIUS, *magnitudine quidem & majestate operis ante omnes. Diffusus ille & placidus, in concionibus maximè disertus; & talis omnino qualem Fabius descripsit. Patavinitas ei objecta ab Asinio: id est nisi fallor, sermonis quædam peregrinitas, nec tam in verbis quàm stilo toto. Nos quoque supinum cum alibi, aut frigidum, imò τὸ πολὺ agnoscimus: derivari libenter tamen in exscriptores hanc culpam. Judiciis sententiisque bonus est, etsi non frequens. Quid refert? Pro ipso loquitur docetque copia tot eventuum & exemplorum.*

De Q. Curtio. *Sequuntur scriptores duo, velut proprii Principum & assidue iis in manu sinuque habendi.* Q. CVRTIVS: *qui me judice probus est legitimusque Historicus, si quisquam fuit. Mira in sermone ejus facilitas, in narrationibus lepos. Astrictus idem, & profluens; subtilis, & clarus; sine curâ ulla accuratus. Verùs in judiciis, argutus in sententiis, in orationibus suprà quàm dixerim facundus. Quod si varium magis argumentum habuisset; fallor, aut variæ Prudentiæ eximium magis specimen præbuisset. Sed Alexander, quid nisi bella?*

C. CAE-

Digitized by Google

C. CÆSAR *res suas ipse digessit : composite sane, & pari modestia ac libertate. In stilo sunt quæ culpem, sine ejus tamen culpa. Nam malam aliquam & alienam manum accessisse, satis mihi liquet. Prudentiam non è verbis ejus hauries, sed è factis : & maxime Militarem. Commentarii enim sunt, & nihil pollicentur præter nudam simplicemque narrationem.* De C. Cæsare.

Inter mediæ ætatis scriptores (proh dedecus!) non est quem pro mediocri Historico laudem. Adeò labente imperio barbaries statim & squallor omnia occuparunt : & si qui scripserunt, is fere ad vana delapsi, falso vera, aut majora vero, miscuerunt. AMMIANUS tamen MARCELLINUS *fidei & judicii satis clarus est, modò stili.* Tacitus 11. Hist. De Ammiano.

LAMBERTUM *etiam* SCHAFNABURGENSEM *haud plane contemno in rebus Germanicis.* De Lamb. Schafnaburgense.

Uti nec RODERICUM TOLETANUM *in Hispanicis. Uterque bonus, quantum potuit in tali ævo.* De Roder. Toletan.

At patrum & nostro ævo videtur Historia se commovisse. Scripsit eam ante annos paullo minus centum PHILIPPUS COMINÆUS, *ita laudabiliter, ut nihil vercar componere eum cum quovis antiquorum. Incredibile est, quàm ille omnia videat, penetret, arcana consiliorum eruat & subinde instruat nos salutaribus rarisque præceptis. Et id diffuse, Polybiano quodam exemplo. Quamquam revera Polybium aut talem aliquem ille nec vidit : & hoc quoque laudem ejus auget, quod tanta præstitit, litterarum omnium rudis, solo usu rerum peritus : & naturali quadam judicii bonitate. Ite nunc scioli, & linguarum aliquâ cognitiuncula vobis placete. At Princeps noster hunc legito, & Enchiridium* COMINÆUS *illic esto. Dignus Alexandris omnibus hic Philippus.* De Cominæo.

PAULUM ÆMILIUM *comitem huic do, qui in Galliis, & res quoq; Gallicas scripsit, etsi non Gallus : Ludovicus* XII. *decus hoc Italiæ abstulit, & vindicavit sibi. Ille, ut rem dicam, pæne unus inter novos, veram & veterem Historiæ viam vidit, eamque firmo pede calcavit. Genus scribendi ejus doctum, nervosum, pressum; ad subtilitatem & argutias inclinans, & relinquens defigensque aliquid in animo lectoris. Sententias & dicta sæpe miscet, paria antiquis. Rerum ipsarum sedulus scrutator, severus iudex : nec legi nostro ævo, qui magis liber ab affectu. Dedecus ævi est, quod minus ille* De Paulo Æmilio.

Digitized by Google

placeat, quasi pauci sint qui capiant haec bona. In tantis tamen virtutibus etiam haec labecula. Quod filium parum nellit, & spargit dividitque eum in minuta quaedam membra. Hoc cum in omni seriosa oratione parum congruum, tum in Annalibus minimè: quorum est, ut ille ait, tarda quaedam & iners scriptura. Deinde, quod inaequalis. Alibi nimium anxius & castigatus, ideoque subobscurus; alibi (sed raretner) laxus & solutus. Veteratoris etiam nescio quid affectat in nominibus hominum, locorum, urbium immutandis, & in veterem formam redigendis: saepe erudite, interdum vane, sed, ut ego judico, semper indecore. Quorsum Chartierius Gallorum Cancellarius, Quadrigarius mihi sit? Ille ipse Cancellarius, dicatur Praefectus juris? Et ubique rex Tarraconensis, Castulonensis, Dux Geldubensis: qui nobis & majoribus fuerunt, Arragoniae, Castellae, Geldriae? Talia infinita sunt audaciter & ambitiose innovata, & cum fraude pariter ac cruce lectoris. In his, & paucis aliis, si respingere leviter eum nobis fas: (audeo dicere) virum daremus supra omnem hanc novitiam, & ad priscam laudem. Tacitus de causis corrup. eloq.

De Franc. Guicciardino. Sunt & avi nostri Historici duo, quos tangam, FRANCISCUS GUICCIARDINUS, prudens peritusque scriptor, & qui tales lectores suos facit. Liber est & verax; ab affectibus immunis; si tamen ab odio, quod retegere mihi non semel videntur in Ducem Urbinatem. Sententias bonas utilesque inseruit, sed parum adstrictas. Vitia duo propria hujus avi non effugit, quod & justo longior est, & quod minutissima quaeque narret, parum ex lege aut dignitate Historiae: quae ut Ammianus ait, discurrere per negotiorum celsitudines assueta, non humilium minutias indagare causarum. Sed nec orationes ejus satis vegetae mihi, aut castigatae. Languens saepe, aut solute vagantur. Denique uno verbo, inter nostros, summus est Historicus: inter vetores, mediocris. Lib. XXVI.

De P. Iovio. PAULUS JOVIUS multorum judicia magis acerba, quam libera experitur. Acriter valde in virum eunt. Ego de eo sic censeo. Stilo bonum gravemque esse, & plane ad Historiam: judicio ac fide ambiguum. Ubi affectus non distrahunt, rectum; ubi illi adsunt, obnoxium. Ad gratiam scilicet se dat & auram. Laudationum nec causam saepe habet, nec mo-

Digitized by Google

*modum. Gentilis*ue, *Vastio*, *Medicæi*, *nimis ex professo additus. Hi quidem ita*, *ut Laurentium Medicem parricidii reum velut apud judices agat. Orationibus quoque aut frigidus miserâm aut inepeus. Laudandus tamen legendaque ob multiplicem & variam rerum fericm, quam redegit composite & dilucide in unum Historiæ corpus. Imo nec in Persicis aut Turcicis tam vanus, quàm videri volunt: & fidem ei in pleris que adstruunt Turcici Annales, qui nuper * prodierunt.*

*Hoc anno, edente Jo. Leunclavio

De PETRO BEMBO *aliquid addam? Illustri dignitate & famâ vir fuit: quam tamen Historiâ suâ Venetâ apud me non auxit. Iacet in narrationibus, vel friget: in verbis affectiunculas habet materie aut viro serio parum dignas. Nulla vox nisi ex Tulliano aut Italico penu: & quæ sic dici non possunt (quippe nova, vel ab ignota) miro verborum ambitu comprehendit. Ipsa etiam totæ scriptio & formulæ sic compositæ, quasi hæc omnia Romæ gesta, & republicâ illâ stante. Sunt in quibus redeam; sunt in quibus indigner. Et cum tam curiose à verbis caverit, reperio alibi, quæ non dicam Tullianæ non sint, sed vix Latina.* De Petro Bembo.

Hæc judicia nostra super præcipuis Historicis sunt. Nec enim omnes sane advoco. Quid opus? Bonis ad usum & exemplum hæc satis sunt, improbis ad calumniam plus satis.

IN CAPUT X.

De Doctrinâ.

Pag. 20. *Doctrina mentem illustrat.*

AD Prudentiam facit validè.] *Omnis omnino Doctrina ad Prudentiam facit, & animi interior ille cultus. Tacitè enim acuit, & judicii vim formatat. Aristoteles dicere solitus:* Ἡ μὲν ὄψις ἀπὸ τοῦ περιχυθέντος ἀέρος λαμβάνει τὸ φῶς· ἡ δὲ ψυχὴ ἀπὸ τῶν μαθημάτων: Aspectus à circumfuso aere lumen accipit, mens à doctrinâ.

Apud Diogen. Laert. in Aristot.

Pag. 24. *Eadem animum domat: Modestiam inserit.*

Quia animum ad accipiendam illam præparent.] *Nam animus noster per se ferox, molle scit per doctrinam & se frangit, discitque affectus & omnes motus magis habere in Potestate. Plutarchus pulchrè:* Οὐδὲν γὰρ ἄλλο Μοῦσαι διδάσκαλοι λαλοῦσιν ἢ πραΰτητα τοῦ ἤθους καὶ ἐπιμέλειαν τοῦ φρονεῖν· τὸ λοιπὸν ἡ παιδεία, καὶ λόγος ἐξαιρέτου τὸ μέγιστον, καὶ τὸ ἄγαν ἀπο-

In C. Marcio Coriol.

Digitized by Google

Ἐκλέγου. Nihil majus ex Musarum placido commercio homines capiunt, quàm quòd naturam mitigent, & mansue eam faciant Ratione & Doctrinâ, amplectentem ex iis Modestiam, & quod Nimis est fugientem. *Itaque idem ille scriptor Marcio Coriolano & Mario hoc defuisse ostendit, summis alioqui viris: qui, inquit, si Musis Gratiisque litassent, non impetu ablati tam fœdum & turpem rebus suis exitum dedissent. Considera.* In Mario.

Ab hac vacui rue-runt.

Ad rem transferenda Doctrinæ.

Haurienda, sed ad usum.] *Absit enim Princeps hîc desideat, aut in meditatiunculis consenescat. Ut qui ignem à vicino petit, non illîc hæret, sed ablato eo domi focum suum accendit: sic capiendi à Doctrinâ igniculi illi Prudentiæ, & ad usum actionemque Civilem transferendi sunt.*

Redundans scientia inutilis.

Qui fructuosa, non qui multa scit, sapit.] *Egregiè in hac re Aristippus.* σμυνομβίς πνὸς ἐπὶ πολυμαθίαν, ἔφη, ὥσπερ οἱ πλεῖστα ἐσθίοντες τὸ γυμνάζεσθαι ὑγιαίνουσι μᾶλλον τῶν ἐσθιόντων τὰ βέλτιστα, οὕτως οἱ πολλὰ, ἀλλ' οἱ χρήσιμα ἀναγινώσκοντες, σοφοὶ φανήσονται: quopiam se jactante ob multi scientiam, dixit, Ut non ii qui plurimum comedunt & exercentur, meliùs valent iis qui modicè, ita non qui plurima, sed qui ultissima legerint, docti censendi & studiosi. *Ergo modus tenendus, præsertim Principi. Nec immeritò Julianus Desertor (alias magnus & multiplici virtute Imperator) malè audivit, tamquam* Græculus litterio, *& Philosophis nimium deditus. Sed nec Hadrianus extra culpam affectatæ supra modum doctrinæ. Peccavit pariter Michaël Ducæ filius, Byzantii Imperator, qui, ducente Michaële Psello, ita totum litteris se dedit, ut gubernatio rerum penes alios esset, & turpiter imperium dehonestaretur. Ego sane Trajanum aliquem malim, doctum leviter, sed vigilantem, serium; quam Principem otiosum & in litteris deliciantem.* Laërt. in Aristip.

Julianus hic nimius.

Et Hadrianus:

Et Michaël.

Ammian. xvii.

Joh. Zonaras in Annal. tom. iii.

Modus in Scientia. Non tota ea sumenda.

Tenuitque, quod & difficillimum, ex Sapientia modum.] *Pulchra gnome & admonitio. Sed quis igitur ille Principi aptus modus? Ego hunc censeo, ut neque nihil, neque omnia discat. Nam Ludovicum Undecimum valde damno, qui filium Carolum omnium bonarum artium rudem voluit, Ne esset, ut ajebat, in consiliis capiendis refractior, & tenacior sui sensus. Et mehercule hoc est assecutus. Nam illum jam regem duo tresve homunculi, & ii ex vilis-*

Digitized by Google

Procop. de Bello Goth. Lib. 1.

Tacitus XIV. An.

Tacitus IV. Ann. Lib. 1.

XIII. Ann.

Ibid.

*viliſſimis, huc illuc pro ſuo arbitrio circumegerunt, cum magnâ ſubditorum indignatione & damno. Gothorum cauſſa, pæne dicam juſtior. Qui cum Amalaſſuintha egregia fœmina filium ſuum Atalaricum liberaliter inſtitui docerique curaret, cœtu facto ad eam venerunt, querentes regem ſuum. nec recte nec decenter inſtitui. Nam iſta omnia litteraria longè à robore & armis abeſſe, imo effœminari iis animum & ad timorem traduci. Quare hæc omitteret, & magiſtros exueret, ſatis amplis doctoribus inſtructus, majoribus ſuis. Parère Amalaſſuintha debuit, cum regantium poſtdamno. Hæc mala & barbara ſunt: atque omnino ſeriâ inſtitutione formandi imprimis illi, qui ita nati ſunt, ut bona malaque eorum ad rempub. pertineant. Qualis eaeſſe debeat, * alibi fortaſſe fuſius, hîc & in compendio dicam. In Livio legi de Servio poſteà rege.* Eruditum artibus, quibus ingenia ad magnæ fortunæ cultum excitantur. *Tales, neque alias, in Principe ego quæram. Credo triplices eas eſſe: ad* Splendorem, *ad* Prudentiam, *ad* Virtutem. *Primi generis* Eloquentia *eſt & Linguarum ſcientia. Opus ſane iis, vel in legationibus audiendis, vel in conſiliis, vel in publicis alloquiis. Infanitem eſſe Principem, turpe, & detrahit auctoritati. Sed quæ eloquentia cum decet? Tacitus de Auguſto præit:* Erat ei prompta ac profluens, & quæ Principem deceret, eloquentia. *Profectò talis aliqua conveniat, non moroſa illa aut affectata, & quæ artem aut ſtudium præferat. Quid tamen Tiberiana illa? De quo idem ſcriptor.* Artem calluiſſe quâ verba expenderet, validum ſenſibus, aut conſulto ambiguum. *Mihi non diſpliceat. Imo in Principe maturo jam ævi & regni, hanc ante illam probem. Profluentia & facilitas ſermonis ſit adoleſcentiæ. ſtatæ ætatis hæc liberata & examinata oratio. Sed & ſi interdum ambigua aut involuta, haud damnem. Quia ſic opus inter exploratores aut callidos, qui ſæpe legationis aut alia ſpecie accedunt.* De Linguis *cenſeo, non niſi eas diſcendas, quarum apud ſubditos aut vicinos crebior uſus. Mithridates hic ſe jactaverit, qui omnes ſuarum ditionum: ſuperfluum eſt, & pompæ magis, quàm uſus. Romanos illos proceres, vix lego alias calluiſſe à Latina & Græca: & ſufficiebant, quia ſparſæ & communes fere per terrarum orbem. Noſter Latinam inter omnes diſcat, eatenus ut leviter (ſi opus) in ſermone uti poſſit, ſed maxime ad legendum.*

Aſſumenda ſaltem nobis.

* In libris *De inſtitutione.*

Artes Principe dignæ Trium generum.

Eloquentia & cujuſmodi.

Linguarum ſcientia.

Et inter eas Latina.

Digitized by Google

dum. Quæ disciplina melior, nam comprehensa hac sermone? Nec versiones vim illam aut indolem semper habent. Addiscenda est, & facile potest, si Præceptor adsit judicio probus, qui non circumducat per varia & supervacua præcepta. Pauca hæc, & lectio, in brevi eam dabunt. Addiscenda autem eo magis, quod etiam nunc quasi commune vinculum est, quod Europam inter se commerciis litterarum & sermonis jungit. Scio viros Principes in grandiori jam ætate, cum usum viderent, assumpsisse, spretam, aut neglectam male in juventute. Sed pergo. Ad Prudentiam palàm faciunt Politica & Historiæ, quas dixeris eorum fontem. Quod illa præceptis complexa sunt, hæ præiverunt exemplis: & prudens aliqua meliorque mens hauriet semper ex istis. Hæc propria & peculiaris lectio ac palæstra Principum: se atque etiam hìc exerceant, incredibili suo & alieno fructu. Sed in quibus auctoribus aut libris? De Historicis jam diximus: de Politicis, nemo mihi ante Aristotelem: cui Platonis leges Rempublicam, & Xenophontis Cyrum vèlim addi. In hac classe pono Militaria, cujusmodi vetera & nova noster legat. Inter veteres, Leo Imperator bonus est, in libello huic rei scripto; inter novos sunt multi & erunt judicio tamen eligendi. Ad hanc partem etiam addo, Physica, Geographica, Astronomica, Geometrica. Omnia hæc ad Prudentiam necessum est, non dicam plene scire, sed tamen libare. Physica primùm, quia mentem attollunt (quod idem in Astrologicis) & abducunt à vano metu aut admiratione rerum. Plutarchus sapienter conspexerat & notat in Pericle. Quem ait præceptorem habuisse Anxagoram, à quo imbutus scientia rerum sublimium & cælestium, non solùm alto fuit animo, sed & oratione erecta, longe à plebeja & futili loquentia. Nec vero, inquit, hunc solum fructum Pericli dedit Anaxagoræ consuetudo, sed etiam omni eum superstitione liberavit, quæ terrorem ex rebus aëreis aut æthereis imprimit ignorantibus earum causas. Quem eximit naturalis disciplina, & pro terrifica & urente superstitione tranquillam inserit cum bona spe religionem. At Geographica quidni noverit, ut una provincias & membra sui regni? Prorsus ad consilia facit (delectionem omitto, quæ maxima & liberalis est) ad consilia inquam, facit situm terrarum, & magnitudines atque intervalla nosse; tum etiam portus atque aditus

Ejus utilitas.

Politica & Historiæ.

Qui legendi in Politicis.

Physica non spernenda.

Meteorologica utilia.

Geographica.

Digitized by Google

eus flumina, maria, montes, denique præcipua opida & munitiones: & si quid aliud eximium Deus in machinâ istâ inferiore ostendit. Astronomica *addidi, ut tempora anni, imo & tempestates, noverit aut præsagiat: dies nubesque alibi diversas: commutatiter cursus siderum, & alia jucunda, sed & usui ad opportunitates aggressionum terrâ aut mari. Polybius hæc diffundit, & Principi aut Duci bono commendat, in libro suo* IX. *Idem &* Geometrica. *Ac* Astronomica. Geometrica.

revera ad castra locanda, opida munienda, propugnacula struenda, tormenta dirigenda, utilem hanc esse partem nemo negaverit, & Principi hactenus tangendam ut possit judicare. Nam multum operæ studiique in istis postremis ponendum, haud dicam: nec probo vel Afrorum reges quosdam, vel Castellæ Alphonsum Decimum, *qui toti in Mathematicis aut Astrologicis, cælum potius coluêre quàm terram. At qui haud magnos etiam reges eos fuisse, res & facta clamant. Caveat Princeps ne subtilia hæc & inducentia nimis eum capiant: non item minuta alia. Quid Neroni objectum à gravi censore* Tacito Modus hac habenda.

CIↃ. LIII. Ann. *est:* Nero puerilibus statim annis vividum animum in alia detorsit. Cælare & pingere: cantus, aut regimen equorum exercere. *Hæc indigna magno Principe: cui sedere illud summi Poetæ debeat,*

Virgil. VI. Aeneid. Tu regere imperio populos Romane memento:

& ad hunc finem atque artem, alia artium dirigere ac referre. Architectonica *tamen non abjicio. Utile & decorum aliquatenus ea scire: atque utinam utantur nostri, non ad Palatia aut Arces solum, sed ad opida tota struenda, quod veteres facitarunt. At vero tertii generis artes, ad* Virtutem. *Principem probum moribus, ingenio modestum, constantem adversum metus, æqui amantem esse, publice expedit: & hæc talia per doctrinam etiam inseruntur.* Ethica *facient, & quam verè ac proprie Philosophiam licet dicas. Agrippinam non audiemus Neronis matrem, quæ filium, ait Suetonius,* à Philosophia arcult, monens imperatûro contrariam esse. O *fœminam alia quoque improbam! quid ais?* Imperaturo contrariam? *Ita, qui ex libidine imperium volet gerere, divina & humana jura spernere: quod tuus ille eximie fecit. At qui bene, juste, feliciter imperare; instrumentum & adjumentum ei Philosophia est, sed habita etiam* Architectonica adhibenda. Virtus Principem decet. Ad hanc Ethica. Cap. III.

Digitized by Google

Plutarchi commendatio: Seneca, Syrachida.

iam cum modo. Aptissimus in hac parte Plutarchus erit, cujus omnis scriptio cum prudentiâ & virtutem inserit; cui Senecæ libellos aliquot addere, valde sit è meo voto. Jesum Syrachidem etiam commendo, de quo verissime Basilius Imperator ad filium: è libris ejus civiles & regias virtutes colligi atque hauriri. *Libros autem sacros tractari interim & volvi, etiam cum non dico, dico. Quis enim nescit caput in virtutibus Pietatem esse? Petatur è suo fonte, & in omni parte doctrinæ misceatur. Hæc præcipua in Institutione sunt: à quâ molliores illas artes* Musicen & Poësin *sperno: aut certe non exigo. Themistoclis dictum Principi conveniet: qui cum videretur ab iis, qui scitiores & gnari magis talium artium viderentur,* At ego, *inquit,* lyram aut psalterium tractare nescio, urbem quam parvam acceperim, claram & magnam reddere, id scio. *Nec dissensit ab hoc judicio Philippus Macedo, Cujus Alexander, cum scite aliquando & suaviter cecinisset:* Non te pudet, *inquit,* tam benè canere? *Et addit Plutarchus:* Satis enim est, si vel audire vacet regi canentes alios, & Musis abundè honorem habet, si in hujusmodi artibus exercentes se spectet. *Hoc si Græci, multò magis Romani. Et scribit Cornelius Nepos:* Scimus Musicen nostris moribus abesse à persona Principis, saltare etiam in vitiis poni. *Atque hæc si arceo, quid de fabellis ad corruptelam factis? In quo numero Amadæus est, ingenioso nugatoris proles, pestilens liber, si umquam fuit, & natus blande inficere aut interficere juventutem. Fugite Principes & Aulici, qui vera & seria amatis. In clausula moneo, plurimum hæc profutura, sed & interdum non profutura. Ac vere de Commodo Imperatore Lampridius:* Sed tot disciplinarum magistri nihil ei profuerunt. Tantum valet aut ingenii vis, aut eorum, qui in aula institutores habentur. *Nota. Cavendum ab aulicis corruptoribus in ipsa Aula, & nil nisi serium ac probum ad juniores Principes admittendum.*

Cap. ult.

Musica remota.

In Petid.

Fabulosæ historiæ inutiles.

Digitized by Google

JUSTI LIPSI
AD II. LIB.
POLITICORUM
NOTÆ.
IN CAPUT II.
De præstantiâ Principatus.

Pag. 24. *Regni præstantia.*

REGNUM res inter deos hominesque pulcherrima.] *Dictum simillimum in Isocratis Evagorâ: Πάντες ἂν ὁμολογήσειεν τυραννίδα, καὶ τῶν θείων ἀγαθῶν καὶ τῶν ἀνθρωπίνων εἶναι, μίαν τε ἐπιθυμητὸν καὶ ζηλωτοτάτην εἶναι*: Omnes fateantur Regnum, inter divina humanaque bona, maximum, augustissimum, & summo studio appetendum esse. *Atque ego si me effundere in asserendo laudandoque Principatu velim, benigna materia est, & ingenium serviat: sed malo te hæc ab aliis petere, qui in Politicis scribendis habent has dissertatiunculas velut pro præcipuo scopo. Mihi alia mens est. Et tamen quidquid ad rem dici potest, semina ejus in Textu nostro jacta fere habes. Quod scito me (semel moneo) alibi servasse.*

Nos strictim multa diximus.

IN CAPUT III.
De Fœminarum imperio.

Pag. 26.

PRO iisdem consensu aliquot gentes.] *Pleræque gentes in Christiano orbe, excipio Galliæ regnum. Sed & veteres Asiatici ita usurparunt. Arrianus*: Νενομισμένον ἐστὶ τῇ Ἀσίᾳ, ἔτι ἀπὸ Σεμιράμεως, καὶ γυναῖκας ἄρχειν ἀνδρῶν: Receptum solitumque in Asiâ, jam inde à Semirami, etiam fœminas imperium in viros exercere.

De rebus Alex.

Fœminas imperare mos.

IN CAPUT IV.
De Electione & Successione.

Pag. 27. *Ad manum Princeps capiendus.*

MINORE discrimine sumi principem, quàm quæri.] *Assidet Cornelianæ huic sen-*

Digitized by Google

tentiæ illud Irenes Imperatricis in re simili: Ὡς δεῖ βασιλέα μὴ δὲ ἀπόντα ζητεῖν, παρόντα δὲ μὴ μισεῖν: Quòd nec absentem Principem quærere oportet, nec præsentem demovere. Apud Nicet. Chon. I. Ann.

IN CAPUT V.

De Initiis & Mutatione in deterius.

Pag. 28. *Ante imperium multi boni, non in ipso.*

SIVE etiam Regni ipsius natura hoc fert.] *Potui addere causſam tertiam, falſam de regnaturo opinionem. Nam quod Galbæ olim evênit, qui* omnium judicio dignus imperio, nisi imperaſſet: *id multis aliis, qui in bonâ ſpe, adepti denique imperium oſtendunt eo ſe minores. Nec temerè à Pittaco dictum:* Ἀρχὴ ἄνδρα δείκνυσι: Imperium virum oſtendit. Tacitus I. Hiſt.

Regnum depravat.

Diuturnitate in ſuperbiam mutant.] *Aegrè ſcilicet tam magna felicitas fertur, atque ita* ipſe Tiberius poſt tantam rerum experientiam, vi dominationis convulſus eſt, *ait meus ſcriptor.* Tacitus VI. Ann.

Imperium iis artibus facillimè retinetur.] *Clare & pulchre pro hac ſententiâ Polybius, cùm quærit, cur Hiſpaniæ tam citò à Carthaginienſibus amiſſæ?* Nam, *inquit*, aliter cenſebant quæri imperia debere, aliter ſervari: nec imbiberant, eos optimè retinere dominia, qui in iiſdem inſtitutis perſeverant, quibus ea in initio ſunt adepti. Atverò illud clarum teſtatumque exemplis eſt, quod homines felicitatem aſſequantur benignitate in alios, & bona de ſe opinione; Iidem, cùm adepti quæ voluerant, ad injurias & impotentiam in imperiis delabuntur; fit meritiſſimò, ut unà cum imperantium mutatione, ipſi ſubditi ſe & affectus mutent. Lib. X.

IN CAPUT VI.

De fine Principis.

Pag. 28. *Externa bona à Principe poſtulantur.*

UT ea opibus firma, copiis locuples.] *Populus ab his externis Principatuum bonum maxime metitur. Itaque legi non ſine riſu in Mexicanâ Hiſtoriâ (libenter & jucundè ritus novi illius orbis conſidero) morem iis fuiſſe, ut cùm regem*

Digitized by Google

Lopez Gomara. *gem alium consecrarent, is juraret in hæc verba:* Mos Indor. rum. Justitiam se administraturum. Nullum è subditis oppressurum. Bello fortem futurum. Effecturum ut Sol cursum splendoremque suum teneret, nubes pluerent, rivi currerent, & terra produceret omne genus frugum; *Quæ postrema, etsi unius Dei propria, tamen & alii à suis regibus exspectabant.* *De Burgundionibus Ammianus:* Apud Libr. XXVIII. nos rex appellatur generali nomine Hendidinos, & ritu veteri, potestate deposita removetur, si sub eo fortuna titubaverit belli, vel segetum copiam negaverit terra. Quamadmodum solent Ægyptii casus ejusmodi adsignare rectoribus. *Vetus hæc opinio, imo sapientissimo Homero prodita: & sub bono rege vult omnia externa etiam bona. Sic enim Ulysses ad suam Penelopam:*

Odyss. τ. — κλέος σὸν κλείει εὐρὺ, φίλη, ἀνθρώπους ἐπαίων.
Ὡς δέ που βασιλῆος ἀμύμονος, ὅς τε θεουδὴς
Ἀνδάνῃσιν ἐὼ πολλοῖσι κρατέῃ ἰφθίμοισιν, ἀνάσσων,
Εὐδικίας ἀνέχησι. φέρῃσι δὲ γαῖα μέλαινα
Πυρούς, καὶ κριθάς, βριάται δὲ δένδρεα καρπῷ
Τίκτει δ' ἔμπεδα μῆλα. θάλασσα δὲ παρέχει ἰχθῦς
Ἐξ εὐηγερίης. ἐρατὸν δὲ λαοὶ ὑπ' αὐτῷ

— tua laus latum conscendit olympum;
Sicut percelebris regis, qui numina curat,
In multisque probisque viris jura æqua ministrat,
Ipsi ille telus nigricans, ptompta atque benigna,
Fert fruges segetesq; & pomis arbor onusta est,
Proveniunt pecudes, & suppeditat mare pisces,
Ob rectum imperium. Populi sors tota beata est.

Nec rempublicam tuam esse, sed te reipub.] *Hadrianus Imperator* in concione sæpè dixit, ita se rempublicam gesturum, ut scires populi rem esse, non propriam. *Vox aurea, & res multo magis, cùm præstatur.* Reip. Princ. capi servire.

IN CAPUT VIII.

De Regno Virtute firmando.

Ille reipublicæ status optabilis.] *Partem hîc magis Polybianæ sententiæ, quàm ipsam* Pag. 31. expres-

Digitized by Google

expressi. Atqui digna adscribi. Ἐγὼ δ' εἶμαι δύο λόγοις εἶναι πάσης πολιτείας, δι' ὧν ἀκριτὰς ἡ φαυλότης συμβαίνει γίνεσθαι τὰς τῶν ἀνθρώπων ψυχάς. ἔστι δ' ἰσόν ἐστιν, καὶ νόμοι εἰ μὴ ἀκριβῶς τὰς τε κατ' ἰδίαν βίους τῶν ἀνθρώπων ἐσήγαγε διατελεῖ, καὶ σύμφορον, τό τε κοινὸν ἦθος τῆς πόλεως ἅμαρτον ἀπορρώζεται, καὶ δίκαιον. Εἰ δὲ φαυλὸν τὸ ἀναγκαῖον. Lib. VI.

IN CAPUT IX.

De Imitatione & aspectu civium in Principem.

Pag. 32. *Principem subditi imitantur.*

QUALES in repub. Principes, tales cives.] *Theodoricus, rex Gothorum ad Senatum populumque Rom.* Facilius est errare naturam, quàm dissimilem sui Princeps possit rempublicam formare. *Plato etiam exertè:* Μυδίως ἡμῖν παίζετε ὦ φίλοι, ἀλλ' ἧττον ἢ ῥᾷον μεταβάλλειν ἐστὶν, ὃν τινα πόλιν τοὺς νόμους, ἢ τὴν τῶν ἀνθρώπων ἡγεμονίαν. μηδὲ νῦν γε ἄλλη γίγνεσθαι, μηδ' αὖθις ποτὲ γενέσθαι: Nemo nobis persuadeat, ô amici, ullâ ratione citiùs aut faciliùs civitatem leges moresque immutare, quàm Principum exemplo præeunte: neque aliter nunc esse, nec in posterum umquam futurum. *Ut igitur regulam oportet rectam esse, ad quam cetera adæquantur: sic meritò Principem, ad quem alii diriguntur.* Apud Cassiod. III. Var. epist. XII. De Leg. IV.

IN CAPUT X.

De Justitiâ necessariâ regnis.

Pag. 33. *Juliæ turpe dictum.*

LICET, si libet.] *Juliæ Augustæ dictum est, privignum suum ad stuprum invitantis. Et addidit amplius:* An nescis te Imperatorem esse, & leges dare, non accipere? *Scilicet, ut Vellejus ait,* magnitudinem Fortunæ suæ peccandi licentiâ metiuntur, quidquid liberet pro licito judicantes. *Ammianus obscurius, sed hoc ipsum dixit:* Nulla vacat quæstio pravitatum apud eos, qui quod volunt, maximas putant esse virtutes. *Ab hoc fonte Persarum judicum illa responsio Cambysi,* roganti num qua lex permitteret nuptias cum Libr. XXVII.

Digitized by Google

cum sorore? Illi negarunt talem se invenire, sed quamdam aliam quâ liceat Persarum regi facere quidquid libeat. *Aeque turpis & pernicioſa illa Anaxarchi adulatio. Qui cùm Alexander lamentaretur ob Clytum interfectum, nec ſolatia admitteret: dixit*, Ignorare illum, cur veteres ſapientes Juſtitiam adſeſtricem Jovi fecerunt. Nimirum, quia quidquid à Jove decretum, id jure quoque factum ſit. *Anaxarchi tales, ſed occulti, utinam non hodie apud imperantes!*

Anaxarchi pernicioſum.

Apud Arrian. De reb. Alex. lib. IV. & Plut. in Alexand.

IN CAPUT XI.

De Juſtitiæ adminiſtratione.

CAUSSAS reoſque audiat.] *Ipſéne? An per alios? Utrumque: & hoc magis. Certe quin ipſe quoque interdum Juſtitiæ illud munus in publico utiliter ac decore obeat, non puto ambigendum. Veteres Imperatores ac Reges fecere: & Caroli etiam Magni Conſtitutio hæc legitur.* Hoc miſſi noſtri notum faciant Comitibus & populo, quòd nos in omni hebdomadâ unum diem ad cauſſas audiendas ſedere volumus. Populo autem dicatur, ut caveat de aliis cauſſis ad nos reclamare, niſi de quibus aut miſſi noſtri, aut Comites, eis juſtitiam facere noluerint. *Ubi finem etiam hujus conſilii vides. Nempe ut per ſupremum illum judicem, ſi quid ſicubi labat, corrigatur, firmetur.*

Pag. 35. Jus poſſit debeatque Princeps interdum dicere.

Medeatur noſter Princeps.] *Utinam, utinam! Ludovico Galliarum regi XI. hoc propoſitum: & cauſſidicina illa, vera tabes Galliæ, nunc non eſſet, ſi ille pauculos annos fuiſſet. Exoriatur alius, & efficiat ut* tandem viperæ iſtæ ſibilare deſiſtant.

Leges & lites recidendæ.

Comin. cap. CXXV. Apud Flor. lib. IV. cap. ultim.

IN CAPUT XIV.

De Fide.

IN Capitolio vicinam Jovis opt. max. eſſe voluerunt.] *Credo hanc eamdem mentem eſſe in Liviani verbis*, Apud quos (*Romanos*) juxta divinas religiones Fides humana colitur. *Et profecto*

Pag. 39. Fides pro dea.

Lib. II. in Orat. Poſthum.

Digitized by Google

fecit sanctitas quædam in ipsa fide. Scytharum legati ad Alexandrum pulchrè: Jurando gratiam Scythas sancire, ne credideris. Colendo fidem, jurant. Græcorum ista cautio est, qui acta consignant, & deos invocant: nos religionem in ipsa fide novimus. Qui non reverentur homines, fallent deos. Curtius VIII.

IN CAPUT XV.

De Modestiâ.

Pag. 41. *Proni ad Superbiam reges.*

IN alto positum non alta sapere, difficile est] *Certè difficile.* Et magnæ felicitatis est, à felicitate non vinci. *Ut quivis haud facile multum vini fert: non item abundantem fortunam. Da mihi circumspectissimum regem: tamen* inter *tot* obsequia fortunæ, non satis cauta mortalitas est. *Natura, educatio, adulatio depravant.* Augustin. Curtius VIII.

In eam remedium cognitio sui.

Non minus hominem se, quàm hominibus præesse, cogitet.] *Hoc primum remedium & cautio à Fastu, se cogitare. Externa illa omnia sunt quæ te inflant; æstimari debet à teipso. Illa abeunt, veniunt: tu quid es, nisi vile infirmumque corpus? Vide non quid in te magnum habeas, sed quid tuum.*

Saladini præclarum factum.

Saladinus, Christianorum olim terror, qui Syriam, Ægyptum, & Africæ bonam partem subegit, morti jam vicinus in cogitationem hanc seriò descendit: & solam interiorem tunicam, pro omni pompa funebri, in hasta sublimem ferri jussit, cum acclamatione, Hoc unum ex domitore Orientis restare. *O virum illa & majore fortuna dignum, qui tam benè eam cepit! Nihil hîc proprium aut tuum. Corona, sceptrum, & omnia hæc ad quæ stupemus, à Deo sunt: & ne auferat, tu ad eum refer.*

Thymoleontis modestia.

Thymoleon, magnus laudatusque dux, qui Dionysium Siciliâ ejecit, & in illustri gloria vixit, exemplo hic tibi esto. De quo Probus: Nihil umquam neque insolens, neque gloriosum ex ore ejus exiit. Qui quidem cùm suas laudes audiret prædicari, numquam aliud dixit, quàm se in ea re maximas diis gratias agere atque habere, quòd cùm Siciliam recreare constituissent, tum se potissimùm ducem esse voluissent. *Nihil potest magis sapienter, magis Christianè.* In Thymoleon.

Magnas

Digitized by Google

Magnas arbores diu crescere, una hora exstirpari.] *Remedium alterum, cogitare Superbiæ assiduam comitem, Dejectionem, & Pœnam.* *Superbia deprimit adhærens.*

Seneca Herc. Fur. Dominare tumidus, spiritus altos gere,
Sequitur superbos ultor à tergo Deus.

Laërt. in Chilone. *Nihil altum ille, præter se, vult. Eique proprium* τὸ μὲν ὑψηλὰ πατεῖν, τὰ δὲ πατεινὰ ὑψοῦν: erecta dejicere, dejecta erigere.

Vidi cruentos carcere includi duces.] *Remedium tertium, à fortuna varia nimis & incerta. Hodie magnus es? Cras alius, aut nullus. Jugurtham in carcere, Perseum in custodia obiisse scimus: & patrum memoria, quam illustre exemplum Tomambaïs est! Ille Aegypti Africæque Sultanus, in veteri & felicissimo regno, non solum eo subito exuitur, sed & vita. Arbiter paullo ante vitæ necisque gentium, in urbe sua principe, mulo vicatim per ludibrium, circumductus, infami laqueo, & manu carnificis, strangulatus est. Quid sub idem illud ævi, Attabalipa in novo orbe magnus Rex, nonne in carcere, post infinitam vim auri quasi pro vita extortam, amisit & vitam? In eodem tractu, rex regum Mexicanus, nec usitata quidem morte obiit, lento igne per summum cruciatum ustulatus. Quæ tam tragica exempla meritissimo verbis Senecæ concludo:* Quod regnum est, cui non parata sit ruina & proculcatio, & dominus, & carnifex? Nec magnis ista intervallis divisa; sed horæ momentum interest inter solium, & aliena genua, *Varia & miseranda fors regum. Tomambais exitus. Attabalipa. Quabutimoci.*

De Tranquillitat. Animi. cap. xi.

Oratio pressa.] *Ut moneta illa optima, quæ pretii plurimum habet in parva mole: sic sermo, qui sensus. Quid visurus sim, nescio. Sed verbosos valdè & una sapientes, nondum ego vidi. Cæterùm hæc Brevitas imprimis decet Principem. Tacitus de Galba:* Imperatoria, *inquit*, brevitate adoptari à se Pisonem pronunciat. *Causa apud Demetrium Phalereum hæc:* Nam præcepta & jussiones, quæ Principi conveniunt, brevibus verbis formantur; preces autem, quæ humilioribus, verbosæ & longæ esse debent. *Brevis sermo optimus.*

I. Hist.

Ammian. lib. xxv. In cultu ne exuberet.] *Juliani Imperatoris familiare dictum fuit:* Turpe esse sapienti, cùm *Vestis, & hæc talia, negligenda*

Digitized by Google

animum habeat, captare laudes ex corpore. *Et ſane viri magni, incurioſi rerum iſtarum levium. Carolus noſter Quintus in veſte reſtrictus. Ludovicus* XI. *cultu corporis neminem familiarium anteivit. Julius Agricola (ita ſcribit de eo Tacitus)* In Agric. cultu modicus; ſermone facilis; adeo ut plerique quibus magnos viros per ambitionem æſtimare mos eſt, viſo aſpectoque Agricolâ, quærerent famam, pauci interpretarentur. *Sic de Annibale Livius*: Veſtitus nihil inter æquales excellens, arma atque equi conſpiciebantur. *Et quid exemplis opus? Uno verbo, plerique illi veteres* Syneſ. Orat. de Regno. *ἁπλῶς ἑαυτῶν εἶχον, οὐκ ἀπὸ σωμάτων, ἀλλ' ἀπὸ τῆς ψυχῆς βασιλεῖς ὄντες, καὶ τοῖς ἄλλοις τῷ πλήθους διέφερον. Οἱ δὲ ἐκτὸς ὄμμοι τοῖς ἀγαλμάτοις ἐφαίνοντο.* Leviter & ſine curâ ſeipſos habuerunt, non ab apparatu, ſed ab animo reges; & introrſum à plebe differebant, extrorſum vel gregariis ſimiles videbantur. *Ego Græcorum imperatores (imagines enim exſtant) ſine riſu non aſpicio, in purpura: in auro, in gemmis, & à capite ad calcem non regiè, ſed muliebriter cultos.*

Tag. 42. Munditias mulieribus convenire.] *Ideo Heſiodus quoque monet:*

Μηδὲ γυναικείῳ λέχεϊ χρόα φαιδρὸν ἀλοιφῇ
Ἀνίης.

II. Oper. & dier.

Nimia & affectata pompa ſpernenda.

Nec muliebri ſe comptu lotuque polito,
Vir quiſquam.

Nec aliter de externa omni ſpecie cenſeo.] *Ut in comitatu, in victu, in omni tua vita quàm minimum ſit Tragœdiæ & pompæ. Cari imperatoris illuſtre exemplum non omittendum, quia nec vulgatum. Syneſius ita narrat. (Carino tamen adtribuit, per errorem, uti opinor; quia* * *Carus res in Perſas geſſit, Carinus contrà mollis, deſes, & nulla expeditione nobilis.) ſed is ita narrat.* Bellum inferebat Perſis, & jam Armeniorum limites pervenerat. Illic militem curare corpus, & cibum è ſuo commeatu capere juſſit, mox ex hoſtico (Parthorum agros oſtendebat) petendum. Dum id agunt, ecce hoſtium legatos, qui adveniunt. Atque illi opinabantur futurum primo, ut ad Proceres quoſdam aulicos deducerentur: deinde dierum aliquot intervallo, ad Imperatorem. Atqui inciderant caſu in ipſum jam conan-

* Vide Vopiſcum & Eutrop. *De Cari narratio quæſita.*

Orat. de Regno.

Digitized by Google

cœnantem. Circumstabat frequens miles sed auro aut argento nihil cultus. Ipse veste puniceâ indutus, jacebat in herbâ. Cibus erat, vetus aliquod nigrum pulmentarium: & in eo frustula quædam salsæ suillæ carnis. Cùm autem legatos vidisset, nihil turbatum ajunt, nec quidquam immutasse, sed vocasse ad se ultrò, & dixisse, Scire quòd ad se venissent. Nam Carum hunc ipsum esse. Jubere igitur ut renuncient juveni suo Regi, nisi resipiscat, futurum ut intra unam Lunam omnis eorum silva & omnis ager, magis nuda & lævia sint, quàm Cari ipsum caput. Et simul cum dicto pileum sustulit, & caput ostendit tam glabrum quàm galea ejus quæ adjacebat. Et si quidem appeterent, jussit manum in ollam mittere: sin minùs, statim abire, & extra Romana præsidia esse, tamquam legatione omni jam defunctos. *Ita me Deus amet, hæc virum olent, imo heroëm.*

IN CAPUT XVI.

De Majestate.

TRISTITIAM & arrogantiam exuas.] *Quæ duo imperite nonnulli adsumunt, quasi conciliandæ Majestatis. Plutarchus hos tales taxat.* Qui mentem non habent, Reges & Principes, *inquit*, imitantur imperitos statuarios, qui existimant colossos suos magnos & venustos futuros, si tibiis quam maximè deductis, & inflatos, & hiantes fecerint: sic isti gravitate vocis, & torvitate aspectus, & morum asperitate, & insociabili quadam vita, dignitatem & majestatem imperantium exprimere se censent.

Pag. 42. *Externa superbia non ad Majestatem.*

In Comment. ad Principem indoct.

Viles plerumque, qui nimiùm civiles.] *Omnino abstractione quadâ opus iis qui gubernant, & nimis vulgo se vulgent. Pericles scivit: qui antè familiaris maximè & comis, simul remp. attigit, ab omni cœtu amicorum & conviviis se abjunxit, vitæ genere quodam subducto, & planè mutato.* Caussam *Plutarchus adjungit.* Δεινὰ γὰρ, *ait*, αἱ φιλοφροσύναι πᾶσιν ὄγκου καθαιροῦσι, τὸ δυσφύλακτον τῆς συνηθείας, τὸ πρὸς δόξαν σεμνόν: Comitas enim facile fastum omnem atterit, & in familia-

Nimia comitas haud bona. Periclis institutum.

In Pericl.

Digitized by Google

miliari consuetudine ægre custodias illud opinionis de te augustum.

IN CAPUT XVII.

De variis Virtutibus decoris Principi.

Pag. 44. *Ne regant fœminæ.*

NEC tamen conjugum imperiis obnoxius.] *Nam* quod subsidium in eo, *ut inquit Tacitus*, qui à fœminâ regatur? *Cui tamen humili & servili vitio plerumque feroces & militares gentes obnoxias esse, Aristoteles notavit: & hodie nos videmus. Sed nec imperia mulierum, ita consilia non semper damno. Utiliter sæpe eas Princeps audiet: præsertim si quæ à natura paullo magis facta ad prudentiam & virtutem. An Augustum pœnituit, Liviam suam audisse? Ferdinandum Hispaniæ regem, Isabellam? Cui fœminæ Consalvum, Canarias, Novum orbem, ejectos Mauros, & hanc magnitudinem suam Hispania in parte debet. Maritum enim suum, etsi à se virum magnum, tamen haud æquè altum aut splendidum, ad illustria illa facta impellebat leniter ac ducebat. At in vita privata, eadem mirifica. Vino ætatem abstinuit. Artibus litterisque ita amica, ut sermonem Latium, ætate jam grandior didicerit, & auctores libros que intelligere atque interpretari potuerit. In fortuna & in moribus infracta; atque etiam in partu sic magnanima, ut emitteret vix vocem. Rarum heroinæ exemplum, & cum veteri omni ævo comparandum.* Lib. XIII. Annal. Lib. II. Polit. c. VIII.

Interdum suadeant.

Isabellæ reginæ laus.

Pag. 44. *Magni Principes in convitia fortes.*

Convitia si iraſcare, agnita videntur: spreta, exolescunt,] *Sprevit sane Augustus. Qui cùm audiret Aelianum quemdam male de se opinari solere*: Faciam, *inquit*, sciat Ælianus & me linguam habere. *Animosè item Philippus Macedo, suadentibus amicis, maledicum hominem in exilium mitteret*: Minime sis, *inquit*, ne vagus & erro, apud plures de nobis malè loquatur. *Plura & obvia talia exempla. Sed cavete tamen vos caniculæ: quia non omnes Augusti sunt aut Philippi. Ramirus Hispanorum rex mire probus fuit & in moribus simplex: ob eam rem cum irrisui Aulicis esset, & dicteriis idemtidem peteretur, ad extremum exarsit, & undecim viros nobiles ad se vocatos, in Osca urbe gladio percuti jussit; addito dicto,* * Nescit vulpe-

Sueton. Auguſt. cap. II. Plut. in Apoph. Roder. Sanct. Hiſtor. Par. III.

Ramirus aliter.

* No ſabe

Digitized by Google

vulpecula cum quo ludat. *Reipsa ſcilicet oſtendit periculoſum valdè, τ λέοντα νύπιον*, leonem vellicare. la volpeja con quien trobeja.

Doctrinam nonnihil ad hunc finem promove.] *Iure moneo. Nam, ut Symmachus ait,* ſcimus bonas artes honore nutriri, atque hoc ſpecimen eſſe florentis reipub. ut diſciplinarum profeſſoribus præmia opulenta pendantur. *Sed tamen voculam,* Non nihil, *de induſtria addidi: quia ut tollere eas noxium; ita calide nimis promovere.* *Litteræ promovendæ.* Lib. 1. Epiſt. Lxii. *Sed cum modo.* *Malè, qui tollunt.*

Juſtinianus ζῆς τοιαυτήσεως ἀνέκρινε τὸ ἐφόδιον τῶν πόλεων διδάσκαλοι; τ λογικὴν τροφὴν, καὶ ἐπιστημῶν, ὑπονόησεν τῷ ἐπάρχῳ ἐξενεγκεῖν. καὶ ἔστι τῶν τὸ τοῖς πόλεσι διδασκάλοις ἐφολκίου ἀργείαν τῶν τὸ αὐτοῖς κατηρτίσθαι: antiquitus conſtitutas, in quoque opido annonas, profeſſoribus bonarum artium dandas, de conſilio Præfecti ſui ſuſtulit. Atque ita frigentibus paſſim per opida Scholis, ruſticitas & barbaria ocupavit inhabitantes. Zonar. in Annal.

Mala hæc ſecuris quam Thrax Imperator injecit: ſed illi quoque occulte noxii, qui effuſe nimis promoverunt. *Malè, qui nimis vulgant.* *Nam otium & mollitiem nulla re facilius aut honeſtius in animos irrepere quàm via hac litterarum; omnino eſt fatendum. Atqui robur & virtus non ſunt, ubi illa.* *Virtus reſolvitur.* *Ut catuli ad venandum inepti, qui ſaltare & ejuſmodi delicias docti: ſic ad virilia exercitia parum aptiores nimis exculti. Franciſcum regem primum, & Leonem decimum, qui avidè litteras excitarunt, in cœlum tollimus. Si propoſitum ſpectamus, merito; ſi finem & ſucceſſum, ambigo. Quia revera alter Galliam ſuam, alter Italiam, cultiorem amœniorem-que reddidit, ſed una & molliorem. Quid bonæ ſpei reliquum, ubi etiam fœmina paſſim in libris & litteris?* Plut. in Lycurg. *At qui eo ventum. Mihi Spartani illi probi, qui χρήμασιν μὲν ἴσους τ χρείας ἐμέριζον. τ δ' ἄλλην παιδείαν ἐφεῖς τὸ ἄρχειν καλῶς ἐζήτουν, καὶ κατηρεῖν μετὰ δικαίου μαχόμενον:* Litteras ad uſum ſaltem diſcebant. Reliqua omnis diſciplina erat, ut pulchre parêrent, ut labores perferrent, ut in pugnâ vincerent. *Usurpanda ad uſum.* *Et à Principe meo in ſuis civibus id ſervari, ſuadeam valde.* *Non nimis, non omnes, ſtudiis ſe applicent.* Salluſt ad Cæſ. *Sed Nobilitas tamen maxime: quia* patres valere decet conſilio, populo ſupervacanea eſt calliditas. *Et inprimis à Nobilibus.*

JUSTI

JUSTI LIPSI
AD III LIB.
POLITICORUM
NOTÆ.

IN CAPUT I.

De Prudentiæ neceſſitate.

Pag. 46. *Difficile gubernare.*

NULLUM animal moroſius, nullum majori arte tractandum.] *Inde Livanum hoc effatum*: Excellentibus ingeniis citiùs defuerit ars, qua civem regant, quam qua hoſtem ſuperent. Lib. II.

Mens una ſapiens plurium vincit manus.] *Hoc Vlyſſes ille apud ſapientiſſimum vatem voluit, cum Minervam (id eſt Prudentiam) ſic affatur:*

Αἰνῶς μοι εἰς μιμνοῖσα θοὸς ἐγένεο γλαυκῶπι,
Καίκι περιφρονέοντι ἰὼν ἀνδράσι κηρόμενον
Σεῦ σοὶ, πότνια θεὰ, ὅππι μοι ἀγόφρονα εἰπεῖν ἐγείρεις:

Odyſſ. V.

Atqui ego, ſi mihi ſic adſiſtas cæſia diva,
Vel tercentum contra homines concurrere pugnâ.
Auſim, te fretus comite, ô dea, & adjutrice.

IN CAPUT II.

De Duplici Prudentiâ.

Pag. 47. *Viri celebres & ſapientes in domo Principis decori.*

PRINCEPS ſapiens, ſapientium commercio.] *Cominæus*: Nullum majus indicium bonæ mentis Princeps poteſt oſtendere, quàm ut adjungat ſibi & familiariter utatur viros virtute & fama celebres. Nam omnes ſtatim judicabunt eum talem eſſe, quales ii qui apud illum. *Hoc ſine utile, non tantum in conſilio, ſed etiam in contubernio quoſdam habere*, inſigni tranquil- Cap. XXIII. Tacitus IV. Ann.

Digitized by Google

quillitate vitæ, nullis reip. negotiis permixtos *Nam aliena hæc fama valdè ad tuam famam. Ita Alexandro Calisthenem, Scipioni Panætium & Polybium, Augusto Areum & Athenodorum, aliis aliis adhæsisse scimus, privatim magis ornamenta quàm publice adjumenta.*

IN CAPUT III.

De Adiutoribus Principis.

SED quî parabis? Judicii hîc res est.] *Imò res etiam aliqua Industriæ. Nam jam ante præparari quidam possunt, ut fiant apti. Turcarum Princeps à puertia instituit, pacis aut belli futuros administros. Et Germanorum proceres Alumnos quosdam (ita appellant) suo sumptu educant, in eumdem usum. Quid si imiectur Princeps, & selecta quædam ingenia à teneris formari curet ad res civiles? Laudem. Apud Macedones quid servatum, Q. Curtii verbis dicam.* Mos erat principibus Macedonum, adultos liberos regibus tradere, ad munia haud multum servilibus ministeriis abhorrentia. Excubabant servatis noctium vicibus proximi foribus ejus ædis, in qua rex acquiescebat. Ii actos ab agasonibus equos, cùm rex adicensurus esset, admovebant: comitabanturque & venantem, & in præliis, omnibus artibus studiorum liberalium exculti. Præcipuus honos habebatur, quòd licebat sedentibus vesci cum rege. Castigandi eos verberibus, nullius potestas præter ipsum erat. Hæc cohors, velut Seminarium Ducum Præfectorumque apud Macedonas fuit. Hinc habuêre posteri reges, quorum stirpi post multas ætates Romani opes ademerunt.

Pag. 42. *A pueris quidam formandi ad rempub.*

lib. VIII. *Macedonum ritus.*

IN CAPUT IV.

De Consiliariis.

OPTIMUM quemque fidelissimum puta.] *Rex Salomon (cujus scripta divinæ humanæque Sapientiæ plenissima, uti & Syrachidæ, unicè tibi commendo) paucis verbis:* Consilia impiorum fraudulenta. *Exulato autem ab hac probitate etiam*

Pag. 43. *Salomonis scripta plena divinæ.*

Decisiones nonnisi ad Consilia.

prov. cap. XII.

jam eos, qui rem suam privatim male gesserunt, conturbatores aut decoctores. Basilius Imp. ad filium: Συμβούλοις δὲ χρὴ τοῖς καλῶς περὶ τὰ οἰκεῖα βεβιωκόσι, ἀλλὰ μὴ τοῖς κακῶς ἐξ ἀζηλίας τὰ ἑαυτῶν οἰκονομήσασι. Ὁ γὰρ κακῶς περὶ τὰ οἰκεῖα πεπραγώς, ἀδύνατον καλῶς βεβιωκότα περὶ τὰ ἀλλότρια: Consiliariis utere iis, qui rebus propriis benè consuluerunt, rectèque eas administrarunt, non autem qui per imprudentiam male. Nam qui suis rebus male prospexerit, numquam bene consuluerit alienis. Cap. XVIII.

Consiliarii linguarum periti sint.

Morum animorumque provinciæ gnaros.] *Etiam linguæ: si tamen sermo diversus, in locis qui tibi pârent. Nam isti qui per interpretem accipiunt omnia aut reddunt, nec tam grati nec tam idonei ad agendum: Ac multa necessario eos fallunt.*

Consiliarii exteri mali.

Non exteros temere, non advenas.] *Nota Princeps. Nam hic peccamus. Ut vulgo remedia quædam ab Afris aut Indis petita æstimamus: sic plerumque externa ingenia præferuntur internis. At non oportet. Primum, quia ab hac re turbæ. Indigenæ haud facile concoquunt, in sua rep. plus aliquid credi aut tribui alienis. Inde livor, quæstus, & aversio quædam animorum. Secundo, quia raro illi, morum, ingeniorum, & totius reipub. periti. Plato autem breviter & rectè dixit:* Εἰδέναι περὶ ἑκάστου ἡ συμβουλή: Consilium ejus est, qui rei cujusque peritus. Alcib. I. *Quod idem alibi diffusius* περὶ παντὸς μὲν δεῖ τοῖς μέλλουσι καλῶς βεβιώσεσθαι, εἰδέναι περὶ οὗ ἂν ἡ βουλή, ἢ ἄπαντος ἀμαρτόντα ἀνάγκη: In omni re consulendi principium, nosse id de quo consilium institutum: aut tota via aberrare necessum est. *Tertio, quia etiamsi iis peritia, vix tamen affectus aut fides. Qui potest in alienam rempublicam? In qua semper illud cogitent:* Mihi istic nec seritur: nec metitur. *Itaque ad commodum suum, aut arbitrium Principis, videbis pleraque ab iis referri. Quarto & ultimo, quia usu compertum, consilia externa ferè esse infausta. Alexander malè audire cœpit, cùm Persas audiit: Romani labi, cum Græcos & exteros: noster Carolus Audax, (ne plura cumulem) cui ruinam suam nisi Campobacchio debet? Effatum hoc habe. Ut in quam domum vespillones veniunt, signum est funeris: sic reip. labentis, ad quam fulciendam adhibem-*

Turbant statum.

Imperiti ejus sunt.

In Phædro.

Non amant eum aut curant.

Plaut. Epid.

Infelices sunt.

Ruit resp. quam ii sustinent.

Digitized by Google

bibentur peregrini. Quod tamen ita intellego, si multi. Nam ut unus aut alter interdum, fide aut ingenio valde cognitus, haud pertinaciter damnem.

Epist. 17. Item senes.] *Qui tales non annis magis, quam moribus. Nam* in quibusdam, *ut ait Seneca*, non puerilia, sed, quod est gravius, puerilitas remanet. *Quales moribus quoque æstimandi.*

Consilia senum, hastas juvenum esse.] *Pindari dictum est, uti è Plutarchi Lycurgo videbis.* VII. Polit. cap. 11. *Cui hoc Aristotelæum velut interpretamentum adde:* ἡ μὲν δύναμις τὸ νεωτέροις, ἡ δὲ φρόνησις τὸ πρεσβυτέροις ἐστί: Vires in juvenibus, Prudentia est in senibus. *Juvenes autem non solùm à consiliis, sed omnino à repub. amovendi, causâ duplici. Primùm, quia Temeritas & calor in iis. Atqui* cùm ad gubernacula reipub. temerarii atque audaces homines accedunt, maxima ac miserrima naufragia fiunt. *Deinde, quia non cadit in ætatem eam Auctoritas: quæ tamen ad jubendum suadendumque plurimùm valet. Opinio sæpè de aliquo, plebem magis movet, quàm res aut ratio ipsa. Solon igitur jure vetuit* τὸν σφόδρα νέον μήτε ἄρχειν, μήτε ξυμβουλεύειν, ἐν ᾧ μάλιστα δικάζει γνώμῃ ἴσχυν: valde juvenem neque magistratum gerere, neque consulere, etiam si optime a mente constitutus esse videretur. *Rei etiam Romanæ grande olim fulcrum, Annariæ leges: quas malè amissas bonus sapiensque Princeps revocabit.* Cicero de Senect. *Inepti ad reipub. Causa una. Causa altera. Solon vel omnino sæpe. Annales leges utilissimæ.*

Livius XXX. Fortunâ variâ exercitos.] *Nam qui assiduè in rebus prosperis & lætis, quid sapit?* Non temere adversa casuum reputat, quem Fortuna numquam decepit. *At qui aliam eam expertus est, magis ille ad Modestiam factus & cautionem, præcipuas Prudentiæ partes. Pindarus rectè:* Juncus apud Stob. *Felices vix sapiunt. Magis quo aliquando adjuta.*

——— ὁ πονήσας δὲ νόῳ
καὶ σοφίᾳ τινὰ φέρει:
——— Qui mente laboravit,
Prudentiam inde aufert.

XII. Ab. Livius XXXV. *Tacitus item de Caractaco*, Quem multa ambigua, multa prospera extulerant, ut ceteros Britannorum Imperatores præmineret. *Annibal de se ad Antiochum*: Hæc suadeo. Qui ut non omnis peritissimus sum belli, cum Romanis certe bellare bonis malisque meis didici. *Nec solum consiliarii, sed ipsi Princi-*

Digitized by Google

Principes tales, optimi. Principes optimi & prudentissimi, qui aliquando in adversa sorte. Carolus V. Galliarum rex mirâ sapientiâ fuit, atque adeò cognomen id etiam tulit: *Carolus V. Sapiens.* sed quem Fortuna à teneris annis magis jactavit? Patrem suum Johannem capi abducique vidit, & regnum pæne totum occupari ab Anglis. *Ludovicus XI. callidus.* Ludovicus XI. planè callidus. Sed ille quoque nonne per annos sex à patre & patriâ profugus, apud Philippum Ducem Burgundiæ egit, quid nisi exsul? *Emanuel cautus.* Emanuel Allobrogum nuper Princeps, in eâdem hac classe. Verissimum igitur Græcorum verbum: Ἐξ ἀν ἴσμεν ἴσμεν: & Miseria Prudentiæ bona mater.

* A quibus læsus, ab his doctus.

Quod satis sit, acutos.] Profectò mali & inepti qui nimis. Disputare & sermocinari magis, quam suadere possunt: & tempus sæpè terunt, milium, quod dicitur, terebrando. Tu scito, caput omne consilii esse, non in acumine, aut sermonum rationumque copia, sed in directa quadam judicii norma. Ea autem plerumque his acriculis abest. Machiavellum vide. Quid eo acutiùs? At parum bonus aut felix ille Cæsari Borgiæ Consiliarius, quidquid excuset se & fatũ accuset. Vide Clementem VII. Pontificem. Miram ei ingenii vim omnes tribuunt, sed in actionibus consiliisque quàm infelix, Roma scit & nunc etiam dolet. In populis ipsis hoc notabis. Quis nescit Athenienses ante Spartanos, Florentinos ante Venetos, ingenio & acrimonia fuisse? Melius tamen constantiusque hos rempub. suam direxisse omnes videmus. Cæusæ hujus rei tres. Prima, quam in Textu libavi. Quod velocia ista ingenia semper movent aliquid, & nec quieta, quieta sinunt. Altera quòd in multiplici inventione & rationum copia plerumque natant, & ægrè expediunt aliquid cui insistant. Tertia, quòd ea sibi proponunt, quæ non sunt, non erunt, & mentem consiliaque adversarii æstimant à subtili sua mente. Atqui ille sæpè stipes. Nec quidquam tutius (obiter moneo) quam de consiliis ejus, ex ipsius indole moribusque judicare, aut eorum qui apud illum magni. Sed aliquis hîc quærat. Quid ergo? subtiles quoniam damnas, etiamne litteratos? Haud prorsus. Ego verò libenter eos in Consilium admitto, sed qui non sint hoc tantum. Nam qui sola & nuda ista cognitione litterarum se jactant, valde repello. Constantius Imperator Constantini F. me quidem judice, valde hîc peccavit: qui, ut ait Zonaras, μαθήσεως ἐπιθυμητὴς γεγονὼς, ὡς παιδείας μὴ μεταλαχὼν, ἀλλὰ

Exempla.

Rationes item tres.

An litterati apti ad Consilia.

Per se, non nimis.

In Constant.

Digitized by Google

In Constant. ἅπαντα ὡσὰς τὸ λέγειν, ἢ ὅδ' ἀμφὶν ἐμμίσησε τὴν ἀκρόασιν: neminem in Senatum allegit, nisi eruditum quoque se ad dicendum exercuisset, & sciret scribere vinctâ oratione & solutâ. *Nimis tribuit nostro generi: nec vel doctissimi semper ad rempub. apti. Necessum est adsint aliæ illæ dotes, de quibus in hoc Capite monemus. Quas si adferunt: ô magnos tunc, & Principi optandos!* Nam deliberabilis eruditio litterarum, quæ naturam laudabilem eximie reddit ornatam. Ibi prudens invenit, unde sapientior fiat: ibi bellator reperit, unde animi virtute roboretur: inde Princeps accipit, quemadmodum populos sub æqualitate componat. Nec aliqua in mundo potest esse fortuna, quam litterarum non augeat gloriosa notitia. *De his talibus ipsa Sapientia loquitur*: Ego Sapientia habito in consilio, & eruditis interfum cogitationibus.

Bene, si doctis aliis mixti.

Laudat veræ doctrinæ.

Cassiod. Variar. lib. x. epist. III.

Prov. VIII.

IN CAPUT V

De ratione consulendi.

CONSILIORUM gubernaculum, Lex divina.] *Apparet ergo merito Consiliis inter esse debere viros sacros religiososque: id est, legis ejus peritos. Tamen alii abnuunt, & indecoram atque inutilem censent hanc mixturam. Nicephorus Gregoras inter hos videtur.* Οὐ γὰρ, inquit, θεωρία πρόσφορα καὶ ἡ ἐν πράξεσι πολιτικὴ, ὡς ἐπὶ πολλὰ συνεπιφυόμενα: Non enim Spiritalis contemplatio, & Civilis administratio, ut plurimum, inter se junguntur. *Et Synesius Episcopus multo apernus:* Πολιτικὴν ἀρετὴν ἱερατικῇ συνάπτειν, τὸ πολλοῖς ἴσι τὰ ἀσύγκλωστα. Civilem virtutem jungere cum sacerdotio velle, est miscere omnino non miscenda. *Ac plura & diffusè in eam rem ibi scribit. Quid ergo nos? Cum venia sic censemus. Interesse eos posse, imo & debere: sed rarenter. Tunc videlicet, cum de rebus plane seriis gravibusque agitur, & quæ tangunt universum statum. Nam tunc sanè quidni audiantur? Sive ut robur & auctoritatem bonæ sententiæ adferant, sive ut reprimant coërceantque in aliam ruentes. Nam quamquam illi rerum Civilium propriè non periti: tamen sæpe etiam in istis saluberrimè consulunt, & Syrachides non falso scripsit*: Anima

Pag. 53. An Sacerdotes in Consiliis.

Hist. III.

Epist. LXVII. totâ.

Interdum utiliter esse.

Digitized by Google

Viri sancti supra Prudentes sæpè sapiunt.

viri sancti enunciat aliquando vera, quàm septem circumspectores sedentes in excelso. *At semper tamen eos & assiduè, etiam rebus consiliis que minoribus adhiberi non probem: nec id mihi aut ex illorum videatur, aut publico usu. Districti videlicet terrenis curis, cælestia illa deserent: nec terrena ipsa (quippe aliud illorum munus) satis commodè aut decorè administrabunt.* Eccles. c. XXXVII.

Liberi & veraces consiliarii esse debent.

Libertatem secundò] *Magnum in Consiliario atque utile munus, ut libera ei lingua. Solon olim rectè: Συμβούλους μὴ τοὺς ἡδίστους, ἀλλὰ τοὺς κρίστους:* Consule non quæ suavissima, sed quæ optima sint. *Sic oportet. Nam rara hæc nimis in Aulis Principum virtus: & vis scire* cujus rei inopiâ laborant magna fastigia? Quid omnia possidentibus desit? Ille qui verum dicat. *Certamen plerumque adulationis est: & dant se non magno alicui solum, sed his qui magni apud magnum. Placentini aut Laudenses ferè hoc totum genus, pauci Veronenses. Inter hos tu esto: & scito liberè te semper cum Rege loqui posse, sed non de Rege. Cum modestiâ tamen: ad quam Hephæstion ille tibi præit apud Curtium:* Libertatis quoque in admonendo (*Alexandrum*) non alius jus habebat: quod tamen ita usurpabat, ut magis à rege permissum, quàm vindicatum ab eo videretur. Laërt. in Zenone.

Rara ea virtus.

Adulatio regnat.

Temperanda tamen libertas.

Seneca VI. de Benef. cap. XXX.

Tertiò Constantiam.] *Turpis enim & fœda illa vacillatio sententiam mutantium, & certum signum non certæ mentis. Idque cum singulis Consiliariis, tum magis Consiliis, vitandum. Ne audiant illud, quod Carolus V. Imp. facetè conjecere in Germanorum conventus solet. Quos assimilabat viperis: quia (ajebat) ut istæ matres suas tollunt; sic illorum posteriora decreta, priora.*

Pag. 50. *Mutatio in consiliis turpis.*

Caroli V. locus.

Fas aliquando mutare consilia.

At non Rigorem.] *Consilia enim ad eventus & tempora accommodanda & sæpè inflectenda sunt: atque, ut Plato ait,* ὥσπερ ἐν πλόῳ κυβερνῆν, οὕτως καὶ πολιτικὸν πίπτοντα τὸν αὐτὸν ἀεὶ σώζειν, ὅτι ὁ λόγος ἰσχύει εἴλπις' ἂν ἔχῃ, ἀλλὰ μὴ αὐτὸν ἀεὶ σώζειν παίδων, ἰλιγγιῶντας τὰ πλησίον· *, ita tu ad ventos tempusque flectere: oportet, tamquam in talorum jactu, ad id quod ceciderit res suas aptare, quocumque modo ratio id optimum esse dixerit. Non autem, quasi pueros, ipsos quoque cadentes, firmiter eam rem teneri in quam impegeris, & clamando quiritandoque tempus consumere.* De Rep. lib. X.

Con-

Digitized by Google

Consilia ergo nova pro rebus novis, aut ubi priora improspera. *Sed eorum caussa.*

v. De Benef. cap. xxv. Arte enim & flexu quodam opus sæpè.] *Seneca appositè*: Huc illuc frænis leviter motis flectendus est animus, paucis sui rector optimus. *Plerique enim rectorum rectore alio igent, etsi palàm habere eum spernunt. Callisthenes hìc offendit, qui præter monita magni sui Doctoris, nimis apud Alexandrum abscisus & asper. Quæ debebat dicebat, sed non quomodo debebat.* *Regis leniter regendi.* *Callisthenes præfractus.*

Lib. IV. de reb. Alexand. *Arriani cautæ sententiæ ego accedo*: Καὶ τάτων ἐγὼ ὅσα ἐς ὕβριν τῦ Ἀλεξάνδρυ, καὶ ἐς σκαιότητα τῦ Καλλισθένυς φέροντα, οὐδὲν ἂν ἐπαινοίην. ἀλλὰ τὸ περὶ αὐτὸν γε κοσμίως τιθεὶς ἐξαρκεῖν φημὶ, καὶ ἄνδρα (ὡς ἔνεστιν) τῦ βασιλέως πράγματος, ὅστις τις ξυνῆναι ἂν ἀπεῖσιν. ὃν ἂν ἀπλότητι μὲν ἀπαχθείας γλυκὺς Ἀλεξάνδρῳ Καλλισθένης τιθῆται, ἐπὶ τῇ ἀκμάζοντι τε παῤῥησίᾳ, καὶ ὑπεροπτικῇ ἀσελγείᾳ: Ego verò nihil eorum, quæ vel ad Alexandri injuriam, vel ad Callisthenis morositatem pertinent, laudaverim. Sed illud ajo & statuo, sufficere ut seipsum modestè habeat geratque, & Regis, quoad fieri potest, negotia promoveat is, quicumque adesse & servire illi in animum semel induxit. Nec immeritò gravem fuisse Alexandro Callisthenem, tum ob intempestivam libertatem, tum ob superbam stultitiam.

Regibus non frustra obnitendum. Quoties necessitas ingrueret, prudenter moderans.] *Præclarum hujus Pisonis exemplum, atque omnino imitandum. Plato ad Dionis propinquos*:

Epist. VII. Τοιοῦτον δὴ καὶ περὶ πόλεως αὐτὸν διανοεῖσθαι χρὴ ζῆν τὸν ἐμφρονα. Λέγειν μὲν, εἰ μὴ καλῶς αὐτῇ φαίνοιτο πολιτεύεσθαι. εἰ μέντοι, μήτε ματαίως ἐρεῖν, μήτε ἀσθενεῖς λέγων: Hoc eodem animo erga patriam suam affectum, vivere prudentem virum oportet. Dicere quidem; si quid non rectè administrari ei videatur: *sed ea lege*, si futurum putet ut neque frustrà dicat, neque dicendo vitæ periculum incurrat. *Quod tamen ita verum, nisi rex aut regnum periclitetur. Nam tunc nullum discrimen bonum consiliarium tenet quin clamet. Themistocles ille exemplo, qui olim ad Lacedæmonium*: Feri, sed tamen audi.

Plut. in Themist.

Consiliarii taciturnitas. Quintò Silentium.] *Omnino servandum in Consilio, quod vim habere vis aut usum. Et servandum etiam tua consulentis caussa. Quia* arduum nimis est, meruisse Principis secretum, ubi si quid

Cassiod. VIII.

Digitized by Google

cognoscitur, prodi vel ab alio formidatur. *Alexander cùm arcanas quasdam litteras Hephæstioni legisset, detractum annulum ori ejus admovit. Quisque sibi id factum putet, & simul in Consilium lectus est, os sibi clausum à Principe signatumque.* Var. ep. 1.

Sicut apud Persas. *Persas cogita*: apud quos, *ait Ammianus*, nemo consiliorum est conscius, præter optimates taciturnos & fidos, apud quos silentii quoque colitur numen. Lib. XXI. *De quibus & Curtius*: More quodam Persarum, arcana regum mira celant fide. Non metus, non spes elicit vocem, quâ prodantur occulta. Vetus disciplina regum, silentium vitæ periculo sanxerat.

Sicut apud Romanos. *Simile apud Romanos. Quorum curia in tanto numero Senatorum, silentio sic undique clausa, ut* non dicam unum, sed neminem audisse crederes, quod tam multorum auribus fuerat commissum. Valer. II. cap. II. *Notabile illud de Eumene rege: qui cùm Romam venisset, & regem Persen in Senatu accusasset, ac de toto bello cum Patribus deliberasset*: in præsentia nihil, præterquam fuisse in Curia regem, scire quisquam potuit. Bello denique perfecto, quæque dicta ab rege, quæque responsa essent, emanavêre. *Mira & diuturna silentii fides.* Livius XLII.

IN CAPUT VI.

Vitanda Consiliariis.

Pag. 51. ADVERSUS peritos, pervicaces.) *Turpe. Est aliquis, etiam ubi justè refagaris, refragandi modus. Demosthenes merito Spartanorum institutum laudat, tale.* Ferunt *inquit*, apud eos dum decernitur, quemq; sententiam suam libere promere: sed ubi decretum est, eadem laudare omnes, & adjutores esse etiam illos qui contrà dixerant. Exord. XXIX.

Discordia in Consiliis mala. Discordia inter consuasores.) *Pernicioſa semper, non aliter quàm si remiges & nautæ diglad dicntur in una aliqua navi. Tacitus notat*: Julius Classicianus Suetonio discors, bonum publicum privatis simultatibus impediebat. *Semper ita evenit, ubi inter collegas æmulationes. Quid remedii? Ut aut ponantur eæ, aut certe seponantur, Aristidis exemplo: qui Themistocli valde adversus, cùm tamen unà in legationem missi essent, & ad portam Urbis venissent*: Visne ô Themistocles, *inquit*, inimicitias paulisper hîc deponamus, recep- An. XIV.

Ad limen curiæ posita. Plutarch.

Digitized by Google

recepturi eas cùm redierimus: *Sciebat scilicet rem communem, sine communione animorum, numquam rectè administrari.*

Cic. pro Quinct. Avaritia, sive rei suæ studium.] *Ah pestis!* Nullum enim est officium tam sanctum atque solemne, quod non avaritia comminuere ac violare soleat. *Quinetiam, ut Pindarus ait, κέρδει καὶ σοφίᾳ ἐπίκειται*: Lucro etiam Sapientia capitur & irretitur. *Avaritia arcenda.*

Pol. VII. cap. X. *Igitur cavenda illa, & omnes ad eam causſæ. Ac provide illi populi: quibus* legem fuisse *Aristoteles ait*, ut qui agros limitaneos hostibus haberent, non admitterentur ad Consilia belli gerendi, quasi ob privatæ rei aspectum suadere minùs commodè possent. *Nec Principi remedium hîc aliud, quam ut ne natura tales eligat: & item ut prolixe cum electis agat, atque omnia à se exspectent.*

Lex Thebanis, quæ vetuit.] *Videntur removendi à reip. administratione mercatores, causſa non una. Primùm, quia consuetudine & inclinatione avari ideo; facile publicam rem in suam vertant.* *Mercatores non apti ad Consilia. Causſæ.*

VII. Polit. cap. IX. *Secundo, quia parum magnanimi aut splendidi, ut Aristotelis verba usurpem ἀγοραῖος ὁ περὶ τοῦτο βίος, καὶ οὐδὲν ἀρετῇ ὑπηρετικός* parum generosa hæc ratio vitæ & virruti adversa. *Tertio denique, quia in publica persona Auctoritatem id minuit, & ut Livius ait,* Lib. XXI. quæstus omnis indecorus Patribus est visus. *Ab hæc sententia fateor me stare, præsertim in regno. Ubi tamen aut rara nobilitas, aut plerique honestiorum amplexantur id genus vitæ: non nimis eos repellam. Et scio Venetos, Florentinos, Genuates, Batavos sic usitasse, haud magno suo malo. Quin etiam* In Solon. *olim* dignitatem mercaturæ fuisse, *Plutarchus tradidit*: ut, quæ commoda ex regionibus barbaris afferret, amicitias cum dynastis conciliaret, & ad multarem rerum peritiam conferret. *Nota Princeps: & hoc genere hominum cum fructu sæpe utere, sive ad explorandum, sive ad ingressum & aditum aliquem apud longinquos & ignotos faciendum. Nonne hoc Lusitanis regibus limen ad Orientis regna & primus gradus?* *Interdum tamen admittendi.* *Usus eorum Principi.*

IN CAPUT VII.

Impedimenta boni consilii.

FIDUCIA.] *Noxia valde in consiliis, quia suas alienasque vires parum librat, & eventus* Pag. 52. *Diffidentes noxii.*

Digitized by Google

omnes aptat ad sua vota. Principes eadem sæpe fallit. Qui natura magni, libenter audiunt hos magnanimos, & spem magis ipsam, quàm spei causſam intuentur. Arcenda, videndumque semper ne illud audiamus: Πρὶν ἐσφάχθαι, λίαρὸς: Priusquàm occideris, excorias. *Polybii sanum hic dogma, jubentis:* Μηδέποτε βιαδίοις ἐπὶ τῷ μέλλοντος, ὡς ἤδη γεγενόντος, μηδὲ ἀσυμπαλπάζειν βεβαιοῦσθαι τὰς ἐν ἀπορίᾳ συνεχόμενον ἔστιν ἄλλως γίνεσθαι, νέμων δὲ μερίδα τῷ παραλόγῳ, πολλαχῇ μὲν ἀνθρώπους ὄντας, μάλιστα δ' ἐν τοῖς πολεμικοῖς: Numquam de futuris rebus, tamquam jam factis, deliberare, neque præfidere constanter in iis quæ aliter evenire possunt. Sed partem aliquam inopinato eventui relinquere, cùm ubique homines simus, maximè verò in rebus bellicis.

Cunctatio consulendum.

Livius XXII. Adag. Græcor. Lib. II.

Imperiti plerique fiendi.

Cum sapientiâ non commiscetur.] *Non hercules, cùm sit imperitiæ ipsa proles. Thucydides:* Ἀμαθία μὲν θρασύτητα, λογισμὸν δὲ ὄκνον φέρει: Inscitia Fiduciam, Prudentia Cunctationem gignit. *Sive ut Hieronymus transtulit:* Imperitia Confidentiam, Eruditio Timorem creat. *Cui apud reges Adulatio etiam sæpe mixta: dum auribus illorum serviunt, & tam magnos validosque eos faciunt, quam videri volunt. Talis Minio ille apud Antiochum: qui* ignarus omnium externorum, virefque æstimans regis ex rebus in Asia Syriaque gestis, *temere eum impulit ad Romanum bellum. Accessit ejusdem ingenii nescio quis Alexander Acarnan, qui* tamquam non utrùm bellandum nec ne esset, consuleretur, sed ubi & quâ ratione bellum gereretur, victoriam se haud dubiam animo proponere affirmabat. *O pestilens genus, præsertim ubi Princeps ipse ad typhum & fastum inclinat!*

Aut adulatores.

Lib. II. Epist. ad Euagr. Livius XXXV. Ibid.

Quando & quatenus consilia subita aut fortia, stulta?

Consilia calida & audacia.] *Quæ tamen haud semper improba, ne erres. In communi quidem administratione rerum valde damnanda: at in novo aliquo aut subito discrimine, utiliter & necessario sæpe adhibenda. Apud Capitolinum scribitur:* Hanc novis rebus debere inesse constantiam, ut rapienda sint consilia, non quærenda. *Doctor noster regulam hanc suggerit:* Cunctatione non opus, ubi perniciosior sit quies quam temeritas. *Imo ab eodem disces:* Inter ancipitia, deterrimum esse, media sequi. *Observa. Quia plerique hic peccant,*

Rebus extremis, media pernicies.

In Maxi. Tacitus I. Histor. III. Hist.

Digitized by Google

Ibid. *cant, & in rebus afflictis, ut idem loquitur,* nec provident satis, nec audent.

Lib. VII. Celeritas, infamis naufragiis.] *Pulchre Artabanus apud Herodotum,* Ἐπιχώνεαι μὲν τοῦ πᾶν σπεῦσαι τινὶ σφάλμασι. ἐκ τῶν ζημιέσι μεγάλαι φλίσσι γίνεται. ἐν δὲ τῷ ἐπιχειρῆν ἔνεστι ἀγαθὸν, εἰ μὴ πανυπνίοισι δοκέοντες εἶναι, ἀλλ' ἀνὰ χρόνον δύρος πεφᾶν: Festinare quodvis negotium, gignit errores: unde maxima detrimenta exoriri solent. At in cunctando bona insunt, quæ si non statim talia videantur, tamen in tempore bona quis esse reperiat.

Consulta oportet exsequi festinanter.] *Vellejus M. Aggrippæ hanc laudem tribuit*: Vir, *inquit*, labore, vigiliâ, periculo invictus, & per omnia extra dilationes positus, consultisque facta conjungens.

IN CAPUT VIII.

De Principe, quî se gerat in Consiliis.

1. Hist. MATURE deliberet.] *Ne eveniat scilicet,* quod in consiliis infelicibus (*Taciti verba*) ut optima videantur, quorum tempus effugit. *Tu vero tempestive, cum res non erit subita, delibera.* Pag. 54. *In tempore deliberandum.*

Philip. 1. *Quia oportet, ut scite Demosthenes dixit,* ἐκ ἀκολουθεῖν τοῖς πράγμασιν, ἀλλ' ἡγεμονεύειν εἶναι τῶν πραγμάτων: non subsequi & comitari res, sed rebus ipsis antecedere & præire. *Et addit*: Sicut Imperatoris est præire exercitui, sic benè consulti viri ipsis negotiis. *Aliud tamen in subitis; ubi facto potius opus quam consulto. Tum festinandum, neque hæsitandum: ut ii,* qui neque alienis consiliis regi, neque sua possunt expedire. *Enim vero, ait Demosthenes,* dum navis est salva, promptè consulere & providere oportet, ne evertatur: postquam fluctus exsuperat, inane est studium. *Interdum & celeriter.*

Tacitus 1. Hist. Philip. III.

Magna in rep. momenta sunt temporum.] *Quis id nescit? Adeo ut super eâdem re alio atque alio tempore, aliud sit censendum. Seneca pulchre*: Consilia rebus aptantur, res nostræ feruntur imò volvuntur. Ergo consilium sub die nasci debet; & hoc quoque tardum est nimis, sub manu, quod ajunt, nascatur. *Pro temporibus consilia.*

Epist. LXII.

Digitized by Google

Peccatur hic in plurium statu.] *Verissimum est, nec quidquam tam ibi solitum, quàm disputando rem extrahere, & sæpe labefactare. Cavisse olim Achæos video & legem habuisse*, ut in conventibus dies unus deliberationis esset, alter decreti. *Utilis ipsa aut similis lex, in optimatium aut populi statu: Principi vitare facile, ubi & pauciores consultant, & à nutu ejus pendent.*

Achaica lex.

Tarditas vitanda.

Ne inutili cunctatione.] *Sive in deliberando, sive in apparando. Demosthenes Athenienſibus ſuis non ſemel hoc objicit, & tarditati huic imputat res amiſſas.* Τὸν γὰρ, *inquit*, ἐν παρασκευῇ χρόνον εἰς τὸ παρασκευάζεσθαι ἀναλίσκομεν. οἱ δὲ τῶν πραγμάτων καιροὶ ὑπὲρ μέτρον τὴν ὑμετέραν βραδυτῆτα καὶ ῥᾳθυμίαν: Nam agendi tempus in apparatu conſumimus. Rerum autem occaſiones non exſpectant ignaviam veſtram & tarditatem. Phil. 1.

Super verbis haud litigandum.

Néve dies rerum, verbis terat.] *Sed nec diſputatiuncula de verbis: quod in civili hac diſſenſione eveniſſe aliquoties memini, & prudentiores riſiſſe. Audiatur Latinorum ille Prætor, apud Livium:* Ad ſummam rerum noſtrarum pertinere arbitror, ut cogitetis magis quid agendum vobis, quàm quid loquendum ſit. Facilè erit, explicatis conſiliis, accommodare verba. *Nec pro meo guſtu umquam conſiliarii, qui circa hæc occupati. Compoſitæ orationes alibi locum habeant, hic brevis dictio & rectum judicium.*

Sed nec multa ea uſurpanda.

Res ipſa ſpectanda.

Audiat cum judicio,] *Late hoc patet, & momentum habet. Primum eſt, quod hîc moneo, ut non flectat ſe affectu quodam & inclinet ad unum aut alterum, ſed res rationeſque ipſas magis ſpectet. Demoſthenes hoc quoque ſuis Athenienſibus*: Sed ſi quidem verba audituri conveniſtis, hæc dicere & audire oportet: ſin autem ſuper rerum electione deliberaturi, res ipſas per ſe nudas, quantum poteſt, diiudicare vos hortor, auferentes ſermones omnes qui facti videntur ad fallendum. *Secundum, ut peritos in quaque re maxime audiat, atque iis credat. Lubet adſcribere exemplum Imperatoris Alexandri Severi, de quo Lampridius:* Fuit illi conſuetudo, ut ſi de jure aut de negotiis tractaret, ſolos doctos & diſertos adhiberet, ſi verò de re militari, milites veteres, & ſenes benemeritos, & locorum peritos ac bellorum & caſtrorum; & omnes Exord. Lxv.

Periti in quaque re audiendi.

Digitized by Google

omnes litteratos, & maximè eos QUI HISTORIAM norant: requirens quid in talibus cautis quales in disceptatione versabantur, veteres Imperatores vel Romani, vel exterarum gentium, fecissent. *Tertium, ut non tam numeret sententias, quàm appendat. Vetus hic querela Plinii:* In publicis consiliis nihil tam inæquale quàm ipsa æqualitas. Nam cùm sit impar omnium prudentia, par omnium jus est. *Locum non habet in Principe, qui potens est rerũ, & ad suam sententiam omnes trahit.* *Et meliores, non plures.*

Qui à suis ducitur, ut nervis.] *Quod Galbæ meritissimo objectum, de quo Suetonius:* Regebatur trium arbitrio, quos unà & intra Palatium habitantes, nec umquam non adhærentes, Pædagogos vulgo vocabant. *Nec tamen abnuo, unum alterumque valere gratiâ, auctoritate, fide apud Principem posse, imo & debere: sed cujus nempe nota prudentia & probitas sit: atque hoc ipsum ita; ut non solus aut alter ille audiantur. Sunto enim vel prudentissimi; tamen profecto nemo in omni re, sed nec in omni hora, æqualiter sapit: & recte Cominæo dictum,* à meridie sæpe non iidem, qui manè fuimus. *Purior illa & sine nube mens, non semper est præsto. Ergo tutius plures audiri, utique in rebus gravibus: & sic Artabanus, apud Herodotum, Persarum regi:* Rex, nisi diversæ variantesque sententiæ dicantur, non potest quis eligere meliorem, sed necesse habet uti ea quæ dicta sit. At cum plures sunt, licet tamquam aurum purùm secernere: quod solum separari cùm nequeat, alteri applicatum comparatumque potest. *Addo etiam, quod unus ille aut alter præpotens, facile à vero abeunt (privato alsquo aspectu) & à recto. Cominæus ita observat, & monet:* Si quis singularis tantam habeat fidem apud Principem, ut eum alii observent & metuant; is reverà dominatur, & regnum obtinet, suisque rebus tantum & facultatibus consulit, publicis neglectis: quod regi (*Carolo octavo*) scimus evenisse. *Quod ipse de Carolo, impari successore Ludovici patris, idẽ de pluribus possit, & dederim vel novitia exempla. Non lubet, nec lædo. Magis illustre unum, vetustius paullo, de Isaacio Imperatore Græco: qui Theodorum quemdam Castamonitam, hominem & ad alias res civiles, tum ad pecuniarias aptissimum, non suis tantum sed sibi præfecit.* Quem, *inquit, Choniates*, Logothetam designavit, & ab eo ducebatur, redu-

Pag. 54. *Paucis non credendum semper.*

Cap. XIV.

Homines alii alias & in aliis.

Lib. VII. *Plures audiendi.*

Unus aliquis facilè unitatur.

Imperator cui imperatum.

Digitized by Google

reducebatur ut obnoxium aliquod animal, aut potius instar mancipii omne quod ab eo imperaretur peragebat, nihil ipse discernens. *Contigit autem mori illum Theodorum: quid deinde? Quaerit alium dominum*, & adolescentulum quemdam, vix à tabulis & scholis digressum, summæ rei præficit; qui non ipsum Imperatorem solùm, uti cetum maximum parvus piscis, qui Propompus dicitur, ducebat quò volebat & circumagebat, sed & militares numeros legionesque tractabat: quasi ab ipso semine & incunabulis maximarum rerum administrationi innutritus esset, aut quasi ab ipso natali scilicet sapuisset: haud aliter, quàm Sibyllam, simul atque ab aluo prodiisset, de fabrica universa disseruisse ferunt. *Facetè deinde addit Choniates, & subsannat.* Erat, *inquit*, ille adolescens, velut apicula aut culex, aures leonis assiduè circumsonans; aut ut niger pumilio, qui maximum terræ pondus elephantem gubernat; vel ut funiculus, qui camelum naso trahit; vel denique ut angusta porta aut semita, quæ ad Aulam duceret. *Et quid miramur? Profecto hæc sunt risu, aut morsu potius & Satyrâ digna. Faciat qui volet Principum, audiet vivus aut mortuus quod iste.*

Obstinatio vitanda.

Tamen sine pertinacia] *Alterum hoc est vitium. Nec mollem & sequacem nimis esse, nec refractarium oportet. Sapiat ipse aliquid, sed & alios putet. Quam animi temperiem pulchrè mihi complexus Homerus videtur,*

Ἀλλὰ σὺ τοῖς αὐτός τ' εὖ μήδεο· πᾶσι τ' ἄνωγα. Iliad. β.

Ipse, ò rex, benè consulito, & pareto vicissim.

Agnata sapè magnis.

Peccant hîc sæpe magni, qui ut fortunâ, sic sensibus, super alios se putant. Itaque Seneca hunc affectum expressit:

— regale hoc putat,
Sceptris superba quisquis admovit manus, *In Medea.*
Quâ cœpit, ire.

Imo quidam ita fatui, ut etiam post consilia, ne alienæ sententiæ egêre videantur, in diversa ac deteriora transeant. *In hoc numero ille Xerxes*, qui Græciæ indicturus bellum, (*Valerius refert*) ad hibitis Asiæ principibus, Ne videret, inquit, meo tantum modò usus consilio, vos contraxi: ceterùm mementote, parendum magis vobis esse, quàm suadendum. *Nescio insolentius, an stultius dictum. At ego hoc quoque nomine, Principem parum aptum esse*

Tacitus xv. Ann. Lib. ix. cap. v.

Digitized by Google

esse dixerim ad puriter consulendum: quòd de re ejus maximè agatur. Benè autem hoc Cobares quidam apud Curtium: Natura mortalium hoc quoque nomine prava & sinistra dici potest, quòd in suo quisque negotio hebetior est, quàm in alieno. Turbida sunt consilia eorum, qui sibi suadent. *Quid tamen in rege sene, & gubernationis jam gnaro aliquid plus ei permiserim: sed non ita ut cum Tiberio (apud Suetonium)* semper sit sui arbitrii contentusque se uno. *Plus judicare ipse potest, plus tamen suggerere & invenire plures.*

Lib. 1 VII.

Cap. XVIII.

Sententiam suam celet.] *Quod duplici sensu moneo. Ut nec ipse declaret quo inclinet*, ne ceteris *(ait Tacitus)* assentiendi necessitas fiat: *sed nec dictis jam sententiis aperiat quam probet. Decorum enim ita, quasi* suæ meditationi quædam relinquat: *sed & utile ad effectum, ut minùs periclitetur efferri.*

Celanda sententia.

19. Ann.

Tacitus XVI. An.

Anima consilii secretum.] *Cui sanciendo, reperio & juramentum interdum interpositum apud Principes. Ita enim Capitolinus in Gordianis*: Omnino exemplum Senatusconsulti taciti non aliud est hodie, quam quòd vestra clementia *(ad Diocletianum scribit)* convocatis ad interiora majoribus, ea disponit quæ non sunt omnibus publicanda: de quibus adjurare etiam soletis, ne quis ante rem completam quisquam vel audiat vel intellegat. *Produntur autem consilia non verbis tantùm, sed & signis. De quo studiosè ita monuit Polybius*: Primum præcipuumque eorum quæ ad felicem consilii exitum requiruntur, est silere. Itaque neque gaudii ostentatione, ob spem scilicet inopinatam affulgentem, neque metus; sed neque familiaritate inductum aut affectu & amore quidquam communicare cum exteris oportet; sed cum iis dumtaxat, sine quibus res ad exitum deduci non potest. Nec iis ipsis anteà quàm cuique rei agendæ tempus adiget. Silere autem non linguâ tantùm oportet, sed multò magis mente. Multi enim sermone quidem celantes, ipso aspectu & vultu, aut & factorum aliquo, revelarunt sua decreta. *Ea vero postrema verissima sunt, & quidam suspicari de consiliis suis dant suspensi aut mœsti*, & magnæ cogitationis manifesti.

Juramentum in consilio.

Signis cavendum, indicisque.

Lib. IX.

Tacitus V. Ann.

Liber-

Digitized by Google

Libera vox eliciendæ.

Libertatem admittat.] *Imò verò & provocet, atque arte eliciat intimos eorum sensus. Difficile enim & rarum est, ut non aut eò sententias dirigant quo Principem ire censent; aut in gratiam eorum flectant, qui ipsi in flagranti gratia sint regentis.*

Huic rei arti.

Itaque interdum bonum, Principem jubito & quasi aliud agentem, sententiam ab hoc aut illo seorsim exquirere. Quod Sfortiam cognomento Magnum, callidè & frequenter fecisse, scriptum reliquit Paulus Jovius. Interdum non per se, sed per interpositam personam jubeat explorari. Sed & hoc utile, sententiam sine ordine, aut immutato ordine ab infimis, petere, ne assectæ sint potentiorum, ut dixi: sed & ut æqualiter omnes parati. In ejus vita, cap. LXIX. *Suetonius de Augusto*: Sententias de majore negotio, non more neque ordine, sed prout libuisset, perrogabat, ut perinde quisque animum intenderet, ac si censendum magis, quàm assentiendum esset. *Utilissimum autem, in scripto eas exigere & clausis tabellis. Ita enim & accuratior sententia, & certè liberior, sine alterius gratia aut offensa. Suadet hoc Augusto Mæcenas apud Dionem*: In caussis gravioribus, sententias non palàm rogabis, ne amicis suis faventes parùm liberè quid sentiant pronuncient, sed in tabellis eas scriptas ad te solum, ne cui alii innotescant, perferri jube, & lectas etiam statim deleri. Ita enim verum sensum cujusq; maxime cognosces, si eum illi à nemine alio cognitum iri, persuasum habebunt. *Quod si tui aspectu (ita interdum caussa aut res) minus liberè vel scripturos putes; tum remedium, solos relinqui, & inter se deliberare. Mihi etiam non displiceat, quod Turcarum Principes audio usurpare, ut in proximo Senatus habendi loco possint occultè, cùm velint, consistere, illinc per cancellos (sed velo appositio) omnium sententias audire: ut tamen adesse eos, etiam cùm non adsint, fas sit suspicari: & contrà. Id verò & libertatem dare sententiis videtur, cùm non coram ille immineat; sed & intentionem addere, cum semper possit auscultare & adesse.* Lib. II.

Assentatio crebra Aulæ.

Regnum opes sæpiùs assentatio, quàm hostis evertit.] *Quod vitium ita inhærens & affixum Aulæ, ut desperem (nisi apud magni excellentisq; animi regem) posse evelli. Iuvat Senecæ verba ruminari & hic apponere*: Monstrabo tibi, cujus rei inopiâ laborant magna fastigia, quid omnia possidentibus De Benefic. l. VI.

Digitized by Google

bus desit: scilicet illi, qui verum dicat, & hominem inter mentientes stupentem, ipsaq; consuetudine pro rectis blanda audiendi, ad ignorantiam veri perductum, vindicet à consensu concentuq; falsorum. Non vides, quemadmodum illos in præceps agat exstincta libertas, & fides in obsequium servile submissa, dum nemo ex animi sui sententiâ suadet dissuadetque, sed adulandi certamen est, & unum omnium amicorum officium, una contentio, quis blandissimè fallat? *Nec mirum sane, tam crebrum hoc genus esse. Nam & fructum præsentem capiunt, & res in facili ac sine labore.* I. Hist. *Tacitus*: Suadere Principi quod oporteat, multi laboris; assentatio erga Principem quemcumque sine affectu peragitur. *Vult dicere, in recto veroque consilio adnitendum & industrie agendum esse: in adulatione, cùm verus amor aut cura tui publicique non sit, ex facili omnia dici, tantùm ad voluntatem.*

At mihi salus illius desperata est.] *Tale hoc Ciceronis*: Cujus aures clausæ sunt veritati, ut verum audire non possit, ejus salus besperanda est. *Persei crudelitas.* *Quid de Perseo rege dicam, qui ab amicis duobus liberiùs admonitus de vitiis præteritis & culpis, utrumque pugione interfecit? dignus qui verum postea non audiret, & ipse ac regnum perirent, ut evênit.*

Nec bona quidem consilia præmiis adficiat.] *Causam habes in fragilitate vel ambitione humanâ. Quia cum semel iterumque placuisse se vident & præmium retulisse; extra limites facile abeunt, & tibi se dant muneranti. Sed & sibi placent, & supebiam induunt: fugiendum. Mæcenas tamen apud Dionem adversus nobis videtur, suadetq; Augusto:* *Non remunerandate temere aut vulgo consilia.* Eos qui rectam sententiam probamq; dicent, Lib. LII. & lauda & honora. Illorum enim ex inventis ipse benè audies. Qui verò aliter, neque ignominiâ affice neq; accusa. Mentem enim illorum considerare oportet, non autem aberrationem castigare. *Concilio. Quod communiter prudentem Consiliarium honorare ac præmiari, fas & jus: at non ob singula consulta aut suasa.*

Sæpè prava magis, quàm bona consilia, prosperè eveniunt.] *Aut si non sæpe, ut Sallustius, certe interdum: & dominatur ac ludit in humanis rebus*

Digitized by Google

bus, præter omnem rationem nostram, prapotens illa ratio, id est Fatum. Hoc Demosthenes sapienter:

Deus supra consilia.

Consultores vestros, *inquit*, ut impostores, siquid aliter accidit, accusatis: neque consideratis, quærere & rationibus colligere optima, quantum homo potest valetque, id nostrum esse; effici autem ista & succedere feliciter, id plurimùm in fortunâ situm esse. *Itaque vir prudens non eo sibi displicet, si in mentem & ratiocinio recto minus rectus successus. Imo cum Phocione sentiet ac dicet: qui cum aliquando suasisset, nec obtinuisset, & contraria etiam sententia feliciter effectui data essent: rogatus ecquid pœniteret?* Minimè, *inquit*, nam mea meliora, etsi hæc feliciora. *Cui adsonat hoc Artabani, apud Herodotum:* Suadeo tibi rex, *inquit*, benè deliberare in quo maximum est lucrum. Nam etiamsi aliter accidat, nihilominus tamen benè consultum est, & superavit Fortuna consilium: qui verò malè consilium cepit, si Fortuna ei arrisit, ille est quidem voti sui compos; sed nihilo seciùs malè consultum est. *Atque hæc de Consiliis. Ad quæ quoniam bellum & commodum est* Caput *sive tractatio in Leone Imp. de* Apparatu bellico, *lubet id totum hîc adscribere, cum fructu imo & voluptate à Politco legendum.*

Exord. xxvi.

Phocionis dictum.

Lib. vii.

Quomodo consilium capiendum sit.

CAPUT IV.

OMNEM actionem cōsilium anteeat: inconsulta enim rerum tractatio haud satis tuta est. Nam quamquam interdum quis glorietur se, quasi simul & deliberaverit, & res suas gesserit, multa prosperè atque ex tempore gessisse: tamen perrarò aliquid tale usu venire fortunatè solet.

2. Propterea in primis præcipimus tibi, ut ante omnes res suscipiendas, maximè autem bellicas, consilium cum iis præfectis capias, qui tibi ad hoc idonei videbuntur: cujus generis Turmarchæ reliquique sunt. Ubi verò firmitatem aliquam habere consilium videbitur, rem ipsam de qua deliberasti, omni studio ac diligentiâ contendas ad exitum perducere, nisi si (quod persæpè solet accidere) aliquid interim adversum & contrarium consilio contingat. Consilium autem quid

nam

Digitized by Google

nam tandem sit, & quemadmodum consilium tutò expedire possis, explanabo.

3. Consilium est deliberatio quædam de re agendâ vel non agendâ. Si res agenda non sit, statim sistendum tibi est: sin agenda sit, modum agendi vel quomodo? tempus vel quando; ubi vel locum; quid vel rem agendam; quem vel personam qui hoc susceperturus & ad exitum perducturus est; propter quid vel causam cujus gratia res suscipitur, considerare oportet.

4. Qui deliberaturus secum est, ante omnia suam ipsius mentem ab omnibus perturbationibus liberam habeat, maximè autem ab amore vel odio atque omni aliâ perturbatione, quæ rei, de quâ deliberatur, damnosa esse potest.

5. Deinde non solùm quid facile sit eligito, & in hoc incumbito, sed etiam omnia quæ usu venire possunt animo prospice: fortassis enim post rem incœptam aliquid se tibi quod in primis conducibile est, offeret, quod anteà prætermisisti.

6. Quòd si tecum ipse non solùm capere consilium, verumetiàm alios assumere volueris, teipsum tamen ab omni perturbatione vacuum præbe, ac si solus deliberares. Consultores autem adhibe experientes rerum, providos, perspicaces, ærumnarum ac prosperitatis tuæ socios, ad excogitandum solertes, fideles, qui tibi neque ad gratiam obtemperabunt, neque illi qui rei susceptor existit, neque sibi mutuò, sed qui quod cogitant dicunt, qui simplici animo & incorrupto sunt, nullumque ex iis rebus lucrum quærunt, sed eo ipso tempore quid maximè utile sit, explorant.

7. Sunt enim cùm lucrum aliquod aut compendium, aut ad se, aut eos quos caros habent atque diligunt, pertinere posse vident, totam judicationem rei eò transferunt: & quia pertinaces sunt, universum consilium ab utilitate communi, ad id quod ipsi volunt, deducunt.

8. In rebus occultis, fideles adhibe tibi & temperantes viros, & tacituros, & qui in suâ & non aliorum potestate sunt, cùm secretæ res istæ, ut secretiores fiant, minimé ad cognoscendum multitudine indigent.

9. De-

Digitized by Google

9. Delibera tardè, nisi aliqua necessitas celeritatem requirit: ubi consulueris, si nullum impedimentum sit, mature facito.

10. Tempus & locum, quemadmodum prædictum est, rei idoneum elige. Sed de ea referas non ad teipsum tolùm, sed etiam ad omnes qui tecum consilii participes fuerant, & quid facto opus sit, cum multis delibera: quæ verò agere volueris, cum paucis communica, & ubi optimum ex omnibus consilium ceperis, apud te solum tene, ne adversariis hoc indicetur, & insidiis illorum appetare.

11. Res ipsæ diversas & plurimas sæpe afferunt sententias. Fortassis autem quævis res circumstans omni ex parte manifesta fiet, si singulæ consultorum sententiæ inter deliberandum in unum conferantur.

12. Omnes autem debent huc spectare & convenire, ad salvam atque illæsam multitudinem ejus qui eos convocavit suscipiendam.

13. Finis consilii sit tibi, ut cognoscas in rebus gerendis ubi & quando agendum vel non agendum sit, & qua de causa quidquid agendum.

14. In deliberatione tua, & in omnibus sententiis quæ in deliberationem veniunt, adesse: hæc duo oportet, posse illud fieri, atque utile esse; hæc enim duo si non adsint, infirmum consilium esse & temerarium statim deprehenditur, & quasi ante oculos illius vitium cernitur.

15. Si enim inutile sit de quo deliberas, non modo non commodaberis, verumetiam læderis. Si verò non possunt de quibus deliberatum est perfici, inanis hæc consideratio ad temerarium exitum, quòd fieri nullo modo aut via potest, necessariò pertinet. In primis autem vitare oportet eas offensiones, quæ in promptu sunt. Vulgus enim hominum solet rerum futurarum cogitationibus seipsos oblectare, offensiones autem circumstantes providere non solent.

16. Utilissima autem est in omnes partes animi quasi excubatio, & eorum quæ ulla ratione fieri possunt in considerandis rebus pertractatio: ita enim fiet, ut neque teipsum nimis cœcæ temeritati exponas, nec rursus nimia rerum cupiditate illectus, in manifestum aliquod discrimen incidas.

7. Rur-

Digitized by Google

17. Rursus timor absque ullâ audaciâ, à vitio non abest: & qui quosvis casus temerarios formidat, temerè sæpè adversus seipsum multa facit, & quæ ex usu suo sunt negligit, & ab utilibus rebus suscipiendis abhorret.

IN CAPUT IX.

De occultis & domesticis consiliis.

UTI spernat genus illud domestici consilii.] *Hoc genus nempe quod subjungo, è vilibus aut servilibus ingeniis: non in universum damno, si quis in familiâ auctoritate & fide dignus: sed ipse quoq; inter dignissores. Crede hoc semel Princeps, nihil generosum aut altum à servitiis illis exspectandum, & contagione istâ tu queq; sordesces. Videte quæso* Ammiani *scomma, sed appositum, in Constantium Imperatorem:* Mercari complures nitebantur Eusebii favorem, cubiculi tunc præpositum, apud quem (si vera dici debent) multa Constantius potuit. *O figuratum, sed asperum morsum! multum erat, illum homuncionem Eunuchum, aliquid apud Imperatorem posse; at ille invertit, & quasi ipse potens rerum & arbiter esset.* Multa, *inquit*, apud illum Constantius potuit. *Eò veniunt descenduntq; qui domestica regimen sui præbent. In Claudio Imp. nonne olim simile? Qui* libertis uxoribusq; addictus *(ait Suetonius)* non Principem se, sed ministrum egit. *Unum hoc incommodum, Indignitas: adde alterum, Prædationem. Isti enim rapiunt, exhauriunt, vendunt omnia, & prædas agunt. Crebrum olim malum & in historiis frequens, præpotentes liberti aut ennuchi. Sprevit Alexander Imp. (bonus, & varie imitandus) qui ut Lampridius ait,* Eunuchos nec in consiliis, nec in ministeriis habuit, qui soli Principes perdunt, dum eos more gentium aut regum Persarum volunt vivere. Qui à populo, etiam amicissimum Principem semovent; qui internuncii sunt, aliud quàm respondetur sæpè referentes, claudentes Principem suum, & ante omnia agentes, ne quid sciat. Qui cùm empti sint, & pravi fuerint, qui tandem possunt boni sapere?

Pag. 55. *Vilium hominum consiliis haud utendum.*

Lib. XVIII. *Dicterium in Constantium.*

Cap. XXII. *Rapaces hoc genus.*

Bonus, cautus, optimus venditur Imperator.] *Dictum hoc & querela Diocletiani fuit, de quo Vopiscus:* Sed ego à patre meo audivi, Diocletianum Principem, jam privatum, dixisse, Nihil esse difficilius quàm benè imperare. Colligunt se quattuor vel quinque, atque unum consilium ad

In Aurelian. *Notabilis vox.*

Digitized by Google

decipiendum Imperatorem capiunt, dicunt quid probandum sit. Imperator, qui domi clausus est, vera non novit: cogitur hoc tantùm scire quod illi loquuntur: facit Judices quos non oportet, amovet à repub. quos debeat obtinere. Quid multa? Ut Diocletianus ipse dicebat, Bonus, cautus, optimus venditur Imperator. *Nec dissimile, quod Misitheus Præfectus prætorio, vir laudatus, Gordiano Augusto, & genero suo scripsit, apud Capitolinum*: Evasisse nos gravem temporum maculam, quâ per spadones & per illos qui amici tibi videbantur, (erant autem vehementes inimici) omnia vendebantur, voluptati nobis est, & eò magis quò tibi gratior emendatio est. Neque enim quisquam ferre potuit, datas eunuchis suffragantibus militum præposituras, negatum laboribus præmium, aut interemptos aut liberatos, pro libidine atque mercede, quos non decebat: vacuatum ærarium per eos, qui cottidie insidiosissimè frequentabant: initas factiones, ut tu decipereris, cùm inter se de bonis pessimi quique haberent consilia tibimet suggerenda: bonos pellerent, detestandos insinuarent, omnes postremò tuas fabulas venderent. Diis igitur gratias, quòd volente teipso emendata resp. est. Delectat sanè esse boni Principis socerum, & ejus qui omnia requirat & velit scire, & qui pepulerit homines, per quos anteà velut IN AUCTIONE POSITUS NUNDINABATUR. *Quæ talia interdum diffusiùs exsequor & repono, ut in alienâ vitiorum imagine, sua Principes videant, & damnent, si habeant; exsecrentur & abstineant, si non habent.*

Contra Ministros improbos.

IN CAPUT X.

De Administris, eorumque lectione.

ELIGI suadeam cum curâ.] *Et mecum Cassiodorus, in personâ Theoderici regis*: Ad ornatum palatii credimus pertinere, aptas dignitatibus personas eligere: quia de claritate servientium, crescit fama dominorum. Tales enim provehere Principem decet, ut quoties procerem suum fuerit dignatus aspicere, toties se cognoscat recta judicia habuisse.

Varia epist.

Pag. 56. Boni Ministri, laus Principum.

Ut

Digitized by Google

Ut genus iis honestum.] *Enim verò interest, & de his talibus spes omnino major meliorque. Theo-*
11. Varia. epist. xv. *dericus item rex, apud Cassiodorum*: Providentiæ nostræ ratio est, in tenera ætate merita futura tractare, & ex parentum virtutibus prolis judicare successum. Quia bona certa sunt, quæ fidem ab exordio trahunt, dum origo nescit deficere, quæ consuevit radicitus pullulare. Fertur etiam cursu perenni fontium vena vitalis, & hanc conditione sustinent cuncta manantia, ut sapor, qui concessus est origini, nisi per accidentia fuerit fortè vitiatus, nesciat rivulis abnegari. *Atque etiam in omni nobilitate, etsi corruptâ, generosum tamen aliquid & ambitiosum inest.* Habet autem, *ait Seneca*, hoc optimum generosus animus, quod concitatur ad honesta. Neminem excelsi ingenii virum humilia delectant & sordida. *Tiberius igitur in pleraque gubernatione prudens, hoc quoque servabat, ut*
IV. Ann. daret honores (*Taciti verba*) nobilitatem majorum, claritudine militiæ, illustres domi artes spectando, ut satis constaret non alios potiores fuisse.

Præsumptio melior de Nobilibus.

Ut fons ita rivuli.

Vilis ille, qui tantum viles sibi admovet.] *Neque hoc tantùm, sed causæ etiam aliæ accedunt,*
Lib. LII. *Dioni Cassio, in Agrippæ suasoriâ ad Augustum, dictæ*, Si remp. *inquit*, ignavis, & non magni pretii hominibus committas; statim & nobilium ac strenuorum iram in te provocabis, ob contemptam eorum fidem, & maximis in rebus damna patieris. Quid enim præclari homo vilis aut ignobilis gerat? Quis hostis eum non contemnat? Quis socius ei obediat? Quis militum non dedignetur sub imperio ejus esse? Enim verò quæ mala inde manare possint, nihil opus habeo apud scientem te dicere: hoc tamen omittendum non est, hunc talem, si rem malè gerat, plus tibi damni, quàm ipsos hostes, daturum; sin rectè aliquid egerit, statim ejus mentem, bonarum artium expertem, amentiâ & soliditate completum iri, eumque ex eo tibi ipsi formidolosum fore. *Causæ sunt, quæ appensæ pondus habeant, & utique ista postrema. Itaque Turcarum institutum, haud satis mihi probabile, qui ex militari solâ virtute promovent, generis nullo adspectu. Tegitur tamen hactenus culpa, quia nobilitas ibi sublata, & præter unum Dominum ejusq; stirpem, reliqui servorum loco sunt. Nisi tamen, quod una hîc ratio dari possit,*

Causa pulchra, cur viles non promovendi.

Aliter Turca.

Digitized by Google

fides & obstrictio major tenuium, cum facti grandes.

Et causa. *Ammianus tangit, de Joviano, qui sub initia undiq; se firmare volebat*: Malarichum ex familiaribus negotiis agentem etiamnum in Italia, Jovino jussit succedere armorum magistro per Gallias: geminâ utilitate præspeculatâ, ut & dux meriti celsioris, ideoque suspectus, abiret è medio; & homo inferioris spei ad sublimiora provectus, auctoris sui nutantem adhuc statum studio fundaret ingenti. Lib. XXV.

Et profectò beneficiarii beneficiis suis fere adhærent, vel suâ causâ: & indicavit Livius, de centum Senatoribus à Tarquinio Prisco allectis: Factio, *inquit*, haud dubia regis, cujus beneficio in curiâ venerant. Lib. I.

Pag. 56. Excipio, si eximia in aliquo virtus.] *Multa exempla sunt reipub. talibus feliciter communicatæ.*

Virtus inspicienda. *Plutarchus & solam virtutem considerari vult in Sulla*: Ὥσπερ γὰρ κυνηγὸς ὁ ζητεῖ τὸ σὸν κυνὸς, ἀλλὰ κύνα, καὶ ἱππικὸς ἵππον, οὐ τὸ ἐξ ἵππου. τί γὰρ ἂν ἐξ ἵππου ἄμεινον γένηται, ἂν τῷ τὸ πολιτικὸς ἁμαρτήσεται καὶ πιστὸς, ἐὰν μὴ ζητῇ τὸ ἄρχειν τις ἱκανὸς, ἀλλ' ὁπανοῦς: Ut enim venator non quærit quod tali cane natum sit, sed canem; & eques equum ipsum, non quod ex equo (quid enim si mulus ex equo natus sit?) Ita vir politicus torâ viâ erraverit, si in rectore non requirat quis sit, sed è quibus. *Claudianus convenienter, in Stilichonis laudibus ponit*:

——— lectos ex omnibus oris Lib. II.
Evehis, & meritum, numquam cunabula queris,
Et qualis, non unde satus.

Ita isti. Quod adversum prærogativæ nobilitatis videatur à nobis assertæ: sed de eximiâ scilicet virtute loquimur. Et ubi paritas aut concursus, Nobiles antehabendi: imò etiam si paullum infrà.

Meliorem esse remp. & propè tutiorem, in quâ Princeps malus.] *Caussa in eodem Lampridio additur*: siquidem unus malus potest à plurimis bonis corrigi, multi autem mali non possunt ab uno, quantumvis bono, ullâ ratione superari.

Pravi ministri periculosi. *Atque hoc est quod in Trajano desiderabatur, ipso optimo, sed patiente & retinente ministerii mali.*

Emitur sola virtute potestas.] *O bonum Principem, qui sic facit! ô statum felicem, ubi id facit! Sed rara hæc electio, & vel optimi Principes miscent.*

Favor etiam provehit. *Theodericus rex in Cassiodoro*: Dignitas dum ad incognitum venit, donum est; cùm ad expertum, com- Lib. I. Variar.

Digitized by Google

epist. XIII. compensatio meritorum, Quorum alter, debitor judicii; alter obnoxius est favori. Hos enim æstimatione subvehimus, alios gratiâ promovemus, & ad omnes indulgentiæ vias se nostra relaxat humanitas. *Ille vero fatetur, quod res est: & Gratia per sæpè in comitia hæc venit, an non & Pecunia? Fortasse, sed ô turpe, imo & exitiosum, vel hac causâ quod rara in talibus integritas, & corrumpuntur facile quî corrupêre. Alexander Severus dicebat*: Ego vero non patiar mercatores potestatum. Necesse est enim, ut qui emit, vendat. *Pariter Seneca*: Provincias spoliari, & nummarium tribunal, audita utrimque licitatione, alteri addici, non mirum: quando, quæ emeris vendere, gentium jus est. *Sed & Ludovicus Duodecimus, rex Galliarum, de talibus solitus dicere*, Eos quod aversione emissent, singillatim posteà vendere. O *Francia! quod jaces & peris, hanc habes vel inter primas causas.*

Interdum & Mercatura.

Lamprid.

De Benefic. l. cap. XV.

Lib. III.

In principem culpa cunctorum redit.] *Mæcenas ita Augusto, apud Dionem*: Nulli amicorum aut officialium tuorum nimia est indulgenda potentia, sed ita iis moderandum, ut ne te in culpam aut reprehensionem conjiciant. Quidquid enim hi recte vel sequius egerint, id vero tibi adscribetur, talemque te cuncti censebunt, qualia eos facta exercere permiseris. *Ipsa autem ratio, quæ in poëta nostro adjungitur.* Jubere peccare qui non vetat: *prorsus eadem in Philone concipitur, contra Flaccum. Is enim cum Agrippam regem, Alexandriæ passus esset illudi, atque ipse ibi Præses: objicit ei Philo & addit*: Ὁ γὰρ ἐπισκήπτων τὸ πονηρεύεσθαι ἐπέχειν ἂν δυνηθείη, εἰ μὴ κελεύειν, ἀλλ' ὅμως ἐφίησι καὶ ἐπιτρέπων αὐτός: Qui enim castigare, aut saltem cohibere, cum possit, nec cohibet; palàm est, eum permittere & pænè mandare.

In Ministris Principis peccat.

permittere, quasi jubere est.

Omnes ministros civibus & reipub. præstet.] *Theodahadi regis, apud Cassiodorum, dictum præclarum*: A domesticis incohare volumus disciplinam, ut reliquos pudeat errare, quando nostris cognoscimur excedendi licentiam non præbere.

Lib. I. Variar. epist. V.

Ille ad civilia, hic ad bellica naturâ aptior.] *Quod Homerus quoque, ut pleraque prudentiæ aut sapientiæ, sic revelavit*:

Digitized by Google

Α'λλ' ὁ μὲν ἄρ μύθοισιν, ὁ δ' ἴαχε πολλὸν ὑπ' ἄκρης: Iliad. β.
Unus consiliis alter præstantior hastâ,

De Arati ingenio notabile.

de Polydamante & Hectore ab eo prolatum. Et Polybius illustri exemplo hoc notavit in Arato Sicyonio, qui ad civilia omnia mirificè vafer & appositus, trepidabat in bellicis: nec exsequi aut facere, cor aut corpus ei firma. Ipsa Polybii verba compendio dabo: Aratus, *inquit*, erat in rebus civilibus vir undique Lib. IV.
perfectus. Facundè loqui, prudenter cogitare, industriè cogitata exsequi, hæc omnia poterat: discordias etiam civiles leniter ferre, & amicos adjungere & socios facere, inter primos artifices. Tum etiam insidias, fraudes, subsessus in hostes comminisci, eademque ad exitum deducere, ob tolerantiam & audaciam, efficax maximè aptusque erat. Hic autem ipse, si quando in aperto acie dimicare vellet, segnis in consiliis, timidus in aggressionibus, nec aspectu quidem aut vultu pugnam tolerans. Ideoque & Peloponnesum replevit trophæis, sed in se erectis. Adeò natura hominibus non corpora solùm, sed animos dedit dissimiles variantesque, ut idem ille vir non solùm erga res diversas diverse se habeat; sed & in iis quæ assimiles, alias sapientissimus videatur, alias tardissimus, itemque & audacissimus, & timidissimus. Neque hæc inopinata nimis aut paradoxa sunt, sed nota & familiaria iis, qui volunt intendere. Nam ecce & in venatibus alii sunt audaces, ferasque subsistunt; iidem ad arma & contra hostes, degeneres. Sed & in bellicis rebus, alii in singulari certamine, & cùm vir cum viro componitur, acres & validi sunt, iidem communiter in prælio & instructa acie, ignavi & nullius pretii. Thessalorum equites turmatim & confertim si ingruant, intolerabiles sunt: extra aciem, in tempore aut loco viritim pugnare, timidi & inutiles. Ætoli autem contrà. *Scilicet magnis ille Deus hoc voluit, aliud esse aliis, nec in omni re unum eminere.*

Divisa dona.

—partitim singula quemque Claud.
Nobilitant; hunc forma decens, hunc robur in armis,
Hunc rigor, hunc pietas, illum solertia juris,
Hunc soboles castique thori.

Atque ut alius poeta ait,

Α'λλα

Digitized by Google

Homer. Iliad. 9.

Ἄλλῳ μὲν γὰρ ἔδωκε θεὸς πολεμήϊα ἔργα,
Ἄλλῳ δ' ὀρχηστύν. ἐτίρῃ κιθάριν καὶ ἀοιδήν:
Illi bellica nempe Deus donavit, at illi
Saltare, atque alii fidibus cantuque valere.

Principum inclinatio in hos, offensio in illos est.] *Quis non cottidie animadvertat? Et est sane in his promotionibus jus aliquod etiam fortunæ.* Felicitas quasdam promovet, & jus Genius. II. Hist. *Tacitus de Vespasiano*: Multos præfecturis & procurationibus, plerosque senatorii ordinis honore percoluit, egregios viros & mox summa adeptos; quibusdam fortuna pro virtutibus fuit. *Sed* Odyss. δ. *& jus hoc est divinis regibus, ut in Homero legi*, alium virorum odisse, alium amare: *Itaque argute Cassiodorus*: Non est majus meritum, quàm gratiam inveniſſe regnantium. *Quid, quòd ipsa electio visa initio absurdior, sæpe postea laudatur? Vere enim Tacitus*: Multos in provinciis, contrà quàm spes aut metus de illis fuerit, egisse. Excitari quosdam ad meliora magnitudine rerum, hebescere alios.

IN CAPUT XI.

Præcepta Administris.

Pag. 58.

Lib. I. cap. IV. AVDACULI.) *Seneca de Tranquillitate*: Quorumdam parùm idonea est verecundia rebus civilibus, quæ firmam frontem desiderant: quorumdam contumacia non facit ad aulam. *Medium ergo tenendum, ut & fiducia adsit, & contumacia absit.*

Sine jactantiâ agite.) *In quo peccant sæpe aulici, & odia atque invidiam provocant frustra. Talis ille Heraclides, potens apud Philippum Macedonem, & ex vili humilique evectus.: de quo Polybius,* πρὸς μὲν τοὺς πεπιστευκότας καὶ χαριζομένους πικρότατος καὶ πολυπράγμων, πρὸς δὲ τοὺς ὑπηρέτας καὶ κολακικώτατος: adversus inferiores severus maxime & superbus, erga superiores in primis adulator. *Atque isti iidem, de quibus Seneca*, regiæ potentiæ ministri, quos delectat superbiæ suæ longum spectaculum, minusq; se judicant posse, nisi diu multumq; singulis, quid possint, ostendant. Nihil confestim, nihil semel faciunt. Injuriæ illorum præcipites, beneficia lenta sunt. *O penicillum, non calamum, & quo temporis etiam nostri egregie mores*

Jactantia odiosa.

Aulici mores.

II. De Benef. cap. V.

Digitized by Google

effinguntur! Sed & à Dione, de Sejano illo non altero à Tiberio, sed altero penè Tiberio: Is, *inquit*, homo superbissimus studiosè ab omnibus colebatur, salutabatur, deducebatur. Omnia enim acriter, & maximè procerum, observabat & verba & nutus. *Nam qui propriâ potentiâ nituntur, neque salutationes aut hæc obsequia valdè requirunt; & si omissa fuerint, vitio non vertunt ipsi nempe sibi conscii contemptu sui hoc non factum. Qui verò fuco & adscititio splendore utuntur, ii omnia talia magno opere, & tamquam ad dignitatis suæ culmen pertinentia, requirunt, & nisi consequantur, graviter ferunt ut abjecti, & irascuntur quasi injuriâ affecti. Ideoque istos magis pænè, quàm ipsos Imperatores, vulgò observant, & circa eos satagunt: quoniam apud hos si quid peccatur, virtus censetur remittere & ignoscere; apud illos, imbecillitas & virium inopia. Contrà autem ulcisci, facere ad stabiliendam ostentandamque potentiam arbitrantur. *Tales isti, qui potentiam suam non benè ferunt, & ideò nec diu sæpè ferunt.* Lib. LVIII.

Pag. 58. Ad auctorem & ducem, ut minister, fortunam referas.] *Valdè hoc observandum præsertim in bellicis, in quibus haud te verè alios volunt emmenere. Ad principem igitur refer, cujus auspiciis pugnas, per ejus fortunam (ita res est) fortunatus. Dirigit enim hæc suprema providentia, & ministros quoque attollit aut deprimit ejus, in quo alterutrū vult fieri. Germani hoc erga principes suos servabant olim* & illum defendere, tueri, sua quoque fortia facta gloriæ ejus assignare, præcipuum sacramentum erat, *ut Tacitus scribit. Simile Gallorum* Devoti.

Felices felicium ministri.

Reges gloriæ avidi. Hæc est conditio regum, ut casus.] *Quod ingenium regum in uno Philippo Macedone bene expressit Demosthenes*: Eum ita gloriæ cupidum esse dicunt familiares, ut omnia præclara facinora sua esse videri velit, & magis indignetur ducibus ac præfectis, qui prospere & laudabiliter aliquid gesserint, quàm iis, qui infeliciter & ignave. *Ipse hic affectus in filio Alexandro, de quo Curtius*: Quippe Alexander hostes vinci voluerat, Antipatrum vicisse ne tacitus quidem indignabatur, suæ demptum gloriæ existimans quidquid cessisset alienæ. *Susurrant idem & instillant Antiocho regi inferiores aulici,* Orat. ad epist. Philippi. Lib. VI.

Digitized by Google

Lib. XXIV. *aulici, apud Livium*: Ipsam eam gloriam belli, quâ velut dote Annibal concilietur, nimiam in Præfecto regio esse. Regem conspici, regem unum ducem, unum imperatorem videri debere. *Denique consensu ita reges: & patrum quoque memoriâ legimus, (ut vetustiora omittam) quicumque res magnas sub regibus gessêre, ad extremum aut in offensâ, aut in exiguâ gratiâ fuisse.* Testor Alfonsum Albuquerkium, *qui pleraque Indiæ Orientalis Lusitano regi suo subjecit: at idem accusatus majoris spei & suspectus denique revocatus in patriam est, & morte opportunâ fortasse ignominiis exemptus. Simile in* Duarte Pacieco, *qui post magna merita, in custodiâ & vincla conjectus etiam fuit, & in clarâ innocentiâ liberatus tandem, sed ut in paupertate senesceret.* Consalvum Magnum, & Ferdinandum Cortesium, *nec ipsos parem gratiam meritis retulisse, aliquis arbitretur & dicat. Quid causæ est? Beneficii magnitudo, cui reges dolent & nolunt obstringi.* *Magni Duces, sed postea regibus.*

Ann. IV. *Noster Tacitus*: Destrui per hæc fortunam suam Cæsar, imparemque tanto merito rebatur. Nam beneficia usque eò læta sunt, cum videntur posse exsolui: ubi multum antevenêre, pro gratiâ odium redditur. *Sed & simile hîc quod in arboribus sub quarum umbram, ubi tempestas est, confugimus: cùm deserenavit, ramos frangimus, & abimus. Addam prudentissimi Cominæi, sententiam:* Memini regem (*Ludovicum*) mecum sic loqui, ut diceret, fieri aliquando, ut operæ navatæ laudabiliter minus pretium sit, idque culpâ eorum qui navallent: dum elati quâdam confidentiâ, insolenter & proterve se gererent. Atque addebat, felicem esse ejus sententiâ, cui rex nullo suo magno merito beneficium conferret: atque id præstare, ut obstringatur aliquis Principi, quàm ut illum habeat obstrictum. Se quoque hoc ingenio esse, ut plus amaret, qui ob beneficentiam sibi deberent, quàm alios quibus se debere putaret. *Claudit deinde Cominæus*: Tam est difficile in omni genere vitæ sic se gerere, ne impingas: magnumque est Dei donum, valere sensu communi, & judicio naturali. *Præclara omnia: sed age tu Cominæe, qui hæc scis & præcipis, satisne cavisti? Naturalis tua prudentia sepsit aut munivit? Accepisti plagam, & in tua arena circumventus es ab aulicis; qui, mortuo rege Ludovico, effecêre calumniis*

Digitized by Google

ut in carcerem conjecêris, per triennium ferè servarêris, denique capitis causſam ipſe diceres ne patrocinari quidem quoquam auſo. En ludibria vitæ, & jactationes hominum! quibus nihil uſquam, per ullam ſapientiam, eſt certi: non certe in lubrico illo culmine & faſtigio Aulæ. Licet dicere:

Summum ad gradum cùm claritatis veneris, Laberius.
Conſiſtes ægrè, & quàm deſcendas, decides.
Cecidi ego, cadet qui ſequitur.

Exteri ſubjecti Invidiæ. *Atque his livoribus aut periculis exteri maximè ſunt expoſiti (ut ille ipſe Cominæus) quod monuit Polybius*: Xantippus, reſtituris Carthaginienſium rebus, paullò pòſt in patriam rediit, optimè ſibi conſulens. Nam res egregiè geſtæ & præclara facinora invidiam & calumnias gignere ſolent, quas cives quidem aut indigenæ, amicorum & affinium copiâ atque operâ, poſſunt repellere, at exteri facilè ſtatim ab utroque iſto vincuntur, & periclitantur. *Eſt in mente magnus Princeps, qui voces & ſuſpiciones, in diuturnitate Præfecturæ & fortunæ ſecundantis, non effugit: major futurus, ſi in vigore famæ, & tempeſtive diſceſſiſſet. Plutarchus igitur ſapienter monuit*: Εἶναί πως καὶ πολιτικῆς ἀρχῆδός καιρὸν τέλους. τὸν γὰρ ἀθλητικὸν ἀγῶνα τὰς πολιτικὰς ὁδοὺς τέλον ἔχειν τῷ μέσῳ λαμπρύνειν λέγουσι: Eſſe & politici curſus finem quemdam ac terminum. Nec minùs civilia certamina, quàm athletica, vigore & tempore deſtituta, vituperari ac coargui. *Intempeſtive abſcedendum.* Lib. I. In Lucullo.

Gloriam impoſitæ ſummæ manus illis relinqueret.] *Hoc ſcivit jam olim & fecit Joab, magiſter militiæ Davidicæ. de quo libri ſacri*: Miſitque Joab nuncios ad David, dicens: Dimicavi adverſum Rabbath, & capienda eſt Urbs-aquarum. Nunc igitur congrega reliquam partem populi, & obſide civitatem, & cape eam: ne cùm à me vaſtata fuerit urbs, nomini meo adſcribatur victoria. *Ergo, uno verbo, gloria omnis Principi adſcribenda & vindicanda. Quàm ſecit hoc vanè, aut ſtulte potiùs, ipſe Princeps Conſtantius?* De quo *Ammianus*: eum, edictis propoſitis, ſe ſolum (cùm geſtis non adfuiſſet) & dimicaſſe & viciſſe, & ſupplices reges gentium erexiſſe, aliquoties ſcripſiſſe: *& talia quæ ſine riſu aut miſeratione fatuæ ſuperbiæ nemo legat.* II. Reg. cap. XII. *Conſtantii vanitas.* Lib XVI.

Inju-

Digitized by Google

Injurias ferendo, & gratias agendo.] *Tacitus & hoc indicat*: Egit grates, qui finis omnium cum dominante sermonum. *Cur non ita faciant qui in aulâ beatitatem quærunt? Aristippus præbit, versutus philosophus*, qui consputus à Dionysio, cùm nihil moveretur, & quidam mirarentur: Nempe piscatores, inquit, ut gobium capiant, aquis patiuntur se adspergi; & ego ut balænam, non patiar sputo madidari? *Addo Senecam*: Potentiorum injuriæ hilari vultu, non tantùm patienter sunt ferendæ, facient iterùm, si se feciſſe crediderint. *Patientia opus aulicum.*

II. De Ira, cap. XXIII.

Qui secretis criminationibus infament.] *Contra quos quid remedii? Expostulat cum Deo Choniates in hac re*: O inspector omnium ocule, quem nemo fallit, cur connives sepè in his hominum, & gravioribus etiam, culpis? Nec statim immittis ignes & tonitru & fulmina, sed vindictam supersedens differs? Imperveſtigabile tuum judicium, & humanis ratiociniis inacceſſum: nisi quòd sapiens profectò es, & norma certa utilitatis, etsi nos tenui mente præditos id latet. At enim venator aliquis serpentem, aut leonem densâ jubâ, quem in montibus videt vel audit, statim declinat & effugit, sed & maleficus aut latro exorabilis est, & precibus aut lacrimis mollescit: virum verò qui proximo & amico malum in corde machinatur, aliudque sentientem, aliud loquentem, multæ sapientiæ est evadere, & à divino auxilio pendet. *Præmiserat verò idem de Theodoro Styppiota, per Camateri Logothetæ calumnias everſo: ac miscet deinde præcepta*: Esse eos æmulos, quantum potest, observandos, qui ingenio moribusque parum liberalibus & occultis sunt præditi, & linguam habent à corde dissentientem. Ante omnia verò, custodiam, ori ponendam, nec sinere linguam temere evagari dentium septum & labiorum propugnaculum, quibus à naturâ, velut duplici vallo, circumdata. *Benè, & silentium aut circumspectus sermo optima hîc arma.* *Arcana calumnia.*

Quo incautior decipiare, palàm laudatum.] *Id verò argutè malignum & mirum genus lædendi est laudare. Excitatur occultè Princeps in livorem aut metum, præsertim si animo pusillus est. Polybius exemplo & sententia id docet, de Apelle quodam* Sub- *Laudando everteres.*

Lib. IV.

Digitized by Google

Subdolo calumniatore. Qui cùm Aratum apud Philippum Macedonum regem traduxisset, ac falsis compertus esset; non ideo destitit, sed transtulit deinde calumniam in Taurionem quemdam, qui Peloponnesi rebus præerat. Hunc non accusavit, sed laudavit, asserens dignissimum esse, qui cum rege ipso in castris atque acie ageret. *Addit deinde:* Καινὴς γὰρ δή τις ὑπὸ δύσης πέφυκε διαβολῆς, τὸ μὴ ψέγειν, ἀλλ' ἐπαινοδίκας λυμαίνεσθαι τοὺς πέλας: Novus enim calumniæ modus repertus iste, non culpantes, sed laudantes, lædere atque evertere alios.

Incerta Aulæ.

Nihil rerum mortalium tam instabile & fluxum.] *Quæ sæcula id non docent? vetera, media, nostra. Inter veteres,* Joab *ille vir acer, callidus, Militiæ Davidis & Consiliorum arcanorum arbiter, cum à vivo rege non evertitur, jussus est cædi à successore. Quid* Apelles *inter Græcos? Ille à Philippo rege proximus, eo jam grata & opibus, ut ab ipso timeretur, momento horæ dejicitur, desertus ab iis qui antea stipabant & colebant. Polybius ita narrat:* Aratus flagitia & superbiam ejus regi aperit, ad vindictam stimulat, & rex id secum Lib. v. statuit, sed ita alta dissimulatione, ut mentem hanc ejus nemo sciret. Vocatur Apelles. Ille fidenter veniens, & quasi omnia ex sententiâ patraturus, simul ac conspectus esset, ex Chalcide Corinthum venit. Cùm appropinquasset, certatim satellitii militumque Præfecti cum ipsis militibus obviàm procedunt, agmine & pompa in regiam deducunt. Cùm autem ingredi statim, ut consuêrat, vellet, janitor quidam præstolari eum jussit, occupatum in præsenti regem dicens. Apelles novitatem rei demirans, hæsitabundus aliquamdiu constitit: mox mœstus, inopsque consilii, inde discessit. Comites illi omnes subitò dilapsi, ut denique solus cum servulis suis domum pervenerit. *Paullò pòst captus cum filio, vinctus, & interfectus est. Sed post priora illa, Polybius appositè addit:* Parva omnino intervalla temporis, omnes homines attollunt, rursumque dejiciunt, maximè verò eos qui in Aulis versantur. Reverà enim isti adsimiles sunt abacorum calculis, qui, ut secundum voluntatem calculatoris, modò obolum æreum, modò talentum valent; ita Aulici, ad nutum Principis, modo beati, modo

Aulici calculis similes.

Digitized by Google.

modo miseri fiunt. *Atque hoc in Apelle exemplum quàm geminum Romæ, in* Sejano? *qui diu Tiberii Augusti potens, & ad instar ejus statuis, honoribus, cultus; tandem una epistola subversus est, & caput illud toto orbe secundum, ut cum poëta dicam, laqueo præbuit, & cadaver suum opprobriis, lacerationi, unco.* Quo die illum Senatus deduxerat, populus in frusta divisit: in quem quidquid congeri poterat, dii hominesque contulerant, ex eo nihil superfuit quod carnifex traheret. *Et similes potentia atque exitus Plautiani, sub Antonino, quæ in Dione Cassio lege. Jam in ævo posteriore, apud Hispanos quam nobile documentum fluxæ potentiæ* Alvarus Luna est? *Amabat & evehebat eum Joannes rex Castellæ super omnes homines & amicos. Opibus, titulis, præfecturis, cottidie augebatur; atque ita regem suum fecerat, ut vel bellum ejus causa gereret cum vicinis regibus, & cognatis. Nulla res in majore fama & invidia, quam iste amor: atque is satis diuturnus. Sed quis exitus?* Sicut divisiones aquarum, sic cor regis, *ait Hebræus sapiens. Occulte abduxit se ab Alvaro, odit quantum amaverat, denique paucis conscriis, in oppido Burgensi, sagaciter hominem in vincla conjicit, damnari per sententiam jubet, caput abscindi, & in foro per triduum ostendi. O cæca mortalitas! tu ille superbus paullò ante & insolens ubi es? quides? desiisti esse, & tot annorum cumulata felicitas, subito turbine quassata & eversa est. Vere tu prædixeras, Alvare, non sine mali præsagio: admirantibus aliis fortunam tuam & apud te prædicantibus,* Improvidi, ne ædificium ante finem operis laudaveritis. *Sed mihi finis non sit, si exempla cumulem, obvia, ut vere dixi, in omni ævo. Claudamus Sidonii verbis appositis*: Periculosam regum familiaritatem esse. Quorum consuetudinem spectatissimus quisque flammarum naturæ bene comparat, quæ sicut pallulum à se remota illuminant, ita satis admota sibi comburunt.

Seneca de Tranquil. c. 1.

Alvari ominosum dictum.

Lib. III. Epist. III. *Sidonii egregium.*

Nota Aulice. Accede, insinua, ama, amare; sed non nimis.

Speciem magis in amicitiâ Principis, quam vim retinent.] *Imagine ad hanc rem usus pater Themistoclis: quem cum à rep. gerenda vellet abducere,* ostendit ei in litore triremes veteres, abjectas jam & contemptas: tales administratores

Vetus auctus, vetus navis.

Digitized by Google

res reip. esse, cùm non ultrà ex iis fructus. *In Plutarcho.*

Aratus veneno periit.

Aratæa aliqua vox erumpat.] *Nam & Aratus inter exempla infidæ regiæ amicitiæ: Qui Philippo Macedoni diu carus utilisque amicus veneno tandem ab eo tolli jussus est lento & sensim occidente. Non latuit Aratum, sed cùm aperire, mederi non esset, tulit tacitus: nisi quod amicorum suorum cuidam Cephaloni, in cubiculo, cùm eo incoràm sanguinem pulsset: illo admirante subjunxit,* τοιαῦτα τὰ ἐπίχειρα τῆς τυραννικῆς φιλίας : hæc sunt præmia regiæ amicitiæ. *Talis Philippus, & alii: non sic nostri* AUSTRIACI *(quod vere & in loco dicimus:) patientes ministrorum suorum, & ad extremum mites.*

Otium nobis ante Aulam.

Ista eveniunt, numquam mihi.] *Quid ergo? Aulam & totum hoc genus damnamus aut despicimus? Absit: sed Sicyonia ista aut cothurnos pedibus meis convenire, hoc nego. Valerius olim, quasi Apollinis voce, dixit:* Magis se probare securitate ridens tugurium, quàm tristem curis & solicitudinibus aulam. *Nam hæc duo, etiam in optima ea esse, nemo expertus abnegabit. Nos vero secessum & otium quærimus: quid tum? Otium, sed non ignaviam.* Habet ubi se, etiam in privato lare, explicet magnus animus; nec ut leonum animaliumque impetus caveis coërcetur; sic hominum, quorum maximæ in seductu actiones sunt. Ubicumque otium meum abscondero, prodesse volam singulis & universis, ingenio, voce, consilio. Nec enim is solus reip. prodest, qui candidatos extrahit, & tuetur reos & de pace belloque censet; sed qui juventutem exhortatur, qui in tanta bonorum præceptorum inopia, virtute instruit animos, qui ad pecuniam luxuriamque cursu ruentes pensat ac retrahit, etsi nihil aliud, certè moratur; in privato publicum negotium agit. *Hæc sapiens Seneca cujus verba expressi, animum velim, ac conor.* Lib. VII. cap. 1.

Digitized by Google

JUSTI LIPSI

AD IV LIB.

POLITICORUM

NOTÆ.

IN CAPUT I.

De Prudentiâ, quam Propriam dixi.

CONFUSE viam aliquam signabo.] *Proprie & distincte vix potest. Aristotelem audio:* Ὥσπερ καὶ ἐπὶ ἄλλας τέχνας, καὶ ἐπὶ τὴν πολιτικὴν ἐξὶν οὐδὲν ἀκριβῶς πάντα γραφῆναι. ἀναγκαῖον γὰρ ἀόριστον καὶ ταῖς ἀρχαῖς καὶ τὸν λόγον ἑκατόν εἶναι: Sicut in aliis artibus, ita in Politica ordinatione, fieri non potest ut omnia singillatim & accuratè scribantur. Universè enim scribi necessum est, at actiones sunt rerum singularum. *Enimuero eorum est, qui mente & usu valent, ex his communibus formare sententias & decretum in rebus singulis, & ad hasce velut normas adaptare.* Pag. 62. 11. Pol. cap. VII. Universalis præcepti fructus.

IN CAPUT II.

De Prudentiâ Togatâ.

PRUDENTIA duplex est, Togata & Militaris.] *Bene enim hoc Sallustius*; Firmanda est respublica, non armis modo neque adversus hostes; sed quod multo majus, multoque asperius est, bonis pacis artibus. *Artes pacis ad Togam faciunt, atque hoc opus* majus asperiusque *merito dicit. Idem Livius*; Excellentibus ingeniis citiùs defuerit ars qua civem regant, quam qua hostem superent. Togata Prudentia ardua. Orat. de Repub. ord.

Mate-

Digitized by Google

Materies duplex, Res divinæ, Res humanæ.] *Hoc quoque Strabo ita dicit, ubi de Moſe diſſerit*, Hoc à natura hominibus eſt inſitum, & commune Græcis ac Barbaris, ut in politicâ vitâ, communi præcepto & legibus vivant. Præceptum hoc autem duplex eſt, aut de Diis aut de Hominibus: *& plura addit, de vi religionis in animos noſtros, & quàm antiquis ea fuerit curæ. At nos quoniam olim (ante annos pæne ſex) in reliqua capitis hujus & ſequentium ſuper Religione ſcripſimus, provocati ab importuno homine, & quem nec amici ament: jure viſum ea hîc inſerere, & eſſe Notarum loco. Tu lege qui voles, en habes.*

Duplex Togata prudentia.

Lib. XVI.

Digitized by Google

JUSTI LIPSI
DE
UNA RELIGIONE,
ADVERSUS
DIALOGISTAM
LIBER.

In quo tria Capita libri quarti Politicorum explicantur.

Digitized by Google

CENSURA.

QUæ *de una hîc religione apologeticè ſcripſit I. Lipſius, ex Auctoris ipſius confeſsione & totius diſceptationis filo; de orthodoxa, catholica & Romana (quæ una & ſola vera eſt Religio) ſcripta eſſe teſtificor. Lovanii,* IX. *Calendas Septembres*, 1593.

Hendricus Cuyckius, D. Petri Lovanii Decanus, Academiæ Cancellarius, & Pontificius ac Regius librorum Cenſor.

ILLU-

Digitized by Google

ILLUSTRES ORDINES.

LIBER in me nuper prodiit, cui an reſponderem, jure dubitavi. Auctor an ille eſt, cui debeam? Homo inquietus, turbidus: & cui unum hoc ſtudium, litigare. Sicut canibus quibuſdam inſitum eſt, ſine cauſsâ aut diſcrimine latrare: talem audiebam iſtum. Nec judicio hæc ſcribere, ſed morbo. Cum hoc me componerem, & velut includerem in eodem campo? Quem & vincere inglorium, & à quo atteri ſordidum eſſet. *Facit* enim *ſe adverſarium, ait* Seneca, *quiſquis contendit, & ut vincat par fuit.* Sed cauſſa etiam ſilendi altera, ab ipsâ ſcriptione. Nam qualis ea eſt? Plebeia, futilis: & concepta plebeio quoque ſtilo. Quotuſquiſque ea leget, ſi ego ſileam? Nec deprimere adverſarium meum poſſum, niſi ut attollam. Adde quod calumniarum conviciorumque plena: & corniculas citiùs in Africâ, quàm res rationeſq; ſolidas reppererim in hoc ſcripto. Vetus ille verſus hîc valet:

Digitized by Google

* Sunt Hermodori verba; mercimonium.

* Λόγοις μὲν ἑρμόθωρ@ ἐμπορός ἐ). & flumen verborum ubique video, mentis vix guttam. Quid igitur reponam aut respondeam? Serium aliquid aut eruditum? Non est occasio. Convicia & dicteria? Non est meum: & ita adhuc viximus scripsimusque, ut nemo de nobis, de nemine queri etiam ego possim. Primus iste est (heu fatum Lipsii!) qui procaciter & ex supervacuo me lacessit. Quem ut imiter, non adducar: persuaderi tamen mihi passus sum, ut respondeam, sive quia publicè interest, tam effrænem petulantiam reprimi & retundi; sive quia mea, calumnias & mendacia levi manu abstergeri, quibus nos aspergit. Dicit enim nec scripta mihi, nec dicta: aut certè non sic scripta. *Tantum* autem *veritati obstrepit adulter sensus, quantum & corruptor stilus.* Quæ ratio præcipuè me movit, ut rescriberem: ne quis silentium meum in consensum duceret, & crederet approbata nobis, quæ non videret refutata. Sed fecimus tamen breviter. Quoniam, ut ait Pindarus, * ἰώνυμον εἰς δίκαν τρία ἔπεα διαρκέσει idemque modestè. Quia ut scopulus assilientes undas sine motu ullo suo frangit; sic nos conviciatores istos, sine acerbitate ullâ aut irâ. Dicta tamen quædam aut joca miscuimus.

Tertull. adversus Hæres. cap. xvi.

* Iustam ad causam tria verba sufficient.

Cur

Digitized by Google

Cur non liceat? Viri magni, imò & sancti, fecerunt in simili genere: & benè Tertullianus, *Multa sunt sic digna revinci, ne gravitate adorentur. Vanitati propriè festivitas cedit.* Hæc omnia ad vos,

Adversum Valent. cap. VI.

ILLUSTRES ORDINES,

& ad vestrum tribunal deferimus: ut judicetis tamen non ut vindicetis. Nam mihi purgatio sola proposita est, non ultio: & avertere plagam voluimus, non inferre. Vos, quorum id munus, me meaque auctoritatis vestræ clypeo tegite: neu patiamini *innocentiæ plus periculi, quàm honoris esse.* Atque hoc eâ lege, si proba ista apud probos. Nam quòd ista ea calumniantur aut carpunt: nihil est. Imò hoc quoque boni argumentum, talibus displicere.

Sallust. Jugurth.

AD LECTOREM QUEMCUMQUE.

VIDES *rescriptum meum, Lector, ex amicorum sententiâ potius, quam ex meâ. Nam mihi initio decretissimum fuit, non respondere: qui vetus illud meminerain,*

Bacchæ bacchanti si velis adversarier,
Ex insanâ insaniorem facies, feriet sæpiùs.

Plaut.

Digitized by Google

Sed vicerunt iidem illi eò minus jam reluctantem, quod eâdem operâ NOTAS *nostras daturus eram ad trina illa Capita, quæ in calumniam venerunt. Nam quòd illi tantùm responderem: nugæ. Quis fructus? At aliquis ex hoc consilio, & scriptione, quam vides. Ut etiam ordine & velut presso pede scripto ejus insisterem, non placuit. Quid enim ille ordine dicit: Prima, media, ultima pleraque eadem, repetitio ubique, &, mixtio quod Græci dicunt.* * πάντα μία χάνις. *Nos si quid ad rem fecit, non omisimus: convicia vix attigimus. Quia scimus*

* Omnia idem pulvis.

Istunc thesaurum stultis in linguâ situm, Plaut. Pœn.

Ut quæstui habeant male loqui melioribus.

Et amplius scimus: Æquo animo audienda esse imperitorum convicia, & ad honesta vadenti contemnendum esse istum contemptnm. Seneca.

Tu quisquis es, Lector, in bonâ caussâ fave: & si quid est quod minus pro vestro omnium gustu, scitote, me scripsisse & suasisse quæ visu optima, & utilitatem juvandi prætulisse gratiæ placendi. Plinius Præfat.

JUSTI

Digitized by Google

JUSTI LIPSI
ADVERSUS DIALOGISTAM LIBER.

LIBRUM tuum legimus, & quæ viſum mihi reſpondere, hîc habes. Paucamole, ſed non pondere: & tu quoque non multa ſcripſiſti, ſed multis. Toto libro placuit tibi non ſolùm πολυλογεῖν ſed ταυτολογεῖν, &, quod poëta dicit, *oberras* ubique *eâdem chordâ*. Lacon quidam ad luſciniam: *Vox es, prætereà nihil.*

In libri titulum.

ORDIAR *à capite & ab ipsâ fronte tui libri. Titulum feciſti:* LIS ſive PROCESSUS INTER JUSTUM LIPSIUM ET.] *Nollem te hoc præſcribere, mali augurii eſt in principio lapſus. Ego tecum litigo? Numquam factum. Natura mea, conſuetudo, valetudo abhorrent ab omni litigio; & ſi me non noſti, ſcito non eſſe pacatius ingenium in Batavia veſtra. Denique ego tecum? Si viſum mihi litigare, alius eſſet cum quo conſererem manum. Nam, ut ille ait,*

Attius

— trophæum ferre me à forti viro pulchrum eſt.
Sin autem & vincar, vinci à tali nullum eſt probrum.

At tu quis es? ignotus es. Imò tu quis es? nimis notus es.

In dedicationem.

DEDICATIO *ſequitur, eáque* Ad Senatum hujus urbis.] *Grata erit, niſi fallor. Cur tamen ad hunc potiſſimum? Quia ne olim hîc turbæ? Et eos fautores putaſti turbidi tui animi aut ſcripti? Scis enim: quoque aliquid occulti ligni ſuggeſſiſſe in hanc flammam nos ſcimus. Sed mi homo erras. Illæ reſederunt, & beata pax ac concordia, iterum in hac urbe. Aeole, non eſt hic locus tuis flabris.*

Digitized by Google

EPISTOLAS deinde meas subjungis.] *Quo exemplo? Nullo bono, aut cujusquam boni. Egone hoc fine scripsi, ut ederes? Per somnium non cogitavi. Homo inconspecte, tollis è vitâ commercia aut certe libertatem litterarum. Apud bonos ita solet, ut duobus scriptâ inter duos pereant. Tu aliter, esto. Cur tamen, si visum eas edere, non edis ipsas? Verti, inquies. Ita sane, sed non in decentiorem formam. Quid enim si parum fideliter? Quid si parum expressè? Utrumque verum est. Nam nec tu Latinè nimis (sine contumeliâ dico) doctus & quod nolo te nescire, multa sint in illis nostris propriè & χαρακτηριστικῶς scripta, ad quæ vertenda tu non adspiras.* Aliter longè catuli olent, aliter sues. *Atque ecce, Ordines, epistolæ præcipuæ exemplar ipsum.*

De epistolis meis editis. Proterv.

Imperitiâ.

J. LIPSIUS S.D.

ACRITER tu caussam hanc non Libertatis sed Licentiæ agis. Nefas tibi interfici quemquam religionis caussâ. Quid ais? Etiámne seditiosum? Etiámne palam impium & blasphemum? Vis enim non constare Principi quæ sit proba aut vera Religio. Bellè. Dic sodes, in re tam seria ludis? Aut vis Academiam jamdiu mortuam excitare, & facere omnia controversa? Sed video quid agas. Vis me definire quam probam censeam: & hunc quoque tibi campum dare differendi. Non faciam mi ::::::::, nec nunc opus. Illud dogma nostrum γνώμης * firmum maneat, Unam religionem (eamque probam) in uno regno teneri. Quid tu mihi Johannem aut Petrum, & martyres adducis; Scilicet qui probam religionem oppugnant sunt Iohannes & Petrus. Quin dic seriò quod sentis. * Vis quamvis religionem à quovis posse oppugnari: aut tu quid in meâ sententiâ oppugnes non video. Seva est, inquis. Quid ita? Statim enim homines ad ferrum & ad ignem. Non ego: ne erres. Et cave imponant tibi illa verba *Vrendi & secandi.* Παροιμιώδης enim ille sermo est, Latinis usurpatus in omni aspera & paullùm immitiore medicina. Puniri nos turbidos Hæreticos volumus (verba mea * nota) sed non omnes uno modo. Ut criminum gradus sunt, ita pœnarum: & quosdam Pecunia, alios Exsilio, raros aliquos Morte ego mulctem. In prisca Eccle-

** Videte in omnes formas, non everres.*

** Verissimum est, & aliquot annos jam non aliud agis.*

** Numquam se critisse I. in toto hoc scripto Er-*

Digitized by Google

sia

sia nónne semper factum? Utique postquam ea respirare cœpit, & sub Christianis Imperatoribus attollere paullùm pressum diu caput: Si exemplis & *auctoritatibus ago, vinco, si rationibus, una te vincit. Quod numquam societas aut resp. stabit, ubi tam indefinita hæc libertas. Audi, mi vir. Religionem evertit, quisquis libertatem hanc Religionum inducit: ex qua confusio, ex qua *contemptus. Sed enim auctoritatibus Patrum non est agendum, sed nudo meroque Verbo Dei. Serio in omni re *externa tu hoc sentis? Nescio. Sed tamen si etiam illo scuto tegere me debeo, possum. Mæcenatem valde culpas qui hoc Augusto suaserit, impio tyranno, inquis, & Christianorum hosti. Unde hoc tibi in mente aut calamo? Ille Christianorum hostis, qui *Christianos fando non novit? Replica Annales, docebunt te Christum salutare verbi sui semen non nisi sub Tiberio sparsisse. Plura sunt quæ in tam uberi re possim; sed parco, & reservo me Notis: quas, Deo volente, dabo. Intereà qui sedatè & puriter nostra illa leget, nec sævitiam nec lentitudinem increpabit: & fatebitur viam præscriptam, quam bono generis humani ineant hodie qui regnant. Tu si aliter sentis, quin sententiam tuam potius promis, quàm sic per dissertatiunculam hæc oppugnas? Effusam licentiam omnes boni viri abhorrent, & quibus exiguum aliquod lumen mentis: si modus coërcendi melior apud te aut mitior, scribe. Ego inter primos qui amplectentur. Verum enim amare didici: sed contentiones etiam fugere. Et, quod Telemachus apud poëtam quem vertisti, de me profiteor,

* Ἀσθενέες τ' ἐσόμεσθα, καὶ οὐ δεδαικότες ἀλκήν.

Vale, & fer liberè respondentem, qui liberè provocasti. Acerbitas certè abest, & sum in te qui soleo,

J. Lipsius.

Lug. Bat. Kal. Aprilis ↀ. IↃ. XC.

Alteram non pono. quia nec exemplar quidem ejus (neque tanti est) servavi.

Sed jam ingrederis in actionem ipsam, & suaviter incipis ἀφελογίζεσθαι. Et primum, promis apud illos

Errores cum Turbatoribus confundis.

Quæ centena sunt in Bibliis, in Patribus, in Legibus.

Ita sanè Ambigere de religione incipiunt, mox aspernari.

Nam absurdum Politissimo omnem illuc astringere, quæ satis si cum eo non pugnet.

Puerile erratum tuum est; & frustrà satagis in purgando.

Infirmi sumus & non docti depugnare.

Hoc tu quo modo verias videat Lector, cui videre placet.

Sit qualem tu ponis.

tuos

Digitized by Google

tuos sermocinatores causſam quæ impulerit te ad scribendum. Videre te pernitiosa consilia quæ publicè promuntur, valdè peccaturum nisi detegas, cùm Deus te præsertim idoneum aptumque fecerit huic rei.] *Itane Diodore? Tu iste es qui censuram hic nobis sine suffragio geris? Tu qui provides, ne quid res publica capiat detrimenti? Bene est. State firmi Batavi hoc tibicine & destina. Sed tamen ego Ordines putabam esse, & Magistratus, quibus hæc cura. Qui non admonere solùm possint, sed compellere: & quibus parêre nos non volumus tantum, sed debemus. Illi cùm sileant, ut loqueris? Imò illicum probent, ut improbas? Nisi tu unus plus sapis & vides, quàm ceteri. O mi senex, O mnes videmur nobis saperdæ, festivi, belli, cùm simus copreæ.*

Censor publicus. Custos. Solus sapiens. VARRO.

Querelam adtexis & scriptionis causſam alteram, quòd aliquoties provocatus à te ad colloquium, sprevi.] *Heu, quod mare me purgabit? Tu me ad colloquium vocas, id est, ad tuam* LITEM. *Ego renuo: quid peccavi? Ignosce. Liberum hic me censui, nec obnoxium imperio cujusquam privati. Et tamen quod colloquio hoc quærebas, nonne præstiti? Nam de sensu meo, binis epistolis respondi; & satis feci tibi, etsi non satis feci. Tibi inquam, & interiori tuo animo purgatissimus sum, sed dissimulas, quia decretum tibi velitari. Atqui ego quàm abhorrucrim ab hac contentione, testis quoque Epistola hæc esto, quam ad amicum tuum misi: amicum, sed moribus & ingenio valdè à te disiunctum. Ea hæc est:*

Imperiosa austoritas. Φιλονεικία.

J. LIPSIUS H. L. S.

S. D.

OCCASIONEM mihi datam abs te gaudeo, ut promam animi mei sensum. Tu utrique nostrûm & Paci amicus es, utrumque audi. Primum queror. Quid ille vir sibi vult, quòd quasi datâ operâ in me incurrit? In Constantiâ nostrâ nuper imponere mihi voluit sententiam, quam non dixi umquam, non scripsi. Nunc simile. Adeò nemo alius est, qui aliquid scribat præter ejus mentem? Addo etiam liberè. Quid ille cum Latinis meis scriptis, ad quæ aliter respondet, nec provocat

Digitized by Google

vocat me iisdem armis? Sed hoc leve. Etiámne benè ea capit? Ambigo: quia video palàm torqueri in alium & diversum à sensu meo sensum. In hac ipsâ re, quàm clarè scripsi *Hæreticos seditiosos, turbidos* puniendos esse? Ille ita accipit, quasi dixerim quoscumque in religione errones. Nónne Capita mihi diversa facta, & disparavi? Si rectam disputandi viam inire vellet, hoc ei docendum, *Puniendos non esse nec quidem tales*. Dialecticam scio te & illum scire. In ea vitium est, si quid in Hypothesi dictum, ad Thesim & communem aliquem locum referre. Atqui verba nostra invidiam habent, *Ure, seca*. Non nostra, sed veterum: &, quòd liquidò ad eum scripsi, non ita arctè capienda, quasi ferrum nobis statim in manu aut ignis. Absit, absit. Proverbialis ille sermo est, à medicis sumptus, qui in pravo aliquo ulcere urebant, secabant. Valet igitur, uti aspera aliqua medicina. Ne quid eum turbaret, addidi: *Pœnarum hîc gradus esse*, & Turbatores quosdam pecunia, alios Exsilio, raros quosdam Morte à nobis plecti. Hæc scripsi. Ille quid? Respondet [illegible], & acerbè ac contumeliosè agit: quod ex litteris ejus, si voles, videbis. Quin etiam Cardinalem Granvellanum mihi objicit, & quòd hauserim hæc ab illo fonte. Obsecro te, hæc modesti aut philosophi hominis sunt? Ut omittam, quod passim impietatis me arguit, & quasi essem in gentilium secta. Ego miror magis hanc rationem scribendi quam indignor, & ad postremas ejus non respondi, quia nos differere possumus & volumus, non litigare. Jam quàm superbe minatur se contra me scripturum? Ego nihil mihi tribuo, sed nec valde mihi metuo à tali Antagonistâ. Modestissimè (velim ostendat, & videas) ad primas ejus litteras respondi. Si alia illi sententia, & decretum ei promere; faceret, sed sine conviciis aut dicterio ullo in personam. Ille hic quoque pro suo more, ait hæc sua aspera, esse *Verba puræ & nudæ veritatis*. Quid dicam mi :::::::? Quod res est. Annos supra quadraginta jam vixi, supra viginti scripsi: stilum adhuc ego in neminem, & nemo in me strinxit. Amo scilicet & à naturâ ipsâ factus sum (institutio etiam accessit) ad modestiam & quietem: nec mihi ingenium aut votum inclarescendi per turbas. Si privatim lacessit, silebo: si publicè, quid nisi

Digitized by Google

nisi me meaque vindicem, & asseram à maligno dente? Sed sine conviciis, & meo more. Ut in via, si quis improvide præteriens luto me aspergat, non ego in illum regeram, sed potiùs me purgem, ita hic. Dicam tibi hoc quoque. Amici illius tui grande ingenium est, sed ferox, asperum, & cum multa mixtione fellis. Si patriæ causam agit. & docere Principes meliora vult, cur silet? Latus hic campus; nec opus est in me aut alium incurrat. Parum progrediuntur in bona via, qui in obvios quosque arietant. Habes meam sententiam. Et quia epistolam hanc nihil opus illi ostendere (nisi aliter tibi videtur) ecce etiam in * charta seorsim, quod ostendas illi. Quæ proba mihi nunc quidem videntur, & libenter tamen desistam, si quis benignè & comiter docuerit meliora. Vale vir amice, & fratrem tuum saluta. Lugd. Bat. xv. Kal. Maij. ∞ . Io. xc.

* *Ipse edidit, & nos eadem infra.*

Πολυλογία. Ψιλολογία.

En, hæc ipsa satis esse debebant ad temperandum tuum fervorem; in te mitia, de re aperta. Et quid his opponis longo tuo & lacinioso scripto? nihil. Nugas & nebulas verborum offundis: & dimissa ubique vera mea mente, aliam oppugnas. Et ad summam, imaginarium tibi stadium exstruis; & miserum Lipsium adjungis cum quo decurras: imo in quem incurras. Sed jam ad rem veniamus: nisi quod hoc etiam præmitto.

Populares aestus.

Nam ais, spretum scilicet te debuisse hæc edere, & plebis oculis subiicere, eamque judicem capere in hac causa.] *Quid hoc quid hoc est? M. Cato, opinor, olim in judicio quodã accusatus, valde senex, initio hoc dixit,* Miserum esse apud alios causam dicere, cùm apud alios vixeris: *nonne ego jure possim? Ad plebem me vocas: abnuo, & testor plebi me nihil scripsisse. Principes formamus: tu populum judicem hic esse vis? Atqui* bovem currus non trahit, *ait vetus verbum. Denique universe testor*: Numquam volui populo placere. Quæ ego scio, non probat populus: quæ probat populus, ego nescio. Tacit. 1.

Nos optimatibus scripsimus:

Ab iis pendemus.

Addis, causlam à me Ordinum improbari, & hanc quoque à te defendi.] *O calumniam! ubi ego verbum de Ordinibus? Ubi ad hæc tempora, vel causam, accommodo meum scriptum? Nisi forte qua de religionis dissidio temperando suadeo.*

Non horum temporum nostra scripta.

Illic

Digitized by Google

Dialogus ubique convitiator.

Illic ergo contra Ordines ? Nec verbum : inſpice, reſpice. Sed talia ſunt reliqua tua convicia: quibus diſtincte ſi reſpondeam, quis finis ? De re, de re pugnemus : non amo ventilationes, aut ventos.

IN CAPUT II.

LIB. IV. POLITIC.

Pag. 63.

PRIMUM *hoc carpis, quòd ſcripſerim* Principi inſpectionem eſſe in ſacra, idque tuendi cauſsâ.] *Cenſeo jure me ſcripſiſſe. Sacræ litteræ à me ſunt earum interpretes, ratio ipſa. In illis, Deus per vatem prædixit, & prædicendo edixit:* Erunt reges nutricii tui (*Eccleſiam adfatur*) & reginæ nutrices tuæ. *Iterum:* Ædificabunt filii peregrinorum muros tuos, & reges eorum miniſtrabunt tibi. *Auguſtinus*: Pertinet hoc ad reges ſæculi Chriſtianos, ut temporibus ſuis pacatam velint habere matrem ſuam Eccleſiam. *Etiam Leo primus hoc probè ad Imp. Leonem:* Debes Imperator incunctanter advertere, regiam poteſtatem tibi non ſolùm ad mundi regimen, ſed maximè ad Eccleſiæ præſidium eſſe collatam. *Cauſſa in Ambroſio*: Cùm enim omnes homines qui ſub ditione Romana ſunt, vobis militent Imperatoribus terrarum atque Principibus, tum ipſi vos omnipotenti Deo & ſacræ fidei militatis. *Atqui militiæ primum ſacramentum eſt, tueri ſalutem, commoda, dignitatem ejus, cui militamus.*

Reges, tutores Eccleſiæ.

Iſa. xlix. 23.

Ejuſdem Lx. Tract. 1. in Joan.

Epiſt. ad Valentin.

Tu quid ad hæc opponis ? Verba. Diſtinctum eſſe Eccleſiaſticum & Politicum regimen, *& talia quæ ſuggerit tibi tuus Adnotator. Quis hæc neſcit? Aliam quercum excute. Nos Principi in Eccleſiam ipſam nihil juris damus: atque hoc volumus tantum, ut vim, fraudes, turbas & externa hæc mala ab eâ arceat: & quod in ipſo eſt, pacata Sacra præſtet & quieta. Nonne quà Chriſtianus eſt, velle debet: quià Princeps eſt, poteſt? At tua iſta vox,* Quid eſt Imperatori cum Eccleſia? *Ipſa Donati hæreſiarchæ vox eſt, & damnata jam olim.*

Quatenus in eam jus habeant.

Optat. Milevit. lib. I. I.

Hic deinde effundis te in convicia, & in tuum campum. Principum pleroſque inſipientes eſſe, impios, cœcos: & ideò non aptos ad hanc inſpe-

inſpectionem.] *Mirum hoc argumentum eſt: quo efficies ut Principes nec ad civilem quidem guberna-tionem adhibeantur. Nam illi tales profectò ad eam non apti. Ergo univerſorum juri derogamus: & ex tuâ ſententiâ ſubjicimus omnia plebi? Cum de Principibus loquimur, de bonis aptiſque loquimur: & qui à ſe, aut ab aliis tales. Conſilia enim certè volumus adeſſe: & in hac ipſâ Sacrorum re, eorum qui in ſacris periti. At tu Lector hoc à me diſce, ita proprium Principis eſſe curare & tueri ſacra, ut plerique veterum habuerint duo hæc munera conjuncta, Sacerdotium inquam & Regnum. Diotogenis Pythagorici (malè in margine noſtri textus* Diog. Stoici) *illa mens: qui* tria in legitimo Rege requirit, ut Belli dax ſit, ut Judex, ut Sacerdos. Ἀνάγκη τὸν τέλειον βασιλέα, στρατηγόν τε ἀγαθὸν εἶναι καὶ δικαστὴν καὶ ἱερέα. *Sed quia multiplices iſtæ curæ nimis diſtringere Principem videbantur, inſtitutum ab aliis meritò diſcrimen. Livius de Numâ*: Tum ſacerdotibus creandis animum adjecit. Quamquam ipſe plurima ſacra obibat. ea maximè quæ nunc ad Flaminem Dialem pertinent. Sed quia in civitate bellicoſa plures Romuli quam Numæ ſimiles reges putabat fore iturosque ipſos ad bella: ne ſacra deſererentur, Flaminem Jovi adſiduum ſacerdotem creavit. *Ita Numa. Tamen Auguſtus iterum Pontificatum Maximum Imperio junxit, idemque ſecute Principes, majeſtati ſuæ tutelæ. Quin hodie Malabarum Reges in Orientali India Sacerdotes ſive Bramenes omnes ſunt, & lex eos mori cogit velut deo conſecratos in loco ſacro.*

Olim iidem Reges & Sacerdotes.

Quidam diviſerunt; & quare.

Apud Stob. de regno.

Lib. 1.

Ferd. Lopez lib. 1. Hiſtor. Indic. cap. 14.

Tag. 61. In omni rep. primum eſt, curatio rerum divinarum.] *Ita à deo ordiendum. Atque ut navis, ædium, aliarumque rerum carinas aut fundamenta volumus eſſe & prima & firmiſſima: ſic debemus in rep. hanc partem. Syneſius:* Εὐσεβείᾳ δὲ πρῶτον ὑποβεβλήσθω, κρηπὶς ἀσφαλὴς ἐφ' ἧς ἱδρύσει τὸ ἄγαλμα ἔμπεδον τὸ βασιλείας: Pietas primùm ſubſternitor, fulcrum & crepido cui firmiter inſiſtat ſimulacrum hoc regni.

Baſis & fundamentum rei p. Religio.

Orat. de regno.

Vana calumnia.

Tu quid hîc culpas? In re nihil, aut in verbis, ſed quod ab Ariſtotele ſumpſi. Et ſæpè id mihi objectas. Debui enim è ſacris, inquis. Mihi aliter viſum, Diodore, qui Politicum hic non Thelogum ex profeſſo egi. A profanis cetera omnia mutuatus ſum: cur in uno

Digitized by Google

uno alteroque Capite mutarem? Nisi forte nihil illis sanum hic aut pium. Erras, multa eximie ab iis in hac quoque parte scripta, & velut instinctu divino. Sed audi quod verum est. Tu tuique similes aliquot & illos, & omnem veteram litteraturam, velletis exstincta. Noctuæ non fertis hunc Solem. Atque ut olim Philistæi Hebræis fabros omnes ferrarios atque opifices armorum ademerunt, ne bellare possent aut rebellare: sic vos hæc doctrinæ tela, quæ jugulant vana vestra doctrinarum. Nos non audimus: Lactantium magn. Scientia litterarum, non modo nihil nocet religioni atque justitiæ, sed etiam prodest plurimùm: si is qui eas didicerit, sit virtutibus instructior, & veritate sapientior. *Et quid Basilius hac de re quoque scripserit, tenemus.*

Odium in litteras.

DECET enim quod optimum est ab optimo coli, & quod imperat, ab imperante.] *Omnino decet. Ut enim Principis est in omni virtute populo præire, ita in hac maximè, quæ princeps & caput virtutum. Religionem ipsi si non præfert, quomodò alii?* Nam secundum judicem populi, sic & ministri ejus: & qualis est rector civitatis, tales & inhabitantes eam. *Hæc causa una cur debeat etiam altera. Quòd sublimis ille factus, & elatus à Deo, meritò veneratur & colit magnitudinis suæ auctorem. Nisi facit, quid exspectat nisi iterùm dejici?* Dominus exercituum cogitavit hoc, ut detraheret superbiam omnis gloriæ, & ad ignominiam duceret universos inclytos terræ.

Principem religiosum esse decet.

Eccles. cap. x.

Ob exemplum.

Ob gratitudinem.

Isa. cap. xxiii.

Proterva maledicentia in Principes.

At tu nobis hic illudis, & in verbulo argutaris. Ubi sunt, *inquis*, isti optimi? Quorum centesimus quisque vix tolerabilis, neque reges ultrà, sed tyranni, neque fatui, sed furiosi.] *En rosas, quas Principum capitibus inspergis: tutò & feliciter, quia non sub illis. Sed vanissime plebicola, disce. Ita illi optimi, quomodo ratio & institutio nostra eos format: quomodo postulat & exigit publica civium salus. Optimi etiam. Quia in pari virtutum gradu, magis isti eminent qui in alto. Quid utilior quoque eorum virtus sit & ad plures pertinens; Liquet.*

Quæ sententia illi Optimi.

Tutelæ tuæ primùm.] *Nihil certius. Libenter enim religiosi Subditi parent, & miti fractaque cervice humanum jugum ferunt, qui semel illud divinum. Sed fideliter etiam parent quia pietas & Dei metus quasi frænum est & coercitio in animis ab omni rebellione & insolenti motu. Hæc una tutelæ ratio:*

Subditi religiosè magis obediunt.

Digitized by Google

Princeps religiosus Deo curæ.

altera ab ipso Principe. Deus enim illi pio clypeus & tector. Trismegistus pulchre: Μία φυλακὴ, ἀσπίδα. Ἀσπὶς γὰρ ἀνθρώπῳ ἔστι δαίμων ἀγαθὸς, ἐπὶ εἱμαρμένῃ κρατεῖ. Θεὸς γὰρ ῥύεται τὸν ἀνθρωπον ἐκ παντὸς κακοῦ: A pud Lactant. I I. Instit. xvi. Una custodia, Pietas. Pium enim virum non malus Genius, non Fatum ipsum devincit. Deus enim eum liberat eripitque ex omni malo.

Pietati etiam externus fructus.

Ad augmentum etiam imperii.] *Non quia bono Principi Pietatis suæ ille finis (ad alia regna aspiramus:) sed quia Deo visum sæpe etiam externa hæc ut præmia adjicere, Sceptra inquam & dignitates. Prisci viderunt: interque eos Valerius:* Non dubitaverunt, *inquit*, sacris imperia servire, ita se rerum humanarum futura regimen existimantia, si divinæ potentiæ benè atque constanter essent famulata. *Etiam poëta:* Lib. I. cap. I.

Dis te minorem quod geris, imperas. Horat.

Tu hæc admordes, sed admordes tantùm. Nam franges citius, quàm imprimes dentem.

Jejuna & inaniene verbo calumnia.

Deos proniores esse in eos.] *Accusas me hoc aut altero loco (non enim lubet inspicere) quod* Deos *nominem: ille, inquis, qui Bembum in epistolâ graviter nuper increpui, quod feciſſet. Homo pepone insulsior. Ego* Deos *nomino? Vide iterum, vide. Aristarcles est, qui nominat & vis ut refingam gentilium libros, &* Deos *undique tollam? Cum de iis, aut eorũ nomine sermo est, etiam in Sacris libris ostendam tibi* Deos. *At Bembum increpui. Non hac causa, sed nisi leviter, quod ubique & quod indecore in Christianorum & gravium virorum persona, sic loqueretur. Age, excute omnia postrema mea scripta) juvenilia non excuso:) an* Deos *invenies à me nominatos? Nescio: si erunt, jam nunc rescribo & deleo.*

Religio in omni societate necessaria.

Religio & timor Dei solus est, qui custodit hominum inter se societatem.] *Quod facit etiam vana religio: nec umquam aut usquam resp. stetit sine specie aliqua religionis. Quãta igitur veræ illius vis est, cujus umbra sustinet hanc molem? Plutarchus pulchre:* Ἀλλὰ πόλις αὖ μοὶ δοκεῖ μᾶλλον ἐδάφους χωρὶς, ἢ πολιτεία τὸ περὶ θεοὺς δέους ἀνατρεπομένη παιδείαις συγχεῖσα, ἢ λαθοῦσα τηροῦσα: *Fundamentum reipi.* Contra Colot. At mihi urbs videtur citius sine solo, quàm respublica sine opinione de diis aut constitui aut, constituta servari. *Et religionem ibidem appellat,* συνεκτικὸν ἁπάσης κοινωνίας, καὶ ὁμοδοξίας ἔρεισμα: *Et vinculum.* vinculum sive coagulum omnis societa-

Digitized by Google

tis, & justitiæ firmamentum. *Et potuitne aliquid impressius à quoquam Christiano?*

Hic quoque alludias & lamberas. Mira dictio, *inquis*, hîc religio mihi vinclum est societatis, alibi dissidii causa. Et quomodo unus calamus tam pugnantia scribit?] *Fas & mihi quærere, Quomodo duo oculi & una mens tam parum vident? Cæcule. Hic pacata quietaque religio vinculum est rerum: paullò post, dissidiorum faces à religione accensæ, sed à malâ, turbidâ & tua illa dissidente. In Lucretio non legisti,*

Ἀβλεψία Dioleri.

Religionis vox in malam partem impia.

— quòd sæpius olim
Religio peperit scelerosa atque impia facta?

Item:

Tantum religio potuit suadere malorum?

NEQUE audiendi Aegyptii reges, qui variam & miscellam religionem induxerunt, stabiliendo, ut putarunt, sceptro.] Pag. 53.

Nos non audimus, at tu attollis etiam & dilaudas. Uter justius? Primùm hoc vide. Non tolerasse *eos varias religiones scripsi, sed* induxisse. *Ubi pictas tua, si hoc approbas? Ubi acritas, si non vidisti? Atque hoc perpetuò facis, & vinum, ut sic dicam, meæ scriptionis corrumpis, & diluis affusa incogitantiæ tuæ aqua. Quid si etiam malitiæ? Sed de re. Potestne cuiquam probo probari ille rex, qui plures falsasque (nam id consequitur) religiones instituit, firmandi sui causa? Qui subditos in dissidiis & turbis habet, ut ipse sit quietior? Non mihi talis rex, sed tyrannus. Nam legitimus ille, salutem & commoda subditorum præcipuum habet, imò unicum finem. In hoc igitur culpo damnoque Ægypti reges, ut ex professo impios, sed etiam ut improvidos. Nam quæ hæc securitas ab aliena turba? Infirma. Nec ego regnum umquam stabile putaverim, ubi in dissidiis aut odiis ii qui regnitur. Partes enim factionesque erunt: & in te hi vel illi insurgent, si tu prenior in hos vel illos. Exemplo illi ipsi Ægyptii docuerint. Et quod regnum magis anceps, varium, imò & cruentum, quàm illud fuit? Historiæ legantur. Exspecto quid tu respondeas, & quo acumine hæc expungas. Aliquid subjicio? Nam laboras, scio. Ecce Symmachum pro varietate hac religionum: Æquum est, quidquid omnes*

Iterum Ἀβλεψία.

In viro illo perpetua.

Ad alios rex, qui subditos turbat.

Quales Aegyptii. Infidum id consilium.

Turbidum & fluctuans semper Aegypti regnum.

Digitized by Google

Symmachi subtilis impietas.

colunt, unum putari. Eadem spectamus astra, commune cælum est, idem mundus involvit. Quid interest, quâ quisque prudentiâ verum inquirat? Uno itinere perveniri non potest ad tam grande secretum. *Hæc ille disertus vir & Pontifex. Tria verba in aurem Diodore, Tu ita sentis.*

Diodori περιεργία.

Illa quæ ex Adnotatore huc congeris, aliena sunt. Nihil ad nostram Andromacham. Nam ille quid? Exempla aliquot Imperatorum adfert, qui varietatem hanc religionum permisêre. quid opus est? Nemo negat, sed permisêre nempe, non instituêre; & id alio fine. Proseminare malas errorum herbas semper impium: satas tolerare interdum nec statim evellere, ratio aliqua defendit. Juliani tamen exemplum fateor huic simile: sed numquid probum? Ammianus ita narrat: Utque disposítorum roboraret effectum, dissidentes Christianorum antistites cum plebe discissa in Palatium intromissos monebat, ut civilibus discordiis consonitis suæ quisque religioni serviret intrepidus. Quod agebat

Juliani factum.

Observa Lector, acria jam tunc inter dissidentes odia.

ideò obstinatè, ut DISSENSIONES AUGENTE LICENTIA, non timeret unanimantem posteà plebem: nullas infestas hominibus bestias, ut sunt sibi feralibus plerisque Christianorum, expertus. *Nota, nota, duo spectavit alia haud malus, sed in religione pessimus Imperator. Primum, securitatem suam ab hoc Christianorum discidio: quos meritò sibi, ut* θηρία *& desertori, sciebat infensos. Secundò, exitium ipsum ejus religionis, quam licentiâ hâc secabat & quasi diducebat in varios doctrinarum rivos. Hæc Juliani mens. Quam Optatus Milevitanus pervidit & aperuit:* Eo modo, *inquit*, putans Christianum nomen posse perire de terris, si unitati Ecclesiæ de qua lapsus fuerat, invideret, & sacrilegas dissensiones liberas esse permitteret. *Tu si hæc probas, parum Christianus es, si improbas, parum sanus es. Ut quid enim hanc Lunam, quod dicitur, in te detrahis? Mihi autem* glorioſum victoriæ genus est, ab eo cum quo decertem arma capere: quæsitumque adversario testem, illinc stare, & istinc dicere.

Causa ejus facti.

Libertas nimia religionis, perniciei religionis.

Lib. II. & August. epist. CLXVI.

Claud. Mamert. lib. II. cap. X.

Sed heus in illo ipso Adnotatore, ecquid ita scriptum est? Tertullianum & Epiphanium recensere, quòd Theodosii temporibus, ut minimùm, centum pacificæ sectæ fuerint.]

Ita

Digitized by Google

Ita illos, an tu? Uter vestrûm, tam supino & crasso errore, ut sine risu non legamus. Tertullianus *scilicet de temporibus Theodosii potuit scribere, qui* ducentis pænè annis *illo major. Nam, ut scias, Severè Afri temporibus magnus Afer iste noster vixit. Sed hoc simile illi, quod in Epistolâ ad me :* Augustum hostem & persecutorem Christianorum fuisse. *Quod tamen tu incredibili acumine dissolvisti, & nos docuisti à principio mundi fuisse Christianos. Abi, nimium graphicus nugator es.*

Sed enim operæ pretium est videre quis Adnotator *iste, in quo tantum tibi places. Nam ille non solum paginas, sed librum tibi implet ;* itemque Civitas Leidensis. *Quis igitur ille est ! Albada, ut audio. Quem ego quidem nec album nec nigrum novi: sed tu eum habes quasi *μάρτυρα ἐκ Διὸς δέλτων. Quid ita? Ordines, inquit, approbarunt. O te ipsum alba mente! Quam multa Ordines approbant, pro tempore aut præsenti re scripta; quæ temerè aliorsum traxeris, & habueris quasi κυρίας quasdam δόξας! Nobis Albada non nisi Albada est : nec viro cedimus aut credimus, rationibus tamen si quas adfert. Sed ille nihil minus toto scripto illo egit, quàm quod tu agere eum vis : & hoc tantum in necessitate aliqua temporum, permitti posse aut debere libertatem. Nec nostra mens dissimilis, etsi tu dissimulas, in capite tertio hujus libri. Quæ autem* Civitas Leidensis ? *mihi quidem alisque nota: sed non illa vocem, opinor, emisit, alius pro ea. Quis igitur ille ? quis ? quis ? Siles & palles? Nam erubescere tu quidem non soles. Quid si amicus aliquis tuus: quid si ipse tu, tu ? heu quàm rideamus, si te, pro te in me voces? Sed premo, nec ultrà divulgo hoc arcanum.*

De testibus Diodori.

Adnotator sive Albada.

*Testem à tabulis Jovis.

Civitas Leidensis.

Ea est. sors fuit, Diodorus.

O fatui unionis auctor illa una.] *Ego quidem, & sani sanctique homines mecum ita sentiunt. Quid magis animos alliget, quàm* unus dominus, una fides, unum baptisma ? *hîc amor, hîc caritas, & hi tales* soliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis. *At contrà ubi hæc varia. Nonne ipsi dicunt, qui pro te dicunt? Ægyptii, inquam, reges & Iulianus: qui palàm fatentur dissidentes religiones induxisse, aut subditi dissiderent. Ergo illorum quoque sensu unionis una auctor, discordiæ discors. Tu tamen mihi hîc inequitas & insultas, quasi omnia ponam nuda, & sine vallo ullo rationis. Non solco qui homo, non. Ravio hîc alibi inclusa in meis*

Pag. 63. *Unitatem religionis dat & Amorem.*

Paulus ad Ephes. cap. IV. Ibid.

Testantur adversarii.

Præsim rationes quibique adferimus.

Digitized by Google

Diodori in his ἀμφιλύτης.

verbis: sed ut in presso isto scribendi genere, inclusa. Quid ego possum si tu non educis? Numquid ego Prometheus tuæ menti? alia esset, si finxissem. Solare tamen te.

Turbata religio politiam turbat.

Πολλοὶ τὸ Ἀραδλίῃ βαλανηφάγῳ ——

Et à confusa eâ, semper turbæ.] *Utinam tu aut alius verè mihi neget? Sed heu, funesta nimis exempla non dicam legimus, sed videmus. Ubi mota hæc anchora, & non simul turbata reip. navis? Et ratio hoc ipsa vult, ut in externis istis rebus facilè prompteque dissideant, qui in sensu interno & in salutis ipsa summa. Odium imò vulgo à religionis dissidio, quasi in impios aut profanos: nec lædere eos verentur, quos læsisse deum ipsum arbitrantur. Sed lubet hîc paullùm evagari, & cum politico aut prudenti viro (non tecum Diodore) disputare. Quid enim? inquit ille. Si à variâ religione turbæ: cur ergò apud Ægyptios hodiè, apud Iapanes, Turcas, Christianorum quosdam, pax est? Nam de Ægyptiis ita tradunt*: quattuor sectas vigere, quæ inter se ritibus sententiisque differant, etsi ex Mahumedis dogmate initium omnes trahant. Earum tamen antistites & sacerdotes inter se sine odiis & concorditer vivere: sed nec inconditam plebem inimicitias aut rixas ideò fovere. Homines autem qui ingenio aut doctrinâ præstent, sæpe sermones inter se serere, & suam quisque sectam asserere: sic tamen ut nemo quattuor illos Doctores, à quibus sectæ ortæ, carpere ausit aut convitiis lancinare, eique rei mulctam grandem constitutam esse, si quis faxit.

Comm. Cæsa. Disputatiuncula. An, & Quando, variæ religiones non turbent?

Ægyptiorum hodie secta religio.

Joh. Leo lib. VIII.

Usus Iapanum.

Iam de Japanibus magno potentique populo, etsi insulano, legi: Novem esse illic religionum genera, integrumque esse omnibus pro libito quam velit sectari, adeò ut familias multas reperias, in quibus vir huic, uxor alteri, filius iterum alteri alterique adhæreat: nec id turbare quidquam domesticam quietem. *Etiam de Turcis quis ignorat omnem religionem apud eos liberam? quos tamen in summâ atq; invidendâ, imò & pudendâ nobis, pace agitare, nemo diffitetur. Sed & inter christianos populos confusionis hujus exempla, in Poloniâ, Transilvaniâ & finitimo tractu. Respondemus, sed ordine & distinctè. Primùm, quod ad Ægyptios. Improbum illud dissidium esse, nondum tamen turbidum ob tres has causas. Primam, quia mutuò non se damnant. Discrimina sunt & electio, sed nullum adhuc præjudicium est probitatis.*

In epist. Iapanic.

Turcarum ut videtur.

Aliquot gentium Christianarum.

Responsum de Ægyptiis.

Non

Non Pontifex non Princeps, aut ulla major potestas haud illamve partem alteri voluit præferre. Secundam, quia sub potenti domino, cujus metu & simul multis illis, si quid peccare incipiunt, rigidè coercentur. Tertiam & præcipuam, quia nullæ illic publicæ conciones, nec flabra atque incitamenta turbarum. Ita dum conventicula non sunt, privatis dissidia parietibus illa clauduntur: in tempore tamen, in tempore (vaticinor) eruptura.

Ibid. *Ut de Japanibus, speciosè dictum: sed decoratur valde hoc adtextu. Nam fideliter subdunt:* Agitantur non interim non rarò seditionibus inter se; quin & armis decertant, dum suam religionem singuli aliis anteferre conantur. *Et profectò hoc necessum est: aut religio non est religio, quæ sic friget. Jam de Turcis, plane disconvenions est. Nam quod ad ipsos attinet, una inter eos religio: & væ illius capiti, qui verbo aut facto turbet. Alienas tantùm, nec corruptas ex eâ, sed plane adversas permittunt: atque ita communicandi aut differendi vix cupiditas est aut causa. Contemnunt enim magis inter se, quàm contendunt. Pone in mediâ Europâ Iudæos, Turcas, Sinenses (modò ne immani nimis numero) nihil turbabis religionis aut Ecclesiæ pacem. Adde, quod una religio dominans apud Turcas reliquæ mussant, & falsæ illi ac barbaræ vel invitæ submittunt fasces dignitatis. Sed nec ad honores aut militiam cuiquam aditus nisi per illam unam. Quid mirum ergò si oppressæ illæ siccant, resumpturæ animos si gens aut princeps accedat ejusdē sectæ? Videremus Christiani, si tam libēret nobis veros & legitimos illos hostes invadere, quam mutuum & fraternum sanguinem haurire. Græcia diu victa manus attolleret, armaretque Christianos suos, etsi flaccidos, pro Christianâ gente.* De Turcis.

Postremum de Polonis aut Transsilvanis non me movet. Infida profectò illa quies est, & videmus quam in omni occasione, ut in comitiis aut electione regis, inter se dividantur; imò in se armentur. Continentur tamen prudentiâ & auctoritate paucorū capitū, quæ ubi defierint, vereor ut desinat illa. Deniq; quis magni & summi hoc incommodi ex confusione religionum etiam nunc ibi non videt? quòd paullatim assuescunt per hanc licentiā homines non variare in religione nostrâ, sed oppugnare. Proh pudor! prodeunt & palàm circumferuntur ibi Quæstiones & libri in De Polonis & Transsilvanis.

Digitized by Google

Mosem scripti, quibus creatio mundi evertatur & quidquid Vetus aut Nova scriptura superstruxit. φεῦ φεῦ τῆς ἀθεότητος! Illa pleno gradu per confusionis hunc limitem intrat.

Germaniæ verus status.

At tu depacatâ Germaniâ exemplum hîc nobis objicis: imperitè. Nescis quo loco ibi res sint. Nec enim in uno Principatu religiones plures, sed in pluribus: nec illæ ipsæ valde quietæ aut concordes. Quod scripta & rescripta hæc assidua? (Nundinarum Francofurti unica messis) clarè docent. Plura sunt, quæ nunc non auguror aut dico.

Theologorum αὐτιλογίαι. Pag. 63.

DIVINUM illud numen, omni modo, omni tempore, & ipse cole juxta leges patrias, & alii ut colant effice.] *Hoc non fers*: & palàm *inquis*, coactionem induco, & impono animis servitutem. *Sententiam nostram modestè non calumnioſè accipe. Effice ut colant alii: nempe eâ viâ quâ decet: & quam Christiana lex permittit. Et quid tamen? numquam, aut nulla, licita coactio? Valde abhorres ab eo verbo, scio: & hîc est in ulcere tuo tam quam unguis. Tamen Tertullianus pæne vetustissimus, & plane eruditissimus patrum ita scripsit:* Ad officium hæreticos compelli, non illici, dignum est. Duritia vincenda est, non suadenda hæresis. *Augustinus in eamdem sententiam*: Melius quidem esse quis dubitaverit, ad Deum colendum homines doctrinâ duci, quàm timore pœnæ, vel dolore compelli? Sed non quia isti meliores sunt, ideò illi qui tales non sunt, negligendi sunt. Multis enim profuit, ptiùs timore vel dolore cogi, ut possint posteà doceri, aut quòd jam verbis didicerunt, opere sectari. *Et quod tibi tuisque assidue in ore est, ille refutat*: Frustrà dicis, relinquat libero arbitrio. Cur enim non in homicidiis & stupris, & quibuscumque aliis facinoribus & flagitiis, libero te arbitrio dimittendum esse proclamas? Quæ tamen omnia justis legibus comprimi utilissimum est. Dedit quidem Deus homini liberam voluntatem, sed nec bonam infructuosam, nec malam esse voluit impunitam. *Quid si exempla etiam hujus coactionis? Illud* * *Sisebuti regis (alii Sisenandum vocant) in Hispaniâ nobile. Qui omnes Judæos coëgit Christi nomen & sacra agnoscere: eaque re multa millia hominum aversa a pestifera secta referuntur. Quod amu-*

An coactio in religione licita.

Quadamtenus esse.

Adverſ. Gnoſt. cap. L. Epiſt. 11. ad Bonif.

Nec id attinere Libertatem animi.

Lib. 11. contra Creſcent. cap. L 1.

* Anno D. c. x 11. Siſebuti factum.

Iſid. lib. V Etym. & Hiſp. Ann.

Digitized by Google

P. Aemil. in Dagobert. *æmulatus Dagobertus rex in Gallia, diem Judæis* Et Dagoberti.
præstituit, intra quam nisi religionem nostram susciperent, hostes judicarentur, pertinaciamque capite luerent. Vereor tamen ut ferventioris fidei & animi utrumque exemplum sit. Certè actio illa Sisebuti * An. DC. XXXIII.
regis in * IV. *Concilio Toletano, pro parte rescissa est: decretumque ut* * qui jam sacro lavacro tincti essent, cogerentur ad servandam fidem quam acceperant; sed ne posteriùs Judæi compellerentur ad baptismum. *Ego in hæc penetralia* Compulsio magis & exstimulatio, quam coactio probanda.
Theologiæ non abeo: πολιτικῶς tamen si dissero, non verebor levem aliquam & cum spe fructus compulsionem admittere; minantem tamen magis, quam cogentem.

* Excerpsi è Can. LVI.

Eos verò qui in divinis aliquid innovant, odio habe, & coërce.] *Recalcitras & reclamas: frustrà. Ita semper in omni bona repub. factum; &, quidquid licentiosi velint, fiet.* De negotiis civilibus si quid statuitur, nemo putat esse violandum: & præceptum de religione calcacabitur? *Quis autem finis, si semel carceres hos aperis ad innovandum? Nulla in re libentius aut periculosius homines ludimus: ut est* mens nostra vaga, & novitate rerum lætissima. *Assiduè audiendus fanaticus aliquis, aut simulator pietatis, qui movebit* * *χορδὰς οὐκ ἀκινήτους. Atqui apud omnes gentes coercitos istos, & punitos. Græcos vides? reperies Socratem & Protagoram damnatos, Anaxagoram & Aristotelem accusatos, ob novitatem in religione. Quin Athenienſium talis hic calor, ὥστε (Josephi verba sunt) μὴ τὸ ῥῆμα μόνον παρὰ τοὺς σαλίνους νόμους φλιγξαμένους περὶ θεὸν, ἀπαραιτήτως κολάζειν:* ut eos qui verbulum modò effarentur præter leges de iis receptas, sine ullâ veniâ punirent. *Abis ad Romanos? Par cura & severitas. Quoties, inquit Livius,* patrum avorumque ætate negotium magistratibus datum est, ut sacra externa fieri vetarent? *Et addit verissimam rationem, etsi in religione vana:* Judicabant enim prudentissimi omnis divini humanique juris, nihil æquè dissolvendæ religionis esse, quàm si non patrio sed externo ritu sacrificaretur. *Nec aliter secuti Romani fecêre, & Principes ipsi. Quid Judæi? Quorum respublica & religio extra controversiam optima. Illi verò hic ita duri, ut nec cohabitationem admitterent*

Coërcendi Novatores.

Ambr. ad Valent.

Homines è inclinant.

Seneca.

Et periculosè inclinent.

* Chordas non movendas.

Athenienses punierunt.

Lib. II. contra Appion.

Romani punierunt.

Lib. XXIX.

Varietas religionis, & diffidentia religionis.

Joseph. vide contra Appion.

Judæi puniverunt.

Digitized by Google

*An. DC. XXXVIII. Hispani puniverunt.

cujusquam à patriâ religione dissidentis. Quod idem in Hispaniâ decretum * olim, legi in concilio VI. Toletano: Ut quisquis succedentium temporum regni sortiretur apicem, non antè conscenderet regiam sedem, quam inter reliqua conditionum sacramenta polliceretur, non suturum se degere in regno suo eum qui non est Catholicus. Si verò postquam ad regni gubernacula accessisset, hujus ipse temerator existeret promissi: esset anathema maranatha in conspectu sempiterni Dei, & pabulum efficeretur ignis æterni. Quin apud Smenses (vetus & compositum valde regnum) etiam lex est: Ne qua religio alia admittatur, sine scito Regis ejusque Consilii; qui aliter, capitale ei sit. Quæ una res progressum cursumque ibi valdè impedit nostræ religionis. Quid in Ecclesia Christiana veteri? Licentia effusa numquam fuit, quàm primùm Principes & tutores illa habuit Christianos. Constantinus exemplum esto; cujus leges & scita sunt in Arianos. Longum esset de ceteris omnibus dicere. Longum? Imò etiam supervacuum. Nam fecerunt ante me alii.

Sinenses (sive Chinenses) puniverunt.

Christiani fecere, & faciunt.

——— * ἐχθρὰ δέ μοί ἐστιν Homer. Odyss. ϛ.
Αὐτῆς ἀεκαζόλως εἰρημένα μυθολογεύειν.

* odi ego porrò. Rectè dicta aliis, i. e. um sermone amplecti.

Illud breviter & uno verbo dico, Semper coërtionem in Novatores fuisse; alias aliam, pro tempore scilicet astrictam magis aut remissam, pro secta lenem aut severam.

Hæc illa sunt quæ suadet noster ille Pater Musarum tanto opere exagitatus tibi & irrisus. Verba autem multa fundis; in quibus, ita me Deus amet, ut nescio quid refutem. Excidis enim semper à linea, & cùm de alliis loquor, tu respondes de cepis.

Diodori semper ἐκβάσις.

Novatores periculosi in omni statu.

HI tales multos impellunt ad mutationem rerum.] Serió ego vos Principes moneo, cavete. A nulla re majus periculum imperiis & sceptris, quàm ab innovata aut insidiosè simulata religione. Hi enim tales commovent animos plebis maximè, & per speciem pietatis impellunt quo volunt. Exempla dabo? Ecce hæc pauca. EVNVS olim in Sicilia fuit conditione servus: qui fanatico furóre simulato, dum Syriæ deæ comas jactat, ad libertatem & arma servos, quasi numinum imperio, concitavit; & LX. ampliùs millium exercitu coacto, palàm Regem se ferens, Siciliam totam subegerat, nisi ægrè, ægrè, coërcuissent Romana arma.

Exemplis doctum. Enni.

Flor. III. cap. XIX. Et Diod. Sicul. in Fragm.

Quid PSEUDOPROPHETA ille ÆGYPTIUS sub Claudio;

Joseph. 11. Bel. Jud. cap. 21.

dio? Qui in Judæa, per hanc ipsam speciem Pietatis ad XXX. M. hominum sibi adjunxit, cum iis Hierosolyma petiit, arcem illam & sedem regni habiturus: nisi à Floro Præside, qui obviam egressus, acie victus cæsusque esset. *Pseudoprophetæ Ægypti.*

Haud dissimile MARICI illius factum sub Vitellio: qui assertor Galliarum & Deus (id sibi nomen indiderat) concitis octo millibus hominum, proximos Æduorum pagos trahebat: majora & ipse ausurus, cùm fanatica multitudo dilecto milite oppressa vel disjecta est. *Marici.*

Tacitus 11. Hist.

Joh. Leo. li.

Quid ELMAUELI in Africâ? Is mirâ sanctimoniæ opinione conciliatâ gente, bellum suo & Maroccensium regi (Abrahamus tunc erat) palàm intulit, acie victus, regno & vita spoliavit. *Elmahelis.*

Idem Leo lib. 111.

Annal. Turc.

Nec dissimilis fraudis & fati in eadem Africa, impostor alius (CHEMIN MENNAL vocant) qui rituum & religionis unitate illectum populum in regem Fessæ concitavit, penoere tributum vetuit, deniq; per aperta arma eò adegit, ut pacto sibi traderet Temesnæ regnum. Apud Turcas ipsos nómne aliquoties res motæ hoc prætextu? Fuit SCHACOCULIS quidam simulatæ sanctimoniæ vir, & hoc fini in solitudinibus plerumque agitans. Cui ipse Princeps Turcarum Bajazites munuscula annua mittere in speluncam veneratione pietatis solebat. Is ubi maturum visùm, post septem annos prodit, sectam novam proseminat, fautores asseclasque reperit. Cum iis urbes aliquot Asiæ invadit & diripit, ipsum Bassam Anatoliæ justo prælio vincit. Imò paullò post Corcutem quoque Bajazitis filium, & mox Ali Bassam cum robustis veteribusque copiis adventantem. Quid multa? In discrimen summum rem Turcicam adduxerat: cum visum ei deflectere in Persarum fines, quorum rex ejusdem illius *sectæ. Sed cùm in via Caravanam quamdam Persicam (agmen viantium ita vocant) milites ejus invasissent ac diripuissent, plerisque viatorum etiam cæsis: ita ægrè Ismael Sophi Persarum id tulit, ut ipsum, præfectosque ejus omnes, illicò trucidandos satellitibus suis objiceret: reliqua multitudine in servitutem adjudicata & divisa. Hæc justa Nemesis nebulonem illum assecuta est. In eadem Asia jam nuper, Suleimanne Principe, quidam CALENDER ZELEBIS insurrexit ad res novandas, tectus hoc ipso pietatis velo. Is cum aliquo Dervisiorum numero, Sangiacos plures fudit, & Anatoliam totam *

Schacoculis. An. Christi 1510. 11.

**Nam hæc est Sophiaviorum secta. Quæ præcipua caussa etiam nunc inter utramque istam gentem belli.*

Anno 1519. XXVI. Calenderis.

Digitized by Google

totam vocavit ad arma. Sed enim missu auspiciisque Soleimannus, Ibrahimes Bassa, ancipiti prælio, ipsum factionemque delevit. Quid in Creta insula (veniendum ad ridenda est) JUDÆUS quidam, Judæi ἀνάπυστ. Theodosio Imperatore, quàm scelestè & periculosè genti suæ imposuit! Finxit se novum Mosem adesse, cælitus missum, ut eripiret eos è diutina servitute. Opidatim ergo circumit; hortatur opes, amicos relinquere; se sequi in terram illam promissionis, & addebat (veteres illius Mosis exemplo) per ipsum mare se eos traducturum. Credunt, conveniunt, immensa multitudo. Omnis ætas, omnis sexus ad promontorium, illo duce, properant, ituri in beatam terram. Ipse insilire jubet. Quod factum insana confidentia à plurimis, qui statim mersi, paucis eorum scaphis piscatoriis exceptis. Caput ipsum sceleris nusquam comparuit, sive homo, sive humana speeie Genius malus fuit. Denique nostro aut patrum ævo, nórme talia monstra? JOHANNES LEYDENSIS ille nobilis, vibex & macula suæ urbis, qui opificio sartor, regna & sceptra somniavit: & adeptus erat, capta monasteria urbe, nisi potenti exercitu Principes Imperii obsedissent, recepissent, ipsum & asseclas condignis supplicüs affecissent. Ut jure hæc concludam Liviano dicto: Nihil in speciem fallacius, quàm prava religio est, ubi deorum numen prætenditur sceleribus. Soct. Eccles. hist. VII. cap. XXXVII. Johannis Leydani. Lib. XXXIX.

Tu noster nota. *Quid ad hæc tu Diodore? periculum nullum tale hodie nobis esse? Nescio.* Multorum, quia imbecilla sunt, latent vicia; non minùs ausura, cùm illis vires suæ placuerint. Seneca epist. XII.

NULLA religio alia nisi unius Dei tenenda est.] *Quæ hæc est? Christiana. Unde petimus? è libris sacris; idque pro Ecclesiæ Catholicæ sensu. Nam* hic est fons veritatis, *ait Lactantius*, hoc domicilium fidei, hoc templum Dei; quo si quis non intraverit, vel à quo si quis exiverit, à spe vitæ ac salutis æternæ alienus est. Vera religio. Lib. IV. Institut. cap. ult.

Et tenenda ex ritu veteri.] *Hîc jam classicum canis & convocas in me turbas. Ite in suffragium de Lipsii capite Quirites. Quid enim feci?* Ille est, *inquis*, qui antiquas omnes sordes retinet. Ille, qui nec in melius quidem mutari quidquam vult. *O homo Istro fallacior! Ubi hæc à me scripta, aut dicta; In Capite de Auctoritate, inquis.* Et hæc Aoidopla Diodori. Et turpis φενακισμός.

Digitized by Google

hæc tu audes ad religionem trahere, quæ palàm scripsi & monui de civilibus externisque rebus? Mens, an frons, an utraque tibi deest? Considerate ORDINES, *(nam jure vos hîc appello.) ego diserte monui* Retinere antiqua: *sed cum illa cautione,* Si proba; *Nonne expressim in margine hoc posui? Clemens enim ille priscus me docuerat:* Οὐ πάντως φυλάσσειν τὰ πάτρια δεῖν, ἀλλὰ φυλάσσειν μὲν, ἐὰν ᾖ ἄριστα. ἀποστῆναι δὲ, μὴ ὅτως ἔχοντα: Non omnino & præfacte servare ritus patrios: sed servare quidem si pii essent, aspernari autem & abjicere qui non tales. *Et ratio in Arnobio: quia* religionis auctoritas non est tempore æstimanda, sed numine: nec colere quâ die, sed quid cœperis, convenit æstimare. *Itaque non omnino damno mutare, aut si quid lapsu aut incuria corruptum, corrigere. Non cum Platone scio* λοιδορεῖν πάγμαχα ἁπλῶς καὶ πόλιν ἀποβιαζόμενα ἁμαρτίας, ἐδαφεῖ ἴδι, ἀναγκαῖον δὲ ἐνίοτε εἶναι: Vituperare res male affectas & longius in errorem progressas, minime jucundum, sed necessarium interdum esse. *Quis tamen id faciet? Non privatus aliquis; imò non ipse princeps, nisi de consilio sententiaque eorum qui auctoritate, vitâ & doctrinâ ad hoc apti. Concilia huic rei utiliter reperta, & crebriùs quàm nunc olim usurpata: quorum propriè hoc munus, videre si quid in doctrina aut disciplina Ecclesiæ labat, & revocare ac reducere ad veteres suos purósque fontes.*

Religio antiqua optima.

Quâ astrictione?

Corrigere in cæsos magis quam mutare.

Concilia hoc fine.

Sequitur altera Calumnia, quam multis verbis (novimus tuum morem) texis. Ille Lipsius Machiavellissat, ille ad fraudes, homicidia, perjuria Principi suo præit.] *Dic sodes, ubi, ubi Diodore? In Capite, inquis, de Fraudibus. Testor Deum & homines, post Calumniam natam, turpiore & apertiore calumnia neminem petitum. Ego illa probo aut præeo? Quin disertis clarisque verbis damno, detestor, repudio: nec nisi ut damnarem, umquam illa scripsi. Tu homo, in ista luce temporum atque hominum, audes hæc sic propalàm ementiri? Quasi nemo esset qui mea legisset aut legeret? Mihi crede. Sinciput tibi sanum non fuit, cùm scripsisti: admove in tempore cucurbitas, aut peristi.*

Turpis διαβολὴ Diodori.

Et in aperto mendacio.

Nondum etiam finis. Sed ut corporibus in præceps jactis nullum ultrà sui arbitrium est, nec eunt sed feruntur: sic tu qui semel ad calumniandum convician-

Ad Epitomas vitæ Petri.

Lib 11. adversus Gent.

11. De Legibus.

Varia convicia. *viciandumque te projeciſti, abis extra omnem honeſti metam. Ego* ſuperbus & arrogans, qui his de rebus ſcribam nec Theologus, Juriſconſultus: *quid denique? Ut poſteà addis,* Ludimagiſter *tantùm. Bona fide, Ordines, utrum priſcus mos redìit, & convicia ſpargimus è plauſtro? Et an reſpondeo? Non debebam: tamen breviter. De Juriſconſulto quidem: non præferre me eum titulum, ſed tamen publicè, in magna frequentia, & poſt ſolemnia experimenta, Lovanii* * *illo donatum. De Theologo: planiſſimè, non ſum, fateor. Et patres tamen Græcos Latinoſque legi, ac pluſculum in iis quam tu intellexi. At de Ludimagiſtro quid tibi vis? Scholam privatim me habuiſſe? Numquam factum. In aliam ſpem, ſi neſcis, educaverunt me parentes. Bono honeſtoque genere ſumus: & per Aviam & Proaviam paternam nobiliſſimis familiis inſerti. Illa ex* Eeckhoutiis *fuit, hæc è* Linckebeckiis: *gente utraque jam intermortua, ſed tamen in noſtris quoque Annalibus non ignota. Ipſi* Lipſii *ante annos centum, opibus & dignitate inter Bruxellenſium primos. Iſta jactare non aſſuevimus: ſed tu adigis. Qui, quod olim neſcio quis Senecæ, mihi nunc inter probra objicis* Profeſſoriam linguam. *Utor eâ, fateor. Nec cum infamia aut damno Bataviæ veſtræ utor. Hoc quoque fateor. Denique facio, quod ante me nobilis imo Principes viri.*

* An. 90. 19. LXXVI.

Genus noſtrum.

Agrippina apud Tacit. XIII. Ann.

Non temerè priſca innovanda. MAJORUM inſtituta tueri, ſacris cærimoniiſque retinendis, ſapientis eſt.] *Omninò. Et auſus eſt Plutarchus ſcribere, tutius honeſtiuſque etiam in his errari. Verba ejus notabilia:* Καλὸν μὲν οὖν τοῦτο καὶ ἀσφαλὲς ἐν θεοσεβείᾳ. ἐπιμείξειε δ' ἂν τὰς ψυχὰς ἡδονὴ καὶ ἀνιδρύσει, τὸ μετὰ δείξεως παλαιᾶς καὶ συνήθους δι' ἀκαίρου καινοτομίαν : Difficilis in iſtis (*quæ ad religionem*) certitudo, & comprehenſu ardua. Benignius tamen erratur, cum recepta & veteri opinione per circumſpectam timiditatem, quàm contra mores, & præfidenter.

In Craſſ.

Nota.

Παρωιμία Diodori. *Sed hic rideo imperitiam tuam, an malitiam? Nam verba iſta ſic vertis, non quaſi fuerit* ſacris cæremoniiſque: *ſed omiſſa copula* ſacris cæremoniis. *Et lingua Belgica pulchrè me apud tuam plebeculam traducis. Senex, ſenex,*

Τὸ γῆρας ὑμᾶν εἰσορᾷ νῦν ἐν ἴχνι.

Jam

Digitized by Google

Jam multa quoque in ipſam ſententiam (proprio verbo utar) deblateras: ſed quid reſpondeo? Quod olim Ariſtoteles cuidam ſimili. Quid cùm multa nugatus eſſet, & abiens excuſaret, Numquid moleſtus fui? Non mehercules, inquit. *Non enim attendi. Diodore, ego non legi.* Nugæ non refutabiles.

PUNI igitur, ſi quis turbat.] *Numquam ſcripſi aut ſenſi aliter: nec hîc atque infra errantes in religione punitum ivi, ſed turbantes. Tu ſi ſcis, quid in me clamas? Si neſcis,* Vera mea noſtra, ab illo corrupta.

* Τυφλὸς πὼ τ' ἦσθα, τὸν τὸ νοῦν, ὃς τ' ἔμματ' ἴλ.

Sed ventum jam eſt ad locum. Qui niſi fuiſſet, præclara hæc ſcripta non fuiſſent. Sic ipſe in ſermone alteri dixit, Omnia ſe mihi condonare & re nitére poſſe: non poſſe inſignem calumniam quâ Lactantium inuſſi. Ridicula ἀλαζονεία Diodori.

Quæ ea eſt? Scripſi: Seriò, ſeriò, hoc imbibe. Nihil eſſe in rebus humanis religione præſtantius, eamque ſummâ vi opportere defendi.] *Et in margine Lactantium adſcripſi. O facinus, ô injuria!* Lactantius hæc planè, in contrariam mentem ſcripſit: & vide Lector quid in aliis quoque Lipſio credas, corruptori, fatuo (*hem, hem, totutim badiza.*) malitioſo: *& quid non? Triumphas, & invehoris equis albis. Ego quid? Tencor miſer, deprehenſus ſum, nec Orci galea me teget. Tamen uno alteroque verbo Diodore. Legiſtin'* MONITA *mea ad Lectorem? Si non? Injurius es, qui non lecta me carpis: ſi ſic (& vero legiſti, tu ipſe prodis & clamas:) malitia tua inſignis eſt, impingere mihi culpam, quâ aperui antè, & retexi. Si tamen culpa eſt, uti proborum auctorum verbis inſanam probamque mentem. Nónne ea hîc eſt. Aude negare. Ambroſius:* Nihil majus *eſt* religione, nihil ſublimius fide. *Et quis non religionem ante res humanas habeat eamque (probam utique) defendat? Etiam ethnici ſciverunt & fecerunt. Valerius*: Omnia poſt religionem ponenda ſemper noſtra civitas duxit. *Inſitum hoc nobis, ut cùm aliquâ numinis notitiâ æſtimemus idem & tueamur. Tamen peccavi, quod teſtimonio Lactantii malè utor. Ego teſtimonio; Numquam putavi te tam matulam. Deſunt mihi ſcilicet teſtimonia clara, aperta, irreprehenſa de puniſ-*

In calumniâ II.

Πρὶν τῆς φύσεως ἐγκύμων. Detectio fraudis.

Epiſt. ad Valentin. Imp. Lib. I. cap. 1.

Error in mea mente.

Digitized by Google

Et alter in Lactantii.

niendis hæreticis : nisi particulam hanc sumam à Lactantio, & isto fine. Erras, erras, non hoc nobis propositum, ut Testimonia ista adducere, sed mentem sententiamque nostram exprimere, & filum illud sermonis contexere invidendum aut irridendum vobis, non imitandum. Interdum tamen ut Testimonia : sed tunc compárent. Erras amplius, quod censes Lactantium hanc sententiam damnare; falsum. Ille Romanos sentire ita dicit: nec de sensu aut defensione carpit, sed de improvidâ defensione. * Malam enim vanamque religionem, & ideo malè, ibant defensum. Jam hæc capis; heu vices rerum! detractus es de tuo curru : & triumpharis, qui triumphabas.

** Idèo præmisit: O quàm inhonestâ voluntate. miseri errant! Voluntas igitur defendendi proba, si probam.*

IN CAPUT III.

Pag. 64. Limitata sententia.

UNAM religionem in uno regno servari.] *In regno, inquam, bono & composito, & quale formamus atque optamus. Nam priora illa nostra, bono tranquilloque statui scripta sunt : hæc quæ sequuntur, turbido. Illa perpetua; hæc temporaria atque utinam numquam eorum usus!*

Bella σστασιωδα ob religionem.

QUAS dissidiorum faces religio tibi accendit.] *Atque ita accendit, ut nulla prudentia videatur posse restinguere. Ut enim fratrum odia acerrima sunt: sic eorum ferè qui consortes aliquando ejusdem religionis. Tu, tu Deus adjuva.*

Miseria hujus sæculi.

COLLIDUNTUR inter se Christianæ reip. capita.] *Miserabile & novo prorsus exemplo videamus Annales omnium gentium, & omnis ævi: tam acria, tam diuturna bella pugnata non legemus de religione. Juvenalis pro miro & monstro habuit, duo opida in Ægypto concurrisse inter se ob hanc causam, & id dignum Satyrâ censuit: quid nunc diceret aut scriberet, ubi Europa penè tota?*

Interpretatio.

PERIERUNT ac pereunt per speciem Pietatis.] *Alterinsecus verum est, sive quod ii qui perdunt, demereri se Deum putant : sive quod ii qui pereunt, mori pro divino cultu. Ceterum non nescio ludos & mimos scelestè hîc intervenire : & quorumdam ambitionem aut avaritiam velari hoc mantello.*

Mira & segax va-

Paulus Æmilius pro me loquitur: Nihil in sacris bellis perinde offuit, atque mos jam exortus, ut honestâ præ- *In Phil. II.*

Digitized by Google

præscriptione suas quisque respiciat res. In ore omnium Sanctum Piumque versetur : consilio, conatu, animo, secus afficiantur. Si de religione tantùm agatur, si oblivio noxæ sanciatur, si sanatis mentibus, fortunis hominum abstineatur, omnes idem sentiant. Nunc de Mortalium jure, de Comitatu res est. *Dicas vîrum vatem fuisse, & scripsisse in hoc ævum.* *Vaticinatio Davidis.*

NEC quidquam tam probè aut providè hîc dici, quod non vellicare malignitas possit.] *Tu es exemplo. Qui non sensus tantùm, sed verba etiam nostra rimaris, & velut in auraria trutina appendis.* *Malignus animus, ἐξήτασις.*

CONSILIA non decreta adfero ; nec assero aliquid, sed pono.] *Hæc nostra modestia est, quæ sola effrenes tuos impetus debebat cohibere. Sed tu ut calx aqua accenditur: sic efferaris temperanti omni sermone. Hic igitur insultas, & ais repugnantia me scripsisse. Nam in præloquio ad Lectorem dixi communia quædam præcepta me dare, & velut decreta. Hîc Scepticum ago, & nego me decernere. Semper tui similis es, incogitans, intectus, & paratus inferre tantùm ictum, non vitare. Utrumque ego ajo recte & vere à me dictum, istud in duobus his Capitibus ; illud in reliquo opere toto. Et quid ni hîc ambigam ! Res Theologa est: quam haud injuria iis subjicio.* *Modestia nostra cuspidatur.* *Ἀπορία adversariis.*

Homer. Odyss. a. Eustach. Odyss. a

* Οἱ μὲν σέφεσθαι εἰσι νοήσαί τι χρεὼν τε. *Atque ego universe etiam didici.* * ὡς δ' ἀπορίας γνωστὸς μᾶλλον ἢ ζητητὴς ἀπορίας. *Non desipit, qui aliquid ambigit ô Diodore: ille magis qui in omnibus & supra omnes sapit. Itaque ingenuè & verè præfatus sum illud, quod plus decies in hoc libro mihi impingis :* Me labi & errare non solùm posse, sed debere. *Nonne ita est ? Miror amentiam. Solum ego Deum omniscium, & expertem erroris habeo: hominum quidquid est, opinantur, vacillant, errant. Ipsi beati genii & æterni spiritus ab *errore non tuti, nisi Deo dirigente. Audi sapientem à prisco ævo:* Inter cetera mortalitatis incommoda & hoc est, caligo mentium : nec tantùm NECESSITAS ERRANDI, sed errorum amor. *Audi Sapientem à novo ævo:* Nemo est mortalium, quem non aliqua pars ignorantiæ attingat, hanc contagionem ex ipsâ mortalitate traximus. Nam homo cùm erat, humanius

* Quæ potiores me istæc cernere & arbitrari. * Quòd uberis scientiæ mater inquisitrix, dubitatio. *Unus Deus σὺν λογῳ.* * Judicii scilicet. *Mortalitatis contagium errare.*

In Monit. ad Lector.

Seneca de Ira. lib. II. cap. IX.

Digitized by Google

nitus errat. Errorem autem in homine calumniari, est toti ipsi mortalitati convicium facere. *Audi, te respice, respisce.*

Neſcio quid ſubinde nugaris, me contemnere aliena judicia; utique Conſulum aut Tribunorum. *Nam ita dicis me ſcripſiſſe Cent.* I. *Epiſt.* LXXXVIII. Tribuni illi me abſterreant? Nihil. Jactent ſe apud ſuam plebem; mihi abunde ſatis, ſi eques hic plaudat & Senatus. *En, etiamne Epiſtolæ hîc mihi defendendæ ſunt? fiat. Ego nihil ibi de Conſulibus ſcripſi, nec nomina vi vel verbo. Sententia etiam mea nec ſuperbiam nec contemptum præfert. Hoc ſenſi, quod ille Ter maximus*: Οἱ τὸ γνῶσ' ὄντες, ἔστι τοῖς πολλοῖς ἀρέσκειν, ἔστι δὲ πολλοὶ ἄντες: Qui cognitione imbuti, nec ipſi populo placent, nec populus ipſis. *Tu caudam ibi jacta.*

Καυχηγίαι & ψόδογραφίαι.

Triſmegiſt Pœmand. cap. IX.

——— ὁ δ' ἐν σοφοῖς
Φαῦλος, παρ' ὄχλῳ μεγαλόπρεπες λίγξ.

Eurip.

Irriſa noſtra brevitas.

Sugillas etiam brevitatem meam, & in Socratis dicto facetus & venuſtus eſſe voluiſti. Quàm te non decet! riſimus, *quod ille ait*, camelum ſaltantem. *Sed de brevitate, eam ego amo, amabo*: & ſi fieri poſſit, quid ſentiam oſtendere, quàm loqui mallem.

Seneca epiſt. LXXVI.

Parvus & eſt cygni melior canor, ille gruum quàm
Clangor, in æthereis diſperſus nubibus Auſtri.

Lucret.

Hæreticorum duplex genus.

Duo genera eorum facio qui in religione peccant. *In hac diviſione conſentit mecum Clemens Alexandrinus.* Ex iis, *inquit*, qui declinant à veritate, alii ſeipſos ſolos, alii verò propinquos quoque conantur fallere. Atque ii quidem qui appellantur δεξόσοφοι, id eſt opinione ſapientes, qui ſe veritatem inveniſſe exiſtimant, nullam habentes veram demonſtrationem, ii ſeipſos decipiunt: quorum non parva eſt multitudo, & quæſtiones declinantium propter confutationes, & doctrinam vitantium propter condemnationem. Qui autem eos, qui accedunt, decipiunt: ii ſunt valdè callidi & aſtuti, qui etiam ſi ſatis ſciant ſe nihil ſcire, pro habilibus tamen argumentis obſcurant veritatem. *Et verò diviſio hæc neceſſaria ob temperandum fervorem, qui in animis quorumdam accenditur importunè.* Difficile *enim* eſt modum tenere in eo quod bonum (*magis quod pium*) eſſe credideris

Lib. VII. Strom.

Qui ſibi errant & ſapiunt.

Qui alios inducunt.

Diviſio noſtræ ſententiæ & moderationis dictæ.

Seneca epiſt.

PUNI-

Digitized by Google

PUNIANTUR à te, ne tu pro illis puniaris.] *Reges hæreticos puniunto.*

Prov. xx. *A te, à te dico, quicumque Rex aut Princeps. Nonne gladius tibi ad divina humanaque defendenda?* Rex qui sedet in solio judicii, dissipat OMNE malum intuitu suo. Epist. ad Bonif. *Augustinus*: Quomodo reges servient Domino in timore, nisi ea quæ contra jussum Domini fiunt, religiosâ severitate prohibendo atque plectendo!

MAXIME si turbant.] *Et antè & nunc addo. Non enim quoscumque in religione errantes puniri velim (tu ubique confundis & obicis) sed hos peccantes. Qui ergo turbatores isti sunt? Meo judicio duplices. Nam hoc quoque discrimine ad pœnarum discrimen. Priores*, qui palam contra leges, contra magistratus, novam religionem invehunt, docendo, scribendo, cœtus colligendo. *Alteri*, qui non tam novam religionem invehunt, quam produnt: & receptam quoque per disputatiunculas & argutias in publico convellunt. *Quo in genere ventosa fere ista & prava ingenia; itemque homines Saturnii, queruli, δυσχερεῖς* (*ut Philonis verbis utar*) *τῇ πατρίῳ πολιτείᾳ, ψόγον ἐχοντες καὶ κατηγορίαν ἀεὶ τῶν νόμων μιλησίους*: male affecti erga patria instituta, & in reprehensionem semper legum accusationemque intenti. *Denique, uno verbo, quibus nihil placet quod aliis placet. Nosti eos Diodore?*

Duplices Turbatores: Violenti. Subdoli. Ingeniorefractaria. De confus. ling.

Sed hîc satagis valdè ut reperias γαμιδιον istud & commation apud Cyprianum. Subtiliter & acute multa divinas. Libero te æstu. Verba Cypriani sunt, sententia mea. Post hæc erumpis, & lancinas universum meum librum: Farraginem esse, inepta Miscellanea, Moretum, Lancem Satyram, *sive, Hispanico verbo*, putridam ollam. *Euge, euge! Benè sperare de tuo morbo incipio: evomuisti. Sed enim verò quid ista ad rem præsentem? Imò quid ista ad tuam cognitionem? Tu homo, quod ipse fatearis, bonarum artium litterarumque rudis, judicas de litterato illo scripto? Appello, appello, Diodore: agenda hæc sunt apud aliud tribunal. Ad subsellia Tribunicia non veniunt hæ causæ. Quid tamen displicet? Confusum est, breve est. De confusione erras. nego quemquam veterum magis dispositè totam hanc rem scripsisse. De brevitate, verum est, & eò magis placet, quod te tuique simles arcet ab illo scripto. Epist. xcv. Non capis hîc, etiam quæ capis.* Omnium hone-

Περιεργία fatua Diodori. *Convicierum cumulus. Ἀπαιδευσία. Politica nostra gnalia: Disfisita Brevia, & imperitis obscura.*

Digitized by Google

ſtarum rerum ſemina, *ait Seneca*, animi noſtri gerunt: quæ admonitione excitantur, non aliter quàm ſcintilla flatu levi adjuta ignem ſuum explicat. *Sed oportet, Diodore, priùs in animis eſſe honeſti hanc ſcintillam, prudentiæ hanc ſcintillam: alias nullis follibus excitandam. Denique ego fateor, minimè popularem eſſe illum librum: & quo uti aliquis magis poſſit debeat que, quàm frui.*

Fruſtrà inclementia accuſamur.

CLEMENTIÆ non hîc locus.] *Quid ergo? Ego ſum ille Cyclops, Scmis, Phalaris, qui non miſereor? Cui ludo & joco ſanguis humanus eſt? Ah, abſit. Mite mihi pectus, fateor: & utinam Principibus, quos hæc res tangit! Cur igitur ita ſcribimus: Quia publicè expedit: quia ſeveri pro pietate & legibus eſſe volumus: quia hæc ipſa clementia eſt, non eſſe hîc clementem. Multos ſervamus, dum tollimus; illum ipſum ſervamus, certe juvamus, dum tollimus. Non enim id facimus (mox audies) niſi in extremè & deſperate malis: quos ſiſti & reprimi in illo nequitiæ curſu, eſt pro ipſis. Sed & alias. Cum citra mortem punimus, bono quoque eſt & expedit puniri.* Si miraris hoc pro aliquo eſſe, miraberis quoſdam ferro & igne curari, nec minùs fame & ſiti. Sed ſi cogitaveris tecum, remedii cauſsâ quibuſdam & radi oſſa & legi, & extrahi venas, & quædam amputari membra, quæ ſine totius pernicie corporis hærere non poterant: hoc utique patieris tibi probari, quædam incommoda pro his eſſe, quibus accidunt. *Nam emendandi corrigendiq; pœnas, bonus Princeps ſemper habet finem.* Quemadmodum quædam haſtilia detorta, ut corrigamus, adurimus, & adactis cuneis non ut frangamus, ſed ut explicemus, elidimus: ſic ingenia vitio prava, dolore corporis animique corrigimus. *Auguſtinus in hac ipsâ re:* Magis pro eis ſunt leges iſtæ, quæ illis videntur adverſæ, quoniam multi per illas correcti ſunt. *Iterumque:* Moleſtus eſt & medicus furenti phrenetico & pater indiſciplinato filio, ille ligando, hic cædendo, ſed ambo diligendo. Si autem illos negligant & perire permittant: iſta potius manſuetudo falſa crudelitas eſt. *Denique de Turbatoribus hic loquor: ad quos Caronis illud aptem:* Miſereamini cenſeo. Næ iſta vobis manſuetudo & miſericordia, ſi illi arma ceperint, in miſeriam vertet.

Cauſſa ſeverioris dicti.

Pœnitis bona pœnitis.

Sen. de Provid. cap. III.

Finis ejus correctio.

Idem I. de Irâ, cap. V.

Epiſt. ad Bonif.

Ibidem.

Apud Sallust. in Conjur.

URE,

Digitized by Google

URE, seca.] *O verba nata in turbas! pereant illa, & calamus, cum scripsi. Et tamen ratione si dijudicamus, quid peccant? A veteris medicinæ ritu sumptus sermo, qui in ulcere aut vulnere secabant, & deinde sistendo sanguini urebant. Testimoniis hoc crede, & quod dicitur,* Mittatur senex in scholas. *Seneca, ut ego, planissimè:* Hoc erit non molli viâ mederi, sed * urere & secare. *Nescio quis poëta alluxit:*

Fortiter & ferrum, sævos patiemur & ignes.

In hac ipsâ, ipsâ re, Hieronymus verbo & imagine simili usus: Scindendæ putridæ carnes, & scabiosum animal à caulis ovium repellendum: ne tota domus, massa, corpus, & pecora, ardeat, corrumpatur, putrescat, intereant. *Sed quid ego hæc ad te?* Oleum perdit & impensas (*ut idem sanctus & doctus vir loquitur*) qui bovem mittit ad cœroma.

Iterum obturbant tuæ nugæ. Cicero hæc de Catilinâ scripsit, tu ad Hæreticos malâ fide transfers. *Provide & bene monitum. Nam herculem periculum erat, ne ego aut alius censeret, scripta hæc à Ciceronem in Hæreticos ipsos.* Senior bulla dignissime, *tecum ego contendo?*

Sed de re. Quid volo igitur? Non ad ferrum statim omnes aut ignem, ô bone, non: sed pro modo delicti coërceri aut puniri. Puniri dico. Et caute ac circumspecte communi eo verbo semper in hac re sum usus; non dixi, Interfici *aut* Occidi. *Pœnarum gradus hic facimus, & nimis quam raro ad extremum illum venimus. Ut medicus omnia tentat, priusquam ad sectionem aut ustionem accedat:* ita legum Præsidem civitatisque Rectorem decet, quamdiu potest, verbis, & his mollibus, ingenia curare. Transeat deinde ad tristiorem orationem, quâ moneat adhuc & exprobret: novissime ad pœnas, & has adhuc leves & revocabiles, decurrat. Ultima supplicia sceleribus ultimis ponat, ut nemo pereat, nisi quem perire pereuntis etiam interest. *O Princeps! nota, & hos tales sapientes audi patius, quàm istos de viâ clamosos, & quibus cerebrum omne est in linguâ. Quòd si meâ quoque consilia locum invenient, non invidebo. Quatuor pœnarum genera sive gradus in Turbatoribus istis agnosco. Multam, Ignominiam, Exsilium, Mortem. Omnes utiliter*

Invidiosa vocula: Unde & quomodo accepta?

Consol. ad Helv. cap. 11.

** Id est, asperius mederi & durius.*

Propert. lib. 1.

Prisci patres sic locuti.

Ad Pammach.

Ridicula ineptia.

Accuratè de ratione puniendi dictum.

Gradus pœnarum faciendi.

Seneca de Irâ, lib. 1. cap. v.

Nobis illi quatuor sunt.

Digitized by Google

Secundùm genera Turbatorum distincte adhibemus.

utiliter, sed aliter atque aliter adhiberi. Duas primas plerumque in minutis illis Turbatoribus, & quos posui in Classe secundâ; duas alteras in majoribus, & qui in Classe primâ.

Mulcta quid, & in quos usurpanda.

MULCTAM quid appellem, satis clarum est. Pecuniarum nempe aliquod damnum, quod incurrant quoties in hac re peccant. In quos ea utilis? Meo judicio in Sophos illos aut disputatores, & quicumque publicè liberi nimis aut protervi oris. Hos tales multa, nec sanguinem ab iis, sed pecuniam duce. Veteres quoque fecerunt. Et Theodosii lex fuit; quæ in convictos hæreticos statuit decem librarum auri pœnam. Tu pro tempore & pro re moderare. Quid si contemnant? Rarum erit; & apud quosdam proficies. Tamen si pertendunt, alterum scilicet adhibebis. Codic. Theod. De hæret

Ignominia quid, & quotuplex?

IGNOMINIAE telum. Ea est, quæ pudorem publicè adfert & maculam suffundit famæ. Multa sunt in hoc genere; & varie usurpata priscis. Vetustissima in Ecclesia Excommunicatio, id est, ut à templis arcerent & communi piorum societate. Synodo Laodicena veteri canon fuit; δεῖ τὸ μὴ συμφοιτᾶν τοῖς αἱρετικοῖς εἰσιέναι εἰς τὴν οἴκην τοῦ Θεοῦ, ἐπιμόνους τῇ αἱρέσει: Can. VI.

Excommunicatio.

Interdictio nuptiarum.

De non patiendo ut templum Dei hæretici ingrediantur, quamdiu in hæresi perseverant. *Item interdictio cum iis copulæ aut nuptiarum.* Eadem Synodus; Non contrahere cum hæreticis nuptias, nec filios aut filias collocare, etiamsi promittant Christiani fieri. Can. XXXI.

Privatio munerum

amplius, privatio munerum & honorum. Ut Theodosii, Valentiniani, Arcadii lex fuit: qua omnis denegatur hæreticis facultas militandi: quinimo extra urbis mœnia arcentur. Codex Theodos.

Justiniani etiam latior: Ἐκκλωίζεσθαι μὴ πολιτεύεσθαι ἢ αἱρετικοὺς, εἰ μὴ μόνους τοὺς ὀρθοδόξους Χριστιανούς. ἀσυγχωρήτως δίδωσι τοῖς πίστεως, εἰς ἑτεροφλωσίαν πίπτουσι: Georg. Gedren.

Inustio frontium.

Gentiles aut hæreticos non tangere remp. sed solos Christianos orthodoxos. Datque iis ad conversionem tres menses. *Potes ad hanc ignominiæ partem referre, quod removeti* ab omni liberalitate aut successione, quolibet titulo venienti. *Item inustiones frontium aut stigmata, ritu prisco. Reperio in Anglia hæc adhibita sub* * *rege Henrico II. De quo Guilielmus Neubrigensis.* Tunc episcopi, ne Virus hæreticum latius serperet, eosdempublice pronuntiatos hæreticos, corporali disciplinæ subdendos Catholico Principi L. IV. Cod. de hæret. * Anno M. C. LXII. II. Cap. XIII.

Digitized by Google

cipi tradiderunt. Qui præcepit hæreticæ infamiæ characterem frontibus eorum inuri, & spectante populo virgis coërcitos urbe expelli. *Ego pleraque ex istis commode & judicio admiserim: atque etiam hanc frontium mustionem. Fallor, aut ipsos dedecus illud valde coërceat, aut aliis certe notabiles reddantur ad cavendum. Nam quæ de discreta veste aut pileo dici possint, ridicula, & levia ad talia ingenia refrenanda.*

Jam EXSILIUM *quoque inter Pœnas, idque creberrime olim fuit. Constantinus Imper. Arium & Arianos* deportari exilio *præcepit. Constantius* Aëtium propter confessionem dissimilis substantiæ mulctavit exsilio. *Theodosius minor*, Nestorium pulsum ex Oriente, relegavit apud Oasim. *Et exempla plura atque obvia. Ego hanc pœnam valde amplectar, & peculiarem maxime huic malo censeam, quod sepositione ista & relegatione vitetur. Præsertim si ea sit prisco exemplo, in loca insulasque desertas aut minus frequentes. Etiam in iis qui summè Turbatores, vide ne convenientissimum sit istud, & ex Patrum ac Principum veterum mente. Nam etsi*

Exsilium frequens hic olim.

Propria quasi pœna.

MORS *(quarta ea pœna est) in hoc genus seductores & Pseudo prophetæ à Mose decreta exercitaque sit: tamen à Christianis olim rarò. Et paucis ea Principum legibus expressa: idque terrendi fortasse magis, quam repræsentandi caussâ. Theodosii sanè hæc mens fuit: qui χαλεπὰς τοῖς νόμοις ἐπέγραφε τιμωρίας ἀλλ' οὐκ ἐπῆγε. Οὐ γὰρ τιμωρεῖσθαι, ἀλλ' εἰς δέον κολάσαι τοὺς ὑπηκόους ἐπηπείλησεν, ὅπως ὁμόφρονες ἀλλήλοις γένωνται περὶ τὸ θεῖον, ἢ μὴ τοὺς ἐναντία μεταπηδῶντας ἐπίῃ.* Graves pœnas legibus constituebat, sed eas non exsequebatur. Non enim punire, sed metum injicere subditis studebat: ut concordes sibi fierent in rebus divinis: quoniam & sponte conversus laudabat. *Ego sententiam meam non dissimulo. Melius magisque è re & mente Christiana videri, ut maneas quamdiu potes, in multæ aut ignominiæ gradu: & cum Tertulliano*, suffundere malis hominis sanguinem, quàm effundere. *Quod si ulterius progrediendum quoque sit: Exsilio contentus esto. Aut si ad mortem: simplex tamen ea & mitis sit, imo (arcanum aliquid audi) * arcana. Reliqua scelera cùm castigantur, ostendi expedit, hoc flagitium occuli & tegi. Caussa in promptu. Ut*

Mors rarò hic usurpata.

Et rarò, ex nostrâ mente usurpanda.

Lenem reclamque esse expedit.

** Sic tamen ut aperta supplicia.*

Digitized by Google

non damnem, cùm Ecclesia judicat expedire.

miseratione detrahas, & minuas sermones. Ceterum illud imbibe: Exquisitior quæque crudelitas, illecebra est magis sectæ. *Simul & hoc scito. Quo modocumque rem institues, erunt pravi isti & refractarii (Deus ipse prædixit, hæreses fore) & multum si efficeis*, non ut desinant plane, sed ne vincant. *Deum precor, tibi ô Princeps, moderatam mentem, illis sanam & pœnitentem det.* Tertull. Apolog. cap. ult. Seneca De Ira, lib. 11.

Sistendus interdum Legum cursus.

QUAMDIU turbatores coërceri sine majore turba possunt.] *Hæc exceptio & quasi limes est, quo prava illa signo. An severitatem indefinite semper Principi prædicem? Non possum.* Cogunt sæpè diversas invenire medicinas, variorum experimenta morborum, *dixit in hac ipsa re Augustinus.* 11. Rett.

Curiositas nostri ævi.

Fatalis est ista ingeniorum scabies.] *Ita loquor, quia velut à cælo &, ut dixerim, astro aliquo est hæc pestis. Atque ut corporum quidam morbi certis temporibus interveniunt: sic nunc iste animorum. Viri, fœminæ, senes, pueri, quæstiunculis ludunt & lasciviunt: eoque ventum, ut pro parum sano sit, qui non sic insanit. Mysterium Theologia erat, facta est populare oblectamentum. Vis imaginem clàram horum temporum? Nicephori Gregoræ ista lege.* Apud nos etiam opificibus effusa sunt arcana Theologiæ, atque ita omnes inhiant ratiocinatiunculis & sermonibus syllogisticis, ut herbæ & pascuis armenta. Et illi, qui de recta fide ambigui sunt, & qui nec quomodo credendum sit sciunt, nec quid sit illud quod credere se dicunt; illi inquam & fora & porticus & theatra omnia Theologia compleverunt. Neque solem hunc testem facere imprudentiæ suæ reverentur. Quomodo autem non sit absurdissimum, olim quidem cum florerent Gentilium dogmata, ordinem aliquem fuisse, & arcana quæ Delforum Theologis commissa erant, nulli alii vel edicere vel indagare licuisse, sive is Plato, sive Socrates, aut alius sapientia celebris fuisset: apud nos verò, qui purum pietatis mysterium profitemur, ita profanari res divinas, & omnibus, qui de Theologia disserere volunt, id licêre suopte arbitrio & suffragio? *Jam dissidia & ambitionem quæ inter capita sectarũ & duces, pulchre idem exprimit & deplorat.* Factionum verò Principes inter se digla- Hist. lib. 21. Lib. 1

Theologiæ prophanatio.

Apud Græcos infrequens idem.

Partes & factiones.

Digitized by Google

digladiabantur, & linguas contra sese mutuo armabant, non zelo divino, sed iracundiæ impetu ducti. Nam qui secundùm Deum est zelus, à supernâ potentiâ dependet, & divina quadam ac moderata concinnaque ratione gubernatur. Qui verò mentis suæ fores ambitioni aperiunt, ii non vident zelum suum in æmulationem & odium converti, & pro frumento, uvâ, ceterisque bonis fructibus, spinas & tribulos in hoc agro produci. Hæc autem sunt lites, ab animo non satis instituto profectæ, & adversariarum orationum certamina. *Hæc in Græcia olim fuêre. Quando? Cùm paullo post ruit. Nos quid aliud exspectemus, nisi malis errationibus finem facimus.* *Odia vitia zelamus.*

Anus ad armillum, Diodorus ad illudia. Si fatalis, *inquit*, ista scabies, cur punis? Nam fato nulla humana vis aut mens resistit. *Pueri in scholis respondeant, Fatali sceleri fatales quoque esse pœnas. Nexa hæc inter se & devincta. Quamquam alia mente hoc à nobis dictum; & absit ut scelera aut errores velimus esse à Fato vel astris. Sed alterius ista loci sunt.* Αλογία Diodori.

Ut disputare omnes malint, quàm vivere.] *Disputationes ergo damno? Non si in loco, si inter idoneos, si cum modo usurpatæ. Locum censeo Scholas, Academias, Collegia. Idoneos, rerum sacrarum & Philosophiæ item peritos. Modum, ut contentio & nimia subtilitas absint.* Nec enim quidquam minùs convenit quàm subdola ista calliditas, animis conantibus magna. *Sed in publico & in populo disputationes omnes valde * improbem. primum, quia per eas excitantur ad novitates multi, & pruriunt.* *Ubi, à quibus, & quatenus, disputandum.* Seneca epist. L. *Publica & populares disputationes noxiæ.* *Nisi Principi aut iis qui præsunt, ob causas aliter videatur. Sisennii consilium.*

Lucret. Humanum genus est avidum nimis auricularum,

aits potta. Deinde, quia Sisinnii consilium (in re quidem istâ religionis) mihi probum, viri diserti, rerum usuperiti, in litteris sacris eruditi, & summi item philosophi. *Nam hæc elogia illi dant scriptores. Is igitur Theodosio ajebat*: Disceptationes non solùm non reconciliare schismata, sed hæreticos præterea ad contentionem magis accendere. Idcircò concertationes Dialecticas vitandas, Socrat. Eccles. Hist. v. cap. x. & alii. Sozom. lib. vii. Hist. cap. xii.

Digitized by Google

* Τῶς ἐκδόσεις τῶν παλαιῶν.

testesque adhibendas tantùm * Formulas fidei à veteribus editas. *Antiqua enim & antiquas si reiciunt, quæ ratio aut argutia eos vincet.* Hist. cap. XII.

* Mens refractaria semper indoctorum hominum, & nolunt vel cedere veris.

——— * ἀεὶ ἀπιθήτων νόος ἀνθρώπων,
Δύσμαχος, ἠὲ νέων ἠδὲ γερόντων πιθέσθαι. Oppian.

Andronicus igitur Imp. sapiens. Qui tantum abfuit ut morem tunc & nunc receptum de divinis dogmatibus disserendi probaret, aut de Deo novum aliquid vel dicere vel audire vellet (etsi ipse rerum divinarum peritissimus:) ut Novarum Patrarum Episcopum Euthymium virum eruditione clarum, & Johannem Cinamum, in tabernaculo suo contra Lopadium differentes super isto PATER MAJOR ME EST, non solùm objurgarit, sed etiam abjecturum se in præfluentem amnem Rhyndacum seriò minatus sit, nisi desisterent talia loqui. *Sed & Turcæ & Moschi hac parte sapiunt: apud quos de religione sacrisque disputare, capitale est.* Nicetas Choniat.

Andronicus disputationes damnat aut subtilis inquisitionis.

Scripta non passim edenda.

DISPUTATIONI *assidet contentiosa aut curiosa Scriptio, quæ ipsa factionum sæpe causa & fomentum. Tollatur. Quomodo? Primùm, ne quid edatur sine idoneâ approbatione aut consensu: quod Plato palàm requirit in repub. bene constituâ.* Τὸν ποιητὴν, ait, ἐᾶν ἐν πόλει νόμους, καὶ δίκας, καὶ κρίνειν, ἢ ἀναγκάζειν μηδὲν ποιεῖν ἀπὸ τῆς ψυχῆς τοῦ ἰδιώτου μηδενὶ πρὸς πρᾶξιν δικαιοσύνης, πρὸς αὐτοῖς τοῖς περὶ παίδων ἐπιτηδεύμασι κρατεῖν καὶ τοῖς νομοφύλαξι δίκην καὶ ἔφεσιν. Poeta præter civitatis leges & jura, item honesta & bona, ne quid componito. Et quod composuerit, ne cui privatorum antè ostendere fas esto, quàm judicibus super hac re constitutis, Legumque custodibus ostensa ea approbataque. *Secundo, ut si quid aliter editum, tollatur.* Lib. VII. De Leg.

Platonica pioba lex.

Edita quædam tollenda.

Factum semper in scriptis impiis. Ut in illis Protagoræ: de quibus Laertius: Καὶ τὰ βιβλία αὐτοῦ κατέκαυσαν ἐν τῇ ἀγορᾷ, ἀπὸ κήρυκος ἐκ ἁλικάμου παρ' ἑκάστου συναγαγόντες. Et libros ejus in foro combusserunt, per præconem eos à singulis qui habebant colligentes. *Valerius de Numæ libris:* Eos qui aliqui ex parte ad dissolvendam religionem pertinere videbantur, L. Petilius Prætor urb. ex auctoritate Senatus, per victimarios igne facto in conspectu populi cremavit. *Et testimonia plura sunt etsi aliquando cum saluberrimæ rei abusu.* In Protag. Lib. I. c. 1.

ACU-

Digitized by Google

ACULEONES ubique & Curiones.] *Quos ego quidem detestor: utique in istâ re, quæ simplicissima, & Fidem non rationem ducem habet. Assentiendum hîc, non quærendum. Plato mecum:* VII De Legib. Τὸν μάρτυρα Θεὸν καὶ ὅλον τὸν κόσμον φαμὲν δεῖν, ὅστις πολυπραγμονεῖ ταῦτα καὶ ἐρωτᾷ, οὐδὲν δεῖν ὅτιον εἶναι: *Maximum illum Deum, & universum Mundum dicimus neque inquiri oportere, nec curiosè satagere causas scrutantes. Neque enim fas esse.* *Curiosi in religione mali.*

HORUM quanta multitudo!] *Et ideò jure mitiges aut differas pœnam. Seneca:* In singulos severitas Imperatoris distringitur; at necessaria venia est, ubi totus deseruit exercitus. II De Irâ, cap. x. *Multitudo peccantium pœnam tollit aut mitigat.*

AN non fas tempora paullisper Principi inspicere?] *Ego censeo nam, honestè cedit, qui tempori cedit. Plures veterum Principum fecere (Ecclesiasticæ Historiæ docebunt) dum maximè Valentinianus. De quo ista Ammiani sunt:* Valentianus hoc moderamine Principatus inclaruit, quòd inter religionem diversitates medius stetit, nec quemquam inquietavit neque ut hoc coleretur imperavit aut illud, nec interdictis minacibus subjectorum cervicem ad id quod ipse coluit, inclinabat, sed intemeratas reliquit has partes ut *repperit. *Idem aut simile Constantius, Theodosius, alii: & nónne nuper in Germaniâ Carolus Quintus? De cujus facto qui calidè aut potervè pronunciat, injuriam facit maximo Principum à multis retrò annis.* Lib. XXX. *Temporum habenda ratio.* *Valentiniani moderatio.* **Nota Diodore, non instituit.*

OMITTERE dico in tempus.] *Ut eos fallas, aut fidem in occasiunculâ frangas: (indigna hæc alto rectoquè nostro Principe:) sed ut interea curares, verbis factisque benignè ad meliora traducas. Nónne Princeps semper potest? utinam intellegat! per honores, præmia, pecuniolam, imo per spei solius auram, etiam pertinacissimos ad se trahet. Atqui huic rei quies & pax danda, & species aliqua honesti Transfugii. Hæc consilia Christiani Principes ante aliquot annos si audissent, jam in Asiâ & Africâ velitarent victricia nostra signa.* *Pax ad reducendos facit. Itemque promissa, aut præmia.* *Damnosa regibus civica hæc bella.*

Heu, quantum terræ potuit pelagique parari,
Hoc, quem civiles hausêrunt, sanguine dextræ. Lucan. I.

Digitized by Google

Errores paullatim examinatur.

Istos ab atra bile Dies plerumque sanat & Quies.] *Deferveſcunt enim animi paullatim: & affectum veritas ac ratio vincunt. Sicut autem muſto tempus dandum eſt, ut deſpumet: ſic animis, uti fæces illas ejiciant opinionum. Medici ajunt Melancholicos morbos (nos ſenſimus) medicinæ omni efferari: idem in iſto eſt. Quem verè μελαγχολίαν dixeris & Imaginoſum quemdam animi morbum. Princeps ille medicorum:* Καιρὸς ἐστὶν ὁ ἄκαιρος· καὶ ἀκαιρὸς ὁ καιρός. ἄκεστις χρόνῳ, ὅτι ἐστὶ φύσις καὶ καιρός. Tempus eſt in quo Occaſio: & Occaſio in quâ tempus. Medela Tempore, eſt etiam ubi Occaſione contingit. *Qui potes, cape.* Hipp. in Præcept.

NATURA contumax eſt humanus animus.] *Et præſertim in re hac ſenſuum, cùm opinio acceſſit pietatis. Clamant enim quod olim Achæorum ille prætor:* Veremur vos Romani, etſi ita vultis, etiam timemus: ſed plus veremur & timemus deos immortales. *Itaque cottidie vides. Torque, occide:* quaſi quadam dulcedine ac nectare ebrii cuncta contemnunt: *& eò veniunt, ut* dum mori poſt mortem, timent, interim mori non timeant. *Si pro vera pietate, ô conſtantiam! ſi pro ejus ſpecie, ô pervicaciam! Sed concludo hunc locum Galeni verbis:* Οὔτως ἔστι δυσκίνητόν τι κακὸν ἐν ἀνθρώποις αἱρέσεως φιλονεικία, καὶ δυσίατον ἐν τοῖς μάλιστα, καὶ ψυχῆς ἀπάσης δυσκατόρθωτον. Adeò contentio hæc circa Sectas malum eſt, quod nec avertas facile nec eluas, idque omni ſcabie inſanabilius. *In religionis re pervicacia.* Lycortas apud Livium XXXIX. Arnob. I. Minut. Felix in Oct. Lib. 1 De natura lib. facult.

IN CAPUT IV.

PAUCA, *ut opinor, hoc Capite mihi dicenda ſunt. De re non libet hoc tempore: in te non eſt opus. Pleraque enim probas, & poſt fellaguſtas nunc meos favos. Tamen hoc miraris, quomodo Mors & Vita in uno ore habitent; & qui antè gladios & ignes loquebar, nunc roſas & mulſa. Si res & tempora diſtinguis (quod ſerìò feci:) non miraberis. atque adeò mirum erit te hoc poſſe mirari.* *Frustrà dimidiatus accuſamur.*

Verbum vix, *in margine valdè te torquet. Scin' quid* *Vocula, vix, Latì-*

Digitized by Google

quid eo facias? Abige & ejice, per me licet. Velim tamen Latiaris phrasis paullo magis te esse peritum.

uis quoquo negat.

QUIESCO domi & sileo.] *Quisque autem domi suæ imperat si recte olim Telemachus:*

Pag. 66. *Domi libertas & imperium.*

Odyss. a. Αὐτὰρ ἐγὼν οἴκοιο ἄναξ ἔσομ' ἠμὲν ἔγωγε.

MENTI VM rex, Deus est.] *Ambigere nemo potest. Tamen quia par sententia fortiter expressa à vetusto Indorum Philosopho Calano: lubet adjicere hæc ex epistola ejus ad Alexandru Magnum.* Φίλοι πείθεσι, inquit, χεῖρας τε ἀναίσσειν σοφιζόμενοι τοῖσιν φιλοσόφοισι, οὐδὲ τὸν ὕπνον ἐόντας τὰ ἡμέτερα ἴδεσθαι. Σώματα δὲ μετοικίζειν ἐκ τόπου ἐς τόπον. ψυχὰς δὲ δύνασθαι ποιεῖν ἃ μὴ βούλονται, ἢ μηδὲν πλινθίους καὶ ξυλαφυλὰ ἀφώνους. Οὐκ ἔστι βασιλεύς, ὅστις ἄρχων, ὃς ἀναγκάσει ἡμῖν ποιεῖν ἃ μὴ σκοπούμεθα.

Menti præter Deum nemo imperat.

In libro Philonis, *Quod omnis probus liber.*

Amici suadent, uti manus & vim adferas Indorum Philosophis, qui nec per somnium nostras res viderunt. Corpora enim de loco in locum transferes: animos non coges quæ nolint facere: aut citius lapides & ligna vocem emittere. Non est rex aut imperator, qui adigat nos facere ea quæ non decrevimus.

QUIS enim imponat mihi necessitatem.] *Quæ eadem mens Theodahadi regis fuit*: Cum divinitas diversas religiones esse patiatur, nos unam non audemus imponere. *Quod si regum non est religiones pro arbitrio imponere: quanto minus privatorum?*

Modestia Gothici regis.

Cassiod. lib. x. Var. epist. xxvi.

SUMMUS *ille Regum rogandus (ego ex animo facio) uti hoc miserabili ævo aut errantium animos sanet, pertinaciam tollat: aut ipsos reges, benignos mitesque faciat, & qui sciant sentiantque* homines, in quantum homines sunt, emendandos esse potius quàm perdendos. *Sit fervor eorum cum prudentia; severitas cum clementia; actiones cum salute civium conjunctæ. Audi nos Deus.* In cujus manu est cor Regis, & velut rivus aquarum, quocumque voles, inclinas illud.

Preces ad Deum non fictæ.

Augustin.

Prov. xxi.

Digitized by Google

IN ADMONITIONEM DIODORI.

DEFUNCTUM *me putabam: ecce unum adhuc capitulum in hac hydrâ. Admonitio concepta est in fine ad Imperatorem, Reges, Principes: in quâ velut uno fasce complectitur & recolligit calumnias omnes sive probra. Videamus breviter.*

Ait, clarè & verè jam à se ostensum periculosum esse duci à cæco duce.] *Id quidem vel cæco apparet, ajebat olim Philippus. A cæco duci, citra controversiam, periculosum est: sed ille quis? Qui dicit, an in quem dicis?*

Appellasse & nominasse me cærimonias sacras.] *Quid de iis sentiam, lib* 1. *satis dixi. At nusquam ita à me appellatas, non docebis.*

* Quid opus te, talis cum sis, Mentiri assidue?

* Τί σε χρὴ τοῖον ἐόντα Μαψιδίως ψεύδεσθαι; — Homer. Odyss. ξ.

Nusquam vel verbulo Principi à me designatam Christianam veritatem.] *Nego. & feci clarè lib.* 1. *in suo loco, ubi de Sensu & Cultu divino scripsi*: Utrique rei vera lux à sacris litteris. *Copiosiùs aut uberiùs, non fuit hujus instituti.*

Sumptu publico me hîc sustentari.] *Ita est. Sed nec grandi nimis, nec invidendo. Et tamen si oneri sumus, imus.*

Librum hunc meum suspecta facere omnia in Europâ, & præsertim in Galliâ posse.] *Suspecta? Pacata, pacata, mi homo: & id qui paci hostes sunt, sciunt. Tibi tamen pro vigilantia gratias debemus, quod*

* Hæc intè multò per dioptram conspicis.

* Τἀυτὸ πρὸ πολλοῦ τῆς διόπτρας σὺ βλέπεις. Pisidas.

Velle me in tempus religiones plures admitti, mox qui adhærent omnes è medio tolli atque

Digitized by Google

atque interfici.] *Planissimè. Omnes, omnes* : à calvo ad calvum. *Ubi tamen hæc scripsi ?* * κεκομψευμένος ὦ ἄνθρωπε. * Furiis te agitans ô homo.

Docere me fidem fallere nec promissa servare.] *Mène ? Qui nihil magis quam Fidei partes & sacra stabilivi ?*

Homer. Odyss. ι. —— * σὺ δὲ μήτηρ ἄκ' ἐτ' ἀνεκτός. * Tu jam non tolerabiliter insanis.

Voluisse se hoc Opere omnibus prodesse nec lædere vel ipsum Lipsium.] *Quid volueris, nescio : quod non læseris, hoc scio. Ut tela quædam in cælum emissa, ire eo videntur, non eunt : sic nos calumniæ tuæ petunt, non tangunt. Preme, preme. Ego, cum Pindaro.*

* ἀβαπτιστός εἰμι, φιλὲς ὡς ὑγρὸς ἰχθὺς ἅλμας. * Immersabilis sum, sicut suber supernatans sepium.

Non acriter aut asperè se mecum egisse.] *Mimus mihi insurrat.*

Publ. Malus ubi bonum se simulat, tunc est pessimus.

Tamen de acrimonia, fateor, nihil es ea usus. Ante hac putabam tibi esse cornua : nunc agnus es. Balas tantùm :

Imò alios judicaturos, quod nimis leniter.] *Habeo itaque gratiam. Nam.*

Plaut. Mil. —— Pol, si quidem
Connixus esses, per corium, per viscera,
Perque os elephanto brachium transmitteres.

At hìc indiligenter fuisti. Ego autem, mea Salus, vitam tibi debeo, CLEMENTIÆ *tuæ Aræ.*

Omnia quæ scripsit, vera esse idque se certò scire.] *O confidentiam ! hoc tamen nemo tibi credet, qui cerebrum in capite, non in calcaneis gestat. Multa stolida & vana in hoc ævo legi :*

* τοῦτό γ' ἐστὶν ὑπερβολὴ μανίας. * Istud verò est culmen omnis insaniæ.

Nihil se in verbis meis exasperasse sed omnia candidè puriter & ex mera veritate protulisse.] *Tu candidè ? qui me calumniis & menda-*

Digitized by Google

mendaciis ubique oneras? qui ex professo toto scripto aliam sententiam mihi affingis? Omnia ad populärem invidiam deflectis, & torques? O pectus niveum! ô germen reliquum priscæ probitatis.

Nomen hercle apluda est hodie, quàm tu ne- Nævius.
quior.

Postremùm, Seriò considerandum iis esse quorum interrest, annon expediat, imò necessum sit, Latinam SITULAM conscribi atque effundi: ut scintillæ hujus latè sparsi incendii ubique gentium extinguantur.] *Consideravi ego: & ita censeo, Prorsus id necessarium, æque republica esse. Hoc amplius, ut tuus iste liber (nam tu per verecundiam significas magis, quam expromis) in Latinam pluresque alias Linguas transferatur, excudatur, per omnia opida, fora conciliabula, divulgetur; in bibliothecis locisque publicis reponatur, & contra casus mortalitatis (exemplo Imper. Taciti, qui scriptori suo gentili honorem hunc habuit) quotannis renovetur, ut hoc modo clara æternaque apud omnes gentes sit*

SAPIENTIA DIODORI.

HABES, *quæ visum mihi in tempore respondere, atque adeo ex tempore. Speramus nihil omissum, quod proprie ad rem faciat: si quid est, erit me insciente. Quamquam alioqui* nemo reprehensus Varro.
est, qui è legete ad spicilegium reliquit stipulam. *Alius si volet, tollet. De Religione aut Repub. quæ multa & ambitiose miscuisti, non sum resecutus: quia aliena sunt: quia pro ingenio nostro non sunt; qui haud procaciter inter hos sinus & scopulos navigamus: denique quia risimus tam graviter ea à te dicta. Cleomenes olim Spartæ rex, Græculo cuidam multa de Fortitudine differenti, aures non præbuit, & avertit. Illo mirante, Quia enim, inquit, si Hirundo hæc diceret, idem quod nunc facerem, atque affatim riderem: sin autem Aquila, darem ei libenter mentem & aures. Simile in te Diodore, quem tam serio & cum affectu de utraque differentem ridemus, qui sciamus quomodo in utramque sis affectus. Si quid autem hic aut alibi in te lusi sive jeci (quod modicè à me factum & districtè:) ignosces: & feres æquo animo, tu lascivus, ille Provocator, pauca*

non

Digitized by Google

non convicia noſtra, ſed dicta. Quod ſi reſponſum etiam paras: facito, ſed jam ante edico: alium tibi quære parem. Non ultrà tecum componor: nec contra Retiarium ferula me delectat. Quis etiam finis erit, quod dicitur, Thuſcum jurgium, & per eamdem lineam aſſidue reciprocabimus ſerram. Bonis cordatiſque viris ſatis diximus: tibi ipſi ſatis. Cede, cede: Bonum eſt à veritate vinci. *Diſce diſce:* Nulla ætas ad perdiſcendum ſera eſt. Erubeſcat ſenectus, quæ emendare ſe non poteſt. Non annorum canities eſt laudanda, ſed morum.

Menand. *Οὐχ αἱ πρίχες ποιοῦσιν αἱ λόγοι φρονεῖν. *Quod ſi aliter tibi viſum, ſiat: ſi tamen,*

* Cani capilli haud afferunt prudentiam.

ORDINES,

Vobis ita viſum: quos ego cenſeam utrique noſtrum ſtilo & calamo interdicere, in hunc quidem uſum. Non ſemper debent eſſe SATURNALIA. *Tu Diodore, æternum mihi ſalve.*

APPROBATIO.

POLITICORUM JUSTI LIPSI libros ab auctore ipſo probè recognitos, unà cum Notis, prælo dignos cenſeo. Lovanii XII. Calendas Octobres, M. D. XCIII.

Henricus Cuyckius, D. Petri Lovanii Decanus, Academiæ Cancellarius, & Pontificius ac Regius librorum Cenſor.

JUSTI

Digitized by Google

Digitized by Google

JUSTI LIPSI
MONITA
ET
EXEMPLA
POLITICA
LIBRI DUO,

Qui VIRTUTES ET VITIA Principum ſpectant.

Digitized by Google

Digitized by Google

SERMO ET POTENTMO PRINCIPI ALBERTO

ARCHIDUCI AUSTRIÆ, DUCI BURGUNDIÆ, PRINCIPI BELGARUM.

TERTIUM hoc ingenii & ſtili mei monumentum eſt; SERME PRINCEPS, quod inclyto nomini tuo LIBENTES MERITO imus conſecratum. Etſi ullum; quomodo non iſtud, quod ipſo titulo ad Te vocat, & auguſtum hoc nomen vult inſcribi? Sunt enim MONITA POLITICA: ad quem juſtiùs quam ad Politiæ & ſtatus noſtri rectorem ibunt? Sunt EXEMPLA: & cui convenientiùs dabuntur, quàm qui ſtirpem & gentem ſuam in iis agnoſcet? *Rudolfi*, *Philippi*, *Maximiliani*, *Caroli*, *Ferdinandi*, *Alphonſi*, paſſim hîc memorabuntur, è majoribus tuis: qui ſcriptionem hanc illuſtrant & inſigniunt, ut cælum ſtellæ. Quid, quòd argumentum & matieres eòdem ducit? VIRTUTES ET VITIA Principum; illas formamus aut ſuggerimus, & hæc amolimur: at tu illarum rande exemplares, qui eximias habuiſti & habes: & horum (quantum homini licet) pæne expers, in omni ætate aut neſciviſti ea, aut ſpreviſti.

Digitized by Google

Ergo ad Te imus: & quo fine? ut ſplendorem huic ſcriptioni mutuemur, & tutelam. Sicut inſignia veſtra ædibus, Prætoriis, villis appendimus, contra vim aut proteruiam: ſic nomina hæc ſacra, contra calumniam, aut liuorem. Neque enim vobis hîc aliquid quęritur: non aliter, quàm cùm Deo ſacra facimus, & donum ponimus, noſtrâ id fit, non ipſius cauſâ. A nobis officium omne eſt, & debetur; à vobis beneficium, & hoc ipſo accipimus, quòd frontes operum ſolâ præſcriptione veſtrâ honeſtatis. Ego eo fine feci: patere Ser^ME PRINCEPS, & ſicut aurum aut ebur magis æſtimare ſoletis, à ſolerti manu & arte politum: ſic has EXEMPLORUM gemmas, ingenii & eloquii aliqua luce (cum Deo dicam) perfuſas. Ille idem Deus, SERENISSIME ET POTENTISSIME PRINCEPS, longævum Te nobis ſervet, & donet aliquando ſub OPTIMO PRINCIPE optimum ſtatum, id eſt, deſideratam diu tranquillitatem & PACEM. Lovanii XV. Kal. Feb. anni ∞.IↃC.V.

LECTO-

Digitized by Google

LECTORI.

ECCE *duos istos libros, Lector, trientem operis destinati, & addam, affecti. Nam duo alii sequuntur, qui* Civilem Prudentiam *habent: itemque duo, qui* Militarem. *Est scilicet eadem divisio, & ordo, qui in Politicis nostris fuit: quorùm luci aut assertioni hæc scribuntur. Sed cur non confeci igitur? aut certè cur non distuli? utrumque ab eàdem causâ, fatebor enim ingenuè; postremus ille gravior morbus me dejecit, & à stilo arcuit; atque idem impulit vel inchaota hæc sic edere, quia post me nihil edi, adamantinum est meum decretum.* Ego *quidem, ut res erat, ostium tunc spectabam: neque nunc ad interiora valdè me recepi. Ceterùm* Exempla *quæ hîc sunt, aut in aliis erunt, scito ab optimis, nec obviis semper auctóribus esse, & cur non eos edidi? quia novitii aut Grammatici commatis illa cura videtur, & aut à vano aut pusillo animo esse. A vano, si lectionem variam jactas: á pusillo, si dis-*

Digitized by Google

fidis credi. Nobis ætas, & priora ſcripta, fidem vindicant: qui abrogat, inquirat, ſpondeo inventurum auctores. Satis eſt, tu iſtis fruere, & reliqua exſpecta (utiliora haud dubiè & rariora, ut res & materia eſt) expecta, inquam, ſi Deus, vita, & otium dabunt. Si non; à te ſuppone, & dedi exemplum.

JUSTI

Digitized by Google

JUSTI LIPSI MONITA ET EXEMPLA POLITICA.

LIBER PRIMUS.

CAPUT I.

In sermonem & rem ingressio, atque obiter utilitas Exemplorum.

AUDITOR. Accedo, annuis? LIPS. Imò accede, & sede, vacuum reperis, & sermonibus haud alienum. Otium est, & lapsus cum equo (non enim ab equo, ne rideas) ferias mihi fecit, & domum servare, focum assidere, jussit. O rem ingenio meo alienam! nec aliud magis vitam aut vigorem mihi sustinet, quàm exercitatio & motus. At ferendum est, quod non mutes. AUD. Ferendum, & nobis diutinum desiderium, quod haud semel promere memini, & ad te velut communi legatione deferre. LIPS. Quid ais? AUD. Illud de EXEMPLIS, quæ viri & juvenes flagitant (ita loquendum est: nec enim petunt tantùm.) subjungi POLITICORVM tuis libris. Sunt ibi Sententiæ & velut Decreta, utilia ac salutaria: quis abnuat? sed ut valida atque efficacia sint, nonne vides usum, id est exempla deesse? Hæc adde, & pulcherrimè cœptum opus absolve: nec muros tantùm & tectum, sed instrumenta atque ornamenta adjunge. Sicut herbas qui sevit, opportunè eas irrigat atque alit, ut adolescant; sic tu Sententiarum istos velut frutices fove & attolle, vel sole, vel pluvia, ut sic dicam, Exemplorum. Utrumvis enim præstant, illustrant, dum in rem velut præsentem ducunt, & facta ostendunt, quæ facienda suadentur; fovent etiam, dum animum erigunt, & re docent

Digitized by Google

non nova, non ardua proponi. Sed & viam præeunt, in quâ vestigia tutò ponamus. Sicut qui gubernandi parùm peritus est, ubi plures naves, cursum temperat, & sequitur priores. Ita vada & scopulos vitat, & sine magnâ suâ arte, portum cum prioribus petit, & tenet. Vidistine etiam, qui ad speculum se comunt, faciem & cultum rectè disponere; prorsus hic idem: aliena vita & facta speculum sunt, & imago, in quâ te videas & ad eam decorè componas. Quod magis fit, ubi varia & multiplex lectio Exempla varia & multa suppeditat; ut eligere sit, & ad rem talem aut talem appositum aliquid semper applicare. Ita sicut Zeuxis ille pictor olim Junonem effigiaturus, virgines Agrigentinorum pulcherrimas conduxit, & è singulis aptavit quod præstantissimum in quaque esset: ita, inquam, Princeps, & politici viri, ab exemplis factisque illustribus potentiam (ea Juno est) & prudentiam suam forment. Quid ais mi Doctor? nihil moveo, aut impetro? LIPS. Illud, nondum istud. Moves, fateor: & ex facili, quippe jam ante motum. Rationes quas dicis, jamdiu in mente agito: & rem per se utilem atque opportunam agnosco: sed ut suscipiam & præstem, nondum herclè impellis. Nam liberè dicamus, cui bono? Spargimus hæc monita; & velut pharmaca ægris, aut lumen cæcutientibus, offerimus: quem usum tamen fructumque videmus? Et vis plura etiam addam, id est perdam; AUD. Bona verba, vir optime. Quod medicis, hoc tibi faciendum censeo: cum veteri imperitiæ morbo acriter pugnandum: & à perseverantia fructum expecta. Sparge, sparge salutaria hæc velut semina: & cur non vel ab agricolæ exemplo? Ille si hoc alteroque anno spes distituit, tamen arat, occat, serit: & Bonus eventus serius, vel uberius, sæpè respondet. Audi tuum doctorem. *Quare verbis parcam Gratuita sunt. Non possum scire, an ei profuturus sim, quem admoneo: illud scio, alicui me profuturum; si multos admonuero. Spargenda est manus. Non potest fieri, ut non aliquando succedat multa tentanti.* LIPS. Hæc quidem auctoritas valde me quatiat: sed & tua honesta sic voluntas. Etiam ratio alia, quod sicut gemmæ, etsi in lutum aut sordes abjectæ, splendorem non amittunt, & dies postea revelat, & attollit: sic in istis, quæ bene & honeste dicuntur, si diem tamen ferent. Ergo huc imus? eamus, tanto alacrius, quo brevius iter laboribus scriptisque nostris restat. Sicut athletæ cùm metam vident & accedunt, etsi fessi, approperant: sic nos in senectutis hoc limite, alacrius promptiusque laboremus, quia laborum mox expertes. Conscintia utique

Sen. Epist. XXIX.

Digitized by Google

tique ſuſtentabit, & vires porriget: quòd hæc atque alia, in tuum ô magne Deus honorem, in veſtrum Principes ac ſubditi bonum moliti ſumus, atque utinam emoliti. Aſpira tu idem ille Deus, ut poſſim; favete vos iſti, & delectantia ſimul atque utilia (talia erunt) pronis animis admittite. Ordinem ſervabo, quem POLITICIS præſtruxi: nec EXEMPLA ſolùm, ſed & MONITA paſſim inſpergam, & alibi QUÆSTIUNCULAS, hæc omnia utrique jam fini à me dicto. At tu audi.

CAPUT II.

DE RELIGIONE.

Ejus utilitas, ſive neceſſitas oſtenſa: vel in tota Societate, vel ſeorſim in Rege, & Subditis.

UT autem qui domum moliuntur, à fundamentis: ſic nos qui Rempublicam, à fulcro & velut baſi ejus, Religione ordiri debemus. Sine ea, non Princeps officium ſuum; non ſubditi facient: ſine ea, ſocietas non erit, quia non fides, non Juſtitia, non Virtus; ſed fraus, licentia, protervitas, &, uno verbo, confuſio hominum ac rerum. Quod frænum erit peccaturis? quis metus ſatis validus? nam externum illum, qui à pœnis aut morte eſt, multi contemnunt: & deſperatio, impetus, aut iracundia, eò ducunt. Eſto igitur vinculum & firmamentum Reipublicæ, Religio: ac Princeps, ut dixi, ipſe habeat, quò Ratio eum & Gratitudo vocant. Rex es? à Deo habes & quò major altiorque, plura benefico illi Numini debes: & per cultum igitur veneration emque ejus agnoſce. Rex es? ut diu & feliciter eſſe poſſis, datori ſupplica: & ſcito tollere poſſe qui tribuit, & evertere qui ſublimavit. Ariſtoteles, ad ſuum Regem: Ἀρχαῖος μὲν ἐστὶν λόγος ἡ πατρὶς ἐστὶ πᾶσιν ἀνθρώποις, ὡς ἐκ θεοῦ τὸ πᾶν, ἡ δὲ θεοῦ, ἡμῖν σωίζεται: *Vetus & à majoribus acceptus hominibus eſt ſermo, quòd* OMNIA A DEO PER DEUM, *nobis ſint conſtituta.* Qui hoc imbibit, Religionem quomodo non habebit? De mundo ad Alexandr.

Prima mihi debes animi bona. SANCTUS *haberi.*

Ex quo ſequetur, ut virtutes etiam habeas, & maximè

Digitized by Google

Modestiam ac Clementiam: quæ Religioni proximè adhærent. Addo, quòd tutior ita eris, amor enim ex isto, & veneratio erga ipsos Principes innascitur: nec facilè exteri aut subditi lædent, cui Numen amicum & propitium arbitrantur. Quid, quòd ipsi subditi ita meliores tranquillioresque? Nulla res magis animos & mores componit, quàm Religio; & illa ubi in pectus demissa, Virtutum agmen sequitur, inprimis mansuetudo quædam animi & tranquillitas, bona impetrantibus, & quæ faciles obnoxiosque præceptis reddit. Denique externa Felicitas eò vocat, quod ab omni ævo observatum, Deum qui se colunt attollere; & piis religiosisque Principibus prospera plurimum eveniſſe, alia aliis. Exemplis hæc firmemus; videamusque in veteri & vana Religione etiam ejus cultores fuisse, & præmium à Deo externum tulisse. Qui si imaginem & speciem ejus honestat ac munerat; quid in verâ faciet? Primum igitur *Monitum*:

MONITUM I. *Deus ubique colendus, etiam inter, & apud hostes.*

Exempl. I AGESILAUS Spartæ rex fecit, qui, ut Xenophon ait venerabatur delubra etiam in hostico sita, ab iisque vim militum & injuriam abstinebat; *quod existimaret divina auxilia, non minus in hostili, quàm amico solo, imploranda esse.*

II. ALEXANDER MAGNUS quam illustri exemplo docuit? Tyrum obsederat, Judææ finitimam, ceperatque. In ardua ea & longa obsidione, auxilia ab Judæis petierat: repulsus, quia cum Dario vetustius iis fœdus erat. Iræ igitur plenus (& animos victoria fecerat) movit in Judæos, ulcisci certus, & prædæ ac cædi omnia destinabat. Venitque ita affectus, sed *Iaddus*, tunc Pontifex, divinitus somnio monitus, cum omni populo candidato, cum cœtu sacerdotum byssino, ipse in hyacinthina stola, tiaram capite & in ea DEI nomen gerens, obvium se dedit, pacis specie atque habitu. Atque ita ferocem Regem religio objecta movit, ut statim mitis submissusque ad Pontificem ultro accederet, & ipsum salutaret, & MIRABILE illud nomen adoraret. Mirati comites, quidam & indignati: è quibus Parmenio Regem adiit, *Quid ita hominem adoraret, qui ipse passim jam pro Deo esset;* Respondit, *non illum se, sed in ipso Deum adorase: quem eâ specie jam ante, in*

Digitized by Google

in urbe Dio Macedoniæ, per somnium vidisset, hortantem ut prompte in Asiam pergeret, sua ope & numine eam subjecturus. Hæc Alexander, & urbi ac genti veniam: quid veniam? præmia atque honores tribuit, & immunes fuisque legibus vivere jussit; & quosdam in militiam suam allegit.

ANTIOCHI Syriæ regis in eadem gente factum simile, imò à se, si non ab auctore, illustrius. Obsideba Hierosolyma, in una urbe bellum patraturus: & ecce festum magnum Judæi Scenopegiæ, sive Tabernaculorum, celebraturi erant. Gens nec in afflictis rebus cultum Dei deseruit: & Legatos ad Antiochum misit, sine alio colore petitum septem dierum inducias, ut operari sacris magni Dei possent. Magnus ille Deus pectus movit, nec petita modò rex indulsit, sed ipse ad ejus cultum versus, boves auratis cornibus, magnam Thuris & odoris vim, deduci ad portas jussit, ac sacerdotibus tradita immolari. Quid magis mirer? aut victoriæ interpellatæ patientiam? an sacra non solum permissa, sed instructa? sacra, quæ contra se conatusque suos susceperi sciebat, fortasse & caput suum iis peti. Sed fructus, ut solet, pietati adfuit, & Judæi moti inopinata benignitate, finem certaminis, initium amicitiæ fecêre, ac se suaque Antiocho permisêre. III.

MON. II. *Sacra nec in periculis deserenda, aut negligenda.*

Romani in arce Capitolina obsidebantur à Gallis, clausis undique viis, nec aditu nec exitu. Quem tamen Religio invenit, quæ nihil deterrita, Q. FABII pectus impulit, sacra solennia & familiaria in colle Quirinali, stato die obire. Is cùm adesset, ipse cultu habituque sacro degressus, per medias hostium stationes, itum tutum & reditum habuit: sive attonitis illis inopinata audacia; sive religione etiam motis, ne pietati intercederent, quam nec præsens periculum, nec mors in oculis, impediissent. I.

Quid PAUSANIAS Spartanorum rex, & Græciæ tunc totius dux? Is in pugnâ nobili ad Platæas cum Persis, in qua de Græciæ salute agebatur: ingruente jam hoste & lacessente, suos continuit, donec per sacra & victimas Dii consulti pugnæ annuissent. Fiebat longius, & hostes interea cunctationem pro metu interpretati, II.

Digitized by Google

terpretati, magis instare, premere: multi é Græcis cadere, nec vel sic tamen telum remitti permisit: sed victimis multiplicatis, supinas denique manus ad cælum, & preces, tulit: *Ut si satis non foret Græco vincere; at saltem ne multis, sed facinore aliquo memorabili edito, mori indulgerunt.* Auditus est, & statim felicia exta: inde procursus, & victoria. Sed quis ille animus? quam fixus obnixiusque in ceremoniis patriis? qui vel internecione cædi eligebat, quam Diis invitis ferrum stringere.

III. An. ∞ cc. XXVII. At vero LUDOVICUS, cui DIVI prænomen virtus & merita pepererunt, Galliæ Rex: per ipsa pericula, imo infortunia, Religionem assertum & defensum ivit. Vita ille Princeps & moribus optimus; justitiæ tutor unicus, histrionum osor, impiorum expulsor, ab anno duodecimo rex, in annum quinquagesimum sextum quo obiit, omnia (ut verbo dicam) cælo & titulo suo digna, edidit. Sed quod meæ nunc rei facit, arma pro Religione bis cepit, primo in Ægyptum trajiciens, infeliciter rem gessit, copiis, commeatu, machinis amissis. Nec tamen animo, iterumque magno exercitu in Africam ivit, uxore, liberis, regno relicto: sed nec ibi felix, unâ re se putavit, quòd vitam si non in acie, in expeditione tamen posuit: id est, Religioni donavit. Mortuus enim in ipsâ Africâ; sed in stirpe diu vixit, & vivit, è quâ HENRICUS QUARTUS Galliarum nunc rex imperat: quem proavi illos animos, sed felicius sumere, bellis & victoriis clarum, tacitum multorum est votum.

IV. ∞ XC. L. Quid ante Ludovicum GODEFREDUS Lotharingiæ & Bulioni Dux? quàm acres illi in pectore stimuli, qui adegerunt rem tentare atque aggredi, vix Europæ viribus patrandam? Judæa & Terra Sancta à profanis & impiis tenebatur: qui loca illa Christo Deo calcacata, aut cruenta, illudebant ac profanabant. Perdolitum est piissimo Heroi (sic nominandus est, & homine in eo aliquid majus:) militem collegit, opas suas & avitum patrimonium expendit, fratres ipsos duos impendit. Deus autem cæptis quàm palam adfuit? ad *sexcenta millia peditum, equitum centena millia* armavit: excercitum, quem raro Europa nostra vidisset. Scio esse, qui numerum minuant: sed fuisse certum est, etsi non omnes perveniste. *Venit* igitur in Syriam, & (ut Julianis olim verbis dicam) *vidit vicit*, Rex Terræ Sanctæ factus, victoriis & vita illustris obiit: quem mirari

Digitized by Google

rari aliquando subiit, non & ipsum relatum in Divorum numerum, tam claris testatisque meritis.

CAROLUS QUINTUS Imperator, multâ vitæ sanctimonia. præsertim jam senior, fuit. Preces ipse componere, noctu surgere & ad Deum fundere: sed ardorem præsertim & studium in tuenda Religione profiteri. Voluisset & propagandâ: ac quærentis ejus vox sæpe audita, Quòd per bella interna, & cum Christianis Principibus, laurea eriperetur, quam de veris profanisque hostibus posset referre. Sed quod ad tuendam, notum quid in Germanico bello fecerat: quàm periculose susceperit, animose gesserit, feliciter consummarit. In eo, dum Saxonem persequitur, ad Albim fluvium: sub ipsum prælii tempus observavit imaginem Christi, in cruce adfixi, plumbea glande ab impio milite recenter trajectam Stetit, & ingemuit: atque altà voce ad Deum clamavit, *Domine, si vis injuriam hanc ulcisci, potes: ecce autem me vindicem tuum paratum, juva.* Certe audivit, & juvit, fuga & dissipatio hostium ad ejus adspectum facta, Dux ipse saucius in manus venit, & Bellum uno prælio confectum, V.

MON. III. *Tutio sacrorum famam & potentiam donat.*

Cujus clarissimum exemplum est PHILIPPUS MACEDO: qui tenuis adhuc viribus, neque inclytus nomine, gradum ad illa utraque fecit à sacrorum tutela. Phocenses in Græcia, cùm Delphico templo præessent, bello impliciti, thesauros ejus Dei veteres & famâ celebres tangere ausi, & mutui titulo, quid nisi spoliare? Ea res in odio & exsecratione omnium cùm esset, solus ipse non iram, sed vindictam etiam & arma sumpsit, Contra sumunt Phocenses, Onomarcho quodam duce: & juncti exercitus & prælio instruuntur. Ibi Philippus, pulcherrimo astu, suos omnes lauru coronari jussit (sacræ Apollini ea frondem:) atque ita velut Deo duce, & Deo dicatum exercitum, manus conserere. Factum & alacriter, & feliciter, cùm Phocenses ipsis insignibus violati numinis conspectis, in fugam consternati, armis abjectis abeunt, & temeratæ Religiosis pœnas multo sanguine suo pendunt. In gratia & gloria ab hac re Philippus, auxit opes & regnum, quod obscurum & modicum, validissimum Europæ affecit: & filio materiem ad illud Asiæ quærendum reliquit. I.

CON-

Digitized by Google

II. CONSTANTINUM MAGNUM licet addere: eò justiùs, quòd veræ pietatis præbuit se assertorem. Quà ea ad id ævi jacebat? oppressa cædibus, ignibus, aquis: & caput aut vocem attollere in ejus professionem non erat. Ille ante Principatum affectum aliquem, & jam Princeps amorem ostendit: templa diis clausit, Christo aperuit, & omni vi atq; arte hoc nomen & numen ivit propagatum. An non se unà? imperium turbidis temporibus, & seditioni factis, firmiter ad senectutem tenuit, & suis adeò reliquit. Prospera multa bello gessit, veterem Romam tenuit, & novam struxit. Hæc omnia cui accepto, nisi Religioni atque ejus tutelæ, referat?

III. CAROLUS deinde MAGNUS iterum novi auctor imperii, qui id a Romanis vel potiùs Barbaris (nam ii dominabantur in Italia) ad Francos Germanosque transtulit: is inquam, palàm hunc titulum debet inscripsitque tuitioni sacrorum. Ter in Italiam copias duxit, & victrices reduxit: ut laborantem à seditiosis aut ab hostibus Pontificem Maximum, in libertatem assereret, atque etiam dignitatem. Eumdem potentiâ & finibus auxit, Ravennate Exarchatu, atque aliis in Italia, perpetuo dominii jure concessis. Alione etiam suo fructu? alio, nam jam Imperator victorias inclytas peperit. & ô laudabiles! contra hostes fidei bellis ferè susceptis. Mauros in Hispaniâ fregit & comminuit; Saxones, Danos, Avares in triumphum, nec suum, sed Christi duxit. Plerique enim errores detraxit, & lumen veritatis nostræ infudit. Magnum Principem! & unde, dixi.

IV. At Hispaniæ mentio ALFONSUM, sive ADELFONSUM, ut prisci fere scribunt, ejus regem mihi suggerit, ab ista hac radice florentem. Hispania scissa tunc variè, & Mauricis armis regnisque infesta erat: multa recepit, junxit: & semper in istis prima ei cura, templa instaurare, vasis vestibusque, ad sacrorum cultum, exornare. Adeoque hæc agenti favor numinis adfuit, ut sæpe cum animosa audacia an temeritate dicam, castra hostium explorabundus, atque id solus adierit: solus redierit ac sese explicarit, idque cum agnitus interdum ab iis fuisset. Miraculum hic quis non agnoscat? Isto fervore (sic appellare debeo) CATHOLICI regis agnomen meruit: quod idem antea *Recaredo* datum in Concilio Toletano, cùm Gothorum gentem, abjectis Arii deliriis, in Ecclesiæ castra redu-

Digitized by Google

reduxisset. Ac tertium, idem in *Ferdinando* rege, patrum memoria à Julio II. Pontifice renovatum, qui Mauros totâ Hispaniâ ejecit: & ab eo posteris successoribusque, ad hunc diem, glorioſum id & solenne manſit.

Tene ego hîc RUDOLFE AUSTRIACE præteream? te, qui fluctuans per dissidia Imperium stabiliisti, & gentem fatalem sceptris regnisque propagasti. Quo merito! inquirere in Deum & divina consulta nefas, nec facio: sed non est inquisitio, quæ in aperto sunt memorare. Tu in modica adhuc fortuna, nec nisi Comes Habespurgensis, Pietatis multiplex studium prætulisti: & illi sequentem magnitudinem tuam vaticinia & divinæ voces adscripserunt. Unum videamus. Venatum fortè, ut nobilitas illa & noſtra solet, cum paucis in equo exiverat. Pluvius dies erat, & viæ fractæ & sordentes: ecce occurrit sacerdos, venerabilem & mysticam Hostiam, extremum solatium, ægro laturus: & occurrit pedes. Is adspectus pium pectus perculit, nec sine indignatiuncula aliqua equo desilit: &, *Me vehi, te qui Servatorem meum portas, pedibus incedere? indecorum, vel impium sit; conscende, & equum hunc cape.* Jussio, non preces erant: paret ille, & iste capite revelato humilis sequitur, ad ipsas ædes ægri deducit, ab iis eodem habitu reducit. Jam domi & apud se Sacerdos erat, qui officio attonitus, & mente à Deo motâ, bene abeunti dixit, & simul Imperium ipsis posterisque prædixit. Alii tamen ad Suevicam vatem hoc referunt: quidam & somnio sequentis noctis edoctum ipsum volunt. Undeunde prædictio; & res illa certa, & rata ista fuit, ac fidem etiamnunc ab eventis habet. Sed hæc narratio Monitum aliud mihi suggerit. V. 4. & Lxiii 1.

MON. IV. *Sacrorum antistites aut administros honorandos, audiendos esse.*

ALEXANDER SEVERUS Imperator tanti eos fecit, ut judicatas à se causas, à Pontificibus atque Auguribus retractari, atque aliter quàm ipse censuisset terminari, æquo animo pateretur. Bona submissio, non minuit, sed auxit Principale culmen, infra Religionem id posuisse. I.

CONSTANTINUS MAGNUS, cùm initio, ut fit, libertatis fervor & fluctus, & contentio aliqua inter II.

Eccle-

Digitized by Google

Ecclesiæ proceres esset : indicto Concilio Nicæno, ipse interfuit, & auctoritatem accommodavit. Ecce autem libelli plures, qui mutuas criminationes continerent, ad eum delati fuerunt : quos omnes quasi lecturus cognituruſque accepit. Sed in unum fascem collectos, in ignem statim, nec inspectos quidem, coram omnibus jecit. Duo videlicet eo facto significans, & indignum illis esse, certare æmulatione aut odiis : nec se dignum qui de iis judicaret, quos Deus judicare vicem suam in terris jussisset.

III. Dcccc. xcvii. Jam ROBERTUS Galliæ rex quàm eosdem honoravit, & misceri iis honorem suum putavit; Scholas ac templa adibat, locum inter eos sumebat : nec orabat solùm cum iis, sed in publico psallebat. Quin & cantica ejus sacra, quæ composuit ediditque, Ecclesia etiamnunc usurpat. Vir demissæ & raræ sanctimoniæ. Cui Deus etiam miraculo attestatus est : cum, Avallonem urbem eo obsidente, muri sponte corruerunt. Ipso interea laudes hymnosque cum sacerdotibus in tabernaculo concinente.

IV. cc. cc. Lxxix. Sed hoc mirari quàm imitari plures volunt. Sicut & illud quod de OSMANE, URCHANE, MURATE, à quibus Turcicum hoc grande imperium fundatum cæptumque est, Annales ejus gentis hisipsis verbis (digna enim ea prodi) tradunt. *Quoties convivas vocabant, vescebantur adhibitis Talismanis* (ita Sacerdotes dicunt:) *quorum præceptis, & admonitionibus inter convivandum aures præbebant, & Alcoranum legi jubebant.* De Principibus, an de Monachis hæc narrantur;

V. cc. c. Lxxiv. At submissionis exemplum etiam unum, quod horridæ &, ut quorumdam deliciæ sunt, sordidæ Pietatis videbitur, in HENRICO II. Anglorum rege. Ille suspectus in cæde beati Thomæ Cantuariensis Antistitis, non facto aut manibus ejus, sed jussu consensuve patratâ : & sæpè admonitus; ac renitens semper aut abnuens, ad extremum ipsa conscientia salutariter adducente, ad ipsum locum sepulchrumq; beati viri, Cantuariam venit, atque ibi statim in terram, simul & lacrimas, effusus, veniam pacemque petiit. Sancto deinde à pœnitentia impetu, ad cœtum monachorum pergit, & multis precibus impetravit, ut à singulis eorum ordine virgis vapularet. Quid dicam; stupeo. Rex fecit, sponte fecit; sui oblitus, dum Deum cogitat; judicii hominum, dum cœli præmia. O si hic vilem, ibi beatum! imò

imò & hic, dum Deus ipso illo tempore eum attollit & magnificat, rege Scotorum â ducibus suis victo, capto, & per triumphum adducto. Plura in Religione liceat: sed seorsim jam feci in libello, quem *De Una Religione* vulgavi.

CAPUT III.

DE SUPERSTITIONE.

Asitam Religioni esse, & in vanitatem, vilitatem, timorem inclinare.

RELIGIO igitur laudabilis: sed sita velut inter duos scopulos, Superstitionem & Impietatem, quem utrumque suademus, & opus est, vitare. Subit miserari humanam conditionem, sive, ut Plutarchi verbis efferam, ἀνθρωπίνην ἀσθένειαν, ὅρον οὐκ ἔχουσαν, ἀλλ' εἰς ἀφροσύνην, ὅταν μὲν εἰς δεισιδαιμονίαν καὶ τύφον ὅταν δὲ εἰς ἀλιγωρίαν τῶν θείων ἢ καταφρόνησιν: *humanam imbecillitatem, quæ finem aut modum non habet, sed alias abripitur in Superstitionem & vanitatem, alias in Neglectum rerum divinarum aut Contemptum.* In Camil. O utraque magna pestis! sed illa crebrior, hæc deterior: atque illa Pietatis ipsâ imagine se commendat. Sed imagine, neque aliud est, quam *humanarum mentium ludibrium, Superstitio.* Quæ rudes, barbaros, & malè factos animos maximè tangit: ἡ δεισιδαιμονία φύσει τὸ βαρβαρικόν *Pronum natura ad Superstitionem genus barbaricum.* Curt. lib. VII. Ea autem non aliud est, quam cultus Dei quem, aut cui non debet; aut aliter, ac debet. Errat in eligendo: vel modum excedit in colendo, & serviliter, muliebriter, pueriliter se gerit. Proprius autem ei timor, & inquietudo: quæ animos deprimunt, & ad nullam rem seriam aut altam patiuntur aptari. Itaque Principi fugienda maximè: etsi

MON. I. *In tristibus aut adversis sæpè se insinuat:*

Quod in ALEXANDRO MAGNO notatum, qui omni equidem vitâ religiosus, in extrema ea ad hanc declinavit. Nam ita animi & corporis æger jam se gessit, ait Plutarchus, *ut nihil esset tam parvum aut absurdum, si modò insolitum, quod in prodigium aut omen non verteret. Itaque sacrificantium, lustrantium, divinantium* I. In Alexandro.

Digitized by Google

regia erat plena: & plenus ipsis malis curisque, mortem dum fugit, accersit?

II. An non in LUDOVICO XI. rege Galliæ simile? qui ætate & valetudine jam inclinante, medicis blanditur, & auri montes promittit ac donat: deinde & sanctos viros evocat, & è silvis educit, quibus vitam suam non emendandam, sed propagandam commendat. Tanto intereà metu, ut in arce munita, & fenestris ipsis atque omni aditu clathris ferreis obstructo, sese includeret: id est, quid nisi in spontaneum carcerem daret? O miser, hoc assiduè times, quod semel faciendum est? hoc times, quod in tua manu est, ne timeas? Pietatem assume, Superstitionem omitte, mors tua vita erit, & quidem beata, atque æterna.

MON. II. *In frivolis aut parvis se ostendit.*

Cujus rei cottidiana, pænè dicam, exempla sunt. Illustre in magno AUGUSTO, *qui auspicia & omina*, ait Suetonius, *pro certissimis observabat: sed nec Somnia sua, aut aliena de se negligebat, ne peregrinarum quidem religionum contemptor, cùm Cereris Atticæ mysteriis initiari voluerit.* Quid ei quietum, in talibus occupato?

QUÆSTIUNCULA.

An in populo non utilis Superstitio, & Principi permittenda.

A Principe igitur ipso removemus: imò ausim dicere, nimiam pietatem. Munus enim ejus intueor, quod à divinis ad humana etiam vocat: in quo ipso est Dei quidem cultus & honos. Nicephorus Gregoras scitè hoc mihi dixisse videtur: Τὰ μὲν σωφρονοῦντα τῶν νέων τῇ κρὸς Θεὸν θεωρίᾳ, ἤθεσι δὲ πολιτικοῖς καὶ ἀγχιβάθοις ἐκπαιδεύσας, ὅσοις δὲ μὴ τὰ ἄριστα κἀν πολιτικὸν ἦσκησεν, ἠθῶν λαὸν ὁδηγῶν εἰς τὰ βέλτιστα καὶ σωτήρια κράτιστος: *Qui in una Dei contemplatione mentem defixam habet, ei montes & spelunccas habitare convenit. At qui, unà cum virtute, etiam mores civiles exercuit & junxit, quique notitiam paravit rerum variarum, ille verò populum regere, & ducere ad optima optimus est.* Sed hoc cum ita sit: quid igitur? inquiunt, an non populum

Lib. III.

Digitized by Google

lum saltem in Superstitione habere, Principi utile, & optandum est? Sunt qui asserant, & præsertim è priscis. Nam mitigari ita animos, & faciliores reddi ad parendum, Livius Numam, qui Romam Superstitionibus replevit, spectasse hoc vult: *& omnium primum, rem ad multitudinem imperitam, & illis temporibus rudem, efficacissimam, Deorum metum injecisse.* Lib. I. Et verò facit ad ingenium multitudinis, quæ alioquin *impotens, sæva, mutabilis, ubi vana religione capta est, melius vatibus suis* (sive & *sacerdotibus*) *quam ducibus regibusque paret.* Quin & Polybius Romanos laudat, & prudenter fecisse autumat, *quòd partem eam, quæ Religionem & Deos spectat, in Republica sua sic confirmarint & penè tragicè extulerint, ut nihil sit addere. Quod mihi quidem videntur,* inquit, PLEBIS CAUSSA *fecisse, nam si è sapientibus viris Rempublicam fas constituere: nihil opus sit tali istâ inductione uti: at cum multitudo vana sit, & varia præter leges appetat, iracunda ac violenta, utile fuit interno hoc terrore, & Superstitionis velut tragœdia cohiberi.* Curtius, Lib. IV. Hæc isti & nobis non persuadeant, in bona Republica vitiorum caput & fontem approbare. Mites animi fiunt, inquiunt. Imò viles, & istæ persuasiunculæ, ut cum poëta dicam,

——— Faciunt animos humiles formidine divûm,
Depressosque premunt ad terram.

Nemo magnanimus, & alta meditans Princeps, tales subditos suos velit. Obedientiores etiam sunt? Abnuo, imò ad motus aut rebellionem proniores. Quoties olim & nuper visum, pravæ aut novæ Religionis titulo, populum concitatum? Unus aliquis concionator, sanctimoniæ famâ, ut telo armatus, & eloquentiâ aliqua ornatus, quid non patrat? Omitto vetera, aut extera: ante annos circiter centum HIERONYMUS SAVANAROLA Florentinus, religiosi habitu (in Divi Dominici cœtu erat) tum vitæ vera an ficta sanctimonia, ad hæc facundia, populum in se converterat. Pulsi Medicæi urbe erant, & popularis status introductus: quem ille, ut ambitioni suæ opportunum, omni ope tuebatur. Plebs ab eo pendula, & verba consultaque ejus, oracula habere: ipsi optimates virum colere, & per eum se suosque ad Rempublicam (nam hæc in ejus manu) promovere. Regnabat enim non in concionibus tantum & sacris ædibus, sed in curia, sed in comitiis: & rarò publicè, imo

Digitized by Google

privatim majus aliquid, sine ejus arbitrio gestum. Dicam? non animis modò, sed & arcis, sed & armis civium, imperabat. Hoc regnum totos annos quattuor exercuit, sed cum invida interfectorum aliquot civium laboraret? alia etiam objicerentur, quorum purgandorum, & divinitatis famæ augendæ, cùm pyram ardentem ingressurum se ultro spopondisset; mox retractans, vanitatis manifestus, & ex eo contemptior, apparuit. Deniq; in Pontificem summum linguæ suæ tela vibrans, primò bonorum, mox & mediorum favore destitutus, pœnas ad ultimum ambitiosæ pietatis publico igne luit. Scio variare super eo judicia, & benignius quosdam loqui: esto, sed exemplum tamen potentiæ in populo, per titulum Religionis, insigne & Principibus metuendum præbuit. Talia aliqua in libello *De Una Religione* dicta. Jam ratio firmissima & intima, Christiano Principi nefas Superstitionem fovere. Et illi exterorum qui fecerunt, quam turpiter & fædè instituerunt? exempla libet dare, & ridere; ac primùm

ÆGYPTIORUM, quos omnes gentes credo equidem vanâ & stultâ Superstitione anteivisse. Neque enim ad homines, aut ad mortuos modò Deorum cultum, *Isim*, *Serapim*, *Anubim*; sed ad bestias, easque vilissimas transtulerunt, *Canes*, *Ichneumones*, *Feles*, *Accipitres*, *Ibides*, *Lupos*, *Crocodilos*, tales plures. O amentiam! his cibos dare per obsequium pietatis soliti; his agros & vectigalia è publico assignare, horum in signis imagines præferre, his denique defunctis cum planctu funus, & sumptu monumenta facere. Ex his si quis sciens aliquod interfecisset, interficiebatur, si quis vel inficiens *Felem* aut *Ibidem*, idem. Nugari videar, sed vera suo malo sensit Romanus civis, ævo Diodori Siculi, id est Tullii Ciceronis, nam ipse id scribit, & testem ac spectatorem rei se adscribit. Ptolomæus inquit, quem Romani in regnum postea restituerunt, cum primò Socius & amicus à Senatu P. Q. Romano dictus esset, magna lætitia publica, & concursus fuit. Erant & Romani in turba: atque inter eos miles casu (non enim sponte) felem occidit. Clamor, ira, tumultus, non insciția miseri, non Romani nominis reverentia, non imperium Regis, qui purpuratorum præcipuos miserat ad sedandum & deprecandum: nihil inquam, horum juvit, quin ille statim millenis manibus discerperetur, sic ut nec funeri aut rogo aliquid superesset. Vides quàm mitis Superstitio

Digitized by Google

stitio, rabies & furor est, cùm pectora invasit.

Sed & aliter etiam sævitia, an vesania est, in exem- II.
plo, quod eidem scriptori debemus. ÆGYPTUM aliquando fames invasit, sic ut alimenta deessent. Quid factum? versi sunt ad humanas carnes, & pepercerunt dictis bestiis: pepercerunt? imò & aluerunt, neque ambiguum quin & humanâ carne. Cœcitatem! ergo homo Deo proximus, infra fœda animalia ponitur: & ille horum gratiâ interit; id est, quid nisi iis immolatur?

Tolerabiliùs AFRI, qui non bestiis, sed Saturno tamen homines vivos sacrificabant, & præsertim pue- III.
ros, ætatem florentem, innoxiam; & ideo crudo illi Deo gratiorem. Res ita fuit. Stabat Carthagine statua Saturni ænea, manibus leviter sublatis, iterumque pandis in terram demissis. In eas solenniter vir aut puer impositus, statim præceps devolvebatur in subjectum barathrum, igne & ejus alimentis plenum. Id vivi comburium Deo dabatur, stato quidem die quotannis: sed aliquando & extra ordinem, & multiplicatis victimis, si clades aut tristius aliquid civitati eveniisset. Ut in eâ, quam ab Agathocle acceperant, placuit decreto ducentos (horresco referens) optimatum filios Saturno sic immolari, &, quis credat? totidem alii sponte se obtulerunt, ipsa clades an florem hunc civium abstulerat, quem Superstitio impendit? Indignor, an misereor? & lacrimas conditioni humanæ impendo, cui *uni Superstitionem datam* Plinius conqueritur: an non jure, cùm in hos usus?

Sed ad ridenda magis, quàm deflenda eamus: & IV.
stultitiam, quàm sævitiam accusemus. MAHUMETES &c. xx.
ille, heu nimis nostris caldibus notus, cùm cupidine agitaretur novarum opum & imperii, novam Religionem, id est Superstitionem commentus est: ita me Deus, indecoram, futilem, nec colore ullo veri tinctam: etsi ex Judæorum Christianorumque libris, velut per Satyram, miscuit & confecit. O nugas, ô deliria! & lubet quædam recensere. Primum est, Deum unum solidumque (ὁλόφυες Græci exprimunt) eumdemque incorporeum esse: Christum non Deum, sed magnum vatem & prophetam; sed tamen majorem, & proximè à Deo missum. Præmia qui ipsum audient, Paradisum, qui post aliqua annorum millia referabitur: ubi quattuor flumina, lacte, vino, melle, aquâ fluere: ibi palatia & ædificia gemmata atque

Digitized by Google

aurata esse: carnes avium suavissimarum, fructus omne genus, quos sparsi jacentesque sub umbra arborum edent: sed caput felicitatis, viros fœminasque majores solito, magnis genitalibus, assiduâ libidine & ejus usu, sine tædio aut fatigatione. Credet hæc aliquis dicta, & accepta? amplius. Ille verò Veneris his illecebris totam legem suam implevit: & viro permittit uxores justas quatruor habere, pellices tot quot lubet. Etiam scripsit his verbis: *Mulieres habitaculum viri esse, ideò assiduè debere eas colere, sed & ingredi quà vellent*. O turpitudinem! non provocat solùm ad crebram, sed ad promiscuam libidinem: & supera, infera, adversa, aversa, eodem jure habet. Atque adeò ipse bellè & in exemplum gloriatur, *Undecim se mulieres habuisse in contubernio, & omnes unâ horâ singillatim iniviſſe, & patrasse*: Hæc & plura in ejus *Corano*: sed & Physica quoque miranda. Nam facit Solem & Lunam in equis vehi: illum autem in aquam calidam vespere mergi, & bené lotum ascendere atque oriri. Stellas in aëre é catenis aureis pendêre: terram in bovini cornu cuspide stabilitam, & agitante se bove ac succutiente fieri terræ motum. Hominem autem ex hirudine aut sanguisuga nasci, & quid addam? pudet, piget, miseret generis humani, cujus magna aut maxima pars his non vanitatibus, sed stuporibus est oppressa. Nam Asia fere tota, plurimum Africæ, multum Europæ, jura sceptri & sacri Turcici accepit. Quin & multi extra Turcarum jura, ut magnus Turcarum Chamus, ut Persa, ut alii in India & extremo Oriente, deliria hæc delirant.

Quid etiam omitto? iidem TURCÆ, ad Ægyptiorum morem, feles, canes, pisces, aves, si non adorant, colunt tamen & pascunt: & his se velut largitionibus demereri divinum Numen censent. Itaque videre Byzantii statis horis est, cibos apponi dictis animalibus: nec viles quosdam, aut mensarum analecta, sed orizam coctam, carnes assas recens, & hoc fine ex opsopolio emptas, quas & perticis longis imponere solent, & sic fugacibus aut vitabundis eorum dare. Quid, quòd aves etiam captas redimunt, & aëri ac libertati deinde, per pietatem, restituunt? Jam in re inanima, id est Charta, quas nugas edunt? Nefas eam abjici, aut calcari: sicubi vel fragmen vident, tollunt religiosè, & parieti adfigunt, aut imponunt. Refert Augerius Busbequius, in legatione sua ad Soleimannum, cum ducto-

Digitized by Google

ductores tutoresque viæ Genitzaros haberet, graviter aliquando apud se questos, quod famulitio ejus charta ad obscenos usus esset. Causa autem quam justa? quia *Coranus* ille in ea scriptus.

VI. Sed lubet levi oculo alia terrarum etiam, & in iis Superstitionem, lustrare: quæ discolor, sed ubique decolor, & candori ac veritati aliena comparet. Sunt in Orientis magno tractu, qui MALABARES appellantur, & à Calecutio, mare versus, & introrsum etiam colunt. Iis varii Dii, & simulacra eorum, fœdo habitu, colore etiam ferè in nigrum. Templa *Pagodes* vocant: sacerdotes, *Brachmanes*. Iis tanta reverentia, ut & belli tempore mediis armis interveniant, sola religione & nomine suo tuti. Insigne eorum, tria fila, quæ ab humero dextro in sinistrum latus ligant. Nomen vetus est Indorum sapientum; & quædam ex iis habent. Sunt enim Astrologiæ periti, sed & Magiæ, ac prædictionibus plebi varie spem aut metum præbent. Finis earum, quæsticulus; ut in hoc genere solet, quem ex sacrificiis aucupantur, cum Diis suis cibos, sed & nummos, offerri jubent; atque ipsi iis vescuntur, aut utuntur. Sacra eorum & conventus ferè cruenti, tela enim in se spargunt; & qui iis occumbunt, migrare ad beatorum sedes rectâ censentur. Animas immortales prædicant, sed Pythagoræ somnio, in corpora alia transire.

VII. Sunt & SINITÆ, sive SINENSES, ulteriore tractu; ii quoque in Deorum cultu, quos domesticatim plures habent, quosdam & tricipiti figurâ; an auditiunculâ aliquâ & adumbratione nostræ Trinitatis, quando & D. Thomam, & Christiana olim sacra, in iis locis fuisse, constans traditio est? Sed Deunculos istos adeò magni haud faciunt, ut si aliquid præter spem aut vota evênit, ab ipsis pœnas exigant, atque adeò flagris cæsos in publicum sæpè abjiciant & exponant. Mox tamen pœnitentiâ recipiunt, iterumque (ô bellum ludum!) adorant, placant, supplicant, verbis, thure, mero. Solem tamen inter omnes præcipuo cultu & æstimatione habent: atque huic extra ædes progressi, sub dio, de patera * vinum, Græco & Romano more, libant. Sacerdotes, pro Deorum numero, ipsi quoq; frequentes. Sunt *Bonzii*, sunt & *Bonziæ* fœminæ; & super utrosque *Tundi*: denique unus supremus omnium *Zassa*.

* *Vinum ejus loci è palmis.*

Digitized by Google

Hi Bonzii conventus suos & contubernia habent: ut Religiosi apud nos cœnobia; in regno quidem Japoniæ ita crebra, ut una aliqua provincia supra DCCC. recenseat: in quorum singulis haud minus sit triginta Bonziorum. Nomino Japoniam, nam & ii ritus eosdem cum Sinitis & sacra habent, hauseruntque utrique à communi doctore *Xacâ*. Eorum dogma, Animas interire, eademque omnia à morte, quæ ante natalem: exitiabili Virtuti.

VIII. Jam in novo orbe & illa AMERICA quid dicam? spissæ & Cimmeriæ tenebræ: nisi quòd Hispani leviter (sed adhuc leviter) dispulerunt, & lucem nostram intulerunt. In PERUVII regni finibus receptum, Solem colere: quod Ingæ reges pro firmamento aut insigni dominationis instituerunt, cum essent dii antea diversi. Illorum solenne, templa ubique Soli erigere, ampla, magnifica, auro laqueata: aut & strata. In iis castæ aliquot Virgines, quarum pudicitia devota: nec fas polluere, nisi ut luerent morte. Excusatur, si qua juravit à Sole compressam se, & ex eo uterum ferre. Pæne is ritus fuit, qui Vestalium Romæ: sed numerus prægrandior, & in uno aliquo templo ducentæ, aut plures. Alii etiam ministri & æditui, alibi ad millia triginta: idque tantum in templi unius cultum & usum. Sed earum munus, lanam & filum carpere, vestes texere, diis ornandis: sive & ad sacrorum ritum, quo solent vestes & hæc texta unà cum ossibus pecudum cremare, & mixtum cinerem, in altum spectantes, Soli jactare. Has virgines *Mamaconas* vocabant: ipsa templa, aut idola, *Guacas*. Sunt & alii sacerdotes, vestitu niveo insignes: qui Deos adeunt, salutant, sermocinantur, sed id cum hac cautione, ut terram despectent, & oculos versus eos non attollant. Imò quidam aut obligant sibi lumina, aut eruunt semel & evellunt: quod sanctius reverentiusque habetur. Sacrificia sunt pecudes ejus loci, sed homines crebrò etiam, & infantes. Horum sanguine simulacra oblinunt: deinde exta inspiciunt, & è notis augurantur.

IX. In VICINIS ejus regni LOCIS deorum alia portenta. Quidam tigres, leones, fera ejusmodi animalia colunt: alii feles, aut aves. Quidam (in provincia, quæ *Manta* dicitur) Smaragdum insignem gemmam adorant, & pro vero numine habent. Mos omnibus, herbas

Digitized by Google

herbas certas pro thure adolere & incendere: itemque captivos sacrificare, aut si desunt, è suis. Oracula petunt, & capiunt: tam certa plerumque fide; ut Hispani tradant, nihil in eorum bellis, aut in suis civilibus evenisse, quod non prædictionibus fuerit vulgatum. Immortalitatem animi credunt, sed, ut videtur, cum ipso corpore, & quasi migrent: certe sepulchra laxiora, & magis apparata faciunt, quàm ullas viventium domos. Sed & cùm moriuntur, comites accipiunt, quam ad ministerium aut solatium: atque imprimis carissimas uxorum. Ex certant inter se & æmulantur, quæ cum mortuo viva (ita fit) defodiatur. Quod si insignior aliquis satrapa aut regulus obiit, turba est eorum earumque, quæ commoriuntur. Argumentum, quòd ad res lætas & geniales ire se putent, hoc est, quòd potum & cibum affatim apponant; sed & quotannis velut parentalibus, per foramen supernè, de industria sic factum, infundant. Choreas illio, & in aliis festis diebus honori Deorum ducunt, bini & bini juncti manu in seriem, duobus præsultoribus, qui dant modos. Tenent autem sic saltantes vas potorium (assiduè enim bibunt) & alterâ interim penem, ut infusa emittant.

Ultimi sunto MEXICANI, quos dividit angustior ille Isthmus. Vastum regnum, & olim innumerus populus, & dii pro modo. Nam omnium fermè rerum affectuumque eos habebant, ut Aquæ, Piscium, Frumenti, Fructuum, Armorum, Bellorum, & quidquid dici fingique tale potest. Ajunt ad duo millia Deorum culta solenniter in urbe *Themistitan*, quæ regni metropolis fuisse. Templa iis magnifica, laxa, quadratâ ferè formâ. Sacrificia cruenta, ex animato, & ex homine: atque adeò hominum ad quinquaginta, aut supra, millia uno anno immolabant. Dignum relatu est quod Ferdinando Cortesio (immortalis gloriæ, ob quæsitum subactumque hunc tractum) Cortesio, inquam, evênit. Populi quidam ibi, novitate facinorum ejus attoniti, legatos mittunt, qui sic affantur: *Tria genera munerum ad te ferimus. Primo quinque homines, & si Deus quidem crudus es, & sanguine placandus; cape istos, & vescere, plures etiam dabimus. Sin bonus mitisque es Deus; en tibi herbas & plumas, ad supplicandum. Si porro homo es; cape has aves & fructus, quos damus in tuum & tuorum usum.* O Deus! qui cœpisti has tenebras minuere, totas pelle, & ipsum te verum novumque Deum cum novo imperio ostende.

X.

Digitized by Google

XI. Pleraſque Superſtitiones, quæ in partibus orbis ſunt, dixi: unam quæ in toto eſt, omiſi, JUDÆORUM. Ii enim ſparſi per Europam, Africam, Aſiam, quaquà verſus colunt: pertinax natio, & qui umbram pro luce, pro veritate imaginem tenuerunt, & tenent. Quam multa etiam priſcis illis ſuis, ſacriſque libris, vana, ſuperflua, inepta addiderunt? ad Thalmudem appello. Sed iſti, quod mirum, & ter mirum eſt, toties attriti vel exciſi potiùs, vivunt & vigent; & corpus illud gentis ſervant, atque adeò propagant. Legat, qui volet, ab Hieroſolymis captis, quoties à Principibus Romanis Græciſque pulſi vel cæſi, quoties à Chriſtianis etiam Regibus ſint: mirabitur & vix credet, vel paucos ſupereſſe in ſemen. At illi, ut dixi, frequentes ſunt & florent, frequentes? Bellonium audi, fidum obſervatorem. *In omni imperio Turcico*, inquit, *vix opidum aut pagus eſt, in quo non plurimi Judæi agant: atque ii ferè variarum linguarum periti, quod magno uſui eſt exteris aut peregrinis.* Nec in illo tantum imperio, ſed in Oriente, in Septemtrione, apud Chriſtianos etiam agunt: & quanquam ſic diſtracti, unionem & puritatem gentis ſervant, à conjugiis alienigenarum decreto averſi. Quid Deus in iſtis ſtruat aut moliatur, neſcio: nulla quidem gens ab orbe condito, aut frequentiam, aut ſinceritatem ſuam ſervavit, opinor, præter iſtam.

CAPUT IV.

DE IMPIETATE.

Ejus matrem Superbiam, aut Ferociam, ſæpè & Vitiorum cumulum, eſſe.

DEFLECTIO altera *Impietas*, ſive *Irreligio*, ſi ἀσέβειαν Græcorum ſic licet vertere. Grande, ut ſic dicam, malorum malum: imò à Natura abit, contemptor Numinis aut negator, quod illa aſſeruit, & hæc inſevit. Eò veniri ſolet, ſive à ſuperba quadam & rudi Ferocia; ſive à Vitiorum magnitudine & cumulo, quæ animum manciparunt. Deo enim tum ſe ſubtrahit, & ne illum timeat, ſpernit: itemque præmia omnia futura, aut pœnas. Infelices hi tales! etiam in externis rebus ſucceſſibuſque: quia deſertores ſui Deus deſerit, nec cadunt ſolum turpiter ſæpè, ſed ruunt. Quàm fœdi etiam ſunt? ſuper omnes Superſti-

Digitized by Google

perſtitioſos : quia ut illi connivent ad ſupremum Numen, aut malè vident ; ſic iſti cœcutiunt, & nihil vident. Quis autem neget cæcitatem deteriorem lippitudine eſſe ? Eam ego in paucis exemplis proponam: paucis & id ipſum timidè, nec aliter quàm in templis malos Genios ſolemus, ad fugiendum & abhorrendum.

Omitto veteres, apud quos veniam aliquam habuerit, in caligine eorum: apud Chriſtianos quî poteſt? Et ſunt tamen, qui non vitâ ſolùm eam præferunt: ſed impudenter linguâ exprimunt, ut ille FREDERICUS II. Imperator, cui ſæpè in ore: *Tres fuiſſe inſignes impoſtores, qui genus humanum ſeduxerunt, Moyſem, Chriſtum, Mahumetem.* O impurè, ô impiè! te hoc dicere, quòd gentilium quidam olim, *Chriſtum magum fuiſſe, & ex Ægyptiorum adytis angelorum potentium nomina habuiſſe?* I. Arnob. I.

Mitior ALPHONSI X. Hiſpaniæ regis, ſed non melior vox aut ſenſus, qui ſolitus Providentiam itidem culpare, & dicere: *Si principio mundi ipſe Deo adfuiſſet, multa melius ordinatiuſque condenda fuiſſe.* Miſelle, ſapientia ſupra Deum es ? lingua quò abis, mens quo abiiſti ? Sed notabile, utrumque iſtum, & Fridericum & Alphonſum, illum imperio, hunc regno privatos, in publico odio & infamiâ obiiſſe. Plura non addo, nec vel calamum aut chartam relatione ipſâ maculo. II.

CAPUT V.

DE FATO.

Id conſiderandum, credendumque eſſe.

AT tu qui Deum & Religionem colis, etiam Fatum: id eſt Providentiam, decretumque divinum. *Quid enim aliud eſt Fatum* (dicet pro me Minutius Felix) *quàm id quod de unoquoque noſtrum fatus eſt Deus?* De unoquoq; noſtrûm, ſed & de rebus omnibus quæ ſunt, fuerunt, erunt. Is enim qui omnia fecit, dirigit eadem, movet, ſervat, καθάπερ ἡνίοχος ἀγαθὸς (verba Triſmegiſti) τὰ τῷ κόσμῳ ἅρμα ἀσφαλισάμενος ἀνωθήσας εἰς ἑαυτὸν, μὴ πως ἀπάκτους φέροιτο: *tanquam Auriga* Cap XV.

Digitized by Google

Auriga peritus, currum hunc mundi firmans in se atque alligans, ne incomposite feratur. Prorsus ita est, per causas medias, varie nexas, prima illa causa omnia temperat, suaviter, prudenter, utiliter: nec aliter est censendum. Hoc monitum variam utilitatem Principi dabit, à Deo se & regnum; à Deo bona malaque externa esse: ideò nec in illis elatè, nec in istis abjectè nimis agendum. Constantia ubique esto, & volens quædam obedientia decretis divinis. *Nam longè præstat*, (ait Gregoras Nicephorus) *quietum ferri à ferente Fato, quam obnitendo velut materiam & alimentum ei præbere. Hoc enim tale est, ac si quis ignem metuens ædes jam circumdantem, non exstinguat eum, sed sarmentorum fasces aggerat, & oleum affundat: aut si quis furente Borea, & tempestate, exiguâ fragilique cymbâ, contra fluctus & per eos eluctari conetur.* Altera etiam utilitas, inquirere leviter & modestè in Fata, & videre quò vis illa supera, nostra hæc trahat: proque eâ inclinatione, se & consilia adaptare. Magnus est fructus, & prudenti viro vix publica Fata conversionesque obscuræ, ex signis quæ præeunt vel adhærent. Ruere aut vertere hunc statum vult? consilia prava, & homines tales erunt, qui ad gubernacula admovebuntur. Delatio, adulatio, vanitas locum habebunt: probitas, veritas, prudentia exsulabunt. Sed &, ut in cithara concentus turbabitur: & obscura primùm, mox palam discordia erit. Vult attollere? omnia alia, locus consiliis, locus honosque virtutibus, etiam artibus: denique si quid ægri in Republicâ, sanatur; si quid sani, fovetur. Ut qui libram tenet, in hanc aut illam lancem pondus adjici jubet, & inclinat: sic Deus, & fortunam temperat, sed manibus aut consiliis ferè nostris. Atque hæc ita palam, ut vel hebes mens videat, si non prævideat: & dominum arbitrumque terrestrium rerum, ex eventis, illum è cœlo, agnoscat. O quàm mira, quàm inopinata sæpè ab illa potentia? Nam & hoc gaudet atque amat, præter opinionem (non enim rationem) quædam facere, & vel sic ostendere vim illam omnia gubernantem & moventem. Hæc universe: sed in Exemplis etiam distinctius videamus, & monita pro iis aptemus. Primùm esto.

Lib. VIII

Digitized by Google

MON I. *Regna & Reges á Deo dari.*

Quid clarius? quæ vis, gratia, aut commendatio, I. AGATHOCLI regnum in Sicilia dederunt? Pater ei figulus, pueritiam in luti ſordibus, adoleſcentiam in impudicitiæ, juventam in libidinis egit. Ab omni parte infamis, odio civium & inopiâ, ad latrocinium compellitur. En gradus, quibus ad ſceptrum venitur! Sed mox miles, & dux é milite, id quoque cum infamiâ, quòd defuncti *Damaſconis*, cui ſucceſſerat, uxorem ſtupro antea cognitam, ſibi ceperat, & cum ea ingentes opes. His fretus, occupare imperium patriæ bis conatus, bis repellitur; denique in exſilium agitur. Quid fit? jungit ſe *Siculis*, Syracuſiorum hoſtibus, palam bello patriam petit, & obſidet: nihil efficit; cùm Pœni in auxilium evocati ſtrenuè propugnarent. Vi deſperatâ, ad fraudes ſe vertit. *Hamilcarem* Pœnorum ducem ad pacem invitat (ea ſpecies & honeſtus titulus fuit:) revera ad pactionem, ut cederet, & traderet ſibi Syracuſas. Ita factum, regnat, cædes populi & Principum facit: & miro iterùm fato, ipſis conciliatoribus ſceptri Pœnis bellum infert, & in Africam transfert. Præter ſpem varie victor, & præter ſpem quoque mox victus, deſerto exercitu, liberis, amicis, pænè ſolus in Siciliam effugit. Servat tamen regnum, etſi in vana ſorte: immoritur ei, ſed ita ut pelli uxorem liberoſque videret, & ab nepote id eripi, non diu fruituro. In his talibus ubi ratio alia, quàm ſumma illa Ratio eſt, Fatum nobis dicta;

Hæc in uno illo rege, quid in quattuor (ſeptem in II. univerſum fuere) ROMANORUM? Primus *Romulus*, & tertius *Tullius Hoſtilius*, uterque ex paſtore ad ſceptrum pervênit: quintus *Tarquinius Priſcus*, è peregrino & exſule: ſextus *Servius*, quod ipſum nomen præfert, è vernula & ſervo. Quid hæc aliud ſunt, quàm

Sidus, & occulti miranda potentia fati?

Nam de C. MARIO minus mirum in populari ele- III. ctione, ſi ad ſumma pervênit ipſe popularis. Sed ex ima tamen plebe ac municipali, miles mox factus in caliga, tum Centurio, tum Tribunus: & in urbe etiam petere honores auſus, ſæpè repulſus, ſpretus, irrupit tandem in Curiam magis, quam pervênit. Ex illo

Digitized by Google

illo tamen Mario tam humili, tam fastidito, ille Marius emersit qui Africam vicit, regem Jugurtham, formidatum Romanis, in triumphum duxit: & parùm est: ille Marius, qui

——— *Cimbros, & summa pericula rerum*
Excepit:

& trepidam non Italiam modò, sed urbem defendit. Ille, qui post sextum Consulatum (rarum decus) carcerem & exsilium subivit: plenus tamen certusque spei, quòd olim Juveni in agro apricanti, Aquila septem pullos in sinum jecisset, toties iterandi scilicet summi imperii signum. Nec fefellit eventus. Rediit, hostes vicit, urbem & Consulatum septimò inivit, & in eo exspiravit. Quidlibet sperandi & timendi, cùm Fata volunt, clarum exemplum.

IV. Nec minus in MASANISSA (*Marius* enim me in Africam revocat,) qui mortuo patre Galà, patruo succedente, & mox illo quoque mortuo, per fraudem exutus regno & privatus, arma sumpsit, ac denique victoriæ & illius compos fuit. Sed non diu eâ gavisus, & hoc fruitus, à *Syphace* rege bellum excepit: qui justo prælio eum fudit. In montem Balbum confugerat, sed illinc quoque *Bocchar* Præfectus regius eum pepulit, ad tantam paucitatem redactum, ut vix quattuor equitibus comitatus effugerit. Ventum erat ad flumen, nec vadari poterat: quid facis Masanissa, & tuum Fatum? metu urgente in id se conjicit, & duobus comitum gurgite abreptis, ipse cum duobus aliis inter virgulta ulteriora delituit. Fama tamen sparsa submersi, populares (ut quisquis in eum affectus) erexit, aut terruit: cùm ille vulnus (nam & id acceperat) in spelunca avia curans, latrocinio duorum equitum per dies aliquot vixit. Mox ubi equi patiens fuit, audacia ingenti pergit ire ad regnum recuperandum: quibus præsidiis? haud plus quadraginta equitibus, qui in via se addiderant: auctisque paulatim ad VI. millia peditum, IV. equitum, copiis, paternum totum regnum recepit. Sed nondum finis fatalis dispositionis, iterùm pellitur, victus à *Vermina Syphacis* filio; quem rex in eum miserat. Ibi omnibus opibus, sed non spe amissâ, cùm LXX. equitibus effugit ad Garamantum terram: hæsitque vagans aut latitans, donec C. Lælius à Scipione missus cum clade appulisset. Junxit se, & magnum nomen, etsi exiguas vires attulit: peritia tamen militiæ & locorum, aliquod ad victoriam momentum. Quæ mox secuta, victi Car-

Digitized by Google

Carthaginienſes & Syphax: iſte periit, & regnum ejus Scipio totum Maſaniſſæ donat, finibus etiam auctis. Quid deinde? nec ſic fideliter Fortuna ei ridet, in ipſo aditu jactatur, ſed Veneris inſidiis, non vi Martis. Erat *Sophonisba*, Syphacis antea uxor, mulier inſigni facie, facundiâ, & aſtu. Hæc regiam ingredienti occurrit, dejecta, mœſta, ſed quòd decêret: & ſtatim Numidam in amorem ſui rapit. Jubet igitur bono animo eſſe, dextram & mox corpus jungit: ſed petenti antea jurat, *Nemini ſe traditurum eam Romano.* In his erat, cùm Lælius ſupervênit, & Sophonisbam dedi poſtulat: fluctuante Maſaniſſâ, in vehementiſſimi amoris æſtibus, illam deſereret, an amicitiam Romanam. Sed ratio & utilitas affectum vicit: illa vitâ abit, iſte ad Romanos redit, & adhæret, per eos regnum ſtabilit, auget, quod ad poſteros etiam tranſmiſit.

Inſert ſe his exemplis & fœmina. Erat *Leontii* cujuſdam Athenienſis philoſophi filia. ATHENAIS nomine, multo ingenii corporiſque lepôre, aut Venere. Pater occulto aliquo de fortuna ejus præſagio, omnes opes moriturus duobus filiis reliquerat; huic ſolos centum aureos, cum elogio, *Suffecturam ei fortunam ſuam*. Igitur cum fratribus litigat, ut injuriâ affecta, ſed infirmior ſexus aliam etiam accipit, & pulſa ab iis Conſtantinopolim venit, ut viam futuræ magnitudini aperiret. Inſinuat ſe, & commendat cauſſam *Pulcheriæ* Imperatoris ſorori: cui ſtatim ita placuit, ut percontata, ecquid virgo eſſet, in aulam acceperit, ſed Baptiſmo, rudem ad id Chriſtianæ Religionis, prius ablutam. Nomen ejus in EUDOCIAM mutat: ac ſic denique amat, ut fratri *Theodoſio*, apud quem omnia poterat, conjugem deſponderet. Hem, aſceſſus! ſed ecce & dejectio, nam diu felix eo conjugio, amata & amans, in ſuſpicionem probri incidit, & contubernio excidit, hac cauſa. Imperator inſigne, & prægrande pomum dono acceperat: quod porro uxori blandiens tranſmiſit. Accepit illa, & idem mox *Paullino*, facundo & erudito viro; ideoque eruditæ fœminæ caro, nihil ſequius cogitans dedit. Quod ille, ignarus unde eſſet, iterum Imperatori, ut regium aliquod munus offert. Mirari ille, & primum ambigere; mox agnoſcere & ſuſpicari, atque ita propere ad uxorem veniens, callidè pomum ab ea repetit, antea donatum. Hæc totius facti ignara, temere & juveniliter aſſerit, ſeſe ediſſe: iterumque rogata

V.

dicit

Digitized by Google

dicit atque adeò jurat. Imperator seriò tum offensus, & mendacii arguens, pomum profert: nec satis, de amore occulto & improbo suspicatus, Paullinum occidit, illam abdicat, & relegat. O uterque amans, vestri misereor! etsi hæc quidem casum fortiter tulit: & ivit Hierosolymam, & pie casteque vivens ibi moritur, sed præmortuo marito.

Multa hæc in historia veteri: nostri ævi unum addam.

VI. PHILIPPUS II. Hispaniarum rex, quid nisi fato in illud Lusitaniæ etiam venit? Quod ita fundatum firmumque in copia successorum videbatur, ut locus non esset aut rima vel improbæ externæ spei. Ecce * *Emanuel* XIV. Lusitaniæ rex tres uxores duxerat, & ex omnibus liberos tulerat, primum *Isabellam*, maximam natu filiarum *Ferdinandi* & *Isabellæ* Hispaniæ regum. Proles ex ea nata *Michaël*: qui si vixisset, certus hæres omnium istorum regnorum erat, quæ nunc magnus Hispaniarum rex tenet. Obiit puer, & ipsa mater ejus à partione. Ergo alteram tunc filiam *Mariam*, quæ tertia erat eisdem Ferdinando & Isabellæ, nuptiis jungit: nam *Joanna* secunda, tradita *Philippo* Austriaco fuit, è quo conjugio Hispaniæ isti reges. Emanuel igitur ex *Maria* numerosam sanè prolem gignit, sex masculos, duas filias: denique è tertiis etiam nuptiis, quas cum *Leonora* Philippi Austrii filia coivit, duos liberos, filium filiamque. Observa, te obsecro, an non hæc fundata domus, in tot fulcris, ut sic dicam regni? Jam ad liberos istorum veni, quanta series? *viginti duo* erant, qui Philippum regem antecibant, & successione legitimè arcebant; & tamen quò Fata vocabant, venit & successit. Præmortui omnes illi sunt, quid? nisi ut unum facerent Hispaniæ totius caput. Magnus favor Numinis, nec semel in hac gente (Austriam dico) se ostendit: quæ per hæreditates & adventitia incrementa ferè crevit.

* Regnare cœpit anno. cccc. xcv.

II. Regna à Deo & Reges tolli.

Vis illustre exemplum? CYRUS erit, qui per annos triginta, in magna gloria rex Persarum, finitimis, deinde longinquis, subactis, longius manus etiam ad Schytas porrexit. Venit cum magno & victore exercitu, ô dedecus! à fœmina vincendus. *Thamyris* ea erat, quæ genti præerat, & filium ad fines regni repulsurum vim externam miserat: sed victus est, & insidiis

I

Digitized by Google

biis à Cyro circumventus. Ergo ipsa molem regni ultimam excivit, & dat se animosé obviam, atque iisdem fraudibus circumventum & clausum, ipsum copiasque cecidit. Ducenta Persarum millia erant: ingens clades: adde ludibrium, caput mortuo resecat, & in utrem sanguine plenum merso exprobrat: *Satia te sanguine, quo expleri nequisti.* Regnum longa mole fundatum, ubi es? rex tot annos felix & victor, ubi es? quo fata & ordo rerum miserunt à summis ad ima decidisti.

Jam POLYCRATES, rex Samiorum non fortunati sed Fortunæ nomen videbatur. Nihil ei in vita adversum, ante vota, omnia aderant: id est, priusquam vellet, & plusquam velle Cælum, terra, mare favebant, aut serviebant: & res in exemplo rarò dixit. Anulum in mare abjecit, quasi Nemesi placandæ: quid fit? in pisce mox inventum recepit. At ultima diffident; & *Oroëtes* Darii regis satrapa victum, captum morte, nec eâ communi (non dicam regiâ) affecit: sed in cruce alta suspensum, mirabile & miserabile orbi spectaculum, subjecit. O verè Deum, qui inopinate mutat!

Et in VALERIANO etiam Imperatore Romanorum, id est orbis pænè terræ, quam simile ludibrium! Ille post quindecim regni annos in ignobilem servitutem, & audientium aures gravaturam, vi Fati incidit. Bellum, magnis viribus, *Sapori* Persarum regi fecit: sed eo fine, ut victus & vivus in manus hostium veniret Imperator. Barbaro fastu victoria usi sunt, siquidem Sapor, ut catenatum mancipium circumduxit, & quoties equum conscenderet, non manu ejus, sed inclinati dorso, adjutus innixusque est. Quis hominum sic subitò dejicere & calcare Principem rerum potuit, præter divinum supremumque decretum?

Assidet, quod BAJASITES PRIMUS, quem *Gilderum Chan* à fulmine Turcæ dicunt, magnus animo & rebus Imperator fuit. Atque is variè, & per decem amplius annos victor, magno illo prælio cum *Temire Chano*, quem *Temir-lancum* à claudicatione item vocant, conflixit. Utrimque ingentes copiæ, robora virorum & militiæ usus à Turcis; Fatum aliunde stetit. Nam & auxiliares copiæ Tartarorum in ipsa pugna deseruerunt Bajasitem, transitione ad hostem facta: idem milites, à regione Germiani & Menteshi. Solus se non deseruit, cum immoto Prætoriano agmine, Bajasites

& unus illic belli. Sed vis ac multitudo perrupit, ipse captus, filius ejus *Mustapha* cæsus; & quidem felicius. Nam pater ad victorem Temirem perductus, honestè primùm excceptus est: cùm & obviam pedes extra tentorium iviſſet illi, in equo adventanti. Cum descendiſſet, utérque, pro more gentis, humi in tapete consedit; atque ibi Temir (operæ pretium visum; fide Annalium Turcicorum verba dare) O * *Chan*, inquit, *magnas uterque Deo gratias debemus: ego, quod claudus ille ab ipsis Indiæ finibus ad mœnia Sivaſtæ imperium extenderim; tu, quod à Sivaſta, ad ipsos Pannoniæ fines. Orbem terræ inter nos partiti pœne sumus. Debemus igitur gratias, atque ego reddidi, & reddam: tu verò parum fortaſſe memori grataque mente fuiſti, & ideò hæc calamitas intervenit. Sed age mi Chan, ſi ego in tua ſic ſim poteſtate, quid ageres? dic libere & veraciter.* Ibi ajunt Bajaſitem, qui feroci & elato animo erat, subjeciſſe: *Equidem te, ſi numen victoriam adnuiſſet, in ferream caveam incluſum circumduxiſſem, ſpectaculo & oſtentui cunctis.* Temir eo audito, sententia hac in ipsum est usus, & sic incluſit. Miſer triennium ferè ita vixit: & cum desperata liberatione audiſſet in Tataros se abducendum, caput validis iteratisque ictibus cavex ferreæ incuſſit, & indignantem animam sic emiſit. Multi & pulchri ludi in hoc Mundi theatro: sed trágœdiam bellioremrarò, aut nec legimus.

* Dominum notat.

V. Nisi lubet & ad Sacros apices venire, & videre quomodo nec iis vis iſta parcat. CAROLUS CARAFFA à Paullo IV. Pontifice designatus Cardinalis fuit: ejus frater JOANNES Montorii Comes, & Dux Paliani factus. Omnia iſti apud Pontificem, quæ vellent, poterant: & plus quam æquum decorumque erat, volebant. Manſit aura secunda, quamdiu sidus illud luxit; post ejus occasum, *Pius Quartus* in Pontificatum assumptus, idque operâ & gratia (notabile est) *Caraffarum* maximè. Sed iſte inter primas ferè publicas actiones habuit, Caraffas evertere; feciteque initium VII. Idus Junii, ipso die, quo *Carolus* pilei honore donatus fuerat, in carcerem eo conjecto. Additus Dux Paliani, frater; Comes Allifianus, aliique propinqui eorum aut clientes. Novem menses in arce Sancti Angeli habiti, non niſi crimina & mortes audierunt? & hanc denique sententiam Pontificia subierunt. Cardinalis nocte, carnificis manu ſtrangulatus; Dux capite truncatus, unà cum Allifano Comite; & cadavera in publicum ſpectaculum expoſita.

An. 29. Lx.

Qui

Digitized by Google

Quis sensus, & occulta vox, tibi Roma tunc fuit, cùm multi Pontificis severitatem, & ingratitudinem, accusarent: sapientiores, incerta rerum humanarum, sub illustribus exemplis, agnoscerent; & vilium reorum pœnâ atque ignominiâ periisse, qui dignitate & opibus culmina paulo antè fuerant rei Romanæ.

Mon. III. *Et causas quasdam medias, sed inopinatas, his intervenire.*

Adstruit & asserit se ubique providentia: sed apertiùs, cum causæ quædam mediæ subitæ, aut insolitæ interveniunt, & licet dicere, quis expectasset? In DIONIS rebus hoc elucet, cùm Syracusas liberatum iret à tyrannide Dionysii, gravi & formosa. Erat tum fortè in Italia Dionysius, & res alias agebat: id quod Dioni (fato sic disponente) commode & feliciter evenit. Nam cùm ipse in Siciliam, exiguis copiis, animo quàm prudentia majori appulisset: *Timocrates*, primus amicorum Dionysii, & qui vicem ejus regebat, statim hominem certum cum litteris ad Dionysium ablegat, qui Dionis adventum, & res in Sicilia motas nuntiaret. Summa erat, omnia relinqueret, rediret, nisi à suis vellet relinqui. Homo feliciter fretum trajicit, *Caulioniam* terra tendit, ubi Dionysius tunc secusè agebat. In via fortè notus occurrit, qui recèns victimam immolaverat, & partem ejus amicè communicat & donat. Accipit, in vidulum lateralem imponit, ubi & Timocratis epistola erat. Pergit interea strenuè, & noctem itineri cùm adsumpsisset, jam fessus, neglectim abjicit se in humum, & componit, leviter dormiturus. Haud procul à silva erat: è qua ecce lupus egreditur, & odore carnis stimulatus accedit, & vidulum à latere abripit cum ipsâ carne. Paulo pòst homo expergiscitur, vidulum desiderat, & circa quærit: frustra itaque metuens offensæ aut pœnæ, non sustinet ad Dionysium ire, & aliò divertit. Hoc casu, tardiùs quam opus erat & aliis litteris, Dionysius cognoscit quid ageretur. Subvenire vult, non potest: à quo? Deo, Deo, qui inopinatum illud interjecit. I.

Quid in M. BRUTO, & campis Philippicis? manu Providentiam tango. Legiones utrimque, & instructæ copiæ: egregii duces, concurritur: vincit cornu dextero Brutus & oppositum *Octavianum* pellit, atque II.

Digitized by Google

adeò castra ejus capit : & quam pænè ipsum ? Plena & certa victoria videbatur : sed quam Cassius malâ sorte pervertit. Nam ipse ab *Antonio* pulsus in suo cornu, sed fugâ & damno leviore : & facilis instauratio, si de Bruto sciviſſet, aut speraſſet. At campus, qui pulvere stabat, impediit prospectum : & triste, sed falsum, ei augurium in animo, victum etiam Brutum esse. Tamen adhuc dubius, substitit in colle quodam, & L. Titinnium, ex fidis amicis, mittit ad explorandum. Ille in *Bruti* milites statim incidit, victores, &, ut fit, palantes. De Cassio, *Quàm salvè* ? quærunt, audiunt, & læti Titinnium circumfundunt, & unà ad Cassium, animaturi eum tendunt. Qui cùm videt, & recta ad se venire hostes arbitratus, & amicum suum captum : *Quid ultra moramur* ? inquit : *spes, vita, dedecus abeant* : & simul cervices suas liberto præbuit incidendas. Vix factum, Titinnius supervênit : & casum miseratus, sibi iratus, (quasi mora in causa fuisset) idem genus fati sponte sumpsit. Hæc res & Brutum perdidit : qui in Cassii anima suum animum amisit.

III. Multa possim : unum ex historia vetere, & de inclyto illo ANNIBALE inter omnis ævi duces. Jure hoc elogium vindicat : nec fuit aut erit, qui militari æstu aut peritiâ virum æquabit, non dicam superabit. Is in Italia dominabatur, post Cannas victor : & quid nisi Roma restabat ? Frænum fati cohibuit, ne statim iret : idem consilia ejus alia, consulta licet & firma, evertit. Fœdus cum *Philippo* tunc Macedonum rege percusserat, & ut is in societatem belli aut potiùs victoriæ, veniret legibus iis, ut Italia quidem Annibalis & Carthaginensium esset : Græcia Philippi, Punicis mox armis subjuganda. In hanc rem firmandam, Xenophanes legatus à Philippo mittitur, navigat, legit oram Italiæ, juxta Tarentum in classem Romanam incidit, capitur : & *Quis, quò, quare*, rogatur. Ille Græculus, callido mendacio se expedit ; & ait à Philippo rege ad Senatum Romanum mitti, ut fœdus in Annibalem & Pœnos jungat. Romani, & eorum Dux Valerius Lævinus, lætari, ovare : & cælitùs tam opportunum auxilium, à potenti rege, in rebus arctis, missum opinari. Itaque honore honestant, prosequuntur, & in tutum Italiæ litus exponunt. Expositus ille rectà ad Annibalem tendit, & mandata dat, accipit : denique de tota re peragit & definit. Nihil supererat, nisi ut ipse ad Philippum, Philippus in Italiam veniret ; & funus res Romanæ essent. Deo aliter visum,

vi-

Digitized by Google

vigilat: & in reditu eadem navis in Romanam classem incidit, sed cui Q. Fulvius præesset. Ille prioris doli & hominum ignarus, quærit solita: & Xenophanes semel mentiendi felix, eodem applicat, *A Senatu venire, ad regem suum ire.* Hæc vultu ac voce constans: jamque persuaserat, cùm ecce vident inter comites, quosdam Punico habitu, & *Qui isti?* clamat Fulvius: *à Græciâ non sunt.* Turbantur, fatentur, in vincula dantur, Romam mittuntur: omnia consilia & pacta detecta, Roma servata. Servare enim eam fuit, vel in tempus cœpta impedire, & donec misera respirasset. I nunc, & quis Epicurus hìc Providentiam neget.

Iterum idem in EODEM. Rebus jam, suâ culpâ & morâ, dubiis, & Romanis animo ac viribus auctis; ut suas pariter firmaret, fratrem *Asdrubalem* ex Hispaniâ evocaverat, cum novis copiis, & valido exercitu. Jam Alpes transierat, jam adventabat: quis non actum de re Romana censuisset, quæ ægrè vel uni Annibali resistebat? Junge istum, veteranum ducem, tot subsidia: ad exequias tuas Roma imus. Vide rem levem, sed à Deo, quæ turbat. Nesciebat etiam Annibal fratrem in Italia venisse, & in extrema Apulia considebat: cui obviam ire, ratio alioqui & consilium erat. Miserat autem Asdrubal, præmiis inductos, quatuor Gallos equites, duos Numidas, qui omnia Annibali significarent: sed ii cùm totam ferè Italiam tutò emensi ad Tarentum venissent, ibi à vagis Romanis pabulatoribus excipiuntur, Annibali jam vicini. Deducuntur ad Consulem *Claudium Neronem*, castra opposita Annibali illic habentem: fatentur, litteras tradunt, per interpretem explicantur. Ibi cognitum, Asdrubalem in Umbriam venire in animo habere, ac fratri ibi occurfuro jungi. Consul statim, magno animo facinus ausus (ut in magno periculo) validissimam partem copiarum clàm è castris subducit: lectos omnes, sex milla peditum, mille equites: & dies noctesque non intermisso itinere, occultus ad *Livium Salinatorem* (is alter Consul oppositus Asdrubali erat) venit. Ita statim duplicatis viribus cum Asdrubale pugnatum: cujus victi & cæsi caput Nero secum eâdem celeritate in castra refert: ac postero die ante stationes hostium projecit, duobus etiam captivis dimissis, qui rem omnem ordine nuntiarent. Tum denique perculsus, imò desperatus Annibal, vocem hanc è pectore emisit: *Agnosco fortunam Carthaginis.* Benè, benè. Tu nitere, & omnia fac: vincens non vinces, pru-

Digitized by Google

dentia infra fortunam erit, & Nemesis Carthaginem tuam premet.

MON. IV. *Regna à Deo & Reges temperari.*

1. Breve monitum, sed magni sensus & usus: videre quomodo Deus disponat & cohibeat, hos ne crescant, hos ne cadant: & velut in æquilibrio res suspendat. Lib. v. Hoc Nicephori Gregoræ verbis dicendum est: *Mirari mihi subit*, inquit, *imperveſtigabilem Dei ſapientiam, qui planè contraria uno fine concluſit. Nam cum duas adverſarias poteſtates inter ſe committere ſtatuit, nec alteram alteri ſubjicere: aut ingenio & virtute præſtantes utrique parti moderatores præſicit, ut alter alterius conſilia; & conatus evertat, & utrimque ſubditorum libertati conſulatur; aut utroſque hebetes & imbelles deligit, ut neuter alterum tentare, & ſepta (quod ajunt) tranſilire audeat, vetereſque regnorum limites convellere.* Dici prudentius nihil potuit: & Providentiæ hanc disposítionem quot exempla adfirmant? non insisto, & vetera omitto; sed nuper *Carolus* V. nobis, *Franciſcus* I. Gallis, *Soleimus* Turcis imperitabant: quivis eorum dignus orbis terræ imperio, & habuissent, aut promovissent, nisi concursus ille fuisset, & alius alium interpellasset. In parte alterâ exempla, quæ verecundiâ prohibitus non dicam.

MON. V. *Clariſsimè Fata in Prædictionibus elucere.*

1. At nulla res Fatum clariùs certiùsque, quàm Vaticinia, aut Prodigia asserant: quæ diu ante, caussis notisque nullis apparentibus, cùm eventa designent: quid nisi & hæc definita, & à Deo esse clamant? Daniel ille VATES, & SIBYLLÆ, multis ante seculis multa & magna prædixerunt: unde, & quomodo, nisi quia in Providentiæ libro hæc descripta? & Deus revelaverat. Nam ita amat Numinis illa benignitas, per *Somnia*, per *Signa*, per *Spectra*, & *Vaticinia* res futuras ostendere: divinitati suæ adstruendæ, nobis instruendis aut præparandis. Latus lætusque campus est, placet ingredi & leviter lustrare? fiat. At primò de SOMNIIS, nobile est quod ASTYAGI ultimo Medorum regi factum. Vidit per quietem, ex natura filiæ, quam unicam habebat, vitem enasci, & sic mox diffundi, ut totam Asiam palmite suo obumbraret. Consulti vates

ajunt,

Digitized by Google

ajunt, *Nasciturum ex filia, quæ Asiæ regnum occupet, suo eum nudet*. Territus hac denunciatione, & ut fatum averteret (miser, quid operam ludis? Cambysi primum filiam suo extero, & obscuro tunc viro, *Cambysi* despondit, deinde eamdem partui vicinam ad se traducit, & ut quod natum esset se teste necaretur. Ergo, infans *Harpago* traditur occidendus, notæ fidei, & cui arcana illius regis jamdiu innixa. At ille veritus ne si mortuo Astyage imperium ad filiam veniret (nec enim virilis ei sexus liberi) poenam obsequii lueret: non necat, sed pastori regii pecoris tradit exponendum. Fortè et uxor hujus peperierat, quæ re audita, summo rogat opere maritum, puerum ad se deferri, & oculis saltem libari. Maritus indulget, ut in silvam ubi reliquerat: reperit canem fœminam, quæ mammas præbebat, & unà alites feraſque abigebat. Tactus miraculo, & vel à cane doctus misereri, tollit puerum, uxori defert; quæ videt, amat, alit, & crescit in virum, in regem, qui Astyagem vicit, sceptrum ad Persas transtulit.

Sed & ANTIGONI somnium mirabile, super *Mithridate*. Iste è Persarum magis oriundus, erat in comitatu Antigoni Macedonum Regis, Perside scilicet devicta, & fortuna sua cum publica inclinata. Visus videre noctu Antigonus, sementem auream in magno campo se facere, eam surgere, adolescere & maturescere, sed mox omnia demessa item videre, & culmos spicasque jacere inanes. Vocem ad hæc audire, *Mithridatem in Pontum Euxinum fugere, auream messem secum asportantem*. Non obscurum somnium, aut significatio; itaque rex, ubi evigilasset, exterritus tollere statim Mithridatem statuit, & cum filio *Demetrio* communicat, fidem silentii jurejurando stipulatus. Erat familiaris, in pari ætate, Mithridati Demetrius: & forte iste se obtulit, à recenti indicio. Miseratur adolescens & adjutum velit, sed religione juramenti cohibetur. Quid facit? apprehensum seducit ab aliis, & nihil effatus, hastâ in terræ pulvere scribit: FUGE MITHRIDATEM. Quod ille arripit, & verbis istis, & vultu ipso Demetrii monitus, in Cappadociam clàm aufugit; & regnum mox potens & inclytum Ponti condidit: quod ferit in octavam ab eo stirpem, alterum illum *Mithridatem* Romanâ potentiâ vix eversum. II.

Adsidet istis, & primo utique, somnium quod HERCULES pater *Osmanis*, à quo potentes isti Asiatici *Osmanidæ*, vidit: sed vidit de die, cum post cibum III.

Digitized by Google

sumptum meridiaretur. Experrectus igitur, & imagine ea confusus, primò corpus aquis abluit, & se purgat, uti religio gentis ejus habet, tum ad *Edebalem*, virum inter ipsos sapientem & sanctum, venit atque infit: *Somnia vir venerabilis* (Annalium Turcicorum verba pono) *splendorem Lunæ è sinu uno prodire, eumque in meum deinde sinum pervenire. Eò cum delatus esset, ex meo umbilico enasci arborem, quæ regiones varias, montes & valles inumbraret. Ad ipsas autem radices arboris, aquas emanasse; quibus vineæ & horti rigarentur; atque ibi somnium me somnusque deseruit.* Edebales audito, aliquamdiu secum reputans, effatur: *Nascetur tibi filius, vir bone, cui nomen erit Osman. Is multa bella geret, victoriam & famam pariet, ac posteri tui Principes Regesque terrarum erunt. Mea autem filia Osmanni nubet: atque is splendor est, qui è sinu meo prodivit, & in tuo coivit; ex utroque autem arbor.* Quàm mira, & vera prædictio, sed & de *Lunâ* notabile, quam scimus inter signa prima esse Turcicæ gentis.

IV. Jam ad signo tranſeo: quæ *Magna* aut *Parva*, sed certa pariter se ostenderunt. TIMOLEONTI Corinthio, cum in Siciliam, ad pellendum tyrannum, exiguâ manu iret: fax ei in mari, totam noctem naviganti præluxit. Amplius, Delphos paullò ante profectus, ut Apollini sacra & vota faceret; è donis suspensis vittam, in caput suum deciduam, ita excepit, ut coronæ aut diadematis ritu cingeretur, atque erat ea vitta victoriolis & cprollis intexta: prorsus ut à Deo coronari. & victor pronuntiari videretur. Quid, quod eidem antè pugnam cum *Iceta* contingit? Contentio honesta inter Centuriones & manipulos de ordine erat, & præire omnes volebant: cum ille, liti dirimendæ, sortem definire jubet, & anulos Centurionum in eam poscit. Conjiciuntur in sinum vestis, commiscentur: qui primus educitur, trophæum pro insigni habebat insculptum. Aucti omnes ab omine animis, in hostem alacriter eunt, cædunt, vincunt.

V. MARCIANO Thraci, plebeo genere, & mox Imperatori, plura hæc potentiæ Signa evenerunt. Ad militiam primam eunti, & ut nomen daret, cadaver hominis occisi in via offertur: ad quod substitit, & miseratione in eo tactus est ut sepeliat, & terra tegat. Dum facit, deprehenditur, accusatur ut homicida, & Philippopolim abducitur. Jam pœna imminebat insonti: cum verus homicida casu supervenit & agnoscitur: ipse liber ad vicinos numeros tendit, quibus in scri-

Digitized by Google

scribitur, & (pulchrum omen! (in locum defuncti militis, *Augusti*. Et jam cum legionibus in expeditionem ibat: cum morbus eum invasit, & in Lycia substitit, hospitio apud duos fratres exceptus, *Julium* & *Tatianum*. Cùm meliusculè ei esset, recreandi caussa, tres simul venatum eunt: & fatigati decumbunt, & obdormiunt. Æstus solis erat, & ipse meridies: ibi aquila, pansis alis, leviterque corpus librans, super Marcianum se suspendit, & umbram fecit. Tatianus experrectus id videt, ac fratrem excitat, & ostendit. Uterque mirabundus haud vanè augurantur, avem regiam regnum ei portendere, & Marciano futuram sortem gratulati, ducentos etiam aureos in viaticum donant, unum hoc apprecati, ut memor gratusque esset, cum ad imperium venisset. Idem hoc prodigium iterùm ei sic factum. In Africam, sub *Aspare* copiarum duce, profectus est: atque ibi pugna cum *Ganzerico* rege parùm prospera, capitur, asservaturque. Cum pluribus sub divo recumbit, calido item sole: ecce aquilam quæ advolat, Marciano supersistit, & incoràm omnibus umbraculum ei sedulò præbet. Vidit ipse Ganzericus, & miratur, & vocat: ac liberum hac lege amittit, ut Imperaror pacem cum Vandalis colat. Nec diu post, mortuo *Theodosio*, *Pulcheria* ejus soror Principem hunc, & sibi maritum, destinat, sed maritum sermonis caussâ: stipulaturque ut nomine contentus, cetero fructu corporis sui abstineat: quod castum pia virgo Deo consecrasset. Numquid veracia, & palàm à Deo hæc signa?

VI. Atque eadem, sed tristioris fortunæ nuntia in Hispania apparuerunt, RODERICO ultimo Gothorum regi. Palatium Toleti erat, sed clausi & validis vectibus ferroque munitum. Fama tenebat, reseratum id excidio Hispaniæ futurum: quod Rodericus ridere, & thesauros occuli ratus, seras perfringendas curavit. Thesauri nulli ceterùm arca reperta, & in eâ linteum: in quo insolentes hominum facies, vestesque depictæ, atque ipsi militari habitu atque impetu grassantes, Verba Latina inscripta, *A tali ea gente exitium Hispaniam manere*. Quid plura? fides facta: *Julianus* Comes cujus filiam rex stupraverat, ex Africa hostes inducit regem occidit, patriam perdit.

VII. Sunt *Parvâ* magnarum sæpè rerum signa Nostro ævo, cùm in locum *Pauli* IV. Pontifex creandus esset, & in conclave purpurati Patres venissent: en su-

Digitized by Google

per JOANNIS ANGELI Cardinalis Medicæi, qui post PIUS IV. nomen habuit, columba aliquamdiu circumvolitans, cellam consedit: nec aliter omnes interpretati sunt, quàm velut à Numine missam, Pontificem hunc ostendere designandum.

VIII. In translatione Lusitanici sceptri ad PHILIPPUM Hispaniarum regem, notatum à curiosis est, *Sebastianum* Regem Lusitaniæ, cùm in Africam magnâ mole moveret, & pecuniæ inopia esset, edicto permisisse & aditum dedisse in Lusitaniam *Regalibus Castellanis*: quod genus monetæ anteà ibi spretum. Item, in ipso apparatu & cultu nobilium, sub discessum omnes subitò variasse, & ad Hispanicum transisse, Clariora sunt, quàm ut interpretatione illustrentur.

IX. At verò *Spectra* etiam sæpè & Genii, variâ specie, prædicunt. Ut ille, qui DIONI SYRACUSIO apparuit, postquam patriam magnâ suâ gloriâ à tyrannide liberasset. Domi sedebat, & clarâ luce habitu Furiæ mulier se obtulit, grandi statura, horrenda fœditate. Ea domum scopis cœpit verrere, nihil aliter prolocuta: & territo Dione, cùm familiares advocasset, spectrum abscessit. Sed non noxa, quam signabat, nam filius ejus grandior, incertum an per insaniam subitam, unam iram é summa domo præcipitem se jecit, & fœdè occidit. Sed & ipsum Dionem mox insidiatores domi interfecerunt, uxore & sorore ejus in carcerem abductis. Quid? non egregiè domus hæc versa, si non eversa, monstro significatum?

X. M. BRUTO Dionis æmulo, simile etiam spectrum oblatum. Parabat trajicere ex Asia exercitum in Europam, & funestos illos Philippos, ubi mox certatum. Nox alta erat, Luna lucens, & Brutus aliquid serium animo volvebat, aut, ut alii, lucubrabatur: cùm ecce sonus strepitusque ad cubiculi januam, & ingreditur vasta forma Æthiops, sævo & terrente aspectu, atque is silentio ante Brutum constitit. Qui animo & ore constans, interrogat: *Quis hominum Deorumque es? quæ res huc egit?* Responsum retulit: *Malus tuus Genius sum, in campis Philippicis me videbis.* Iterum animosè Brutus: *Videbo.* Disparuit, sed ut dixerat, in ipsis illis campis comparuit, noctu quæ pugnam ultimam antecessit: cùm à bono Genio Brutus destitutus, malo succubuit; atque adeò ipse occubuit, & Romana cum eo Libertas.

XI. Compar istis, quod patrum ævo LUDOVICO Hungariæ

Digitized by Google

gariæ regi accidit: cui bellum *Soleimannus* Turcarum Princeps parabat, atque ipsa pariter se accingebat. Prandebat in arce Budæ, foribus tunc regiæ de more clausis. Adstat ad portam quispiam humanâ specie, sed claudus, distortus, & habitu cetero cultuque fœdo: qui acri & stridulâ voce clamat, poscitque colloquium regis. Negligitur, & putabant mendicabulum hominis esse: cum magis magisque inclamat, & opus convento rege, nec alio, esse. Re ad regem delata, mittit è splendidioribus aulicis, jussum nomen & personam suam præferre, & hoc quidquid esset, elicere; Venit, & appellat claudum de arcano, qui inspecto, abnuit hunc regem esse: *& Quoniam*, inquit, *audire aspernatur, abi, nuncia brevi & certò periturum.* Et cum dicto ex oculis adstantium evanuit. Nimis vera comminatio fuit, rex ad *Mohatzium* urbem, grandi prælio victus, & fugiens in paludes incidit: & dum enititur, equo super eum corruente obteritur, aut suffocatur. Annum agebat vigesimum primum. xxvi.

Ad *Vaticinia* aut prædictiones venio: è quibus *Thrasylli* TIBERIO facta, quàm testata est? Erat in comitatu Tiberii, Mathematici titulo, cum Rhodi in exsilio ageret. In exsilio: & quam procul à Principe? & *Cajus* ac *Lucius Cæsares*, etiam vivebant. Non desinebat tamen iste idemtidem Tiberio fidem facere certi Principatus. Sed rarum credulo, & jam de dolo etiam suspectanti, & ne subornatus ab æmulis, ad eliciendas arcanas aliquas voces esset. Atque adeò perdere eum statuit, & clam necare. Domum Rhodi habebat, & in ea turrim, quæ rupibus imposita, mare ex alto despectabat. In hanc turrim ducit Thrasyllum, cum uno fido & valente liberto comite: certus, ut dixi, tollere, nisi fidem ei faceret fidæ prædictionis. Cum ascendissent igitur, cœpit interrogare: *Soli sumus, dic per quidquid carum habes, vera hactenus mihi dicis? de imperio etiam adfirmas?* Ille iterare, & sidera sic velle. *Si de meo igitur statu compertum*, inquit, *ex sideribus habes: de tuo ecquid ais? inspice.* Ille thema ponere, situs ac spatia siderum considerare: deniq; timere, pallescere, & exclamare, *Anceps sibi ac propè ultimum discrimen instare.* Eo dicto complexus hominem Tiberius, verè conscium futurorum asserit: & quod de ipso meditabatur, si non satisfeciſſet, pandit. Qua arte hoc Thrasyllus potuerit, verè siderali, an potius Geniali, alibi videndum sit: nunc aliud ejus mirandum addo. Ambulabat in litore, cum eodem Tiberio xxii.

Digitized by Google

Tiberio, navis longè conspicitur : ille statim affirmat Româ venire, & litteras nuntiosque ab Augusto de reditu ejus afferre. An & hoc tale ex sideribus ? nugæ : ex instinctu.

XIII. Neque minùs nobiles istæ (plures enim sunt) in DOMITIANI Principis rebus. Fuit *Largius Proculus* quidam, vir inter illustres : qui publicè in Germania prædixit, ipso tali die Domitianum obiturum. Cumque res ad Præsidem dimanasset, gratificaturus Domitiano, & simul quia hæc præsagia vetita, vinctum eum Romam misit. Nec negavit, cùm introductus ad Domitianum esset, imo magis magisque asseveravit. Jussus igitur in carcerem recludi, & asservari donec dies is transisset. tum puniendus : imò, ut res docuit, tum liberandus, & præsagii suspiciendus. Aliud. Fuit eodem tempore *Ascletario* Mathematicus, qui & diem & genus mortis Domitiani apud quosdam dixit. Vocatus ab ipso, eadem iteravit : quærentique Domitiano, ut eluderet, *Tu igitur, quâ morte periturus?* ille statim. *Fore, ut à canibus laniaretur.* Tum Imperator, ad fidem coarguendam, extemplò abduci, & vivum exuri jussit : sive, ut Suetonius, priùs interfectum. Sed utrùm horum, tamen extra urbem, viâ Latinâ, homo uritur, scilicet ut nihil reliquum è cadavere esset, quod canes laniarent. Sed eccè nimbus subitò ortus rogum exstinguit, & ministri semiustum relinquentes diffugiunt. Canes superveniunt, & vorant. Vespere cænanti Domitiano, inter alias fabellas ejus diei, id refertur : & valdè eum, sed frustrà commovit. Munit se, domi hæret, neminem admittit : sed sui eum reperiunt, & Stephanus, cubiculariorum primus, cædem patrat. Quâ ipsâ in re, *Apollonei Thianei* nobile vaticinium non est omittendum. Erat tunc Ephesi in Asia, tanto terrarum & marium abjunctus. Is dissertationem fortè in publico habebat, ac primò hæsitare & loqui remissius, mox pallescere, & silere : denique passus aliquot exsiliens, ut mente motâ, *Eúge Stephane*, inquit, *rectè. Percute tyrannum, percute homicidam. Benè est, percussisti, vulneraſti, occidisti.* Hæc in publico dicta & gesta, ipsa hora, qua Stephanus percussit : ô mira, sed vera. Attexetur autem non indecorè.

QUÆ-

Digitized by Google

QUÆSTIO.

Liceatne igitur & deceat, in eventus inquirere, & vates aut divinos consulere?

Non arbitramur: etsi supra tetigi, prudentiâ aliquâ scrutari posse & odorari, quo tendant Fata. Sed distinguenda tota res est; & sic habe. Indiciis aut notis, quas vir prudens ex lectione, ex usu, & observatione similium collegerit, aliquid suspicari aut præsumere de fatis, id licet; sed cautè & timidè. At ex artibus magorum, ariolorum, divinorum, mathematicorum, & quod aliud tale genus, id verò nefas est, nec divina aut humana lex permittit. Deus palam edicit; *Non inveniatur in te, qui ariolos sciscitetur, & observet somnia atque auguria, nec sit maleficus, nec incantator, nec qui Pythones consulat, nec divinos, & quærat à mortuis veritatem. Omnia enim hæc abominatur Dominus.* Et nostra divina lex tantum? etiam falsa illa Mahumetis. Joannes Leo scribit: *Magiam & caballisticas artes lege Mahumeticâ vetitas & velut hæreticas haberi. Hujus enim*, inquit, *Alcoranus* OMNE DIVINATIONUM *genus vanum esse asserit, Deumque solum arcana nosse.* Benè hoc & prudenter Mahumetes; atque omnis bona Respublica damnat. Illa Romana, quot decretis & legibus? notæ sunt, nec causæ etiam ignotæ, aut diu quærendæ. Eruo istas. Primam, quod turbant prædictionibus animos, & ad novas aut magnas spes impellunt. Mecænas apud Dionem, in Oratione ad Augustum de Republica constituenda, digna quam Principes legant: Τὰς δὲ μαγδανὰς, inquit, πάνυ ἂν εἶναι ὑποπτέας, πολλοὺς γὰρ πολλάκις οἱ τοιοῦτοι, τὰ μὲν τινὰ ἀληθῆ, τὰ δὲ πλείω ψευδῆ λέγοντες, τοιοῦτοι ἐπαίρουσι: *Divinos & vates in republica esse, prorsus non oportet. Multos enim hi tales, dum vera quædam, plura falsa proferunt, ad res novas impellunt.* Rem dicit, & quid tam proprium istis, quàm magna & blanda prædicere, & animos ad fortunę fastigia attollere? facili nostra credulitate, *tanquam peritiâ, & monitu fatorum* (ait Tacitus) *prædicantur; & cupidine humani ingenii, libentius obscura credi.* O veriloquia! inclinamus: & vidi & risi Principes viros, auribus atque animis in hæc pronos, imò alia omnia artium præ iis spernentes. At, ut Dio ajebat, turbas & res novas dant. Quis nescit, qui historiam veterem legit, & *ad scelus* (ait iterum Tacitus) *ab hujusmodi votis facillimè transitur.*

Deuter. cap. XVIII

Lib. III. de Africa.

Lib. III.

I. Histor.

Ibid.

Digitized by Google

transitus. Hinc conspirationes in Principem, aggressiones, dejectiones: & quæ copiâ exemplorum deterreor affirmare. Poëta sufficiat, aut veriori nomine hîc vates:

Statius. ——— *Nos pravum ac debile vulgus*
Scrutamur penitus superos, hinc pallor & iræ,
Hinc scelus, insidiæque, & nulla modestia voti.

Apollo veriora dicta numquam dedit. Sed caussa altera, Fallacia. Nihil in prædictionibus istis firmum, nihil ex arte certa (quidquid assimulent) hausstum: & qui veriora dixisse videntur à Geniis habent. Sed ii ipsi quam ament & gaudeant nos fallere, id quoque scimus. Quid, quod vel inviti etiam fallunt? neque enim sunt omniscii, & quamquam subtiles, & arcanorum Dei per notas scrutatores: tamen aberrant, & abyssum illum Fati non pervadunt. Itaque benè iterum

1. Histor. Tacitus: *Mathematici, genus hominum potentibus infidum, sperantibus fallax.* Certè utrumque, nam & potentes destituunt aut decipiunt, aliò transgressi: & vanitatibus fallunt. *Patere* (ait jocosè Seneca) *aliquando Mathematicos vera dicere.* Patior, & tot sagittas cum emittant, unam tangere, aberrantibus centenis. Enimverò ridiculi Principes, qui huc se donant. Vide Agrippinam, Neronis matrem: quæ mortuo Claudio, domi eum aliquamdiu tenuit, & famam de morte suppressit,

Tac. XII. Annal. ut progressui scilicet & auspiciis, *tempus prosperum, ex monitis Chaldæorum, attentaret.* O dii deæque, tetigit: quam salutaris ille rector, quam diuturnus, quàm illi & sibi lætus etiam fuit! Bellum aliud in Nicetâ Choniate, prudente illo (fatendum est) historiæ scriptore. Tangit vitium sui (utinam non & nostri!) ævi, atque ait: *Nostris temporibus* IMPERATORES NIL SINE PRÆSCRIPTO ASTROLOGORUM *agunt: & rebus gerendis dies atque horas eligunt, ut sidera dictarunt. Itaque Alexius Imperator, diu cunctatus, quando opportunè Blachernas rediret; tandem dies & hora ex astris eliguntur. Redit, & quidem ita feliciter, ut cùm primum se moveret, terra ante ipsum profundè dehisceret: atque ipse evaderet, sed Alexius gener ejus, & multi illustrium in specum delaberentur, lædenturque: Enuchus verò unus è gratiosis planissimè periret.* En & hic veracem ac felicem artem! quam Deus de industria ridendam sic propinat, ut nos avertat. Recitat magis ridendum, de *Manuele*, cujus imperio, cum Siculi & Latini mare occupassent, vicinum Byzantio, & damnum ac dedecus in oculis cottidie esset: semel iterumque in eos classem misit, sed cum clade & ignominia semper repulsam,

Digitized by Google

sim. Igitur Mathematici & astra consuluntur, eligitur dies felicior, nec ambigitur de successu. Parat se *Constantinus Angelus*, vir illustris, & prodit jam in hostem: sed ecce citis nuntiis è medio cursu revocatur: *quia explorasserat Princeps parùm certò & sagaciter indagationem factam, & erroris aliquid intervenisse.* Ergo thema iterum statuitur, magnâ curâ, & diu disputato inter peritos, tandem convenit de beneficio & salutari siderum aspectu. Constantinus emittitur: & quid quæris? victoria in manibus. Adeò quidem certò, ut vix in mare progressus Constantinus, non dicam vincatur, sed ipse cum suis capiatur: quo nihil deterius potuit evenire. Eant Principes, & his credant. Atque peritiores aliquos sortientur. Ita, peritiores ad fallendum, non ad sciendum: & quidquid dicitur, extrema fraus & nova occupabit, rideant licet prima. Valerii verbis claudam: *Mathematici* (& alios intellige) *levibus & ineptis ingeniis fallaci siderum interpretatione quæstuosam mendaciis suis caliginem injiciunt.* Audis Princeps, *levibus & ineptis ingeniis* adhærent, placent: & tu inter eos censeri velis? Audi & de *quæstu*, quod addit: finem hunc omnes istæ præstigiæ (non enim artes) habent: cave, sperne. Tantùm, si *Somnia*, *Signa*, *Spectra*, *Vaticinia* Deus palàm mittit (& viros tunc pios doctosque consule:) insuper ne habe.

CAPUT VI.

DE CONSCIENTIA.

Eam curandum esse, atque obsequendam.

A RELIGIONE priusquam abeam, de Conscientia etiam admoneo, & adnecto. Quid ea est? ex religione & Dei metu animi judicium ortum, bona approbans, mala abhorrens. Omnes illuc vocamur ab interno isto judice, velut ad tribunal: & homini formato indebilem hunc characterem Deus impressit. Tertullianus pulchrè: *Potest obumbrari, quia non est Deus; exstingui non potest, quia à Deo est.* Utrumque rectè, nam & nubes aliqua sive aulæum ei obducitur, affectu aut contemptu jubente: sed prorsus non admovetur aut tollitur, imò ipsa aulæum tollit. Mali doctores in Politicis, qui hanc sepeliunt aut calcant; qui externam virtutum speciem nobis ingerunt, ipsas admitti negant. Bis terque miseri, etiamne animo

animo huic & Conscientiæ imponent? Vela te, & verte in varias formas: ubicunque vera virtus non est, vitium subsequetur, & ex eo inquies in animo aut timor. Vetus ille idem scriptor, *Omne malum aut timore, aut pudore natura suffudit.* Quantò melius, securius, firmius, rectâ apertâque viâ incedere, Deo, sibi, hominibus se probare? Exclamare cum Philosopho nostro: *Nihil opinionis causſa, omnia Conscientiæ faciam. Populo spectante fieri credam, quidquid me conscio faciam?* Ades, ades, quisquis populum ducis, hanc habe consiliorum actionumque tuarum ducem & magistram. *Nihil hac luce clarius, nihil hoc gloriosius testimonio, cùm veritas in mente fulget, & mens in veritate se videt.* Vis unum, sed illustre, probæ vitæ, probæ mentis exemplum? cape.

Apolog. cap. 1.

Seneca.

Bernard. in Cantic. Serm. LXXXV.

LIVIUS DRUSUS, cum domum in Palatio ædificaret, & architectus offerret, ita se structurum, ut libera ab arbitris & ab omni despectu esset: *Quin tu potius*, inquit, *si quid in te artis est, ita compone domum meam, ut quidquid agam, ab omnibus inspici possit.* Vox magnifica, vox laudanda! vita an pro ea fuerit, ambigo, neque inquiro.

CAPUT VII.

DE PROBITATE ET CONSTANTIA.

Utramque Principi convenientem, aut necessariam esse.

HAs Virtuti & Religioni addidi; quæ jure ubique utraque in Principum factis ostendat. Quid enim *Probitatem* appello? nisi rectum & sine fuco Virtutis amantem animum, quique ipsam propter ipsam, non commodum aut famam, amat. Talem in Principe requiro, & ex descriptione Amphiarai, apud Æschylium;

Οὐ γὰρ δοκεῖν δίκαιος, ἀλλ' εἶναι θέλει,
Βαθεῖαν ἄλοχα διὰ φρενὸς καρπούμενος,
Ἀφ' ἧς τὰ κεδνὰ βλαστάνει βουλεύματα·

Nam justus esse non videri studet,
Sulcum profundum in mentis agro conserens,
Consilia de quo germinant salubria.

Bona

Bona descriptio, & monitio. Justus probusque esto: & ex profunda mente pullulabunt honesta, & utilia consilia. Ne enim ista separemus: non inquam Honestum ab Utili, & errat ab Italia doctor, qui ducit aliò; qui tyranniones minutos, non Reges aut Principes legitimos format. Abeat, tolle tu fucum & fraudem: quæ nec valida, nec diuturna esse possunt. Posteà super hac re plura. At verò *Constantiam* dico, animi erecti magnitudinem, qui utrique Fortunæ par est, nec attollendus à læta, nec altera deprimendus. Sicut adamas, nobilissima inter gemmas, infractam vim habet: sic Princeps debet animi robur. Et verò quàm ei opus est? in altam illam fortunam quot nimbi, procellæ, fulmina, incidunt, aut incurrunt? Nihil miserius Principe, qui ad singula moveatur, aut se inflectat. Debet & ab usu, & tractatione rerum, induere Constantiam. Videt assiduè incerta rerum humanarum: publicè aut privatim casus & calamitates audit: versetur in iis, non inhæreat, & ut rota in curru per terram volvitur, sed super eam exstat; sic ipse. Tractet humana, & norit: sed iis se etiam eximat, & secum dicat: *O quàm contempta res est homo, nisi super humana se erexerit!* Denique Seneca. poëtæ hoc imbibat;

Lege Deum; minimas rerum discordia turbat, Lucanus.
PACEM SUMMA *tenent.*

Sed exempla aliquot veræ *Probitatis*, & tum *Constantiæ* videamus.

ARISTIDE inter Græcos, quid probius aut simplicius? qui cum gloriæ & nominis caussa periclitaretur in exsilium decennale mitti, quod à genere suffragii *Ostraciſmum* Græci dicunt: minuendæ scilicet privatæ potentiæ, & muniendæ publicæ libertati: ille, inquam, cum in suffragia jam iretur, ipse quoque aderat, & stabat permixtus plebi. Ibi aliquis de numero, scribere imperitus, hunc propinquum rogavit, ut in testulam nomen *Aristidis* inscriberet, damnandi scilicet ejiciendique. *Ergo eum nosti?* inquit: *aut alibi is te læsit, nocuitque? Neutrum*, inquit alter: *sed hoc malè habet & damnatum eo, quod vocari audio Justum.* Testam accepit Aristides, & paruit, ac nomen suum promptè inscripsit. O summa Probitas, & alio quàm populari illi theatro digna! I.

In iisdem Græcis, EPAMINONDÆ tota vita nil nisi probitas & rectitudo fuit: adeò in factis non obliquus, nec in verbis: & *ne joco quidem mentitum um-* II.

Digitized by Google

quam, fidi scriptores tradiderunt. Idem, cùm invidia premente, bello præfectus non esset, re tamen & necessitate talem Ducem poſtulante: imò & alius imperitus ejuſce artis dilectus esset; ipse nihilum motus, pro gregario milite nomen dedit. At cùm mox, ignaviâ ductoris, ventum in verum & grande discrimen esset; cunctis circumspicientibus & Epaminondam requirentibus, ille alacris, & deterſa injuriæ memoriâ, prodiit, & exercitum obsidione ereptum, incolumem in patriam reduxit.

III. Simile aut gemellum tuum Q. FABI factum, qui cùm per injuriam æquatus imperio, ipse Dictator, cum *Mmutio* Magistro tuo militum esses; quin & divisio legionum, ut inter Consules solet, facta: haud diu fuit, cum temeritas & vanitas in laqueos incidit, datura Annibali pœnas, nisi tu patriæ & civium caritate, & probitatis illo stimulo, copias tuas statim de castris eductas hosti objeciſſes? & cives non libertati solum, sed sanitati reddidiſſes. Pœnituit enim actorum, atque ipsum adeò auctorem Minutium, qui reverentiâ & admiratione virtutis, signa, se, & suos in castra tua reduxit, & seriò submisit ac subjecit.

IV. M. PORCII CATONIS nomen, in duplice homine meruit, ut Probitatis & Virtutis habeatur. Sane ille senior, quanta integritate vixisse debuit, qui causſam quinquagies dixit, & obtinuit? nec id gratia aut opibus, sed contra gratiam aut opes totius ferè civitatis. Nam inimicos plurimos ei ac invidos, cum Probitas tum & Severitas faciebat: qui nemini parcere aut amicus esse dedicerat, qui reip. non esset. Atque adeò (miræ fiduciæ factum!) ex hoc numero inimicorum *Tib. Sempronium Gracchum*, cum senex accusaretur, ultro judicem popoſcit & sumpsit: sed & aduersario judicante absolutus, in posterum & gloriam sibi & securitatem peperit.

V. Quid Junior CATO UTICENSIS? sed ille Constantiæ reservetur, cujus pectus templum & sacrarium proprium ei Divæ fuit.

VI. In ejus locum M. BRUTUS prodeat, qui & in contubernio ejus vixit, cum Cyprum peteret; nec virtutibus solùm, sed adfinitate se junxit. Duxit enim *Porciam* ejus filiam, tali patre, tali marito dignam. sed ipse Brutus, fallor, aut unicum exemplar est in omni

vita

Digitized by Google

vita benignæ & manſuetæ Probitatis. Quàm compoſitus ille animus fuit, qui inſtante Pharſalica pugna, ipſo veſpere ad multam noctem legit, & ſcripſit, Polybii Epitomen commentans? Unde ea quies, niſi ab animo introrſum quieto & puro? Qui nec Cæſarem quidem cum perturbatione aut odio occidit: teſtante M. Antonio, cujus hæc vox fuit, *Unum ſe putare M. Brutum, exſortem affectus, Cæſarem adortum, patriæ & legum amore.* Atque ita eſt, alii in regem ſurrexerunt, ipſe in regnum. Quàm certum argumentum in ipſo M. Antonio? quem cùm uno ore conjurati occidendum cum Cæſare cenſerent; ſolus reſtitit, juſtitiam magis quàm commodum ſpectans, & quia ex norma legum modò putaret, tolli tyrannum. Eâdem animi rectitudine, cum alii optimatum ad Octavianum deflecterent, illum colerent: reſtitit, & palam denuntiavit, imponi & tolli in humeros tyranni hæredem, graviori mox ſervitute. Nec id quidem metu ſuo, aut odio, quem ille odiſſet, qui nec armatum & inſidioſum hoſtem, C. Antonium? Bis ejus copias & ipſum cinxit, & in manu habuit capere aut occidere: dimiſit. Quo tam benignæ virtutis fulgore milites percuſſi, ad eum tranſierunt, atque ipſum ducem captivum tradiderunt. Quid deinde in Lycios? acres & pervicaces hoſtes erant: tamen captis per vim arcibus aliquot & opidis, omnes ſine pretio liberos dimiſit. Nec ſic placantur, igitur Xanthios obſidet, premit, & fortuitus ignis urbem comprehendit: quem cives introrſum, deſperatione & pervicaciâ, augent, alimenta injiciunt, ſe interficiunt: Bruto miſerante, reſtinguente, ſalutem offerente. Sed & lacrimas ubertim emiſit in triſti caſu, & præmium militibus pronuntiavit, ſi quis hominem Lycium conſervaſſet. Talis & in Patarenſes fuit, pertinaciter item reſiſtentes. Atque ipſe cum animus dubius eſſet, oppugnaret an omitteret; non victoriæ diffidentiâ, ſed metu ſimilis veſaniæ: ecce habuit in poteſtate pleraſque eorum fœminas, quas omnes intactas in urbem remiſit. Perfregit ea res animos, & ſpontè opidum Virtuti, quod non Terrori, aperuerunt. Tamen ille tam mitis in hoſtes, qualis in ſuos fuit? ſeverus ubi meruiſſent. In ipſo ardore civilium armorum, cum multa militi, omnia ferè ducibus licent, accuſatum apud ſe à Sardiniis *L. Pellam* Prætorem, repetundarum nihil cunctatus damnavit, & infamiâ notavit: improbante & indignante Caſſio, quòd id tempo-

amici non alienandi, sed novi adjungendi viderentur. At ille in Virtutis & Justitiæ orbita firmus, nec in communi excessu excessit: & deseri, ac deserere omnia maluit, quàm illas. O virum, cui vel hostis meritò lacrimas impendit! *Is* fuit *M. Antonius*, qui interfecti (sponte, & sua manu) corpus liberto cuidam sepeliendum tradidit: atque adeò paludamento suo velavit. Quod ille cum avaritiâ intervertisset, neque unà cremasset; gnarus iratusque Antonius, protinus interfici jussit, cum hac superdictione: *Et tu nesciebas: cujus tibi viri sepulturam mandaveram?* Nesciebat vile ingenium: sed viri hercules magni, & vel *primi*, vel *ultimi* (utrumvis dicas) *Romanorum.* Transeo ad exempla

CONSTANTIÆ.

8. Quorum agmen ducat PHOCION Athenienſis: vir qui contra vulgus, contra potentes, contra fortunam & mortem ipsam immotus stetit. Oraculo aliquando Athenis recitato, *Esse unum virum, qui à concordi civitate dissentiret*: quærentibus omnibus, & frendentibus: *Quæso*, inquit, *quiescite; ego ille sum, quem quæritis, nam mihi nihil eorum, quæ agitis, placet.* Proh animum! sicne una voce tuum populum reum agere perversitatis, & insipientiæ? Sed caussa tamen erat: & illis Alexandri temporibus, populus Athenienſis delirabat senectute. Idem igitur, cum Dux electus, ttepidos suos in bello videret, & lingua sola fortes, prudenter abstinuit à pugna. Mox, cùm rediissent, & pace facta incusarent illum ignaviæ, & quasi vincere nesciisset, aut noluisset: inquit, *Felices vos, qui ducem habetis vestri gnarum! nam alioqui jamdiu periissetis.* Festivè & mordaciter, exprobrans ignaviam & imbelliam, quam in animo gerebant, ore avertebant. Iterùm in populum, & ejus aurigam Demosthenem, cùm ille quasi coërcens libertatem Phocionis diceret, *Interficient te Athenienses, si furere cœperint*: iste, *At te*, inquit, *si sapere.* Tetigit illum, ut improbum, hos ut parum sanos. Et constans hic tenor per omnem vitam, nec in morte deseruit, ad quam publico judicio damnatus, scissâ civitate in factiones: cùm duceretur in carcerem, præcurrerent improbi, in viâ obvii & conviciantes, inter eos unus, sputum in os ejus congessit. Ille conversus placidè ad Archontes, *Nemon' hinc*, inquit, *reprimet*

reprimet potervíam ? Cùm amicus ejus in carcere quereretur, quod injustè cum Phocione interficeretur, *Et tu*, inquit, *non in magna gloria ponis, quod cum Phocione* ? Alio rogante, *Numquid ad filium vellet* ? *Maximè*, inquit, *jubere me, ut injuriarum populi Athenienſis obliviſcatur.* Alio amico petente, ut priori ſibi bibere cicutam liceret : *Gravis mi Nicocle*, inquit, (id ei nomen) *hæc petitio : ſed cui per omnem vitam nihil abnui, hoc quoque indulgeo.* Ita conſtantiſſimus vir obiit, cum ſui famâ, Athenienſium infamiâ æternâ.

Quid verò mulier in eadem Græcia ? CRATESICLEA fuit, mater *Cleomenis*, qui rex Spartæ res ibi nota- 11.
vit, aut potius lapſas in antiquum locum reponere tentavit. Is cum grandi bello cum Achæis diſtineretur, ſed & *Antigonum* ac Macedonas timeret ; à ſe impar, opem & opes à *Ptolomæo* Ægypti rege petebat. Qui ſpem fecit, eâ lege, ut hæc Crateſiclea mater ejus, itemque filius, obſides fidei in Ægyptum mitterentur. Durum & inſolens ſatis viſum Cleomeni, nec auſus matri proponere, etſi neceſſitas adigebat. Itaque aliquoties loqui ea de re conatus, abſcidit, & abſceſſit. Mulier acuta animadvertit aliquid eſſe, & amicos ejus percontata, *ecquid vellet effari Cleomenes, nec auderet* ? Quin hortata eos eſt, ut incitarent & ſubmoverent. Tandem ergò Cleomenes poſtulata regis aperuit : illa autem in cachinnum effuſa, *Et hoc erat*, inquit, *quod dicere aggreſſus, non dicebas. Mitte vero hoc corpuſculum quocumq; terrarum, ubi uſui Spartæ ſit, potius quam hîc ſenio & deſidia ſolvatur. At tu vir & rex eſto.* Statimque inſtitit mitti, & navigare. Deduxit igitur Cleomenes cum toto exercitu Tænarum uſque, Laconiæ promontorium, ubi parata navis. Illic in templo Neptuni congreſſi, priuſquam navim conſcenderet, mutuo complexu & lacrimis (quis matris & filii affectum neſcit ?) divelluntur. Sed illa egrediens, *Age rex Spartanorum*, inquit, *compone vultum & animum, ac cave quiſquam, qui foris adſiſtunt, lacrimantes nos videat, aut Spartâ aliquid indignum admittentes. Hoc enim in nobis eſt, caſus dii gubernabunt.* Sic fata egreditur alacri aſpectu, puerum manibus trahens : nec fœminam ſolum exuit, ſed matrem. Eadem paullo poſt, cum Ptolomæus parùm ex fide ageret ; & Cleomeni occaſio eſſet paciſcendi cum Achæis, ſed cunctaretur ob matrem : illa audito, reſcripſit animosè, *Ageret*

Digitized by Google

quod ex usu & dignitate Spartæ esset nec Ptolomæum hunc timeret, ob unam anum & puerum, quorum esset compos. O mulier, non quidem filio meliore, sed fato digna! nam & tu, & ille, posteà sub ignavo & infido rege periistis.

III. Licet & alteram fœminam addere MONIMEN Milesiam, quæ insigni formâ & lepore, sed ingenio melior, *Mithridati* regi placuit. Tentavit pudicitiam ejus, blanditiis, donis, & ad quindecim millia aureorum simul misit: quæ fortiter sprevit, & rejicit procum regem, donec nuptiarum titulo & pacto evicit. Sed nec eæ fregerunt magnitudinem animi, mœrebat, & sortem suam deplorabat, quòd pro marito dominum, pro liberis & familiâ, custodiam nacta esset enuchorum & barbarorum. Victus tandem Mithridates à Romanis, & animi atque amoris æger, ne in potestatem Monimæ veniret, misit qui mortem indiceret, enuchum *Bacchidem*. Illa nihil cunctata, & cupienti proprior, diadema detractum capiti (nam ut regina ornabatur) collo aptavit, atque ex eo se suspendit. Sed imbecillo & distracto, indignabunda, *Infelix fascia*, inquit, *nec hîc mihi eris usui?* Et abjiciens illud ac conspuens, jugulum Bacchidi alacriter obtulit, ac tantum non læta periit.

IV. Quid Græca me tenent? M. CATO ad se vocat, ille inclytus Constantiæ sacerdos: cujus vel à puero dedit specimen. Nam cum apud Livium Drusum avunculâ unà cum Cæpione fratre educaretur, ac Latini sub id tempus de impetranda civitate agerent: evenit, ut *Pipedius Silo*, vir inter primos Latinorum, hospitium item apud Drusum haberet. Itaque cum pueris familiariter cavillans & jocans, & *Heus vos*, inquit, *ecquid apud avunculum pro nobis, & civitate capienda, interceditis?* Ibi Cæpio blandè statim annuere, Cato silere & torvum intueri. Tum Popedius, *Quid tu igitur? non promittis?* & simul sustollit, & extra fenestram elatum, pendulum habet, cum minis & terrore dejiciendi. Vocem etiam & vultum exasperat: sed Cato nihil motus, intrepidè sustinuit, & perstitit silentio negare. Ibi Popedius, relato & depositio, submisse ad amicos: *Et quid si hic vir sit? ne unum quidem suffragium, credo, in populo feramus.* Benè divinabat Cato firmus & certus, nihil in remp. ullo metu dicere aut facere; sed nec ab aliis, quod in se erat, fieri. Ejusdem roboris, in Sullanis temporibus, à paullo jam grandiore exemplum. Animum enim agebat

Digitized by Google

bat quartumdecimum : & ſæpè *Sarpedon* pædagogus & doctor ejus ad Sullam ducebat, honoris cauſſa, ſalutatum. Atque ipſe admittebat, quia amicus patris ejus fuerat, & comi ſermone excipiebat. Domus autem illa parùm à carnificina aberat, ita capti, vincti, torti ducebantur, ſed & capita inferebantur & efferebantur interfectorum. Cato inhorruit, & vidit alios clàm ingemiſcentes : atque ad magiſtrum ſuum, *Hunc hominem*, inquit, *quid ita nemo interficit* ? Subjiciente illo, *Nam metuunt eum magis, quàm oderunt. Quin tu ergo mihi*, inquit, *gladium dediſti, ut eum interimam, & patriam è ſervitute aſſeram* ? Quæ dixit vultu atque oculis ita acribus & minacibus, ut Sarpedon deinceps & rariùs ad Sullam duceret, nec niſi tentatum & excuſſum. Tertium à jam viro, *Metellus Nepos* Tribunus plebis remp. turbabat perniciosis rogationibus, quas Catoni certum erat impedire. Ille hoc providens Cæſare adjutore, fotum de multa nocte ſervis & mercede conductis operis occupaverat, vim haud dubiè facturus in reſiſtentes. Amici igitur Catonis, & tota domus, mœſti & anxii ; ſolus ipſe ſecurus cibum cepit, dormiit, manè ad forum iit. Cùm veniſſet, videt templum & gradus Caſtoris armatis infeſſos, ipſum Metellum aſſidente Cæſare, ſupernè imminentes, quaſi duces : omnia ad pugnam & tumultum parata. Riſit, & ad proximos : *O hominem timidum, qui adverſus unum & inermem tantum habuit dilectum* ! Et Manutium Tribunum è bonis, manu ſecum trahens, eluctatus per gradus eſt in ſummum : atque ibi medium ſe ſtatim immiſit & compoſuit, inter Cæſarem & Metellum. Stupuit ipſa audacia, ad hoc robur : & cum trepidè Metellus legem per ſcribam recirari juſſiſſet, Cato inhibuit : donec ipſe Metellus, arrepto codice recitaret. Sed & hunc Cato è manibus ei extorſit : ac Metellus ſigno dato, armatos immiſit, diſſipatâ ſtatim concione, & nemine præter Catonem, reſtitante. Hunc cùm lignis lapidibuſque peterent, *Murena* Conſul ægrè texit, & abduxit : ſed confirmatis iterùm civibus rediit, & ſolâ ſuâ conſtantiâ peſtilentem rogationem disjecit. Quartum. Pompejus ab Oriente redux, & in magnis opibus ac gloriâ, vidit quid animorum in viro eſſet, & quanta ſibi acceſſio ſi hunc adjunxiſſet. Itaque ad affinitatem aſpiravit, & ſororem (ſive ſororis filiam, ut alii) petit uxorem. Votiva conditio omnibus viſa, atque ipſis maximis fœminis : ſed non Catoni, qui renunciari liberè juſſit, *Non capi aut illaqueari ſe per fœminas*,

quòd si Pompejus rectam in republica viam iniret, ultrò se amicum fore; nullo pacto aut pretio. Quintum. C. Cæsar Consul legem de dividendo agro Campano ferebat, privatim utilem, publicè exitiosam. Unus Cato resistebat acerrimè, adeò ut Cæsar pro imperio, abstrahi à Rostris hominem, & duci in carcerem juberet. Ducebatur, sed & sic inter viam de lege identidem disserebat, incommoda & insidias ejus ostendens. Jamque pervenerat pænè ad carcerem, deducente pleraque parte Senatus & optimatium: cùm Cæsar à Constantia victus destitit: & è Tribunis unum submisit, qui eximeret & liberaret. Sextum. Præturam petebat Cato, & impetrasset, nisi Cæsar, Pompejus, & illa potentium manus se objecisset: unum hunc reveriti, ut progressibus suis impedimentum. Itaque effusa & aperta largitione effecerunt, ut præferretur ei Vatinius, mortalium pœnè postremus. Quid Cato? accepit & tulit injuriam eo animo, quò alii beneficium: & vultu etiam nihil dejectus, eodem die in forum venit, ambulavit, & pilâ lusit. Deus immortalis, an non super affectus & motus humanos hìc vir fuit? an non dignus, de quo Poëta scriberet:

Quippe malo unum Catonem, quàm trecentos Socratas?

Dignus, & robur etiam in morte fileo, quod variam interpretationem habere potest, & nostræ Religionis scito culpam.

PORCIAM subnecto, patri filiam, nupserat ea *M. Bruto* marito heroinâ hâc digno. Is cum agitaret de nece Cæsaris etsi sedulò silebat, tamen vultu manifestus erat grande aliquid & atrox agitare, præsertim amanti, & conjugi. Suspicata igitur tale aliquid, & maritum silere, quia diffideret imbecillitati, statuit sui sumere experimentum, & fecit. Cultro tonsorio, cùm sola esset, graviter in femore se læsit. Secutus sanguis largior, debilitas, atque etiam febris: cùm Brutus domum venit, trepidus & re inopinatâ mœstus. Illa remotis arbitris, *Age mi marite, est quod serio fabulemur. Ego tibi cùm nupsi, conjux in domum tuam veni, non amica aut pellex: nec mensæ aut tori tantùm, sed tristium lætorumque consortem me dedi, Catonis filia sum: & pro illa stirpe me censè. Quid ergo? de te queror? minimè, si alia specto, & solennia conjugiorum, aut benevolentiam sive & amorem hunc externum. Sed altius spiro, & amicitiam etiam volo: atque unus ille in anima dolor est & pungit, fidem non haberi fidei meæ. Nam quid dissimulas? nosse curam*

Digitized by Google

ram video, quæ te coquit? arcani magnique aliquid, quod agitas? Cur me celas? auxilium si non speras, solatium exspecta: nam de silentio, possum apud te spondere. Non respice ad alias mei sexus: ego (iterum dico) Catonis filia sum: & addo, M. Bruti uxor. Vel natura me à tali patre, vel consuetudo à marito, fortem constantemque reddant etiam adversus extremos metus. Quid verba facio? rem vide. Cepi ipsa mei experimentum: & ecce hoc vulnus, quod sponte intuli, ut discerem ecquid dolori aut tormentis par essem. Sum, confide, possum ferre, possum contemnere: & mori ô Brute, cum marito, & pro marito possum. Proinde si quid tu honesti agitas, quod utrumque nostrum sit dignum, ne file. Brutus admiratus animum, & osculatus affectum, manus præ gaudio in altum sustulit: &, *O omnes cælites, adeste volentes propitii, ac dignum me Porciâ maritum præstate.* Tum ordine conjurationem aperit, & consortes, nihil territæ aut deterrenti, imò animanti. Atque hoc primum ejus Constantiæ, ut sic dicam, sacrum: alterum à mariti morte. Audiit enim de tristi in Philippis pugna, & Brutum suum fuisse; nihil igitur morata, mori voluit: sed amici & custodes impediebant. Illa ipsis & jam sibi irata, *Quid*, inquit, *mortem aliquis impediat, aut neget? non potest: & pater vos docuit.* Ac cum dicto prosiluit, & è foco prunas ardentes haustas ori ingessit: & spiritum, quem emittere non potuit, suffocavit inclusum. Probas hoc? inquies, non sed miror: imò & probet aliquis, sed ab illo ævo.

Ad Christiana & nostra exemplа tutiùs transeo, quæ in Sanctis viris & martyribus sunt infinita. Nulla re hæc Religio magis abundat, magis se commendat & adfirmat. Sed ea in suis locis sunt promta: nos sparsa in historiis colligimus, & in iis unum ALFONSI PERESII GUSMANI, in Hispania Bætica, cui à moribus cognomentum BONI fuit. Magnus pace & bello ille vir, clarus opibus & earum usu: atque ecce specimen. Rex Castellæ Sanctius *Tariffam* (quæ verum *Carteja* sive *Tartessus* est) de Mauris ceperat, sed anxius custodiendi & tenendi, ob hostium vicinіam, & ingentes sumptus. Suscepit ultrò in se curam Alfonsus, & partem stipendii de suo daturum promisit: rex interea res alias ageret. Paullò pòst, frater regis *Joannes*, ambitione prava ad Maurum transit, & copiis ab eo recepis subitò Tariffam obsedit. Obsessi nihil trepidare, in sua & ducis virtute fidere, animos supra periculum habere: nisi quod infregit VI. ∞.CC. XCIII.

Digitized by Google

eos subitò inopinata res, captus Alfonsi filius: (in agris fortè interceperant:) & ante mœnia ostensus. Unicus porrò patri erat. Illi minari, nisi opidum dederetur, sub oculis interfecturos se, & fœdè lancinaturos. Motis, flexisque aliis, ille nec hilum: & altâ voce negat, *Si centum filios in potestate haberent, non ideò se à fide & honesto abiturum. Quin*, inquit, *si tanta libido jugulandi est, en gladium:* & suum è mœnibus projecit. Stupor me habet hæc scribentem: quid spectantes? Ille sic abiit, & ad prandium se composuit, cùm ecce clamor & ejulatus dissonus auditus eum evocat: iterumque in mœnibus se sistit. Quærenti consternationis causam, refertur, *Filium barbarâ crudilitate interfectum. Hoc erat?* inquit, *credebam urbem ab hostibus captam*: & pari tranquillitate ad prandium uxoremque rediit. Creditis posteri? sed credite, res ita gesta est: & hostes magnitudine viri attoniti, nihil ultra tentantes, discesserunt. Libet hîc exsultare; estne factum vel in omni antiquitate fortius, vel laudabilius? Gratulor tibi gens & domus illustris Ducum *Methymnæ Sidoniæ*, quæ ad hunc auctorem stemma & sanguinem refers. Felix origine, esto imitatione.

VII. Hæc ad miraculum exempla sunt: alia non tam ferientia, sed haud minus sapienti approbanda. De FERDINANDO Hispaniarum rege traditur, prostremo isto, qui Mauros ejecit, per omnem ætatem firmo constantique ingenio fuisse: & cùm utramque sæpè fortem expertus esset, prospera atque adversa sic compositè & sedatè tulisse, ut nulla unquam in vultu ejus consiliorum aut affectuum vestigia deprehenderentur. Idem cùm Barcinone, à furioso quodam grave vulnus in cervice subitò accepisset, neque animo turbatus est, nec gemitum aut vocem doloris indicem emisit: tantùm servari parricidam jussit, quo auctore fecisset.

VIII. Uxor ejus ISABELLA virilis animi curæque mulier, & hæc laude æquavit, aut superavit maritum. Nam cùm nuptias adornaret cognominis suæ filiæ, cum *Emanuele* Lusitaniæ rege, & subitò nuntius adferretur de morte *Joannis* unici filii, illa hoc agere, & dolorem comprimere, vultumque fingere tamdiu potuit, donec Emanuel ab aliis id resciisset. Eadem non in adversæ solùm valetudinis, sed in partus acutissimis doloribus, & gemitum & vocem supprimebat, rem incredibilem, nisi à fidissimis matronis, quæ à cubiculi curâ

Digitized by Google

curâ erant, id certò se cognovisse *Marinæus Siculus* affirmaret:

Horum nepos CAROLUS QUINTUS Imperator, cùm in Germania copias & castra ad Ingolstadium haberet, cinxissentque eum ingenti numero militum fœderati hostes: nec illi visum dimicare, vel quia sui nondum convenissent, vel quia prævidebat tutam mox & sine cæde victoriam: ecce isti æneorum tormentorum copiâ validi, tantum ferreæ grandinis in castra jaculati sunt, ut uno die ad VI. *millia* majorum globorum numerarent. Itaque omnia ictibus pervia, ipsum Cæsaris tentorium, & ad latus ejus & tergum occisi: cùm ille nec locum, quid locum? nec statum, nec vultum mutavit. Quin etiam monentibus amicis sibi, atque omnibus in se, parceret; dixisse arridens fertur, *Confiderent, neminem Imperatorem tormenti ictu periisse.* Brevia hæc relatu, examinanti ingentia sunt, & digna memoriâ ac laude seculorum. Atque hæc talis constantia, morum actionumque gravitas, in omni reliqua ejus vita fuit: IX.

Etiam in sanguine. Nam ab hac stirpe PHILIPPUS II. rex, familiarum testimonio, Constantiæ laude veteres novosque æquavit, extra aut supra affectus, non gaudio, non dolori pervius; neque animo solùm, sed vultu æquabili & immoto. Quis Sapientium, & qui unum hoc egerunt, eò pervênit? Sed quod alii verbis, ipse factis sibi vindicavit, NEC SPE NEC METU. Finivi & addo, non aliam virtutem Principe digniorem, aut in eo, sic dicam, honestiorem esse. X.

CAPUT VIII.

DE PRUDENTIA.

Quam Usus & Historia ignorant, & producit Doctrina.

POST Virtutem, cujus caput est Religio sive Pietas, Prudentia necessaria est Principi, atque iis qui in republica versantur. Hæc non aliud est, quàm notitia rerum eventuumque, & judicium in iis rectum. Tria illa pariunt, Natura, Usus, Doctrina. Natura multum potest, & ab ea sola, aut certè levibus aliis aut-

Digitized by Google

auxiliis, profecti quidam operæ pretium fecerunt. Sed usus si accesserit, etiam mediocris Natura attollitur & in consiliis actionibusque se probat. Quid si doctrina? plurimùm: & tria hæc ubi concurrunt, mirum quàm valida ea mixtio, & vera ex iis firmaque Prudentia oriatur. Nam profectò ubi aliquid horum solitarium, Superbia, Pertinacia, Error, comitantur, & in multis scio me observitasse. Quid tamen ex his ad rempublicam optimum? puto, Usus, & Theognidem sapienter scripsisse,

Δόξα μὲν ἀνθρώποισι κακὴ μάλα, πεῖρα δ' ἄριστον.

Est mala Opinio, at est homini longè optimus Usus.

Nam ubi sola Natura, sive & Doctrina; profectò Opinio innascitur, & gnari scientesque esse volumus, ubi non sumus. At Usus firmior, & in artibus per se valet. Age, fabricam quàm multi solo opere & usu didicerunt? quid artem navis gubernandæ? & civilis & militaris in republica quædam ars est: ab usu igitur discenda. Nec tamen plenè satis aut perfectè, quia illa, quæ dixi, uniforme aliquid & simplex sunt; ista, Deus bone, quas varietates, quos sinus & recessus habet? Lumen undique inferendum, ut pervideamus: & maximè à doctrina, non illa tamen arguta aut subtilium scientiarum, sed memoriæ rerum præsertim, quam historiam appellamus. Nam ea si attendis, quid nisi alter usus est? Quæ in isto video, tracto, facio; in illa lego, haurio, disco: & tantò plura, quantò plus rerum eventuumque complectitur, ab omni ævo. Mihi paucis annis experiri licet, & in una aliqua orbis parte, sive angulo: illic sæculorum res sunt; illic, quàm latè patent sola hæc terrarum. Itaque materies discendi major? & disces, si oculos mentis in illo velut speculo defigis exemplorum. Accedit, quod prudentes multi, & usu docti, olim ferè historiam conscripserunt: & iidem sensus breves, aut monita inseruerunt; Deus bone, quàm recta, quàm salutaria, si bona mens eligit & excerpit? Sed Historiæ laudes pertexere, non est hic locus, nec decet: addo de *L. Lucullo* tradi, eo qui Mithridatem & Tigranem vicit, potentissimos reges, vix aliam imperandi bellandique peritiam, quàm ab Historiis attulisse. Et istas igitur præcipuè ego Principi; sed & adhærentem *Geographiam* commendem, *Geometriam* leviter: & tum maxime *Philosophiam*, id est, Ethicam Physicamque. Duæ istæ partes formant ejus animum, vel ad Virtutum amorem & pretium, vel ad notitiam cælestium & terrestrium, è quibus

Magni-

Digitized by Google

Magnitudo animi oritur, & simul Modestia, collatione utrorumque. Non insisto (alibi feci:) sed *Peregrinationem* etiam obiter suadeam: quæ valdè ad notitiam sui status, tum & ad Prudentiam facit. *Hæc* omnia quæ Principi, magis iis & plenius, qui circa ipsum suggeram: quibus plus scilicet otii, & sæpè ingenii est, ad talia pernoscenda. Sed age, pro instituto; Exemplis hæc illustremus aut firmemus.

I. SOLON Athenienſis, horum omnium unus exemplum præbeat: in quo Natura, Usus, Doctrina, viguerunt. In republica assiduus ille fuit: sed etiam in peregrinationibus, & Ægyptum, Cyprum, Asiam lustravit: atque id discendi causſa. Usum vides: quid Doctrinam? scripta & versus docent, quos reliquit. Atque adeò tanta ejus cupiditate exarsit (sic loquendum est:) ut ipse in Carmine quodam glorietur, *Cotidiè addiscentem se aliquid senem fieri.* Cottidiè, itane etiam circa ipsam mortem. Nam cùm langueret, & assidentes amici aliquid inter se differerent, ille caput sustulit, & flexit ad audiendum. Interrogatusque, Quo fine tunc aut fructu? nobilem illam vocem edidit, *Vt cùm istud sciero, doctior moriar.* O desiderium! & quid in vita, aut ejus flore faciendum: cùm ille hæc in morte.

II. EPAMINONDÆ verò, etsi in crassiore aëre nato, tantum litterarum studium, philosophiæ doctrina tanta fuit; ut *mirabile videretur*, ait Justinus, *unde tam insignis militiæ scientia homini inter litteras nato.* Lib xv. Quod mihi tamen non mirabile, imò cum Diodoro Siculo sentio, qui ipsam hanc scientiam causſam fuisse vult rerum ab eo præclarissimè gestarum. Philosophatus ille scilicet est, sed ἀνδρικῶς μαλακίας, ut Thucydides loquitur & approbat: *sine mollitie aut desidia*: & habuit ad robur & ad prudentiam magistram. Sanè Pythagoricis dogmatibus addictum maximè, & Physicæ scientiæ fuisse, idem Diodorus monet. Lib. v.

III. Hujus discipulus & alumnus PHILIPPUS MACEDO, non *Alexandri* solùm, sed & *Magni* pater. Ille inquam, omnem hanc magnitudinem aut institutione, aut instrumento & instructo reliquit. Græcia domita, & firmus ille ordo militiæ, veteranus miles, optimi Duces, hæc omnia à Philippo fuerunt: & ipse Philippus ab Epaminonda, & doctrina. Nam obses triennio Thebis habitus, in ejus domo divertit, optimo magistro usus ad dicendum, sapiendum, faciendum.

Ipse

Digitized by Google

V. Ipse ALEXANDER haud aliâ re mihi quidem magis laudabilis, quàm doctrinæ studio videtur, & moribus quos hausit à doctrina. Ii fuere, Magnanimitas & Clementia. Sed à puero mitioribus artibus imbutus, mox in Ethicis & Politicis, aliisque Philosophiæ, præceptorem habuit Aristotelem: quem virum? ipsius Sapientiæ prolem & alumnum. Felix doctore, sed & felix ingenio, cùm non, ut plerique, leviter imbuit iis animum, nec statim, ut ad arma venit, artes fastidiit: sed & doctos in contubernio suo habuit, audivitque; & ipse, cum licuit, assiduè legit. Idque *Homerum* maximè, quem ita non amavit, sed coluit, ut cum in Dariana præda scrinium, gemmis & auro cultissimum, repertum esset, aliique aliò destinarent; *Imo* inquit, *Homeri carminibus reservetur*: quasi pulcherrimum opus, pulcherrimo conditorio dignum esset. Sed & incubuisse, & indormiisse eum sæpè Homeri libris, traditur: vel ex eo, non vulgaris scientiæ aut judicii æstimandus, qui altum & super omne vulgus poëtam æstimaret.

VI. Ultimus inter Græca exempla, PHILOPOEMEN esto: quem *ultimum Græcorum*, magnâ ejus laude, quispiam dixit. Is etsi in militiam studio & indole propenderet, tamen (ait Plutarchus) & *Philosophorum præcepta ac monita legebat sed non omnium; eorum dumtaxat, è quibus progressum se ad Virtutem sperabat facturum.* Habebat & hoc in ore. *Doctrinam debere ad facta tendere, non otii aut inutilis loquacitatis caussa usurpari.* Atque utinam hoc aliis, ut mihi, probet! Sed nos facere id decet, Principes debent.

VI. Ad Romanos transeo, quorum conditores ROMULUS & REMUS, non tam rusticuli fuerunt, quàm vulgò eos faciunt: si verum est, quod Dionysius & Plutarchus tradiderunt, *Gabiis in adolescentia, liberalibus studiis operatos, atque omni eorum liquore perfusos.* Et sanè facta atque ordo Romuli, non olent barbariem: minus *Numæ*, *Servii*, aut *Tarquinii* regum.

VII. Et si fateor jacuisse post, aliquot ætatibus, Romæ doctrinam; donec Græciâ captâ, ab hac caperentur; Longum sit omnes aut plures dicere: M. CATO UTICENSIS, pronepos illius qui Græcos & omne id genus pelli urbe volebat, ita studiis eorum se dedidit, ut & in Senatu, objecta leviter toga, libros legeret; vir, cujus nomen recte factum defendit, quidquid fecit.

Quid

Digitized by Google

Quid JULIUS CÆSAR. ille ſic acer militiæ, & Martis verè pullus? haud minus *Muſarum* fuit. Scripta ejus id docent, quorum pauca extant, pleraque perierunt, quæ inter ipſos rerum civilium aut militarium æſtus jactationesque confecit. Nec in itinere quidem vacuus: ſed amanuenſem in vehiculo apud ſe habens, dictanſque aut legens. Itinere Hiſpanienſi, ſpatio XXIV. dierum, ſive ut alii, ſeptem, poëma compoſuit, quod inſcripſit *Iter*. In ipſa Hiſpania ſub tempus Mundenſis prælii (& quandò umquam magis,) non dicam occupatus, ſed ſollicitus? libros duos de *Analogia* confecit, & totidem *Anticatones*. Mirabitur, qui brevitatem temporis, & occupationes viri noverit: ſed non mirabitur, qui vigilantiam & inſtantiam, quando pleraque hæc & alia, ipſis noctibus, ſub pellibus ſctibebat. Macte divini, & indefeſſi ſimul ingenii, vir! cujus & hoc ſignum, quod ſolenne tibi *ſcribere & legere ſimul, dictare & audire* (verba Plinii ſunt) *epiſtolas verò maximarum rerum quaternas pariter librariis dictare, aut ſi nihil aliud ageres, ſeptenas*. En aquilam! & quis ad hoc ævi ſublime ſic volavit? VIII.

Nec degeneravit ab eo OCTAVIANUS, judicio filius, poſteà Auguſtus, qui *Eloquentiam & liberalia ſtudia*, ait Suetonius, *ab ætate prima cupidè & laboriſſimè exercuit*. Ipſo Mutinenſi libello, in tanta mole rerum, & legiſſe, & ſcripſiſſe, & declamaſſe cottidiè legitur. Itaque opera pluſcula ſcripſit, quædam & verſibus; à tempore tamen, & ejus invidâ falce, præſecta. Nec in ſe modò eruditionem volebat, ſed in Adminiſtris neceſſariam cenſebat, adeò, *ut cuidam Legato Conſulari, tanquam rudi & indocto, ſucceſſorem dederit, cujus manu* III. *pro* IPSI *ſcriptum animadverterat*. IX.

TIBERIUS verò, vel ad culpam utriuſque linguæ ſtudiis auribuſque ſe dedit. Affectabat enim & rara & obſcura, & quæ pauci ſcirent, ſcire gloriabatur. Itaque aſſidui in cohorte ejus Græculi, quos & præmiis honorabat, & quæſtionibus exercebat. Hic tamen eſt Tiberius, cui nemo in calliditate, & firmâ regendi arte, ſe componat. X.

Non eo per Imperatores ceteros: nam quis eorum non ferè taljs fuit? Uſqueadeò, ut M. ANTONINO *Philoſophi* cognomen hæſerit? quòd ſupra alios in eo ſtudio deditus eſſet, Stoicam etiam ſectam profeſſus. Et quis tamen vitâ melior, imperio mitior aut felicior habitur? XI.

Quid

XII. Quid autem Christiani deinde nostri? de THEODOSIO JUNIORE traditur, eum historias Græcas Latinasque assiduè evolvisse: tam pertinaci in libris studio, ut cùm diem militaribus aut civilibus occupationidus daret, noctem iis seponeret. Quin & candelabrum sibi strui adfabrè curasse, eo opificio, ut oleum sponte ad lychnum perveniret ac suppeteret: ne vel interpellaretur lectio, vel ministri cum vigilante (ô humanitas! vigiles essent.

XIII. CAROLI MAGNI amorem & honorem in litteras multa loquuntur. Quid clariùs, quàm, velut vexillo proposito, vocati undique viri docti Lutetiam, in castra quædam litterarum! Felicia castra, quæ tot præclaros non milites, sed duces dedistis & datis, in militia hac togata! Sed illud quoque in *Paulum*, Aquileiensis Ecclesiæ Diaconum eminet, genere nobilem, ingenio litterisque nobiliorem. His dotibus conciliatus olim *Desiderio* Longobardorum regulo, dum fata erant: postquam ea ad Carolum transissent, huic iisdem caussis carus, & inter intimos familiares admissus. Sed Paulus veteris benivolentiæ & aulæ memor, consilia agitabat liberandi Desiderii, & è finibus exsilii educendi: quorum convictus, ipse in exsilium, in Diomedis insulas, seponitur. Sed nec illic fidei aut legum satis reverens, rupit transscenditque terminos, & ad *Ragaisum* Beneventi Ducem confugit. Itaque Proceres certatim accusant, damnantque capitis duplicem perfidiam &, in ipsum Ragaisum arma suadentur, frustrâ, apud mitissimum & litterarum amantissimum regem, quod solum nomen & titulus Paulum servavit, ipsumque cum Paulo Ragaisum ei conciliavit. Impositum modò munus, ut Historias à fine Eutropii scriberet, item seorsim Longobardica, aliaque in profanis, aut sacris, O dignum Principem, qui in digniorem hæc conferret!

XIV. Neque abnuo tenebras deinde fuisse, & nesc^io quo malo fato barbariem præsertim in Principum aulis, & privatim modò bonum Doctrina censebatur; an addam, & nunc censeri? Tamen velut stellæ interluxerunt pauci, ut ROBERTUS rex Neapolitanus, ∞ CCCXL. cui litteræ & litterati percari fuerunt. Ille est qui *Petrarcham*, & poësi & seriis scriptis nobile ingenium, fovit; ille qui *Boccatium* in amoribus habuit. Quid ipsam doctrinam; Vox ejus audita, *Cariores sibi litteras regno esse*, Desipuit, an altè sapuit?

Et

Digitized by Google

Et quàm similis vox & animus ALFONSI illius magni, in eodem regno fuit? Neque enim semel edixit: *Malle se omnium regnorum* (septem ea numerabat) *jacturam facere, quàm mininam doctrinæ.* Et tanè amavit in se, & aliis; & *Laurentium Vallam, Antonium Panormitam, Bartholomæum Faccium, Georgium Trapezuntium, Joannem Aurispam, Jovianum Pontanum*, & examen deinde juniorum, huic regi debemus. Ille Athenæa in regnis passim, ille Bibliothecas instituit, aut exornavit: nec gratius ei munus offerri poterat, quàm rarior aut electior liber. Quin ipsum *librum apertum* pro insigni usurpabat: significans Scientiam Principibus convenire, ex iis haustam. Et cùm aliquando audiret regem Hispanum dixisse, *Non convenire Principibus litteras*: stomachans subjecit, *Bovis, non hominis, vocem eam esse.* Itaque legit assiduè: *Livium* & *Cæsarem* maximè, nec dies fuit, ut familiares tradiderunt, quin his inversaretur: Idem quod miremur, *Annæi Senecæ* magnus amator: adeò ut ipse, suo Marte in Hispanicum sermonem Epistolas verterit, usui suæ gentis. Sec nec sacrâ lectione abstinebat: gloriatusque est, totum *Vetus & novum testamentum, unà cum Glossis*, decies & quater se perlegisse. Hæc Rex, hæc senex: ubi privati & juvenes estis? Senex, inquam, nam vix ante quinquagesimum annum studia attigit, institutione ejus in adolescente neglecta. Tunc Grammaticam, operâ *Martini* cujusdam didicit: quem ita carum deinceps habuit, ut numquam à latere demiserit. Videor non de Principe, sed litterione aliquo loqui: at ille etiam quantus vir belli domique fuit? quàm magnus, quàm felix rebus gestis? Elogium ei demus, à *Carolo Magno* majorem virtute & fortunâ Principem Europa non habuit: & (mentiri velim) non habebit. XV.

Addamus è Pannonia MATHIAM CORVINUM regem, qui clarissimo militari patre *Joanne Hunniade* natus, nec in eo studio degener, Doctrinæ illud adjunxit. Ferox ad id ævi ea natio, & tota Martis, cultum ingeniorum morumque à Matthia accepit: & quis nescit regum exempla subditos æmulari? Itaque Italos Germanosque, si qui litterarum gloriâ clarerent, evocavit: Bibliothecam instituit in ipsa regia Budæ, rarum thesaurum, & quem cum dolore recordamur, Barbaris, cum ipsa Pannonia, obvenisse. XVI.

An & mulier his se inseret? inseret meritò ISABELLA, *Ferdinandi Catholici* regis uxor, quæ ad omnia XVII.

Digitized by Google

alta nata, & verè virilium curarum mulier, etiam Doctrinam unicè amavit. Delectatam semper constat (nescio quâ inclinatione animi) ipso Latinæ linguæ pronunciatu & sono; nihil ut libentiùs audiret. Et mox respirans paullisper à gravissimis curis & bellis (reverà enim particeps & tori & sceptri erat:) respirans, inquam, statim se ad Grammaticum demisit, eique annum ita assiduam operam dedit; ut Latina non solùm capere, sed vertere ipsa in suum sermonem, posset. Sacris etiam & divinis officiis cùm interesset, lapsantes, aut vel in syllaba peccantes sacrificos advertebat, sed & sæpè admonebat.

XVIII. Enimverò nec olim aut nunc Barbari (tam clara utilitas est) ab hoc cultu alieni. Testor MITHRIDATEM illum veterem Ponti Regem, qui variè, & in ipsa Medicina doctus; hoc profert eximium, tenuisse viginti duas linguas, sic ut omnes subditos, quemque suâ dialecto, promptè & scienter alloqueretur.

XIX. CHOSROES autem Persarum Rex, Justiniano & Romanis per suas clades notus, & eloquentiam Græcam adamavit, & Philosophiæ ipsius non limen, sed adyta penetravit. Aristotelem totum percalluisse ajunt, Platonis lineas & numeros: sed & ipsa Græcorum opera in suam linguam transtulisse. Hæc ajunt: & demus famam aliquid adstruere: vel conatum ista, nonne magnum in magnis istis regnum?

XX. MAHUMETES etiam Turca me tenet, SECUNDUS eo nomine, qui cognationis illustrium virorum facinorumque maximè cupidus, Historias sibi verti in suum sermonem jussit, Græcas Romanasque: & ipsos viros depingi à *Gentile Bellino*, eleganti pictore, quem ad hanc operam à Venetis exambierat. His ille stimulis, utinam ne ad tam alta, & nobis tristia, animum æmulatione erexisset!

XXI. CAROLUM V. de industria totum hoc agmen volo claudere, & simul salutare monitum suggerere. Eum magnitudo statim rerum & imperii, tenerum adhuc à studiis abduxit: etsi amorem tamen & reverentiam non excussit. At quondam cum Genuæ oratorem aliquem audisset Latinè dicentem, nec plenè satis cepisset, tristi & ingenuo ore confessum Paullus Jovius scribit

Digitized by Google

scribit (is arbiter coràm & testis erat: confessum, inquam, *Dare se nunc puerilis incuriæ pœnas, & præsagum Hadrianum præceptorem fuisse, qui hanc pœnitentiam ei prædixisset.* Credimus, optime Princeps, quàm multi hodiéque tecum, jam grandiores, id est sapientiores, dolent in hoc neglectu; Cogitent parentes, emendent filiorum & publico bono. Voveo.

Digitized by Google

JUSTI LIPSI MONITA ET EXEMPLA POLITICA.

LIBER SECUNDUS.

CAPUT I.

DE PRINCIPATU.

Eum præferendum aliis imperiis videri.

QUÆ adhuc dixi, etsi ad Principem aptavi, communia cum aliis sunt, & in omni imperio adhibenda. Hunc formare magis, & propiùs dirigere incipiam: si tamen priùs breviter adstruxero eum, & laudaro. Nam ambigere multos, & differi variè de optima imperii forma olim & nunc scitum est: at nos istum præferimus, & causas distinctè, & velut per titulos libabo. Primò, quia liquet

MON. I. *Antiquissimum hunc esse.*

Homines autem primi, & origini suæ id est, Deo proximi, malis artibus fraudibusque nondum corrupti, censendi sunt optima elegisse: elegerat Principatum. In familiis, quod primum imperium, unus fuit. Plures deinde familiæ cognationibus junctæ, unum habuerunt: & ex istis societates, conventus, oppida; unum, donec magna imperia nata, & oppressio cœpit, ab ambitione exorta; & sic quoque ferè unus. Seneca verissimè; *Primi mortalium, quique ex his geniti Naturam incorrupti sequebantur, eumdem habebant, & Ducem & Legem, commissi melioris arbitrio.* Itaque idem alibi; *Natura commenta est regem, quod & ex aliis animalibus licet cognoscere, & ex apibus; quarū regi amplissi-*

Epist. xc I.

I De Clemen.

ampliſſimum cubile eſt, medioque & tutiſſimo loco. Sed quibus *aliis animalibus*? in parte alibi explicat; *Mutis gregibus aut maxima corpora præſunt, aut vehementiſſima non præcedit armenta degener taurus; elephantorum gregem celſiſſimus ducit.* Idem in ovibus, in avibus, & alio genere congregum animantium, eſt videre. Eſt igitur antiquiſſimus, & ſacræ etiam noſtræ litteræ oſtendunt: in quibus à condito orbe ad diluvium, moderatum in familiis imperium fuit, a Diluvio, ambitio miſcuit, & *Nimrodus* Noachi pronepos, imperium in Aſſyria & finitimis invaſit. Hic eſt, quem profanæ litteræ (ad primorem ſyllabam alluſione) *Ninum* appellant. Sed addo etiam, Epiſt. xcr.

MON. II. *Communiſſimum hunc eſſe.*

Neque olim tantùm, ſed & nunc plurimò orbis ſic notari. Olim quidem, Sacra dicunt, ubi Judæi regem poſcentes ſic audiuntur: *Conſtitue nobis regem, ſicut & UNIVERSÆ habent nationes.* Sed & in Italia, primi illi Romani (apud Livium) *in variis voluntatibus, regem tamen* OMNES *volebant.* Etſi poſtea mutarunt, & ad optimatium ſtatum iverunt: quid ita? naturali hac ſæpè mutatione, ut à rege in tyrannum, à tyranno ad optimates, aut populum Reſpublica eat; iterumque ab iſtis ad tyrannum, & regem. Faſtidio & odio hoc fit, non principatus, ſed Principes alicujus malè eo uſi. Ceterùm & vetus hic orbis Principes ferè ubique habuit, in Aſia, Africa, Europa, (pauca loca, neque diu excipias:) & novus item repertus, ſic eſt, aut fuit. Argumentum optimum uſu & ratione eſſe, quod tam diu, & tam multis placuit; atque, ut dixi, ab ipſa natura. Sane rationem ſi excutimus, eam videbis hinc ſtare, ab his cauſſis. Primò dicimus, 1. Reg. cap. VIII. Lib. I.

MON. III. *Juſtitiam magis in eo exerceri.*

At Juſtitiæ fruendæ cauſſa imperia primùm ſunt reperta. Ea igitur magis in Principatu floret, vigetque; nec ſunt noxæ aut corruptelæ, quæ in aliis illis formis. Vide. Rex aut ipſe jus dicit (olim & * nuper etiam factum;) aut qui dicant, eligit & deſignat. Si ipſe, ſupra metum aut gratiam eſt, magis avaritiam; & nihil iſtis, quæ præſtringere oculos judicantium ſolent, donat. Si alii; ſunt tamen ab ipſo, & curâ eligit, & electis jam ſupereſt & intendit. Non ſunt iis ſic * vide hoc libro x. cap. 1.

Digitized by Google

libera judicia, ut non judicium hujus metuant; & si quid fœdius patrent, pœnam. In alio ſtatu quid ſimile? Si ad optimates is; factio, & agnati, & amici occurrent, & alternis inter ſe jus aut injuriam gratificantes. Si ad populum; magis peccabitur, & irâ aut affectu damnatos paſſim videbis, aut demiſſos. Ad Athenienſes aut Romanos leviter tranſio: oſtraciſmi optimorum ſunt, & exſilia, & mulctæ. Contra, peſſimis honores habiti, & judiciis per vim aut manum etiam erepti. Quid de corruptelis dicam? hic regnant. Secundò,

MON. VI. *Tranquillitatem & concordiam colit.*

Quod optimum aut optatiſſimum in Societate eſt, vivere quietos, à vi & injuria tutos. Metus vel auctoritas hoc facit Principis, quem unum omnes reſpiciunt: qui unus omnia poteſt: & jus vitæ neciſque habet. Itaque meritò animi magis domiti & fracti ſunt, & colla ad jugum inclinant. Non ſic inter plures dominos: quorum potentia ſparſa eſt, & ideò minor, ut flumen in plures rivos diductum. Alius alium reſpicit; patronum contra hunc aut illum habet: & addo, quòd nec coërcitio ſevera aut libera, quia in ſuffragiis aut comitiis, popularium opera egent. Itaque connivent & indulgent, gratiam ſingulorum quærunt. Ita minuitur Auctoritas: & quod ſequitur Reverentia aut metus, vinculum obedientiæ & quietis. Parte alterâ nimis tranquilli, quia ad rempublicam ſæpè avocantur, ſunt comitia, ſunt leges: & ſuffragia ſua habent. In iis deinde ambitio & factio intervenit: quid præterea? ſeditio ſæpè, & turbæ, atque etiam pugnæ. Ut mare rarò quietum eſt, ventos plurimùm, & ſæpè procellas habet: ſic reſpublica, ubi comitiorum poteſtas. Noſter Tacitus rem tetigit: *Suſpectum Senatus Populique imperium; ob* CERTAMINA *potentium; &* AVARITIAM *magiſtratuum.* En duas aſſiduas ibi Peſtes: *Certamina* & factiones, & exitum ſive exitium, Civilia deinde bella: *Avaritiam*, & ſunt nundinationes, rapinæ, corruptelæ, in magiſtratibus, in provinciis, in judiciis. Tertiò, & universè dico,

1. Annal.

Digitized by Google

MON. V. *Modum regendi tutiorem, meliorem que esse.*

Princeps diutius imperat, unus & idem semper manet: itaque & discit magis assiduo ipso usu, & rem etiam, ut propriam, cordi habet. Aliter in magistratibus, qui mutantur. Sunt ferè annui id est, abeunt imperio, cum discere imperare coeperunt. Sed neque intentio eadem aut cura est in brevi & alieno imperio. Tradunt enim ignotis, aut invisis sæpè successoribus: satis habent quomodocumque defungi, in posterum securitate. At princeps non se solum cogitat, sed heredes. Deinde, arcana consilia aut litteræ sæpè interveniunt in gubernando: cum vicinis Principibus consilia aut pactiones, quas nolint intempestivè vulgari. Quod secretum hîc inter plures erit? quis liberè accedet, aut tutò credet. Hæc in Principatu cessant, & aut unus ipse tractat; aut fidi ministrorum, quibus committit. Quid etiam de secreta corruptela dicam crebra inter plures. unus aliquis emi contra rempublicam potest, & sana consilia aut evertere aut impedire. Athenis suis quàm hoc factum Demosthenes conqueritur, à callido Philippo! & *hunc esse scopulum* (ita loquitur) *ad quem res adhærescant*. Quid Romæ? idem: & Tribunus aliquis emptus res turbabat, & hunc aut illum super capita civium imponebat, Poëta ingeniosè,

Mutatusque fuit momentum Curio rerum.

Ita, unus Curio à Cæsare corruptus, Cæsarem Pompejo antetulit, reipublicæ & libertati finem dedit. Quartò denique dicimus,

MON. VI. *Maximè hanc imperii formam diurnare.*

An non faciat, cùm à Natura maximè & Ratione sit? Deus favet & tutor est; unus ille rector, unius. Vide Status alios, pauci ævum tulerunt, quantumvis legibus bonis & institutis: excipio parvas quasdam respublicas, & validiorum tuitione aut amicitia firmas. Sparta, quâ nihil videbatur moribus aut viris melius, vix quingentos annos tenuit libertatem. Athenæ sæpè mutarunt, & oppressæ iterum caput extulerunt: sed turbidæ semper in metu, aut potentioribus obnoxiæ. Roma quadragintos paullò plus annos liberum illum statum servavit. Quid ista ad Principatus? Ille Assyriorum, ut à vetustissimo ordiar; *mille ducentos quadraginta annos* stetit: sive ut alii largius, mille

Digitized by Google

mille trecentos. Ita enim vel Historici, vel Chronici scriptores, consensu tradiderunt: nec Appiano ubi mens fuerit, ego scio, qui initio operis scribit, nec *Assyriorum, Medorum, Persarum tria regna simul congesta, æquare illud spatium ævi potuisse, quod in Romano imperio ad suum tempus esset.* Protectò fallitur, nec excuses, nam à Roma condita ad Hadriani ævum *nongenti* circiter anni sunt, & sic ipse supputat: quantò plures, ut dixi, in solis Assyriis? Jam Medi *ducentos sexaginta* ferè annos vindicant: Persæ *ducentos triginta tres.* Quamquam de Persis, mirum & notabile, haud diu ab Alexandro iterùm revixisse, & vires regnumque recepisse, duce Arsace quodam (unde *Arsacidæ*) sub bellum Punicum primum, sive annum urbis D. III. Sed quia tamen initium asserendi à *Parthis* fuit, inde Romani atque alii, Parthorum hoc regnum appellarunt: reverà tamen in eisdem ferè gentibus & finibus, mansitque ad *Alexandrum Mammææ* filium, per annos circiter CCCC. LXXX. Tum iterùm nomen *Persarum* surrexit, duce *Artaxerxe* quodam, qui *Artabanum* demovit & sustulit, ultimum Parthorum Regum. Exinde autem ad hoc ævi (diuturnitatem agnosce, & mirare) Persæ vivunt & regnant, etsi graviter ab *Heraclio* Imp. contusi, posteà à *Tamerlanco*, & nuper ab utroque *Selymo* Turcarum, avo & nepote: sed vivunt. Quid de *Ægyptiorum* olim regibus dicam? millia plura annorum numerant, ad ultimam Cleopatram. Quid hodie de *Sinarum*? iidem millia: & à *Vitæo*, qui primus fuit, ad *Bonogum*, qui nuper imperitabat, reges in serie continua habent *ducentos quadraginta tres.* Rarum exemplum: neque in nostra Europa reperiendum. Tamen & in eâ Principatus longævi. Gallorum regnum potens & florens, à *Faramundo* primo rege usque ad *Henricum* IV. qui nunc feliciter regnat. computat *sexaginta tres* reges: idque per annos ∞. C. &c. At in Hispania Gothorum reges ab anno Christi CCCVIII. ad *Rodericum* & Maurorum invasionem numerantur *triginta novem.* Et sanguis quidem ille, sed non regnum defecit: susceptique *Pelagius* anno Christi DCCXII. à quo perpetuâ serie, nec interruptâ, ad *Philippum* hunc III. sunt reges *quadraginta octo.* Alia exempla in minoribus Principibus liceat dicere: omitto, sicut & respublicas minores. Sola *Veneta* est, quæ ævum *millenarium* jactet: felix fati, sed & legum atque institutorum felix, quibus velut vinculis firmata est adhuc contra lapsum. Maneat, floreat, favemus & vovemus.

CA-

Digitized by Google

CAPUT II.

In eo Viros Fœminis præferendos, & has vix feliciter imperare.

PRINCIPATUS igitur optimus, & cum Solone, Εὐδαίμων πολίτευμα ἑνὸς κύριον ἄνδρα: *Felix urbs, quæ jussa unius Principis audit.* sed quis ille Princeps esse debet, unius & melioris, an & alterius sexus? Utriumque argumenta & exempla sunt: sed magis pro nobis. Vir ad virtutem, ad regimen natus: animo, corpore, voce, visu robustior, & quem magis vereare, aut venerere. In fœmina omnia levia, mollia; quæ amorem, non reverentiam creent. A natura ipsa timidæ magis sunt, quàm timendæ: non igitur hic Auctoritas. Jam in viro prudentia & constantia: in illis calliditas aut argutiæ, imbecillitas deinde judicii, & in decretis sensibusque Euripus. Septies in die mutant. Rarò etiam altum aut honestum spirant: sunt in vanis aut vilibus curis: non ergò ad sceptrum & publicum decus idoneæ. Duæ etiam virtutes Principum primæ, Justitia & Fides, firmiter vix sunt in istis. Non prior, quia inclinant facilè & miserantur: facillimè & gratiæ aut affectui obsecundant. Non altera, quia mobiles ingenio sunt, & mutant ut ventus. Ne Clementia quidem sit, quæ putetur: & benignior ille vultus, nescio, quomodo, sævum sæpè animum & vindicem celat. Quid de lascivia aut luxu dicam? utrique vitio opportunas scimus, & pudorem atque opes prodigere: præsertim cùm sui juris ac spontis, frænum non habent quod adstringat. O quale regnum, ubi *Cleopatra* aliqua, *Messalina*, aut *Ioanna Neapolitana* imperat? Neque sine caussa Sacræ literæ inter pessima comminantur: *Fœminarum imperiis subjectum iri.* Sed parte tamen altera, exempla nos redarguant, itemque institutæ gentium. Nam & alibi succedent in regna, & feliciter atque industriè administrarunt: cui rei utrique lubet Exempla ex Historiis dare, ac primùm

Muliebris imperii infelicis.

LAODICE *Ariarathis* Cappadocum regis, cùm marito mortuo in regni administratione esset, quas clades, in media pace dedit? Sævit passim in Proceres,

Digitized by Google

& in vulgus : parùm eſt, ſæviit in liberos, & ſuum ſanguinem & (ô ſancta pietas!) ſex ex ſe natos veneno omnes ſuſtulit : qua cauſſâ ? tantùm, ut diuturnior in imperio eſſet. Unus parvulus fato evaſit Medéam illam: quem populus mox ad regnum ſuſtulit, illa priùs communibus votis & ſuffragiis exſtincta, ſed quid ? una & ſimplici morte exſtincta, quæ toties parricida, tot culleos meruiſſet.

II. Tale olim, & vetuſtius, in Sacris litteris, malum nomen ATHALIA, quæ Joſepho eſt *Gotholia*. Ea cùm filius *Ochoziæ* per inſidias interfectus eſſet, invaſit ipſa regnum, & nepotes ex eo, & totum ſemen regium ſuſtulit : conniventi in ſex annos divinâ Nemeſi, donec *Joas* à muliercula cædi ſubductus & ſervatus, & jam adultior, regnum, & tot agnatos, vindicavit, belluâ illâ occiſâ. Nam quid fœminam dicam, ſupra omnes feras immanem & ſævam ?

III. Tragicum aulæum complicemus, ſcenicum ſiparium aperiamus : & laſciviam pro ſævitia magis demus. CLEOPATRA in theatrum veniat, à parvula ad nequitias, libidines, & luxum facta. Tirocinium fuit in *Julio Cæſare*, qui cùm Alexandriæ obſideretur, illa velut fati præfaga, fratrem *Ptolomæum*, & potiores (uti videbantur) partes deſeruit, ad Cæſarem tranſlata. Verè, inquam, tranſlata, nam & hunc aſtum ad fallendum, & tutò tranſeundum, cogitavit. Portæ ſervabantur, atque exitus : illa *Apollodorum* quemdam inducit, culcitâ ſe involvere & adſtringere, ut ſarcinam : ac ſic in regiam, ubi Cæſar, deferre. Factum eſt, deponitur ante pedes ejus : & ecce ſoluta emergit Venus, non è mari, ſed è culcitâ : & culcitellam mox ſe Cæſari ſubſternit. Nam ille, etſi in medio actu & æſtu etiam rerum, tamen & ingenio illo, & mox forma ac lepore captus, adamavit, & pretium libidinum adoleſcentula necem fratris, & regnum Ægypti, tulit. Hoc, ut dixi, tirocinium fuit : fallor ? an virgineam prætextam jam in amoribus *Cn. Pompeii* filii paullò ante poſuerat? quod credere nos Plutarchus, bonus auctor, jubet. Credo tùm, cùm miſſus ille à patre in Ægyptum, ad arceſſendam claſſem & auxilia fuit. Sed hæc puella peccavit : quid jam mulier? flagitia, cum ætate, magis adulta. Poſt pugnam illam Philippenſem, *M. Antonius* & *Octavianus* partiti inter ſe ſunt operas, ut alter in Italiam rediret, & veteranos in agris diſponeret : alter in Aſiam & Orientem

Digitized by Google

iret, pecuniæ undique corrogandæ. M. Antonio illud evenit, qui dum reges, tetrarchas, urbes, omnia excutit, & colligit: visum & de Ægypto cogitare, illâ divite, & quæ offendisse videbatur, non semel auxiliis adversæ parti submissis. Nam ipsa Cleopatra *Cassio* suppetiata dicebatur. Itaque, etsi succinctus jam ad Parthicum bellum, tamen *Q. Dellium* Senatorem ad eam mittit, & quæstum simul & denunciatum, uti in Ciliciam sibi occurreret ad dicendam causam. Ah miser! ad causæ dictionem evocas, tuam mox dominam & arbitram, & apud quam fatalem servies servitutem! Dellius venit, fœminam videt, & homo sagax quid futurum prævidet; quippe & hujus Veneres, & simul obnoxium talibus Antonium notat. Itaque captare jamnunc hujus gratiam, audacter monere ad Antonium iret; mite & venustum ingenium reperturam. Persuasit, & conscia formæ erat, ac pro ea, & spe quam agitabat, cultum & comitatum sumpsit. Cydno fluvio subvehi se molliter jussit, navi aurata, remigio argentato, velis purpureis, ad modulos tibicinum & citharœdorum. Ipsa recumbebat sub cœlo aureo, gemmis distincto; pueri formosuli, habitu Cupidinum adstabant & ministrabant, quidam ventulum ei facientes. Virgines & ancillæ, instar nympharum, per foros & tabulata navis disponebantur. Ad ripam utramque frequentes ab obviis, & visoribus, aræ & odores. Quid verbis opus? passim voces, (& res ita erat) *Venerem ad Bacchum venire commessatum.* Jam propinqua Antonio erat, & ille, magnitudinis scilicet Romanæ retinens, pro tribunali etiam sedere, atque eam exspectare; quid nisi supplicem & excusaturam? At vide fiduciam, rectà in hospitium abit: & Antonius, ab omni cœtu destitutus, relinquitur solus. Itaque submittit paullùm fasces, & ad cœnam eam invitat. Recusat & excusat: quid jam Antonius? malè sumptam personam abjicit, & prior atque ultrò ad eam venit. Cœnat ibi, edit & bibit amorem: quem illa non tam vultu, ut ajunt, quàm verbis & ingenio inspirabat, quæ utraque tam mirifica possidebat, ut semel audita caperet & devinciret. Argumentum sanè ingenii, quòd varias linguas docta, Hebræum, Græcum, Arabicum, Æthiopicum, Parthicum sermonem efferret, scito & nativo cujusque sono. Hem M. Antoni quid facis? ictus es, habes: & omisso bello omni aliam militiam militas, & cum tua rea in Ægyptum, id est in cassas & carceres ejus ultrò abis. Ibi quæ delicia, luxus,

Digitized by Google

luxus, convivia? Non *Fulvia* tua abstrahit, mori in angore & æmulatione adacta, non posteà *Octavia*, nova uxor: hæres, peris, ipsa tecum, & cum utroque (infelicis fæminei regni exitus) ipsa Ægyptus.

IV. Quid MESSALLINA in Romanis? illa sævitiæ, avaritiæ, impudicitiæ, imprudentiæ, omnium flagitiorum (fas sit in illa sordida tali verbo uti) cloaca. Hæc uxor erat *Claudii* Imperatoris; nomine quidem, sed quem ipsa & liberti, ut elephantum parvus æthiops, regebant. Itaque jure hanc pono inter imperantium exempla. Omitto cædes tot nobilium, quas patravit, tot exsilia & fugas: in libidine non credo ab ævo tale monstrum fuisse. Cottidiè adulteria, novæ conditiones & admissarii: nec clàm, sed in ipso Palatio, coram matronis & viris, quasi infamia delectaret, Venerabatur. Quin noctu, veste tecta, & Messalinam dissimulans, ad publicum lupanar ire solita, prostare inter infelices illas victimas, cellam suam & titulum habere, accipere æra & poscere, & explere libidinem nec satiare. Quid etiam? marito ipsi illudere, & hunc adigere non testem flagitiorum, sed exactorem. Vide, erat *Mnester* quidam, nobilis Pantomimus, in quo ardere mulier cœpit: & pro sua verecundia, solicitare ipsa, & poscere. Ille subduxit, & renuit, Principem reveritus; sive etiam veritus, ne torum ejus non impunè macularet. Mulier ad hoc ridere, & *Quid ais*? inquit: *si ipse Claudius meus jubeat, parebis*? Incredibilia videbantur: fiunt. It ad maritum, persuadet illi stipiti, ut Mnesterem vocet, & jubeat, in omnibus dicto sibi audientem esse. Factum est: & mox histrio liberè, quasi jussu domini, res domini egit. Estne quod suprà etiam possit? mulier repperit. Vulgaria adhuc hæc probra videbantur, novum excogitat, & cui post factum vix sit fides. Erat *C. Silius* Romanæ juventutis pulcherrimus, hunc allicit, fruitur, & palàm in amoribus habet. Præmium etiam eorum, facit Consulem, opes & decora Aulæ ad eum transfert: & jam colebatur velut alter Princeps. Non est satis: oportet languentis voluptatis novum aliquod esse condimentum. Itaque hoc addidit, ut maritum eum palàm caperet: vivo marito? vivo: Principe? Principe. Nec longiùs differtur, quàm dum maritus Hostiam iret, & quasi de compacto paullùm secederet, tum nuptiæ, & nuptialis tota pompa: flos Senatorum & Equitum adsunt, mensæ apparantur lectulus Genialis sternitur, auspices adhibentur, alia

Digitized by Google

lia sollennia : quin & in mariti gremio nova nupta recumbit, oscula, complexus, & reliqua licentiæ conjugalis. Dum scribo, stupeo : & adhuc etiam Claudius, nec excitabatur, nisi liberti, & in quorum manu res erant, metu mutationis, eum commovissent. Itaque tandem finis fabulæ impositus, venit Romam, tollit æmulum, & mox conjugem : nec id quoque, sine astu liberti.

Consortem an non liceat addere FAUSTINAM, & v.
hanc etiam Romani Principis conjugem ? Agebat in matrimonio M. ANTONINI *Philosophi* cognomento, optimi non Principum solùm, sed virorum. Infelicem tantum hac fœda labe ! quia & hæc libidinum sic promiscua & vilis erat, ut vulgo se vulgaret : in balneis, in arenis, & Xystis, ubi homines nudabantur, legere conditones solita, & benè vasatos adnotare. Atqui non imperavit, inquies. Dedit qui imperaret *Commodum*, non falsa opinione, gladiatore genitum : & hic rem Romanam perdidit ab illa matre.

In Galliam transeo, ubi reginam video FREDEGUN- VI.
DIM, nec scio an scelestius aliquid Sol vidit. Et diu pellex duarum reginarum, *Chilperici* regis Galliæ uxorum : alteram *Andoveram*, ut pelleretur, effecit ; alteram *Galsumdam*, per insidias curavit occidi. Ita totum Chilpericum, & sola jam possidens, legitimam uxorem & reginam egit : sed, pro ingenio, parùm fidam. Nam cum *Landrico* magistro equitum furtim consueverat : & res marito casu quodam detecta fuit. Ibat venatum, & uxorem conspicatus, quæ capillum comebat, & lotum siccabat in sole, accedit tacitus, & per lusum à tergo virgâ percutit. Illa suspicata amatorem suum esse, & nomine compellans. *Quid agis mi Landrice ?* inquit : *quin si vir es, adversam me, non aversam pete.* Confessio flagitii erat : & cum dicto se obvertit, plura etiam dictura ; sed attonita maritum videt, & silet. Etiam ille, & portò venatum, ut instituerat, pergit : iram coquens, & vindictam, ut res erat, meditans. Sed prævênit mulier, & Landrico suo vocato : *Periimus uterque*, inquit, *incautâ meâ voce* : & rem narrat, additque : *Quid stupes ? virum ostende : patiendum, aut patrandum est Scelus.* Landricus suo metu, & illo stimulo excitatus, rem suscepit : deligit duos è fidissimis, qui Chilpericum serâ nocte è venatu redeuntem, turbæ mixti, ferro invadunt, & singuli singulis ictibus conficiunt. Clamor est ab ignaris, & conscius : atque isti, quasi externæ insidiæ

essent,

Digitized by Google

essent, *in silvas* vocem tollunt, eoque se proripi paricidas: Ita auctores celantur: & felix Fredeg dis ad alia scelera animum adjicit, infensa impri *Prætextato* Rhotomagensium antistiti, non ob nox aliquam, sed viri eximiam virtutem, itaque læti mo die paschatis, cùm in frequenti templo sacra p ageret, non Deum, non homines verita, percutiend curavit letali quidem vulnere, sed cui aliquam diu pervixit. Mœsta eo ipso, venit visere, sive ut explo ret, sive ut oculos in ejus angore pasceret; atque bellè, ut putabat, dissimulans, questus & iram r scuit, quod in tali die & loco, in talem virum patrat esset facinus, & auctor lateret. Sed Prætextatus vi na morte liberior; *Minimè*, inquit, *latet, & testor ejus scelere percussum, quæ reges occidit.* Benè ille regibus, nam præter maritum suum, etiam fratem e sustulerat *Sigibertum*, Mediomatricum (ut tunc di sio erat) regem. Sustulerat autem scelerato astu, i missis duobus percussoribus; quos, cùm facinus ex cuti essent, illicò jussit interfici, ut vocem cum vi amitterent, & in tuto auctor agitaret. Ita justitiæ ctrix, si non famæ, egit; & paullò post *Childeberti* etiam regem, prælio priùs victum, cui ipsa interfi stans in prima acie, veneno tolli cum uxore, eodem trumque die curavit. Quot palmas una mulier merui habeat; & sicca etiam suaque morte abeat, Provide tia apud imperitos laborante.

Fastidio ejusmodi narrationum; nam quis mod
VII. sit, si velim persequi? Ecce in uno Neopolitano regi duę JOANNÆ, ęvo suppares, in nequitia compare quarum flagitia atque etiam scelera (nam & hęc mi ta semper adulteriis) Annales texam, si velim recens re. Et propero magis ad alia exempla: neque eni desunt ea

Muliebris imperii boni & felicis.

I. PHILE uxor *Demetrii* regis, filia *Antipatri*, illi qui Macedoniam & Græciam vivo mortuoque A lexandro gubernavit. Hęc jam tunc puella, & in an nis teneris, nativa quadam potentia sic visa excellere ut ipse pater consilia ab ea peteret, & audiret. Pate ille senex, ille usu & tractatione rerum sic peritus. Qui Demetrius, cum jam uxor ejus esset? erat ipse va rio ingenio, & vitiis propior; sed mira temperie hę maritum flectebat, ne dicam, regebat: calumnias sup primebat

Digitized by Google

primebat; iras mitigabat, justa & honesta inserebat. Jam populi verè mater, tenuiorum filias dotibus datis elocabat; afflictos à fortuna relevabat, bonos provehebat: quid apud ipsos milites? salvo pudore fœmineo, & iis se miscebat: alloquebatur, erigebat, tantâ auctoritate vel gratiâ, ut sola tumultuantes repressérit, & in seditionem lapsos revocarit. Quæ fides deinde & amor in ipsum maritum? cùm victus à *Pyrrho* rege esset, castris ac regno exutus: vivere non ultrà sustinuit, & morte spontaneâ invidiam fortunæ fecit.

Ævo, non animo, inferior ZENOBIA Palmyrenorum regina. Hæc stirpem & sanguinem à *Ptolomæis*, & ipsâ Cleopatrâ, sed non mores (dii boni, quàm aberat!) ducebat. Uxor erat *Odenati*, fortissimi viri & qui ad imperium Romanum ausus adspirare. Illo vivo, iisdem cum eo exercitiis, in venatu, in montibus, in silvis, in ipsa militia uti. Amans ejus utique, sed ob matrimonii finem, liberos: quos ut concepisset, tangi à marito mox abnuebat. In aliis virtutibus, scientiæ etiam avida; & historiæ Orientalis ita perita, ut ipsa eam suo stilo in compendium redegerit, usui posterorum. Nec Græci Latinique sermonis, aut rerum, ignara fuit. Formâ autem corporis egregiâ, *oculis supra modum vigentibus* (verba Pollionis dabo) *& nigris*; *tanto candore in dentibus, ut margaritas eam plerique habere putarent, non dentes. Vox præterea clara & virilis.* Cum his dotibus, ut dixi, nupta, & forti quidem viro, etsi haud felici: Nam Gallieno illo ignavo Imperatore, cùm decus omne imperii haberet, aut rueret: ipse Persidem & Orientem invasit, quasi *Valerianum* captum, & Romanam ignominiam vindicaturus. Res magnas gerit; adeò, ut ipse Gallienus consortem imperii sumpserit, & ultrò Augustum declararit. Nec diu in hoc honore, insidiis *Mæonii* consobrini sui vitam & potestatem amisit, aut hanc potiùs transmisit. Nam Zenobia illa uxor, laborum & victoriarum ante particeps (assiduè enim comitari maritum, ipsa etiam sub armis, solita) imperium suscepit fortiter, & gessit. Bella cum Romanis, & *Aureliano* Principe habuit: Ægyptum invasit, & victo ac cæso ejus præside *Probo*, occupavit. Denique Aurelianus, sed, ægrè, fregit, non enim profectò vicit: imò velut tacitò pacto, passa in triumpho se duci, sed ut vitam & dignitatem in parte servaret, atque adeò sunt, qui filiam ejus Imperatori dicant nuptiis junctam: imò & stirpem ejus diu post Romæ, inter illustres familias

Hæc

Digitized by Google

III. Hæc militaris fœmina: pacatius exemplum PULCHERIA dabit. Ea *Theodosii* junioris soror, vitam & virginitatem Christo devovit: paullo majore natu; quàm ille. qui septuennis ferè à parre *Arcadio* relictus, hanc habuit morum & institutionis magistram. Atque adeò jam grandiore illo, adhæsit, & curas imperii participavit: salubriter omnia, & pié, modestèque disponens. Et verò quamdiu habenas tenuit, & felix imperii & rectus cursus: postquam invidia aliorum,& calumniis Eunuchorum (*Chrysaphii* præsertim) submota est, & loco pulsa: contulit ea se in *Hebdomon*, locum Byzantio suburbanum, atque ibi summa pietate & quiete vicitabat. Donec post annos septem, fraude calumniatorum agnita & imperio undique concusso, fulcrum iterùm rebus labentibus adsumitur, aut reparatio jam lapsis. Fit utrumque: & restituit pleraque omnia, aut tuetur. Specimen animi ejus & prudentiæ hoc esto. Fratrem Theodosium videbat, & dolebat, temerè libellis sæpè subscribere, & nec lectis: aliena commendatione aut fide, ut fit, nixum. Dolum bonum hunc repperit, ad emendandum. concepit enim & ipsa libellum, atque obtulit: quo *Eudociam* ejus conjugem petebat mancipari sibi in servitutem. Capit & & subscribit statim quidni in sororis petitione? atque illa, scænæ instruendæ caussa, apud se aliquandiu habet. Miranti, & evocanti, negat missuram, & suam eam, uti quæ OPTIMO MAXIMOQUE jure, esse. Profert manum & subscriptionem, confuso jam illi, nescio an emendando. Revera enim secors ingenium fuit, & alter Claudius, in fœminarum aut effœminatorum (Eunuchos intelligo) potestate. Mortuo autem illo, & sine liberis, re celatâ, *Marcianum* evocat, vitâ & bello bonum, & ad imperium producit. Quoque magis commendaret, nuptias suas ei donat, sed titulotenus: stipulata, ne sacrata Deo virginitas libaretur. Rexit cum illo annos aliquot, mirificè à nostræ religionis apicibus: *Leone* Pontifice, *Hilario* Episcopo, aliisque laudata. Vixit annos circiter LVI.

Similem non enim parem undique, ei jungo ISABELLAM *Ferdinandi* conjugem, Hispaniarum reginam. Parem? in quibusdam superiorem, & sola fortasse viginitate cedamus. Hæc si pietatem spectas, in sacrorum cultu mirifica & assidua: nulla occupatione aut delectatione demoveri; horas suas Canonicas (ut loquimur) sacerdotali exemplo cottidie legere; ipsos sacerdotes honorare, templa exornare. At-

templa exornare, atque

Digitized by Google

que id suis aut suarum ferè manibus, cùm & ipsa acu pingeret aulæa aut vestes, aut à familiaribus puellis pingi texique juberet. Jam reliquæ virtutes instructæ huic fundamento. casta, sic ut ne rumor de ea mentiretur; & maritum pariter eò ducens, pellices, amicas, & id genus callidè scrutata, & ab Aula amolita. Frugalis adeò, ut in omni vita nec vinum libarit: quæ virtus fomes, ut scimus, est castitatis, & modestæ gravitatis. Quam sanè habuit, exosa mimos, scænicos, ludiones, & totum hoc levitatis instrumentum, & nec privatim aut publicè audire sustinens, vel spectare. Eorum vicem, viros graves, matronas serias apud se habere: item pueros aut puellas nobiles, & utrosque, pro sexu, artibus studiisque informare. Aula illa, nil nisi palæstra honoris & virtutis erat. Itaque insignes viri, etiam militia, ex ea prodierunt: & magnum illum *Consalvum*, cui regnum Neapolitanum Hispania debet, hæc refert expensum. Matrona ipsa civilium rerum gnara, bellicarum nec ignara. Quid magni in regno sine illa, imò nisi per illam ferè, gestum est? Rex maritus & consiliarii, usu edocti peritiam ejus & felicitatem in sententiis, quæ edicebat pro oraculis (nec id per adulationem) amplecti. Illa factionibus, latrociniis, infestum regnum purgavit, & pacavit: illa justitiam restituit, potentiorum injuriis exulantem. Et quid alia commemorem? quàm in gravia animadverterit, argumentum esto: quòd nec aleæ aut tesseræ ludum toleravit, & edicto veritum sic repressit (etsi prona eò gens est) ut nec furtim & in angulis luderent, soliti in cauponis, viis, angiportis. Jam verò & militiæ non consilio tantùm, sed opera intervênit: modesta quædam *Zenobia*: & bellum Lusitanicum, absente marito confecit; & Maurico sive Granatensi, quod plures annos traxit, pluries interfuit, & summam manum præsens cum marito imposuit. Magni ad omnia animi, & res spesque magnas complexa. itaque Navarræ regnum consiliis ejus junctum; Canariæ insulæ occupatæ, & infestæ; ipse Novus orbis, Naturæ occultior pars, per eam retectus & subjectus. Nam maritus, cetera vir egregius, restrictior aut timidior erat, retinere sua melior, quàm augere. Hæc dilatabat, & cùm *Christophorum Columbum* diu rex duxisset, & ad extremum destituisset: bono genio stimulante ad ipsam Reginam venit, conatus suos & perficiendi vias exposuit, & instrumenta, id est naves, viros, arma ab hac impetravit. Salve, salve heroina, priscis par aut major: & in qua jure

claudam exempla fœminei boni imperii, quid enim tale addam?

CAPUT III.

DE ELECTIONE.

Quæ commendare eam, quæ abjicere possint.

VIRI igitur potius imperent, & soli. Sed quomodo? Electione, an Successione admoti? Electio antiquior videtur, & heroicis illis temporibus vix aliter factum; & Principatus pace aut bello, virtutis aut roboris prærogativâ assignati. *Natura enim est*, ait Seneca, *deteriora potioribus subministere.* Itaque Brasilienses quidam, cùm ad *Carolum* IX. Galliæ regem Rothomagum deducti venissent, valdè mirabantur, *Quomodo validi illi & proceri viri* (Helvetios intelligebant) *parerent parvo & tenello regi.* Nimirum pro suo more, & sensu iudicantes: satis lævè, quasi à sola corporis magnitudine præstantia esset. Sunt etiam rationes, quæ commendare Electionem videantur. Prima, quòd optimi & aptissimi per eam capi; non item à Successione possint, in qua quoscumque genitos admitti. Item, quod justa ætate capi, & idonea jàm regere: aliter in Successione, ubi pueri sæpè aut infantes jus sumunt. Deinde, quòd regnum ita moderatius videatur, cùm nec innutriti sunt potentiæ, & ex ea superbiæ; & quòd neque proprium habeant, ab allis acceptum, ad alios transmittendum. Eò minùs intendunt imperium, aut subditos opprimunt: in quem enim post-usum? Aperitur & virtutibus campus: & multi ad eas adspirent, vel spe Principatus. Hæc & talia Aristotelem moverint, ut Carthaginienses laudaret hoc nomine, & Spartiatis præferret, qui stirpe reges legebant. Sunt & hodiè, aut nuper fuerunt inter Christianos, electi reges: hodiè quidem Poloniæ, nuper Bohemiæ, Daniæque. Ista pro electione, plura in eam possunt. Primò quod dicitur, veterem esse: fatemur, sed usus illis rudibus subjecit, hîc & alibi, meliora. Auditur, optimos sic posse eligi: & verum est, sed etiamne eligi? rem & experimenta vides, sæpè falsum. Rara electio, quæ sine privato cujusque affectu aut respectu fiat: nec reipublicæ utilissimum, sed suæ legunt. Quærunt opportunos, ut omittam, pecuniam & corruptelas

las suffragia sæpè trahere, & rem geri promissis doniscq;. Atque ea nec fortasse meliore aliquo sæculo excludas: sicut nullo, odium aut amorem. Nicetas Choniates in hac re prudenter judicat, ubi res *Alexii* Imp. Græcanici narrat: qui fato victus, & sine liberis, de eligendo successore cum suis agitabat. Scribit: *Igitur alii atq; alii variè nominabantur, sed omnes qui sibi opportuni aut utiles essent, nominabant. De eo autem eligendo, qui optimè & ex usu publico imperaret, nulli cura aut cogitatio erat.* Verissima dicit, & usu probata ac probanda. Jam quod tertiò inquiunt, justæ ætatis, & maturæ imperio, sic eligi: ita habet, & commodum est. Sed enim illud adhæret incommodi, quod regnum intereà vacat, nec possessorem habet. Quod si quis considerat, majus malum est, & plura sæpè daturum, quàm imbecilla in imperio ætas. Sanè ubi interregnum est, justitia & leges silent, licentia & vis valent: atque id sæpè hebdomadas, menses, annos manet. Quæ interea confusio, aut scelera sunt? quæ ambitio & prosatio? per quas fraudes, & artes? Germaniam vide, ubi Imperator demortuus: boni omnes in præsenti & futuro sunt metu. Ipsa Roma nunc, in sacrorum Pontifice, hæc mala est cùm sentit. Quid deinde in eligentium dissensu? dissidia, & bella. Quæ nec inter paucos electores semper effugias: appello ad illos Imperii Septemvirales. Appello ad ipsam iterùm Romam: & cum nova religionis, & pænè dicam probro, audiimus legimusque, plures uno tempore Pontifices, à tali caussa, se gessisse. Nota mihi illud, & incertum illud fluctuantique in successione: magna ratio & efficax est, ad totam Electionem repudiandam. Jam quantum erat, Moderatius ita fore regnum. Non abnuam: sed addam, solutius etiam, & minore cura administrandum. Ut quid enim rei nec diu meæ, nec posteà meorum, nimis acriter intendam? Frui satis est. Obnoxii etiam vivunt, sive iis qui elegerunt, & quibus hoc velut beneficium debent; sive omnibus, qui in occasione minuere possunt potestate, aut privare. Poloniam adi: hæc fiunt. Itaque & justitiam minùs coli, necessum est: & Principem indulgere, aut oculos claudere, in potentium noxis. Dixi etiam, minùs curæ aut custodiæ esse regnum: an non ita est? Germaniæ Imperatores video, ex facili aut opida, aut provincias totas, vel liberis agnatisque suis, vel & exteris, avulsas à corpore contribuisse: sæpè per gratiam, aliquando & pecuniam aut mercedem. Non sic fiet in proprio & hereditario regno.

Digitized by Google

Neque Principes solùm secordes : sed ministri eorum tunc tales. Nam & ipsi, futurorum securi, præsentibus inhiant, lucellum in omni occasione captant, subitis avidi, & ut inter incerta festinantes. Jam quintum illud, Virtutes sic excitari: vix colorem habet. Valdè scilicet, quia unus aliquando, nec merito sed casu, bonus eligitur, boni esse elaborent. Si ad eventa imus, quocumque in regno; Electiones mixtas videbis, & sæpè deterioribus pronas. Vel Roma in Principibus suis, vel Germania, dicat. Ultimum, Aristotelem approbare; & hodieque alibi esse. De Aristotele non mirum: Græcus & liber, regna amat proxima libertati. De usu hodierno aut nupero, leve est, nam præponderant exempla alia, & pro uno Electionis, centena sunt Successionis. Quæ vis hîc igitur? Quòd si illud dicatur, etiam nunc melius regi aut crescere regna ab Electione: magnum sit, sed non dicetur, & oculi ac sensus refutabunt. Ego verò ampliùs dico, ubicumque bonum & laudabile regnum fuit, in Persîde, in Macedonia, in Ægypto, in Sinensibus, in Hebræis ipsis, Successionem valuisse: etiam in Romanis, quoties Principum liberi aut genitura, aut (quod laxius) adoptione essent. Iterumque ampliùs dico, nec fuisse ulla Comitialia regna, nec fore diuturna. Exoritur semper aliquis animo & consilio inter Principes major, qui creditum uni sibi regnum, suis stabilit gratia, arte, præmio: & vis interdum adhibetur. Dania & Bohemia ostendunt, alia magna regio fortasse ostendet. Sed in fine non me teneo, quin Niceræ etiam verba, & ego ejus sensibus, subscribam. Exclamat: *O quanto deterius est multorum suffragium & electio, quàm unius! Tu inclytum Romanum imperium, & gentibus adoranda majestas, quos tyrannos pertulisti? quales amatores te petierunt; quibus substrata, tui copiam feciſti? quales corona, & diademate, & puniceo vestitu exornasti? Graviorem utique tulisti, quàm Penelope procorum illa frequentia obsessa.* Res ita habet. Romanum imperium statim à *Claudio*, qui primus à milite electus est, & fidem eorum præmio pigneravit, in viliſſima capita & pessima hac Electione vênit: Electione, an palàm Emptione? Nam & hoc scimus, velut sub hasta, vænale pependisse: & non aliud magis clarum certumque exitium rei Romanæ fuisse. Sed exempla quædam Electionis videamus, bonæ aut malæ mixtim.

1. AVRUNCANI populi barbari sunt, in Perûano tractu. Ii à solis viribus corporis ductores legere soliti; exper-

Digitized by Google

experti eas in gravi aliquo ligno, quod qui diutissimè humeris bajulat, nec succumbit, putatur & regendi oneri par futurus.

II. Melius qui ab animi viribus aut præstantia sumunt: quod Romani olim veteres in suis regibus, *Romulo*, *Numa*, *Servio*, vix alio aspectu fecerunt. Secuti quam aliter? & strips Augusti cùm defecisset, casus aut corruptio Principes ferè dedit. Primum in CLAUDIO, qui C. Caligula occiso, rumore cædis exterritus, & sui quoque anxius, prorepsit ad solarium, & inter januæ prætenta vela delituit. Miles aliquis è Prætorio, discurrens ad prædam, huuc repperit, protrahitque: & interrogato Quis esset? acceptoque, impetu aut instinctu, Principem salutavit. Quanta unius, & gregarii quidem, in re tanta audacia? Produxit ad alios Prætorianos, fluctuantes adhuc, nec aliud quàm frementes: qui ut cælitùs oblatum arripuerunt. & lecticæ impositum in castra sua, vicissim succollantes, tulerunt. Senatus & urbanæ cohortes dissidebant, & Libertatem præferebant: inane nomen vicit militaris electio, & fatale Romanis servire. At Claudius jam imperii compos, ut militem magis obstringeret, *quinadena sestertia* singulis (sunt nobis *trecenti septuagmta quinque* Philippici) promisit, & dedit.

III. Idem casus sive error clariùs in VITELLIO se aperuit, longe ab omni Imperatoria aut virtute, aut stirpe. Homo ventri & abdomini factus erat, nulla vel specie virtutum, nisi quòd candor aut simplicitas in eo placerent. Is Legatus inferioris Germaniæ à Galba electus, & quattuor legionibus præfectus (amabant autem hos ignavos, & altioris cogitationis non suspectos) præfectus, inquam, agebat Coloniæ Agrippinæ, cùm nuntium accipit superioris Germaniæ legiones defecisse à Galba, & in S. P. Q. R. nomina juraſſe. Dum consultat, quid facto opus, vis in defectores an consensus placeat: ecce *Fabius Valens* è Legatis legionum, cum paucis equitibus, opidum intrat, ipsum Vitellium Imperatorem salutat. Unius vox omnium fuit, secutæ legiones, alæ, cohortes, cives, socii, ardore magis quàm judicio: & invasit imperium atque armis peperit, armis mox amisit.

IV. Lubet etiam hos fortunæ ludos videre, & in theatrum producere PROBVM. *Tacitus* Imp. absumptus erat, & *Florianus* frater ejus adspirábat: sed dum electio

Digitized by Google

ctio pendet, Orientales exercitus eam occupare, & sui beneficii Principem habere voluerunt. Conveniunt ad eligendum: & Tribuni, quasi per decorum, eos monent, *fortem, clementem, probum Imperatorem requirendum esse.* Arripiunt vocem, & statim acclamant, *Probe Auguste dii te servent.* Inde purpura, tribunal, & legitimus Princeps.

V. Quid in REGILLIANO, quàm consimile? Dux Illyrici erat, & milites malè in *Gallienum* animati, res novas agitabant. Fortè unà plures cœnitabant, fuitque *Valerianus* Tribunus qui in joco & vino diceret, *Regilliani nomen unde credimus ductum?* Subjecit statim alius, *A regno*: & milites communiter, *Ergò potest rex esse?* &, occasione solâ temerarii dicti, fecerunt.

VI. O ludos! & lusum etiam adjungo, qui PROCVLO tradidit Principatum. In Gallia milites ad latrunculos ludebant, item convivantes. Fortè deciès Imperator Proculus exivit: atque ibi quispiam ludens, *Ave Auguste*: allataque lana purpurea, humeros ejus velavit. Timor mox eorum qui adfuerant: & ne accusarentur apud veterem Imperatorem, novum hunc faciunt consensu.

VII. Ridere in illis licebat, in istis indignari, ubi Corruptio suffragia tempetavit. Sicut in M. SALVIO OTHONE, qui clàm & palàm militibus pecunia subornatis, & in *Galbam* armatis, eum sustulit, se immisit, sed Principem non diuturnum.

VIII. Non item, à simili fœditate, JVLIANVS perennavit, qui post cædem *Pertinacis*, cùm vænale in castris Prætorianis penderet imperium, & *Sulpicianus* licitaretur: iste, pecuniosus & ambitiosus senex, eòdem aspiravit, & ad muros subiens, modum pecuniæ certum promisit: cumque illi ad *Sulpicianum* retulissent, plus aliquid adjicientem, iterumque ad istum (prorsus ut in sollenni auctione) tandem pervicit Julianus: finisque fuit, ut *vicenaquina sestertia*; (sunt *sexcenti viginti quinque* Philippæi) viritim Prætorianis darentur. Immanis summa! quam ille concussionibus & rapinis mox coëgit: atque hæc omnia, qui inter claros Jurisconsultos nomen vindicabat. adeò facilius est peritum esse legum, quàm servantem. Sed pœna à tergo pressit: statimque *Severus* superveniens, vita & imperio illum, Prætorianos zonâ & militiâ exuit.

Sed

Digitized by Google

Sed hæc fœda, exemplo uno aut altero eluantur laudabilis Electionis. Quæ autem laudabilior illa, quam Deus injecit, & direxit? CASIMIRUS fuit, filius *Miecislai* unicus, qui ob teneram ætatem regno minimè aptus, sub cura & gubernatione matris *Rixæ* conquievit. Sed ea mulier avara, superba, exteris Germanisque addicta, provocavit odia Polonorum: quæ fuga denique vitavit, ablata secum regni gaza, & filio mox in Saxoniam secuto. Qui in exsilio isto animum ad litterarum studia appulit, & Lutetiam Parisiorum devenit. Illinc in Italiam porrò; & denique pietate impulsus, in Cluniacensi cœnobio Benedictinum monachum professus, Deo totum se vovit & sacravit. Interea turbæ & fluctus in Polonia, ut in navi rectore vacua, & oculi atque animi requisierunt suum Casimirum: decretumque publicè, ut missa legatione ubiubi terrarum esset, requireretur. Ad Reginam primò ventum, ab ea Cluniacum: & inveniunt non jam Casimirum, sed *Carolum* (nam & nomen mutaverat) eumdemque sacramenti religione, sed & Diaconatus vinculo, obstrictum. Illi præterita excusant, patriæ discrimina & calamitates proponunt; & hunc, ut unicum præsidium & subsidium, Principem deposcunt. Ipse fortiter recusare: alienæ potestatis se jam ostendere, nec quidquam cum mundanis rebus commercii esse. Tamen urgent; ad Abbatem rejiciuntur, ab illo ad Pontificem. atque iste indulget, laxat sacramenti atque sacerdotii vincula, data etiam venia conjugii: cum lege, ajunt, ut Poloni caput deinceps in coronam tonderent ritu monachali, itemque nummum annuum in luminaria & cereos Divi Petri Romam conferrent. Hoc ejusce indulti monumentum esset. Ita in regnum ducitur, gaudio & consensu excipitur: prudentissimè & fortissimè administrat, domi pace parta, hostibus foris victis aut repulsis. Piè vixit, piè obiit, regno in posteros (nam & uxorem duxit, & liberos ex ea tulit) propagato. Quis abnuet hęc à Deo esse? profugo, monacho, Diacono, patriam, sceptrum, uxorem, cum gratia, laude, venia. IX. Anno ∞. xl.

Sed memorabilis illa quoque electio, sive Judicium fuit, quo regnum Aragoniæ, avorum ævo ad FERDINANDUM *Henrici* Castellæ regis fratrem transivit. Obierat *Martinus* rex, idque sine liberis: & inter agnatos vel cognatos variè certabatur. Ius, favor, factio comparabantur: & jam ad cœtus & arma res spectabat: quippe inter potentes competitores, *Ludovicum* X. ∞. cccc. xi.

Digitized by Google

Andegavensiu Ducem & Neapolitanum regem, Jacobum Comitem Urgelitanum, Alfonsum Marchionem Villenæ & Ducem Gandiæ, & nostrum illum jam dictum. Sed visum consensu Proceribus (rarum in tali ambitu) judices sive arbitros super hac re legere, & quemcumque Regem ii dixissent, esse. Electi novem, sanctimonia vitæ, & doctrina aut prudentia, conspicui: terni ex ipsa Aragonia, totidem è Catalaunia, iterumque totidem è Valentia: quæ tria regna scilicet in unum corpus contributa. Dies igitur dicta electioni, locus captus arx *Caspa* in Aragonia. Magna exspectatio, concursus, aperta & occulta vota aut metus: denique ipso jam die, tribunal pro foribus templi erectum, aulæis instratum & regifico ornatu. Consederunt judices, præsedit iis (nam adesse voluit) Summus ille Pontifex, etsi in schismate, *Benedictus*: tum surrexit *Vincentius Ferrerius* Dominicani Ordinis, magna sanctimoniæ opinione, & insigni ac fervida eloquentia, qui concione ad rem apposita, Proceres & populum consentire, obedire denique novo Regi hortatus est. *Quis is erit?* suspendit aliquamdiu omnium animos, & grandi tandem voce protulit *Ferdinandum*. Clamor coronæ, & jubilus, fausta precantium. nam plurium in hunc & virtutes ejus inclinatio: quorumdam tamen & mœstitia, qui suos candidatos decidisse tanta spe indignabantur. At ipse coronam mox Regni, sollenni ritu, accepit: pacem ubique repperit, aut peperit; & magnum illum *Alphonsum* genuit, Aragoniæ, Siciliæ, Neapolis Regem.

11 Pulchra electio, & quam in manu Lusitanorum erat nuper imitari. Nam plures regnum illud mortuo *Sebastiano*, competebant, suis quisque titulis, PHILIPPUS rex Hispaniarum; *Alexander* Parmæ Dux liberorum loco; *Joannes* Dux Bragantiæ, ab uxore; *Antonius* nothus, sed qui legitimum credi se volebat. Concurrebat & regina Galliæ, *Catharina Medicæa*, vetusto & obsoleto titulo à Comitibus Bononiensibus repetito. Rex senex *Henricus* mederi futuris malis poterat, & velle videbatur: sed fortior animus deerat, & cunctantem mors occupavit. Sed & post eum quinque *Gubernatores* electi, undeni *Judices*, tarditate aut frigore peccarunt: & quamquam proni in Philippum Regem, non ausi jus ei adscribere, ob populi studia dissentientis. Quem suum ferè *Antonius* fecerat, & plenis velis per plebeias illas undas ferebatur. Ita factiones, diffidia, & denique arma. Quæ tamen

priusquam

priusquam Philippus inferret (& parata habebat) pro suo ingenio leniter ac tardè agere, legationibus quàm legionibus velle rem conficere: à vi quidem adeò alienus, ut cùm *Antonius* ille, caput turbarum, ejectus ab Henrico rege, in Castella esset, & in cœnobio quopiam Divi Benedicti, gnaro rege Philippo, latitaret: ille nec extraxit, nec reppulit, cùm in illo velut torre exitinguere incendium surgens posset. Simile in altero competitore Duce Bragantiæ: cujus filium captum à Mauris, infelici illo prælio, redimi per Legatum suum curavit, & eumdem jam in Hispania, cùm essent qui omni vi & via retinendum censerent, imò retinerent; illi firmus in quietis consiliis, & jure suo nixus, liberum dimisit. Sed neque sic, cùm alii arma pararent aut caperent, invasit, aut ejecit, sed ante omnia jus suum disputari à Theologis, & Consultis ejus, fecit: jamque de eo certior, copias promovit. In limite erat Lusitaniæ, & omnis mora noxia: tamen iterùm moratur, iterùmque peritos convocat, & per Deum & Fidem obtestatur, liberis vocibus sensibusque edicerent, ecquid juris sui esset. Hoc non cupere se modò, sed jubere. Omnes uno ore jus, affirmant. Tum denique *Ferdinandus* Dux Albæ invadit, & septuaginta dierum spatio Lusitaniam totam subjicit: uno prælio Antonio, qui regem se ferebat, pulso. Si tamen prælium dixerim, veterani exercitus, cum semiermi & urbana turba congressionem. * Annos paullò minus *quingentos* avulsa Lusitania fuerat à reliquo suo corpore; rediit, ut retuli, sed cum admiratione aliqua eorum qui attendent, in re tam opportuna, utili, facili, cunctatorem Philippum sic fuisse. Imitentur reges, nec temerè ambitio ad arma impellat.

* Avulsa anno c. x.

CAPUT IV.

DE SUCCESSIONE.

Hanc præferendam, etsi incommoda etiam habet.

MELIOREM eam Electione tutioremque esse suprà ostendimus: & duplex certè causa evincit. Prior, quod nullum hic interregnum; atque ita nec competitio, nec bellorum materies: præsertim cùm jura successionum legibus aut moribus ubique firmentur.

Digitized by Google

Secunda, quòd caritas utrimque major, & subditorum in genitum & sanguine Principem; & Principis in subditos, certo & veteri jure suos. Addam tertiam, astrictioris imperii, & reverentiæ aut obedientiæ promptioris: quia vitari aut differri vindicta ægrè potest, cùm patri filius succedit, & illius injuriam suam putat. Non sic in exteris: qui tutiùs contemnuntur, & si offenderis, secessu aliquo vitas, donec illi abeant è vitâ. Duo tamen incommoda adhærent (& quid purè bonum in rebus humanis?) quòd vel mali vel inutiles sic capiendi interdum sint; vel pueri & infantes, quos ætas arcet à regendo. Quod ad prius, sciamus idem & in Electione evenire posse, atque adeò sæpè evenisse. Ferendum est, & melior exspectandus: ut post hiemem, aliqua æstas. Quod ad alterum, grande incommodum, fateor: & ferè Deus sic disponit (ipsemet dicit) ubi visum ei punire regna aut immutare. Quid ni feramus tamen, si à Deo? Hanc ei viam castigandi adime; aliam reperiet, fortasse tristiorem. Leges viam suam teneant, itemque fata. Et tamen in illâ ipsâ puerili successione remedium. si vivit mater. Hanc admoveri, & vices pueri gerere, cum prudenti aliquo Senatu, è re sit: & exempla docent, feliciter evenisse. Nam proceres regni eligi, anceps. si unum, ceteros offendis, ut spretos; & hic fortasse propriis opes cogitet: si plures, non evades factiones inter eos, & turbas. Mater igitur melior. Sed exempla aliquot, aut jura diversa Successionis videamus: in qua consensu gentium receptum.

MON. I. *Certos Liberos præferri.*

1. Sed, ut dixi, certos legitimosque. Cui rei, ubi fraus timeri poterat, cautiones video adhibitas, calumniæ aut suspicioni vitandæ. Sicut in OGINA Lucemburgica, quæ pænè *quinquagenaria*, in matrimonio *Baldini Pulchro-barbi*, Flandriæ Comitis, gravida est facta: & res ea suspecta multis, ne vanus aut fartus tumor, non à naturâ & puero esset. Igitur circa dies jam partioni sollennes, maritus in medio Atrebatium foro, tabernaculum tendi jussit, laxum & pretiosi operis: ediritque, omnibus fæminis, fama & loco honestis, fas esse adsistendi, & oculis arbitrandi verus an suppositicius ille partus esset. Factum ita. viderunt plures, observarunt; & omnes ita rumusculos dissipaverunt, qui de sterilitate ejus erant sparsi.

Circa annum CCXLV.

Planè

Digitized by Google

Planè idem in CONSTANTIA, Neapolitana regina, quæ nupta *Henrico* Imperatori, quinquagenaria etiam major uterum cœpit ferre, fraudem aut fucum suspectantibus multis. Quod utrumque prudenter amolitus est Henricus, ac primùm, cùm uxor ad eum in Germania agentem adspiraret; vetuit, jussitque in regno subsistere, & adventum suum exspectare, coram suis (cum bono Deo) heredem regni parituram. Deinde, uxore etiam ipsa sic volente, in foro territorium expansum, facta potestate nobilibus fœminis veriendi, & parientem ac partum pariter oculis usurpandi. Peperit igitur, in tali, ut sic dicam, scœna *Fridericum*, paterni ævi nomine appellatum. Hæc satis mira, in illa ætate. etli rei fides aliqua jam antè ab Abbate *Joachimo* facta, illo cujus vaticinia tunc clara erant, & nunc quoque traditâ scriptis legunctur. Quippe parituram prædixit, & quidem filium, tali vita, & sorte: quæque alia *Friderico* evenerunt. II. ∞. c. XCIV.

MON. H. *Præferri ætate primos, etsi in exemplis interdum aliter.*

Liberi igitur succedunt: sed mares supra fœminas, quod liquet; inter autem mares, si qui ætate antecedunt. Tamen hîc interdum quæstio, an ex causa, minore aliquis natu non præferatur? Causæ plures esse possunt, una, quæ olim inter *Darii* liberos litem movit, *Artemenem*, & XERXEM. Nam ex his Artemenes regnum jure & more gentium petebat, natu prior: at Xerxes controversiam non de ordine, sed de nascendi felicitate faciebat. Nam illum Dario privato provenisse, sese regi. Ita privatus illi opes deberi, quas tunc habuit; at sibi regnum in quo genitus, educatusque esset. Contentio, quamquam de regno, inter arma stetit; & arbitrum patruum sumpserunt *Artaphernem*, qui re pensiculata, præponendum Xerxem putavit, sive ratione jam dicta, sive & indole utriusque motus. De patruo judice, in Justino scribitur: in Herodoto pater ipse definit. quidem Herodotus alterum fratrem non *Artemenem*, sed *Ariobarzanem* appellat. I.

Ipsum hoc in eodem Persarum regno, diu post movit *Paryssatis*, *Darii* alterius uxor: movit, sed non eodem successu. Nam ægro marito persuadere conata, ut CYRUM minorem filium *Arsaces* (qui posteà *Artaxerxes* dictus) in jure sceptri præferret, ipsa illa II.

dicta

Digitized by Google

dicta causa, & quòd in regno natus esset: non impetravit, & stabile priori jus suum fuit. Etsi callida mulier *Xerxis* exemplum suggereret: sed quod paullò diversum inveniet, qui explorabit. Nam Artemenes tunc natus Dario fuit, cùm verè privatus esset, nec in stirpe aut jure ullo regio (quippe posteà à Magis inopinatò electo:) at Arsaces patri quidem nondum regi natus, sed nato è regibus & in hanc spem sublato. Itaque discrimen apparet in utraque sorte: etsi nec id quidem alibi observatum, & quomodocumque primogenitis sceptrum ferè delatum.

III. Excipio, in causa etiam altera: si minor aliquis virtutibus excellat; & contrà, inopia sit in majore. Tunc enim præponendus videtur, quem Deus honestavit: idque ex publico etiam bono. Tale *Joannes Comnenus* prætextum habuit MANUELEM filium præferendi *Isaacio:* idque moriens persuasit. Cepit igitur imperium, & tenuit: sed reverà non pro spe rexit, nec fratri fortasse, nisi ab affectu patris, præponendus.

IV. Et verò rarò felix, nec nisi turbandis rebus, talis electio, ut in PTOLOMÆO LAGI F. qui cùm minorem item, rupto gentium jure, regno imposuisset: ipsa naturæ jura violata mox sunt, cùm alter fratrem suum parricidio sustulisset.

V. In PTOLOMÆO Physcone haud dispar eventus, sed purus à scelere. Blanditiis uxoris illectus juniorem seniori antehabuit, & sceptrum credidit: sed populus eo mortuo, huic reddidit, & illi exsilium dedit.

VI. Quid in LUDOVICO *Pio*, *Caroli Magni* filio? ille item Judithæ uxoris suada *Carolum* minorem *Ludovico* in multis prætulit: cum eo fructu, ut bellum ipso vivo adhuc motum sit, & arma adeò, junctis etiam aliis fratribus, in patrem sumpta.

VII. VIII. Ideò non nimis ridendi fortasse Pannonii, qui pervicaciter hoc jus sunt tutati in suo COLOMANNO. *Uladislaus* rex, liberis ipse orbus, *Almum* fratris sui filium adoptaverat, animo & corpore meliorem, ævo inferiorem. Ut autem rara magis electio esset, *Colomannum* fratrem sacris initiavit, & procul à patria Lutetiam Parisiorum, specie studiorum, ablegavit, dicam, an relegavit? Hæc facta, & ipse obiit: sed statim proceres & populus *Colomannum* revocant, & venia

Digitized by Google

venia exsecrationis à Pontifice impetrata, regem simul & maritum fecerunt. Quem autem hominem? ridebis Lector: statu pusillum, lingua balbum, oculo luscum, pede claudum, dorso gibberum. Non monstrum vides? tamen hic placuit, & jus hominum etiam in ambiguo, pænè dicam homine servarunt.

In hac tota re tamen fateor morem ABYSSINORUM (in Africa latè dominantur) non improbandum videri, aut improbum, qui gentiles omnes agnatosque Regis in una quadam arce educant, remotos à populo: quia & arx in monte pænè inaccesso est (*Angam* nominant) & valido præsidio custoditur. Tenentur illic igitur, ne turbas aut partes faciant: & mortuo rege, eum qui maximè idoneus optimatibus & custodibus videtur, assumunt & substituunt. VIII.

MON. III. *Patruum, aut fratris filium, variè præferri.*

Quid autem, si filius major præmoritur, prole ex se relicta? Rationes & exempla in diversum trahunt: id est, utraque utroque. Nam qui patruum præferunt, rationem proximi sanguinis adspiciunt, à patre rege: & nepotem toto gradu antecedit. At nepoti fictio juris subvenit, & idem cum patre censetur: cur non ergò & in jura succedat? Sed exempla etiam, ut dixi, variant: & pro patruo sunt ista.

LUDOVICI Pii primum. Qui *Bernardum* Italiæ regem dejecit: & vinclis ac carcere coërcuit, quia jus sibi à patre *Pipino* primogenito vindicabat, contra patruum *Ludovicum*. I.

ROBERTI regis Neapolitani, cui & Pontificis auctoritas pondus addit. Nam hic *Clemente* V. sic censente jus regni tenuit, contra *Carolum Numbertum* Hungariæ regem: etsi iste natus è *Carolo Martello* esset, Roberti majore fratre. Res clara est, & Annalibus testata: sed *Baldus* JC^us arbitratur, in regni usum hoc à Pontifice factum, & quia optimus & prudentissimus Robertus esset, quod res docuit: itemque salubri temperie & partitione, quòd Carolus jam regnum Hungariæ teneret, in eoque posset acquiescere. II. ∞.ccc.ix.

Jamolim etiam MUMIDÆ pro communi jure habuerunt, patruum nepoti præferri.

Quod

Digitized by Google

IV. Quod & VANDALI usurparunt:

V. Itemque hodiè MOSCOVITÆ, sed restrictiùs, nempe si impubes filius relictus sit, tum patruus sceptrum accipit: in *Basilio* nostro ævo factum. Aliter autem, si justa nepoti ætas: atque ea discretio rationem suam habet.

VI. Hæc pro Patruo: plura etiam sunt pro Nepote. SPARTIATÆ, sapiens populus, sic servarunt: & ipse *Lycurgus* regnum *Charilao* fratris filio cessit, quod in manu ejus erat, omnium gratia, tenere.

VII. ROBERTUS Neapoleos rex, etsi alio jure, ut dixi, promotus, hoc velut æquius melius restituit, & sententiam publico judicio sic tulit, in lite super *Comitatu Sancti Severini*. Quæ inter patruum & nepotem vertebatur, & Jurisconsulti variè trahebant: meliores & ipsi ad nepotem flexerunt.

VIII. Ita ille rex: at OTHO *Magnus* Imp. judicio armorum rem commisit. Pugnarunt singulari certamine, barbaro illo ritu, & vicit nepos. quod iterùm ita sub *Henrico I.* Imp. adnoto evenisse. Ergò & Deus hanc caussam videatur comprobasse.

IX. Sed quod judicium, publicum aut privatum, isto
∞. cccc. Hispaniensi clarius? Rex *Henricus* defunctus erat fi-
VII. lio infante relicto *Joanne*, duos & vigiati menses nato. Patruus ei erat FERDINANDUS, vir vel solo virtutum merito (ut sanguis seponatur) omni summa fortuna dignus. Itaque conjecti in eum oculi, vulgi & Procerum: nec ambire opus, ambiebatur. Atque id non à singulis tantùm, & in privatis colloquiis, ubi adulatio timeretur; sed in Convento publico, huic rei indicto, omnium non studia, sed aperta suffragia in eum ibant. Incitabat non ipse solùm ævi maturus, & virtutum, ut tetigi, spectatus; sed & ætas pueri, *quæ quando tandem gubernationi sufficura esset? Longum annorum intervallum, bella in manibus, turbas & dissidia in metu esse: quæ semper ferè comitari, ubi penes alios regimen esset. Ergò ageret cum Deo benè juvante, expergisceretur, & vel regni caussa, caperet fraternum regnum.* Surdæ aures ad has voces, & jus infantis ostendebat, & Hispaniæ consuetudinem: quæ eò magis tutanda ipsis, quò minus ille puer (hoc ipso miserandus) posset. Nondum tamen persuaserat; iterumque Conventus, si fortè pœnitentia subeunte mutasset. Non ignarus ipse ejus rei & affectuum, infantem

Digitized by Google

tetin chlamyde tectum occulrè intulit: & cùm *Davalus* magister equitum, de communi consensu, iterùm tentaturus dixisset, *Quem regem Ferdinande, renuntiare tibi placet?* ille acri voce & vultu, *Quem autem*, inquit, *nisi Joannem, fratris mei filium?* Et simul puerum in sublime extulit, nomen *Joannis* identidem & *Regis*, ut mos est, ingeminans: jussitque vexilla explicari, & alia solita fieri in novo regno. Tu Fides, tu Modestia, è cælo paullisper descendite, & hunc alumnum vestrum lætis oculis videte: quantò illustriorem spreto sic regno, quam si decem fraude vel ambiguo jure quæsisset? Sed pauci isti *Ferdinandi*: cui Deus tamen regnum Aragoniæ paullò pòst contulit, pretium virtutum, & Electione (de qua dixi) sive judicio delatum.

CAPUT V.

DE FRAUDE ET VI.

Has quoque priorum specie intervenire.

SED violat Successionis jura aut polluit sæpè Ambitio, quæ vim & fraudem miscet. Quàm sæpè sceptra sic delata non ad longinquos tantùm, sed indignos? & hic quoque ludi inter veniunt: quos lubet paullùm, Sapientiâ volente, spectare. Venite qui regna æstimatis, cælo æquiparatis: en servulum, aut infimum homuncionem, suo ingenio ad ea sublimatum. Videte:

Et primùm PISISTRATUM, qui fraude quidem, sed 1.
virtutibus pænè debitum regnum Athenis quæsivit. Ille comem & benignum se civibus ostendere, etiam liberalem ubi opus; adeò ut refugium & asylum injuria aut inopia pressis haberetur. Suspecta ista optimatibus: neque nesciebat, quos ut in ordinem redigeret, & satellitium pararet aliquo prætextu, ipsus se vulneravit. Sic saucius, in forum delatus, sanguinem & vulnera civibus ostendebat, à potentibus illis, præmium scilicet benignitatis suæ in ipsos, accepta. Quin & vitam suam periclitari, nisi subveniant, quibus eam consecrasset. Fremitus & indignatio populi, mox suffragia; & custodia illi decreta. Quâ cinctus, & inimicos suos statim, & mox populum tyrannide oppressit. Nec omittendum hic *Solonis* dictum, qui dolum odoratus ei ingessit: *Non rectè*, inquiens, *ô Pisistrate, Homericum Ulyssem imitaris, si quidem ille flagris se conscidit, ut hostes falleret; tu te vulneribus, ut cives.*

Ac

II. Ac genera sanè fraudium plura sunt: sed una ad rem hanc Successionum apposita, quæ crebra. Est eorum, qui inferunt se in alienam familiam & callidè adoptant: histrionio toto & ludicro initio, sed quoties in turbas & cædes ivit? Fuit in Macedonia ANDRISCUS quidam, homo ultimæ sortis, diurna mercede vitam tolerare solitus: qui *Philippum* se subitò, *Persei* regis filium dixit. Et oris similitudo ad avum inclinabat. Ipse dixit, alii credunt aut credere simulant; Macedones & Thraces maximè, tædio Romani imperii, quod novitate & asperitate displicebat. Itaque ingentes mox copiæ, & Prætorem Romanum fudit: donec à *Metello* idem victus, & in catenis Romam ductus triumphatusque est.

III. In eodem imperio, sed sub *Tiberio* Principe, CLEMENS quidem exititit, reverà servus *Aggrippæ Postumi*, quem nepotem suum ex *Iulia* Augustus in Planasiam insulam relegaverat: sed fama & fallacia, mox ipse Postumus effectus. Ivit enim magno animo, audita morte Augusti, in insulam, ut dominum furtim educeret, & ad Germanicos aut alios exercitus ferret. Sed dum tardiùs navigat, interfectum *Agrippam* repperit: & huc jam delabitur, ut sese eum ferat. Venit in Etruriam, ignotis locis se abdit, crines barbamq; in squalorem promittit: mox per idoneos homines spargitur, vivere *Agrippam*, primùm occultiùs, ut vetita solent: tum vago rumore apud imperitos aut turbidos, eoque nova cupientes. Jamque in municipiis & coloniis se ostendebat, sed leviter & obscuro diei, & copiam sui haud plenè facturus. Augentur assectæ, audet Hostiam venire, atque adeò in urbem, & occultis cœtibus celebrabatur. Tiberius, non ignarus periculi, ambigebat, vim militarem, an fraudem fraudi opponeret: & hæc magis placuit, electique *Sallustii Crispi* opera duo milites, qui simulata conscientia adiverunt, pecuniam & pericula sua offerentes. Mox noctem speculati & solitudinem circa eum, accepta idonea manu, victum & ore clauso, in palatium ad Tiberium attraxêre. Ibi interrogatus, *Quomodo Agrippa factus esset?* respondisse liberè fertur, *Quomodo tu Cæsar:* dolum & illi maternum objiciens, quo ab Augusto adoptatus esset. Secretò interfectus est, magna inter tormentra constantia, cum neminem conscriorum edidisset: nec Tiberius (prudenter in talibus) ultrà quæsivit.

In

Digitized by Google

In Syria similis dolus, etsi vix dolus. *Demetrius Soter*, ille qui Roma obses profugerat, iis imperabat: cum certa nec injusta de causa, Antiochenses offensus, bellum iis infert: Ipsi extremorum metu, ad nova remedia confugiunt, & vilem quendam è plebe ALEXANDRUM salutant, & *Antiochi* filium faciunt, ac repetere optimo jure paternum Syriæ regnum. Fraus cui non apparebat? sed novitatis studium (insitum popularibus, & addo Orientalibus) sive odium Demetrii effecit; ut crederent quæ non crederent, & certatim Alexandrum omnes amplexi. Ipse minabatur novam suam sortem, & tot comitum militumque agmina: ac vires propè Orientis trahebat. quibus stipatus pugnat, primò parùm feliciter; mox aliter, & non vincit solùm Demetrium, sed cædit. Eo facto pacificus Syriæ possessor, quod solet, in vitia & luxum se effudit: parvis Demetrii liberis, nec ab iis metu. Sed cùm adolevisset, *Demetrius* Demetrii F. cum parva manu Cretensium rem aggressus, adjutores repperit, & pari levitate ad se transeuntes, qui à patre defecerant; in his, ipsos Antiochenos. Itaque solutum illum, & inter scorta ac mensas jactatum, invasit, superat, trucidat. Hic finis scænici & imaginarii Regis, sed satis tamen diuturni, quique annos novem & menses decem in imperio alieno fuit. IV.

Alius ab isto, sed tamen ALEXANDER, & in finitima Judæa, ipse Judæus genere, adoptavit se in familiam *Herodis* regis. Occasio erat, quia facie *Alexandrum* referebat, ab illo exstinctum. Igitur mortuo Herode hic revixit, & fucum etiam acutioribus faciebat, natura & ingenio vafer, tum ipsa illa similitudine valde gemina, & vel noscentes fallente. Venit igitur Cretam, & Judæos illic induxit se agnoscere, pecuniam & alia usui dare: quod idem in *Melo* insula, omnibus subtractum verum neci Alexandrum, aliumque suppositum, credentibus, vulgantibusque. Ira Puteolos appulit, pari illic Judæorum credulitate & gaudio: ac mox Romam, grandi comitatu, regia pompa, nam & Judæi, qui Romæ frequentes, & in his hospites notique *Herodis* obviam ire, jurare eum esse, lecticam ejus deferre: prorsus ut à regio cultu & fastigio, præter Cæsaris auctoritatem, nihil abesset. Et sanè Cæsar Augustus moveri quoque cœperat: sed retentabat, quod vetus ille & verator *Herodes* non videbatur, in re tanta decipi potuisse, & denique ut experimentum caperet, mittit *Celadum* unum è V.

Digitized by Google

libertis ſuis, qui olim familiariter cum *Alexandro* & *Ariſtobulo* fratre (nam & is ſervatus dicebatur) verſatus fuerat: ſed quid? impoſitum ipſi Celado, & ille quaſi notor & aſſertor ad Cæſarem redit. Tamen dubitat, ipſum Alexandrum vocat, & ſagaciter animadvertit manus calloſas, & duratas opere; item in ſermone & moribus non illum Principalem Genium & gratiam, quæ ſolet ſic natis comitari, & vel invitis inſciiſque adeſſe. Tum etiam interrogat, quid factum *Ariſtobulo* eſſet, & cur non ille adveniſſet? Cauſante ipſo, Cypri hæſiſſe, ob pericula maris & itinerum, & ne, ſi quid durius eveniſſet, totum Mariamnes genus una periret. Hæc illo canente, & doctore ejus accinente, qui ſimulata gravitate aderat; Cæſar ſeductum adoleſcentem monet & interminatur vera dicere, & propoſita impunitate, *Quis eſſet?* interrogat. Ille verò metu inſtantium, & ſplendore illo præſenti territus, vera fatetur, ſeriem fabulæ denarrat: & à Cæſare ad remum damnatur, ut fidem in vita data non falleret, doctorem ejus exuit vita. Reliquis ſatis ſupplicii cenſuit credidiſſe, & pecunias effudiſſe.

VI. ∞. CC. LXXXIV.

Hæc vetera, aut longinqua videbuntur: addam haud longè ab ævo, aut finibus noſtris. Ecce in candida & ſimplici illa Germania, exſtitit PSEUDOFRIDERICVS, tempore *Rudolfi Habſpurgenſis* Imperatoris, qui verum ſe *Friderícum* diceret, mortuum * ante plures annos. Obſidebat tum Rudolfus Colmariam: ſed haud vanè territus, quòd impoſtor ille in Germania noſtra inferiore, magnas ſibi vires, nobiles, urbeſque adjungeret; ſoluta obſidione, Rheno prono deſcendit, & quaſi veneraturus veterem Auguſtum acceſſit. Sed ejus compos, interrogatum quis, unde, quare ſic eſſet, igne in opido *Witzlaria* combuſſit.

* XXII.

VII. ∞. CCC. XLVIII.

Pòſt in eadem Germania nobilis impoſtura circa Marchionem Brandeburgenſem VOLDEMARUM evènit. Is ante annos triginta & unum amiſſus, ſive mortuus peregrè erat: cùm *Rudolfus* Saxoniæ Dux deſpicit, qua via *Ludovicum Bavarum, Ludovici Auguſti Filium*, Principatu Brandeburgenſi pellere poſſet. Componit fabulam, ipſe inquam ejus poëta & actor. nam molitorem quemdam ſecretò habitum, omnibus notis inſignibuſque arte & aſtu inſtructum, ad verum illum Marchionem, producit tandem in ſcænam: atque ecce populares, deſiderio & more plebis accurrunt, ſe & ſua, plerique arces & opida etiam

Digitized by Google

etiam tradunt. Resistentes, partim Saxonis copiis, partim *Caroli Bohemi*, qui Imp. à quibusdam designatus, ad deditionem coguntur. Ipsi Bavari, & auxiliares eorum Palatini, varia fortuna certant, & grandi uno prælio vincuntur: capto *Rudolfo* Palatino Rhenensi, cum LXXIX. è nobilitate equestri. Denique triennio toto elusit, aut potiùs illusit ille molitor: donec captus tandem ignem ipse, infamiam fautores ejus subierunt.

Sed in vicina etiam nostra & socia *Flandria* factum, omnia dicta adæquat aut superat. Fuit *Balduinus Octavus* Flandriæ Hannoniæque Comes, & idem grandi ausu progressuque Orientis sive Byzantii Imperator. Dum illic res gerit, in prælio contra Bulgaros cadit: nec ambigua res erat, donec quidam BERNARDUS RAINSUS, Campania Gallica oriundus, & specie religionis juxta Valentianas in silva quadam Anachoreta: donec is, inquam, vulgaret fingeretque post annos XX. reducem & redivivum se Balduinum esse. Impulsus à nobilium quibusdam creditur; & ætas, forma, astus, atque etiam audacia aderant ad fallendum. Igitur, rebus in Hannonia motis, in Flandriam ipsam cum hac fama venit: & rara quadam oris gravitate, commemoratione hominum rerumque priorum, stemmatis totius notitiâ, etiam sagaces cautosque inducit. Desciscunt & adhærent passim, fastidio etiam & contemptu fœminei imperii: quòd *Joanna* id temporis, Balduini filia, rebus præsidebat. Quin ipsa profligata, & propemodum in Querceto opido intercepta, præsidium & refugium ad regem *Ludovicum Octavum* Galliæ habuit: qui subvênit, sed cùm priùs à Senatu *Joannæ* examinatus inquisitusque planus ille esset. Ejus enim Præses sic dixit, rogavitque: *Tu quocumque nomine appellandus, si te verum Balduinum jactas, cur Orientis magnum imperium deseruisti, ad hoc minus properasti? Cur apud notos atque optimè de te meritos duces ac cives mortem simulasti, vitam dissimulasti? Quæ commenti caussa, aut merces? An numquid ii oderant? etiam nunc resument, si verus es Augustus; Obnoxii semper subditi fuerunt; atq; utinam illi domino esse possint! Quid ad nos potissimùm venisti, tot lustra non visus, nisi ut inter ignotos ignotus falleres? Viginti anni jam sunt à morte illius, quẽ te dicis: quibus tenebris, & qua caussa, tã curiosè te occuluisti, sic ut nec aura famæ de te spiraverit? Passi multa mala sumus, & ob id te mortuum: mederi una voce, una scripto poteras, vivos cùm non feceris, ego etiamsi vivis, vivum te habebo? Impietas tua non meruit: ubi ingrate à patria, cujus caritatẽ*

VIII. an. ec. XXV.

exuisti à Principatu, cujus curam abjecisti: à civibus, quos oblivione sepelisti. Dixerat Quæsitor: at ille mirum qua confidentia, & ex ipsa fidem præstruens: *Domi,* inquit, *inclementiores cives, quàm foris hostes, repperi. Tu me Flandria, mater & altrix rejecis, quem Græcia, Macedonia, Thracia advenam excepit, coluit: ipsa Barbaria, majestatem verita servavit. At enim, ubi delitui? audiste, & casuum humanorum misereseite, si quid tamen humani in pectoribus istis habetis. Captus prælio ad Hadrianopolim à Bulgaris, ab iisdem in custodia habeor, satis lenta & remissa: usque eò ut effugium etiam patuerit, & animo isto ac Deo ducibus me liberarim. Cùm ad meos propero vagus & erro, in alios barbaros incido, ignaros fortunæ meæ, & ab iis in Asiam trahor ac vendor. Heu miseriam! pudet: sed vos narrare cogitis: Syri me habent & in ergastulum rusticum damnant. Ego Balduinus, Comes, Imperator, qua manu sceptra tenui, rastra tractavi, plures per annos: donec à Germanis mercatoribus casu evanseuntibus, quibus me aperui, pretio liberarer. Is me domum remiserunt: vos expellitis? ingrati, immemores veterum beneficiorum, quibus avi vestri, patres, etiam tu atque ille à me affecti estis. En senium & hanc canitiem, quo reservati sumus: post tot fluctus, scopulum repperi ubi portum putabam: ipsa mea filia, mea Joanna, patrem non agnoscit, ne Comitem cognoscat.* Hæc & plura opportunè differens, magnitudinem suam vel fallaciam tuebatur: vario animorum motu, & plerisque ad illum inclinatis. Adeò, ut nobilium populariumque bona pars statim adhæresceret, Comitem & Augustum salutaret; donec re jam in præcipiti, *Joanna* ad *Ludovicum* Regem supplices Legatos mitteret, ut *Balduini*, avunculi quoque sui, magnam sanctamque memoriam, ab impuri nebulonis contage tueretur. Suscepit negotium Rex, diem homini dicit; venit ille magno comitatu, solitaque fiducia & fastu. Vestis erat purpurea, alba in manu virga, barba promissa, à qua vulgò *Peregrinus Longobarbus* vocabatur; sistitque se Regi, Peronæ. Ille orditur, succinctus nobilitate & Senatu; *Flandria in fide & clientela mea est, ne mireris te huc vocatum: quod more & jure, non ambitione aut usurpatione factum. Sive injuria afficeris, à me vindicandus es: sive afficis, puniri debes. Utinam Deus & cælites facerent, ut tu sis ille Balduinus, mihi avunculus, amitinæ meæ pater, nec uno nomine Gallicæ meæ illigatus. Utinam!* inquam, *sed famæ tot annorum, tam constanti quid faciam? illa te jugulat. Credere me abnuis & unus tot millibus con-*

tra-

tradicis: sed fidem ex genere humano tollis, si consensui mortalium non ultrà credimus. Tamen effare, faveo si quid habes quo famam redarguas, quo Balduinum te asseras, quo veterem meum cognatum aut potiùs parentem à mortuis restituas. Si ille es, breviter ad hæc respondere, & statim, potes. Quæro, Tenc pater meus Flandriæ Comitem dixerit, jura dederit? quo teste, loco, tempore, ritu? Baltheone te & insigns militari donarit? Quæ mulier ex Francica nobilitate, quo conciliante, quo auspice, loco, cœtu nupserit? Quid hæres? hæc ignorare de se verus Balduinus non potest. Ista Rex: tamen audacia illa, velut deprehensa, hærebat, & spatium cogitandi recolligendique sui petebat. Inde pro impostore haberi, & contemptim dimitti: dimitti tamen, quia sub fide publica venisset. Nec diu pòst in Burgundia, captus, ab equite gentis Chastenaiæ, *Joannæ* offertur: quæ convictum confessumque, ut dicunt, laqueo strangulavit. Non tamen sine plebeculæ rumoribus, quæ patrem ab improba filia in ligno suspensum, tunc & diu postea differebat.

Nonne consimile in Hispania, cùm *Alfonsus* Aragoniæ rex esset, juvenis & undecennis, matre gubernante? supervênit qui se ALFONSVM veterem adfirmaret, ante annos viginti & octo ad Fragam cæsum. Pro colore adferebat, tædio se rerum humanarum in Asiam & Terram sanctam iviisse, illic bella pro Deo & religione pugnasse, rediisse ad suos culpis expiatis. Cur spernerent, & puero ac mulierculæ potiùs adhærescerent? Moverat multos, res turbaturus haud dubiè, nisi Cæsar Augustæ laqueo gulam fregisset. IX.

Tædium jure vereor in paribus ausis & eventis: qui tamen duos MVSTAFAS fileam, in Turcarum imperio, ut nec id sit à scænicis his ludis immunis? Prior fuit *Muratis Secundi* principatu, DVSMIS: sed qui se *Mustafam* diceret *Bajazitis* primi filium, quem fama & res erat, infelici illo prælio cum *Temir-lanco* periisse, & ubi pater ejus captus. At enim post annos *viginti duos* iste se sufficit, & fiaudes ac turbas *Murati* miscet, quas turbas? tantas, ut Begi, Bassæ, & primorum plerique ad eum deficerent, ipsi Christianorum Principes fœdus inirent, & Byzantii Imperator. Denique per triennium Muratem sic exercet, ut incertum imperii & vitæ faceret: donec ad *Lopadium* lacum collatis castris (& Murates ipse aderat) arte quàm viribus magis victitur; & transfugiis paullatim nudatur. Juvit ad hanc rem commentum callidum Legatorum, quas Byzantium uno tempore, ad fœdus & societatem, ipse & X. ∞. cccc. XXII.

Digitized by Google

Murates miserant. Sed Muratis irriti, dimissi, illius impetraverant: cùm tamen Muratæi, cursim prævenientes, audaci astu spargunt, sese voti compotes, & Græcos à se stare. quod creditum sparsumque in utrisque castris, multos Mustafæ detractos *Murati* junxit. Denique fugit ille, sed retrahitur, & Hadrianopoli ad pinnam muri laqueo suspenditur.

Alter MUSTAFA miri & novi commenti est, sed
51. ab alieno impulsu, & in alterius, ut putabatur, fructum. Ne grave sit me diducere paullùm, quæ faciunt ad gravem illum nobis hostem, *Soleimannum*, maximo inter Turcarum principes, duæ uxores fuerunt, & ex iis liberi: altera *Bosphorana*, è qua MUSTAFAS, altera *Roxolana*, è qua isti quattuor, *Mahometes Selymus*, *Bajazites*, *Giangir*. Sed omnes hos ætate & gratia apud militem *Mustafæ* anteibat; nec dubium illius imperium, si id exspectare, quam habere maluisset. Pater sanè eum suspectum nimiæ spei interfecit. Jam è quattuor illis *Mahometes* obierat, & mox item *Giangir*: duo competitores supererant, è quibus *Selymum* fata & pater promovebant, *Bajazitem* mater, mirificè in eum prona. Frustrà maritum aliquoties tentaverat, vult fraudem & fortunam. Itaque re cum filio collata, visum illis initium res novandi per falsum *Mustafam* facere, ad cujus nomen & gratiam miles facile concurreret: ipsi deinde eo in rem suam uterentur. Reperiunt juvenem audacia & facie idoneum, instruunt & dimittunt. Personam sumit & agit, venit in Thraciæ loca quæ Valachiam & Moldaviam spectant, ubi equitum copia, & qui plerique vivo nuper *Mustafæ* addicti. Ibi clanculùm & quasi timidè se ostendit, comites qui aderant mussitant *Mustafam* esse, fuga elapsum à patre, & alium ab amicis substitutum qui interfectus pro ipso esset, incuria, nec seriò agnitum aut inspectum. Id argumentum fabulæ erat, ad quam spectandam agendamq; statim concursus. Veniebant & ii, qui oculis suis *Mustafam* interfectũ viderant: sed vel falli volebant, ut locus esset si non recipiendi *Mustafæ*, saltem vindicandi. Jam pænè exercitus erant: sed Sangiacci trepidi rem ad Soleimannum referunt, qui fraudis certus eos acerbè increpat, *Quid ita inimicis non obstitissent? vel nunc facerent, aut iram ac pœnam à se exspectarent. Mittere se Pertavum Bassam, cum validis fidisque copiis; sed melius gratiusque fore, si ii, quod negligentum est sarciant & ignem nondum validum exstinguant.* Sangiacci iis monitis minisque excitati advigilant, concurrunt, adventan

Digitized by Google

ventantes reprimunt, manus jam factas dissipant & spargunt; nihil reliqui sibi ad diligentiam faciunt, ut fidem & operam suam Domino probent. Tamen Bassa supervênit; nec res adhuc *Mustafæ* satis validæ aut constitutæ erant. Itaque à præsenti metu fluctuare multi incipiunt, dilabi alii & transfugere, donec desertus miser cum præcipuis ministrorum in manus venit. Vivus trahitur Byzantium, examinatur, nihil celat: cura jam de illo puniendo (quod statim factum) sed de filio patrem subit. Hocne illum ausum, in tam recenti Mustafæ infelici exemplo? dolor non ab impietate solùm erat, sed ab impudentia & temeritate ira. Et jam magnum aliquid parabat: sed mater filium non deserit, callida mulier & mariti sui diu potens. Venit & rem fatetur, excusat & deprecatur. *Quid enim magni miri*, inquit, *si in fratrem (non enim in te) aliquid molitus est, non tam ambitu, quàm metu impulsus? Leges sive fata nostræ gentis sunt, unum non imperare solum, sed vivere; & exordium novi Principatus est, fraternum parricidium. Quid inquam mirum igitur, si fugere triste, & extremum hoc voluit? si vitam prorogare? Natura impellimur, & te consule. Hic scopus hujus conatus fuit, miseratione, si consideras, quàm ira dignioris. Tu illam da. cui? filio. cui? & mihi uxori. nam certum non supervivere illi, & in uno duos occides. Quamdiu autem datur? me miseram, instant fata, & in tua senis anima adolescentis illius spirat, & mea.* Movit intimum senile pectus & concussit mulier: dat veniam, sed ea lege ut filius se videat, & ipse eam petat. Ergò advocatur, & à matre quoque excitatur jam secura ut tutò veniat. Venit, sed cùm in aditu paterni hospitii est (extra urbem conveniebant, nec temerè filii patre vivo in ipsam intrant:) ecce milites, qui descendentem ex equo tradere pugionem & gladium jubent. Id in aliis de more fiebat, sed conscientia stimulante omnia timet. & multus in oculis *Mustafas* uterque erat. Mater tamen dat animos, quæ de industria ad januam exspectat, & per fenestram linteo obductam hortatur intrepidè pergat, viam omnem à se præmunitam. Accedit ad manum patris, petit veniam, & accipit, monitus magis, quàm castigatus. Atque ut plenam fidem reconciliationis faceret, potum de more gentis jussit offerri: sed nec hunc sine metu bibit, venenum suspectans, donec pater ex eodem poculo haustu ducto, omni eum cura liberavit. Atque hæc fraudium sunt, addam

Violentiæ exempla.

I. Heu, quàm multa ea occurrunt! passim video aditus atque exitus Regiarum sanguine respersos. Sed temperabo & eligam. Ab Oriente ordior, atque ibi, in Judæa, triste fatum Gedeonis familiæ video, unius ambitione consumptæ. Laudatus ille vir, & dux per quadraginta annos populi, liberos genuit & reliquit *septuaginta*: atque hos legitimos, unum è concubina *Druma*, cui nomen ABIMELECHI. Hic post mortem patris imperio immanens, & adjutus materna pecunia atque amicis, copias collegit è vagis & sordidis hominibus: cum quibus *Sichimam* venit inopinatò, atque omnes ibi fratres *septuaginta super lapidem unum* (ut sacra loquuntur) interfecit, & velut immolavit. Quid si totidem alienos & extraneos? ò facinus! at ille imperium invadit, & in triennium etiam retinet, ut cœperat, sæviens, & subditos variè affligens, sic ut *Sichimitæ* arma caperent & rebellarent. Frustrà. domuit eos & occidit, & ipsum opidum delevit, salemque in eo conspersit. Sed cælestis vindicta tamen consequitur, & cùm turrim quamdam oppugnaret, fragmine molaris lapidis mulier supernè caput ejus contrivit, quo ictu collapsus, & jam moribundus, ad satellitem suum, *Tu me*, inquit, *gladio jugula ne muliebri manu dicar occidisse*.

II. In Parthis *Orodes* regnavit, ille qui *Crassum* victum jactat & occisum. Is cùm senuisset, in luctu ob *Pacorum* filium à *Ventidio* cæsum, aquæ intercutis vitio laboravit, neque longè jam à morte. Quam tamen longum PHRAATI filio visum exspectare: & veneno eam maturat. Sed id contrà fuit, nec aliud quàm mota alvo in medicinam abiit, & totius morbi senem allevavit. Quod ille indignatus (neque enim pœnitentia subiit sceleris, cui vel Numen videbat adversari) ad apertum parricidium ab occulto transit, atque hominem palàm suffocavit. Jamne finis? minimè: catenata sunt scelera, & post patrem fratres *triginta*, quasi inferias, adjecit. Quis tamen illius finis? consimilis. nam cùm in pace & fœdere cum Augusto esset, cui & signa Crasso erepta remisit; hîc vicissim dona dedit, inter alia, pellicem insigni formâ Italici generis, quæ prolem ei genuit *Phraatacem*. Hic ipse ut adolevit, conscientia & opera matris, patrem interfecit. Benè, benè,

Digitized by Google

nè, quidni dicam? tulit, quæ meruit, & quæ docuit; rediit in auctorem exemplum.

III. Brevi stilo lata scelera in MITHRIDATE PONTICO stringam, cui bellum & clades fuit à Romanis, sed mors ab ipso filio. An & hoc immeritò? ecce ille matrem jam primis annis sustulit, mox fratrem; deinde tres filios, totidemque filias. Cælum, terra, mare, aspicere, ferre, purgare toties impium potuistis? Ignosco Pharnaci, & animos ad scelus pænè addo: vindica adolescens aviam, patruum, fratres, sorores, tot mortes (leve est) in una.

VI. Jam in PRUSIA Bithyno tyranno, Romanorum non socio rege sed servo, vix memorabile est, quòd is filium *Nicomedem* tollere è medio voluerit: quid ita? ut locum aliis filiis faceret ad regnum. Perversa aliqua pietas hæc fuerit; sed ecce filius, rei conceptæ gnarus, scelus in ipsum vertit, & defectione populorum, regnum ei ademit, & deinde vitam.

V. Relinquo te Oriens, fatiges me si perambulem: centesimam partem (verè loquor) non libavi: sed unum tamen abiens hic consignem. PTOLOMÆUS inter Alexandri successores, pulso *Antigono*, Macedoniam occuparat, pacem cum *Antiocho*, fœdus & affinitatem cum *Pyrrho* fecerat: securus jam omnium, nisi sororis, & ex ea liberorum. *Arsinoe* erat, quæ in matrimonio *Lysimachi* fuerat Macedoniæ regis. Itaque animum & artes intendit ad eam unà cum liberis captandam: cautam tamen, monitam, & omnia timentem. Quid adhibet? machinam in hunc sexum validissimam, amorem. soror erat, sed quid ad rem? incendit, non absterret ea cognatio Orientales barbaros, & res in mores & jura vertit. Itaque munera, legatos, litteras mittitare; offerre ipsi societatem regni, liberis hereditatem: nec alio fine se armis id occupasse, quàm ut iis posset relinquere. In has res fidem se paratum dare quam vellet, & ubi vellet, apud sanctissimas aras & templa. Quid multa? persuadetur mulierculæ, ex fidissimis amicis mittit, qui juramentum accipiat: quod ille incunctanter, & pænè invitans, in veterrimæ religionis templo concipit, ipsa simulacra & altaria deorum tangens, se suumque caput inauditis ultimisque exsecrationibus devovens: *Sincera se fide matrimonium sororis petere; nuncupaturum eam reginam*

Digitized by Google

ejusque liberos suos, heredes habiturum, nec alios. Ergò Arsinoe spe jam plena, in conspectum colloquiumque fratris venit: qui vultu ipso & oculorum acrimonia amorem simulans, fabulam peragit, uxorem ducit, capiti diadema coram milite populoque imponit, & Reginam appellat. Secuta quæ solent nuptiis: & læta *Arsinoe, Cassandréam*, munitissimam urbem (quod unum petebatur) ubi thesauri & liberi, prævit, maritum introductura, & festo apparatu exceptura. Viæ, templa, domus ornantur; aræ & hostiæ disponuntur; filios quoque suos, *Lysimachum* sedecim annos natum, *Philippum* triennio minorem, patri & avunculo occurrere jubet. Quos ille extra portam obvios, cupidè & ultra modum solitæ affectionis amplexus, osculis fatigat, nec dimittit. Portam & arcem ingressus, ponit personam, sumit suum vultum & affectum, statimque milite introducto, pueros jubet interfici in gremio ipso matris, ad quam confugerant. Illa hoc miserior, quòd mori cum iis non licuit (sæpè se gladiis interposuerat & obtulerat:) in exsilium cum duobus servulis pulsa est: *Ptolomæo* tamen haud diu ab hac victoria triumphante, cùm Galli Macedoniam inundantes, victo ei capur paullò pòst abstulerint, in hasta, ad terrorem & fidem circumlatum.

VI. Ad Occidentem jam mihi ire licet, & ordiri ab Hispania: in qua cùm Cn. Scipio, pòst Africanus, victoriales & funebres simul ludos daret, capta *Carthagine nova*: en duo fratres patrueles, CORBIS & ORSUA, qui de regno armis certaturi eum adeunt. Ipse, ut mitis ingenio, omnia conatur & tentat, ut ratione non Marte judice, rem componant: frustrá: campum & arenam volunt. Concesso, magnis animis concurrunt, sed major natu *Corbis*, facilè minorem natu, astu & armorum usu vicit, atque occidit.

VII. Dicam in Italia de ROMULO, *Tarquinio Superbo, Nerone*, tot aliis, qui scelere & sanguine sceptrum pepererunt? multa, & nota sunt, ideóque cum venia omittenda.

VIII. Unde ad ævi nostri parricidam nobilem, & quod
c. 13, 21. indignetur aliquis, felicem. Sceptra imperii Turcici tenebat *Bajasites Secundus* rebus gestis clarus, & numerosa prole succinctus, in qua natu minimus SELYMUS erat, de quo eo dictum. Sex ille fratres habebat, è quibus duo primæ vi suo fato obierunt, tertius pa ter-

Digitized by Google

paterna vi: duo supererant, ætate & jure imperii ante ipsum. Sed imperium tamen animo agitabat; & ut perveniat, patrem impedimento futurum, è medio vult sublatum. Id variè tentavit, & primò colore aliquo pietatis. Mos Turcarum habet, filios Principis in certo loco aut opido claudere, nec finibus iis egredi, nisi permissu au jussu patris. Id contra spes aut res novas instituturo videtur, & ne militibus aut populo misceantur, capturque aut captent. At Selymus fines istos audacter migrat, comites aut milites colligit, & cum hac manu ad patrem pergit. Miranti, & per legatos etiam expostulanti, *Ecquid sibi vellet? patriæ leges, patris jussa spernerem; quo fine, aut caussa?* Ille refert: *Non pravitate sed pietate motum facere, & Mahumetis legem esse, tertio quoque aut quarto anno visere ad parentes: velle se parêre, & parentis optimi manum* (ita Turcarum etiam sermo habet) *osculari.* Bajaziti haud placitum, iterumque legatos ad asperiora mandata mittit: quorum summa, rediret. Ille pergere nihilo sequiùs, & jam Hadrianopoli appropinquare: nixus, ut putabatur, occulto favore & gratia Genitzarorum, quos in partes traxerat. Erat in ipsa tunc urbe pater, qui fraudes aut vim metuens, & simul urbi dominæ timens Constantinopoli, ubi thesauri & regia gaza erat, illic concitus pergit. Idem filius, & patrem in vico assequitur qui *Turrulos* appellatur: quid? ad manus osculum? imò ad manus confertionem, & suos instruit, & vim parat facere: patre contrà, cùm eò venisse videt, dirigente. Pugna committitur, anceps & cum discrimine, majore etiam metu Bajazitis; qui haud de nihilo fidem suorum suspectabat, & Deum ac Mahumetem alta voce invocabat, vindices patriæ & imperatoriæ majestatis. Audivit ille (non enim iste) & fugit Selymus, vasa & impedimenta omnia amittit, animum & impietatem retinet: ac *Caphan* cùm venisset, copias iterùm colligit, & prima hieme in Thraciam redit. Fiduciam etiam Genitzari dabant, qui in urbe tumultuati *Achmetis* (is frater major erat) imperium aspernabantur, atque adeò legatos ejus qui tunc advenerant, per ignominiam ejecerunt. Occultè ad Selymum etiam missis, ut approperaret: sese cetera exsecuturos, & manu viam facturos ad solium & ad sceptrum. Imperium illud miles temperat, pravo & noxio more: nec alia caussa exitii aliquando erit. Sed *Achmetes* horum non ignarus, cùm ipse quoque juxta Constantinopolim venisset; & militum quidam operam ac fi-

dem

dem obtuliſſent, admiit, ſed quod momentum inclinationi aliorum facturum erat, aurum præſens, & amplioris ſtipendii ſpem, non adjecit. Imò vocem jecit, liberam, ſed intempeſtivam, *Sceſe vel invitis illis imperaturum.* Offendit, & alienavit: jamque Selymus ad urbem venit, tentoria in pratis fixit: cui obviam factus *Corcutes*, frater alter, modeſti ingenii, & ſapientiæ ac religionis ſtudiis deditus, ut captus eſt gentis. Genitzari audito adveniſſe, ſtatim coëunt & tumultuantur: decem è ſuis ad Baſſas (Præfectos ſic nominant) ablegant, qui poſtulent, *Dominum & Sultanum Selymum eſſe: Bajazitem ultrà non eſſe, ætatis & virium imbecillum, nec molem imperii ſuſtinentem. Hoc ipſi edicerent, ſuaderentque volens faceret, quod vel nolens adigeretur: & cederet, aut cædi ipſi Baſſæ exſpectarent. Sententiam omnium ſic ferre.* Hæc dicta, & prompti facere erant: ergo timor Baſſas inceſſit, & Bajaziti rem & diſcrimen exponunt. Generoſus animus, & veteris laudis factorumque conſcius, indignari; nihil indultum velle, arma & manus ſuorum ſpectare, & implorare, ſed abnuenrium: atque ibi primus Baſſarum (*Vizirium* dicunt) *Muſtafas: Ergo ſupremum vale Imperator*, inquit: *nam nos quidem morituri te alloquimur, neſcio an moriturum. Hoc animi tui decretum, ultimum nobis jam dicit*: & minas militares addit. Movetur ille, & ipſos miſeratur, atque inſit: *Ergo certum iis, vitam nobis adimere? & huc ventum?* Muſtafas: *Huc ventum quod ad nos attinet: de te, Deus meliora, ſed ut optima, ſpiculis tamen haſtarum* (verba ponimus) *de ſolio imperatorio ſcito te detrahendum.* Senex vide neceſſitatem ultimam eſſe, & paulliſper vocem compreſſam ſolvit: *Agite igitur*, inquit, *ad filium ite, nuntiate rerum ſummam illi permitti.* Filius venit, pater excipit, vultu quidem lætus, & theſauros ei atque alia imperii reſignat. Tum & ſolium conſcendere jubet, ſed recuſantem: & ſubdola modeſtia ſolam pietatem, affectumque viſendi patris, præferentem. Iterùm jubet, propinquo etiam periculo monitus, & minaces militum vultus voceſque audiens, aut videns. Admittit filius, ſed in ſequentem diem. Conveniunt frequentes, equites peditesque: ſedet pro tribunali, & imperii juriſque uſurpandi cauſa, unum è Genitzaris ſuſpendi laqueo jubet: ceteris ſpe facta benigni ſimul, & fortis dignique majoribus imperii. Cujus primum facinus, relegatio patris *Dimotucum*: & priuſquam perveniter, interitus veneno procuratus. Ajunt medicum ejus curruptum id obtuliſſe, adamante

Digitized by Google

mante minutatim confracto, & cibis immixto, cui tamen pretium operis mors fuit, & cervix incisa cum voce Selymi prævia: *Veteri domino infidum, novo fidum non futurum.* Itum in alias cædes, & quinque fratrum filii occisi: tum ipse frater *Corcutes* nervo arcus strangulatus, cùm è fuga reprehendi curasset. Supererat *Achmetes*, primus fratrum, & societate Ægyptiaci etiam Sultani validus: sed falsis Genitzarorum litteris elicuit: tamquam fastidientium novelli & iniqui imperii: prodiret modò, arma cum ipso in hunc sociaturus sedaret. Prodiit, pugnavit, victus, suffocatus est: & solus jam certusq; Selymus *Princeps*. Qui in Bassas & Proceres variè item sæviit, homo totus cædis & sanguinis; idem tamen Fortunæ (non enim Deo) carus, & qui res maximas in imperio suo gessit. Persas vicit & repulit, Sultanum Ægypti sustulit, & amplum id regnum sibi posterisque firmiter subjecit. Nihil etiam privatim adversum: & dormire videbatur cælestis Justitia, nisi quod in extremo actu se ostendit, & pelle corruptum exstinxit, ipso loco & vico ubi prima cum patre signa contulisset. Sed & filio tamen felix fuit, magno illo & infesto nobis *Soleimanno*; ut externarum rerum fluxus, non sint tesseræ semper benivolentiæ divinæ.

Atque illud sæculi nostri est, hoc etiam soli. Fuit IX.
ADOLPHUS EGMONDANUS, cujus pater *Arnoldus* Geldriæ Dux & dynasta erat. Ille adoleverat, ille senuerat, & ægrè ferre cœpit patris diuturnum imperium & vitam. Itaque per factiones, quosdam è popularibus in arma trahit, & patri bellum palàm facit. Sed pater viribus & causa melior, obsessum in opido *Venlone* tenet: ac denique principum vicinorum interventu pax coit: hac lege, ut juvenis urbem *Noviomagensem* sibi accipiat teneatque, in qua liberè & solus dominetur. Sed exigua hæc ei portiuncula visa, restitit mox à fœdere, familiares quosdam patris in ejus contumeliam laqueo enecat: & cùm videt à se vim frustrà tentari, ad alienam potentiam fugit, ad nostrum *Philippum Bonum*. Bruxellam venit, patrem accusat, sese approbat, promittit multa: sed apud verè *Boni* Principis surdas aures. Desperatis igitur auxiliis, ne patrem videat, Hierosolyma properat, homo sacer scilicet ad terram sacram: paullò post redit, omnium inops, quò nisi ad patrem? Recipitur amicè, & ipse pœnitentiam & amorem simulat, sed vultu non animo bonus. Nam fraudem & insidias patri statim

ita

Digitized by Google

ita struit. Erat senex *Graviæ* ditionis suæ tunc opido, cum uxore: venit quasi per officium filius. More gentis epulantur & bibunt largiùs, saltant etiam in multam noctem: ipso sene Duce sustentante, & in filii gratiam præter vires & morem lætiore. Tandem cubitum sese confert. Vix fecerat, cùm adsunt à *Noviomago* (ii juveni parebant) cives armati, & ab *Adolpho* clam intromissi; rectà ad cubiculum Ducis, duce filio, tendunt. Pulsant fores; ille è lecto, jocos & choreas etiam tunc cogitans, *negat id noctis saltare ultrà posse: juvenes faciant, & abeant.* At illi effractis jam foribus adstant, jubent surgere & se consequi. *Quò autem?* ait senex, *& ubi filius?* Miser, ubi auxilium putat, exitium est: & ille improbus, *Pater*, inquit, *necessitati parendum est, age sequere.* Nec tantillum exspectant, ut tuniculam interiorem aptet atque induat, ne tibialia quidem sumat: sed pater equitantem filium, nudis pedibus & corpore, ita sequitur *Buram* usque. Ibi carceri tætro includitur, & sex annos totos (non illius, sed & popularium impietatem culpo) sex inquam annos detinetur. Tandem improbitas querelas vulgi excitat, sed & minas Principum vicinorum: è quibus *Joannes* Cliviæ Dux, ipsius *Adolphi* avunculus arma etiam sumit. Qui tamen à se parùm validus, auctoritatem vel auxilia à Pontifice *Paullo Secundo*, & *Friderico* Imp. petit. Illi statim annuunt, ad *Adolphum* acres minaceque litteras scribunt, & ut patrem luci & libertati reddat, jubent. Nihil fit, ridet. Itaque iidem *Carolo Audaci* nostro, valido Principi, totam rem committunt: liberet senem, reconciliet filium, denique faciat quod ex æquo & usu videretur. Ille utrumque coram se sistere jubet, qui in Galliæ finibus *Dorlani* tunc erat. *Adolphus* haud spernendam iram, & jussa, tam potentis vicini ratus, patrem secum eò ducit: accusat in consilio, fœda & falsa in eum ingerit: quorum facilè purgatus senex, bonorum & illustrium virorum testimoniis, tandem impatientia & fiducia eò prorumpit, ut filium ad singulare certamen provocaret, ferro & Deo judicibus innocentiam suam asserturus. Mos tunc satis creber in Martiali nostro populo erat: sed *Audax* tamen abnuit, fœditatem rei proponens & insolentiam, & simul in eventu incerto certum scelus utercumque vicisset. Ita re cum suis deliberata, pro sententia dixit: *Arnoldus pater salus titulo Ducis utatur: sed filio opida aroesque totius Geldriæ cedat, sola Gravia sibi excepta. Accipiat in alimoniam de manu filii tria quotannis aureorum millia.* Hæ conditiones: quis abnuget,

get, imò quis non miretur filio tàm bonas? Sed non ſilent hiſtorici, *Carolum* neſcio qua occulta cauſsa an pacto, in filium proniorem. Quid tamen deinde? refertur ad filium, & quidem à viris primariis & gravibus, inter quos *Philippus* ille *Cominæus* erat, qui hæc ſcripſit. At ille reſpondit in ipſa verba: *Malle ſe præcipitem dare parentem in puteum, ſe deinde ſuperjacere, quàm ut in has conditiones paciſcatur. Quid malum?* inquit, *pater alibi imperet, qui totos quadraginta annos omnibus præfuit? Æquum eſt, ut noſtræ quoque jam vices ſint: nec aliud admiſero, quàm de penſione trium millium. ſic quoque ut pater tota Geldria cedat, at q; adeò excedat, nec unquam pedem in eam referat.* En reſponſum, non tam impium (& ita tunc omnibus viſum) quàm inſanum. Igitur *Carolus*, cui aliæ res prævertendæ, cùm idipſum temporis *Ambianum* Galliæ rex intercepiſſet; dilata hac conditione, expeditioni ſe parat. Juvenis ſuſpicatus detentum ſe iri, averſionem animorum cognita, fugam cum duobus comitibus, Gallica veſte, ad ſuos capit: omnia in reditu vi & armis occupaturus, aut turbaturus. Sed ecce *Namuri*, dum Moſam flumen cymba tranſmittit, agnitus ab uno alteroque vectorum, mox à pluribus, capitur, & ad *Audacem* reducitur, qui *Vilvordiam*, atque inde *Cortracum* duci, & in honeſta cuſtodia aſſervari juſſit. Manſit ad *Audacis* ipſius mortem: cùm *Gandavenſes*, pro ſuo tunc more turbas daturi, hunc idoneum ducem arbitrati, eum ſolvunt, & bello in *Tornacenſes* præficiunt; quos tunc Galli habebant. Ivit cum manu aliqua, adequitat mœnibus, erumpunt præſidiarii, & miſer inter primos cecidit. Quid tu nunc pater? talionem aliqua parte à juſto Judice vides. Carcere te punivit? ipſe ſuſtinuit. Mortem machinatus eſt? ipſe ſubivit. Nec ſanguis hîc multus fuſus, aut violentæ cædes; fateor, ut in prioribus: mihi tamen libranti, impiæ Impietatis exemplum viſum eſt, & ſupra omnia infixæ & obſtinatæ. Nero, Tullia, aut alius aliquis, impetu peccaverint & calore: hîc meditatum, hîc diuturnum ſcelus eſt, nec adhæſit animo, ſed inſedit.

Apud nos hæc geſta, quid ſi in Græciam novellam, & BYZANTIUM abeo? ſi ad illos à *Conſtantino* Imperatores? Fideliter dico, plura ſcelerum ab hac Ambitione exempla, quàm in alia Europæ tota reperiam. Sollennia illa erant, necare, exſecare, excoecare; hæc patres in filios, item matres ipſæ; hæc filii in utroſque X.

in utroſque patrabant. Quid patruos, fratres, agnatos dicam; in levi ſuſpicione, & minimo metu hæc facta: quaſi per ludum aliquem & jocum. Et vide ingenium ſævitiæ! certum eſt, non alia re hominem magis abjici, & animo conatuque cadere, quàm Exſectione illa aut Excœcatione. Qui aut virum viro, aut lumen demit: nihil ab eo viri ultrà formidet, & in pœnam aut ludibrium modò vivit.

XI. Sed claudo hoc totum de Ambitione; uno eoque jocoſo exemplo. CHAN TARTARORUM (eorum Princeps ſic dicitur) cùm *Stephanus* haud ita nuper optimus fortiſſimuſque Poloniæ Rex obiiſſet, in comitiis de Rege creando, ipſe quoque per Legatos intervènit. Dixit & propoſuit iſta: *Potentem ſe eſſe, & poſſe myriades aliquot equitum* (vera ſunt) *educere è ſuis terris, Poloniæ tuendæ vel augendæ. Item frugalem ſe & continentem eſſe, ac ſine ullis ciborum deliciis, ſola equina in fame contentum. Tertiò, quod ad Religionem, de qua diſputare audiebat, Tuus, inquit, Pontifex, meus Pontifex eſto; tuus Lutherus, meus Lutherus eſto.* Si riſu exceptâ Legatio fuit, nemo quærat, effuſo maximè: & ecce hominem paratum omnia ſacra & deos deſerere, regnandi cauſſa.

CAPUT VI.

DE PRINCIPUM INCLINATIONE.

Deteriores eos ſæpè fieri, & mutari.

NESCIO qua cauſſa occulta præter apertas, etiam evenit: ut cùm in aliis artibus uſu homines diſcant, & meliores fiant, in hac regendi ferè contrà, & Principes inclinent. Omnis ætas dicet, & rarò decurſum ad metam æquabiliter hunc curſum. Cauſſæ partim in Principe, partim Nobis, partim Principatu ipſo videntur: atque obiter examinemus. In Principe, quia initio magis intendit, & pudor eſt, & bonæ famæ ſtudium: quæ calcat paullatim, & in omnium obſequiis audaciam, & proterviam, & contemptum ſumit. Itaque *rumor ille* (ait Lampridius) *qui plerumque novis ſolet dominari Principibus, niſi ex ſummis virtutibus permanet.* Benè initio audiunt, & faciunt: ſed rarò conſtans eſt illa virtus, niſi firmo fundamento nixa & inſtructa. Secunda cauſſa, ab infirmitate ingenii humani

Digitized by Google

humani est, grande illud imperii pondus aliquamdiu recta cervice sustineri, vix semper possunt: lassantur, & se inflectunt. Quò facit natura, prona in vitia: & magis, ubi non metus aut poena retinet; sicut in Principe, qui est super ista. Et nisi ipsum illud Honestum eum teneat, & Religio: quis est qui possit? Accedunt depravatores, insitum aulæ malum: & qui pravè etiam facta laudantes, magis illuc ducunt. Itaque ut qui virum bibunt, initio pares sunt, & sensibus subsistunt: mox alienantur; & compotores etiam invitant aut urgent: sic in potentia, cum nova & modica, ferunt: diuturna corrumpuntur, & fiunt ebrii; & magis tales faciunt adulatores. Panegyricus scriptor rectè: *Ubi sub tanto onere infirmitas lapsa est, faciunt licentiam de potestate:* habenas omnes ingenio suo & cupidini laxant, Caussæ etiam in Nobis & subditis, sunt istæ. Credulitas prima, quòd temerè initio, etiam de malis aut ambiguis benè speramus: & quid mirum igitur falli? Neque illi se mutant, sed nos opinionem. Inde jactatum apud nos proverbium: *Flandros amare futuros Principes, odisse factos.* Cùm præsentes enim displicent, alios adspicimus & optamus: atque ut ægri mutationem remedium destinamus. Secunda, quòd refractarii sæpè & pravi sumus, & communiter etiam erga optimos ingrati: donec esse desinant. Id Principes gravantur & indignantur, & paullatim affectum & curam à talibus abducunt. Magis autem, cùm seditio, rebellio, aut insidiæ sunt: tum & justè putant se opprimere aut affligere, & plurimum noxam omnes luunt. Ausim dicere bonos Subditos facere aut servare Principes bonos. At caussæ in Principatu ipso sunt, quòd is ad Superbiam & contemptum invitet: & vel firmissimos convellat, & à statu paullatim abducat. Sicut cæli à supero illo abripiuntur, & quamquam contra nitentes obsecundant: sic Principes ab ipsa illa potestate. Videsne privatos homines in opibus magnis, aut prosperitate, depravari, & à veteri via & vita flectere? idem fit istîc. Potentia impotentiam gignit, licentia libidinem, vitia; & ut pondera ab alto lapsa, in præceps eunt. Quid, quòd interdum ipsa Infelicitas mutet? ut quibus domi aut militiæ res sunt improsperæ, ipsi fortunæ, ipsis subditis (etsi extra culpam) obirascuntur; & ut in tempestate, clavum abjiciunt, & dant vela ventis. Privatim saltem oblectamenta quærunt, convivia, ludos, mulierculas:

Digitized by Google

publicum omne decus aſpernantur. Exempla horum pauca videamus.

I. Inſigne primum in DIONYSIO Juniore tyranno Siciliæ: qui mortuo patre, mirè clementem ſe exhibuit & benignum. Tria millia nexorum, ob æs alienum, ſolvit; tributa per triennium remiſit; alia, in gratiam & famam populi. Sed mox iam dominationis certus, rettulit ingenium, quod paullisper ſepoſuerat: avunculos interfecit, quos verebatur aut timebat; item fratres ſuos, nequis æmulus ſupereſſet; mox in omnes promiſcuè ſæviit, ille *Dionyſius* effectus, cujus non tyranni, ſed tyrannidis, nomen habetur.

II. At hic natura pravus: à cauſſis, & vi aut vitio Regni, PHILIPPUS Macedonum rex pænultimus; cui cum Romanis bellum fuit. Erat ſanè ille (Polybius teſtatur, qui novit & vidit) pleriſque dotibus corporis atque animi ornatus: vultu decorus, corpore erectus, eloquentia promptus, ingenio & memoria validus, lepôre & dictis etiam facetus; atque omnia cum regio quodam decore & majeſtate. Acceſſit virtutum ſtudium in toga, & in bello, animi magnitudo, & liberalitas: uno verbo, vix alium tanta indole aut ſpe Regem Macedonia aut Græcia viderat. Sed ecce momento omnia vertuntur: ſive Fortunæ culpa, quæ adverſa ei in Romanos, animum infregit, & ab inſtituto ad gloriam curſu revocavit; ſive delatorum vitio & ſuo, qui aures eis temerè & facilè præbebat. Sanè optimos quoſque à ſe ſprevit, veneno & ferro graſſatus: ſed nec ſanguini & filio ſuo *Demetrio* tandem parcens. Denique ille *Philippus*, de quo omnia bona ſperata & videri cœpta, in omnia mala deſiit, pravus, infelix.

III. HERODEM Judææ regem licet addere, inſignem, mitem, magnificum, primis ſex annis, ſi quem alium: reliquos triginta & unum ſic immanem, trucem in ſuos alienoſque, ut *ſeptuaginta* Senatores regiæ ſtirpis interfecerit, uxorem ſuam, & tres filios: denique moriturus, ex omni Judæa nobiliſſimum quemque quaſi ob aliam cauſſam, evocari ad ſe juſſerit; & cùm veniſſent, ambitioſè ab amicis petiit, ut incluſos Circo, ad unum interfici à militibus curarent, non ob noxam, ſed (ut ajebat) quò verus juſtusque dolor funeri ſuo exhiberetur, cùm nulla familia immunis ab clade eſſet.

Quid

Digitized by Google

Quid TIBERIVM Romanum Principem loquar? res pernota est, bonum fuisse, donec *Germanicus* ac *Drusus* superfuêre; mixtum virtutibus ac vitiis, matre incolumi; pòst in omne scelus flagitium, & infamiam prorupisse, ut ipsum quoque interdum non factorum solùm (animo torquente) sed vitæ pæniteret. IV.

NERO in eadem re Romana notatur, magnus initio Princeps, magnum posteà monstrum: & Trajani elogium de illo fuit, *Omnes etiam optimos Principes longè à primo quinquennio Neronis abesse.* Quod in aliis fortasse verum fuerit; sed domi tamen veneno frater sublatus, secundo statim anno, dedecorat hanc laudem. Plura exempla notare est: plura? imò plurima: sed fastidium paritatis vitandum est, nihil hîc, quod singulariter narretur. V.

CAPUT VII.

DE FINE PRINCIPATUS.

Quid est, Publicum Bonum,

AT Princeps, ne inclinet sic & labatur, sed bonus sit & perseveret: quid magis eum fulciat & firmet, quam Finis semper in oculis, quò spectet? Neque enim Principatus ipse finis est, absit, aut altitudo illa & splendor: sed populi bonum, id est directio ejus & tutela. *Officium est imperare, non regnum*: ait Seneca noster. Græci ἀνακτας reges dixerunt, ut Plutarchus interpretatur, καὶ ἐπ' ἀνακτας ἰέναι: quod est *curam gerere, & tueri.* Certè debent. ipsum *Regis* nomen apud Latinos eódem vocat: ut ordinem servet, compositè imperet: quod qui neglegit, non regit ille, sed dissipat & perdit. Cogitet secum Princeps: *Ego ex omnibus mortalibus placui, electusque sum, qui Deorum vice in terris fungerer: ego vitæ necisque gentibus arbiter: qualem quisque statum sortemque habeat, in mea manu est positum.* O dignitas! vicarium Dei esse, & non esse æmulum? Vide ut ille ab orbe condito dispenset, & regat, æstates, hiemes, anni tempora: fruges, fructus, tot usui nostro aut voluptati; cælos, terras, maria, omnia in statu & concordia, etsi maximè discordia, servet; parcat plurimùm, interdum puniat, verus pater simul & dominus generis humani: quid desideres, præter hoc exemplum? Subsequere: Epist. xcv. Seneca r. De Element.

Digitized by Google

& à Deo reges, ad Deum eant. Sint igitur in assidua cura, sed cum tranquillitate & pace: & hæc utraque suis, quantum potest, procurent. Absit otium, *neque enim specie tenus* (ait Panegyristes) *ac nomine fortuna Imperii considranda est.* Sunt trabeæ, & fasces, & stipatio, & fulgor, & quidquid aliud huic dignitati adstruximus. sed longè majora sunt quæ vicissim nobis, auctoribus fautoribusque potentiæ, debent.

Ibid. *Admittere in animum totius republicæ curam, & populi fata suscipere: & oblitum quodammodo sui, gentibus vivere. Accipere innumerabiles undique nuncios, totidem mandata dimittere, de tot urbibus, nationibus, & provinciis cogitare:* NOCTES OMNES DIESQUE, *perpeti solicitudine*, PRO SALVTE OMNIVM cogitare. En breviter tuum munus, & in fine Finis, Populi salus. Exempla addamus, qui fecêre aut facturos se sunt professi. Inter istos

I. TIBERIVS Imperator, qui pulchra voce (utinam & re!) testatus, in pleno Senatu: *Dixi & nunc, & sæpè aliàs* P. C. *bonum & salutarem Principem, quem vos tanta & tam libera potestate instruxistis, Senatui* SERVIRE *debere, &* UNIVERSIS *civibus: sæpè ac plerumque etiam* SINGVLIS, *neque id dixisse me pœnitet.* Pulchra inquam, voce, & quam sine Numine conceptam non reor, aut emissam. Quid verba facimus in instruendo Principe? ecce hîc compendium. *Serviat*, id est, audiat obsequaturque *Senatui* & bonis consiliariis: *serviat universis*, in bono omnium procurando: *serviat singulis*, in Justitia administranda, injuria arcenda. Sine istis, non est Princeps, sed tyrannus.

II. Quod TRAIANVS, item Imperator, considerans, cùm Præfectum suum Prætorii, de more, gladio succingeret, daretque vitæ & necis potestatem. *Cape hunc* inquit, *& siquidem rectè &* EX VTILITATE OMNIVM *imperavero, pro me; sin aliter, contra me utere.* Optimam *Optimi* illius vocem! Vivam, si reipublicæ vivo: si mihi, arma hæc in me verte.

III. Jam HADRIANVS Imp. quoties auditus est dicere? *Ita se rempublicam gesturum, ut sciret* REM POPVLI *esse, non suam.* Iterumque, quod eodem ducas: *Talem se præstiturum Imperatorem, qualem sibi optasset privatus.*

IV. VESPASIANI etiam cæleste dictum est, qui sanus valensque, semper in publicis occupatus, etiam æger perseveravit: & revocantibus amicis, utque sibi parceret,

Digitized by Google

ceret, *Imperatorem inquit stantem mori oportere.*

Inferiore ævo HENRICUS Imp. *Friderici* filius, ita assiduus in rebus, ut vix serò cibum caperet. Cumque idem moneretur, valetudinem & vires cordi habere, respondit: *Privato quidem homini omne tempus cibi esse, cùm id lubet, aut solet: at Regi, si nomen suum non abdicat, id solùm, quo vacat.* V.

Itaque rebus hominibusque se dant, etiam viliori- IV.
bus: nam & ii Principatus membra. Insigni hìc monito RUDOLFI Impetatoris *Austriaci*; qui cùm submoveri à satellitio suo tenuiores quosdam videret, ad se affectantes, non sine stomacho edixit: *Per Deum* (ipsa ejus verba sunt) *finite homines ad me venire. Non enim ideò ad imperium sum vocatus, ut in arcula includar.* Melius nihil possum, desino, & hoc infigo.

CAPUT VIII.

DE EXEMPLIS PRINCIPUM.

Ea facere ad Virtutes aut Vitia subditorum.

PRINCIPEM ob se bonum esse oportet, sed etiam ob alios: quos talis emendat, aut alius depravat Nam homines inprimis ad alta ista flectunt oculos, & exempla sibi suis inde moribus sumunt. Sallustius: *Qui magno imperio præditi, in excelso ætatem agunt, eorum facta cuncti mortales novêre. Ita maxima fortuna minima licentia est.* Sicut igitur regulam maximè rectam esse oportet, ad quam cetera diriguntur: sic Principem. Et ut in corporibus gravissimus est morbus, qui à capite diffunditur: sic qui ab illo. Pindari, ad Hieronem Siciliæ regem, aurea dicta sunt:

Ἀλλ' ὑμὶν χρεία μὲν ἐπιτρεπὲς φθόνῳ.
Μὴ πικρόν κραδίαν ὠ-
μῷ δικρίσιν πεδαλίῳ σεμνόν. ἀ-
ψάδεσσι δὲ ἐν ἔπεσσι ἄπυστοι χάλ-
κεοι γλῶσσαν.
Εἴπερ καί φλαῦρος ὢν ἐξαμιῶσ-
αι, μίζα τοι φίερτερη
Πάρ σθένι. πολλὸν πλείω
Εἰσὶ. πολλοὶ μάρτυρες ἀμφοτέροις πιστοί.

At tamen (melior enim miseratione Invidia)

Digitized by Google

Ne omitte honesta. guberna
Justo clavo populum,
Veracemque ad incudem
Fabrica linguam.
Si enim vel leve eruperit,
Magnum feretur
Abs te, multorum dispensator
Es: multi testes utrisque fidi.

I. ALPHONSUS rex Aragoniæ & Neapoleos, cùm de Subditorum moribus disputaretur, dixit: *Ut herbas quasdam ad Solis motum; sic populares in Principum mores verti.*

II. ALEXANDER MAGNUS cervice leviter incurva & panda fuit, quod certatim Proceres & aulici imitati, quasi ipsum sic effingentes. Adeò & minuta observant, atque æmulantur: utinam sic interiora & virtutes!

III. Luxus in conviviis, veste, supellectile, familia, ad VESPASIANI tempora nimis Romæ invaluit: nec vel legibus potuit coërceri, at statim, illo Principe, sponte exolevit. Caussa in Tacito: *Præcipuus adstricti*
III. Ann. *moris auctor Vespasianus fuit, antiquo ipse cultu victuque, obsequium inde in Principem, & æmulandi amor, validiora quàm pœna ex legibus & metus.*

CAPUT IX.

DE JUSTITIA.

Quam Princeps in se, & suis, servet.

INTER omnes autem Virtutes, sunt quædam velut Regiæ, & Principales, ut *Justitia* primùm, à qua Homerus Reges διογενεῖς appellavit, *circa jus occupatos & versantes.* Nihil iis convenientius, nihil dignius: & servata, regna servat. Servanda autem, etiam in iis quæ Principes, aut qui circa ipsos sunt, tangunt. Mali doctores, qui à legibus eximunt: qui cum Caligula censent, *Omnia ipsi, & in omnes, licere.* Sive cum Sallustiano Memmio: *impunè quidlibet facere, id est regem esse.* Abite qui docetis, qui discitis: imò qui præest Justitiæ, ad eam præeat, & exemplo commendet. Theodosium imitetur, de quo Panegyristes: *Idem es qui fuisti; & tantum tibi per te licet, quantum per leges anteà licebat. Jus summum, facultate & copia commodandi non securitate peccandi experiris.*

Dixit

Digitized by Google

Dixit, sensitque ANTIGONVS Macedonum rex, cui cùm blandiens aliquis suggereret, *Omnia regibus honesta justaque esse*: respondit: *Sunt hercules, sed barbarorum dumtaxat regibus. at nobis ea honesta, quæ honesta sunt, & justa quæ justa.* Retudit adulatorem, & docuit, non regulam justitiæ regem, sed ministrum esse. Quid idem iterùm? Scripsit civitatibus, ut *Siquid fortè juberet, quod adversaretur legibus, ne admitterent: ac pro eo haberent, atque si inscio se scriptum esset.* I.

ZALEVCVS verò & insigni facto justitiam asseruit. Legem, inter alias, Locrensibus tulerat, *ut adulter oculis orbaretur*: justissimè, quia ii ferè ad hoc crimen illices sunt, aut duces. At ecce filius paullò pòst adulteravit, & legis reus etiam pœnæ erat quam tamen populus consensu, miseratione moti (unicus enim erat) & in patris gratiam, remiserunt: sed patre abnuente & indignante. *Lex*, inquit, *sancta & pœna, etiam in nobis esto: sed viam repperi, qua illa salva humanitati indulgeamus. Ipse & ego, unum sumus, mihi ergo unus oculus, alter ipsi eruatur*: atque id factum. II.

CHARONDAS autem Thuriorum legislator, in eadem magna Græcia, severior & in se fuit, aut verè dicam crudelior. Nam & ipse legem tulerat contra civiles factiones & cædes, *Nequis cum telo in concionem venisse vellet: qui aliter, capitale id esset.* Accidit ut ipse rure veniens, & indicta subitò concione, uti erat, ad eam armatus accederet, cumque æmuli occlamassent, *Solvere eum legem, quam tulerat, ac palàm cum telo esse*: ipse errore cognito, *Mehercule ita est*, inquit, *sed idem ego sanciam*, statimque stricto ferro incubuit. A fine aliquis laudet, à facto non probet. III.

At PHILIPPVS MACEDO, Magni pater, quàm obnoxium se justitiæ præbuit, & aures suas verberari vel convicio passus est, quod ægriùs quàm gladio Principes ferant? Dicebat apud eum causam *Machetas* quidem: & Philippus parùm intentè visus audire, &, re non benè tota cognita, damnasse. Machetas non tulit, & Macedonica ac militari libertate, *Appello*, inquit. Philippus miratus & iratus, *Tu à rege? & ad quem?* Machetas: *Ad ipsum te*, inquit, *sed vigilantem & attentum*: Sive, ut alii efferunt, *ad Philippum sobrium.* Sed sive incuria, sive vinolentia regi objecta; excussit utramque, & re propiùs pensiculata, injuriam Machetæ factam agnovit & vindicavit. Quomodo? IV.

Digitized by Google

salvo tamen priore decreto: & æstimationem litis ipse à se dependit. Dupliciter laudandus, & quòd se, salva rei judicatæ firmitate, immutaverit: & pœnitentiam, etiam suam fecerit.

V. Hæc in ipsis Principibus: circa ipsos, ista. ARTAXERXES Persarum rex, *Longimanus* cognomento, idemtidem obtundebatur (sic loquendum est, importunè, & sæpè, alter ingerebat) cùm, inquam, obtunderetur à *Satibarzane* gratioso satrapa, in re quapiam injusta, quam alteri volebat impetratam: ille tandem rescivit, *triginta Daricorum millibus* emptum Satibarzanem, ut confectum hoc daret. Vocat igitur ad se, atque unà Quæstorem: & *Heus tu*, inquit, *triginta millia huic illicò adnumera: tu autem hæc cape, & tibi habe. Cùm enim dedero, nihilo pauperior ero; at si tuum illud concesserо, multò injustior.* Laudo, laudo. neque amicum alienavit, fidei cognitum; neque Justitiam ulla re violavit.

VI. PHILIPPUS iterùm *Macedo* consimile: neque par tamen undique. nam æquitate assidet, liberalitate non convenit. *Harpalus* pro amico quodam, injuriarum postulato, acer & multus apud Philippum intercedebat, & liberari volebat. Addebat, se pro eo mulctam, quanta esset, dependsurum. Hic Philippus: *Quid tu igitur satagis, si mulcta dependitur?* Harpalus: *Nempe ut fama sit ei salva.* Philippus: *Quid tu ais? & non æquius illum malè audire, qui malè fecit, quàm me innoxium, ejus causa?* bonum factum, bonum dictum.

VII. Nostri aut patrum ævi unum adjungam. Erat CAROLO AUDACI, Burgundiæ & nostro Duci, vir nobilis in ferventi gratia: atque eam præfecturam opidi in Zelandia dedit. Ipse ibi in otio, amorem concipit in fœminam corpore scitam & moribus, animo meliorem, ut docuit eventus. Primò aspectus, obambulatio, suspiria, & quæ solent amantes: mox audacior & verba miscet, & affectum aperit, & solatium orat. Neque promissis abstinet, & omnia tentat, quæ sint expugnandæ. Frustrà, munita undique castitas erat. Igitur desperatione ad facinus se vertit. Præfectus erat, ut dixi, & *Carolus* noster in bello maritum igitur amatæ fœminæ proditionis insimulat, & statim in vincla missum carcere custodit. Quo fine? ut vel hoc metu minisque illam moveat, & obnoxiam sibi reddat: vel maritum ipsum amoveat, remoram amori. Custodit igitur; & mulier casta & viri amans statim ad carcerem, à carcere ad Præfectum, deprecatura

Digitized by Google

catura aut liberatura, si possit. Præfectus: *Et tu ô mea me rogas? imperium quod in me habes, ignoras? affectum saltem mutuum redde, & maritum ecce reddo. Detinemur enim uterque, ille in meo, ego in tuo carcere aut vinculis; ah, quam facilè utrumque solvis! Quid renuis? amans peto, & per meam vitam; Præfectus peto, & per mariti tui vitam. Utraque agitur: & pereat si debeo, perdam. Atqui miserere, & mulierem te & conjugem ostende.* Mulier rubere ad ista, & stupere: & tamen pro marito etiam timere. Constat magis animo quàm corpore: & trepidat, & pallet. Atque ille, quia moveri visa, & leviter vim verecundanti adhibendam ratus (soli erant) in lectum impellit, fruitur fructum, utrique mox acerbum. Nam mulier confusa & lacrimabunda abiens, pudoris magis quàm peccati ægra, iram & vindictam coquit: quam magis etiam accendit barbarum (quomodo aliter appellem?) Præfecti factum. Nam ille voti potitus, & cetera prolixa autumans, si æmulum sustulisset: maritum damnari curat, damnatum capite plecti. At id non in publico, sed carcere ipso factum: atque ibi cadaver in arcam ligneam inclusum, mox sepeliendum. Venit interea mulier, sive accita ab ipso (ut quidam tradiderunt) sive sponte & super salute mariti anxia: sed venit, & vel ex pacto maritum recipere se sperat. Ille benignè affatus, *Et maritum*, inquit, *quæris? habebis. Abi* (& digitum ad carcerem intendit) *invenies, & tolle.* Nihil suspicata abit, videt & percellitur, & animo ac corpore lapsa super cadaver se abjicit: ac diu lamentata, recipit animum atque iram, redienſque atroci vultu & verbis. *Et hercules*, inquit, *reddidisti maritum: gratia debetur, exsolvam.* Retinere & placare conatur, frustrà: non tigris magis sæviat, fœtu erepto, statimque amicorum fidis advocatis, rem denarrat, ejus ordinem, & culpam suam non culpam: ac consilium viamq; ultioni exquirit. Censent omnes ad Principem eundum: qui inter alias virtutes (insignes habuit, nisi superbia & pervicacia corrupisset) eximiæ Justitiæ cultor erat. Accedit duobus amicis comitata, auditur: vix creditur, & indignatur & dolet Princeps, hoc in suo solo, & è suis, quemquam ausum. Sed & mulieri edicere minaciter, nisi vera & certa afferret, malum habituram. Jubet manere in Aula, & in vicinum cubiculum secedere, dum Præfectum vocat, nam fortè & ipse in Aula erat. Venit, introducitur & mulier. *Hanc nostin'?* ait Ptinceps. Colorem homo mutat: & Princeps exsequitur. *At querelas,*

Digitized by Google

quas super te defert, etiam nosti? Atroces sunt, & quas nolim esse veras. Quid ais? Vacillat, perplexè loquitur, negat aliquid & annuit: donec Princeps ex vultu ipso & sermone culpam suspicatus, ut tamen certior esset, remotis omnibus solùm alloquitur. *Quam fidem mihi debeas, & quam beneficiis meis gratiam, non nescis. Per hanc & illam te adjuro, ut quid in hac re sit, liquidò & sine ambagine denarres. Fatenti gratia, aut aliqua severitas, non deerit: nec abnuenti tormenta.* Ibi ille ad genua se abjicere, factum agnoscere; denique mulierem culpæ omnis liberare, se onerare: sed in gratia Principis refugium & solatium ponere. Quam ut magis impetret, illicitam libidinem purgaturum matrimonio offert. Princeps, quasi aures præbens & jam mitior, mulierem revocari, quosdam è suis adsistere jubet. *Et heus tu, quoniam huc ventum est mulier, placetne maritum hunc habere?* Illa abnuit: & tamen voluntatem aut jussa Principis timens, adspicit circumstantes. Qui certatim innuunt aut suggerunt, accipiat conditionem viri nobilis, divitis, apud Dominum gratiosi. Victa dat manus, quas Princeps jungi cum Præfecti jubet, & sollennibus verbis matrimonium firmari. Firmato, iterùm Princeps: *Tu nove marite hoc jammunc largire, ut si prior sine liberis obeas, hæc conjux heres omnium bonorum tuorum sit.* Libens concedit, testes audiunt, tabularius scribit. Et his jam peractis, noster *Carolus* ad fœminam: *Dic sodes, animo tuo factum jam satis; Satis*, inquit mulier: *At nondum meo*, ille subjicit: & ablegata fœmina, jubet Præfectum in illum ipsum carcerem duci, in quo maritus cæsus, & pariter cæsum in arcam ligneam sive capulum deponi. Facta sunt. tum mulierem ignaram eò mittit: quæ inopinato iterùm casu conterrita, duobus maritis eodem ferè tempore, eodem certè supplicio amissis, mox in morbum incidit, & fato obiit. Hoc solùm alteris nuptiis lucrata, ut liberos ex priore conjugio divites relinqueret, nova hereditate. Tragœdiæ exemplum est: sed gratulor Belgicæ talem exitum, sub tali Justitiæ vindice: & vos successores servate.

III. Atque hæc circa Amicos brevi, sed memorabili, facto claudam MAHUMETIS *Secundi* Turcarum Principis, quem verius *Muchemetem* scribi, gnari linguæ persuadent nobis. Memorabili, quia circa filium: & quid propiùs tangat? Is igitur *Muchemetes* filium habuit *Mustafam*, imperio destinatum: & cetera bonum

Digitized by Google

bonum, libidinibus pronum. Hic *Achmetis* Baſſæ uxorem, inſigni forma, adamabat, & blanditiis diu pervincere conatus, cùm non ſuccederet, inſidiis tentavit. Speculatus eſt tempus, quo in balneum muſier ivit (& ſæpè lavant ſe Turcæ:) & mox ſecutus cum paucis ſuorum, ibi nudam & fruſtrà renitentem compreſſit. Illa ad maritum, maritus ad Imperatorem flagitium detulit, pœnas popoſcit. *Muchemetes* primò cunctari, tum aſperioribus verbis (ſed alius in mente ſenſus erat) Baſſam excipere: *Et quid*, inquit, *ſic graviter de filio queri tibi viſum eſt? An neſcis te, & tuam, juris mancipiique mei eſſe? Si filius igitur illam amplexus eſt, & animo ſuo morem geſſit, nempè ancillam meam amplexus eſt, ſine ulla quidem culpa, ſi me volente. Hæc cogita, atque abi: cetera mihi permitte.* Sed iſta juris tuendi cauſſa magis, quàm quia ſentiret, dixit: atque animi æger & ſaucius, filium ad ſe vocatum primò examinavit; tum confeſſum peſſimis verbis miniſque acceptum dimiſit. Et mox minas in rem confert: ac triduo pòſt, cum aliquamdiu in pectore filius & juſtitia pugnaſſent, hac vincente, fauces Muſtafæ nervo arcus juſſit effringi, & morte Pudicitiæ litare.

CAPUT IX.

DE JVSTITIA.

Quam Princeps erga Subditos ſervet.

QUID enim potiùs faciat? prima inſtitutio & admiſſio regum ab hoc fine fuit. Sine Juſtitia vivere inter nos, id eſt in Societate, non licet: ergo aliquis, aut aliqui eligendi, qui huic adminiſtrandæ præſint. Livius benè: *Multitudo coaleſcere in unius populi corpus, nullâ re, quàm legibus, poteſt.* Planè nulla, hæc vinclum eſt, & ut ſic dicam, coagulum: ſolve, diſſipamur, & ut feræ ſolitariæ, vagamur. Homerus, qui omnia ſcivit. de Juſtitia iſtud: Lib. 1.

Ἥ τ' ἀνδρῶν ἀγορὰς τε καὶ βήτορας ἀλείτ, Odyſſ. β.
Quæ cœtus hominum cogit, ſolvitque viciſſim.

Cogit & ſervat, ſi ſervas: ſolvit, ſi neglegis & ſeponis. Mirum & breve, ſed verum eſt: nulla re (ad uſum provoco) quæcumque Reſpublica magis florebit aut floruit, quàm rigida & immota Juſtitia: nulla re magis

Digitized by Google

magis flacceſſet & deficiet, quam illa tali. Hæc felicitas regnorum & ſtatuum, interna & externa. Interna quidem, nam quis neſcit ſcelera & flagitia per eam removeri, virtutes promoveri? Externa, quia agri, viæ, maria frequentantur, & ſecuritas ubique & tranquillitas regnant. Boëtius egregiè: *Annum bonum, non tam de magnis fructibus, quàm de juſtè regnantibus, exiſtimandum.* Quid iterum Homerus?

I. De Conſol. Phil.

Ὡς δ' ὅτε τις βασιλεὺς ἀμύμων, ὅς τε θεουδὴς
Ἀνδράσι, τοῖσι πολλοῖσι κὴ ἰφθίμοισιν ἀνάσσει,
Εὐ δ' ἴδυῖα αἰνίζηται, φέρησι δὲ γαῖα μέλαινα
Πυροὺς καὶ κριθάς, ἐρίηθοι δὲ δένδρεα καρπῷ,
Τίκτῃ δ' ἔμπεδα μῆλα, θάλασσα δὲ παρέχῃ ἰχθῦς,
Ἐξ ἀγαθοῖης. ἀρετῶσι δὲ λαοὶ ὑπ' αὐτοῦ:

Odyſſ. T.

Ut cùm Rex bonus imperat, & metuens Divorum,
In multis populis & fortibus, ille quoque idem
Juſtitiam colit: obſervet & tunc ſola terræ
Fructus ferre ſuos, & fruges fundere, itemque
Fœtificare armenta, & piſces exundare:
Nempè ex Juſtitia, populis que benè atque beatè eſt.

Si attendas, & dilates: quam laudationem uberem Juſtitiæ non ſcribas? Ergo felicia regna reddit: eadem alia, ſi languet au perit. O pulchrum, cùm licet gloriari an dicere, quod GUILIELMI, quem *Acquiſitorem* vocant, temporibus in Anglia: *Totum regnum puellam onuſtam auro poſſe pervadere!* Ut poſſit, Juſtitia

Ep. LXXV.

MON. I. *Severè adminiſtranda.*

Etiam in parvis rebus, aut injuriis. Quod fecit
1. ANDRONICUS *Comnenus*, Imperator Byzantii, qui nullo diſcrimine nobiles aut novos; tenues, divites; ſuos, aut alienos, ſolitus culpæ convictos damnare. In his *Theodorum* quemdam è ſuis caris, quem agricolæ detulerant, divertiſſe apud ſe cum ſervitiis, nec in diſceſſu quidquam ſolviſſe. Res erat (ut hodie) non nimis nova aut inſolens Palatinis. Tamen Imperator hominem ſtatim corripi, fuſti duodecies in publico cædi juſſit, tum agricolis damnum largiter rependi.

Scripſit IDEM ad Præſides & Magiſtratus hiſpiſis
11. verbis: *Aut injurias, aut vitam relinquite, nam vos injuſtè agere, & vivere, nec Deo gratum, nec mihi ejus miniſtro ferendum eſt.* Tu verò nunc vive Imperator, & mapalia noſtra ordina.

LEO

LEO ARMENUS ibidem Imperator, cùm Palatio III.
digressus adiretur à tenuioris sortis homine, qui uxorem tuam diceret à Senatore raptam, stupratamque: & id se facinus ad Præfectum detulisse, nec jus adhuc sibi dictum. *Leo* confestim mandavit, ut reverso sibi actor, reus, Præfectus sisterentur. Quos deinde auditos, cùm noxæ reum, negligentiæ Præfectum comperisset: hunc dignitate, illum vita exuit: O factum, Dei hominumque favore dignandum!

Neque aliter in caussa simili TOTILA rex: eò IV.
laudabilior quod Barbarus patravit, & in militem, non sine metu seditionis militaris. Accessit eum Calaber quidam, incusavitque è satellitio ejus militem filiæ suæ per vim compressæ. Totila statim in vincla hominem dat, pœnas sumpturus: quas tamen milites remorantur, miseratione, an cupidine similis licentiæ: atque agmine adeuntes petunt dimitti, & sibi donari, commilitonem notæ virtutis, & facinorum clarum. Totila auditos acri oratione castigat: *Quid agitis parùm provida, aut vobis vultis? Sine justitia rem civilem, aut militarem, stare non posse, satis vos Theodahadas rex docuisse debuit: qui pretio aut gratiæ eam largitus, quas clades ipse passus est, & per eum gens Gothorum? Nunc me rege, & illa revixit, ac statim caput sustulit vetus illa gloria nostra ac fortuna: & vultis illam & hanc iterùm (nexa ea sunt) corruere ac labi? Quo autem pretio? unus è vulgo scelus admisit: & placet gentem totam luere, & vos venire, strenuos & integros, in communionem noxæ? Nam venitis: & assident inter se, ac pœnè paria sunt, delinquere & tueri delinquentes. Paria? imò majus hîc peccatum est, viam aperire & struere peccaturis. Sed de vobis, vos videritis milites: ego alta voce & corde proclamo, non feram: & si ferre vultis, me auferte. Ecce corpus & pectus.* Moti sunt, & animos ponunt, rem ei permittunt, qui hominem carcere eductum audit, ac capitis damnat, damnati bona vitiatæ velut in dotem donat.

ALFONSUS rex Hispaniæ, sed *Imperator* cogno- V.
mento, quia huic dignitati destinatus, insignis æqui justique cultor fuit. Exemplum. Nobilis quidam in Galæcia, stirpe sua fisus, & temporum perturbatione confisus, rusticulum bonis omnibus spoliavit. Prætorem ille adit, hic nobilem monet desistere & reponere: non audit, rex aditur. Jubet idem, nec obtemperat, in locorum longinquitate spem etiam ponens. At rex, ceteris omnibus omissis, privati habitu,

quò

Digitized by Google

quò res occultior esset, Toleto in extremam Galæciam pergit. Militis ædes obsidet, dilapsumque comprehendi è fuga, & pro ipsis foribus laqueo suspendi, & cum ignominia stangulari mandavit.

VI. In nostra verò Belgica BALDUINUS *Septimus* Comes Flandriæ, *Petrum* virum nobilem, & *Orscampi* toparcham, ob duos boves pauperculæ viduæ reclamanti abductos, re ad eum delata, subitò arripi jubet, & atroci morte puniri. Fortè lebes aquæ fervens in medio Brugensi foro erat, monetario puniendo destinatus: in hunc sine mora hominem conjici jubet, sic ut erat, ocreatum, vestitum, gladio accinctum. Quid ais? sic calidè, & an non temerè? Nihil; nam inquisitio præcesserat, & culpæ convictus, per aliam caussam evocatus, pœnas sic luit; meo animo, rectè & salubriter.

VII. Ille IDEM undecim equestris loci viros, quòd tres mercatores per viam bonis, & deindè vita exuissent vocatos in Palatium damnavit. Statimque se coram laqueis injectis, destitui super tabulam annexos ad trabem jussit: ac manu tum sua tabulam subduxit, ac pensiles fecit suffocavitque. Rem laudo, modum improbo, ac potuit debuitque manibus hoc alienis.

MON. II. *Sine affectu vel aspectu administranda.*

I. Quod nobili exemplo præivit C. MARIUS, ille septimùm Consul. Cimbricum terribile Romanis bellum erat, & ei, postquàm aliorum ducum pertæsum esset, Marius præfectus. Fecerat Tribunum in legione sororis suæ filium, militiæ fortasse fortem, libidinis impotentem. Amare cœpit in legione sua *C. Plotium* tironem militem, & in flore adhuc ævi: nam Romani ab anno decimo septimo eos scribebant. Igitur aliquoties tentare, & de stupro eum appellare: iste aspernari, & convicio mox repellere. Tanto flagrantior, & ad Imperii vim versus, noctu adolescentem in tabernaculum vocat: & capitale erat non parére Tribuno. Venit, & solita audit, & flagitii tentamenta aut præmia: quæ cùm fortiter rejiceret, manus Tribunus injicit, & vim parat, cùm ille boni sanguinis, gladio eductò, *Virum me scito*, inquit: & Tribunum transadigit. Clamor in tabernaculo, tumultus in castris: novum & atrox facinus omnes con-

Digitized by Google

concitat, Tribunum à manupulari occisum. Ducitur manè ad C. Marium, qui fortè ea nocte non fuerat in castris, qui tribunali consenso, voces & præjudicia militum audit, disciplinam castrorum, & suam etiam cognitionem cogitat; atque omnia prædamnabant militem; sed ejus innocentia, & Marii firma æquitas, eripiunt. Nam cùm ille ægrè & invitus; sed victo pudore denique, rem explicasset: Marius nihil cunctatus, sententiam & infamiam in defunctum vertit, & hunc noxæ absolvit. Absolvit tantum? imò & laudatum corona donavit, cum elogio: *Quòd pulcherrimum facimus eo tempore edidisse, quo fortibus exemplis opus esset.* Macte Mari! Pudicitia te amat, atque ipsa Disciplina amat: quam solvisses, nisi sic solvisses.

Talis ANDREÆ regis Hungariæ justitia, nec in causa nimis dispare. Ivit in terram Sanctam cum copiis, religione impulsus, & curam regni *Banchano* commisit, fidei ejus & uxore *Gertrude* commendata Quæ apud eum sancta, non ipsam fuit. Nam cum frater Gertrudis, adolescens lasciuus & petulans, absente Rege, visum ad sororem venisset: illa juveni gratificatura, uxorem Banchani, pudicam ad id formosamque fœminam, fraudibus & pellaciis ei substernit. Quæ post facinus pœnitentia ducta, rem omnem marito exponit, & simul reginæ fraudes, & iram à se in illam vertit. Qua justissima Banchanus accensus, ut erat doloris recens, reginam adit, exprobrat factum, & gladio ulciscitur. Cæde patrata Byzantium abit, Andreæ regi occursurus, illac in Syriam tendenti, quem mox reperit, & rem aperit: illum unum judicem, &, si meruit, vindicem poscit. Rex differt in suum reditum: & vultu atque animo composito: *Tu verò abi*, inquit, *& in regnum redi; vicem meam, ut ante, functurus. Nam reduci mihi, si Deus annuit, stat hanc causam cognoscere & decidere. Si innocens es, tunc libens absolvero: sin autem nocens, ne nunc quidem damnatum volo, nec expeditionem hanc in hostes fidei sumptam, Christiano sanguine auspicor & perfundo.* Uterque abiit: ille in Asiam, hic in Hungariam: & cùm rediisset, causa seriò inquisita & cognita, pronuntiat, *Uxorem suam justè cæsam videri.* O multa in hoc facto insignia! Quod nihil sacræ expeditioni antepositerit: quòd suspectum, si non convictum, iterùm regno præposuerit: quod amorem conjugalem Justitiæ postposuerit. Salve vel hoc facto magne rex: & tu CROYORUM inclyta familia, tamus ab illa stirpe. II.

At

Digitized by Google

III. At OTHONIS *Tertii* Imperatoris affectus, etiam in ſuo capite & ſalute, domitus Juſtitiæ ceſſit: ſi vera eſt narratio, quam ab illo ævo plures ſcriptores tradunt. Ajunt uxorem ei fuiſſe, parùm caſti corporis: & hanc cùm ad *Mutinam* Italiæ Imperator eſſet, cuidam Comiti in iis locis copiam uſuramque ſui obtuliſſe, ſed repulſam tuliſſe. Id perdolitum fœminæ (veteres ab eo iras & calumnias ſcimus:) atque auſa eſt ipſa crimen ultrò ſtruere, & tentatæ pudicitiæ ſuæ Comitem accuſare. Imperator calidè audit, credit, damnat, occidit. Comes tamen ante mortem rei ſeriem uxori ſuæ aperit: & rogat ut mortuum vindicet, & famam, quoniam vitam non poteſt, ſervet. Dat conſilium ut judicio candentis ferri, Deo freta, rem committat: qui mos tunc frequens, nuper & hodie meritò exolevit. Ille ita moritur: & paullò pòſt dies aderat, qua ſollenniter Cæſar jus dicebat, viduis maximè & pupillis. Vidua igitur Comitis, mandatum executura, venit ad tribunal, & caput mariti occultum in ſinu geſtat. Stat ante Cæſarem, & veniam præfata rogat: *Ecquâ pœnâ dignus eſſet, qui vitam alteri injuriâ ademiſſet?* Hic Imperator: *Id quidem, liquet mulier*, inquit, *morte.* Tum illa, *Ergo pœnam hanc tu, Cæſar te judice ſubibis, qui innocentum maritum meum ſuſtuliſti. En caput, quod recidiſti. Innocentem aut eum eſſe, quoniam teſtes & alia deſunt, tractatione igniti ferri probabo.* Dixit, & ſine noxa fecit: miraculum Imperatorem & adſtantes commovit, ſed hunc maximè, qui Deum etiam vindicem timebat. Itaque permittit ſe fœminæ, ut ſua voce damnatum: ſed veniam vitamque quattuor caſtrorum donatione redemit. Ea ſunt in Etruria, Lunenſi tractu, & *Decimum, Octavum, Septimum, Sextum* appellant: a numero dierum, quibus prorogationem ſupplicii à fœmina, ante plenam veniam, impetraverat. Haud negaverim, à fabula quàm hiſtoria hoc videri propiùs: ſed bonis tamen auctoribus ſcripta, quæ culpa eſt deſcribere?

IV. Minus aſpera, & ut ſic dicam, Tragica ſunt, quæ ſubjungam: ſed in quibus affectus tamen egregiè calcati. ARISTIDES Athenienſis, qui meritò, & à pluribus cauſſis, cognomen *Juſti* vindicat, iudex inter duos captus ſedebat; cùm adverſarius, ut illum adverſario ſuo alienum redderet, ſibi propitium; multa dicere de hoſtili ejus in Ariſtidem animo: & documenta adjungere. Sed ille interrumpens, *Quin tu*, inquit,

Digitized by Google

si quid te læsit, hoc dicis, & aliâ mittis? nam huic rei nunc sedemus.

GRATIANUS Imperator Romanus lepidè etiam hîc lusit, & ablegavit mulierem stultè opportunam. Accessit, & de marito questa est, & aspera multa dixit. Ille placidè. *Quid ad hoc me mulier?* At enim subjecit ipsa, *etiam in te malè animatus est, & loquitur.* Ille iterùm, *Quid ad hoc te mulier?* & confusam irrisamque sic dimisit.

MON. III. *Subtiliter interdum vel sagaciter inquirenda.*

SALOMONIS regis Hebræi factum innotuit, celebratæ subtilitatis in eruenda veritate: cui æquitas comitem se dedit. I.

GALBÆ Imperatoris, qui cùm de proprietate jumenti quæreretur, incertis utrimque argumentis, ita decrevit, ut ad lacum, ubi aquari solebat, capite involuto duceretur, atque ibidem revelato, ejus esset ad quem sponte se recepisset. II.

Sunt alia hujus generis: sed omnia æquat aut superat RVDOLPHI Austriaci istud. Agebat Norib-gæ, & rebus imperii ac publicis intendebat; cùm ad privatas eum vertit leviter mercator quispiam, jus & vindictam petens in hospitem sive diversitorem ibi notum, à quo grandi pecunia fraudatum se ajebat. Nam bona fide depositisse apud eum in sacculo *ducentas argenti selibras* (Marcas appellant:) quas ille impudenter abnegabat, injuriosè retinebat. Imperator de fide dictorum rogat: ille affirmat, sed sua fide, nec aliis (ut solet ferè in Deposito) argumentis. Igitur Imperator, re perpensa, astum adhibendum censuit, & vestigiis veritatem indagandum. Quærit ab homine, ille sacculus sive vidulus cujusmodi esset? Describit formam: nec aliud Cæsar, quàm secedere eum in proximum cubiculum, & præstolari jubet. Habebat in animo evocare hospitem sed Fortuna commodiùs instruit, & ultrò ad eum mittit. Nam veniunt primarii urbis cives, ut solet, gratulatum Principi, & talentum: inter quos ipse infidus hospes. Norat adeò jam intrò Cæsar, & ut comitas ejus erat, benignè & per facetias appellat, *Heus tu, scitum illic pilleum habes, mihi dona, & permutemus.* Ille arrisit, pilleum libens dimisit, & honori hoc factum duxit. Cæsar secedit paulum; quasi III.

Digitized by Google

publicum negotium avocaret: & fidum ac notum ejus opidi civem, cum ipso pilleo illo, ad uxorem hospitis mittit cum mandatis. *Heus matrona, maritus jubet ut sacculum illum talem ad eum mittas, opus habet: & ecce tesseram fidei meæ hunc ejus pilleum.* Mulier agnoscit pilleum & sacculum descripserat; itaque nihil ambiens ascendit, tradit, quasi ad maritum deferendum. At ille rectà ad Cæsarem, qui vidulum vocato tunc denique mercatori ostendit: & *Hicne est? & agnoscis?* Affirmat, exsultat: tum & hospitem Imperator adhibet, & *Hic*, inquit, *de te queritur, & perfidiam accusat: quid ais, & refellis?* Audacter ille, *mentiri eum dicere, aut dementire: nihil sibi rei cum eo esse, aut fuisse.* Denique Imperator sacculum profert: ad cujus adspectum ille confunditur, & animo ac lingua labitur. Quid multa? mercator pecuniam, hospes infamiam recipit, atque etiam damnum. nam grandi pecunia alia Cæsar eum mulctat. At Rudolphus omnium ore & sensu laudem: & decantatum in Germania satis hoc factum fuit. Sed quoniam nunc, & ante, Principes dedi, qui ipsi & suo ore, statim & de plano jus dixerunt, oriri pro moribus nostris potest.

QUÆSTIO.

An ergo deceat, aut expediat, ipsum Principem jus dicere, reddere?

Ego putem decere, expedire, debere. Non alia res imperium magis asserit & ostendit, quàm hæc in bona vitamque nostram potestas: & cur Princeps cunctetur exercere? Expedit etiam, quia contra potentes sæpè causæ aguntur; nec minores illi aut delegati judices, satis in eos oris, aut roboris, semper habent. Severior igitur ita, sed & brevior Justitia; & tricis remotis supremus ille decidit. Addidi, debere, quidni? In *Politicis* docui, reges justitiæ fruendæ causa primitùs institutos. Si hoc fine, cur munus suum refugiant? Homerus audiatur:

Εἷς βασιλεύς, ᾧ ἔδωκε Κρόνου πάϊς ἀγκυλομήτεω
Σκῆπτρόν τ' ἠδὲ θέμιστας, ἵνα σφίσιν βασιλεύῃ:
Unus rex, cui concessit Saturnia proles
Sceptrumque & leges, ut judicet & dominetur.

Leges & jura Deus in manu ejus, cum sceptro posuit; hoc ostendit & præfert, illas aliis demandet? Non debet: & vel veteres ab omni ævo, in omni ferè orbe

Digitized by Google

orbe, reges videat: jus ipsi dixerunt. Hæc & plura in ista parte sunt: sed & alia acres habet assertores. Ajunt incommoda multa fuisse, & esse, si Princeps judicet, iisque animadversis, ad hodiernam hanc rationem ventum. Primùm ecce, da imperitum Principem, quî par erit? qui non faciet recta curva? Item, da Ineptum in sermone, in gestu: quid nisi irrisui se exponit? Ampliùs, crebra hæc ostentatio sui, & in populo locutio; nonne vulgat Principem, & detrahit majestati? Quartò, vel severè judicabit, & odium pariet; vel remisse, & Jus violabit. Melius ergo res asperas, & sine bona gratia, in alios inclinari. Quintò denique, sunt nunc Curiæ majores minoresque, & cuique rei stata sua judicia: quid Principem in novas curas arcessimus, variè & affatim distractum? Quin melius tuiusq; nil novare, & si quid in jam statutis labat, firmare & vincire. Ista nec malè, nec abs re prorsus dicuntur, fateor: sed responderi tamen potest, & justitiæ causa, debet. Primùm de Imperitia, dico; plurimùm & Principem, & quemcumque alium, natura duce in magnis, aut enormibus causlis judicare posse, nec opus grandi scientia (ad hanc rem) Juris & Legum. Da simplicem, da probum, affectuum expertem: audeo dicere, rara causa erit, in qua verum, aut quod juxta verum, non videbit. Imò Deus plerumque inspirat; & talibus mentem movet. quod facer ille scriptor voluit: *Divinatio in labiis Regis, in judicio non errabit os ejus.* Et tamen fac interdum caligare: quid? nonne in aperto remedium, & damus ei Adsessores? damus, comitentur eum ad hæc talia exeuntem, nec auxilii solùm causa, sed decori. Atqui in sermone aut gestu aliquis ineptus est. Scio esse, & tamen si alibi loqui eos deceat; hic vel maximè, in re severa, gravi, paucorum verborum. Itaque aut Principem talem mutum, nisi fortè in cubiculo, faciant: aut patiantur hic loqui. Etsi talia exempla rara sunt: cur adducimus, aut insistimus? Ad tertium, Vulgat se nimis ita Princeps. Fortassis, si in rebus aliis: at hæc per se talis est, ut reverentiam sui gignat, vel terrorem. Videmus in cottidianis istis judicibus, quàm plebecula eos veneretur & timeat, etiam illa innoxia, & cui nihil cum iis negotii est aut fuit. Benè à Deo ita facti sumus, vereri hoc numen & nomen ipsum Justitiæ, & quicumque ei administrant. Quanto magis in Principe, si se non mandare tantùm (in occulto id fit) sed exercere, cum summa potestate ostendat?

Proverb. cap XV I.

Digitized by Google

Et sanè nihil hic familiariter aut comiter fit: verba, gestus, aspectus, apparatus, omnia tristitiæ aut severitati propiora. Ergo hoc faceſſat. quartum videamus, de Odii metu. Incurret in id, inquiunt, si severè judicat: in Injustitiam, si remisse. Extrema accipiunt, & eunt extra ipsas Justitiæ metas. Quid? an semper damnationis materia? fac esse: in eaipsa certè alter sic deprimitur, ut alter allevetur. Hunc lædis, illum juvas: ergo ab illo Odium, ab hoc Gratia paria sunto. Sed nego etiam in severitate crebra, odia excitari populariter: & contrà est in rectis animis, qui acclinant se magis ad tales & attrahuntur. In aspectu illa offendunt; cogitata & cum usu publico collata, delectant. Videsne ut in medicina quoque tristia & tætra sæpè propinentur, sed salutis caussa? itaque ab hoc fine, adeò non odimus medicos, amamus & laudamus. Simillimum in Justitia: à cujus acerba sectione aut ustione salus generis humani pendet: & quis id vel è plebe nescit? Jam de Remissione, non abnuo naturas quasdam ad mitiora semper inclinare: & quid mali erit? imò sit nobis talis Princeps. Nam hunc sic clementem ratio tamen reget, & norma juris & legum excitabit: nec deerunt, qui ad utiliora & tristiora, cum opus erit flectent. Aliqua verò interdum remissio, planè ex usu erit, si tamen error iste, & sub magno Judice, præivit: Ignovit illi Princeps: sed metu, sed ignominia perfuso. Ignovit illi Princeps: sed Princeps, id est sine corruptela, aut affectu alio sordido, humanitatis tantùm amore. Hoc ipsum quàm Amorem omnium conciliet? & verum est, si opportunè adhibeatur. Vltimò, nobis Mos opponitur, & Consilia ac Curiæ jam definitæ. Equidem cum More haud temerè pugnem: sed quàm vetusto? Avi vel proavi nostri aliter fecerunt: vide quàm longinqua repetamus. Quin totum hoc de perpetuis Curiis judicum, nuperum est, & è Gallia ad nos manavit. Concludimus, & moderamur: Principem decorè & utiliter jus dicturum, sed aliquando: id est, vel certis temporibus, ut id sciri possit; vel in caussis gravibus, sive atrocibus; vel denique, contra potentes aliquos, & partibus graves. *Caroli Magni* legem, quæ extat, traxerim in exemplum: *Hoc missi nostri notum faciant Comitibus & populo, quod nos in omni hebdomada unum diem ad causſas audiendas ſedere volumus. Populo autem dicatur, ut caveat de aliis causſis ad nos reclamare, nisi de quibus aut missi nostri, aut Comites, eis justitiam facere noluerint.* Ecce erant illo ævo passim

in

Digitized by Google

in opidis & pagis etiam *Comites* sive *Graviones*, qui communiter jus dicebant: interveniebant extra ordinem & *Missi* sive Delegati à Principe, qui idem. At *Carolus* ipse tamen audire causas volebat, idque hebdomatarum: causas scilicet graviores, aut in quibus læso aut injuria interveniisse ab ipso judice videbatur. Si non alius in hac re fructus, quantus ille esset? Coërcere hoc modo judices, & vigilantes attentosque reddere: cùm Principem cogitarent judicii sui judicem, & fortè vindicem mox futurum. Sed exempla, pro instituto, hic addamus.

PHILIPPUS MACEDO, de communi tunc more, crebrò jus dixit. Sed cùm fortè in via, & aliò festinantem, mulier de re sua appellasset, negavit *Sibi vacare*. Tum illa audacter: *Noli igitur regnare*, quasi admonens, sive exprobrans, regium hoc ita munus esse, ut sine eo legitimus rex non esset. Admisit, & mulierculam statim audivit, & siquis alius inibi vellet. I.

Aliter DEMETRIUS *Poliorcetes*, in eadem Macedonia rex: quâ per proterviam illusit etiam supplicibus. Nam cùm libellos adeuntium benignè in via accepisset, quasi lecturus, & cogniturus: mox cùm ad Pontem Axii fluminis venisset, excusso chlamydis sinu, omnes in subjectam aquam abjecit. Non impunè, nam Macedones, qui talem *Philippum* suum non viderant sive audierant, mox spreto illo ad *Pyrrhum* transierunt, & Justitiæ desertorem deseruerunt. Meritò, meritò, sic habeant, & luant. II.

AUGUSTUS Cæsar, quàm aliter! *qui jus dixit assiduè* (ait Suetonius) *& in noctem nonnumquam*. Quod si infirmior etiam esset, & à corpore minus valeret; lectica pro Tribunali posita, & in ea recubans, vel etiam domi, jus reddebat. Quid ad hanc diligentiam addi potest, præter *Euge* & *Belle*? III.

Jam CLAUDIUS Imperator item assiduus. imò & suis suorumque sollennibus diebus, atque adeò festis & religiosis, non abhorruit jurisdictionem. IV.

Omitto vetera, in ipsa Gallia vicina, CAROLUS *Octavus* patrum ævo rex, sub finem vitæ rebus jam attentior, omnibus septimanis binos dies destinavit juri in publico reddundo: idque aditu tam libero, ut nemo vel è fæce plebis regio conspectu & affatu arceretur. V.

Digitized by Google

VI. Sed dixi, utiliter imò necessariò (quid enim si res subtilis, aut in legum ambiguitate sit?) Adsessores adhiberi, quod plerique Romani Principes, aut provinciarum Præsides, fecêre, imò ALEXANDER *Severus negotia & causas priùs à scriniorum principibus & doctissimis Jurisconsultis, & sibi fidelibus, quorum primus tunc Ulpianus fuit, tractari ordinarique, atque ita ad se referri præcepit.* Providè, jus ipse dixit, sed inquisitum priùs & evolutum. Sed alia hîc etiam

Lamprid. in ejus vita.

QUÆSTIO.

An Curias, & ordines Judicum perpetuos esse conveniat?

Hodie sic habemus, nec cùm Princeps intendit, & velut censuram interdum exercet, improbemus. Tamen suæ etiam rationes sint improbanti. Ut, quòd tempore omissiores segnioresque fiant: & assidua Justitiæ tractatione, minùs ejus reverentes. Redditur enim cottidianum opus, & cum tædio aliquo aut fastidio usurpandum. Secundò, factio aut coitio facilè oriri potest, & superba etiam quædam dominatio, quod Livius notat in *ordine judicum perpetuo* apud Carthaginienses; & *qui unum ejus ordinis, idem omnes adversos habebat*, idque inter causas lapsæ illius reip. quidam habent. Tertiò, corruptelæ interveniunt: & quibus ex diuturnitate securitas adest, facilè aures & manus iis laxant. Itaque ut in aliis imperiis, brevia plerumque meliora, & peccare minùs obnoxia: ita quidam hîc censent, & mutandos esse. Romani ita, qui Decurias Judicum scribebant, ex honestissimis, & ex censu (ne paupertas ad culpam impelleret:) sed non eas omnes assiduè judicare volebant, dumtaxat quotannis certum & necessarium numerum sorte legebant, reliquis tunc feriatis. Sed re tamen benè examinata, cùm jam ad hanc multitudinem legum, & ex ea tricas aut captendulas ventum: bonum esse perpetuos esse, eosque juris benè peritos. Quod ad *Omissionem* aut *Coitionem*; Princeps facilè arcebit, si, ut dixi, iis intendit. Quod ad *Corruptelam*: idem si stipendia & præmia digna donat. Operæ est ex Annalibus Turcarum inferere, quod huc mirè facit. BAJASITES *primus*, cùm fraudes & injurias *Cadiorum* suorum (ita Judices vocant) sæpè jam audiret: commotus denique *Neapolim* omnes ad se venire jubet, ibi in

Lib. xxiii.

Digitized by Google

in domum quamdam includi, & igne injecto comburi. Faciendum erat: cùm *Alis* Bassa, vir prudens, rationem quæsivit, & reperit, Principis mollrendi. Habebat Bajasites Æthiopem puerum, garrulum & lepidum, inter delicias: hunc instructum quid diceret, faceretque, ad Principem misit. Venit igitur in meliore veste, & ornatu omni: *Quid hoc rei?* inquit Princeps: *quid extra morem hæc vestitus?* Æthiops: *Ut peregrè eam, & ableger à te ad Imperatorem Constantinopolitanum.* Princeps: *Ad illumne hostem nostrum; quid facturus;* Æthiops: *Nempe* * *Calogeros aliquos arcessiturus, ut nobis jus dicant: quoniam Cadios tuos omnes vis occisos.* Princeps: *At ô mi Æthiopille, numquid isti periti legum nostrarum sunt?* Hic Alis Bassa opportunè interloquitur: *Et non sunt ô Domine, cur peritos igitur tollis? Nam,* inquit, *cur malè judicant?* Iterum Alis: *Ego Domine causam edam, hi nostri stipendium è publico nullum accipiunt, capiunt igitur mercedulas à privatis. Hoc corrige, eos correxisti.* Placuit consilium Bajasiti: vitam illis dedit, Ali potestatem in hac re, quod ex usu esset statuendi. Ille decrevit (& postea mansit) *Ut cuicumque hereditas tot millium Asprorum obvenisset, is in singula millena Cadio suo daret Aspros vicenos.* Ampliùs: *Ut in matrimoniorum, & ejusmodi contractuum, instrumentis, item, vicenos.* Ita inopiæ subventum, & simul Justitiæ, quæ laborabat. Alia munera nefas accipere, nec certè, quocumque colore aut velo, decet. Ægyptius rex Judices sculpi fingique jussit, velatis oculis, truncos manibus: significans, nec affectu flecti, nec muneribus capi debere. Aliquid laxant quidam, ut dumtaxat levia munera, & cibaria: item, post sententiam latam: quæ talia, quid nisi rimam primò, tum januam patefaciunt corruptelæ?

* Sunt monachi Græcorum aut religiosi

CAPUT X.

DE LEGIBUS.

Eas nec multas, nec item lites, probari.

LEGES in republica, ut medicamenta, esse debent: atqui nec hæc multa aut varia probentur: non item illæ. Plato verissimè: Ὅτι πόλεσι πολλοῖς νόμοις, καὶ δίκαις καὶ ῥήτορσι, καὶ βίοι μοχθηροί: *Quòd ubi plurimæ leges, ibi & LITES, itemque MORES improbi.* Deus bone, quàm rem tetigit! & usus ubique gentium, aut temporum, hoc affirmabit. Maneamus in Romana

Digitized by Google

republica, paucas ea initio habuit: paullò plures Decemviri addiderunt: & ita ad Principes ferè mansit. Tunc sanè plures: & à Justiniano plurimæ, quibus utimur; *Lothario* Imperatore, cùm diu siluissent, eas reducente. Nam Gallia, Hispania, Germania, earum ad id ævi ferè expertes erant. Receptæ igitur sunt: & quo fructu? Certè illo litium, nemo negaverit: quæ ex eo nimium quantum succreverunt. Europam vide, & mentior, nisi maxima ejus pars circa istas occupatur. Alii judicant, alii instruunt, alii agunt, &, qui miserrimi sunt, eas habent. Bone Lothari, manes tui per me quiescant: sed rosæ aut lilia sepulchrum tuum non ornent, qui tot tricas & spinas nobis seviisti. Nam quæ tam clara caussa est, quæ non aliqua lege, lege? imo interpretatione (nam & has admisimus) obscuretur? Quæ tam improba, cui non dent colorem? Ars enim facta est Caussidicina, & peritè captare aut capere laudem habet. Atqui opus est, inquiunt, multitudine: ut variis factorum eventuumque velut vultus & species discernantur. Nam si paucæ leges, quid? an judici libera pleraque relinquentur? fenestram sive ostium ad iniquitatem pandemus? Non ego censeo: sed neque sic judicem coërceri. Obsecro, quæ illa copia est, quæ omnia comprehendat, aut distinguat? Ipsum Justinianéum jus vide: hîc deficit, & multa ex similitudine, aut obscuris ex eo argumentis, judicantur. Imò ubi copiæ, plus intricati erit: & semper argutia aut calumnia in sinu aut recessu hujus illiusque legis latebit, & se defendet. An non videmus cottidie? præter jus illud Romanum, Statuta & Decreta opidatim, pagatim, populatim habemus: claudimur undique, & velut obsidemur, à legibus: at litium tamen copia, quanto non alio ævo, & controversiæ assiduæ supet ipso Jure, aut querelæ. Pulcherrima Straboni nota est, &
Lib. VI. vel aureis litteris signanda: *Zalcucum illum Thuriis olim* PAUCAS *&* SIMPLICES *leges dedisse, sed secutos, alias per subtilitatem & nimiam curam addidisse: ex quo factum sit, ut celebres magis quàm boni redderentur.* Additque dogma quantivis pretii: Ε'υνομίας γὰρ, ὅστις τοῖς νόμοις ἅπασι φυλακτέον, τὰ τῶν συκοφαντῶν, ἀλλὰ τὰς ἐμμόνους τοῖς ἁπλῶς κειμένοις: *Bonis enim uti legibus, non qui omnes iis sycophantias aut calumnias cavent, & excludunt, sed qui* SIMPLICITER LATIS *firmiter inhærent.* Oraculum est, oraculum. non multæ leges bonos mores, bonum jus faciunt: sed paucæ, fideliter servatæ. Atquí interveniunt calumniæ. Quid igitur? quo fine judex? quo

fine

sine Princeps est? ille vir bonus, & os Justitiæ; iste potens, & viva ipsa lex, an non verbo uno decidet? Et da, quòd alibi malè: quid magni mali est? primum in re obscura, & in qua haud valdè interfit, Titius an Sejus vincat. Deinde (vera dicam) in re parva: in agello, in prædiolo, in pecuniola: habeat, cui judex donat. Absit tantùm aperta iniquitas: neque aliter in maxima orbis parte hodie vivunt. Alterum in Platone, de Moribus malis, palàm verum. Improbitas huic Causidicinæ adhæret: excipio semper eos, qui ex dignitate & veritate jus habent. Ecce, ubi lites, nonne discordia: nonne odia deinde, injuriæ, & sæpè cædes? Platonem iterùm advoco: Οὐκ ἂν οὖν ποτε πολῖται φίλοι, ὅτε πολλαὶ μὴ εἶεν αὐτοῖς ἀδικίαι εἶεν, ἀλλ' ὅτε αἱ ἐν σμικροτάτῳ καὶ ὀλιγίσται: v. de Legib. *Non fuerint concordes umquam aut inter amantes cives, ubi mutuæ multæ leges judiciales sunt, sed ubi eæ* BREVISSIMÆ, ET PAUCISSIMÆ. Nota hæc ultima; vult non Paucas solùm lites, sed Breves. Ego tecum; nunc ubi sumus? una aliqua lis Metonis annum tenet. Fit involucris legum, fit sordibus advocantium: & comperendinationes istæ ad quæstum & lucellum eunt. Per Symplegadas, navigatur Colchos & aureum vellus. Quid jam in ipsis litigantibus? pervicacia est, & sæpè impostura, aut improbitas: *neque enim bona Conscientia* (ait scitè Celsus) *sed Victoria, litigantis est præmium.* Enimverò nec publicè sic expedit, nam quanta pars hominum in istis dedita? in scholis, in foris, in curiis: & pulchrius meliusque sit, in agricultura, in mercatu, in militia, & quæ majoribus nostris studia fuêre. Ut concludam (& satis fucos irritavi) Princeps lites minuat, Princeps & leges minuat, pro meo sensu. Ut imputata vitis latè se spargit, & infructuosa est: sic Jus profectò illud vetus, & labruscas jàm pro uvis gignit. *Justinianus* ipse olim reformavit, & novavit; ante eum *Theodosius*; post utrumque *Carolus Magnus*, & tum *Fridericus*, Imperatores; denique in Hispania rex *Alfonsus*. Quid? Principibus hodie potentibus & magnis, non idem jus sit? habent, sumant, His monitis robur ab exemplis etiam demus.

C. JULIUS *Cæsar destinabat* (ait Suetonius) *jus Civile ad certum modum redigere, atque ex immensa diffusaque legum copia,* OPTIMA *quæque &* NECESSARIA *in paucissimos conferre libros.* Fata inviderunt.

VESPASIANUS, post bella civilia, cùm *litium sentes*

Digitized by Google

ubique majorem in modum excrevisset (iterùm Suetonius) *ipse sorte elegit, qui judicia, quibus peragendis vix sufficiura litigatorum ætas videbatur,* ERTRA ORDINEM *dijudicarent, redigerentque ad breviſſimum numerum.*

III. Et verò extra ordinem ſic eligi, ubi reformatione opus, utile: fecitque JUSTINUS *Curopalates* Imperator Byzantii. Cùm enim ipſe morbido corpore eſſet, ac rarò jus diceret; injuria & lites creverant, adeò ut pro deſperata res pænè (Byzantii præſertim) videretur. Ecce adit eum quidam, & ingenium operamque obtulit ad coërcendum, ea lege, ut ipſe Præfectus plena poteſtate in tempus certum eſſet. Annuit Imperator, ſumit poteſtatis inſulas, & pro Tribunali ſedet, ac primò accuſatur ex compoſito apud eum unus ex illuſtribus Senator, in Aula ipſa gratioſus: accuſatur, ſpernit ſe ſiſtere, & contemptim, præter ipſum tribunal, in Aulam pergit. Pergit extemplo & Præfectus, videt Principem in convivio, & ibidem hunc reum. Nihil deterritus: *Imperator* inquit, *juri dicendo Præfecturam à te habeo: & ab ipſo te auxilium & præſidium meritò ſperabam. Nunc quid? vides his oculis homines palàm injurios, & legum non fractores ſolùm, ſed ſpretores aut illuſores, in tua domo, gratia, menſa eſſe. Itaque inſignia hæc tibi habe irritæ poteſtatis: Ego abdico.* Imperator mirar, & excitari: *Tu verò*, inquit, *quod es eſto: & jus tuum vel in me, quidni meos? exerce. Duc ſi peccavi, ſequor: duo ſi quis hic alius, & ſequetur, aut trahetur.* Præfectus jam animi erectior, oculos & manus in illum Senatorem conjicit, per apparitores renitentem etiam trahit atque in judicio convictum damnatumque, primùm verberibus afficit, tum & grandi pecunia multat. Hic ictus, qui tam validum illum concuſſerat, multos terruit; & in paucis diebus vim & vitam Juſtitia recepit.

IV. Sed de iis, qui lites aut leges minuere voluerunt, CAROLUS etiam *Nonus* in Gallia nuper fuit, is prurigini ſiſtendæ, vectigal judiciarium excogitavit, *Ut quicumque litem ordiretur, deponeret & penderet in fiſcum Regium duos aureos, recipiendos ſi jure litigaſſe judicatus eſſet; ſi aliter, omittendos.* Sed non diuturnum id fuit; & leve etiam remedium in grandia & vetera mala.

V. Severius, & fortaſſis utilius, illud JACOBI Aragonum regis, qui litibus & litigioſis ſemper infenſum ſe præbuit: & ex iis *Semenum Radam*, inſignem & primarium

rium ea ætate Juriſconſultum, quòd ejus arguția aut malitia multi ſe afflictos quererentur, Prævaricatoris lege poſtulatum, regni finibus ejecit.

VI. Quid GALEACIUS Dux Mediolanenſium? cùm aliquoties audiſſet vafro ingenio Cauſſidicum eſſe, qui lites ſerere, & fatas producere atque alere, etiam in liquido jure poſſet: hominem ad ſe accitum affatur. *Debeo*, inquit, *Piſtori meo centum aureos, non lubet ſolvere: tu ecquid tueri me in jure, & rem protollere potes?* Annuit largiter, & Principi promptè ſe dedit: ſed iſte ei malum. Nam fraudis ſic confeſſum, verbis priùs increpitum, laqueo publicè necari juſſit.

VII. Heu, percutiunt hæc aures rabularum! deſino: ſi MAHUMETANUM ſive *Turcicum* judiciorum morem, & in iis brevitatem, explicaro. Qui alium in jus vocat, ne lictorem quidem aut publicum apparitorem adhibet ad vadandum: ſed ipſe adverſarium adit, & coram teſtibus *ad Dei Juſtitiam* (ſic loquuntur) vocat. Hic ne verbo refragari auſit, ſed ſtatim unà ad Judicem ſive *Cadium* ſuum eunt. Ille autem ſemper paratus, totum diem ante ædes, ſub tecto aliquo ſedet, & copiam ſui facit. Iſti, nullo advocato aut cauſſidico, quiſque rem ſuam narrat: teſtes, ſi eos habent, adhibent; judex, ibidem re penſitata, in hanc aut illam partem decidit. Quod poſteà aliud alleges, aut approbes, nihil eſt: arbor ea cecidit, relevari aut erigi ultrà non poteſt. Quid? inquies, non interdum Judices improbè, aut improbi? credo eſſe: ſed in rebus humanis nihil ſinceri eſt, & eligenda quæ minùs noxæ habent.

CAPUT XI.

DE JUSTITIA DIVINA.

Atque eam rebus intervenire.

PRINCIPI Juſtitiam commendavimus: ſed ut magis, diſcat interdum à Deo aſſeri, ſi quis violat aut contemnit. Exempla mira, & ſupra fidem videantur, ſed fidis, aut certè priſcis, auctoribus ſcripta. cc. c. 1. IV.

I. *Friderico Ænobarbo* Imperatore, Antiſtes Mogunti- nus fuit HENRICUS, vir pius, tranquillus, ſuarum rerum- &

& ideo Romæ accusatus ut ineptus sive inutilis muneri, quod gerebat. Accessit *Arnoldus*, qui poste à in locum ejus venit, & fertur ab ipso Henrico missus ad purgandum, igni oleum addidisse; & purparatorum quosdam patrum corrupisse, & in se vertisse. Eò ventum, ut Cardinales duo Moguntiam missi, de causa quæsierint, Henricum damnarint, abdicarint, Arnoldum illum subrogarint. Henricus patienter id ferens, hactenus questus est, ut diceret: *Injustè judicastis, appello igitur ad* JESUM CHRISTVM, *æquissimum judicem, ibi me responsurum exhibebo, venite.* Illi joco illudentes: *Cùm præcesseris, nos sequemur.* Profectò factum est, nam ille post annum ferè & dimidium fato concessit: & rumore ad aures Cardinalium delato, iterùm illudentes, *Ecce præcessit*, inquiunt, *nos sequemur.* Secuti sunt, & uno die uterque subitò obierunt. Addunt Annales de genere mortis, quæ fileo: nec assensum huic narrationi firmiter etiam dono.

II. Firmiùs *Lamberto Schafnaburgensi*, egregio, ut illa
S. LIX. tempora tulerunt, scriptori: qui narrat BVRCHARDVM Episcopum Halberstadiensem, iniquam diu litem cum *Abbate Herveldensi* fovisse, super decimis Saxoniæ, quas Episcopus monachis ereptum, sibi vindicatum manu magis, quàm jure ibat. Neque spes aut ratio erat valenti adversario resistendi: cùm Abbas, paucis ante mortem diebus, Comitem Palatinum *Fridericum* ad se vocat, & extrema hæc mandata ferre Antistiti rogat: *Se quidem lite imparem, lege meliorem, cedere: atque etiam vita cedere, sed Deum judicem futurum, ad quem appellares. Parerent igitur se ambo, ut causam in Tribunal dicerent, ubi gratia & potentia spretis, sola Justitia posset polleretque.* Neque diu post Abbas ipse febri obiit, statimque Antistes, cùm equum conscendere vellet ut fulmine ictus, concidit: desitque in vocibus, *Abripi se ad divinum tribunal ibi judicandum.* Hæc mira quamquam fidem merentur à tradentibus, & ex usu etiam vitæ est credi.

III. Certissimum verò habetur, quod CLEMENTI *Quinto*
A. CCXIV. Pontifici Max. evènit, qui cum *Templarios*, cœtum religiosum, & diu bonum atque utilem, Viennæ in Concilio damnasset, & in sodales ferro atque igne passim vel animadvertisset, vel (ut alii) sæviisset: à pluribus eorum citatus ad Tribunal superum paullò plus anno post obiit quasi ad vadimonium obeundum à supremo Prætore arcessitus.

Sub

Sub idem tempus (quod admirationem auger) in eadem causſa, PHILIPPUS rex Galliæ : cui bono damnationes illæ fuiſſe putabantur, opibus ad eum translatis & confiſcatis. Si à caſu, miremur : ſi à Deo, vereamur. r.

At res etiam nota, & cognomine prodita in FERDINANDO *Quarto* Hiſpaniæ rege, ipſo illo ævo, ſi non anno. Bello & pace bonus habebatur, ſed in judicando præceps aut rigidus, & ad ſævitiam inclinare videbatur. Fuit ut *Carvajalii* duo fratres *Petrus* & *Joannes*, ſuſpecti eſſent in occulta cæde *Benavidii*, primarii viri inter nobiles. Sed ſuſpecti : neque teſtibus, aut aliis probationibus convicti, neque crimen ſanè, vel in vinculis, faſſi. Tamen, ut rex erat, duci eos jubet, & de rupe alta præcipites dari. Cum id fit, clamant & vociferantur, *Innocentes ſe mori : & quoniam regis aures juſtiſſimæ defenſioni obſtructæ eſſent, ſeſe igitur ad ſummum Judicem provocare, & regi diem dicere, ab iſto (qui ſibi ultimus eſſet) trigeſimum.* Dicta nihil valuerunt, ſententia tenuit : etiam ipſorum vadatio, nec tempore, nec die fallax. Nam cùm rex, animi ſecurus, *Alcaudetem* in caſtra abiiſſet, contra Mauros : ibi morbo ſtatim tentatus, ſed levi, *Giennium* ſe contulit : atque ecce VII. Idus Septembris, id eſt, ipſo trigeſimo à ſupplicio die in lecto exanimatus repertus eſt, in ipſo ætatis flore, annos natus XXIV. menſes novem. Quis neget divinum, aut Geniale aliquid, hîc interveniſſe, ſed ſupremo Numine conſciſcente ? V. CCC. XII.

Diſcite Juſtitiam moniti, & non temnere divos.

CAPUT XII.

DE CLEMENTIA.

Eam quoque Principi decoram utilemque eſſe.

DECET ſanè magnos animos & fortunam lenitas : &, quod notes, non niſi in eos cadit. Barbari aut viles homines, ubi licentia adeſt, plerumque ſævi ſunt : mites in ea & moderati, ingenui ſanguinis & ſtirpis. Sed quid ? inquies : ad hanc ego Principes invito, quæ adverſa Juſtitiæ, & ſolvere eam videtur ? Videtur : in re non facit, imò eumdem utraque finem & ſcopum habet. Juſtitia, ſeveritate, & metu emendat : Clementia benigni-

Digitized by Google

benignitate & remissione. Illa poenam, haec veniam dat: sed cum judicio utraque ubi debet; & addam, à quo debet. Non enim quorumvis est Clementia; sed eorum qui in suprema potestate constituti sunt, & temperare aut flectere ex usu aliquo leges possunt. Est, ut verbo dicam, Principum. Itaque definitur à Seneca *Clementia*, *lenitas superioris in inferiorem in constituendis poenis*. Ais *constituendis*? in parte verum est: sed adde & partem alteram, *in remittendis*, nam & Clementia hoc solet. Sed est *superioris*: & *nihil pulchrius*, ait idem Sophus, *in fastigio collocatis*, *quàm multarum rerum veniam dare, nullius petere*. Quarum autem rerum? nec enim omnium, & multas lex adstringit non resolvendas: sed earum ferè, quæ Principem ipsum tangunt, ut sunt Injuriæ, Calumniæ, Violentia: & quæ alia meritam poenam habeant, sed contentus potestate, remittit & donat. Cogitat publicum se parentem esse. ut autem privati isti parentes liberos peccantes sæpè castigant, interdum virgas modò ostendunt, & metum incutiunt pro poena: sic ille facit, & faciendo sic emendat. Mirum enim & varium ingenium hominum. quosdam benignitas, & ex ea terror, meliores faciunt. Princeps utitur omnibus, ad dictum hunc usum. Est & communiter illud dogma verissimum: *Verecundiam peccandi facit ipsa clementia regentis*: & in domo meo ac familia tum expertus. Plura super hac Virtute liceat: sed pudor sit post Senecam, cujus aurei libelli duo, & Principibus meritò legendi, satis eam revelant. Nos exempla pro more, demus: & quàm multa ea sunt? & nemo magnus laudatusque Princeps sine istis.

II. de Clem. cap. 11.

Sed agmen ducat divinus ille dux, MOSES. Qui cùm populum ex Ægypto cælesti voce & monito, claris miraculis adstipulantibus, eduxisset: isti tamen idemtidem ingrati, refractarii, rebelles erant. Nunc carnem nunc panem, aut aquam petebant: & ita petebant, ut voces protervas, & pænè lapides ac manus in illum mitterent: sed tamen illa, & veniam etiam dedit. Nec vulgum modò procacem habuit: etiam proceres, etiam proximos. & ecce *Aaron* frater, & soror *Maria*, in mitissimum virum insurrexêre: qua caussa; privata, & levi, quod Æthiopissam, quæ animo ejus collibita esset, uxorem duxisset. *An huic soli*, inquiebant, *Dominus locutus est? nonne & nos cælestem vocem auribus his accepimus*? Et jam se Mosi non opponebant solùm, sed æquabant: cùm Deus pro *viro mitissimo*

Digitized by Google

mitissimo super omnes homines (ita Scriptura appellat) iratus est, & Mariam vitiligine ac lepra subitò percussit. Quæ sic cum fratre ad sanitatem mentis reversa, ad Mosen respexerunt, ille ad Deum: & post septem dies, precibus ejus sincera puraque à morbo apparuit. Quid plures seditiones enumerem? fuêre enim plures: sed Moses ille semper in mansuetudine constans, usque eò amans & ignoscens suorum, ut Dei iram vel hac voce sedaret, *Dele me*, inquit, *de libro vitæ, potiùs quam ut hos tollas.* O vere divine vir! nonnisi ab æthereo Spiritu hic spiritus: & venerari magis in hac parte te fas, quàm imitari.

Tamen & DAVID imitatus est: quis? ille quoque Deo & cælo plenus, qui, cùm *Absalomus* filius fratrem *Ammonem* protervè in convivio interfeciſſet, & triennio apud avum maternum in Syria exsulasset, fractus & misertus revocavit. Quid tamen? ille à scelere ad scelus majus, quasi gradu facto, properat, & regno patrem pellit: vita quoque si potuisset. David arma necessaria capit, *Joabum* Præfectum militiæ cum dilectis viris in illum mittit, sed cum mandato, *Servate mihi puerum Absolomum.* Adeò nec in iram, nec in vindictam exarserat: ut tunc quoque, cùm ambiguo eventu arma caperet, solicitus de venia magis, quàm de victoria esset. At Deus pro illo exarsit & vindicavit, & filius non filius interfectus est: scis quàm invito & dolente? Luctus ejus in publico, & istæ voces: *Fili mi Absolome, Absolome fili me, quis mihi tribuat, ut ege moriar pro te, Absalome fili mi, fili mi Absolome?* Pro superi! ubi Orientales vos Reges, & hodie Turcici estis! qui patres, liberos, fratres interficitis, prompti libenteſque pro regno? iste nec insidiatorem sceptri & vitæ, vita vult exutum: & exutum veris lacrimis luget. II.

Exempla hæc pænè supra hominem; at nostræ sortis PERICLES fuit, qui morti jam vicinus, & spiritu ac vita abeunte, cùm amicos assidentes queri & lamentari audiret, atque alium prudentiam, eloquentiam, victorias, alium alia laudare: ille modicè erecto capite: *Et quid hoc est*, inquit: *aut parva aut fortuita laudatis: aut illud maximum omittitis, quòd nemo mea opera pullam vestem sumpserit.* Mirum judicium! hoc vir ille magnus in suis laudibus ponebat, quòd comis in omnes & humanus, numquam acerbitatem aut vindictam exercuisset. Macte Pericles! vel hoc nomine cognomen *Olympii* meruisti: qui sic extra III.

isto-

stos turbidos affectus, ut nulla non dicam crudelitas, sed asperitas, mentem tuam obnubilarit.

IV. PHILIPPVS Macedo, non major Alexandro: sed fortasse melior, & certè moderatior: is, inquam Philippus famam & immortalitatem vel sola hac virtute meruit. Amici stomachabantur & deferebant, quòd Peleponesi tot beneficiis affecti, criminarentur eum, atque adeò ludis Olympicis exsibilarent: ille in jocum rem vertit, & *Quid ergo*, inquit, *facient, si læsi à nobis fuerint?* Idem, suadentibus, ut severius paullò cum Athenienssibus ageret palàm ingratis: *Nihil agitis*, inquit: *an ego qui ad gloriam omnia refero, theatrum gloriæ meæ evertam?* Sciebat Athenienses ingenio & stilo valere: eoque (etsi alibi humanissimus) hìc magis esse voluit, ut hanc quoque materiem & amandi & prædicandi præberet. At illud in hoc ipso incredibilis non clementiæ, sed & patientiæ; quod cùm iidem Athenienses legatos super aliquâ re ad eum misissent, atque ipse benignè audisset atque indulsisset; dimittens, pro cumulo adjecit, *Ecqua alia in re gratificari iis posset?* Hìc Democharis è legatis, *Ita vero*, inquit, *si te ipse suspenderis.* Hem, vocem & convicium importunum, & ut rem dicam, flagro aut cruce dignum! Itaque amici & aditantes exarserant: sed compescuit se & illos Philippus, ac Thersitem illum nulla vel re, vel voce acerbiore, læsum dimisit. Tantùm hoc ad legatos alios *Nunciate Athenienssibus, impotentiores esse qui ista dicunt, quàm qui dicta comiter audiunt.*

V. Ad Romanos flecto, inter quos M. MARCELLVS qui Syracusas cepit, jam tum cùm cepit, clementissimi animi signa, in medio furore Martis, misit. Parci civibus, qua potuit, jussit, edicto. Nequis liberum corpus, manu, ferro, stupro violaret, servitia modò & pecuniæ prædæ essent. Sed vel sic cùm multa sævitiæ aut libidinis exempla æditum iri videret, ut in urbe per vim capta, conscendisse editum locum dicitur, & subjecta ea oculis, casum ejus, paullo antè sic florentis, humentibus illis defevisse. Privatim etiam cùm de *Archimede* ejusque ingenio audisset, & vidisset; mandavit incolumem servari, & curæ hoc omnes haberent. Non mirum in rudi adhuc ævo, & Romanis ad artes istas parùm factis? Sed mandavit, etsi frustrà, nam miles excurrens, cùm Archimedem repperisset in pulvere figuras describentem, & tota mente illuc versa ignarum publici fati, interrogat gladio super caput

Digitized by Google

put intento, *Quis tu?* Ille nihil, nisi pulverem suum manibus tegens, & *Oro ne turba*, inquit. Ita miles indignatus, & contemni ratus, occidit. Hæc in Sicilia, & victoria: post ipsam ista. Siculi parum grati, & ab inimicis ejus impulsi, quæstum ad Senatum super eo venerunt, scilicet alienas etiam injurias adscripturi. Consul tum erat, & collega *Valerius Lævinus* fortè in Senatu non erat. Itaque facilè ei turbare aut disturbare rem & homines, & irritos illusosque dimittere. Non fecit, & audiri voluit, sed cùm collega advenisset: sedit in subselliis inferioribus, & finitâ accusatione, cum Senatus illos facessere juberet; ille verò retinendos censuit, & ut suæ quoque defensioni, non ut partes, sed velut judices interessent. Qua abloluta, excessit curia, ut liberius sententiæ dicerentur: sed quid opus? clara ejus innocentia, istorum impudentia omnibus, atque etiam ipsis fuit. Non statim è partibus in fautores se transferunt, fiunt supplices, atque adeò Patronum illum Siciliæ adoptant: & suscepit, tam bonâ fide, ut præsentium oblitus, aliis super alia beneficiis exornaret.

VI. M. etiam BIBULUS, etsi fortunâ parum attollente aut prospera semper usus, tamen virtute, & hac animi clementia, excelluit. Duos filios præstantissimæ indolis, cum in Syria Proconsul ipse ageret, Gabiani milites in Ægypto per sævitiam, an proterviam, interfecerant. Eos *Cleopatra* regina, iram justam magnatis viri verita, comprehensos ad ipsum misit, arbitrio scilicet ejus puniendos: at ille, etsi in recenti dolore, patrem, & aliquis dixerit, hominem exuit, ut humanitatem retineret, ac sepositâ omni ultione, eosdem ad Cleopatram intactos remisit; vindicare potuisse contentus.

VII. Quem autem *Bibulo* adjungam? veterem collegam. JULIUM CÆSAREM: in omni quidem vita & proposito hostes, sed in hac virtute geminos, nisi quòd copiâ vincit, qui omnes vicit. Ecce jam adolescens, in freto illo ævi, quàm sustinuit se & moderatus est? Captus à piratis, juraverat sæpius, se cruci omnes suffixurum, si in potestatem redegisset. Redegit, sed tamen æstuat. Homines crucifigat? crudele erat. Remittat? religio adstringebat. In hac pugna naturæ & fidei, clementia viam repperit: & jugulari prius jussit, deinde suffigi. Item sub hoc ævi, *Cornelius Phagita* quidam fuit, ex affectis & emissariis *Sullæ*, homo ne-

Digitized by Google

quam & ad bonorum cædem aut pericula factus. Is latitantem in civili diſſidio *Cæſarem*, tamquam Marianarum partium acriter & ſagaciter indagarat, & ſubinde mutantem latebras ægrè, * pretio accepto, dimiſerat: huic tamen in mutatione temporum, cum poſſet, fortaſſe & deberet, nocere numquam ſuſtinuit. planè quaſi poſt nimbum & tempeſtates, non Æolo, non Auſtro ultrà offenſus. Illa privatus aut impotens fecit: quid in imperiis? mitior ſeipſo illo privato. Initio bellorum civilium, cum quæri terror & adhiberi conſilio ſolet, ad reprimendum aut reducendum: ipſe diverſiſſima via veniam, libertatem, vitam omnibus non dabat ſolum, ſed ultrò offerebat. *Corfinii* quid evenerit, dignum memorari. Tenebat hoc opidum *L. Domitius*, vetus & acer ejus inimicus, cum cohortibus triginta. Inerant Senatores plurimi, equites Romani, & flos aut robur Pompejanarum partium. Ipſe obſedit: milites vim non exſpectarunt, ſed inclinatis in Cæſarem animis, tranſire ad illum, dedere duces & opidum parant: & jam colloquia erant. Domitius ſibi prætimens, & ex conſcientia diffidens, vitam ponere ſuo, quàm Cæſaris, arbitrio (heu, quàm ignarus ejus animi!) elegit. Itaque ſervum medicum advocat, jubet venenum ſibi dari. *Quid deliberas?* inquit: *dominus rogo, & armatus rogo.* Servus quaſi paruit, ſed aſtu facinus diſcuſſit. nam ſoporem ei temperat pro veneno, & filio mox indicavit. Prævidebat ſcilicet futurum, ut hominem pæniteret præcipitis conſilii, maxime ſi ſpes veniæ à Cæſare eſſet. Atque ea ſtatim affulſit. Nam ille vir omnes honeſtiores ad ſe in caſtra vocavit, benigne affatus eſt, ad pacem & pacata conſilia hortatus, dimiſit cum rebus incolumes: & quò? ſtultitiam rideat àliquis: pleroſque iterum ad Pompejum. Sed hæc illorum, non Cæſaris culpa. Domitius intereà cum audiſſet, atque experrectus eſſet, torqueri & angi de veneno: donec famulus metum diſcuſſit, rem aperuit, atque ille quoque rectà ad Cæſarem, vitam, libertatem, pecuniam recepit. Eodem bello, in Hiſpania ad Ilerdam, cum hoſtes ad pacis neceſſitatem adegiſſet, & jam conditiones ferrentur, milites ſermones & convivia miſcerent, & ex binis caſtris una facta eſſent: en *Petrejus* & *Afranius*, Pompejani duces, ſubita pœnitentia, an perfidia, arma capiunt, Julianos invadunt, occidunt: ipſe, cum facinus reponere poſſet, & Pompejanos retinere vel item occidere, illorum diſſimilis, ſui ſimilis, ſumma diligentia conquiri omnes juſſit, & remitti. In ipſa acie Pharſalica, medio ardore pugnæ, ita vincere vo-

* *Duorum talentorum*

Digitized by Google

voluit, ut perdere timuerit & vox ejus obequitantis paſſim excepta, *Parce civibus.* Atqui non fecit inquies. Imò ille fide optimâ: niſi in acie, nisi reſiſtens, nemo occiſus eſt: & ſervare promptior, quàm illi ſervari. O inauditam, nec niſi cæleſtem, clementiam! è tanto numero, tam pertinacium adverſariorum, non niſi tres (*L. Afranius, Fauſtus Sulla, L. Cæſar*) interfecti poſt aciem, ejus juſſu ſive permiſſu reperiuntur: atque ii ſævi & crudeles in eum, & venia, quàm antè impetraverant, iterata rebellione, corrupta. Omnibus etiam ſuæ partis nominatim unum, quem vellent, ſervare & excipere ex hoſtibus conceſſit: denique tandem uno Edicto, etiam quibus nondum ignoverat, redire in *Italiam*, ad opes, honores, imperia, permiſit. In ipſius *Pompeji* morte, qui alieno ſcelere & invidia ceciderat, tantum à gaudio & inſultatione abfuit, ut lacrimas non tenuerit: & averſatus homicidas, bello etiam mox perſecutus ſit, & cæde ac ſanguine manibus illius parentarit. Quin & memoriam ſtatuaſque ejus, disjectas à plebe, reſtitui juſſit: cavillemur aut interpretemur, ut volumus, magno animo, & (ut ego cenſeo) verè miti & clementi. Verba ejus ex epiſtola quadam ad *Oppium* & *Balbum* notavi & amavi, iſta: *Gaudeo me hercules, vos ſignificare litteris, quàm valdè probetis ea quæ apud Corfinium ſunt geſta. Conſilio veſtro utar libenter, & hoc libentius, quòd meâ ſponte facere conſtitueram, ut quàm leniſſimum me præberem, & Pompejum darem operam ut reconciliarem. Tentemus hoc modò, ſi poſſumus, omnium voluntates recuperare, & diuturnâ victoriâ uti. Hæc nova ſit ratio vincendi, ut miſericordia & liberalitate nos muniamus.* Ex pectore ſunt iſta verba; & familiariter apud homines familiariſſimos prolata. Ego te Cæſar, ob alia tua & cauſſas belli, non nimis amo: in ipſo bello, & ob hanc clementiam, inter heroas numero, & meo calculo, hac quidem re DIVVS eſto.

VIII. Aliquid ab hac ſtirpe aut multum traxit OCTAVIANUS CÆSAR, adoptione filius, ſanguine ejus nepos. Is in republica varium clementiæ ſpecimen dedit, adeò ut in theatro cùm recitaretur, *O dominum æquum & bonum!* univerſi oculos ad ipſum referrent, & voce geſtuque comprobarent. Sed in privata etiam vita (ubi natura maximè appâret, nec gloriam aut ſermonem ſibi proponit) præbuit inſignita exempla. Ut in *Diomede* ſervo ſuo diſpenſatore, qui cùm una

Digitized by Google

ambularent, & repentè ferus aper in eos incurreret; ipse dominum objiciens, manibusque propellens, post eum latuit. Atque Augustus quidem fato, aut animo tuo, servatus est; sed & hunc nihil læsit, timori potiùs factum, quàm noxæ adscribens. Idem cùm in Hispania *Corocotta* quidam famosus latro esset, & paci publicæ ac privatæ diu infestus, præmium proposuit, siquis hominem vivum adduxisset, * *decies sestertium*. At ille, spe evadendi aut latendi abscisâ, magno animo ad Cæsarem ultrò venit: & *Quæsitus tibi Corocotta*, inquit, *ecce adsum: facies, quod voles huic capiti*. Cæsar ira omni depositâ, & memoria tot facinorum, non solùm ignovit ei, sed & præmium promissum (quia Corocotta Corocottam stiterat) appendit. Sed superat priora, hoc de *M. Bruto*: cujus statua ærea, adfabrè facta, Mediolani erat: credo monumentum virtutis & modestiæ, qua Galliæ illi Cisalpinæ, sub Cæsare, præfuerat. Hanc, diu post transiens Augustus conspexit, & repressо gradu substitit: vocavitque coram omnibus ad se magistratus, quasi in re gravi: & cùm venissent, *Quid vos*, inquit, *inimici nostri estis? & hostes meos apud vos habetis?* Illi timidi, nec gnari quò accusatio spectaret, negare, & mutuo sese intueri. Cæsar iterum, ostensa statua: *nonne hic ille est meus hostis?* Tum verò illi seriò trepidare, & mussitare: at Cæsar arridens, laudare etiam eos benigno vultu & verbis cœpit, quod judicium aut animum cum fortuna non mutarent: & ut talis viri statua maneret, porro præcipit. Duplex clementia, & in defunctum Brutum, cujus memoriam honorat; & in Mediolanenses, qui rigide interpretantibus deliquisse in majestatem Principis videbantur.

* XXV. M. Philip. picùm.

An dignus est, qui inter hæc nomina locum habeat NERO CÆSAR? monstrum crudele, tætrum, sed unâ voce meritum clementissimis accenseri. Initio imperii, cùm duo milites deliquissent, & morte puniendi viderentur; *Burrhus* Præfectus Prætorio, chartam de more ad imperatorem tulit, ut is subscriberet & mortem, & causam. *Nero* allatam aliquoties rejecit & distulit: tandem cum repetereret & instaret *Burrhus*, nec ultrà esset effugium, tristis accepit, & cum hac voce: *Quàm vellem nescire litteras!* O dictum magnæ, utinam diurnæ, lenitatis! O dictum! quod laudes magni *Senecæ* illius meruit, & libros de *Clementiâ* expressit. Amemus

udemusque, vel hoc nomine.

Digitized by Google

Diversi ab illo uterque VESPASIANUS, pater & filius: qui ante Principatum & sub initio, multa sævitiæ & luxuriæ rumore, in ipso mutati in melius fuêre. Patris quidem quanta benignitas? qui & *Vitellii* hostis sui filiam (adeò stirpem ex eâ non veritus) splendidissimè maritavit, dotavit etiam & instruxit. Atque idem, cùm sub *Nerone* interdicta ei aula esset, trepidusque abiret; accurrit quidam ex Admissionalibus, qui asperè eum compellans, & simul expellens, *abire Morboviam* jussit. Hunc posteà, & jam Princeps, vitæ suæ anxium & deprecantem, non nisi joco aspersit, & pariter *abire Morboviam* totidem verbis jussit. Denique commuiter hoc de illo Tranquillus: *Neque cæde cujusquam umquam lætatus est, justis supplicüs illacrimavit etiam & ingemuit.* X.

At filius TITUS, amor & deliciæ generis humani, nil nisi bonitas & lenitas. Pontificatum maximum ideò se capere professus est, ut in summo sacerdotio, puras à sanguine manus servaret: & re præstitit, *nec author posthac* (verba Suetonii) *cujusquam necis, vel conscius, quamvis interdum ulciscì caussa non deesset, sed* PERITURUM SE POTIUS, QUAM PERDITURUM *adjurans.* Duos patricii generis, convictos in affectatione Imperii, satis habuit verbis monere, *ut desisterent. Principatus fato dari: à se si quid aliud vellent, peterent impetrarentque.* Et statim etiam ad alterius matrem, quæ procul agebat, ne tristiore nuntio percelleretur, cursores suos misit, qui & periculum filii nuntiarent, & salutem. Fratrem *Domitianum* ex professo insidiantem, & exercitus in eum solicitantem, nulla re læsit aut minuit: imò precibus sæpè egit, mutuo in se animo esse vellet, & consortem successoremque imperii. nihilo seciùs semper nominavit. Non fregit improbum. veneno ejus paullò post periit, cum publico generis humani damno. XI.

CAROLUS verò MAGNUS inter nostros (nam ad propiora veniendum est) gloriam & gratiam hac quoque virtute collegit. *Pipinus* ejus filius in patrem conjuraverat, res clara erat, ignovit: fecit iterum, ignovit: at ne tertiùm tamen tam lubrica mens laberetur, adstringendum religione censuit, & monachum eum fecit. Duplici beneficio, & veniæ, & viæ ad melius regnum ostensæ. Peccavit in eum & filia, sed ridicula narratio est, tamen expromenda. Erat *Eginhartus* in aula *Carolo* ab Epistolis, vir ut illo ævo, do- XII.

Digitized by Google

ctus & prudens, sed non in amorem. Concepit eum in Domini sui filiam, etsi impar erat, & ipsa vicissim arsit. Rem inxerunt, ut solent amantes, furtivâ sui copiâ & congressu, qui aliquamdiu latuit: nec hiemante quadam nocte, cum in secretiore cubiculo *Eginhartus* fuisset, & sub ipsam lucem exire vellet, videt multam nivem cecidisse. Hæret, & timet ne à vestigiis deprehendatur vir in gynæceo fuisse. Consilio & astu subvênit amica, & illum in humeros sublatum & pendentem, dulce onus, aliquamdiu tulit. Ecce (ô sortem iniquam pariter, & æquam!) videt hoc casu *Carolus*, & cum dolore suo & risu simul utrumque benè notat. Dissimulat, die pleno conventum Principum virorum habet, narrat jocosum & fœdum factum: rogatque (sed nomina tacuit) famulus qui sic in dominum, filia quæ in patrem peccasset, quâ pœnâ digni viderentur? Illi, *Mortis*, respondent. Tum igitur utrumque advocat, & coram se sistit. *En*, inquit, *isti sunt qui peccarunt. Tu Eginharte, tu filia, qui ausi hoc estis? Nec negandi locus est: me inspectorem, accusatorem, judicem, vindicem habetis. Quid meruistis? isti dixerunt, Mortem: sed & animus vester vobis idem dicet. Tamen, mitem tu Dominum, tu Patrem videte: ignoscimus, hac lege quam dicam. Eginharte hanc tuam latricem vxorem duces: concordes estote, & mutuum deinceps quoque inter vos ferte.* Dixerat: illi à summo metu in summum gaudium translati grates agunt, gratulationes accipiunt: *Carolus* in gloria est, isti in fama.

XIII. Nec nimis severum est, quod addam. CAZIMIRVS erat Dux Sendomirienſium, potens Princeps, idemque posteà rex Polonorum. Visum illi aliquando fuit tempus ludo fallere, & domesticum quemdam suum, *Joannem Comarium* Equitem, ad aleam vocat. Ille paret, ludunt, alternat fortuna: & tandem cum multa nox esset, atque incaluissent, placuit uno jactu de tota summa decidere. Is felix *Cazimiro* fuit: & pecuniam totam ad se attraxit. Indignatus *Joannes*, & forti suæ iratus, per calorem Principem invadit, & fortiter os ejus depalmat. Clamor & ira omnium, famulus Dominum, Eques hunc Principem? Capitale erat: sed beneficio noctis elabitur, & manè tamen captus reducitur, & *Cazimiro* sistitur puniendus. Ille re benè considerata, in prudentem hunc sermonem erupit: *Amici iste minùs, quam ego, peccavit: imo quidquid peccatum est, est meum. Calor & subita ira (cui nec sapientes semper pares sunt) transversum cum egit, & mentem ac manum*

Digitized by Google

manum movit: ego causſam cur præbui? cur oblitus conditionis & dignitatis meæ, quasi cum pari lusi? Imo tu Joannes, non veniam à me solùm, sed gratiam accipe, vili cassegatione me docuisti; ne quid in posterum indignum Principe committam, & intra decori aegravitatis metas me fistam. Ita dixit, fecitque, ô clementiam, ô patientiam, ô prudentiam! omnes hæ virtutes concurrunt, sed primas tamen prima, me judice, ferat.

XIV. At in LUDOVICO *Duodecimo*, Galliæ rege, spe stabilis eadem virtus fuit. Presserat eum *Carolus Octavus*, rex, ut heredem proximum: & qui doleret prolem, sibi non esse. Ita presserat, ut in custodiam etiam daret, & vitæ suæ parùm securus videretur: plerisque Procerum & vulgi pro præsenti fortuna stantibus, & adversantibus, certè aversantibus infelicem. Intereà Deus in occultoalia destinat: *Carolum* subitò tollit, hunc ad regnum evehit: attonitis multis, & vultum sermonemque mutantibus, & ad gratiam novi regis se acclinantibus. Erant enim qui superbiebant, constantes anteà in ejus cultu aut obsequio: è quibus unus magnâ fiduciâ ad eum accedit, & bona petit civis cujusdam *Aurelianensis*, qui tristi illo tempore inter acerrimos Ludoviti hostes fuerat. Hîc rex, animo planè regio, effatur; *Tu vero aliud à me pete, & meritis tuis gratia erit. De isto, omitte: nam rex Galliæ* (verba ejus sunt) *non exsequitur injurias ducis Aurelianensis.* Optimè. Dux enim anteà, cum hoc titulo fuerat: & significabat argute, dignitatem se, atque etiam affectus cum ea mutasse. Ille verò eâdem magnitudinè animi (mater hæc semper Clementiæ) edixit publicè: *Habiturum se eosdem consiliarios cum defuncto rege, ministros, stipatores, eademque bonore & salario.* Deus bone, eosdem cum illo sic infesto, & iniquo? Fiducia virtutis hoc facit: & præstari sibi spondet, quæ scit deberi.

XV. Tempora confundere liceat, sed re eâdem. Quam ea im geminum est, quod olim HADRIANVS Imperator cuidam, qui ante imperium inimicitias secum gesserat? Ille occurrit trepidus, & vix verba ad preces reperiens: cum statim Hadrianus: *Evasisti*, inquit. Benigne simul, & acute. *Perieras*, inquit, *si pares contendissemus: nunc superior omitto, & potentiam meam, non nisi beneficio, ostendo.*

XVI. Te autem ALPHONSI silebo? qui totus bonitas & beneficentia. *Titum* nobis, sed diuturnum, repræsentasti, Obsidebas Cajetam, pertinaciter, in te rebellem

lem. constabat obsessos inopia commeatuum premi: atque ipsi hoc fassi, senes, pueros, fœminas, & inutilem omnem turbam emittebant. Agitatum in consilio, ut rejicerentur & reprimerentur; dedendam enim ita mox urbem. ille misertus, emitti eos maluit, & diutius assidere. Sed cùm nec potitus ea esset, quidam ausi objicere, *Nisi tu illos emisisses, urbs jam tua fuisset:* ille constanter respondit, *At mihi pluris tot hominum incolumitas est, quam centum Cajetæ.* Tamen nec ea diu defuit: & cives tam insigni virtute moniti & resipiscentes, ultrò se ei tradiderunt. Simile in *Antonium Caldoram*, potentissimum regni Neapolitani, & pervicacem hostem. Is prælio deinde magno victus, itemque captus, cùm omnes suaderent de tollendo importuno homine, & Aragoniis semper infesto, unus restitit, atque adeò non vita solùm, sed omnibus bonis redonavit. Quin & supellectilem atque instrumentum ejus, magnæ elegantiæ & pretii, quod in manibus habebat, totum uxori ejus dedit: unica modò patera cristallina sibi asservata. Hæc facta viri, & consonæ item voces. *Interrogatus, Cur erga omnes, etiam malos, ita lenis esset? Quia*, inquit, *bonos justitia conciliat, malos clementia.* Iterùm, cùm de nimia ejus lenitate quererentur ministri, nec decêre Principem: *Quid ergo?* inquit, *vultis ursos ac leones regnare? Nam hominum Clementia, belluarum Feritas est propria.* Vera dixit. quo quis major, & magis, ut sic dicam, homo est; hoc virtuti huic pronior, quæ & *Humanitas* ideò est dicta.

CAPUT XIII.

DE FIDE.

Hanc quoque Principi convenientem, vel necessariam potius haberi.

POst Justitiam & Clementiam, Fidem commendamus: hanc quidem ex Justitiâ natam. Quid enim magis ea dictat, quàm promissa præstanda? Et qui non facit, non solùm injustum, sed ignavum meritò habeamus. Qui enim fallit & decipit, eò facit quia potentiæ aut viribus minùs fidit: conatur igitur fidei specie circumvenire, & hanc vilitati suæ prætendit, ostentandam non servandam. Turpe, & sublimi omni animo indignum. Imò & naturâ abhorremus. pueros vide. Mendacium inter prima probra objiciunt;

&

Digitized by Google

& quamquam levitate quadam assumunt, tamen judicii insita rectitudine damnant. Admiranda Dei providentia, virtutes animo inserentis, sine quibus vita & societas stare ægrè possit: quod in Justitiâ, & Fide, palàm videmus. Tolle illam, aut minue: raptus, cædes, bella erunt: atque hæc nullo fœdere aut pace terminanda. Quid enim adstringet? Cole igitur, ô Princeps, *venerabile hoc fidei numen, quæ dexteram suam, certissimum* SALVTIS HVMANÆ PIGNVS *ostentat.* Junge tuam, si non dicam bonus, sed magnus & felix esse exoptas. Hoc enim quoque ab eadem Providentia, quòd callidi isti & impostores, quantumvis subtilibus consiliis, rarò aut numquam ad potentiam perveniunt: aut si, in eâ non sunt firmi. At aliter in candidis ingenuisque mentibus, qui Deum, qui fidem reverentur: hi crescunt, florent, & perseverant, cælesti favore prosequente & attollente. Q. Marcius hoc benè, apud Livium FAVERE PIETATI, FIDEIQVE *deos, per quæ populus Romanus ad tantum fastigii venerit.* Benè, & opportunè ad Persem regem, qui spem in astu & fallaciis ponebat, fœderum parum constans. Vtilitas igitur fidem approbat: & vel noxa à Perfidiâ possit deterrere. Nam ut sapientissimè Homerus:

Valer. Max. l. 1. cap. 6.

Lib. XLIV.

Οὐ μὲν πως ἄλιον πίλεϊ ὅρκιον, ἀλλά τε δηοὶ
Σπονδαί τ' ἄρνες τε, καὶ ἀρρῆτοι ἐν ἠέρι μῆλα,
Εἴδωρ γάρ τε καὶ αὐτὶκ' ὀλύμπιος ἐκ ἐτίλασσεν
Εἴ τε καὶ ὀψὲ πολεῖ. σὺν τε μεγάλῃ ἀκίτισσε
Σὺν σφῇσι κεφαλῇσι, γυναιξί τε καὶ τεκέεσσι:

At non irritum erit jurandum, & fœdera pacta.
Sanguine, nec dextræ, quis credere suadebamur.
Nam quamquam Deus haud pœnas in tempore sumit,
At post sumet: & hi magno, mihi crede, rependent
Ipsi, atque uxores, & dulcia pignora nati.

Audis verè vatem. Semper mala Fides pœnas statim aut posteà, in violatoribus, aut sanguine eorum, luit. Et vis præsentis aliquâ commodi specie adhærere? fuge: nam & Fama sic te fugiet; & quisquis vel hanc amat, Fidem amet. Cujus multa vel testimonia sunt, vel Exempla.

ÆGYPTIIS quidem & apud priscos illos multa præclara invenio) lex fuit, recitante Diodoro: *Perjuri capite puniuntor. quia duplici scelere obstricti, & Pietatem in Deos violant, & Fidem inter homines tollunt,* MAXIMUM VINCULUM SOCIETATIS. Rectè de *Pietate.* quis enim perfidus, non & Dei numen, & advocatum nomen, spernit.

Digitized by Google

II. AGESILAI Spartani regis factum & dictum subjungam, qui cum exercitum in Asiam trajecisset contra regem Persarum; *Tissaphernes* summus Satrapa viribus imparem se videns, & celeritate præventum, fallere per speciem fidei quæsivit. Itaque de induciis cum *Agesilao* egit, adsimulans operam intereà se daturum, ut Rex cum Spartanis componeret. Dedit *Agesilaus* trimestres, quas ipse quidem optima fide servavit: at alter copias cogere, loca munire & bellum summâ vi comparare. Quod ubi Laco sensit, & monitus est; nihil moveri. Imò multum in eo sibi profici dicebat quod *Tissaphernes* suo perjurio & homines alienaret, & Deos redderet iratos. Vtrumque in se aliter esse. quòd & milites fidentiores redderentur, Deorum ope fisi; & homines amiciores, qui iis ferè studerent, quos conservare fidem III. viderent. Et res atque exitus ita fuit.

Ex eâdem Græcia fuit ANDRONICUS quidam à *Demetrio* rege præfectus Tyro. Cum autem *Demetrius* gravi prælio victus à *Ptolomæo* esset; iste loca & regiones passim invadebat atque occupabat, destitutas scilicet omni spe auxilii. In aliorum ignavia, aut perfidia, constans mansit *Andronicus*, & adventanti Ptolomæo, atque invitanti, fortiter restitit: donec à militibus, seditione motâ, desertus & urbe ejectus est. Venitque in Ptolomæi manus, qui nihil ut in hostem & pertinacem fecit, sed fidem illam ipsam admiratus, quam oderat, donis cumulavit, & in cohortem amicorum IV. transcripsit.

Apud Romanos plura & fortiora exempla. Primum communiter in ipso SENATU, aut POPULO. veluti, obsidione urbis à Porsena, cum jam pax coisset, & datis utriusque sexus obsidibus firmata esset: virgines, duce *Cœlia*, transmisso Tiberi, hostibus se eripuerunt, & Romanis suis restituerunt. Poterat excusatio esse, & qui in custodia habentur, fallere posse custodes: sed noluit Senatus, & bona ac verè prisca fide censuit obsides remittendos. Iterum. *Faliscorum* civitas aliquoties rebellis, dedere se tandem Q. *Lutatio* Consuli coacta est, in quam cum sævire populus Romanus cuperet, & asperius consulere; doctus à *Papirio*, Faliscos non potestati, sed fidei se Romanæ commisisse, statim destitit, & verbuli religione motus, iram omnem impetumque deposuit. Quàm longe illi à cavillis, quos mala calliditas semper reppererit? Romani etiam CONSULES, bello Punico primo, speciosè hac fide se ostentarunt. Victa erat

Digitized by Google

erat circa Siciliam magna Punica classis, fractique duces consilia pacis agitabant. Sed ex iis *Amilcar*, negabat ire se ad Romanos, ne eodem exemplo sibi catenæ injicerentur, quo ab ipsis *Cornelio Asinæ* Consuli fuissent nuper injectæ. Sed *Hanno* melior Romani ingenii moriſque æſtimator, dixit fidenter ſe iturum, & ivit. Verba fecit, & facienti Tribunus militum qui circa Tribunal adſtabat dixit, *Nonne tibi meritò eveniat, quod Cornelio factum?* Conſules ſtatim Tribuno tacere juſſo, *Iſto te*, inquiunt, *metu Hanno fides libertatis noſtræ liberat.* Verba gravia, verba veracia: & quanta gloria, nec ſpeciem violandæ fidei dare voluiſſe?

V. Quod & P. SCIPIO *Africanus* fecit, qui captâ nave Carthaginienſium, in qua multi illuſtreſque viri vehebantur; illi ad effugium commenti ſubitò ſunt, Legatos ſe ad eum veniſſe. Apparebat mendacium, & argui poterat: ſed magno Romanoque animo maluit decipi fidem ſuam, quàm accuſari. Idem. Carthagine jam obſeſſa, cùm feſſi malis legatos pro pace in urbem miſiſſent, atque intereà naves Romanas & commeatum diriperent, contra fœdus: *Scipio* nihil armis etiam tentans, ſuos Legatos in urbem miſit conqueſtum, & jus petitum. At illi vix retenti ſunt, quin manibus eos violarent: niſi quod ereptos tamen è turba, primores ad mare deduxerunt, & præſidium triremium dederunt, quæ proſequerentur redeuntes. Sed id quoque parùm bonâ fide, certè abeuntibus triremibus *Aſdrubal* ſtatim eos aggreſſus eſt, & in conflictu duorum legatorum perierunt, reliqui inter tela volitantia ægrè ſe in caſtra & ad Scipionem receperunt. An non & hæc cauſſa ſolvendi juſtè fœderis? non fecit: Legatos Româ exſpectavit. Sed ii cùm re infectâ diſcedere à Senatu juſſi eſſent, & ad ſuos ſtatim ſe recipere, ut hoſtes: ecce tempeſtas detulit eos ad ipſa *Scipionis* caſtra. Et cùm Præfectus maris à *Scipione* petiiſſet, *Quid iis faceré deberet? Nihil tale*, inquit, *quale nobis Carthaginienſes*: dimiſitque intactos. Hominem hunc fidum dicam, an ipſam in humano corpore Fidem?

VI. Diſſimilis aliâ virtute, aut fortunâ: ſed hac par fuit SEX. POMPEIUS, is qui Siciliâ & Sardiniâ occupatis, grave bellum fecit Triumviris, & populo Romano. Et cum inediâ atque inopiâ eos conficeret, coacti ſunt ad pacem venire, etſi parùm fidam aut diuturnam.

Igitur

Igitur *Octavianus Cæsar*, & *Antonius*, colloquium cum eo instituerunt, circa Misenum: quò ipse classe instructâ appulit, illi terrestribus copiis succincti. Convênit tandem certis conditionibus de pace: atque ut, illi firmandæ, inter se benevolè agerent ac cænarent. Prima cænæ sors *Sexto* evênit, qui rogante Antonio, *Ubinam cænaturi essent?* facetè respondit. *In meis Carinis*: ad navem suam respiciens, in qua paratum epulum; tum & ad domum paternam, quam sitam Romæ in *Carinis* Antonius occupabat. Igitur in navi convenerunt, & jam epulæ, & sermones, & cavilli in *Antonium* & *Cleopatram* ejus erant: cùm sensim à tergo accedens *Menas* libertus, classis Præfectus, *Sextum* clàm affatus est: *Visne tu, ut funes incidam, & navim abducam, faciamque te non Siciliæ modo & Sardiniæ, sed orbis terræ dominum?* Dixerat & facere poterat. pons tantùm navim cum terra jungebat: qui eâ motâ ruebat & quis hominum impedire, aut succurrere potuisset? In duobus autem illis capitibus universa tunc res Romana nixa. Sed Deus & fata noluerunt: nec ipsa Fides, quæ *Sexti* mentem movit: *Et te quidem, Mena, facere fortasse oportebat*, inquit, *non prædicere. Nunc autem præsentibus acquiescamus*: NEC EST MEUM PEJERARE. Macte Sexte! quem vel ob hoc dictum factumque (nam cetera degenerant) nec Romæ abdicet, nec pater.

VII. Atqui & in singulos fidei etiam exempla sunt, ut hoc LUCILLII, qui vir & Senator illustris, in partibus *Bruti* atque acie Philippensi fuit. Cùm Brutus igitur altero prælio victus fugeret, & equitum manus insectaretur, & jam in eo esset ut apprehenderet: ille statuit vel morte sua illum eripere, ac paullùm velut fatigato equo subsistens, Brutum se simulat & præfert, ac capi ab illis est passus. Qui ingenti gaudio perfusi, ut tam ubere prædâ, adducebant eum reflexis habenis (nam id quoque petierat, quò magis falleret) ad *Antonium*, non ad *Cæsarem*, quasi de ejus benignitate melius speraret. Interea *Antonius* per præmissos quosdam jam certior de capto *Bruto*, prodibat scilicet obviam; sed & alii cum illo, partim miserantes, partim incusantes, quòd vitæ cupidine eò deductus esset. Jam propinquis, substitit *Antonius*, incertus quo vultu verbisque Brutum exciperet: cùm statim *Lucillius*; *M Brutü, Antoni*, inquit, *nemo cepit aut capiet, spero, hostis: Dii meliora quàm ut in tantü Fortuna Virtutẽ calcet. Sed enimverò ille aut alibi vivus reperietur liberq; aut certè, ut illo dignum est, abiuit. Ego verò Lucillius sum, qui militibus*

tuis

Digitized by Google

tuis imposui, vt illi esset effugium: nec quicquam pœnæ hoc nomine recuso. Obstupuerant omnes, præsertim milites qui sic sibi dolebant prædam ereptam: sed ad eos *Antonius: Commilitones*, inquit, *bono animo estote, nec putate vobis fraude vel errore isto illusum. Imò uberiorem, certè gratiorem mihi prædam, quàm putabatis aut petebatis, scitote adductam. Nam Bruto ipso quid facturus fuerim vivo, sum incertus: nunc dum hostem quæritis, amicum reperistis, & adduxistis: qui, tu Luculli, semper mihi eris. Abite, præmium exspectate.*

Laudabilis & ille Cæsaris CENTVRIO. qui captus VIII.
in mari Africo, cum paucis veteranis, & ad *Scipionem* deductus, cum is vitam & pecuniam proposuisset omnibus, si militare secum vellent: ipse respondit, *Pro tuo summo beneficio Scipio (nec enim Imperatorem appellabo, qui vnus mihi Cæsar est) gratias ago, qui vitam offers belli jure capto. Sed huic beneficio quia scelus conjunctum est, non vtor: Egone contra Cæsarem, apud quem ordines duxi, viginti sex amplius annos militavi, adversus armatusque consistam? Ne fides hoc sinat aut virtus: & te magnopere hortor, vt de incepto desistas. Contra cujus enim copias contendas, si nosse vis? age, elige ex tuis cohortem vnam, quam voles: ego ex meis, quos nunc habes, non amplius decem sumam: tunc ex virtute & successu nostro intelleges, quid sperare de copiis tuis debeas.* Ita militariter Centurio, quem statim ante pedes suos *Scipio* interfici jussit: quo crimine damnatum? fidei, quod inter desciscentes gravissimum est.

Sed nec superior aut nostra ætas hujus laudis ignara IX.
est. utsin Hispaniâ cum rex *Ferdinandus Primus* tres filios reliquisset, *Sanctium*, *Alphonsum*, *Garciam*, regna quoque inter eos divisit, sed voluntate aut pace non firma. Nam statim ab ejus morte *Sanctius*, ingenio violentior, fratrem *Alphonsum* bello aggressus vicit, cepit, & monachum profiteri coëgit. Non diu perseverat coacta pietas, abdicat, & clàm cum *Petro Ansurio Comite*, ad regem Toleti, *Almenonem* confugit. Maurus is erat, & religioni hostis, sed cum patre Alphonsi *Ferdinando* amicitia ei & pax fuerat: eoque electus à profugo, cui se crederet, & iste cum fide recepit, habuitque. Dum illic est, evênit ut coram *Almenone* capilli ejus subrigerentur, & manu aliquoties compressi non subsiderent: quod Mauri vates triste prodigium interpretati sunt & hunc esse, qui ad urbis Toletanæ imperium erigeretur. Itaque de nece suadebant, LXX.

Digitized by Google

debant. non fecit Rex, & potior ei metu fides fuit. Quod mirum in barbaro, satisque habuit, juramento *Alphonsum* adstringere, ne se vivo regni sui terminos infestaret. Ecce autem paullò pòst interficitur ex insidiis, ad *Zamoram*, rex *Sanctius*: & soror *Urraca* benignè in hunc fratrem affecta, nuntios litterasque statim mittit, quibus ad regnum evocat, & suadet astu aut celeritate evadere barbaros fines. Æstuabat *Alphonsus*, faceret? ingrati animi notam metuebat; tum etiam ne non celaret, & reduceretur meritò non demittendus. Non faceret, & rem aperiret? ne vinclis, aut conditionibus adstringeretur ab eo, qui à tam vicino & potenti rege haud frustrà timeret. Vicit tamen fides in honesto animo, & gratitudo: ad *Almenonem* venit. *Quod tibi gloriosum*, inquit, *mihi felix sit, ad regnum à meis vocor, ereptum in parte à fratre nuper, nunc ejus fato universum relictum. Culpare illum mortuum, pietas me vetat: eadem, ut tuum beneficium prædicem, incitat, qui profugum, ab hominibus & fortunâ relictum recepisti, fovisti: quâ spe aut præmio, nisi quod ab ipsâ virtute est? Et tamen animus agnoscendi solvendique non deficit, fortasse, nec occasio aut materies, si per te mihi datur eâ uti. Age Rex magnanime, imple tua beneficia, & pro cumulo, Regem me in regnum remitte. Hactenus vita tui muneris est. fac ut sit & sceptrum.* Ita noster, quem Maurus amplexus, incolumem regemque gratatur, & promittit. *Neutrum*, inquit, *futurum, si me insscio, non iter sed fugam tentasses. Nec enim te celo, nota mihi mortem, Sanctii fuisse, & tacitum ex spectasse tua consilia, ut aut laudarem ea, aut vindicarem. Istud facturus sane eram, si fallaci & ingrato animo te subduxisses: & exploratores subsessoresque viarum dispositi à me erant, qui, sed taceo, & gaudeo opus non fuisse. Virum bonum fidumque te, erga me talem ostendisti: fac & in regno, quod omnes dii tibi fortunent. Nihil stipulor, nisi illud vetus, Amicum te fore mihi & majore filio Hispemo, quamdiu vita utrique erit.* Dixit, & pecuniam comitesque dedit, atque ipse, honoris caussa, aliquantum spatium deduxit. Clarissimum hercules exemplum Fidei in Afro; quod miremur, religionisque diverso: sed & divinæ Providentiæ, quæ id regnum & urbem ab eo voluit capi, qui perfugium ibi habuerat & tutelam. Quod novem circiter annis post evênit, sed mortuo *Almenone* & filio majore.

Habet & iterum Hispania Fidei exemplum, in Lusitania, sed in homine Christiano. Is fuit FLECTIUS vir nobilis, arci *Conimbricæ* atque urbi à *Sanctio* rege præ-

Digitized by Google

præfectus. Sed enimverò is *Sanctius* malè & improſpere regnum adminiſtrabat, aulicis quibuſdam nimis credulus, & inprimis *Menciæ* uxori ſuæ addictus mancipatuſque. Igitur querelæ, & mox conſpiratio Procerum in illum fuit: denique eo ventum, ut Pontifice ipſo, quem adierant, (is *Innocentius* fuit) auctore, curam tutelamque regni ad *Alphonſum* tranferrent, *Sanctii* fratrem. Inde bellum, & plerique à Rege veteri alieni: ſed conſtans pro eo *Flectius* iſte fuit, & oppugnationem & arma etiam *Alphonſi*, ac totius gentis, excepit. Nec flecti potuit, donec ei nunciatum, *Sanctium* in exſilio *Toleti* mortem obiiſſe: *pro quo pugnaret ultra, aut fidem obtenderet? Daret ſe & verteret, quo Fortuna & omnes; nec pulcherrimam laudem, titulo Pervicacis aut Inſani mutaret.* Audit Flectius, nec ſatis credit, petit veniam ab Alphonſo, ut ipſus Toletum ire, & coràm arbitrari poſſit. Facilè impetrat, & intereà ab oppugnatione ceſſatur. Cum venit, Regem ſuum fato functum, ſepulturamque invenit: atque ut in animo ſuo, non ſolum opinione hominum, liber eſſet, aperto ſepulchro, cum ſuſpiriis & lacrimis, ipſas claves urbis Conimbricenſis in manus dat, his verbis: *Quamdiu, ô Rex, vivere te judicabam, extrema omnia ſum perpeſſus, coriis pellibuſque famem toleravi, ſitim lotio: civium animos ad deditionem inclinantes, & conantes, erexi aut repreſſi: denique quidquid à fideli homine, & in tua verba jurato, exigi exſpectarique potuit, id præſtiti, & perſeveravi. Unum ſupereſt, ut clavibus tuæ urbis tibi traditis, ſolutum me juramento omnibus, & civibus te vitâ ceſſiſſe, denuntiem. Deus tibi benè faciat, in alio & meliori regno.* Ita abiit, & legitimum jam alterum regem agnovit, & adhæſit.

XI. TRIMVMPARA etiam in Orientali India, qui rex *Cochini* erat, cùm eò Luſitani veniſſent, fœdus pacemque panxit. Mox in novam & ſuſpectam gentem conſpiratio omnium, & maximè *Calecutienſis* regis, qui opibus & milite inter vicinos pollebat. Ille igitur copias amicoſque jungere, & hunc inprimis *Cochini* regem pertrahere, & ſuadere ut ejectis aut potiùs traditis pauculis Luſitanis, quos fidei ſuæ creditos acceperat, ſe culpa, omnes metu exſolveret. Ille verò obniti, & apertè dicere, *Omnia ſe potius, quàm fidem amiſſurum. Siqui è ſubditis aut amicis id ſuaderent, eos vero magis hoſtes ſe ducere ipſo Calecutienſe: quoniam iſte regnum modo aut vitam eripere, iſti pulcherrimam virtutum conarentur. Et vitæ ſpatium breve ac definitum perfidiæ ma-*

cu-

culam sempiternam esse. Hæc & similia dicta factis affirmavit, oppugnat eum undique *Calecuticnsis*, tandem & sui deserunt: vincitur, pellitur regno, in vicinam quandam insulam se recipit, sed nullius rei majori cura, quàm ut secum paucos illos Lusitanos servaret, quid? ignotos & exteros? cladem & pestem sui regni? Tanti fides fuit. quinetiam cùm *Calecutii* rex jam victo pulsoque, offerret veterem fortunam & statum, ea lege si illos traderet; abnuit, fortiter professus, *Scepterum & vitam eripi posse, fidem non posse.* Hunc hominem barbarum ego dicam? solo & gente fortasse, animo non possum.

XII. Haud magis quam SOLEIMANUM Turcarum Principem, cujus classis, ducibus *Luftibejo* & *Barbarossa*, in Salentinos exscenderat, Ibi *Castrum* opidum arcemque, vicinum Hydrunti, subito terrore in deditionem acceperant, incolis & ipso Domino *Mercurino* salutem & libertatem pactis. Sed barbari, & præsertim navales socii, nihil pensi habentes, omne maleficium inferre; & idoneæ ætatis captivos, cum ipso *Mercurino*, ad classem deduxêre. *Luftibejus* tamen, non dubia perfidiæ infamia, ad minuendam, *Mercurinum* liberavit: ceteros paullò pòst ipse *Soleimanus*, qui inter graviores curas, *Corcyram* Venetorum obsidens, audito rem parùm bona fide cum *Castrensibus* gestam; ingenuo pudore perfusus, statim conquiri captivos omnes jussit, & in naves impositos, ad penates suos remitti. Ipsos quoque præcipuos auctores supplicio affecit, non hic tantùm Fidei amator & cultor.

XIII. Nam & in Pannonia, cùm Budam cepisset, metu vacuam, ejusque arcem oppugnaret, in qua Germanus miles, leique præfectus *Thomas Nadastus*, curabant: ille quoque metu perfusus, colloqui cum hostibus cœpit, & de arce dedenda pacisci. Quod ægrè *Nadastus* ferens, ipse plenus animi & constantiæ, compescere conabatur, & diremptis colloquiis tormenta verti in hostem jubet. Enimverò hìc illi ignavi ad scelus etiam versi, ipsum in vincula conjiciunt, & frustrà reclamante & minante, rebus corporibusque suis salvis, arcem dedunt. Intrant barbari, isti exeunt, ut pacti erant: sed cùm *Nadastum* vincti repperissent, & rem, uti erat, ex ipso auditam, ad Imperatorem suum detulissent; illæ perfidæ ignaviæ obiratus, statim immissis in abeuntes Genitzaris, omnes interfici jubet: ipsum *Nadastum* vinculis liberatum, & ad se adductum, laudat & liberali stipendio invitat, ac renuentem dimittit.

Clau-

Digitized by Google

Claudamus inclito exemplo, quod magnus rex Gallia- XIV.
rum FRANCISCVS nobis donet. Ille *Carolum Quintum* noſtrum, ſola fide regis & ſua fortuna nixum, in Belgas & turbidos tunc *Gandavenſes* properantem, ſine copiis, pænè ſine comitibus, comiter & regaliter excepit, apud ſe habuit, deduxit. Sermones inter eos varii, & de pace etiam fuerunt, donando ducatu Mediolanenſi (uti injectum erat) *Carolo* Regis filio. Sed cùm Cæſar jam apud ſuos, pacatique domeſtici motus eſſent; tardior in hanc rem videbatur, ſive quia nec ante ſeriò cogitaſſet. Tum igitur vapulare multorum ſermonibus regia comitas, aut credulitas; *cur non hominem, in quo rerum omne momentum, tenuiſſet? ecquando tam bella umquam occaſi? & invidiæ aliquid aut infamiæ, pro tam ſpectabili utilitate, ſubeundum fortiter fuiſſe. Saltem leges firmiores certioresque ei dixiſſet: nunc, quid niſi inanem gloriam apud vulgus, apud prudentiores riſum quæſitum?* Neque neſciit *Franciſcus*; & in conventu Procerum celebri, cùm alia in purgationem ſui dixit, tum hæc ipſa in clauſulâ: *Etiam ſi Fides toto orbe exſularet, tamen Regibus tenendam eſſe, qui eâ ſolâ, & nullo metu, cogi adſtringique poſſent.* Notabile dictum, & res ſic habet, nec alios Lex aut Pœna coërcet, Principes ſolus pudor aut Fides.

Quid claudam? Gallus rex alium ejus gentis, & ve- XV.
tuſtiorem ſubjicit, JOANNEM *Primum*, qui ingenti clade ab *Edvardo* Walliæ Principe victus, captuſque, in Angliam abductus fuit. Ibi quattuor annis in cuſtodia liberiore habitus, ad ſuos rediit, certis conditionibus cum hoſte depactus, quæ tamen cum graviores ſubditis viderentur, nec civitates Anglis dedendæ, facilè novum jugum præſidiumque admitterent; ipſe placando hoſti, & fidei teſtandæ, iterum in Angliam trajecit, ibique ex morbo deceſſit. Clade accepta famoſus, ſed ſic lata clarus, & fide clariſſimus.

Sed heus vos, date veniam boni Reges & Princi- XVI.
pes, ac liceat illuſtri choro veſtro ſervile nomen inſerere: non maculam, ſed lucem & ſplendorem merum, quatenus hìc quidem ſpectabuntur. Nam & Fidei illorum in dominos aut patronos mirifica exempla ſunt, nec niſi cum virtutis damno ſilenda. *Haſdrubal* in Hiſpania res gerebat, & magnam ejus partem vi aut aſtu ſubegerat: ſed cùm nobilem aliquem Hiſpanum interfeciſſet, SERVUS natione Gallus id non tulit, & mortem Domini certa ſua morte vindicatu-

Digitized by Google

rus, *Hasdrubalem* occidit. Rapitur, torquetur, cruci affigitur: inter omnia mala eo vultu, ut ridentis etiam speciem præberet, expleta ultione, sui securus.

XVII. *M. Antonius* inter Romanos oratores, & in dignitate viros, nobilis fuit: atque is fœdo crimine (puto falso) incesti publicè postulabatur. Accusator SERVUM maximè in quæstionem flagitabat, quem dicebat præluxisse hero suo ad flagitium eunti, & laternam prætuliſſe. Aderat ipse servus, cùm hæc in judicio dicerentur, & videbat rem ad suam pellem, quod dicitur, suosque cruci atus pertinere. Addo, quòd juvenis erat, imberbis, & in ætate adhuc minus aut patienti, aut constante. Tamen cùm domum ventum esset, & herum suum animi anxium videret: *Quid diffidis here?* inquit. *In meo robore & constantia, si vis & expedit, spem audaciter pone, nullus metus, cruciatus, mors me adiget; ut te & honorem tuum prodam. Minùs arcto vinculo anima hæc corpori illigata est, quàm affectus tibi: nihil dividet, nullus dolor aut carnifex vocem lædendi tui ex ore isto extorquebit. Adeò non diffugio, depoſco certamen, in quo tibi annis tiro, animi veteranum robur probem.* Erexit, & fiduciæ implevit *Antonium*: qui iterum poscentibus servum, præbuit, atque ille flagris virgisque laceratus, eculeo impositus, laminis adustus, mira patientia perstitit, & omnem vim accusatorum fregit & elisit. Accessit facundia *M. Antonii*: sed heus, quæ tanta, ut hunc conditione servum animo heroëm satis celebret.

XVIII. Quid ille *Urbinii Panopionis* SERVUS? qui cum proscriptus in villa sua Reatina latêret, nec satis latêret (alii servi prodiderant:) ecce advenientibus militibus ipse vestem heri subitò induit, suam illi dedit, anulo etiam in digitum inserto: atque ita, hero per posticum emisso ipse in lectulum se reposuit, & pro illo occidi fortiter passus est. Citò id dictum: non tam citò suscipi, aut susceptum fieri, verus judex dicet. Magna fides, quæ ultima est, postquam nec gratiæ: nec vitæ, ultrà locus est.

XIX. *Antistii* vero *Restionis* SERVUS (qui & ipse miserabili illo Triumviratus tempore, inter præscriptos erat) ad fidem ingenium quoque adjunxit. Nam fugientem suum herum, & ut putabat, ignotum assecutus est, & apprehendit: primò territum, quoniam hic erat stigmatum perpetua injuria ab eo affectus, eòque in re trepidâ vindictam timebat. At ille primùm confide-

re

re eum jussit, & *Ego te lædam*, inquit, *qui tot annos aluisti, benignè feciſtiſ abſit, nec iſta ſtigmata plus apud me poſſint, meo merito impoſita, quàm vetera tua beneficia in nec meritum collata. Quòd ſervivi, & ſervio, fortunæ injuria eſt; tuum beneficium preſſum non oppreſſiſſe. Divinitas hunc ordinem rerum diſponit, & parco: tu confide, tibi quoque parco, & ſcis quomodò vel vitæ hujus periculo tuam ſervabo.* Dixit breviter fideliterque, & herum in ſpeluncam abduxit, atque ibi ex operis & mercede diurnâ aliquamdiu aluit. Sed cùm milites, omnia ob præmium rimantes, ad ſpeluncam quoque, aliquid ſuſpicati, tenderent; ille ſubitò ſenem viatorem abreptum occidit, & exſtructo rogo ſuperjecit. Supervenientibus in re militibus, & ferociter rogantibus *Quid ageret? Quin*, inquit, *ſceleſtum meum herum interjeci, & crudelitatis hujus ab eo* (ſtigmata oſtendebat) *pœnas exegi.* Perſuaſit, & herum ſervavit.

Singulorum hæc fides, plurium illa ſimul in eâdem proſcriptione. Nam *Pomponius*, audaci aſtu, arreptis inſignibus Prætoriis, ipſe in prætexta, ſervi inſtar lictorum, & cum faſcibus exculti, urbem mediam tranſîre: arctiùs dominum ſtipantes, ne ab obviis poſſet agnoſci. Ad portam ſumpſit conſcenditque vehiculum publicum, ut Prætor, & per totam Italiam ſic inceſſit, quaſi legatus à Triumviris ad Sex. Pompejum iret: itaque & triremi publicè præbitâ in Siciliam, certiſſimum miſeris tunc portum, tranſmiſit. In tot hominibus, tot occaſionibus & locis, admiranda plurium fides, & mente magis quàm ſtilo penſanda.

Addatur his non ſervus, ſed cliens *Roderici Davali*, Magiſtri equitum in Hiſpania. Is *Rodericus*, cum aliis aliquot, poſtulatus majeſtatis fuit, & litterarum ad *Joſephum* regem Maurum ſcriptarum, quaſi patriæ prodendæ. Plura exemplaria prolata, & res in conſilio Regis cognita, atque ipſe aliique damnati. Hæſit in heriſi iſto crimine ALVARVS NVNNIVS FERRERIVS, Cordubæ natus: qui Præfectus aulæ & domûi *Davali* erat. Sed is ſtrenuè ſe herumque defendens, non priùs quievit, quàm falſas litteras oſtenderet, earumque auctorem *Joannem Garſiam* convinceret ac damnaret. Et ipſe quidem ſe expedivit, ſed magni illi manſêre exſules: cùm ecce *Ferrerius*, ad heri egeſtatem ſublevandam, omnia bona (quæ beneficio patroni acceperat) divendidit, & *octo aureorum millibus* confectis, textri- XX. ∞. cccc. xxii.

Digitized by Google

næ lignis excavatis ea indidit; atque asino imposita, agente in viliore veste filio, clàm ad *Davalum* misit. Dignus, quem illustrissima ea gens etiamnunc in memoria & laude habeat, & posteros, si qui exstant.

CAPUT XIV.

DE MODESTIA IN SENSU.

Hanc Principi decoram, & utilem esse.

DIXIMUS tres virtutes & commendavimus, planè Regias, & quæ in publicum spectant; sunt aliæ velut Privatæ, quæ magis ipsum. Inter eas Modestia, quæ vario aspectu Principi adsumenda. Primùm, quia omnes homines decet submitti, & ab Arrogantia fugere, scopulo virtutum. Sed magis Principem, qui in alto est, & causas plures sive occasiones Superbiæ habet. Natura quidem hæc corrupta eò vocat, & vani aut tumidi per eam sumus: quid cùm Fortunæ ille ventus obsecundat, vela implet? auferimur. Adde Educationem, quæ in aulis. mollitèr, indulgenter, splendidè habentur; obsequia & demissio omnium, etiam apud pueros: qui non inflentur? Denique Adulatio accedit. ò Aulæ certa pestis! blandiuntur assiduè, & laudant, honoribus ac titulis afficiunt, id est dementant. Non jure si loquar? vide *Alexandrum* illum, à tali patre, tali præceptore: fastidit homo esse, nec jam *Philippi*, sed *Jovis* filius audit. *Julius Cæsar*, ille animi & ingenii magnus, impingit: & omnium victor, Adulationi succumbit. Voces emittit, *Debere jam homines consideratiùs secum loqui, ac pro legibus habere quæ dicat.* Itane pro legibus omnia dicta? difficile est credere, virum talem sic elatum & ablatum. *Caligulam, Domitianum, Commodum* omitto, & hæc portenta: qui palam salutari & haberi, *Dominus Deusque noster*, volebant. Vide an temerè ad modestiam vocem: & quæ hodie peccantur, non dicam. Cave, cave Princeps: & cogita supra homines te, sed hominem esse. Quamdiù autem esse? mors imminet, & æquabit. Quamdiu etiam esse? tristis aliqua sors imminet, & dimittet. Regnas? potes subjici. Dominaris? potes servire. Quidquid altè se sustulit, opportunum est ad casum. Seneca noster, *nulli Fortunæ minùs bene, quàm optimè creditur, aliâ felicitate ad tuendam felicitatem est opus.* Videne histriones in scena, personam Agamemno-

De brevit. vit. c. XVII.

Digitized by Google

mnonis aut Priami gerere: & mox, cùm fabula peracta est, ad habitum & sortem veterem redire? Date veniam Principes, tales estis. Deus personam in orbis theatro imposuit: sustinete, agite, sed qui introrsum & apud vos sitis, cogitate. Choragus ille est qui dedit ornamenta: & nisi refertis ad eum, aufert. Huc vocant magnorum regum Dicta, vel Exempla, & utraque ex magna copia, cum dilectu quodam, habe.

I. SARDANAPALUS rex Assyriæ à deliciis, & purpurata, ut ita loquar, vita innotuit, tamen idem ab ebrietate longa sobrius, sepulchro incidi curavit symbolum, quod ad Modestiam altissimos vocet. Erant digiti duo, qui collisi inter se * crepitum edebant? signantes, omnia regna, omnia votiva aut magna, NEC TANTI esse. *ἀπροχρέωμα.

II. Sine aliis verbis ille hoc docuit: at ARCHIDAMUS Spartæ rex paucis, & pro Lacone. *Philippo* enim Macedoni, post victoriam ad Chræronéam, quâ libertas Græciæ concidit, insolentiùs se efferenti, scripsit: *Metire umbram tuam, nihilo reperies auctiorem: O sapienter!* Quid attollis te in hostibus victis, in finibus propagatis? tibi nil accessit. Numquid animo? curæ majores, aut metus. Numquid corpori? *metire umbram*, videbis.

III. Sensit ipse PHILIPPUS, cùm aliquando in palæstrâ, inter luctandum, prolapsus surrexisset, & corporis vestigium in arena vidisset: *Papæ*, inquit, *quàm parvam terræ partem sortiti, orbem appetimus!*

IV. SEVERUS Imperator Romanorum, diu in ambitione, & ob eam bellis, senio confectus ac moriturus, urnam ad se deferri jussit, in qua cineres (ut prisco illo more) erant recondendi. Et diu contrectans & contemplatus, vocem misit: *Tu virum capies, quem orbis terræ non capit.* Ita, ita. —— *mors sola fatetur, Quantula sint hominum corpuscula.* Attollere in vitâ, manus & spes ab Oriente ad Occasum mitte: illa contrahet, & te intra te coget.

V. *Severus* hoc sub mortem: diu ante eam MAXIMILIANUS *Primus* Imperator *Austriacus*. Nam ille memor fragilitatis hujus, triennio (alii biennio) ante morbum, non solùm mortem, capulum funebrem è querno ligno, arcæ viatoriæ inclusum, circumferri secum jussit: cavitque testamento, ut exanimum cor-

Digitized by Google

pus suum, rudi linteo involutum, sine ulla exenteratione, illi imponeretur, naribus, ore, auribusque viva calce oppletis. Quid sibi voluit magnus vir? nisi monumentum illud assiduè in oculis habere, quod diceret, *Cogita mori*, quod amplius diceret, *Quid te dilatas & extendis? quid multa possides, plura appetis? Quem tot provinciæ & regna non capiunt, loculus iste capiet.* Cur autem & calcem cavis illis partium immisit? en aromata quibus condiretur! Sed hoc spectavit, ut corpus putredini natum, ea quoque excedente & consumente materie, citiùs consumeretur, & iret in suam terram. *Maximiliane*, magnus fuisti! & res tuæ dicunt, tum & hæc circa mortem.

VI. Sed ampliùs, ille idem, pluribus diebus ante mortem nil nisi *Maximilianus* appellari voluit. quod imitatus nepos ejus CAROLUS, cùm raro & miro exemplo, Imperio se ultrò abdicasset, & in filium jam validum ævi & animi, curas contulisset. Secessit enim in Hispaniam, & in Divi *Justi* monasterio, septem à *Placentiâ* milliaribus, se abdidit, cum duodecim dumtaxat familiaribus, Deo & quieti vacaturus. Interdixit autem, aliter se quàm *Carolum* appellari; *Cæsaris* atque *Augusti* illa nomina, cum rebus animo exuens, & totum hoc honorari contemnens.

VII. Sed inter mundanos istos externosque Principes, fas sit locum dare & Ecclesiæ Principi ac capiti, CLEMENTI *Quarto* natione Gallo: qui incredibile est, quàm se in summo illo culmine modestè gesserit & temperanter. Ante Pontificatum Jurisconsultus fuerat, & filias ex uxore susceperat duas. Harum uni in monasterium collocatæ, non nisi *triginta libras* Turonenses semel dedit: alteri, quæ maritum habebat, *trecentas*, loco dotis; isque hac lege, nequid umquam plus peteret. Nepoti quoque tria beneficia, ut loquimur, habenti, optionem detulit unum retinendi. Mirantibusque & instantibus amicis, ut & illa permitteret, & alia daret; in claram hanc vocem erupit, *Non esse dignum Petri successorem, qui plus cognationi, quàm pietati largiretur.* In Onuphrio. Exstat epistola viri sancti ad nepotem quemdam suum, ab Antonio Augustino provulgata, in qua & voces & sensus videre est, ab ipsa modestia conceptos.

VIII. Sed CANUTI etiam Anglorum regis insigne ad Modestiam documentum est, qui cùm obsideretur ab Aduatoribus, id est corvis aulicis, & sortem ejus attollerent, dicerentque omnia servire, & *ad nutum ejus qui-*

Digitized by Google

vultumque (verba Annalium) *converts*: ille fœdam adulationem sic expressit. Spectantibus iis, sedem regiam in litore maris posuit, in ipso accessu ejus & fluxu. Tum dixit: *Tu mare ditionis meæ es; & terra, in qua sedeo, est mea. Impero tibi & denuntio, ne in terram meam ajcendas, nec membra, nec vestem domini tui madore perfundas.* Ille dixerat, mare tenorem suum tenebat, veniebat, alluebat. Tum resiliens: *En*, inquit, *quàm ego omnibus imperito! Quin sciant omnes, qui terram incolunt, vanam & falsam esse regum potentiam: atque unum eo nomine dignum, qui vere imperium imbibet cælo, terræ, mari.* Neque intra verba Modestia hæc tetit, in omni actione talem se præbuit, atque adeò coronam ultrà in caput non admisit.

Hæc invitent & excitent, sed Mutationum exempla quæ addam, fortiùs etiam percellant. Quot enim ea sunt? & quam paucis fortuna currum à carceribus ad metam, sine offensa aut eversione, perduxit? In omni ævo & in omni orbe concurrent. In Ægypto SESOSTRIS rex hoc didicit, & imbibit. Victor erat vicinorum, & imperium longè protenderat: sed & animum evexerat, & quatuor reges, equorum vice, currui suo subjungebat, quo vehebatur. In eo cum sublimis sederet, regum illorum unus capite reflexo identidem rotam currus aspiciebat, & capi ac pasci videbatur. Quid rei sit, Sesostris rogat: ille liberè, *Intueor volumen hoc assiduum rotæ, in quâ vicissim ima summa, & summa ima fiunt: quod exemplum capio, & applico nostræ fortunæ.* O benè! potuisset tamen addere, *& tuæ*, sed Sesostris ipse fecit, & statim illos à jugo, se à fastu liberavit.

SOLONIS etiam monitum tale, sed non apud talem: neque doceri, nisi malo suo, aptum. Apud CROESUM erat Lydiæ divitem illum regem, qui Solonem comiter, ut peregrinum, excipiens, & gazam omnem atque opes ostentans, *Et quid videtur? habes dicere hominem me beatiorem?* Habeo inquit Solon: & *Tellum* quemdam, hominem modicæ sortis, sed in eâ quietum, nominavit; tum & duos alios, qui vitâ benè actâ essent defuncti. Risit Crœsus: *& nos quo loco sumus? Haud dixerim*, ait Solon, *nec fas beatum etiam censere, qui in his vitæ fluctibus jactatur, donec sit in portu. Nonne tempestas intervenire potest, & turbo qui vertat?* Nec sic hominem docuit, sed fecit mox Cyrus. Nam ille acie victum, & vinctum, rogo imposuit exurendum, cum Crœsus clamare incœpit, *O Solon,*

Solon! Miratus Cyrus, rogari jubet, *Quem in extremâ illâ sorte hominum deorum ve invocaret*, Dixit *Solonem sibi in mente esse, qui sapienter monuisset, non fidere præsenti fortunæ, nec beatitudinem ante finem vindicare. Nisi* inquit, *nunc probo & miror.* Probavit & Cyrus, statimque ad modestiam etiam ipse flexus, liberari Crœsum jussit, & in amico, & in amicos transcripsit.

XI. Addamus quamquam ævo dissitum, sensibus exemplum assitum, GILIMERIS regis in Africâ Vandalorum. Diu felix fuerat, opes, terrasque victoriis quæsiverat: vertit se Fortuna, & *Belisarius à Justiniano* Imperatore missus, cum exiguâ manu, hominem evertit. Acie igitur victus, fugit in Numidiæ excelsum montem *Pappum*, atque illic obsidione aliquamdiu toleratâ, desperans ad *Pharam* misit, qui mandato Belisarii obsidebat, actum super deditione, simulque petitum, *Panem sibi mitti, spongiam & citharam.* Panem, fami relevandæ; spongiam, siccandis oculis; citharam, leniendo animo. Dedit ea Pharas, & mox sese Gilimer, qui ad Belisarium deductus, nil nisi risit. Desipere eum è cladibus homines censebant: vera sapientia erat, quâ incerta hæc rerum, usu edoctus, ridebat. Idque apertiùs in ipso triumpho ostendit; cùm per pompam Byzantii, ad *Justinianum* & *Theodoram* conjugem in sublimi solio sedentes adductus; hoc tantùm effatus est, *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas.* O bonè Gilimer! felix tua infelicitas, quæ mentem hanc dedit! nec vita deinceps infelix, quam in Galliæ angulo privatus quietusque duxisti.

XII. In eâdem Africâ, sed vetustiore ævo, non alium regem video vinci, capi, triumphari? JUGURTHA is fuit, Masanissæ nepos, opibus & ingenio validus, sed tamen à Mario devictus. Romam ducitur, & post triumphalem illusionem in carcerem conjectus, veste spoliatur, in aures, quas more gentico ferebat, detrahuntur, sic ferociter, ut partem imam auris senserit avelli. Tum denique nudus in carcerem infimum abjectus, tetrum & horridum, *Papæ*, inquit, *quàm frigidum est vestrum balneum!* atque inibi fame obiit.

XIII. Quid Rex è Macedonia PERSES? is quoque victus à Romanis, & animo fractus, ad religionem templi in Samothrace confugit: quasi sacra tueri possent, quem non arma. Intutum igitur asylum: fraude vel vi eductus est, & cum uxore ac liberis ad *Æmilium Paul-*

Digitized by Google

Paullum Consulem perductus. Ibi solutus in lacrimas, & humiles preces, ad genua etiam se submisit: miserante Paullo, & simul indignante, quòd homo sic vilis & degener victoriæ suæ decus delibaret. Triumphatus deinde est, cum duobus filiis, & filia: ipse in carcere, & duo mortui: tertius servatus, quid nisi iterùm ludibrium? Regia illa stirps primò fabrili arte vitam toleravit; & usu jam Latini sermonis aliquo, scriba & assecla magistratuum fuit. Ubi es Confidentia, aut Superbia?

Ante illum, & major illo PHILIPPUS, ejusdem Macedoniæ rex, & *Magni* pater, quàm sensit infidam sortem? Græciam ferro vel auro suam fecerat, spes in Asiam mittebat: & jam conventus indictus erat, ubi caput & Præfectus ejus belli legeretur. Quem ut celebriorem lætioremque faceret, nuptias in eum contulit filiæ suæ *Cleopatræ*, cum *Alexandro* Epiri rege. Ludi & theatra parantur, etiam sacra & duodecim Deorum statuæ in pompâ ferendæ: quibus ipsius (ò cæca mortalitas!) decima tertia adderetur. Quid lætitiæ aut gloriæ abest? diuturnitas, & dum securum se putat, & theatrum ingreditur, *Pausanias* ex amicis (& hoc inopinatum) à tergo consecutus interficit. Vis iterùm inopinatum? conscendit ille celerem equum, & evaserat, nisi pes ejus in vite adhæsisset: ubi à satellite Philippi confectus est. XIV.

Sed quid ego talia memorem? una illa Græcia, præsertim à *Constantino Magno*, qui imperium in eam transtulit, tot exempla casuum istorum det, ut non sit opus alio theatro. Quid in Italiâ? ab *Augusto* ad eumdem *Constantinum* numerantur IMPERATORES *quadraginta tres*. Dispice, vix decem ex illis certò dabis, qui suâ morte sint defuncti. Alios ferrum, venenum, laqueus abstulit; à filio, fratre, uxore, amico, inimico: quid nisi singulos justæ tragœdiæ argumentum? XV.

Jam & fati alia genera miseranda. POLYCRATEM in cruce mori video, BAJASITEM in cavea, DIONYSIUM in schola, BOLESLAUM Poloniæ in culina. Quid ANTIOCHUM Syriæ, nonne à latronibus occisum? PYRRHUM à fœmina? HENRICUM nuper Galliæ à monacho? XVI.

In sola Hispania tria hæc demus: & quartum alii. HENRICUS *Primus* puer sceptrum ceperat, nec diu tenuit, post biennio miro casu, & verè casu sublatus. Nam XVII. cc. XVII.

Digitized by Google

Palentiæ, in area domus; cum æqualibus ludit, tegulæ lapsæ ictu repentè caput comminutum, & ex vulnere undecimo post die obiit. JOANNES itidem primus, in flore rerum & ætatis (animum *trigesimum tertium agebat*) dum equum juveneliter calcaribus incitat, & ad cursum admittit, cum eo labente lapsus, inibi exstinctus est. Magis tragicum est de PETRO. qui cùm aliquamdiu sæviter, & multâ Procerum cæde, regnasset, *Henricus* frater arma in eum cepit; & auxilia è Galliâ etiam conduxit. Pugnatum acriter, quàm odiis pertinacibus, exitus docuit. nam victus *Petrus*, cùm in conspectum Henrici captus adductus esset, iste pugione faciem ejus percutit: atque alter dum vindicare parat, fœdè colluctati, uterque ad terram prosternitur. sed aliis quoque suppetiantibus Henricus superior, fratrem multis vulneribus conficit, & regnum capit. Nonne hoc Thebanum vetus illud par fuit? Quartum exemplum in mente habeo, nondum in stilo.

XVIII. In isto, quintum. & est SEBASTIANI nuper Lusitaniæ & Indiarum regis, *Indole, proh, quanta juvenis!* sed Fata eum eveterunt, & ipsum regnum verterunt. Juvenis erat, animorum plenus: & accedebant, qui etiam pietatis specie illos tollerent, & arma in Mauros, exque iis victorias, suaderent aut sponderent. Acrior stimulus *Mahumetes Abdalæ* filius, profugus è Fessæ regno; qui jus suum & amicos ostendebat, & largiter promittebat, exsulum ingenio & more. Ergo excitatur, & omnia parat, naves, milites, commeatus; præter consilia, quorum inops tunc & postea fuit. Vetus regnum & altâ pace, commovetur. insolens armorum nobilitas, & facta majorum faciliùs, quàm sua ostentans. Additur & mercenarius miles: Dux nusquam, nisi in titulo & splendore regis. Mare transeunt, regna Fessæ & Marocci, ut destinant, occupaturi: sed rex illorum ex adverso prodit, *Molejus Moluccus*, corporis æger, animo melior. Disponuntur acie, pugnatur, *Molejus* intereat, etsi per ægritudinem vix in æquo hærens, videt antem fluctuare suos aut fugere, & generosa ira in hostem ipse equum concitat, exemplo aut terrori futurus: sed proximi retinent, gnari virium. Quâ re ita incanduit, quasi in ordinem redactus, aut proditus, ut gladio eos petierit; & mox animo linquens, in lecticam repositus, illic in ipsa acie obiit. Sed mira fides aut provisio amicorum fuit, silentium de morte, cursus & recursus ad lecticam ejus, quasi à vivo mandata peterentur: quæ res victoriam parti

Digitized by Google

parti illi dedit. Nam Christiani pauci in plures paullatim fatigari aut cedere, multi cadere: postremum ipse rex, qui in mediis hostium pugnabat, cùm videt omnia adversa, cinctum se fine spe effugii, verba de pace aut deditione facere: ah, quàm serò! Hostes invadunt, & occidunt, sive inter plures ignotum (& quidam ajunt regia insignia sibi detraxisse:) sive cognitum, sed rixâ inter ipsos ortâ, quorum præda esset, per iram interemptum. Addunt equestri sellæ cadaver impositum, & in tentorium novi regis Afri (frater defuncti erat) delatum abjectumque ostentui fuisse, donec a captivis bona fide agnosceretur. Ita ille obiit: & simul rex tertius *Muhumetes* exsul, qui fugere & fluvium vadare conatus, vorticibus sive voragine haustus mersusque est. O acerbi fati adolescens, quæ tulisti, & quę dedisti! nam tecum regnum corruit, & quod seorsim diu luxit splenduitque, velut radius rediit ad suum Solem.

Assiduus hic ludus: & ideò non sit finis narrationum, nisi reprimam, quod facio: sed unicum insigne exemplum Mutationis effatus, in quâ & manus carnificis intervênit. CONRADINUS imperatoria & regia stirpe juvenis, ultimus Ducum Sueviæ fuit. Pater ei *Conradus*; rex Neapoleos & Siciliæ; mater è Ducibus Bavariæ; avus *Fridericus Secundus* Imperator; avia, *Constantia* filia *Ferdinandi* Hispaniæ regis fuit. Quàm amplum & illustre hoc stemma! quos animos non faciat? quæ fata non promittat? sed spes undique destituit: & statim à puero adversa sorte, regna Neapolitana & Sicula, jure debita, *Manfredus* patruus fraude invasit, vi tenuit. Cùm ille abiisset aut pulsus esset, auctoritate Pontificis (*Clemens quartus* tunc erat Gallici sanguinis, & genti fautor) *Carolus Andegavensis* advocatur & invadit. Quem *Conradinus* dum pellere conatur, copias contrahit, è Germania in Italiam venit, multa nobilium manu: inter eos, *Friderico* Duce Austriæ, cognato suo. Sed & Itali se jungunt, quidam jus ejus, plures commoda vel affectus suos spectantes. Pugna cum Carolo commissa, primò victor, denique vincitur: & fugit cum eodem *Friderico Austrio* per ignotam Italiam, trepidi & agasonum habitu se occultantes. Ita Asturam ventum, ubi consilium capiunt navis conscendendæ, & Pisas dirigendæ, sociam & fidam urbem. Conveniunt cum naviculatore, & jam in navi erant, sed panis & commeatus deerat, quem mittunt eumdem illum præstinatum. Pecunia etiam XIX.

Digitized by Google

etiam deerat : ergo annulum è digito detrahit, sive pignus naviculario, sive pretio ab eo permutandum. Is annulus gemmam raram & æstimatam habebat : itaque aurifex miratus à sordido homine deferri, & suspectans, *unde habeat* ? quærit. Ille candidè, *A duobus juvenibus, ingenui vultus & sanguinis, sed habitu & veste squallidis: neque ultrà se scire.* Defertur res ad Dynastam urbis (qui tunc illi proprius erat) *Joannem*, è gente *Frangipanum* : atque is ex eventu prælii, & famâ, tale suspicatus, navem instrui jubet, adolescens retrahi, & ad se duci. Dictum, factum : sistuntur, agnoscuntur : & putabant extra periculum se, quia extra hostile solum erant, esse. Aliter accidit pravitate, sive avaritiâ Dynastæ, nam is *Carolo* indicat : qui statim cum copiis terrâ marique advolat, & captivos suos Neopolim abducit. Quid exspectas : aliquid regium ? pudor est Andegavensis stirpis aut macula, quod dicam. Diu deliberato concluditur, tollendos adolescentes, & publicè capite minuendos. Quid? ut sicarios aut prædones ? qui jus suum repetierant ? qui bellum palàm intulerant, & jure ac more gentium administrarant ? Omnia in hoc facto sævitiam & barbariem habent : etsi Pontificem etiam obtendunt, atque illum consensisse, aut suasisse. Alterum potest, vix alterum : sed æstimatio aliorum etiam esto, in re autem istud. Producuntur in scænam publicam, concursus ad tale spectaculum è tota Italia, plerique omnes miserantur & illacrimantur ; sed nemo, nisi inani favore, juvat. *Conradinus* animosè loquitur, *Carolum* accusat, se excusat : Deum vindicem invocat, & jus suum in hæc regna *Hendrico Castellano*, amitæ suæ filio, donat. Huic rei tesseram, chirothecam exuit, abjicitque. Tum *Fridericus* primus ingeniculare jubetur, & caput inciditur : quod sublatum è tabulato *Conradinus* (quis sine motu audiat ?) pectori appressum, deinde ori applicuit : & sortem miseram ejus deflevit, cui auctor ipse esset. Tum & ipse in genua provolvens fortiter carnificem exspectat : qui caput ampurat, & cùm feciſſet, statim alius hunc interficit, ne exstaret, qui jactaret generosum illum sanguinem à se sublatum. Hoc unum *Carolus* magno in speciem animo : cetera feritatem habent, etiam illud, quod ipse spectator supplicii esse sustinuit, in alta quadam turri occultus. Illi obierunt : nec diu victoria aut regnis *Caroli* posteri gravisi sunt, & Hispani (an non morituri voce & voto?) ejecerunt.

CA-

Digitized by Google

CAPUT XV.

DE MODESTIA ET CULTU.

Et hanc convenire, elegantiam aut pompam non convenire.

ET præcipuum quidem est, animum sic affectum esse: sed ut corpore idem prodatur, quidni decorum sit? Aurum, gemmæ, serica, non digna sunt ornamenta magno Principe: & negotiator aliquis aut mango ea usurper. Quis etiam nescit, Principi in mundo hæc esse? habet gestatque, si velit; sed majoris animi est, sepositisse. Sanè egregios aliquot Principum sic factitasse video, & plebi virtute eminuisse, cultu consensisse.

AUGUSTUM apud Romanos: de quo Suetonius: I. *Instrumenti ejus & supellectilis tenuitas apparet etiam nunc reliquis lectis atque mensis, quorum pleraque vix privatæ elegantiæ sunt. Ne toro quidem cubuisse ajunt, nisi humili & modicè instrato. Veste non temerè aliâ, quàm domestica usus est, ab uxore, sorore, & filia neptibusque confecta.* Ut alia omittam, vide an vestis illi trans mare petenda, qui non nisi domi sumptam, & confectam gestavit.

ALEXANDER *Severus*, planè inter bonos Imperator, gemmas, lapillosque omnes, quos in Palatio repperit, vendidit: addens, *Gemmas viris usui non esse.* Idem nec apparatu, nec pompâ multùm utebatur, hoc ulurpans: *Imperium in virtute esse, non in decore.* II.

Quod sensit sanè AGESILAUS, Spartâ dignus rex, III. qui jam senex in Ægyptum *Tacho* regi suppetias ivit. Navibus vehebatur: & cùm appropinquaret, ingens Ægyptiorum turba in portum se effudit, ad celebrem ducem spectandum. Præceperant animo magnificum virum, veste, comitatu, ipso corpore spectabilem: at ille prodiit cum vili palliolo, par gregalibus, & nec aspectu verendus, nisi si quis nosset. Itaque palàm cœpit contemni, aut irrideri: *Hunc esse, qui res lapsas instauraret? anchoram spei? Omnino jactatum illud in eo verum conspici, Montes parturire, murem nasci.* Hæc & talia plebècula: sed plebecula. virum & ducem se mox exhibuit, non parem famæ, sed majorem.

Talis

Digitized by Google

Talis in eâdem Græciâ PHILOPOEMEN, quem sci-
IV. tè & verè dixit aliquis, *Ultimum Græcorum.* Post eum, vix sanè alius magna virtute, & laude fuit. At hic & corpore parùm decens, & cultus omnis negligens fuit: ac dedit sanè modestiæ hujus (sed apud fœminam) pœnas. *Megara* ibat, & præmiserat nuntiatum amico cuidam; affuturum se vespere, & hospitem convivamque ei futurum. Gavisus ille, ut cocti aliquid esset, recta ad forum properat, uxori denuntians, ut domi intereà paret, verrat, sternat: & quæ tanto hospiti conveniant. Illa satagit; & *Philopœmen* opinione maturiùs adest, & comites post se reliquit. Salutat hospitam, illa resalutat: & de cultu ejus & corpore suspicata antecursorem aliquem esse, & ex famulitio: *Heus tu,* inquit, *festinamus, adde manum & adjuta, atque hæc ligna mihi scinde.* Unà porrigit securim: & facit opus sedulò *Philopœmen*, donec amicus de foro supervenit, & attonitus, *Quid hoc rei est Philopœmen? ita te & me dedecoras?* Ille subridens, *En pœnas*, inquit, *vultus & cultus mei tuo.*. Adeò non indignatus pro seruo se habitum, ut ultrò jocatus in se sit: & credo materiem bellam sermonum ea die, hoc factum fuisse.

RUDOLFO nostro Austriaco non aliter Moguntiaci
V. evênit, & à pari caussa. Nam vestitu, nihil a plebejo differebat. Manè igitur egressus solus (& aura frigidior erat) videt in pistoris domo carbones de fornace recentes, ignitosque. Intrat fidenter, adsistit, calefaçit: cùm mulier eum adspicit, & ex vestitu æstimans, *Heus*, inquit, *mi homo, parùm decet vos ad mulierculas, & in alienam domum sic venire.* Rudolfus, *Mea mater, miles sum, qui meas res in obsequio & comitatu Imperatoris contrivi: at ille parùm benignè me nunc habet, nec pro spe aut merita muneratur.* Mulier ad illud Imperatoris nomen cœpit stomachari, & multa mala in *Rudolfum* dicere: *Quin iste vir est*, inquit, *qui nos & nostra perdit, pauperum scopulus & exitium. Meritò hæc vobis eveniunt, qui adhæretis & sequimini: atque ut plura eveniant, opto.* Rudolfus delectatus procacia mulierculæ, *Sed mulier* inquit, *de me missum face: vos propriè qua re læsit?* Ibi mulier exclamare, *Illene? qui omnes pistores hujus urbis, lautos satis anteà, fortunis evertit: nec facilè resurgemus. At tu bone vir fabulari desine, nec ultrà molestiæ aut impedimento nobis esto, abi.* Aliquid voluisset etiam Rudolfus, sed illa Amazon vas aquarium in prunas accensas jecit, & fumo, vapore, cinere perfusum ejecit.

Sed

Digitized by Google

Sed iſte cultus ejus privatim, & non publicè fortaſſe fuit. Publicè? vide. Quis dies lætior, & magis pompæ aptus, quàm cùm victum *Ottocarum*, Boemiæ regem, ad ſe vocatum excepturus erat, & fidem ab eo (Homagium dicimus) acceptarus? Ille venit cum magno & ſplendido comitatu: viri & equi auro, gemmis, ſerico nitebant. Dictum Rudolfo, adventare: & ſedulò a quibuſdam additum, *Pararet ſe cultu & veſte ornatiore & Imperatorio, talem regem admiſſurus.* Rudolfus renidens: *Imò rex Boemiæ*, inquit, * *griſeam meam veſtem* (verba fuerunt) *ſæpè deriſit: nunc ipſum veſtis mea griſea deridebit. At vos arma & equos expedite, & accinctis inſtructique, ut ad pugnam, ſtate. Deus Teutonicorum armorum, non veſtium, adventus iſtis oſtendite: hoc me vobiſque dignum eſt.* Dixit *Rudolfus*, neque aliter fecit. *Ottocarus* illi vili cultui ſe & aurum ſuum ſubmiſit, & ad genua acceſſit: non ſine ludibrio etiam, cum Imperator juſſiſſet tentorium, in quo res gerebatur, ſubitò pandi & revelari, ut ab omnibus geniculans *Ottocarus* conſpici poſſet. VI.

* *Leucopheam* Græcis: *cineream.* aut *murinam* Latinis.

CAROLUS *Quintus* Imperator, ut ſanguinem ab eo, ſic hanc virtutem traxit. In omni vitâ modicus, vel potiùs tenuis, in cultu fuit, quod notarunt Itali, & mirati aut calumniati ſunt, in primo ejus & ſolenni ingreſſu Mediolanum, Inſubrum urbem. Cives novo domino omnia inſtruxerant, platéas aulæis, tabulis, frondibus, ſeſe quiſquis veſtibus exornaverant: umbella aurea parata, quæ ingredientem tegeret, cùm ille & Imperator, & non ſemel Rex ac Princeps, in lanea atra penula, & vili pilleolo, ſub eam ſe dedit. Videbant eum, & requirebant: matronæ præſertim & virorum vaniores, qui trabéas, & illuſas auro veſtes, & fulgentes in capite & collo gemmas exſpectabant. VII.

O quàm diſpares iſti à Græcanicis Imperatoribus, quos luxus & deliciæ ad cultum vix virilem traduxerunt? in quâ re lepidum eſt, quod *Nicetas Choniates* denarrat de ALEXIO ANGELO, Principe Byzantino. Erat in Italia tunc *Henricus Quintus* Imperator, filius *Friderici Ænobarbi*, qui Siciliâ & Neapoli ſub jectâ ſpes ſuas longius porrigebat, & Græciæ imminebat. Miſit igitur legatos, qui magnum auri pondus poſcerent, velut tributi nomine: aut ſi negaretur, cauſſam belli. *Alexius*, quem dixi, audito adventu exterorum, ut opes ſuas & ſplendorem iis oſtenderet, & oculos veneratione aut metu perſtringeret; juſſit ſuis omni- VIII. An. C. XCVII.

Digitized by Google

omnibus quàm ornatissimos adesse, auratos, gemmatosque: ipse autem à capite ad calcem nil nisi splendor & nitor erat, rarum vel in exemplo aliquo spectaculum. Veniunt legati, sed Germani, id est viri, qui tantum abfuit (ait Nicetas) ut spectaculo eo ad metum moverentur, ut contrà ad cupidinem: & nihil magis vellent, quàm cum istis quamprimùm ad manus venire, effœminatis, nec nisi ad prædam natis. Cùm interim Græculi etiam accedentes eos cubitis tangebant, & digitis præibant, *ut Imperatoris vestem & gemmas aspicerent: quibus ille, ut floridum aliquod pratum aut Alcinoi hortus, varie nitebat. En*, ajebant, *vel in medià hieme, Veris opes & gratias usurpate, & oculos iis pascite atque hilarate.* O belli parasiti! & quid ad hæc Germani? *Nihil capi aut affici se istis muliebribus spectaculis aut ornamentis, atque adeò jam tempus esse, ut his depositis Græculi ferro aurum commutarent. Nam si irriti legationis suæ redirent; pugnandum iis cum viris esse, qui non ut prata lapillis niteant, neque vestibus variegatis, ut pavones glorientur: sed qui veri Martis alumni, flammas nitoremque ex oculis in acie jaciant, & quorum sudor splendidis guttis defluens referat margaretas.* Hæc nostri Germani ad Græcos, jam verbis terrefactos: quid si ad rem ventum fuisset? Et fuisset, nisi *Henrici* mors subsecuta consilia hæc & incepta turbasset.

CAPUT XVI.

DE MAJESTATE.

Et salva Modestiâ posse assumi.

NEque enim inter se hæc pugnant, & convenientia est etiam inter specie dispares virtutes. Appello autem *Majestatem*, venerationem aliorum animis insitam, cui à magnitudine est origo. Et ipsum etiam nomen Majestatis est à Magno. Ovidius decenter aperit:

Donec Honos placidoque recens Reverentia vultu
Corpora legitimis imposuere toris;
Hinc sata Majestas.

Proles igitur est Honoris & Reverentiæ, sed & matrem si quis horum dicat, non aberret. Origo ei præcipua ab interna magnitudine, id est virtute: etsi externa etiam species, gestus, cultus, aliquid addunt. Orientales in his talibus magis curiosi aut affectati: minus

minùs Europæi, & veteres Principes diademate & purpurâ ferè contenti fuêre. Hodierno ævo, illis abolitis, sceptrum & corona successerunt. Parùm est, arbitraria sunt: leve adjumentum ad majestatem, nisi aliunde ea adsit. Sunt & insignia quædam novitiæ inventionis, ut Aurei velleris, Conchæ S. Jacobi, & talia: è quibus primum, omen habuisse videtur aut præsagium plusquam Jasoniæ navigationis, qua novus orbis, & in eo aurum, sunt retecta. Aliquid & Aulæ pompa, & ministeriorum varietas aut copia, item satellitium huc faciunt: & *Julianum* Imperatorem, vulgò *Apostatam*, culpatum in his memini, qui sustulit aut recidit: ὅτι (ait Socrates) πανυ μέγα ἦν τὸ βασιλικὸν πλοῦτος τοῖς πολλοῖς ἐξισοῦσθαι κατάπληξιν δ' ἐμποιοῦντο ἐκεῖνοι τὴν βασιλείαν: *quoniam cessante admiratione opum & potentiæ, quæ plebeis animis hoc aspectu inseritur, vilem & contemni facilem reddidit Principatum.* Plebejum judicium est, nec magni hæc momenti: magis mores, si ii compositi & graves. Talem *Periclem* Plutarchus describit, *vultu serio, nec ad risum facili; incessu moderato, voce & sermone sedato.* Alacritas illa nimia vix convenit, , sed nec dicacitas, etsi ingenii notam dicas. Livius in *Philippo* ultimo Macedone hoc notat: *Et erat dicacior natura, quàm regem deceret, & ne inter seria quidem risu temperans.* Jam corpus & species si adest, valdè juvant, atque ita de P. *Scipione Africano* idem Livius: *Præterquàm quòd suapte natura multa majestas inerat; adornabat promissa cæsaries, habitusque corporis* NON CULTUS MUNDITIIS, *sed virilis ac vere militaris.* Postremò, secessus & abductio juvat. Ut enim ille ait, *Parit conversatio contemtum, raritas ipsa rebus admirationem.* Sed nimia ne sit: aut tollit munus & officium regis. Neque enim Persæ laudandi, *apud quos persona regis, sub specie majestatis, occulitur.* Non item qui eos imitati, *intra secretum Palatinæ domus inclusi, tanquam aliquod Vestale secretum consuluntur*: tumida & odiosa sunt, nisi gentium aliquis receptus mos (nec is bonus (ita habet. Quid tamen de regibus dicam? ecce olim libertum, qui huc superbiæ & fastidii devênit. Is fuit Pallas Claudii qui venerationi asserendæ *numquam domi aliquid, nisi nutu aut manu, signi ficavit; vel plura demonstranda essent, cripto usus, ne vocem sociaret.* Examina hoc, & ride ervilia illa portenta tam impotenter regnasse.

Eccl. Hist. III. cap. 14

Lib. XXX.

Lib. XXVIII.

Apul. de Deo Soct.

Panegyr. ad Theodos.

Tac. XIII. Annal.

Digitized by Google

CAPUT XVII.

DE CASTITATE.

Quam Princeps extra connubium, & in eo pro parte servet.

ADDIDI denique alias virtutes, quæ ex decoro aut usu sunt: & quattuor præsertim, *Beneficentiam, Castitatem, Patientiam, Animi magnitudinem.* De prima, alibi dicendum commodiùs: nunc de Castitate, dignissima Principe: cujus proprium est, alta & seria cogitare. Non facit libido, quæ in sordidis cogitationibus & cæno suo hæret. Benè ille veterum: *nihil est tam mortiferum ingeniis quàm libido.* Nec animi solùm, sed corporis robur minuit: & perplacet illud Augustini, *Pudicitia est virtus, quæ comitem habet fortitudinem.* Omitto pericula ex ea & contemptum, alibi dicenda. Habeas igitur ante matrimonium: neque enim ab eo te arceo. imò *quod honestius* (ait ille) *Imperatoriæ mentis levamen, quàm assumere conjugem, prosperis dubiisque sociam? cui cogitationes intimas, cui parvos liberos tradas?* Cogitationes, nec tamen omnes. Illæ de republicâ non benè semper infirmo, & interdum infido sexui, committuntur. Spernimus, qui referunt ad istas pleraque omnia, & qui audiunt: etsi Aristoteles notat, *feroces & militares sæpè populos ita subjici, & nominatim Lacedæmonios.* Quod idem de istis Plutarchus, scribitque: *Lacedæmonios uxoribus suis semper addictos esse plusque cum his, de negotiis politicis, quam bas cum illis, de privatis communicare*, Turpe est, ne fiat. Quis *Claudii* imperium non novit, hoc nomine famosum, quod semper aut *Messalina* aliqua, aut *Agrippina* regeret; aut unà cum his, quispiam e libertis? Quis & *Alexandri Severi*, boni aliàs Principis, non miseretur: qui per pietatem nimis matri se addixit, & se sic evertit? Herodianus observat: *Quippè illi mater supra modum imperabat; atque is dicto audiens semper fuit, idque aliquis solum in Alexandro reprehenderit, quòd mansuetudine nimia, reverentia majore quam oportuit, matri etiam in iis quæ displicebant, obsequeretur.* Atq; idem scriptor proprium muliebre vitium tangit, quod instillant. *Alexander*, inquit, *ipse ad prælium cum Partho non vênit, incertum metune proprio, an quia mater retinuerit, fœmineo pavore. Omnes ejus illius* (hæc nota) GENEROSOS SPIRI-

a De Civit. Dei, lib. I.

Tacit. XII. Annal.

1. Politic. cap. VII.

Lib. VI.

TUS

tus retundebat, *suadens alios potiùs periclitari pro se fineret, quàm ut ipse in acie consisteret.* Talia fœminæ, & de viora, solent: ac bonarum rara exempla, animosarum pauciora sunt. Mihi verò, si quæ Principis fœminæ partes in republica esse possunt: eæ sint quas Homerus in *Arete Alcinoi* describit: *quam*, inquit, *maritus honorat & cives. Quid ita?*

Οὐ μὲν γάρ τι νόῳ γε γυνὴ ἀμείνονι ἰσόφρων,
Οὐδ' ἐπιεικείῃ, ἀλλὰ φρένες ἐστὶν ἑκάστῃ
Nam neque mente animoque ea deficitur sapienti;
Atque inter cives & amicos jurgia solvit.

Hoc bonum germanumque fœminæ opus, pacare, mitigare: amplius, ex eodem Homero, afflictos juvare. Ita enim Minerva *Ulyssi* suadet, adire in primis & blandiri *Aretæ*: quia per eam in patriam restituendus esset. Plura quæ facit, plurimùm malè facit. & pulchrum elogium de *Maria Emanuelis* Lusitani uxore, quæ (ait scriptor ejus gentis) *erat moribus & vitâ gravis, humanitate comis; otii inimica, & ipsa manibus suis opera muliebria, è lino aut serico, faciebat; & virgines suas eodem ducebat.* NEGOTIIS PUBLICIS *numquam se admiscebat, summum mulieris decus in modestia ponens, & vitæ perturbationem censebat, munerum confusionem.* Hæc magnanimę illius *Isabellæ* filia fuit: sed non in virilibus curis ei par: & ut verum dicam, *Isabellæ*, ut Phœnices, vix quingentesimo anno gignuntur. Si quis tamen talem nactus, utiliter audiat: vel minorem eâ, sed audiat, non semper auscultet. Exemplo porrò *Castitatis*, atque etiam deinde *Caritatis* inter conjuges, demus, ac primum illud, quod de

CYRO Xenophon, sive verè sive decorè, scripsit. I.
Cùm, inquit, *Panthea* formosissima fœminarum capta esset, atque ad eum adducenda, vetuit: ne vel oculis scilicet castitatem matronalem, & suam, violaret. Atque *Araspo* ex amicis suadenti adire eam, & alloqui: *esse enim mulierem insigni formâ, & Regis planè oculis dignam: Ob istuc ipsum*, inquit, *magis est ut abstineam: Etenim si nunc illam adiero, cùm vacat; fortasse illa efficiet ut adeam, etiam cùm non vacat, eique assideam neglectis rebus seriis.* Bona oratio, & ratio, ac sanè si non alia noxia in usu fœmineo; ista certè est, avocari à melioribus curis.

Itaque jure PERICLES, cùm Athenienſibus Prætor, II.
collegam *Sophoclem* poëtam haberet, atque is in communi officio fortè districtus, prætereuntem egregium puerum intentiùs intuitus esset, impensiusque laudasset;

dasset; gravissima ista voce corripuit, *Oportet ô Sophocles, Prætorem non solùm manus à lucro, sed oculos à libidine habere puros.*

III. Quod fecit rex ANTIOCHUS tertius, qui Ephesi in suâ urbe, conspectâ Dianæ sacerdote, supra alias forma decora, continuò illinc solvit: veritus scilicet, ne amor aspectu paullatim auctior audaciorque, eò impelleret, unde pius castusque non rediret. Laudari meritissimò posset, & contra impios quosdam Principes: quibus Deo dicatas virgines violare aut incestare, idque sub velo (ô nefas!) sacrorum & religionis, ludus jocusque fuit.

IV. At ALEXANDRI *Magni* in hac re continentia, cui non innotuit? Is magno prælio *Darii* victor, ejusque gazam, conjugem, & filias etiam potitus: non solùm benignè & regiè habuit, sed sic castè & sanctè, quàm si eodem, quo ipse, parente genitæ forent. Darii quidem uxorem, exsuperanti formâ fœminam; nec oculis attingere umquam voluit: quod ipse de se in epistolâ quâdem ad *Parmenionem* sic scripsit: *Ego enim non solùm non vidisse inveniar Darii uxorem, aut* VIDERE COGITASSE, *sed nec verba facientes de ejus formâ audire sustinuisse.* O raram in eâ fortunâ, & ætate laudem! quam factum sequens cumulat.

V. Cùm aliquando enim IDEM, natura incitante, usum fœminæ voluisset, & ministri formosam noctu adduxissent: ille rogavit, *Ecquid tam serò venisset?* Ibi mulier excusare mariti vigilias, & exspectasse donec cubitum iviset. Quod cùm audisset, quasi telo ictus, & calore omni remisso, mulierem omisit: vocatisque ministris, *Reducite*, inquit, *istam, & quàm pænè imprudentem me adulterio illigastis?*

VI. Jam quæ verba EJVS & ira, adversus *Philoxenum* quemdam, maritimæ rei Præfectum suum? qui ad eum scripserat, *Esse apud se Theodorum mangonem & venales habere duos pueros formâ eximiâ, ecquid eos emeret?* Quibus lectis valdè indignatus, & idemtidem exclamans amicos interrogabat, *Quid igitur in se Philoxenus tam fœdum vidisset, ut tantam maculam sibi inureret?* Sed & in epistola ad ipsum, multis eum probris scidit, jussitque *Theodorum* illum cum mercibus suis in malam rem ablegari. Quòd si sic alii Reges & Principes; faxo, ut talium rerum conciliatores & interpretes pauciores in Aulis essent.

Quid

Digitized by Google

Quid autem Romanus SCIPIO? nec robur ejus in hoſtes magis, quàm in libidines ſuſpexeris: quas non ſupra *Alexandrum* domitas habuit & compreſſas? Nam ille oculis ſuis parùm credidit, & veritus eſt capi: iſte cominus congreſſus, & vidit, & vicit. *Carthago Nova* ab eo capta erat, ubi præter aliam affluentiam rerum, pueri virgineſque nobiles reperti: & inter eos una, quæ ad *Scipionem* deducta, oculos, quaquà ibat, omnium in ſe ſplendore formæ vertebat. Donum dabatur juveni Imperatori, ut putabant, gratiſſimum: ſed ille oculis libatam modò, abnuit: & *Acciperem*, inquit, *fruererque, ſi priuatus, & non cum Imperio eſſem. Nunc reſpublica occupatum hunc animum tenet. Accipio tamen quaſi depoſitum, reddendum cui ratio & humanitas ſuadebunt.* Simulque virginem percontari de patriâ, parentibus, & ſorte cœpit: agnovitque principe loco natam, & principi item ſuæ gentis adoleſcenti (cui *Luceio* nomen) deſponſam eſſe. Igitur parentes, & hunc, advocat: cùmque veniſſent, ſtatuta apud ſe virgine, ſponſum ex iis priorem alloquitur: *Ego, ut hæc virgo ad me deducta à militibus noſtris, ac donum data eſt; & formam ejus libens vidi, & dotes animi corporiſque laudavi. Nec enim cœcos, aut ignaros talium, Natura genuit: hæc quoque pectora amor tangere poteſt, ſed non niſi honeſtus, & quem tempora reſque meæ permittunt. Hæc igitur etſi jure belli mea erat: tamen non lubet inter arma hos ludos ludere; nec deceat fortaſſe præripere, viro forti jam deſponſam. Hoc enim ab ea didici, & ideò te evocaviut coràm viderem, coràm tibi hanc traderem (numina teſtor) caſtus caſtam. Sic pudicè cauteque mea cura habita eſt, ac ſi apud ſoceros tuos, parenteſque ſuos fuiſſet. Non eſſet me teque dignum donum, ſi aliquid ex ea vis aut occulta fraus libaſſet: intactam, inviolatam accipe, & fruere, nec aliam mercedem, quàm te volumus, id eſt animum tuum Scipioni & Romanis addictum.* Attonito juvene, & præ gaudio vix mentis aut linguæ compote; parentes intervenerunt, gratias agentes habenteſque, & ad pedes Scipionis ſatis grande auri pondus depoſuerunt, quod pro redimenda attulerant: rogaruntque, quoniam gratis redderet, ipſe hoc munus ab ſeſe haberet. At ille beneficentiam aliâ cumulans, ſponſum tollere hoc aurum totum juſſit; & ſuper dotem, quam parentes daturi eſſent, hanc quoque à ſe habere. Quid laudes potius? libidinem victam, avaritiam victam? cum laude privata, cum publico fructu? quia uno hoc facto magnam Hiſpaniæ partem ad Romanos & ad ſe traxit, certatim cupientes tali virtuti ſubeſſe. VIR.

Digitized by Google

VIII. Jam in JULIANO quoque Principe, etsi à pietate & religione nostrâ abiit, admiranda hæc continentia fuit. quem fides certa habet, mortuâ *Helenâ* conjuge, nihil umquam venereum attigisse: celebrantem sæpè & recolentem Bacchylidis poetæ illud dictum: *Ut egregius pictor vultum speciosum effingit, sic pudicitia celsius consurgentem vitam exornat.*

IX. Libentiùs & Christianos hîc infero, & laudo. primumque inter eos BALDUINUM, ex Flandriæ Comite Byzantii Imperatorem; qui annos XXXII. natus, in ipso illo ætatis æstu, sic continuit se & adstrinxit, ut toto illo tempore quo ab uxore abfuit, nec impudicis quidem oculis mulierem sit intuitus, quod de illo totidem verbis, hostis ejus alioqui, *Nicetas* in historia consignavit; additque, etiam in aliis hanc castimoniam egisse, & *bis quaqua hebdomade, sub vesperam, proclamari jussisse, Nequis qui alienam mulierem attigisset, dormisse aut cubuisse in Palatio suo vellet.*

X. MAXIMILIANUS *Primus Austrius*, quàm castus à libidine fuisse censebitur, qui sic verecundus à contactu aut aspectu fuit? Inter alias dotes, corpore & omnibus membris pulcherrimus describitur: sed eorum quæ natura occultari voluit, ira celans, ut nemo vir aut fœmina nudum eum viderit, aut retectum. Subducebat se furtim, cum naturæ purgationes vocarent: ad lectum iturus, nec cubicularium quidem ad exuendum, deponendum, collocandumque se admittebat, adeò ut nulla virgo magis teneri pudoris fuisse videatur. Quid, quòd testamento cavit, caligas & feminalia mortuo sibi induci? ut & tunc cura pudoris esset, cùm jam non esset.

XI. Sed & CONSALVUM *Magnum*, Hispanâ stirpe, meritò celebraverim, qui tot bellis, cùm regnum Neapolitanum suo Regi vindicaret, consensu traditur, nullam matronarum aut virginum temerasse, imò & oblatas aut offerentes se (nec novum in tali potentia) comiter rejecisse. Atque adeò cùm pater quidam, vir nobilis sed pauper, duas filias scitas & lepidas, ipse ad eum perduxisset, ratus hac se via ad opes posse venire: admisit quidem, sed caussa facti cognita, ut suas filias, dote data nobilibus viris elocavit, à se tam integras, quam à parente.

XII. Addi fortasse meretur, etsi in uno facto continentia, quam alii FRANCISCO *Sfortiæ*, alii CAROLO *Octavo* regi Galliarum adscribunt. Sed hujus nomen usurpe-

mus,

Digitized by Google

mus, ut dignius: & potuit tamen hoc simile in utroque evenisse. Igitur *Carolus*, in reditu à regno Neapolitano (quod quæsivit fortiùs quàm tenuit) cùm opidum aliquod Italiæ expugnasset; in militum direptione & discursu, virginem perhonestâ formâ ad pedes ejus accidisse ferunt, tutelam à vi militum & custodiam pudicitiæ suæ rogantem. Atque illum à militibus quidem servasse; sed ut juvenem & talium rerum satis liberum, statim oculos & cupidinem ad eam adjecisse, & seductam in lectum abjecisse, jam imminuendam. Ibi ea toto animo anxia, videt tabulam in pariete suspensam, in qua Diva virgo puerum, mundi servatorem sinu gestabat: & ea oblensâ, *Per intactam hanc Virginem*, inquit, *oro, adjuro, virgini mihi parce.* Movit ita regem (non sine Divæ illius numine) ut libidinem jam exsilientem coërceret: & lacrimis etiam profusis, solo amplexu prosecutus liberam dimiserit, cum dote quingentorum aureorum. Sed & propinquos, aut affines captos, ei donavit.

Hæc exempla in regnis, aut imperiis: quis carpet unum alterumque prodi, in fortuna privata? SPURINA adolescens in Etruria, excellenti pulchritudine, matronarum virginumque in se oculos, sed & virorum trahebat. Illæ potiri avidè, & in occulto aut palàm, suspirabant: illi æmulatione tangebantur, & in suis quisque fœminis timentes, aut suspectantes. Optimus juvenum vidit, & ut se alioſq; metu vel molestia liberaret, faciem illam sic emendatam, plagis scissurisque totam ipse deformavit. Quid addam? ludibrium posteà, non irritamentum vixit. XIII.

Addatur, addatur ille DAMOCLES, adolescens Aticus, tam insigni facie & corpore, ut vulgò ei cognomen *Formosi* esset: Itaque eoipso proditus *Demetrio* regi, qui tunc Athenis lasciviebat, postulatur ad stuprum: impelliturque donis, promissis, minis. Nihil horum valuit, & vim aut insidias veritus, abstinere etiam cœpit gymnasiis publicis, & palæstra. Quod rex cùm advertisset, positis observatoribus, evènit, ut in balneas privatas lavandi gratia iviſſe cognosceret; statimque eò properans nudum deprehendit, quid nisi certam, ut putabat, prædam? Et jam ira quoque accensa libido irruebat: cùm ille non nisi in morte effugium videns, hanc elegit, reseratoque aheni operculo, in aquam ferventem se demersit, & exstinxit. Triste fatum, si fortè factum! sed justius undique laudandum, quod adjungam. XIV.

Digitized by Google

XV. PELAGIUS in Hispania fuit, qui in clade à Mauris
p. cccc. accepta ad *Funcariam*, sub *Ordonio* rege, cùm obses
xxi. datus esset, sive pro avunculo *Hermogio* Episcopo Tudensi, ut plures certioresque volunt; sive pro patre Galiciæ Principe, qui captus Cordubam trahebatur: sed pro utro, tamen obses *Abderamini* regi Mauro datus: ecce formâ ejus captus Barbarus, florem hunc sibi destinat, & alludere cœpit, contrectare, & tentare. Ille rejicit, arque id sæpiùs: donec vim etiam parat amator, cui iste, ingenuâ irâ, pugnum impegit: & *Tolle canis*, inquit, *vitam, non pudicitiam mihi extorquebis*. Hic quoque in iram ferò jam datus, jussit ut fundæ machinali impositus, trans Bætim fluvium vi emissus, rupibus illideretur. Quod factum: sed Pudicitia ipsa, opinor, alumnum suum tuita est, & eum miraculo vivus evasit. Non mutavit tamen Barbarus, nisi supplicium: & forcipibus membratim discerpi lancinarique jussum, in flumen projecit. Unde Christiani nostri extraxerunt, coluerunt, nomenque ejus in Divorum numerum ab Ecclesia meritò est relatum.

Satis sit jam talium: videamus & CARITATIS inter conjuges exemplo. Nam ea castitati ferè semper comes.

XVI. *Vespasiani* ævo turbæ aut rebellio in Galliâ fuit, & dux partium *Julius Sabinus*, cui uxor EPONINA, victis Gallis, dux ad supplicium quærebatur: sed is in speluncam aviam se abdidit, & famam mortis suæ sparsit, quasi veneno sponte eam sumpsisset: ac rei fidem, villam, tamquam super se, jussit incendi. Ipsa uxor hæc ignorabat, eratque in multis & mœstis lacrimis: soli duo liberti sciebant, qui miserati mulierem, mori certam, & cibi jam triduum expertem, marito indicant, & suadent amanti subveniri. Factum, & illa resciscit *Sabinum* suum sic vivere: venitque ad eum, fidem & silentium coluit per totos novem annos, & liberos etiam in spelunca concepit ac peperit, solâ Caritate obstetricante. Denique res evulgata est, capti sunt, Romam deducti: an non venia donati? laudem & præmium merebantur, certè ista. Sed *Vespasianus* (ah meo animo hîc sævus) jussit interfici, quamquam illa prolatis ostensisque liberis: *En Cæsar*, dixisset, *quos ego in monumento peperi atque alui, ut plures supplices haberes*. Indignor, non vel dicto huic indulgentiam donatam: sed nihil illa: & læta, opinor, cum marito periit, cum quo tot annos jam antè fuerat sepulta.

Fuit

Fuit & CABADIS Persarum regis uxor, ignoto nomine, mirâ in eum fide. Is regno suo spoliatus à subditis, quibus durius imperasse visus, & in custodiam datus erat. *Blazes* frater in ejus locum substitutus, consilium habuit, quid captivo faciendum? atque ibi *Chanaranges* (magistratus & præfecturæ præcipuæ nomen) ostenso cultello, *Hic*, inquit, *tam exiguus statim peraget, quod postea viginti millia hominum non efficient.* Significans, tolli ex facili nunc posse; vivum daturum molestias aut clades, uti evênit. Nam cùm mitior sententia in virum sanguinis & loci regii obtinuisset, utque in carcere cui *Lethe* nomen, perpetuò adservaretur: fuit ibi aliquamdiu, uxore idemtidem invisente, & focillante. Sed sors ita tulit, ut Præfectus carceris conspectam jam sæpius mulierem adamaret: quod illa ad maritum retulit: atque hic eam jussit obtiequi, vel salutis suæ caussâ. Non volens paruit: sed volentior deinde Præfectus, & mulieri, cùm vellet, ad maritum accessus fuit. Itaque operâ tandem *Seosis*, veteris & fidi amici, equi parati in propinquo ad effugium: atque ipsa cacerem, de more, ingressa, viro suam vestem induit, illius accepit: qui egressus sic fefellit. Jam plures dies abierant, & *Cabades* in tuto, & apud *Euthalitas Hunnos*: cùm fraus deprehenta, & mulier jussu regio pœnas dedit. Infelix hac parte, nec *Cabadi* suo prosperorum futura socia, qui uxore aliâ ductâ, filia regis *Euthalitarum*, grandes à socero copias impetravit, regnum recuperavit, & *Blazen* in custodiam dedit, oleo fervente super oculos infuso priùs excœcatum. XVII.

Simile est SANCTIÆ Hispanæ facinus, quæ soror *Therasiæ* reginæ Legionensis, aut ejus ex fratre neptis (nam dissentiunt) fidem & affectum erga sponsum, & mox maritum, ostendit. Is erat *Ferdinandus* Castellæ Comes, cui infensa *Therasia* ob patris mortem, ulcisci eam fœmineâ fraude apparabat. Itaque nuptias *Sanctiæ* sororis offert, quæ apud *Garsiam* fratrem, Vasconum regem, educabatur. Placuit Comiti conditio, it modico & pacis in speciem comitatu, ad sponsam capiendam, & fruendam & deducendam: cùm *Garsias*, insidiarum gnarus & particeps, in vincla eum condit. *Sanctia*, audito sua caussa & amore id evenisse, et si amoris anteà expers, honestè eum concipit: occultè in carcerem venit, nuptias paciscitur, & cum eo in Castellam; elusis custodibus, abit. *Therasia* nec sic mitior aut quiescens, aliam iterum fraudem struit: XVIII. DCCC. LVIII.

Digitized by Google

idque per filium *Sanchium*, Legionis regem. Qui conventus regni indicit, quasi de magnis publicis re bu, & eò Comitem, de more, vocat. Hæret nonnihil iste, & dubitat; : sed ut solent generosi animi, in fidei partes inclinat. Tamen cùm venisset, immitiore statim vultu & sermone exceptus, in arctam custodiam datur. Quid facis *Sanchia*? in sororem, in nepotem, pro marito quid struis? fraudem iterùm, sed piam. Simulat voti se ream, velle ad Divi Jacobi proficisci: facit iter per Legionem, & satis benignè (quidni à nepote, matertera?) excipitur. Orat inprimis, visendi obiter mariti copiam sibi fieri: atque impetrat, sed in noctem unam. Ibi complexus, ibi lacrimæ; & domo allatum consilium exsequitur, ut veste permutatâ, vicariam se daret pro marito. Ita ille luce dubiâ emittitur pro *Sanchia*, equos ex composito repperit, inscendit, evasit. Ipsa Sanctia, cùm nepoti indicium fraudis factum, educitur: & quamquam stomacharetur primò, & delusum se doleret, tamen impetu ad rationem revocato, pietatem & robur fœminæ veris laudibus tollit, & honesto comitatu ad maritum remittit.

XIX. M. cc. XIII. Firmus etiam fundatusque ille amor, qui in BLANCA SCARDEONIA, Italicâ matronâ, ad stuporem apparuit. Captum *Bassianum* erat, in agro Patavino municipium, ab *Actiolino* immanis sævitiæ tyranno: atque ibi dum fortiter repugnat maritus *Blancæ*, interficitur; ipsa etiam in armis virilibus marito juncta, & simul pugnans, capitur. Adducta igitur ad tyrannum, & armis exuta, formosissima mulier apparuit; & accensus libidine potiùs, quàm amore, potiri statim voluit, illa abnegat, precibus, minis, & terroribus immobilis: donec ad vim tyrannus se parat, quod intelligens, astu ad fenestram se subducit, & præcipitem ex ea jecit. Non tamen vel sic obiit, ad aliud facinus supervixit, quod fuit tale. Cùm enim sanguine fœdata & semianimis, sublata *Actiolini* jussu esset, & in lecto reposita, curataque; post dies aliquot iterùm tentata recusavit, & eumdem animum vitæ potius, quàm pudicitiæ perdendæ, sibi esse testata est. Ab irato igitur constringi ligarique jussa, violata, non contaminata est (quî enim posset illa castitas?) sed tamen dedecori huic supersse noluit, & fortiùs quàm aliqua *Lucretia*, cum ad mariti sepulchrum isset, allevato & suffulto lapide, super fœtidum cadaver se projiciens, atque id amplexa, *Teneo te*, inquit, *mi amice, quis tyrannus ul-*

Digitized by Google

trà avellet? Maneo, accipe fidam tuam Blancam, corpore & funere nunc junctam. Dixitque, & fulcrum revellens, caput sibi contrivit, & spiritum tenuem & exiturientem emisit.

XX. At hæc in fœminis sunt, quarum ad honesta aut prava major sæpè impetus: sed nec viri destituimur hujus Caritatis exemplis. Omitto vetera, sub rege *Emanuele* Lusitaniæ, in Africa bellum gerebatur: & *Ataidius* ejus ibi Legatus, cum satis magna manu prædatum in agrum Marochiensem iverat. Inopinantibus supervênit, atque ita RAHUM BENXAMVTIVM repperit, claro nomine inter Arabum duces: qui castra illic &, de more, familiam habebat. Igitur ingens à Lusitanis cædes edita, præda item hominum pecorumque parta. Ipse *Rahus* tamen evaserat: & cum Christiani, onere graves, tardius iter facerent, collectis ad LXX. è suis equitibus, à tergo obequitabat minitabundus. Plures intereà accedebant: & ipse tum suos cohortans, tum Arabas excitans (qui cum Lusitanis fœderati militabant) ut eos desererent proderentque: *En egregiam occasionem*, inquiebat, *Deo, Mahumeti, gentilibus placendi: si istos canes & alienigenas, facto agmine ac nobiscum junctis, invaditis, & cinctos undique trucidatis. Præda erit vestra, gloria æterna erit vestra, patria liberata munere erit vestri. Agite fratres, agite commilitones, expiate fœderis dedecus honestissima transitione.* Clamabat, non movebantur, imò contrà, quò fidem suam magis nostris approbarent, in primum agmen cum præda se Conferebant. Jam parabat ut impar, discedere *Rabus*: sed uxor illius *Hota* nomine, singulari specie mulier, amata unice & amans, ex agmine nominatim eum inclamavit. Substitit ille, & vocem agnovit, simulque fœminæ fatum: atque ipsa à ducibus petito brevi colloquio & impetrato, *Rahe*, inquit, *Benxamutie, ubi promissa & fides sunt? Quoties juraſti, captivitatem meam & discrimen ipsa morte tua depellere? En trahor captiva, & pateris, perfide dicam an ignave? Nec utrum probrum viri indignius sit, scio, Ubi autem de robore tuo vaniloqua verba? pudet & famæ, quæ sic est mentita.* His vocibus, & ipsis amoris furiis, incitatus *Rahus*. *Dies*, inquit, *longa est, victoria in Dei manu, virtus in meo brachio, confide.* At illa pulverem manu è terra tollens, & in altum projiciens, *Sic*, inquit, *verborum tuorum fidem aura dispellit. Abi ingrate, alia fruere, quam mihi, ut video, prætuliſti. Sed Rahus* statim, ut in more gentis est, calceum sibi detractum, in illam jecit: quod

M. D XVI.

quod signum & pignus sanctum erat servatæ servandæque fidei: & simul ad equites suos conversus, *Si umquam amor vos tetigit*, inquit, *mei atq; huius miseremini, & adjuvate. Per sacra nostra, per gloriam gentis; per vitam hanc meam obsecro, quæ diuturna esse non potest, si hæc auferetur. Insilite, dii audentes & amantes juvant.* Fecitque ipse & alii impetum, quem egregiè sustinebant nostri, donec *Ataidius* in extremo agmine propugnans & sustinens, cùm guttur ejus casu arma nudassent, hastâ *Rabi* transfixus occubuit. Duce amisso, confusio; & ea major, quòd æmulatio etiam erat & certamen de loco. Alii hunc, alii istum sufficiebant, & id tanto certamine, ut pænè (ô fatalem insaniam!) ad manus inter se, relictis hostibus, venirent. Quod Arabes fœderati conspicati, & simul miseratione nobilis illius Ducis tacti, arma in nostros verterunt, & puncto temporis dissipata acie, cæsi plerique omnes aut capti sunt. Recepta ità *Hota*: quam secum ducens victor *Rabus*, omnium oculos, voces & laudes in se vertit, fidem & robur prædicantium, & utriusque felicem affectum. Nec diu sanè pòst, mulier pro se fidem quoq; testata est: cum maritoin prælio quodam mortuo, illa funus ejus cum multis lacrimis magnificè curavit: & inedia deinde novem dierum se vita exuit, & marito junxit.

XXI. Hæc tragica. mitius exemplum est, quo claudam, nostri PHILIPPI *Boni* cognomento: qui præcipuus auctor fuit magnitudinis hujus, quam domus Burgundicæ appellamus. Is igitur annos natus vinginti tres, patrem *Joannem* Burgundiæ Ducem, scelere & perfidia (res dicenda est) *Caroli Delphini* interfectum amisit. Atque ut erat dolore & irâ recens, ad uxorem venit, quæ ipsa soror *Caroli* erat: *& ô mea Michaela*, inquit (id mulieri nomen) *frater tuus patrem meum occidit.* Mulier statim in lacrimas & clamores, (nam mirificè viri amans erat) & discidium non frustrà verita, sine solatio lugebat: nisi quod ipse eam erexit, multisque verbis affirmavit, *Nihilo sibi viliorem futuram; ob hanc propinquam quidem, sed alienam tamen culpam. Reciperet animum, & metum poneret, viro æternum fido bonoque futuro.* Et fecit. vixit triennium cum ea, omni amore & honore solito prosecutus: etsi ipse aspectus ejus, scelus fraternum & triste parricidium sensibus ingerebat. Accedebat, quòd sterilis esset, quæ sola causa divortii, quoties apud Principes valuit? Sed nihil apud istum: qui amorem & primam copulam, nisi morte, noluit solvi. Verè

Digitized by Google

Verè claudebam, sed SCYTHICA mulier intervenit, XXII.
& ostendi postulat in hoc theatro. non illa magna, nec in re speciosa aut magna, sed si ad calculos revocetur, magni mirandique amoris. Sub *Andronico Palæologo Juniore*, Scythæ incursionem in Græciam Thraciamque fecêre, & latè populati magnam prædam avexêre. In eâ captivus quidam Thrax fuit, qui cum aliis ante fores Scythicæ hujus trahebatur: viditque & miserata est, & emit eum, imò & mox nupsit, sed juramentum tamen prius exegit, non deserendam se ab eo in ulla fortuna, tempore, aut loco. Mulierem autem hanc jam antè acre desiderium habebat capiendæ nostræ religionis, & ut salutari aqua tingeretur: quod marito indicat, atque ille approbat, & unà constituunt hoc fine in Christianos fines demigrare. Sed dum se apparant, & opportunitatem quærunt, annus elabitur, & binos interèa liberos marito suo, alterum peperit, alterum in utero gestabat. Ex quo & crevit amor mutuus, & jam firmâ nexio videbatur. Ecce autem interèa evênit, ut iterùm Scythæ incursione factâ, priorem uxorem hujus mariti sui abducerent, & prætereuntem cum captivis ille agnosceret & videret. Itaque, pro veteri affectu & consuetudine, illacrimavit, & causam uxori suæ Scythicæ dixit. Illa nec indignata marito est, nec odio aut æmulatione (pro muliebri ingenio) in alteram illam tacta: sed statim eam quoque emit dum ad domestica ministeria, tum ut aspectu ipso dolorem marito levaret. Et jam tempus migrandi visum: migrant, Constantinopolim veniunt: mulier baptismate tingitur: altera illa (ausim ingratam, si non iniquam, dicere) statim ad Patriarcham accurrit, clamitat per injuriam maritum sibi ereptum, & à Scythica possideri. Illa quoque venit, & auditur, & rem totam exponit; nec quisquam damnare eam sustinuit, ut quæ amborum domina esset, eosque ex servitute & immanibus illis belluis liberasset. Tamen hæsitantibus illis, ipsa sententiam hanc ultrò tulit: *Marito meo si prior uxor cordi est, habeat, cui etiam ob consuetudinem, & susceptos ex eo liberos, pretium redemptionis condono. In ipsam hanc autem fœminam uti eadem liberalitate cupiam, sed cùm in terra aliena sim, & aliarum rerum inops, haud possum. Itaque illa, pretio reddito, cum marito abeat: ego cum duobus meis liberis benigni Dei manùs exspectabo.* Dixerat mulier, & mirati omnes æquanimitatem sunt: cui Deus sanè mox adfuit, & cùm altera illa in Thraciam iviſſet, ad pecuniam corrogandam; ecce iterùm à

globo

Digitized by Google

globo Scytharum abripitur, nec ultrà visa est, & maritus jam tutò in Scythicæ illius conjugio acquievit.

CAPUT XVII.

DE PATIENTIA.

Ab irâ & vindictâ alienum esse debere, præsertim in conviciatores.

POTERAT sub Clementia hæc virtus contineri; sed educere malui, & seorsim ostendere, quia valdè Principem decet, & sæpè in eâ fortunâ locum habet. Quis non alta illa sermunculis aut judiciis petit? Gravamur imperari; & quamvis benè atque utiliter aliquis faciat, tamen hoc, illud, carpimus: & semper aliquid est, quod non omnibus placet. Inde voces, sed spernat Princeps, & sciat, *Nullum esse argumentum magnitudinis certius, quàm nihil posse, quo instigeris, accidere.* Sen. III. De Ira. Cap. VI. Sicut suprema Mundi pars ventis, fulminibus, pluviis non turbatur: non item debent apices illi rerum. Hic aut ille in te jocatus est? convicio aspersit? calumnias dispersit? contemne. *Ille magnus & nobilis est, qui more magnæ feræ, latratus canum securus exaudit.* II. De Ira cap. XXX. Potentia tua supra læsionem est, gloria (si benè agis) supra infamiam. Sed Mecænatis verba & consilium, quod *Augusto* in hac re dedit, digna adscribi: *Siquis conviciatus tibi fuerit, aut in occulto detraxerit; neque deferentem audire debes, neque delatum punire. Turpe enim sit, facilè te id credere, cum causam non præbeas, esse tamen qui convicio petant. Atque id fere non nisi mali Principes credunt, quos ad fidem inclinat conscientia. Deinde autem iniquum sit, hæc irasci aut punire, quæ si vera sunt, præstat non admittere: sin falsa dissimulare. Nam ultione ista, quid nisi plures sermones & plurium provocabis?* Diol. lib. LII Sunt saluberrima monita, sive rationes & ultimam istam nota. Ne move, quod motum magis exhalet: ne move, quod movendo non sedes. Quòd si omnes punitum ibis, quis finis erit? neque aliud agas, & assiduè in iis occuperis. Contemne igitur, & Senecæ hoc imbibe: *Contumeliarum patientiam, ingens instrumentum esse, ad tutelam regni.* Eatur ad Exempla veniam,

1. LACONES appositè in publicis sacris apprecari solent, *Ut possent injuriam pati.* Ne properè scilicet exsilirent ad vindicandum, & statum ita suum turbarent. Tum

Tum etiam, quia parum idoneos judicabant ad res gerendas, qui injuria aut contumelia statim abriperentur. Sedatio animi & frigus decet imperantes.

II. In qua parte DAVID, rex Hebræus, mirificus, qui pulsus a filio *Absalomo*, & profugus, cum manu tamen fortium virorum, ut ad montem *Bahurim* venit, ausus est *Semei* è *Saulis* cognatis, petere virum conviciis: tantùm? imò & lapidibus, quos ex alto in eum jecit. Indignati comites, & ex iis *Abisai*: *Itane hic canis Domino meo & suo malè dicat idque impunè? Ibo, mi rex, & recidam ei caput, domicilium protervæ hujus linguæ.* At mitissimus virorum David, *Miste, ut male dicat, Ex filius quem genui, sanguis meus, sanguinem istum quærit: & indignamur si conviciatur alienus?* Cælestis quædam hæc patientia: quid mirum in viro cælesti?

III. Magis in tyranno PISISTRATO, cujus uxore petulanter & injuriè habitâ & quibusdam adolescentibus ebriis, idque in publico: malum illi timentes, manè ad Pisistratum supplices veniunt deprecatum. Ille autem: *Quid vos vultis? mea uxor heri nusquam prodiit. At in posterum date operam, ut sobrii sitis.*

IV. Quid in ARTAXERXE Persarum Rege, in quâ gente superbia domicilium habere visa? Apud quem legatus Spartanus *Euclidas* liberè pro ingenio gentis, & pro suo ferociter locutus, hoc responsi rettulit: *Tibi licet, quæ libet apud me dicere: mihi & dicere, & facere.* Salva majestate modestia inserta fuit: & ad hanc ivit, ab illa non abivit.

V. Sed in hac virtute Macedonum aliquot reges eximii. Quid enim PHILIPPUS *Alexandri* pater? qui plura ejus dedit exempla. Ut in *Nicanore*: qui circumiens malè de *Philippo* opinabatur, & detractabat: nec defuit, ut solet, delator *Smicythas*. Amici igitur advocandum, & plectendum censere: ille contrà, *Et Nicanor*, inquit, *non est pessimus Macedonum. videndum igitur, numquid per nos admissum aut commissum, cur male dicat.* Et seriò quærens, repperit pauperem virum esse, bene meritum, nec adhuc habitam ejus rationem. Itaque statim munere eum affecit; qui & ipse, mutata mente & lingua, laudare ubique *Philippum* & attollere. Quod cùm idem *Smicythas* rettulisset: *Videtisne*, *amici*, inquit, *in nostra manu esse, bene vel secus audire?* Factum dictumque pensitandum Regibus, qui cupiunt famam.

Jam

VI. Jam iterùm IDEM, de petulanti quodam & procaci conviciatore, cùm suaderent exsilio plectendum: *Nequaquam*, inquit, *ne oberrans apud plures de nobis malè loquatur.*

VII. Nec verò in absentes solùm lingulacas talis, sed in præsentes, & qui in os insultabant. Ut ille *Demaratus Corinthius*, cùm adveniisset ad eum, tunc fortè cum *Olympiade* conjuge & filio *Alexandro* dissidentem: rogareturque à Philippo, *Ecquid consentirent jam inter se Græci?* ille ore libero, *Scilicet tibi convenit de Græcorum concordia agere, qui dissides à proximis tuis.* Sensit eum vera dicere Philippus: ad se rediit & cum suis in gratiam.

VIII. Idem cùm pro tribunali sublimis, sub hastâ captivos venderet, ac parùm decorè, veste reductiore, sederet: quispiam è captivis clamare cœpit, *Injuria se affici, esse enim paternum se Philippi amicum.* Quod cùm miraretur Philippus, & dicere eum ac docere juberet: *Apud te solum*, inquit: accedensq; ad tribunal, in aurem insusurrat, *Heus tu, vestem demitte, nam sic parùm honestè sedes.* Rex, nihil offensus, gratiam imò rettulit: *Et verè*, inquit, *iste mihi amicus erat, mittite hominem*, simulque aliter se composuit. En, fructum etiam suum alienam libertatem fecit; & solet ipse dicere: *Gratias se debere Athenienſium oratoribus, quod conviciis suis redderent se meliorem: dum illos factis conatur refellere.*

IX. At inter successores ejus ANTIGONUS, æmulus & pænè par fuit in hac laude. Qui in castris aliquando, cum duo è vigilibus, juxta ipsum Prætorium de rege malè dicerent, atque ipse omnia audiret, nihil ultrà quàm tentorii velum concussit; & *Heus vos*, inquit, *paullò longius secedite, ne Rex vos audiat.* Quid istuc est? ne dissuadet quidem malè loqui, sed cautiùs loqui.

X. IDEM cum exercitum in tenebris aliquò duceret, & molestum ac salebris interruptum iter esset, milites ductorem passim exsecrabantur Antigonum. At ille ad singulos quosque accedens ignotus, & explicans: *Nunc*, inquit, *benè dicite ei, qui vos eripuit.*

XI. Jam PYRRHUS qui Macedoniæ regnum aliquamdiu tenuit, idem hanc virtutem. Juvenes aliqui Tarentini, cum in Italia ipse esset, inter pocula malè de eo & minaciter locuti, deferuntur: adductique postridiè, *An dixissent?* interrogantur. Unus facetè & liberè: *Dixi-*

Digitized by Google

Diximus, atque adeo te interfecissemus, nisi lagena defecisset. Vini culpam, non animi ostendit: & Pyrrhus sic accepit, atque ipse arrisit.

XII. Inter germanos Græcos PERICLES conviciis petitus in foro, a protervulo quodam, nihil reposuit, & placidè res suas egit. Actis, domum ivit, illo prosequente & linguæ tela idemtidem ejaculante. Nihil sensit, nihil dixit *Pericles*: hoc tantùm, cùm ad ædes jam venisset, & nox esset, ministro suo, *Abi puer, & facem accende, & huic redituro præluce.* Vah, non patientiam solùm, sed benignitatem! qui adjutum ivit in ipso improbitatis freto æstuantem.

XIII. PTOLOMÆUS *Lagi* filius, Ægypti rex in Grammaticum cavillans, & inscitiam arguens, *Quis esset Pelei pater?* rogavit. Cui ille, *Expediam, si tu mihi prius dixeris, qui Lagi.* Genus obscurum aut sordidum regi palam objectabat: & id indignati omnes qui aderant, præter regem. Qui ad incitantes: *Nisi ferre dicterium regium est, nec dicere,* inquit. Idem jus volebat ferulæ, quod sceptro, in illis esse.

XIV. Sed Romani quoque Principes huc ducant, & primus eorum CÆSAR. Ille C. *Caluo* oratori, qui famosis epigrammatis prosciderat, cùm de reconciliatione significasset, prior & ultrò scripsit, tamquam ipse læsisset. Idem *Catullum* poëtam, qui famæ ejus perpetua stigmata (& nunc leguntur) versibus inusserat, satis facientem eâdem die adhibuit cænæ. Nihil stipulatus est, aut injunxit, sola pœnitentia pro pœna contentus.

XV. At AVGVSTVS verè & hîc successor, cum in judicio quodam inter alia crimina reo objiceretur, quòd malè loqui de Cæsare soleret, interrupit, & ad accusatorem, *Velim hoc mihi, probes, faxo sciat Ælianus* (id rei nomen) *& me linguam habere.* Benè, & benignè. quid aliud significabat, quàm dicta dictis ulturum? Etsi nec fecit, nec ultrà quidquam inquisivit.

XVI. IDEM in *Timagine*, historiarum nobili scriptore, plus semel patientiam ostendit. Multa in ipsum, etiam in uxorem, in filiam & familiam ejus dixerat: atque ea ut arguta, & ab homine docto, excipiebantur vulgò & circumferebantur: Cæsar tamen nihil, nisi monuit eum ut modestiùs ingenio & lingua uteretur: idque in domo sua. Nam & (vide ingratitudinem) Cæsar eum alebat. Sed eum nec sic, desineret, tandem domo ei sua interdixit: & quis accusasset, si urbe, si toto imperio? Et ecce, qui velut

Digitized by Google

invidiam Cæsaris excipiat: & is fuit amicus ejus *Asinius Pollio*, nec idèo desiit esse. Fovit hominem, & ejus exemplo alii: visitur, colitur. & quis? priora omitto, sed qui tunc quoque, tamquam professas inimicitias cum Cæsare gereret, libros Historiarum de rebus ejus scriptos combussit. Non hoc erat dicere, *Indignus es de quo scripserim? falsa censeo, quæ prædicaverim?* Tulit & hæc Cæsar: tantùm Pollioni semel dixit: Ὀφειοτροφεῖς, id est, *Serpentem nutris.* Et paranti excusationem obstitit, addiditque *Fruere mi Pollio, fruere.* Cùm hæc lego & examino, dicam Romam tunc seruisse? Aut si jaddam quod publicè in theatro acclamatum, *O Dominum æquum & bonum!*

XVII. Nimirum confirmatus in hac patientiâ animus jam erat, & contra concussionem omnem stabilis, quod etjam Tiberio ostendit, conquerenti super eâ juveniliter, & exstimulanti. Rescripsit enim in hæc verba: *Ætati tuæ, mi Tiberi, noli in hac re indulgere, & nimium indignari, quemquam esse, qui de me malè loquatur.* SATIS EST ENIM *si hoc habemus, ne quis nobis malè facere possit.*

XVIII. Et hausit ab eo TIBERIUS. qui adversus talia firmus, subinde jactabat, *In civitate liberâ liberas linguas esse debere.* Idem in Senatu, cognitionem super iis flagitante: *Non tantum habemus otii P. C. ut implicare nos pluribus negotiis debeamus. Si hanc fenestram aperueritis, nihil aliud agi sinetis: omnium inimicitiæ hoc prætextu ad vos deferentur.* O pulchra, ô advertenda! etsi ipse non tenuit, & postea se mutavit.

XIX. Unum propioris ævi exemplum etiam, & finio. FRIDERICVS Imp. conviciis petitus, & ab amicis ad vindictam excitatus: *Minimè*, inquit; *an nescitis Principes, quasi scopum, expositos ad has sagittas?* Ita est. alta livor & calumnia petent: petent, sed non tangent, ubi animus quidem est altus.

CAPUT XVIII.

DE MAGNITUDINE ANIMI.

Famam & immortalitatem Principi proposita, & expetenda esse.

HOc enim nunc appello Magnitudinem animi, alta & honesta proponere, & nunc, ac magis olim, in famâ bonâ ac gloriâ esse. Vt sol in aurorâ tenuior, assurgit & in cla-

Digitized by Google

clarescit; sic ex virtute & meritis fama cum ævo ipso augetur & crescit. Hoc velim equidem amare Principem, & ut trahat illum——*fax mentis honestæ Gloria*, ut poëta ait. Quid enim aliud in externis? Τὸ μὲν ἀργύριον καὶ χρυσίον ἴδιον κοινὸν πάντων ἀνθρώπων κτῆμα. τὸ δὲ καλὸν ἐπὶ μὲν τοῖς ἐπαινοῦσιν καὶ παρὰ τοῖς ἀκούουσι, θεῶν καὶ τῶν ἐγγιστα τούτοις πεφυκότων ἐστίν: *Argentum quidem & pecunia est communis omnium hominum possessio; at honestum, & ex eo laus & gloria, Deorum est, aut eorum qui à Diis proximi censentur.* Dictum egregium. alia aliis communia, & adipiscenda: at bona & magna fama magnis convenit, & quos Deus vicem suam fungi voluit in terris. Vellejus de *Pompejo Magno: Quo viro nemo alia omnia minùs, aut gloriam magis concupivit.* Egregiè illuc eundem est, ad honestam ambitionem & nomen: quod non plebejæ voces, sed seria Annalium testimonia celebrent & posteritati commendent. Ita ad Virtutem (etsi per se appetendam) ducitur: *nec potest quid quam abjectum & humile cogitare, qui scit de se semper loquendum.* Studia hoc donant, & rerum memoria: Princeps foveat, sed cum modo & judicio, ut nec passim eò vocet, nec argumentum se cuicumque stilo velit. Augustum videat; qui *ingenia sæculi sui* (ait Tranquillus) *omnibus modis fovit: componi tamen aliquid de se nisi & serio, & à præstantissimis, offendebatur.* Seriò, non per ludos & mimos: à præstantissimis, non ab ingeniis passivis aut plebeiis, sed quæ Genium aliquem æternitatis à se haberent. Hanc laudis cupidinem summi viri præ tulerunt: ut

Mamertinus, Panegyr. ad Julianum.

THEMISTOCLES, qui in ado loscentiâ solutus, & alia, rum rerum, post *Miltiadæ* de Persis victoriam honesta æmulatione percussus, depositis nugis seria agitare cœpit, & totas noctes insomnis agitare. Rogatus caussam, reddidit: *Miltiadæ se trophæis è somno excitari.* I.

IDEM in theatrum iturus, cùm rogaretur, *Cujus vocem libentissimè audiret?* aliò rettulit, & *Ejus*, inquit, *à quo laudes meæ optimè celebrabuntur.* Numquid dissimulavit? professus est gloriæ cupidinem, & ejus aliqua mercede inductum se res gessisse. II.

IDEM tertiò, in conventu celebri Græciæ, ludis Olympicis, cùm plerique spectaculis omissis oculos in illum verterent, eumque mirabundi & faventes exteris etiam ostenderent: dixit alacer animi & lætus. *Illo die se laborum quos pro Græcia tulisset, fructum maximum cepisse.* Ad rigidam Sapientiam si examino, non sapientissimè, quid III.

Digitized by Google

enim adjectum est? vox modò & laudatiuncula: sed virtuti aliqua oblectatio, cùm & gratos istos videt, & posteros sperat.

IV. At ALEXANDER hîc vel nimius, qui patrem crescere & inclarescere, interpretabatur se minui & obscurari. Cumque nuntii idemtidem venirent, hujus illiusque victoriæ: inter æquales ingemiscens, *Hem!* inquit, *quid tandem pater nobis vincendum relicturus est?* Mirus vehemensque affectus, qui vel innatam pietatem vicit.

V. Et quid quereris ô ALEXANDER? ecce Asiam, & Africam, & reliqua Europæ, tibi palæstram. Sed nimiam ambitionem jure dixerim, cui & orbis fuit angustus. Nam differente *Anaxarcho*, plures esse mundos: suspirasti, & *Me miserum! qui nec unum subjeci*, subjecisti.

VI. An non simile alterius *Alexandri* imò majoris, id est JULII CÆSARIS? qui in Hispaniæ *Gades* cum venisset, ibique imaginem *Alexandri* illius vidisset, diu intuitus in vocem & gemitum erupit: *Heu, nihil etiam memorabile à me gestum in ætate, quâ iste orbem terræ vicit!* Non gestum, sed gerendum: acquiesce. affatim Deus & fata materiem gloriæ tuæ dabunt.

VII. IDEM in Alpibus cum iter illac faceret, & comites rustica tuguria, & pauperes illos cœtus riderent: *Atqui malim hic primus esse*, inquit, *quàm Romæ secundus.* Quid hæc vox, nisi tuba & classicum belli civilis est? nolo secundus esse, vapula libertas.

VIII. Sed magis honestiusque se affectus hic prodit, cum posteros, & monumenta iis futura, cogitat. ut in PERICLE: qui in concionem ab iratis Athenensibus vocatus, quod tantam vim pecuniæ in opera & ornatum urbis contulisset: ille placidè, *An ergo ô cives, pœnitet conditionem fero, meum nomen iis inscribatur, & privatim mihi feram expensa.* Reclamatum à tota concione: hortatique ultro sunt, *Cum bonis diis pergeret, nec impendiis tali fine abstineret.* Ecce in toto populo honestum ambitum, & certamen à nullo in gloria ad posteros, vinci.

IX. TRAJANUS hoc quoque, *Optimus* suo jure Imperator, quæsivit: & passim nova ac vetera opera cum faceret, aut reficeret; nomen suum etiam minimis inscripsit, adeò ut quidam subsannantes *Herbam parietariam* eum appellarent.

Sed

Digitized by Google

Sed fidelior in libris scriptisque memoria: & ALEXANDER jam dictus scivit. Is *Callisthenem* ab Aristotele acceptum, eloquentiâ & sapientia clarum, secum circumduxit, rerum scriptorem, & famæ propagatorem. Sed heu! præpropera ira vitam abstulit, à quo æternitatem sperabat. X.

IDEM Aristotelem quàm fovit hoc fine, & produxit? felicius, nam ille nomen ejus secum perenne fecit, in operibus quæ exstant. Sed non sine præmio, & in unam *Historiam Animalium* scribendam, certum est Alexandrum contulisse *octingenta talenta*, nostræ pecuniæ *quadringenta & octoginta millia Philippicorum*. Quid dicitis hodierni Principes? compello excitandos? XI.

IDEM ejusdem ardoris scintillas judicio jecit, in vate *Homero*. Et cùm ad tumulum Achillis in Sigæo constitisset, è pectore vocem emisit: *O fortunate adolescens, qui præconem Homerum repperisti!* Certè, fatemur, tantum enim nescio an ipse se, sed tantus ille fecit. XII.

Ab eodem judicio IDEM, in accursu tabellarii cujuspiam res, ut videbatur, lætas ferentis: *Et quid*, inquit, *nuntias? an Homerum revixisse?* Nec feriunt, aut capiunt, scio, hæc dicta vulgares animos: sed altos mirificè: & quid ille, nisi summum votorum, æstimavit, Homerum reviviscere, idque in suas (huc ibat) laudes? XIII.

Græciæ etiam colonus HIERO rex Syracusanus, animum Græcanicum habuit, id est, ut cum Venusino dicam, *laudis avarum*. Nam cùm poëta quidam *Archimelus* epigrammate haud inscito, sed brevi (octodecim n odò versuum fuit) navim, quam ingentem fabricarat, celebrasset: ille delectatus & porrò provocans, in alia navi *mille modios tritici* Athenas, donum poëtæ misit; idque in ipsum Pyræi portum, omni suo sumptu. Si quis instructam navim, & socios navales euntes redeuntesque, cogitet: mirabitur regiam planè liberalitatem. XIV.

At nec Latini expertes hujus ambitus, etiam sæculo adhuc rudi. En P. SCIPIO *Africanus* poëtam *Ennium*, à quo res suas celebratas videbat, gaudebatque, & vivum benivolentia omni complexus est, & mortuum stare in effigie jussit in suo & *Cornliorum* monumento. Quid aliud, quàm dictum voluit? Per me in imagine vivat, cujus scriptis ego mortuus etiam vivo? XV.

Nec

Digitized by Google

XVI. Nec degeneravit alter SCIPIO *Africanus* qui (verba Velleii Paterculi) *tam elegans liberalium studiorum, omnisque Doctrinæ, & admirator & fautor fuit, ut Polybium Panætiumque, præcellentes ingenio viros, domi militiæque secum habuerit.* Macte Scipio! dignus tu comite Polybio, dignus ille te amico & patrono.

XVII. Jam POMPEJUS *Magnus*, apud se habuit *Theophanem Mitylenæum*: quem Græcum & exterum, in concione militum, civitate donavit. Quâ causâ & titulo? scriptorem rerum suarum.

XVIII. Sed in unum benignus *Pompejus*, in totum genus JULIVS *Cæsar*, qui rerum jam potens, *omnes liberalium artium doctores*, qui Romæ essent, civitate donavit. Quæ hæc liberalitas? inquies, nihil à se dedit. Dedit à publico: nec major aut optabilior tunc honos extero, quàm civem dici.

XIX. AVGUSTVS autem mirificè in hos propensus, quod tot scriptores aut vates dicent, ab eo producti & allevati. Ambitio autem ab iis viciſſim attolli, vel ex epistolæ ejus his verbis ad *Horatium* poëtam (quem hodie legimus) satis elucet: *Irasci*, inquit, *tibi me scito, quòd non in plerisque ejusmodi scriptis mecum potissimùm loquaris. An vereris, ne apud posteros infamæ tibi sit, quod videaris familiaris nobis esse?* Atque hoc velut convicio expressit Eclogam, cujus initium:

Cùm tot sustineas, & tanta negotia, solus:

Sed quod operæ talis pretium? servi, suppellex, fundi toti.

XX. Sed & VESPASIANVS, etsi cetera parcus, ingenia artesque fovit vel maximè. Et primus è fisco (ait Suetonius) *Latinis Græciſque Rhetoribus annua* * *centena constituit.* Idem *Salejo Basso*, eximio poëtæ, unâ donatione * *quingenta* donavit: id est, censum tunc equestrem.

* *Bis mille & quingenta sestertia.*

* *Duodecim millia Philippeorum & quingenta.*

ANTONIVS *Pius* diffudit etiam liberalitatem *Vespasiani*, nec Romæ tantùm, sed *per omnes provincias, Rhetoribus & Philosophis*, honores ac salaria detulit.

XXI.

XXII Quibus ALEXANDER *Severus* addidit, *Grammaticos, Medicos, Mathematicos.*

XXIII. Magna in omnes liberalitas, & sic perpetua: sed illa in unum stupenda. ANTONINVS *Caracalla*, cetera haud laudabilis, delectatus elegantiâ carminum *Oppiani*, quæ illi

Digitized by Google

Illi inscripta legimus, in singulos versus *singulos aureos* jussit rependi : id est, *nostrates duos*, & versus numera, stupebis.

DIOCLETIANVM addam ? is *Eumenio* Rhetori * *sexcenta* annua assignavit, in scholâ Augustodunensi, doctori. Credimusne ? refragantur & rescribunt : ignosco pro judiciis & animis, addam etiam, opibus hodiernis. XXIV. * *quindecim millia Philippeorum.*

Sed convenio vos PRINCIPES, voce Anaxagoræ, qui senex & æger decumbebat; nuntiatumque Pericli, ex ejus disciplinâ. Is accurrit, & solatus est, & precatus ne sic desereret: sed ibi opportunè Anaxagoras: *At enim, ô Pericle, quibus opus est lucernâ, oleum infundunt.* XXV.

Infundite bonis meritisque, & cum LEONE Græcanico Imperatore Eunuchum non audite dicentem, *Hæc in milites debere absumi.* Cui ille reposuit: *Utinam meis temporibus eveniat, stipendia militum in doctores artium absumi!* Vtinam, utinam ! sed meis non fiet: & inscitiæ caligo aut tenebræ (falsus sim!) imminent Europæ. XXVI.

APPROBATIO.

Has I. Lipsi lucubrationes ut egregiè frugiferas fore confido, ita prælo dignissimas censeo, quòd ea quæ Principibus ac politicis viris apprimè conveniant, non modò legenda, verum etiam velut in tabulâ, non sine voluptate, spectanda, exhibeant.

Guilielmus Frabricius Noviomagus,
Apostolicus ac Archiducalis librorum Censor.

LEGES

Digitized by Google

Digitized by Google

LEGES REGIÆ
ET
LEGES X. VIRALES
JUSTI LIPSI OPERA
STUDIOSE COLLECTÆ.

Digitized by Google

Digitized by Google

DE REGIIS LEGIBUS, ET QUI REGES QUAS TULERINT.

JUS *omne Publicum aut privatum est. Publicum, Divinum, aut Humanum. Divinum, quod ad sacra & sacerdotes pertinet: Humanum, quod ad magistratus & publicam administrationem. Ex his Romulus rex Humanum præcipuè. : Numa, Divinum constituit. Et publico quidem juri pauca aut reges ceteri aut* X. *viri addiderunt. Supererat Privatum, quod in Naturale, Gentium, & Civile tribuitur. Naturæ jus Romuli ferè leges præferunt : Numa Gentium addidit. Romulus de educatione liberûm, de matrimoniis, de parentum jure sanxit : Numa, de homicidis, de bona fidei contractibus, de sepulturâ, quædam tulit. Juris Civilis præcipuus auctor Servius Tullius, qui auctore Dionysio de Contractibus & Injuriis quinquaginta leges rogavit, item de fœnore, de nexis, ære alieno, & alia, quæ compluria in suas tabulas* X. *viri transtulerunt. Non aliena ab hac origine juris Aristotelis divisio est Justitiæ particularis in διανεμητικὴν sive Distributivam, & ἀλλακτικὴν sive Commutativam. Priorem illam justitiam Romulus maximè, & ex parte Numa: posteriorem ceteri spectarunt. Romuli leges, quarum verba ipsa perierunt, sententiæ ex antiquis, præcipuè Dionysio colliguntur, sic concipi possunt.*

Digitized by Google

I. Deos patrios colunto: externas superstitiones aut fabulas ne admiscento.

II. Nequid in auspicato publicè gerunto.

III. Nocturna sacrificia, pervigiliaque amoventor.

IV. Rex sacrorum præses, legum custos esto: judicia exerceto: belli imperium habeto.

V. Patres sacerdotia & magistratus capiunto: plebeiis patroni sunto.

VI. Populi suffragia sunto: magistratus creanto: leges sciscunto: pacem bellumque jubento.

VII. Moenia sancta existimantor.

VIII. Uxor Farreatione viro juncta in sacra & bona ejus venito: jus devortendi ne esto.

IX. Si stuprum commissit aliudve quid peccassit, maritus judex & vindex esto: deque eo cum cognatis cognoscito.

X. Temetum mulier ne bibito.

XI. Quod natum erit, parentes tollunto: monstrosos tamen partus se fraude exponi fas esto.

XII. In liberos suprema patrum auctoritas esto: venumdare, occidere liceto.

Verba ipsa legum.

XIII. SI PATER FILIOM TER VENUM DUIT, FILIVS A PATRE LIBER ESTO.

XIV. SEI PVER PARENTEIS VERBERIT, AST OLOE PLORASSINT, PVER DIVEIS PARENTVM SACER ESTO. SEI NVRVS, SACRA DIVEIS PARENTVM ESTO.

XV. PATRONVS SI CLIENTI FRAVDEM FAXIT, SACER ESTO.

XVI. DVVMVIRI PERDVELLIONEM JVDICENT; SI A DVVMVIRIS PROVOCARIT, PROVOCATIONE CERTATO. SI VINCENT, CAPVT OBNVBITO, ARBORI INFELICI SVSPENDITO: VERBERATO VEL INTRA POMOERIVM, VEL EXTRA POMOERIVM.

Numæ Pompilii leges.

Numa, ait Dionysius, Romuli leges firmavit, novas ipse de ritibus & ministris sacrorum adjunxit. Curiones, Flamines, Augures, Vestales, Salios, Fetiales, Pontifices instituit. Legum aliquot verba hæc reperiuntur.

I. DIS EX IMPVTATA VITE NE LIBANTO.

II. VINO ROGVM NE RESPERGITO.

III. PISCEIS QVEI SQVAMOSI NON SVNT NEI POLLVCETO: SQVAMOSOS OMNES PRÆTER SCARVM POLLVCETO.

IV. QVOJVS AVSPICIO, CLASSE PROCINCTA, OPEIMA SPOLIA CAPIVNTVR, JOVI FERE.

Digitized by Google

TRIO BOVEM CÆDITO. QUEI CEPIT, ÆRIS DUCENTA DARIER OPORTETO.

SECUNDA SPOLIA, IN MARTIS ARAM IN CAMPO SOLITA URILIA UTRA VOLUERIT CÆDITO.

TERTIA SPOLIA, JANO QUIRINO AGNUM MAREM CÆDITO, CENTUM QUI CEPERIT EX ÆRE DATO.

QUI TERMINUM EXARASSIT, IPSUS ET BOVES SACREI SUNTO. v.

SI QUIS HOMINEM LIBEROM DOLO SCIENS MORTI DUIT, PARICIDA ESTO: SI IMPRUDENS, TUM IN CONCIONE PRO CAPITE OCCISI ET NATIS EJUS ARIETEM OFFERTO. vi.

PELLEX ARAM JUNONIS NE TAGITO: SI TAGIT, JUNONI CRINIBUS DEMISSIS AGNUM FEMINAM CÆDITO. vii.

SEI HOMINEM FULMIN JOVIS OCCISIT, NE SUPRA GENUA TOLLITO. viii.

HOMO SI FULMINE OCCISUS ESIT, EI JUSTA NULLA FIERI OPORTETO.

Sensa legum ista.

Deis fruge & mola salsa supplicanto. ix.

In contractibus fides servator: Fidei numen omnes x. metuunto.

Si filius familias uxorem duxit, patri vendundi ejus ne xi. ultrà jus estò.

Mulierem, si prægnas mortua fuat, nisi exciso partu, xii. ne humato: qui secùs faxit, quasi spem animantis peremerit, ita esto.

Tulli Hostilii.

Nati trigemini, donicum puberes esunt, de publico i. aluntor.

De X. virorum Legibus, quando & quomodo scriptæ.

Regiæ leges partim scriptæ, partim inscriptæ aduſq; Tarquinii Superbi tēpora valuerūt. Primus ille & Servii leges omnes abrogavit, & priorum Regum pleraſq; contemsit, ad vim omnia referens & libidinē dominandi. Tarquinio verò pulso, à Bruto & Valerio Coss. *revocatas iterùm Servianas aliasque leges Dionysius adfirmat. Quasdā & ipsi* Coss. *& posteà Tribuni addiderūt tuendæ libertatis, ut sunt Valeriæ, Sacratæ, Iciliæ leges. Sed hæ omnes jus publicum spectabant: & privato jurinulla facta accessio ante leges x. virales. A.V.C. CCXCII. promulgata à Tribunis lex Terentia est de Quinquevirīs, ut Livius, vel Decemvirīs, ut Dionysius*

Legum

Digitized by Google

Legum scrib. creandis. Eaque lex plebi volenti fuit. Nam ad id tempus loco regum Coss. *jus dicebant: Consules autem ex patribus erant. Itaque in dissensu ordinum, cùm Patres occasione juris præcipuè uterentur ad premendam plebem, nec plebejo contra patricium jus ullum æquum esset: omnibus concionibus jactata & flagitata lex Terentia est. Restitêre tamen, septem annos ipsos, patres. Fracti demum concessêre, missique legati in Græciam ad Solonis inclitas leges aliarumque civatum institutа moresque noscendos, addit Dionysius etiam in Græcanicæ Italiæ civitatues. Biennium plusve inus legati abfuerunt. Reversi sunt* A. V. CCCI. *Statimque plebs pervicit ut scribendarum legum initum fieret: patres tenuerunt ut* X. *viri è patriciis tantùm crearentur. Creati Ap. Claudius, T. Genutius, P. Sextius. Sp. Veturius. C. Julius, A. Manlius, Ser. Sulpitius, P. Curiatius, T. Romulius, Sp. Postumius, omnes consulares. Inierunt magistratum sine provocatione* A. V. CCC II. *fineque anni propositæ decem tabulæ. Duæ reliquæ sequenti anno additæ. In Græcis interpetandis usi opera sunt Hermodori Ephesii Philosophi. Tabulas vocare placuit exemplo Athenienſium qui Solonis leges dixerunt Ἄξονας tabulis ligneis incisas, quamvis istas æreas fuisse constet dissentiente Pomponio. Perlatæ sunt comitiis centuriatis, fixæ in foro ad Curiam Hostiliam, manserunt que, quamvis post varia incendia urbis, ultra Septimii Severi Imp. tempora. De divisione tabularum ex fragmentis difficile judicium est. Modo tamen & ordine scriptas fuisse non est dubium. Leges Regiæ & Solonis decem primas tabulas occupasse videntur: duæ postremæ de Sacris fuerunt easq; à Falisciis petitas Servius est auctor. Certè leges regiæ ex* I. II. *& III tabula à Festo citantur. Lex Romuli de vendendis filiis à Dionysio in quarta ponitur. Fragmẽta quæ supersunt hæc sunt:*

I. JUSSUS POPULI EI SUFFRAGIA SUNTO, QUODCUMQUE POSTREMUM POPULUS JUSSIT, ID JUS RATUMQUE ESTO.

II. PRIVILEGIA NE IRROGANTO.

III. DE CAPITE CIVIS NISI PER MAXIMUM COMITIATUM NE FERUNTO.

IV. FORTI SANATIQUE IDEM JUS ESTO.

V. Qui hostem concitaverit, quive civem hosti tradiderit, cœtus nocturnos agitaverit, capital esto.

VI. Sodalitates & collegia sunto: ast ne in publicas leges commodáve peccanto.

VII. QUI FRUGES EXCANTASSIT, CERERI SACER ESTO.

VIII. QUI FRUGEM ARATRO QUÆSITAM PAVIT SECUITVE PUBES CERERI SACRATOR:

Digitized by Google

IMPUBES PRÆTORIS ARBITRATU VERBERATOR, NOXAMVE DUPLIONEMVE PRÆSTATO.

Si in alio pecus paverit, actio esto. IX.

Qui injuria arbores alienas ceciderit, in singulas XXV. aeris luito. X.

Arboris impendentis ramos XV. pedes à terra circumcidere jus esto. XI.

PATER FAMILIAS UTI LEGASSIT SUPER PECUNIA TUTELAVE SUÆ REI ITA JUS ESTO. XII.

SI INTESTATUS MORITUR CUI SUUS HERES NEC ESCIT, AGNATUS PROXIMUS FAMILIAM HABETO: SI AGNATUS NEC ESCIT, GENTILES FAMILIAM HERCISCUNTO XIII.

SI FURIOSUS ESSE INCIPIT, AGNATORUM GENTILIUMQVE IN EO PECUNIAQUE EJUS POTESTAS ESTO. XIV.

HOMINEM MORTVUM IN URBE NE SEPELITO NEVE URITO, XV.

HOC PLUS NE FACITO: ROGUM ASCIA NE POLITO. XVI.

MULIERES GENAS NE RADUNTO, NEVE LESSVM FVNERIS ERGO HABENTO. XVII.

HOMINI MORTVO NE OSSA LEGITO, QVO POST FVNVS FACIAS, NISI BELLI PEREGREVE MORTVO. XVIII.

QUI CORONAM PARIT, IPSE PECVNIAVE EJVS, VIRTVTIS CAVSA ARDVITOR. XIX.

NEVE AVRVM ADDITO. XX.

QVOI AVRO DENTES VINCTI ESVNT, AST IM CVM OLLO SEPELIRE ET VRERE SE FRAVDE ESTO. XXI.

Servilis unctura tollitor, omnisque circumpotatio. XXII.

Rogum bustúmve novum, propius LX. pedes, alienas ædes ne adjicito. XXIII.

Forum bustúmve ne usucapito. XXIV.

SI IN JVS VOCET, ATQVE EAT. XXV.

SI MORBVS EVITASVE VITIVM ESCIT, QVI IN JVS VOCASSIT, JVMENTVM DATO: SI VOLET ARCERAM, NE STERNITO. XXVI.

SI QVID HORVM FVIT VITIVM JVDICI, ARBITROVE, REOVE, DIES DIFFEISVS ESTO. XXVII.

SI VIS VOCATIONI FVAT, TESTAMINI: IGITVR EM CAPITO. XXVIII.

est

Digitized by Google

XXIX. SI CALVITUR PEDEMVE STRUIT, MANUM ENDO JACITO.

XXX. SIQUEI IN JURE MANUM CONSERUNT, UTRIQUE SUPERSTITIBUS PRÆSENTIBUS VINDICIAS SUMUNTO.

XXXI. SI VINDICIAM FALSAM TULIT, REI SIVE LITIS ARBITROS TRES DATO: EORUM ARBITRIIS FRUCTUS DUPLIONE DAMNUM DECIDITOR.

XXXII. REM UBEI PAGUNT, ORANTO. NEI PAGUNT, ANTE MERIDIEM IN FORO AUT IN COMITIO CAUSAM CONJICIUNTO. POST MERIDIEM PRÆSENTE AMBOBUS LITEM ADDICITO. SOL OCCASUS SUPREMA TEMPESTAS ESTO.

XXXIII. ÆRIS CONFESSI, REBUSQVE JVRE JVDICATIS. TRIGINTA DIES JVSTI SVNTO. POSTIDEA MANVS ENDO JECTIO ESTO: IN JVS DVCITO: NEI JVDICATVM FACIT, AVT QVIPS ENDO JVRE EM VINDICIT, SECVM DVCITO VINCITO AUT NERVO AUT COMPEDIBUS QUINDECIM PONDO, NE MINORE, AUT SE VOLET MAJORE VINCITO. SI VOLET, SUO VIVITO, NI SUO VIVIT, QUI EM VINCTUM HABEBIT LIBRAS FARRIS ENDO DIES DATO: SI VOLET, PLUS DATO.

XXXIV. TERTIIS NUNDINIS PARTES SECANTO: SI PLUS MINUSVE SECVERINT, SE FRAUDE ESTO.

XXXV. ASSIDUO VINDEX ASSIDUUS ESTO: PROLETARIO QUIVIS VOLET VINDEX ESTO.

XXXVI. QUI SE SIRIT TESTARIER, LIBRIPENSUE FVERIT, NI TESTIMONIUM FARIATUR IMPROBUS INTESTABILISQUE ESTO.

XXXVII. CVI TESTIMONIUM DEFUERIT, IS TERTIIS DIEBUS OB PORTUM OBVAGVLATVM ITO.

Qui

Digitized by Google

Qui falsum testimonium dixerit, saxo Tarpejo dejicitor. XXXIX.

Si judex arbitérve ob rem judicandam, pecuniam acceperit, Capital esto. XXXIX.

Qui malum carmen incantassit, Cereri sacer esto. XL.

QUI INJURIAM ALTERI FAXIT, XXV. ÆRIS POENÆ SUNTO. XLI.

SI QUIS CARMEN OCCENTASSIT, ACTITASSIT, CONDIDISSIT, QUOD ALTERI FLAGITIUM FAXIT, CAPITAL ESTO. XLII.

SI MEMBRUM RUPSIT, NI CUM EO PACIT, TALIO ESTO. XLIII.

SI NOX FURTUM FAXIT, ET IM ALIQUIPS OCCISIT, JURE CÆSUS ESTO. XLIV.

Interdiu si se telo defenderit, jure cæsus esto. XLV.

SI ADORAT FURTO QUOD NEC MANIFESTUM ERIT, DUPLIONEM LUITO. XLVI.

Furta per lancem liciumque concepta, quasi manifesta vindicantor. XLVII.

De furto paciscí licito. XLIX.

TIGNOM JUNCTOM ÆDIBUS, VINEÆQUE CONCAPES NE SOLVITO. XLIX.

FURTIVÆ REI ÆTERNA AUCTORITAS ESTO. L.

USUS, AUCTORITAS FUNDI, BIENNIUM ESTO. LI.

ADVERSUS HOSTEM ÆTERNA AUCTORITAS ESTO. LII.

QUI NEXUM FACIET MANCIPIUMQUE, UTI LINGUA NUNCUPASSIT, ITA JUS ESTO. LIII.

Vindiciæ secundùm libertatem dantor. LIV.

Nequis unciario fœnore plus exerceto. LV.

Patricii cum plebeiis connubio ne jungunto. LVI.

Via in porrectum VIII. P. in amfractum XVI. P. lata esto. LVII.

In finibus intra V. pedes usucapio ne esto. LVIII.

APPROBATIO.

In his Legibus nihil est, quod Religionem Catholicam offendat, quod attestor

Walterus Van der Steeghen S. Theol. Licentiatus, Ecclesiæ Antuerpiensis Canonicus.

Digitized by Google

Digitized by Google

JUSTI LIPSI

DISSERTATIUNCULA

APUD

PRINCIPES

ITEM

C. PLINI PANEGYRICUS

LIBER

TRAJANO DICTUS,

m ejuſdem LIPSI perpetuo COMMENTARIO.

Digitized by Google

Digitized by Google

SER^MIS POTENTISSIMISQUE

PRINCIPIBUS

ALBERTO,

XIMILIANI II. IMP. FILIO, FERDINANDI NEPOTI, RUDOLFI II. FRATRI:

ET

SABELLÆ

CLARÆ EUGENIÆ,

LIPPI II. CATHOLICI REGIS FILIÆ, CAROLI V. IMP. ET REGIS NEPTI, PHILIPPI III. REGIS SORORI, INFANTI HISPANIARUM.

RCHIDUCIBUS AUSTRIÆ, DUCIBUS BURGUNDIÆ,

RINCIPIBVS DYNASTISQ. BELGARVM;

JVSTVS LIPSIVS

SESE ATQUE ISTA

M ÆTERNA FIDE, CVLTV, OBSEQVIO, DEDICAT CONSECRATQVE.

Digitized by Google

NAm venit ad Vos, PRINCI
Dissertatiuncula mea, an & vest
dicam? Vos jussistis: vos, juvi
nec nisi Genio illo Principum adspi
te, vel tria verba hiscere potuissem, in
clarâ luce subitò deprehensus. Et à
quidem, res parva est: splendorem tar
à vobis habet, & (fas sit dicere) vos al
aliquem, ut dimanet ad exteros aut
steros singularis hic vester in optimas
tes vel amor, vel honor: dimanet inqu
in laudem vestram, in aliorum ex
plum. Quo solo fine & caussa fateor
edidisse. Nam me & famam meam si
ctem, quid accedit? imò decedat forta
sed ut miles, qui in acie pro Princ
suo honesta vulnera accepit, adeò
celat ea, ut etiam revelet ac jactet:
mihi visum, glorioſam hanc igno
niam subire, quæ serviat nomini
stro. Atquin aliud etiam visum add
quod non excuso: *Plinii*, inquam,
negyricum, quem Trajano optimo Pri
pi optimum laudatissimúmque scri
Nec id quidem magnum opus, tame
in exiguam sæpè tabulam orbis & re
num magnitudo aut varietas includi
sic in hunc libellum, quidquid ad mu
aut decus veri Principatus. Laudat su
Trajanum, non monet, fateor: sed
quoque decorum apud Principes, ut
blando eo titulo & boni quæ faciunt
cognoscant; & alii, quæ facere deber

Digitized by Google

Quid, quòd Trajano dictus dicatúsque est, Hiſpano Principi, & qui primus florentis imperii ſcriptum tranſtulit ad externam & ſuam gentem? Et ejus gentis tu maternâ origine, ALBERTE, & longâ etiam inhabitatione es: tu, ISABELLA, ortu & ſtirpe, Accipite ergò, PRINCIPES, & munuſculum hoc, & munus: quorum illud felicium Auſpicorum veſtrorum memoriæ aliquid faciat; iſtud, Principatus optimi (talem ab optimis ſperamus) exemplo. Lovanii, prid. Idus Aprilis, anno Chriſtiano ꝯ. ıɔc.

Digitized by Google

AD LECTOREM.

HABES *duplex hic scriptum, Lector: etsi, ut rem dicam, neutrum propriè tibi scriptum. Nam illud prius subita benignitas Principum elicuit: cùm Athenæum nostrum inopinatò visentes, me quoque dicere aliquid subitarium voluissent, sive jussissent. Factum, dixi, edo, levia & brevia, id est, illaipsa quæ dixi. Nam augere & polire, exemplo veterum, atque adeò Tullii & Plinii poteram, sed in re quæ ad Principes, veritatem amavi, & quidquid hoc fuit, damus sine colore aut fuco. Nec tibi tamen, ut ajebam, propriè damus, sed ut qui sagittam mittit, scopum intuetur, non circumstantes: sic mihi nunc Principes in oculis, non siquis alius fortè leges. Lego tamen me optante, & hoc saltem disce, magna quædam exempla cadere etiam in hoc ævum. An aliud illustrius, quàm fœminam (*ALBERTUM *enim nunc omitto) fœminam inquam, inter Principes principem, venisse ultrò ad has litterarias recitationes, sedisse, audisse? Fecit, quid nisi heroînam illam* ISABELLAM, *ataviam suam imitata? quæ adeò omnium rerum honestarum, tum etiam artium amore flagravit, ut jam nupta & grandior Latinas litteras didicerit, cum intelligendi illo fine & fructu. O eat in sæcula illud & hoc exemplum, & una cum bona fama, Principes ament Famæ & Æternitatis istas artes! Sed alterum etiam scriptum non ex destinatione tibi damus. Priori illi in hac occasione subjunximus, & aptum putavimus Principibus in viâ regiâ & rectâ dirigendis. Vetus est, non nego, sed non ut aromata vim suam ævo exspirant: sic monita ista salubria & doctrina, imò contrà, auctoritatem & fidem ab ætate sumunt. Ac meo voto, prisca illa, & usu felicia ac gloriosa, revocentur: præ novitiis quibusdam, obliquis, callidis, & quæ speciem magis prudentiæ, quam ipsam habent. Melius profecto æquabiliusq; regantur res humanæ. Sed non huc eo, tibi si non laudatam, excusatam operam meam, Lector, volui: quam nulla ambitio, sed sola pietas in Principes expressit. Lovanii, prid. Idus Aprilis anni* ∞. Ioc.

Digitized by Google

JUSTI LIPSI
DISSERTATIUNCULA
APUD
SERENISSIMOS
ALBERTUM,
ET
ISABELLAM,
BELGARUM PRINCIPES,
EXTEMPORANEA.

Postridie diei Auspicalis, qui fuit septimus Kal. Decembrium, anni M. D. XCIX.

Digitized by Google

Digitized by Google

SERENISSIMI
ET
POTENTISSIMI
PRINCIPES,

ETSI fateor haud planè rudem & tironem me esse in dicendo; tamen hic splendor vester, qui oculis meis inopinatus apparuit, & hic insolens conspectus, turbat me aliquid (non nego) sed & delectat. Sicut qui è tenebris & longo situ ad solem subitò educuntur, caligat iis acies, & oculi præstringuntur: sic mihi evenit, & duo simul maxima sidera cùm video, hunc SOLEM, ut ita dicam, & hanc LUNAM, hebescit nonnihil ingenii acies, & linguæ hæc promptitudo retardatur. Quid tamen est? sicut idem ille sol excitat mox & recreat, & innata sua vi dat vigorem: sic mihi sentio ab aspectu vestro alacritatem infundi, & iisdem, quibus terrebar, excitari. Itaque parebo libens meritò vobis; me voluistis subitò & ex tempore pauca dicere; pauca certè erunt, & ideò excusata, quia subita & ex tempore. Non recedam autem longè (nam & sic jussistis) à more lectionis solitæ. *Annæum Senecam* (æternum Hispaniæ decus) in manus sumam, & pauca ejus verba à consessu & tempore hoc non aliena, cum bona venia vestra, PRINCIPES, cum bona gratia vestra, reliqui AUDITORES, explicabo. Ait I. de Clementia, cap. III.

Illius demum Principis magnitudo stabilis fundataq; est, quem omnes tam supra se esse, quam pro se sciunt:

„ cujus

Digitized by Google

» *cujus curam excubare pro salute singulorum atque uni-*
» *versorum cottidie experiuntur. Quo procedente, non tan-*
» *quam malum aliquod aut noxium animal è cubili pro-*
» *silierit, diffugiunt: sed tanquam ad clarum & beneficum*
» *sidus certatim advolant, objicere se pro illo mucronibus*
» *insidiantium paratissimi, & substernere corpora sua, si per*
» *stragem illi humanam inter ad salutem sternendum sit.*

Pauca verba, ut solet ille scriptor: sed magnæ rei inclusæ, & à me breviter educendæ. Ait, *Illius demum Principis magnitudinem stabilem esse.*] Cujus? qui hæc faciet, quæ suggerit. Si quis ergo neglegit? negat, & parum firmæ altitudini insistere eum putat. Sicut domus, cui fundamentum non substernitur, caduca est: sic Princeps, cui non ista. Quæ jam addit: *Quem omnes tam supra se esse.*] Dignitas Principis tangitur & eminentia Quis autem eum nescit? ille est imago & exemplar Dei in terris, rerum moderator & arbiter, in cujus manu positæ opes, dignitas, vita omnium nostrum. Sicut anima corpori præest, & animæ ratio: sic Princeps hac populum regit, & eadem illa ratio ipsum. Tolle, cadaver ac funus est hæc omnis multitudo: & ut Cyclops apud Homerum, amisso unico oculo, huc illuc impingitur, & denique ruit; sic ista moles populi, sine lumine illo Principatus. Ergo *supra omnes* eum meritò esse sciunt, & fatentur. Quid amplius? *Pro se esse.*] O monitum eximium! ô in duobus verbis inclusum finem, munusque Principatuum! Non præesse Solum Princeps, sed prodesse debet: nec sibi tantum cives datos, sed se etiam civibus arbitrari. Sicut sol ille (ne abeam ab hac imagine) non lucet modò, sed fovet, vegetat, animat: sic verus ille populorum rector, in splendore suo commodat & juvat. *Moderatori reip.* (ait Cicero) *beata civium vita proposita est, ut ea sit opibus ampla, copiis locuples, virtute instructa.* Et Hadriani Principis laudata illa vox est: *Ita se remp. gesturum ut sciret rem populi, non suam esse.* Sed quomodo hoc faciet, & eo venit? addit

dit noſter: *Curam ejus excubare pro ſalute etiam ſingulorum.*] Itane excubare? & nec noctes vacuæ exceptæque ſint? nec noctes. *Magna fortuna, magna ſervitus*, ait quiſpiam: & maximo cuique imperio maximam curam, atque adeò aſſiduam ineſſe, vos & animos veſtros, PRINCIPES, teſtor. Ut Palinurus ille in mari, non de die ſolùm gubernabat, ſed ipsâ nocte,

——— clavumque affixus herebat
Nuſquam amittebat, oculoſq; ſub aſtra tenebat:

tale in Principe, cujus *curam excubare* Seneca vult pro ſalute etiam *ſingulorum.*] Quid tu ais? nec ſatis *univerſorum?* Ajo, inquit. Et ut pater aliquis in magnâ familiâ, ad ſingulos animum atque oculos adjicit; ita verus Princeps. Philippus Macedo, inter laudatos olim Reges, admonitus hujus muneris ſui à fœmina etiam fuit, quæ ipſum adiens, deſiderium aliquod expoſitura, cum rejiceretur & *negaret ſibi vacare:* animosè ſubjecit, *Noli ergo imperare.* Animosè, inquam, ſed verè: & rex agnovit, ſed monitus à fœmina: ab ipſo autem ſe Imp. RUDOLFVS, ille dico, primus auctor & fons magnitudinis veſtræ, à quo inclito gens AVSTRIACA per ānos jam plus trecentos in hoc ævum floret, & in omne (ita voveo) florebit. Is cùm tenuiores aliquot homines aditum ad eum captarent, & ſatellites aſpernati hoc genus, rejicerent: animadvertit, &, *Per Deum*, inquit (ipſa Annalium verba ponam) *ſinite homines ad me venire. Non enim ideò Imperator ſum ut in arculâ includar.* Vocem inclitam, vocem auream, vocem verè AVSTRIAM! & in qua hoc de cura (quid enim melius addam?) concludam. Pergit noſter: *Quo procedente*] Fructus eſt, qui Principes manet, ex hoc munere ſuo & cura. Quis ille? duplex, Benevolentiæ & fidei, quam utraque ſubditi præſtant. De illa, *Quo procedente*, inquit, *non tanquam malum aut noxium animal* (tigris, lupus, ſerpens) *è cubili proſiluerit, diffugiunt*: quod in Caligula, Nero-

Digitized by Google

Nerone Domitiano aliquo obſervare licuit, qui nunquam è cubiculo & ex illa ſolitudine ſua in publicum prodibant, niſi ut ſolicitudinem, imò & ſolitudinem, facerent: ſed *tanquam ad clarum & beneficum fidus certatim advolant.*]Ita ſanè, advolant, non accurrunt; certatim; non lentè aut timidè; viæ, domus, opida ſunt auguſta. Videtiſne, ô noſtri PRINCIPES? tanquam ad gemellos illos Caſtores reſpicimus, in diuturna hac Belgica tempeſtate. Illi conſpecti, nautas recreant; illi, cùm navibus inſederunt.

——— tumida æquora placant,
Collectaſque fugant nubes, Solemque reducunt:

ita vos, qui inſediſtis, & corpore preſſiſtis jam Belgicæ hanc navim, è bellorum fluctibus, ex inſidiarum procellis, ſubducetis eam in portum. Atque hæc igitur Benevolentia eſt, de Fide ſequitur: *objicere ſe pro illo mucronibus parati.*]Quidni faciant? in vobis, ut dixi, vivimus. animam & ſpiritum hunc in anima Principum ducimus: & meritò ergo pro iis objecturi ea, imò projecturi. Ego, SERENISSIMI PRINCIPES, publica Belgarum voce & ſenſu, utraque hæc offero; Benevolentiam, inquam, & Fidem, & ſimul ſine jactantia addo, duas in nobis notas ſive inſignia, ab antiquo eſſe: Fortitudinem, ac fidem. *Fortiſſimos Gallorum Belgas,* Julius Cæſar jam olim dixit: de Fide, idem & ille & Plutarchus, DE VOVERE Gallos (qui mos & Hiſpanis) corpora vitamq; ſuam Principibus ſolere: id eſt, ita conſecrare, ut cum vivis viverent, pro iis periclitarentur, morerentur, atque adeò cum iis. Nam ſupereſſe nefas erat. Magna fides, & neſcio an alibi gentium lecta vel audita. Sed jam deſino, memor apud quos dicam: & quam breves ſermones non ſolùm apud Deum ſæpè, ſed apud Principes ſemper, grati decoriq; ſint. Gratias tantùm ago, Athenæi hujus & meo nomine, quos tam clara iſta luce perpetuum illuſtraſtis. In eo quoq; imitati ma-

gcos

Digitized by Google

gnos illos Principes: vt Cn. Pompejum, qui è bello Mithridatico victor, Rhodum veniens singillatim omnium professorum ædes circumivit, inivit, & fasces illos laureatos privatorum januis submisit. Quid Tiberius Imperator in eadem urbe? *circa scholas & auditoria Professorum* (Suetonii verba sunt) *assiduus fuit*. Quid Claudius Imperator? ille verò inopinatus sæpè recitantibus interveniebat: quod vos, SERENISSIMI, nunc feciſtis. Gratias igitur agimus, & voto eas claudimus: ut felicibus auspiciis cœptum hoc imperium diuturnum ac stabile vobis, & stirpi vestræ (ô Deus eam donet!) sit, cum Dei ipsius, cum vestra gloria, & publica Belgarum salute. DIXI.

Digitized by Google

Digitized by Google

C. PLINI SECUNDI

PANEGYRICUS

LIBER,

QUEM

IMP. NERVÆ TRAJANO

OPTIMO PRINCIPI

DIXIT SIVE SCRIPSIT:

ET AD EUM

JUSTI LIPSI

COMMENTARIUS P. P.

Digitized by Google

Digitized by Google

AD LECTOREM MEUM, CUI SALUS.

HAbes *hîc perpetuum, sed brevem meum* Commentarium, *in* Plinii *scitam, & super Græcas Latinasq; laudatam*, Laudationem. *Perpetuum ita, ut nec minora sæpè pigeat attingere, & discingere: quia memini quibus, & cui generi, præcipue hæc scripserim: nempe Palatinis nostris: quos votum meum sit, præclara hæc legere, intelligere, atque utinam, bis utinam, obsequi & audire. Itaque nec tenuia interdum transeo: quia pleroſque illos transisse per hæc studia scio, vel festinantes, vel occupatos, ideoque juvandos à nobis, præsertim in angustiis, aut ritibus: & utrorumque copia est in hoc scripto. Sed breviter tamen hæc omnia, quod pro illorum gustu arbitror, fortassè & usu: nec nimis nunc probo, qui in singulis insistunt, & uni alicui ritui explicando paginis donant. Modicè satis est, & quod in rem præsentem sufficiat: plura, pompam magis habeant, quàm fructum. Quid, quòd nec Schemata, & ornatus illos floridæ orationis tango? nam visum mihi pertenuia hæc & Scholastica esse, quæ didicisse oporteat magis quàm discere; aut alio certè doctore discere, utque,* Aquila, *ut in probio est*, captat muscas. *Ergo politica & graviora illa dogmata explicares, dicet alius: & conveniebat Aulæ, cui scribis. Haud negaverim istud, illud non suscipio. quia etsi talium monitorum uberrima & pulcherrima hîc seges; tame*

Digitized by Google

n

nem falcem meam nunc non sentiet, & satis atque abundè messuisse arbitror in POLITICORUM *libris, qui exstant. Singula in loco & tempore agere, mihi sententia & votum est: atque igitur hîc studui tantùm, Plinianum textum diducere & revelare, & verbis sensibusque ejus lucem dare, nec ultrà. Si quis plura atque alia volet, ibit ad alios: qui compositè & industriè struere moles operum solent. Casula haec mea est, subitariâ & levi manu ad usum, non decus aut speciem, structa, cui Aristophanæum illud inscribo:*

Ὅστις ἂν τριῴτισι γελᾷ, τοῖς ἐμοῖς μὴ χαιρέτω.

Quisquis capitur illis talibus, his meis ne gaudeat.

Vale Lector, & Senecam *nostrum (si Deus pauxillum etiam vitæ dat) exspecta. Lovanii,* XVI. *Kal. Martias* ↀ. IↃC.

Digitized by Google

ARGUMENTUM, CAUSSA, TEMPUS HUJUS SCRIPTI.

ARGUMENTUM & materies est, *Laudatio* Trajani, quam duplicem exsequitur, Publicæ vitæ & Privatæ. Illam ordine quodam temporum peragit, orsus ab Adoptione ad tertium ejus Consulatum: in quo hæc dixit, & ibi sistit. Quidquid igitur moderatè intereà, liberaliter, benignè, utiliter in publicum fecisset, recensèt, diducit, ornat; sæpè floridè, & pænè poëtarum in morem: quem stilum hoc Ornationum genus usquequaque non spernit. Pleraque autem laudatio intra togam & pacem consistit: quia bella nondum attigerat, & magni ducis signa magis quàm res adhuc erat. In Privata deinde vita, compositam domum ejus, uxorem, & sororem laudat: quòd amicos colat, libertos non colat, & quosque habeat suo loco. Hæc breviter & summatim *Laudatio* continet: quâ CAUSSA aut occasione sic instituta? Quia Plinius Consul jam erat, & ex more veteri, imo ex SC^to^ (ut ipse loquitur) *Gratiæ agendæ* optimo Principi erant. An autem hoc est gratias agere, sic laudare? Ita, nam duplex erat illa *Gratiarum actio*, quod ipse sub finem Panegyrici dicit: & Publica & Privata. Illa reip. nomine susceptа: & aptissimè in laudationem ibat, beneficia recensendo, quæ contulisset. Imò quæ absque eâ commemoratione gratiæ dici poterant? Altera, quam Consules suo nomine dicebant, quæ prima origo & caussa harum Orationum apud Romanos est fateor: sed in levi tamen posteà habita, & hîc quoque à Plinio paucis lineis perstricta. En caussam igitur scripti: addo nunc TEMPUS. Ajo Plinium Consulem, primo die cum jam iniisset (id est, Kalendis Septembribus (hæc dixisse: non autem ante, neque, designatum, ut vir doctus

Digitized by Google

censet. Induxit eum epistola XXVII. libri VI. in qua cùm interrogasset quidam *designatus Consul, quid in honorem Principis censeret?* inter alia, respondet: *Designatus ego Consul, omni hac etsi non adulatione, specie tamen adulationis abstinui.* Refert ad hunc Panegyricum, & errat; nec aliud ibi Plinius; quàm de sententiæ dictione, quam primi designati Consules rogabantur. Mos autem invaluerat, ut loco sententiæ, aliquid in honorem Principis censerent: quæ adulatio, etiam in hoc scripto, Plinio memoratur. Itaque nihil ea epistola ad rem præsentem: & ipse ostendit non semel, à *se Consule* hæc dici. Neque alius sanè mos erat, quem tangit lib. II epist. 1. de Verginio Rufo: *Acturus in Consulatu Principi gratias.* Nota, in Consulatu. Et Spartianus in Ælio Vero: *Cum orationem pulcherrimam parasset, qua Kal. Januariis Hadriano patri gratias ageret.* Ait *Kalendis*; ergo ipso primo die Consulatus. Sed iterum hîc dubitatio, quando igitur Plinius Consul? In quarto Consulatu Trajani, scripsit noviter vir inter ævi nostri summos: & ita censet, quia Proconsulatus Plinii incidit in annum, post illum Trajani dictum. At ego bona venia ejus dissentio, & in *tertio* Principis hunc Consulem fuisse, cum Onufrio adfirmo: in tertio, id est anno illo, quo tertium fuit. Quo argumento? imò argumentis, satis certis. Primùm, ipse in hac Oratione, ubi acta Principis laudat: *Et nondum*, inquit, *de biennio loquor.* Quomodo hoc verè, si in quarto ejus Consulatu dicit? certè triennium imperii jam erat. At in *tertio*, verissimè: quia agebatur post mortem Nervæ extremus alter annus. Item: *Quò justius Senatus ne susciperes quartum Consulatum, & rogavit, & justit.* In futurum hæc dicuntur, neque adhuc gerebat. Iterùm apertiùs *Atque ego video, proximo anno Consulatus recusandi hanc præcipuè fuisse rationem, quòd eum absens gerere non poterat.* Nota de anno *proximo*, & instanti: non ergò isto. Quid ampliùs? *absens*, inquit. Ita sanè, absens, nam ad bellum Dacicum jam se parabat: quod cum Decebalo fortiter & feliciter, ipso illo quarto Consulatu,

Digitized by Google

sulatu, gessit. Itaque ne adfuit quidem, cùm hæc à Plinio dicta volunt. Quid etiam, si adfuisset? credétne aliquis omissam pulcherrimam illam laudum materiem, victos hostes, supplicem regem, & meritissimum triumphum? Quomodo ipsa Plinii oratio exsultasset in eo, ac pæne triumphasset? ut doleam Principis causa, non sub id tempus hanc recitationem interveniſſe. At de tempore victi Decebali ambigi non potest, vel ex lapide qui exstat: IMP. CÆSAR. DIVI. NERVÆ. F. NERVA. TRAJANUS. AUGUSTUS. GERMANICUS. DACICUS. PONT. MAX. TRIB. POT. IIII. COS. IV. VICTO. DECEBALO. Et nummi idem dicunt. Adde & hæc Plinii, si libet: *Nondum biennium compleramus in officio laboriosissimo, cùm tu nobis Consulatum obtulisti.* Quæ de Præfectura ærarii capienda, quam ab ipso Nerva accepisse se fatetur. At si *nondum biennium* ab ea, cùm Consul est factus; quid clarius, quàm Trajano *tertium* Consule hæc fuisse? Quod ad Proconsulatum Plinii (quo argumento vir ille nititur:) is verò tardior, & post victoriam demum Dacicam. Exstat epistola XIV. Plinii, lib. X. ad Trajanum, qua gratulatur ei *maximam, pulcherrimam, antiquissimam victoriam*; neque aliam, quàm istam. Deinde autem, epistola XVII. in Bithyniam provinciam suam venisse se nunciat: certè post victoriam. Ergo in quinto eius, aut circa, Consulatu. Neque sane moris; illo Principum ævo, statim & quasi ex lege, finito Consulatu in provinciam ire. Imò contraria lex erat, jam inde à Julio, non ire, nec imperia aut honores continuare; etsi tamen tota res in arbitrio Principum, & illi aut sorte, aut imperio, quando & quò visum esset, mittebant. Quæ in Dione variis loci, sed hoc postremum libro LIII. in actis anni DCCXVI. habes.

Digitized by Google

ELOGIA SUPER HOC LIBRO.

IPSE Plinius libro III. epist. XIII. *Librum, quo nuper Optimo Principi gratias egi, misi exigenti tibi : missurus, etiamsi non exegisses. In hoc considerès velim, ut* PULCHRITUDINEM *materia, ita* DIFFICULTATEM. *In ceteris enim novitas ipsa Lectorem intentum habet : in hoc, nota, vulgata, dicta sunt omnia. Quò fit, ut quasi otiosus securusque Lector, tantùm elocutioni vacet, in quâ satisfacere difficilius est, cum sola æstimatur. Atque utinam* ORDO *saltem, &* TRANSITUS, *&* FIGURÆ *simul spectarentur! Nam invenire præclarè, enunciare magnificè interdum etiam barbari solent :* DISPONERE *apte,* FIGURARE *varie, nisi eruditis negatum est.*

Iterùm epist. XVIII. ejusdem libri. *Officium consulatus injunxit mihi, ut Reip. nomine Principi gratias agerem, quod ego in Senatu, cùm ad rationem & loci, & temporis, ex more fecissem; bono civi convenientissimum credidi, eadem illa** SPATIOSIUS & UBERIUS *volumine complecti. Primùm, ut Imperatori nostro virtutes suæ veris laudibus commendarèntur : deinde, ut* FUTURI PRINCIPES, *non quasi à magistro, sed tamen* SUB EXEMPLO PRÆMONERENTUR, *quâ potissimùm viâ possent ad eamdem gloriam niti.* Addit deinde, *per triduum se recitasse amicis hunc librum, & valde probasse.* Vide plusçula.

* Nota, non sic ampliter dixisse.

Sidonius Apollinaris, lib. VIII. epist. X. *Cajus Plinius pro Actiâ Variolâ plus gloriæ de Centumvirali suggestu domum rettulit, quam cum M. Ulpio, incomparabili Principi, comparabilem Panegyricum dixit.* Quo tamen in loco semper mihi visum (neque nunc muto) *incomparabilem* legendum : nec tam aut malignè aut imperitè, super eximio hoc scripto Sidonium censuisse. At enim præfert illam *pro Variolâ*, sicut & *Ciceronis pro Cluentio*, omnibus aliis : non eloquii flore, aut acrimoniâ ; sed inventionum difficultate, & quia in rebus arctis cauſſisque arduis, magis sagax ingenium elucet. Ipsum lege.

C. PLI-

Digitized by Google

C. PLINI SECUNDI
PANEGYRICUS
TRAJANO AUG. DICTUS.

BENE ac sapienter, Patres Conscripti, majores instituerunt, ut rerum agendarum, ita 2 dicendi initium, à precationibus capere: quòd nihil rectè, nihilque providenter homines, sine deorum immortalium ope, consilio, honore, auspicarentur. Qui mos cui potiùs, quàm Consuli? aut quando magis usurpandus colendusque est, quàm cùm imperio Senatus, 3 auctoritate Reip. ad agendas optimo Principi gratias excitamur? Quod enim præstabilius est, aut pulchrius munus deorum, quàm castus & sanctus, & diis simillimus Princeps? Ac si adhuc dubium fuisset, forte casuque rectores terris, an 4 aliquo numine darentur: Principem tamen nostrum liqueret divinitus constitutum. Non enim occultâ potestate fatorum, sed ab Jove ipso coràm ac palàm repertus, electus est quippe inter 5 aras & altaria, eodemque loci, quem Deus ille 6 tam manifestus ac præsens, quàm cælum ac sidera insedit.

COMMENTARIUS

UT RERUM.] *Xenophontis præceptum.* Πρῶτος οὖν θεοῖς ἄρχεσθαι παντὸς ἔργου. ὡς τῶν θείων πραγμάτων ὄντων κρείττονα τῶν ἀνθρωπίνων, ἢ τῶν πολεμικῶν ἔργων. Conari omne opus cum diis aggredi, quia dii non sequiùs rebus civilibus, quàm & bellicis præsunt ac dominantur. 2 DICENDI INITIUM.] *Vetus mos Romanis, Orationes à precatione ordiri. Cicero, Livius, auctor ad Herennium, ostendunt.* 3 AUCTORITATE REIUBLICÆ. *Plinius* III. *epist.* XVIII. Ut reip. nomine Principi gratias agerem. 4 ALIQUO NUMINE.] *Homere*

Digitized by Google

merus: Ἐκ δὲ Διὸς βασιλῆες: Ex Jove sunt reges. *Plutarchus in Numâ*, μέγιστον καὶ θεῖον δῶρον: Maximum & divinum donum, *de regno*. 5 ARAS ET ALTARIA.] *Distincta, & Altare augustius aliquid, & in quo victimæ adolentur: Ara etiam, in quâ supplicatur, aut libatur tantùm. Illud item superorum Deorum; hæc etiam manium & inferorum. Glossæ*: Altare, ἱστῶμις: Ara, βωμός. *Vide Festum in* Altare, *& Adolesco. Servium in illud*:

——— en quatuor aras,
Ecce duas tibi Daphni, duoque altaria Phœbo.

6 TAM MANIFESTUS.] *Ob loci templique religionem, cum majestate, Cicero*: In Capitolio, hoc est in terrestri domicilio Jovis.

7 Quo magis aptum piumque est te Jupiter optime maxime, anteà conditorem, nunc 8 conservatorem imperii nostri precari, ut mihi digna Consule, digna Senatu, digna Principe contingat oratio: utq; omnibus quæ dicentur à me libertas, fides, veritas constet: tantumque à specie adulationis absit gratiarum actio mea, quantum abest à necessitate. Equidem non Consuli modò, sed omnibus civibus enitendum reor, nequid de Principe nostro ita dicant, ut idem illud 9 de alio dici potuisse videatur. Quare abeant ac recedant voces illæ, quas metus exprimebat. nihil, quale ante dicamus, nihil enim quale anteà patimur, nec eadem de Principe palàm, quæ prius, prædicemus: neque enim eadem 10 secretò loquimur, quæ priùs. Discernatur orationibus nostris diversitas temporum, & ex ipso genere gratiarum agendarum intelligatur, cui 11 quando sint hactenus ut deo, nunc nusquàm ut numini blandiamur. Non enim de tyranno, seu de cive, non de domino, sed de parente loquimur. Unum ille se ex nobis, & hoc magis excellit atque eminet, quod unum ex nobis putat; nec minùs hominem se, quàm hominibus præesse meminit. Intelligamus ergo bona nostra, dignosque nos 12 illius usu probemus: atque idemtidem cogitemus, 13 si majus principibus præstemus obsequium, qui servitute civium, quàm qui libertate lætamur.

7 APTUM PIUMQUE.] Aptum, *quia à te, & in tuo templo*,

Digitized by Google

plo, ille Princeps: pium. *quia agnoscere beneficium neq; ingrati esse debemus.* 8 CONSERVATOREM.] *In Trajano. Plinius ad eum, in epistola:* Diem domine, quo servasti imperium, dum suscipis, celebravimus. 9 DE ALIO DICI.) *E prioribus Principibus, apud quos blanda & humilis semper oratio. Martialis lib.* X.

Hoc sub Principe, si sapis, caveto.
Verbis Roma prioribus loquaris.

10 SECRETO LOQVIMVR.] *Seneca, de bono Principe:* eadem de illo homines secretò loquuntur, quæ palàm. 11. QVANDO SINT HACTENVS.] *Olim emendavimus:* cui, quando, sint actæ. Nusquam ut Deo nunc; nusquam *ut. Iterum Martialis concurrit:*

Fruſtrà blanditiæ venitis ad me,
Attritis miserabiles libellis.
Dicturus Dominum Deumque non sum,
Jam non est locus hac in urbe vobis.

12 ILLIVS VSV.] *Trajani. Sed melius, aut fallor, quod olim ego:* illis usu. *Bonis illis dignos præbemus, utendo. Libertas & veritas redierunt? usurpemus.* 13 SI MAJVS.] *Vult intellegi, quod minus.*

Et populus quidem Romanus 14 dilectum Principem servat, quantoque paullò antè 15 concentu 16 formosum alium, hunc fortissimum personat: quibusque aliquando clamoribus 17 gestum alterius & vocem; hujus pietatem, abstinentiam, mansuetudinem laudat. Quid nos ipsi? divinitatem Principis nostri, an humanitatem, temperantiam, facilitatem, ut amor & gaudium tulit, celebrare universi solemus? Jam quid tam civile, tam senatorium, quàm illud additum à nobis 18 OPTIMI cognomen? quod 19 peculiare hujus & proprium; 20 arrogantia priorum principum fecit. Enim verò quàm commune, quàm ex æquo, quod 21 FELICES NOS, FELICEM ILLUM prædicamus, alterniſque votis, HÆC FACIAT, HÆC AUDIAT, quasi non dicturi, nisi fecerit, comprecamur. Ad quas ille voces 22 lacrymis etiam, ac multo pudore suffunditur. agnoscit enim sentitque 23 sibi, non Principi dici. Igitur quod temperamentum omnes in illo subito pietatis calore servavimus, hoc singuli quoque meditatique teneamus: sciamusque, nullum esse

neque

Digitized by Google

neque ſincerius, neque acceptius genus gratiarum, quàm quod 24 illas acclamationes æmuletur, quæ fingendi non habent tempus. Quantum ad me pertinet laborabo, ut orationem meam ad modeſtiam Principis moderationemque ſubmittam, nec minus conſiderabo quid aures ejus pati poſſint, quàm quid virtutibus debeatur.

14 DILECTUM PRINCIPEM.] *Lego*, Principum. *Ipſe populus, cui minor ſapientia, diſcrimen & dilectum habet in Principum laude: quî non magis nos?* 15 CONCENTU.] *Proprio ad rem verbo. Nam acclamationes illæ theatricæ, cum modulis & quodam velut cantu erant. Tacitus* XVI. *Annalium*: Plebs perſonabat certis modis, plauſuque compoſito. *Ibi ego.* 16 FORMOSUM.] *Domitianum, qui* pulcher ac decens (*ait Suetonius*) maximè in juventâ. *Martialis*:

Purpureum fundens Cæſar ab ore jubar.

Et ipſe de ſe illud Homericum uſurpat:

Οὐχ ὁράᾳς οἷός τε καγὼ πρόλις τε μέγας τε;

Nonne vides tu, qualis ego magnuſque decenſque?

17 GESTUM.] *Neronis, qui hiſtrioniam exercebat. Ad eundum ſpectat, de* voce: *quam* cæleſtem & divinam *dici viderique volebat.*

18 OPTIMI COGNOMEN.] *Quando additum? Dionis compendium ait,* Armeniâ ſubactâ: *& ſanè lapides aut nummi* (*notabit mecum, qui volet*) *raro præferunt hoc, velut cognomen, ante* VI. *ejus conſulatum. Exinde aſſiduè, ut*, IMP. CAES. NERVÆ. TRAJANO. OPTIMO. *Græcè etiam*: NEP. TPAIANOC. APICTOC. *Ante non memini ſic obſervare; ſic inquam poſitum, nomini ipſi ſubjectum: dumtaxat*, SENATUS. POPULUSQUE. ROM. OPTIMO. PRINCIPI: *quaſi in laudationis loco. Tamen jamnunc ei datum* (*præter Dionis mentem*) *ambigi ex Plinii his verbis nihil poteſt: etſi in titulis fortaſſe non ſic uſurpavit.*

19 PECULIARI.] *Adeo, ut Eutropius ſcribat, ad ſuam uſque ætatem* (*Valentiniani Imp.*) non aliter in Senatu Principibus acclamari, niſi Felicior Auguſto, MELIOR Trajano. 20 ARROGANTIA PRIORUM.] *Qui id ſprevcrunt.* 21 FELICES NOS.] *Infrà*: Eſtne verum, quòd inter ista clamavimus, O nos felices! 22 LACRYMIS, ETIAM.] *Gaudio expreſſis. Infrà*: Vidimus humeſcentes oculos tuos, demiſſumque gaudio vultum. 23 SIBI, NON PRINCIPI.] *Galba, apud Tacitum*: Ceteri libentiùs cum fortuna noſtra, quam nobiſcum loquentur. 24 ILLAS ACCLAMATIONES.] *Quæ in libera rep. ſic fuêre, ſed ſub Auguſto cœperunt: niſi fa-*

Digitized by Google

fallor, à theatris in Curiam invectæ, imitando. Earum exempla in Cæsareis scriptoribus, brevia & pleraque acuta.

MAGNA & inusitata Principis gloria, cui gratias acturus, non tam vereor, ne me in laudibus suis parcum, quàm ne nimium putet. Hæc me cura, hæc difficultas sola circumstat. Nam merenti gratias agere, facile est, Patres Conscripti, non enim periculum est, ne cum loquar de humanitate, exprobrari sibi superbiam credat; cùm de frugalitate, luxuriam; cùm de clementia, crudelitatem; cùm de liberalitate, avaritiam, cum de benignitate, livorem; cùm de continentiâ, libidinem; cùm de labore, inertiam, cum de fortitudine, timorem. Ac ne illud quidem vereor, ne gratus ingratusve videar, prout satis, aut parum dixero. Animadverto enim 25 etiam Deos ipsos, non tam accuratis adorantium precibus, quàm inocentiâ & sanctitate lætari: gratioremque existimari, qui delubris eorum puram 26 castamque mentem, quàm qui 27 meditatum carmen intulerit. Sed 28 parendum est Senatusconsulto, quo ex utilitate publica placuit, ut Consulis voce, sub titulo gratiarum agendarum, 29 boni Principes quæ facerent recognoscerent; mali, quæ facere deberent. Id nunc eò magis solenne ac necessarium est, quòd parens noster privatus gratiarum actiones cohibet & comprimit: intercessurus etiam publicis, si permitteret sibi vetare. quod Senatus juberet. Utrumque Cæsar Auguste moderatè, & quòd alibi tibi gratias agi non sinis, & quòd hîc sinis, non enim à te ipso honor iste, sed ab agentibus habetur. Cedis affectibus nostris, nec nobis munera tua prædicare, sed audire tibi necesse est.

ET IAM DEOS IPSOS.] *Seneca, de Beneficiis*: Sicut nec in victimis quidem, licet opimæ sint, auroque præfulgeant, Deorum est honos, sed pia ac recta voluntate venerantium. *Plinius alter, Præfatione magni operis*: Verùm & diis lacte rustici, multæque gentes supplicant: & molâ tantùm salsâ litant, qui thura non habent:

nec

Digitized by Google

nec ulli fuit vitio, Deos colere, quoquomodo posset. *Vetus versus respondet:*

Καὶ δύναμιν δ' ἱερὰ δοῦναι καὶ ἀθανάτοις θεῖον:

Sacrificare diis, ut opes vireſque tulerunt.

26 CASTAMQUE MENTEM.] *Senecа*: Optimus animus, pulcherrimus Dei cultus eſt. 27 MEDITATUM CARMEN.] *Orationem compoſitam, & ſollemnem diſtionem: etiamſi metrum numerique non ſint. Tale enim priſcis* Carmen: *ut infra*, carmen comitiorum. 28 PARENDUM EST SENATUS CONSULTO.] *Quando facto? non repperi. puto ab Auguſto eſſe, cum mutatâ rep. hoc quoque mutavit. Nam iſta Gratiarum actio, in concione, populo Rom. Quiritibus ſolet fieri, pro honore dato: at nunc cum Princeps jura populi in ſe traxit, atque ipſe magiſtratus fecit, Gratiæ illi in Curiâ, non in concione, dictæ. Hic fons Panegyricorum, qui etiam ad Præſides provinciarum manarunt, atque ii electi gratias agebant, quod Claudius vetuit, in Dione*: Καὶ διὰ ταῦτα τοὺς αἱρεθέντας (ἄρχοντας) μηδεμίαν ἐν τῷ συνεδρίῳ χάριν ἔχειν, ἐκ τοῦ κατὰ τὴν ἐκλογὴν: Inſtituit ne electi (*Præſides*) aliquas ei gratias in Senatu dicerent, quod ex more quodam faciebant. *Hoc inquam, ad ſolos provinciales Præſides & imperia ſpectat (priora vide:) & errant, qui ad noſtra hæc trahunt.* 29 BONI PRINCIPES.] *Cauſſa duplex hujus inſtituti ut & boni laude iſta firmarentur in bene agendo, & mali, eo blandè traherentur. O ſi noſtri ævi mos ferret, quid utilius?*

SÆPE ego mecum, P. C. tacitus agitavi, qualem quantumque eſſe oporteret, cujus ditione nutuque maria, terræ, pax, bella regerentur: cùm intereà fingenti formantiq; mihi Principem, quem 30 æquata diis immortalibus poteſtas deceret, numquam voto ſaltem concipere ſuccurrit ſimilem huic, quem videmus. Enituit 31 aliquis in bello, ſed obſolevit in pace: alium toga, ſed non & arma honeſtarunt: reverentiam ille terrore, alius amore humanitate captavit: ille quæſitam domi gloriam in publico, hic in publico partam 32 domi perdidit: poſtremò adhuc nemo extitit, cujus virtutes nullo vitiorum confinio læderentur. At Principi noſtro 33 quanta concordia, quantuſque concentus, omnium laudum, omniſque gloriæ contigit? ut 34 nihil ſeveritati ejus hilaritate, nihil gravitati ſimplicitate, nihil majeſtati humanitate detrahitur? Jam firmitas, jam proceritas cor-

Digitized by Google

corporis, jam honor capitis, & dignitas oris, ad hoc ætatis 35 indeflexa maturitas, nec sine quodam munere deûm festinatis 36 senectutis insignibus, ad augendam majestatem, ornata cæsaries: nonne longè lateque 37 Principem ostentant?

30 ÆQUATA DIIS.] *Poëta*:

——— cùm laudatur diis æqua Potestas.

31 ALIQUIS IN BELLO.] *Ab Homero, jam olim*:

Ἄλλῳ μὲν ῥ' ἔδωκε θεὸς πολεμήϊα ἔργα,
Ἄλλῳ δ' ὀρχηστύν, ἑτέρῳ κίθαριν καὶ ἀοιδήν:

Namque alii bellare Deus concessit, at illi
Saltare, atque alii citharâ, cantuque valere.

Claudianus, in Stiliconis laudibus hausisse (ut alia) videtur à nostro:

——— Numquam sincera bonorum
Sors ulli concessa viro. quem vultus honestat;
Dedecorant mores. animus quem pulchrior ornat,
Corpus destituit. bellis insignior ille,
Sed pacem fœdat vitiis. hic publica felix,
Sed privata minùs. partitim singula quemq; Nobilitant.

32 DOMI PERDIDIT.] *Ut Augustus, in filiâ, nepte, nepotibus, & tota familia infelix.*] 33 QUANTA CONCORDIA.] *Idem Claudianus*:

——— sparguntur in omnes,
In te mixta fluunt: & quæ divisa beatos
Perficiunt, collecta tenes.

Victor de ipso Trajano: Tantus erat in eo maximarum rerùm modus, ut quasi temperamento quodam virtutes miscuisse videretur.

34 NIHIL SEVERITATI.] *Cicero, ad Brutum*: Quid tam distans, quàm à severitate comitas? quis tamen unquam te aut sanctior est habitus, aut dulcior? 35 IN DEFLEXA MATURITAS.] *Nondum vergens, & adhuc in statu. Sumptum à Circo, ubi medio spatio flexus circum metam, & tum deflexus. Quæ igitur ætas nunc Trajani? ex Dione*, quadragesim us quartus *annus. Nam illo auctore, imperium* quadragesimo secundo *cepit: atque hæc biennio post circiter dicta. Errat aut dissentit Victor (& cum eo alii) qui* LXIV. *annos vixisse prodit; quod non potest, Dionis isto calculo; quia omnium consensu, non nisi* novemdecim annos, VI. menses, dies XV. *imperavit. Itaque Eutropius mihi verior, qui vitæ adsignat annos* LXII. *etsi vel sic menses aliquot desint.* 36 SENECTUTIS INSIGNIBUS] *Non enim ipsa, ut jam dixi. Acclamationes igitur illæ Senatoriæ, in Tacito Vopisci*, & Trajanus senex ad imperium venit; *pro re magis*

quàm

Digitized by Google

quàm pro vero. Noster aperte infrà Juventam *ei tribuit.* 37 PRINCIPEM OSTENTANT.] *At que ipsis etiam hostibus qui (in Dione)* τῆς πολιᾶς αὐτὸ τὸ χαρεν, καὶ τὸ σεμνοπρεπὲς ἅμα καὶ ἡδονῆς, ἐκπεπληγμένοι εἶναι ὁς ἦν : canitiei eius lætitiam conspicati, & vultus majestatem, suspicati sunt esse qui erat.

TALEM esse oportuit, quem non bella civilia, nec armis oppressa R. P. sed pax & adoptio, & tandem 38 exorata terris numina, dedissent. An fas erat nihil differre inter imperatorem, quem homines, & quem dii fecissent. Quorum quidem in te. Cæsar Auguste, judicium & favor, tunc statim cum 39 ad exercitum proficiscereris, & quidem inusitato indicio enituit. Nam ceteros Principes, aut 40 largus cruor hostiarum, aut sinister volatus avium consulentibus nunciavit: tibi ascendenti 41 de more Capitolium, quamquam non id agentium civium clamor, ut jam Principi, occurrit. Siquidem omnis turba quæ limen insederat, ad ingressum tuum foribus reclusis, illa quidem ut tunc arbitrabatur Deum, ceterum ut docuit eventus, 42 te consalutavit Imperatorem, nec aliter à cunctis omen acceptum est: nam ipse intelligere nolebas, recusabas enim imperare, recusabas quod 43 benè erat imperaturo. Igitur cogendus fuisti, cogi porrò non poteras, nisi periculo patriæ, & mutatione Reip. Obstinatum enim tibi non suscipere imperium, nisi servandum fuisset. Quare ego illum ipsum 44 furorem motumque castrensem reor extitisse, quia magnâ vi magnoque terrore modestia tua vincenda erat. Ac sicut 45 maris cælique temperiem turbines tempestatesque commendant; ita ad augendam pacis tuæ gratiam, illum tumultum præcessisse crediderim. 46 Habet has vices conditio mortalium, ut adversa ex secundis, ex adversis secunda 47 nascantur. 48 Occultat utrorumque semina Deus, & plerumque bonorum malorumque causæ sub diversâ specie latent.

38 EXORATA TERRIS NUMINA.] *Orosius* : Nerva Trajanum adoptavit, per quem revera afflictæ reip. divina provisio consuluit. 39 AD EXERCITUM.] *A Domitio*

Digitized by Google

ano, in Germaniam inferiorem missus, Legatus consularis. 40 LARGUS CRUOR HOSTI RVM.] *Nam bestias cædebant, qui per haruspicinam consulebant de futuris. Aves inspiciebant, qui per augurium. Puto autem his verbis Plinium adspexisse ad omnia Augusto facta, futuri Principatus, quæ sic in Suetonio:* Primo Consulatu ei augurium capienti, duodecim se vultures, ut Romulo, ostenderunt: & immolanti, omnium victimarum jocinera replicata intrinsecus ab imâ fibra paruerunt. 41 DE MORE.] *Ad vota nuncupanda, quæ solent ituri in provincias, aut bella.* 42. TE CONSULVTAVIT IMPERATOREM.] *Explicari hæc video: Populus salutavit* Jovem optimum, maximum; *tu autem postea dictus* Optimus: *ita in illo cognomine te salutarunt. Frigide, & nihil ad Plinium. Res ita est. Turba* Jovem *salutavit*, Imperatorem, *nam ita & infrà iterat*: Qui te primi, eodem loco, salutaverant Imperatorem. *Ergo in eâ voce allusio tota & omen. Quomodò? sciendum, præter Jovem illum Capitolinum, alium in eodem templo religiosè cultum, cognomine* Imperatoris. *Dicat hoc Livius libro* VI. Triumphans (T. *Quintius*) signum, Prænestè devectum, Jovis Imperatoris, in Capitolium tulit. Dedicatum est inter cellam Jovis ac Minervæ. *En, locum etiam signatè habet, ubi fuit. De eodem Cicero, in Verrem*: Tria ferebantur in orbe terrarum signa Jovis Imperatoris, unum illud Macedonicum, quod in Capitolio videmus; alterum in Ponti ore & angustiis; terrium quod Syracusis ante Verrem Prætorem fuit. Illud ita Flamininus ex æde suâ sustulit, ut in Capitolio, hoc est terrestri domicilio Jovis poneret. *Ubi tamen dissensum, in auctore Livio notes. nam Cicero T. Quinctium Flamininum è Macedoniâ tuliſſe vult: Livius T. Quinctium Cincinnatum, Prænestè, Uter verior? nescio, dubitationem fuisse ex eo arbitror, quòd* T. Quinctii *nomine inscriptum signum fuerit & dedicatum, haud alio cognomine: atque ita alius alio traxit. Sed pro Livio* P. *etiam Victor est, in descriptione urbis, qui regione* VIII. *Capitolii ponit,* Signum Jovis Imperatoris Prænestè devectum. *Atque illinc discè, post tot incendia, etiam infra Plinii ævum longè mansisse. Hæc historia sic posita, rem aperit. Ingressa turba*, Salve Imperator *clamavit: sed ad Jovem. Quia tamen ipso puncto ingressus Trajanus, omnem ad illum haud vanè tractum.* 43 BENE ERAT IMPERATVRO.] *Nam si agnovisses, à tyranno Principe discrimen aut mors tibi imminebat. Bene igitur erat futuro Imperatori. Sed libri alii,* imperaturi: *quod sequentia magis approbant, & est sensus, Recusare imperium, signũ erat quod bene imperaturus esses. Nã qui ambitionẽ affectant honores raro virtute gerunt: qui recusant & abnũt, si mavis. Inde Imperatoris illa vox,* Invitos ad remp. admovendos

44 FUROREM MOTVMQVE CASTRENSEM] *Qui talis, cæso Domitiano* miles gravissimè tulit (*Suetonii verba*) paratus statim ulcisci, nisi duces defuissent. *Quievit igitur, sed Nerva jam electo, sene molli, & parum ad suum nomen animos iraſque sumpserunt, incendente Casperio Aeliano, Prætorii Præfecto: qui idem munus & sub Domitiano habuerat. Inde in eam occultus favor, & miseratio: & impulsi milites deposcere ad cædem cædis auctores. Factum turbidè & acriter: Nerva resistit pariter, usque eò ut jugulum potiùs iis offerret feriendum. Non demovit tamen, & cum perseverarent furere traditi cæsique sunt ii, quos depoposcerunt. Hæc ex Dione: & adde Victorem diffusiùs, Suetonium breviter tangentem. cap.* XXIII. *Domitiani.* 45 AC SI CVT MARIS.] *Cassiodorus* VIII. *Variar.* Bonum insolitum plus amatur, & sequenti gaudio confert dulcedinem præmissa tristitia. 46 HABET HAS VICES.] *Certè habet, & Pindarus apte cecinit:* Ῥοαὶ δ' ἄλλοτε ἄλλαι, Εὐθυμίαν τε μὴ πόνοις, Ἐς ἄνδρας ἴσαν: Fluctus alii aliàs, Gaudiorum atque laborum, In homines veniunt. *Caput sapientiæ, id est Homerus.*

——— ἄλλος γὰρ ἄλλοτ' ἐπ' ἀνδρ
Ζεὺς ἀγαθὸν τε κακὸν τε διδεῖ:

——alias Deus, illi aliique,
Nunc bona, nunc mala dat.

47 NASCANTVR.] *Manilius:*

—— Tanta est rerum discordia in ævo,
Et subtexta bonis mala sunt, lacrimæque sequuntur.

Vota, nec in cunctis servat Fortuna tenorem. *Nasci igitur alia ex aliis videntur, quia sic subtexta, ut ait, & inter se juncta, alii tamen libri,* noscantur: *nec male. id esset, dijudicentur meliùs & sentiantur, ex contrariorum sensu.* 48 OCCULTA UTRORVMQVE SEMINA.] *Dicit: Deus causſas rerum secundarum vel adversarum, sub diversa facie premit: & sæpe lætos effectus tristia mitiò, & contrà tristes læta gignt*

MAGNVM quidem illud sæculo dedecus, magnum Reipub. vulnus impressum est. Imperator, & 49 parens generis humani obsessus, captus, inclusus: ablata 50 mitissimo seni servandorum hominum potestas; ereptumque Principi illud in principatu beatissimum, quòd nihil cogitur. Si tamen hæc sola erat ratio, quæ te publicæ salutis gubernaculis admoveret: propè est ut exclamem, 51 tanti fuisse. Corrupta est disciplina castrorum, ut tu 52 corrector emendatorque contingeres: inductum pessi-

mum,

Digitized by Google

mum exemplum, ut optimum opponeretur: postremò coactus Princeps quos nolebat occidere, ut daret Principem qui cogi non posset. Olim tu quidem adoptari merebare: sed nescissemus, quantum tibi deberet imperium, si antè adoptatus esses. 53 Exspectatum est tempus, in quo liqueret, non tam accepisse te beneficium, quàm dedisse. Confugit in sinum tuum concussa Respub. ruensq; imperium super imperatorem, Imperatoris tibi voce delatum est. 54 Imploratus adoptione, & accitus es: ut olim duces magni, à peregrinis externisq; bellis, ad opem patriæ ferendam revocari solebant. Ita filius ac parens, uno eodemq; momento, rem maximam invicem præstitistis: ille tibi imperium dedit, tu illi rediisti. Solus ergo ad hoc ævi, pro munere tanto 55 paria accipiendo fecisti, imò 56 ultra dantem obligasti: communicato enim imperio, solicitior tu, ille securior factus est. O novum atque inauditum ad Principatum iter! non te propria cupiditas, 57 proprius metus, sed aliena utilitas, alienus timor, Principem fecit. Videaris licet, quod est amplissimum, consecutus inter homines; felicius tamen erat illud, quod relinquisti, sub bono Principe, 58 privatus esse desiisti. Assumptus es in laborum curarumque consortium, nec te læta & prospera 59 stationis istius, sed aspera & dura, ad capessendam eam compulerunt. Suscepisti imperium, postq; alium suscepti pœnitebat.

49 PARENS GENERIS.] *Ausonius de ipso*:

Nerva senex, Princeps nomine, mente parens.

50 MITISSIMO.] *Ideò cognomento* Tranquillus *dictus. Panegyricus Theodosio*: Quando me Nerva Tranquillus, amor generis humani Titus, pietate memorabilis Antoninus teneret. *Sidonius*:

Post quem Tranquillus vix me mihi reddere Nerva
Cœpit.

Claudianus: Tranquillique, Pii, bellatoresque Severi.

51 TANTI FUISSE.] *Vel cladium illarum pretio emendum, ut tu Princeps esses. Lucanus simili colore, pulcherrimè*:

Quòd si non aliam venturo fata Neroni
Invenêre viam, magnoque æterna parantur
Regna deis, cælumque suo servire Tonanti,

Digitized by Google

Non nisi sævorum potuit post bella gigantum:
Jam nihil, ô superi querimur, scelus omne nefasque
Hac mercede placent.

Utitur & Augustus apud Dionem, Oratione in Senatu, libro LIII. *cum beneficia sua commemorasset, & bona præsentis status:* ὥστε addit, εἴπερ τινὶ καὶ ἄνδρὶ πώποτε ἐξῆν τὸ πάλαι μεμφόμενον εἰπεῖν, τότε ἀντιλέγειν τὸν τρόπον. ἴνξασθαί τινα χαρίεσαν: adeò ut, si iterum in fatis sit Remp. nostram affligi & ægrotare, optaverit aliquis hoc eam modo turbari ac collidi. *Sed & princeps jure suo oratorum, Demosthenes pro Rhodiorum libertate, cum mala recensuisset, quæ ei tulerant,* Ὀλίγου δὲ δεῖν λίγειν, ἂν ὑμεῖς ἀντοῖς ἐβοηθήσατε βοηθοῦσιν, ὡς καὶ συμφέροντα ταῦτ' ἀυτοῖς: Propè tamen abest quin dicam, si vos iis auxiliari decernitis, ex usu eorum fuisse hæc pati. *In diversum ipsa figura & phrasi, Martialis:*

Flavia gens, quantum tibi tertius abstulit heres,
Pænè fuit tanti, non habuisse duos.

52 CORRECTOR EMENDATORQUE.] *Fecit in ista etiam re. Nam* Ælianum, & Prætorianorum præcipuos turbatores, ad se evocatos, quasi opera eorum usurus, alium alibi sustulit. *Dio.* 53 EXSPECTATUM EST TEMPVS.] *Palàm igitur, non initio statim imperii d Nerva, sed eo inclinante, adoptatus est. At Onufrius (verus pater principalis historiæ & Fastorum) asseverat,* Diem adoptionis, & Tribuniciæ potestatis assumptæ, proculdubio fuisse XIV. Kal. Octobris. *Quid? illum primum imperii? non potest, anno igitur post? hoc propius ad verum; sed quo tamen auctore, tam definite eumdem statuat, requiro. Ego hoc saltem invenio (in Aur. Victore)* tribus mensibus eum adoptato Nervam vixisse. *At quin imperavit Nerva* annum unum, menses quattuor, dies novem: *cæpit imperare certò* XIV. *Kal. Octobris, cum Domitianus cæsus: ergo, hoc calculo, adoptio Trajani incidat in* VI. *Kal. Novembris, aut circà.* 54. IMPLORATVS ADOPTIONE] *Cum ad absentem Homerico versu Nerva scripsisset:*

Τίσεαν δάκρυα ἷσιν ἀκαχμένα τοῖσι βέλεσσι:

Has lacrymas, Trajane, tuis ulciscere telis.

55 PARIA ACCIPIENDO.] *At qui reddendo paria fiunt, & nomen expungitur. Pulchrum acumen, ut centena in hoc scripto.* 56. VLTRA.] *Volebam, & nunc velim,* ultrò. 57. PROPRIVS METVS.] *Ut Tacitus, de Othone:* Fingebat & metum, quò magis concupisceret. 58 PRIVATVS ESSE.] *At qui Senator erat, & Consularis, & provinciæ præses. Nihil ad rem, more hujus & superioris ævi, omnes* Privati, *qui non Principes: & solus ille ab hoc nomine exceptus. Tacitus de Galba:* Major privato visus, dum privatus fuit: *& millies alibi.* 59. STATIONIVS ISTIVS.] *Suetonius, Claudio:* Quòd ali-

Digitized by Google

aliter perventurus ad susceptam stationem non fuerit. *Spartianus* : Qui Principem locum in hac statione retentarunt. *Lampridius* : Etiam in his artifex, quæ stationis Imperatoriæ non erant, *& sæpiùs alibi, pro summo hoc loco & Principali. Quare? ab militaribus stationibus ductum puto: quia sicut illæ in excubiis contra hostem; ita Imperator quasi in perpetua vigilia & Reip. cura. An non Vespasianus eo alluserit, cùm extremum illud protulit?* Imperatorem stantem mori oportere. *Stabant enim in his Stationibus: etsi ad aciem potuit etiam esse respectus.*

NULLA adoptati cum eo qui adoptabat cognatio, nulla necessitudo: nisi quod uterque optimus erat dignusque, alter eligi, alter eligere. Itaque adoptatus es, non ut prius 60 alius atque alius in gratiam uxoris: adscivit enim te filium non vitricus, sed Princeps, eodemque animo divus Nerva pater tuus factus est, quo erat omnium. Nec decet aliter filium adsumi, si adsumatur à Principe. An Sen. P. Q. R. exercitus, provincias, socios transmissurus uni: successorem è sinu uxoris accipias? summæque potestatis heredem, 61 tantum intra domum tuam quæras? non per totam civitatem 62 circumferas oculos, & hunc tibi proximum, hunc conjunctissimum existimes, quem 63 optimum, quem diis simillimum inveneris? Imperaturus omnibus, eligi debet ex omnibus, non enim 64 servulis tuis dominum, ut possis esse contentus quasi 65 necessario herede, sed Principem civibus daturus Imperator. Superbum istud & regium, nisi adoptes eum, quem 66 constet imperaturum fuisse, etiam si non adoptasses.

60 ALIUS ATQUE ALIUS.] *Tiberius & Nero intelliguntur: ille ab Augusto, matris Liviæ ambitu; hic à Claudio, Agrippinæ, ad imperium adsciti.*

61 TANTUM INTRA DOMUM.] *Galba apud Tacitum* : Sed Augustus in domo successorem quæsivit. ego in republica. 62 CIRCUMFERAS OCULOS. *Hæc omnia pro electione, & Politicis notanda sunt. Senator quispiam, apud Vopiscum, senem jam Tacitum Imp. eo hortatur* : Quare circumspice, imitare Nervas, Trajanos, Hadrianos. Ingens est gloria morientis Principis, remp.

Digitized by Google

magis amare, quam filios. 63 QUEM OPTIMUM.] *A virtute non à sanguine. Roma, apud Claudianum:*

Hic illi manſere viri, quos mutua virtus
Legit, & in nomen Romanis rebus adoptans,
Judicio pulchram ſeriem, non ſanguine, duxit.

64 SERVULIS TVIS.] *Idem ille Senator, in Vopiſco:* Ne ſic remp. patreſque conſcriptos, & populum Romanum, ut villulam tuam, ut colonos tuos, ut ſervos tuos relinquas. 65 NECESSARIO HEREDE) *Statius:*

—— natos genuiſſe neceſſe eſt, At legiſſe juvat. *Tacitus in oratione Galbæ:* Sub Tiberio, & Cajo & Claudio, unius familiæ quaſi hereditas fuimus.

66 CONSTET IMPERATURUM.] *Glorioſè hoc erga Trajanum, quaſi ille, virtutis merito, ad imperium venturus, etiam non electus.*

FECIT hoc Nerva, nihil intereſſe arbitratus, genueris an elegeris; ſi perinde 67 ſine judicio adoptentur liberi, ac naſcuntur, niſi tamen, quod æquiore animo ferunt homines, quem Princeps parum feliciter genuit, quàm quem malè elegit. Sedulò ergo vitavit hunc caſum, nec judicium hominum, ſed deorum etiã in conſilium aſſumpſit. Itaque non tua in cubiculo, ſed 68 in templo; nec ante genialem torum, ſed ante pulvinar Jovis optimi maximi adoptio peracta eſt: quâ tandem non ſervitus noſtra, ſed libertas, & ſalus, & ſecuritas fundabatur. Sibi enim dii gloriam illam vindicaverunt: horum opus, horum illud imperium: Nerva tantùm miniſter fuit: Uterque, qui adoptaret tam paruit, quàm tu, qui adoptabaris. Allata erat ex 69 Pannonia laurea, id agentibus diis, ut invicti Imperatoris exortum victoriæ inſigne decoraret, hanc Imperator Nerva 70 in gremio Jovis collocarat: cùm repentè ſolito major & auguſtior, advocata 71 hominum concione deorumque, te filium ſibi, hoc eſt unicum auxilium feſſis rebus aſſumpſit. Inde quaſi depoſito imperio, qua ſecuritate, qua gloria lætus (nam quantulum refert deponas, an partiaris imperium: niſi quod 72 difficilius hoc eſt?) non ſecùs ac præſenti tibi innixus: tuis humeris ſe patriamq; ſuſtentans, 73 tua juventa, tuo robore invaluit: ſtatim conſedit omnis tumultus. Non adoptionis opus iſtud fuit,

Digitized by Google

sed adoptati: atque adeo temerè fecerat Nerva, si adoptasset alium. Obliti ne sumus, ut 74 nuper post adoptionem non desierit seditio, sed coeperit? Irritamentum illud irarum, & fax tumultus fuisset, nisi incidisset in te. An dubium est, ut 75 dare non posset imperium Imperator, qui reverentiam amiserat auctoritate ejus effectum est, cui dabatur. Simul filius, simul Cæsar, mox Imperator, & consors Tribunitiæ potestatis, & omnia pariter & statim factus es: quæ proximè 76 parens verus tantùm in alterum filium contulit.

67. SINE JUDICIO.] *Nam hoc est, quod discrimen facit inter Adoptionem & Genituram: & quo titulo huic vult præferri Hadrianus moriturus, apud Dionem:* Mihi, ô amici, liberos gignere natura non dedit, sed lege & adoptione vos mihi dedistis. Differt autem hoc ab illo, quòd nati quidem liberi, quales deo cumque visum est, gignuntur & crescunt; at adoptione, quales quisque vult, arbitrio adciscit. Ita à naturâ sæpè corpore aut mente imminutum habes; ab adoptione & judicio, utroque perfectum, si voles. 68 SED IN TEMPLO.] *In Capitolio. Dio Cassius:* Νερούας δὲ τὸ γῆρας κωφοφωνήσας, ἀνίδη τε ἐς τὸ Καπιτώλιον, καὶ ἔφη· μεγαυχούμενος, Ἀγαθῇ τύχῃ τῇ βουλῇ, καὶ τῷ δήμῳ τῷ Ῥωμαίων, καὶ ἐμοὶ αὐτῷ, Μάρκον Οὔλπιον Τραϊανὸν, εἰσποιοῦμαι, καὶ μὴ ἔσται ἐν τῷ συνεδρίῳ Καίσαρά τε αὐτὸν ἀποδείξαι: Nerva ob senium jam contemptui, in Capitolium ascendit, & magna voce inclamans dixit, Quod felix faustumque Senatui, Populoque Romano, mihique sit, M. Ulpium Trajanum adopto. Et post hoc eumdem Cæsarem in Senatu designavit. 69 EX PANNONIA LAURUS.] *Georgius Cedrenus:* Ἐκ Παννονίας δὲ ἀγγελίαι ἐπινίκιοι ἐλθοῦσαι τῷ Τραϊανῷ: E Pannoniâ victoriæ nuncius á Trajano veniens: *etsi fallitur de Trajano, nam ille nunc alibi, & in colonia Agrippina.* 70 IN GREMIO JOVIS.] *quod in triumphis factum, atque etiam ubi victoria non digna triumpho. Suetonius, Domitiano:* De Cattis triumphavit, de Sarmatis Lauream modò Jovi Capitolino rettulit. *Plura nos ad* 11. *Annalium Taciti.* 71 HOMINUM CONCIONE.] *Itaque & tribunal ascendit, quod sic Cedrenus:* λιβανωτὸν ἐπιθύσας, καὶ ἐπὶ βήματος, μεγάλα βοῶν ἔφη, Ἀγαθῇ τύχῃ, Νερούαν Τραϊανὸν ὑοποιεῖσθαι: Thure cùm supplicasset: stans in suggestu clamavit, Quod faustum felixque sit, Nerva Trajanum adopto. 72 DIFFICILIUS HOC EST.] *Nam ut ille ait,* Nec regna socium ferre, nec tædæ sciunt. 73 TUA

Digitized by Google

vii scito; ad annum LXV. *ultrà* Seniores. *Martialis etiam* Juvenem *dixit, his versibus:*

Et fortem, juvenemque, Martiumque
In tanto duce militem videret.

74 NUPER POST ADOPTIONEM.] *Pisonis à Galba factam: neque aliter acceperis. Qui volunt à Nerva ipso alium aliquem adoptatum; ut verbo dicam blatiunt nugas.* 75 DARE NON POSSET.] *Haud improba sententia. Possetne dare imperium alteri, qui ipse jam pene amiserat? non posset. At libris tamen aliis abest negatio: ac tunc legendum, continuatione* An, dubium est, ut dare posset imperium Imperator, qui reverentiam amiserat, auctoritate ejus effectum esse, cui dabatur? *Magisque hoc placet. Sed magis etiam:* An dubium est? ut dare posset imperium I. q. r. a. auctoritate ejus effectum est, cui dabatur. 76 PARENS VERUS.] *Vespasianus, qui Titum consortem imperii accepit sepositio Domitiano, cujus superbia & propera ambitio timebatur. Suetonium vide.*

MAGNUM hoc tuæ moderationis indicium, quod 77 non solùm successor imperii, sed particeps etiam sociusq; placuisti; nam successor, 78 etiam si nolis, habendus est; non est habendus socius, nisi velis. Credentne posteri? 79 Patricio & 80 Consulari & 81 Triumphali patre genitum cum 82 fortissimum, amplissimum, amantissimum sui exercitum regeret, Imperatorem non ab exercitu factum? eidem cum 83 Germaniæ præsideret, 84 Germanici nomen 85 hinc: missum? nihil ipsum ut Imperator fieret agitasse, nihil fecisse? nisi quod meruit, & paruit. Paruisti enim Cæsar, & ad Principatum obsequio pervenisti: nihil q; magis à te 86 subjecti animo factum est, quàm quod imperare cœpisti. Jam Cæsar, jam Imperator, jam Germanicus, absens & ignarus, & post tanta nomina, quantum ad te pertinet, privatus. Magnum videretur si dicerem, nescisti te Imperatorem futurum: eras Imperator: & esse te nesciebas. Ut verò ad te fortunæ tuæ nuncius venit, malebas quidem hoc esse quod fueras, sed non erat liberum. An non obsequereris Principi civis, Legatus Imperatori, filius patri? Ubi deinde disciplina, ubi mos à majoribus traditus, quodcumque Imperator munus injungeret,

Digitized by Google

ret, æquo animo paratoque subeundi? Quid enim si provincias ex provinciis, ex bellis bella mandaret? 87 eodem illo uti jure posse putes, cùm ad Imperium revocet, quo sit usus cùm ad exercitum miserit: nihilq; interesse, ire Legatum, an redire Principem jubeat, nisi quòd major sit obsequii gloria in eo, quod quis minus velit. Augebat auctoritatem jubentis, in summum discrimen auctoritas ejus adducta: utque magis parendum imperanti putares, efficiebatur eo, quòd ab aliis minus parebatur. Ad hoc audiebas, Senatus 88 populique consensum, non unius Nervæ judicium illud, illa electio fuit: nam qui ubique sunt homines, hoc idem votis expetebant; ille tantum jure Principis occupavit, primusque fecit, quod omnes facturi erant. Nec hercule tantopere cunctis factum placeret, nisi placuisset antè quàm fieret.

77 NON SOLVM SUCCESSOR.] *id est, non Cæsarem te tantum designavit & filium fecit; sed Imperatorem appellavit, & Tribuniciæ potestatis collegam. Adeò de modestia tua confisus est, nec timuit ne his elatus, aliquid super ipsum, aut contra ipsum, velles.* 78 ETIAM SI NOLIS.] Nemo enim (*ajebat ille*) successorem suum tollit. 79 PATRICIO] *Eutropius ait, Trajanum ex* familia antiqua magis, quam clara natum. *Et sanè Patriciatus ille, in homine Hispano, non potuit nisi novus esse: puto à Vespasiano, qui Patricias gentes allegit.* 80 CONSVLARI.] *Ita infrà*, Consularis viri triumphalisque filius. *Sed quando fuerit, haud liquet; & confusa res in consulibus tanto numero suffectis.* 81 TRIVMPHALI.] *Ubi meritus? Infrà lege*: Cum puer adhuc Parthica lauro gloriam patris augens. *Itaque dicat in Parthis rem gessisse comite filio puero, & illius triumphalia retulisse. Enimvero bella cum Parthis sub Nerone, duce Corbulone: ac pueritia Trajani incidit in illud tempus. Potest & in Judæa etiam meruisse, cum Tito; cui Legatus Prætorius fuit, legioni pugnacissimæ Decimæ præfectus. Josephus lib.* III. *Japhan abeo captam narrat, & disertè Τερεβινθῶνα τῶν δεκάτων παῖδα ἡγεμόνα appellat*: Decimæ legionis Præpositum, sive Legatum. 82 FORTISSIMVM, AMPLISSIMVM.] *Nam, ut addit, Germaniæ inferiori præsidebat: in qua legiones quattuor, cum auxiliis suis, aliisque.* 83 GERMANIÆ.] *Nostræ huic, inferiori. Eutropius*: Imperator in Gallis, apud Agrippinam civitatem factus. *Orosius*: Apud Agrippinam, Galliæ urbem, insignia sumpsit imperii. *Sidonius*:

Digitized by Google

Ulpius inde venit, quo formidata Sicambris
Agrippina fuit.

Dio Cassius: ἦρξε δὲ τῆς Γερμανίας: Præfuit Germaniæ. *Ac diutiùs hic præfuisse, Claudianus indicat:*

Cedant Druse tui, cedant Trajane, labores.
Vestra manus dubio quidquid certamine gessit,
Transcurrens egit Stilico: totidemque diebus
Edomuit Rhenum, quot vos potuistis in annis.

Monumenta ejus sunt, Vlpia castra *haud longe à* Veteribus, *& ad Mœnum fluvium,* Munimentum Trajani, *quod commemorat Ammianus initio libri* XVII. 84 GERMANICI NOMEN.] *Quod inter titulos imperii erat, eoque usi omnes, qui Germanicum Cæsarem sanguine vel adoptione contingerent: ut Cajus, Claudius, Nero, postea & Vitellius, etsi alia caussa: item Domitianus, & nunc Trajanus. Notavi aliquid ad locum Taciti* I. *Annalium:* In suum cognomentum adsciscit Imperatores. 85. HINC MISSVM.] *Nam ambitiosi Præsides, copiis subnixi, ipsi se Principes creabant. Ita Galba, Vitellius, cum successu: absque eo, Scribonius, & L. Antonius, conati.* 86 SUBJECTI ANIMO] *Quia in ipso animo tuo imperare spernebas: fecisti tamen, sed quia jussus.* 87 EODEM ILLO.] *Malim,* illum. 88 POPULIQUE CONSENSUM] *Ita Galba magnifice in Tacito:* Me deorum hominumque consensu ad Imperium vocatum.

AT quo, dii boni, temperamento potestatem tuam fortunamque moderatus es? Imperator tu 89 titulis, & imaginibus, & signis: ceterùm 90 modestia, labore, vigilantia, Dux, & Legatus, & miles cùm jam tua vexilla, tuas aquilas magno 91 gradu anteires: neq; aliud tibi ex illa adoptione, quàm filii pietatem, filii obsequium adsereres, longamq; huic nomini ætatem, longam gloriam precarere. Jam te providentia deorum primum in locum provexerat, tu adhuc in secundo resistere atq; etiam senescere optabas: privatus tibi videbaris, quamdiu Imperator & alius esset. Audita sunt vota tua, sed in quantum optimo illi & sanctissimo seni utile fuit; quem dii 92 cælo vindicaverunt, ne quid post illud divinum & immortale factum mortale faceret. Deberi quippe maximo operi hanc venerationem, ut novissimum esset; auctoremque ejus statim consecrandum, ut quandoque inter posteros quæreretur, an illud jam deus fecisset.

Digitized by Google

set. Ita ille nullo magis nomine publicus parens, quàm quia tuus, ingens gloria, ingensque fama, cùm 93 abundè expertus esset, quàm benè humeris tuis 94 sederet imperium, tibi terras, te terris reliquit; eo ipso carus omnibus ac desiderandus, quod prospexerat ne desideraretur. Quem tu lacrymis primum, ita ut filium decuit, mox templis honestasti, non imitatus illos qui hoc idem, sed alia mente fecerunt. Dicavit cælo Tiberius Augustum, sed 95 ut majestatis numen induceret: Claudium Nero, sed 96 ut irrideret: Vespasianum Titus, Domitianus Titum, sed ille ut dei filius, hic ut frater videretur. Tu sideribus patrem intulisti, 97 non ad metum civium, non in contumeliam numinum, non in honorem tuum, sed 98 quia deum credis. Minus est hoc, cum fit ab his, qui & sese deos putant. Sed licet illum aris, pulvinaribus, 99 flamine colas, non alio magis tamen deum & facis & probas, quàm quòd ipse talis es. In Principe enim qui electo successore fato concessit, una itemque certissima divinitatis fides est, bonus successor.

89 TITULIS, IMAGINIBUS, SIGNIS.] *Inscriptionibus, tabulis aut clypeis, statuis. Etsi versus fortasse*, Signa *referri ad militaria illa, quibus nomina inscripta Imperatorum, & imagines ex auro argentoque innexæ. Docui in* Militiâ Romanâ.

90 MODESTIA] *Hysterologia, singula singulis sequentibus nectuntur. Modestia miles, labore Legatus, vigilantia Dux.*

91 GRADU ANTEIRES.] *Pedibus, more Romano. Lucanus, de Catone:*

——— præcedit anheli
Militis ora pedes.

Tacitus de Othone: Nec illi segne, aut corruptum luxu iter, sed loricâ ferreâ usus, & ante signa pedester. *Spartianus de Hadriano*: Vicena millia pedibus armatum ambulasse.

92 CÆLO VINDICAVERUNT.] *Splendide loquitur, quia Nerva consecratus. Conatus Hadrianus hunc nuncium perferre, de quo ita Spartianus*: Trajano à Nervâ adoptato, ad gratulationem exercitus missus, in Germaniam superiorem translatus est, ex quâ festinavit ad Trajanum, ut primus excessum Nervæ nunciaret. *Quod libentius noto, ut sciatur intervallum aliquod inter adoptionem & mortem fuisse (supra à me notatum*:) *neu quem fallant hæc Pliniana*, auctoremq; ejus statim consecrandum: *& plura, colorate & oratorie dicta.*

93 A-

Digitized by Google

93 ABVNDE EXPERTVS.] *Quomodo autem, nisi intervallum fuisset, ut dicimus?* 94 SEDERET IMPERIUM.] *Firmiter innixum. Sessio perpetuitatem notat.* 95 MAIESTATIS NUMEN.] *An* nomen, *an magis* crimen? *nam & hoc ultimum in quibusdam libris. Constat sub Tiberio* publicam pænè rabiem (*loquor cum prisco scriptore*) *fuisse accusandi: & pleraque crimina omnia, inscripta titulo Majestatis. Quidquid dictum, factumve, Augustum aut ejus stirpem vel leviter tangeret, crimen dabat*, Impietatis, *ut Græci, sive Majestatis. ut Latini* 96 UT IRRIDERET.] *Palàm quidem, cùm &* Boletos, deorum cibum diceret: *& plura huic rei in Suetonii Nerone, cap.* XXXIII. 92 NON AD METVM.] *Ut Tiberius sicut de* Contumelia, *quod sequitur, ad Neronem spectat: de* Honore, *ad Titum & Domitianum.* 98 QVIA DEVM CREDIS.] *Et virtutibus cælum meruisse. Seneca, de Clem.* Deum esse, non tamquam jussi credimus, bonum Principem Augustum. 99 FLAMINE COLAS.] *Proprio sacerdote. Vide notata nobis ad* I. *Annalem Taciti.*

NVM ergo tibi ex immortalitate patris aliquid arrogantiæ accessit? num hos proximos, divinitate parentum desides ac superbos, potiùs, quàm illos veteres & antiquos æmularis? qui hoc ipsum imperium peperere quod modo 100 hostes invaserant contempserantque. 101 * cujus pulsi fugatique, non aliud magis habebatur indicium, quàm 102 si triumpharetur. Ergo sustulerant animos & jugum excusserant, nec jam nobiscum de suâ libertate, sed nostrâ servitute certabant: ac ne inducias quidem, 103 nisi æquis conditionibus, inibant, legesque ut acciperent, dabant. At nunc redii omnibus 104 terror & metus, & votum imperata faciendi. 107 Vident enim Romanum ducem, unum ex illis veteribus & priscis; quibus Imperatorium nomen addebant contecti cædibus campi; & infecta victoriis marta. Accipimus obsides ergo, 106 non eminus, nec 107 ingentibus damnis immensisque muneribus paciscimur, ut vicerimus, 108 rogant, supplicant; largimur, negamus, utrumque ex imperii majestate, agunt gratias qui impetraverunt, non audent queri quibus negatum est. An audeant qui sciant 109 te adsedisse ferocissimis populis, eo ipso tempore, 110 quod

Digitized by Google

100 quod amiciſſimum illis, difficillimum nobis: cum Danubius 111 ripas gelu jungit, duratuſque glacie ingentia tergo bella tranſportat, cùm feræ gentes, non telis magis, quàm 112 ſuo cælo, ſuo ſidere armantur. Sed ubi in proximo tu, non ſecùs ac ſi mutatæ temporum vices eſſent, illi quidem 113 latibulis ſuis clauſi tenebantur; noſtra agmina percurſare ripas, & allenâ occaſione, ſi permitteres, uti, ultroque 114 hiemem ſuam barbaris inferre gaudebant.

100 HOSTES INVASERANT.] *Daci, Sarmatæ, Suevi, Catti, ſub Domitiano.* 101 * CUJUS PULSI.] *Ego verò hiatum eſſe video, & firmat etiam vetus codex (Io. Livineji viſus) qui lacunam præfert. Ille tamen mederi ſe putat, reſcribendo*: quod modò hoſtis invaſerat contempſeratque, cujus pulſi: *nempe, inquit, hoſtis. Parcite manes, alia mens longè Secundi. Tangit palàm Domitianum, cujus hæc demens vanitas, ut cùm malè pugnaſſet ipſe aut legati, tunc demùm Romæ triumphum inſtrueret, quaſi victor. De Cattis, Tacitus*: Proximis temporibus (*Domitiani*) triumphati magis, quàm victi ſunt. *Idem in Agricolâ*: Deriſui fuiſſe falſum ejus (*Domitiani*) è Germaniâ triumphum. *At de Dacis Oroſius*; Praviſſima jactantia elatus, ſub nomine ſuperatorum hoſtium, de exſtinctis legionibus triumphavit. *Dio ſimilia habet, & nos aliquid infrà. Hæc igitur ſententia & pro ea reformari poſſit*: cujus non pulſi. *Sed non placet, atque aliud omnino delinquit.* 102 SI TRIUMPHARETUR.] *Nempe Romæ, à Domitiano. At alii libri*, ſi ab illis triumpharetur; *falsò, magiſq; tunc* de illis. NISI ÆQUIS CONDITIONIBUS.] *Hoc ne ergo adeo iniquum, ſi æquis? Ita, quia dignatio Romana & potentia major, quàm ut barbari æquarentur. Neque malè tamen alterutra vocula rejecta legeris*: ac ne inducias quidem æquis conditionibus; *vel* inducias quidem, niſi conditionibus. *Diſpice, & fateberis fortiùs ſic efferri, magiſque indignanter. Atque adeò ſequentia dicunt, nec æquas conditiones fuiſſe, ſed quas iis lubitum imponere.* 104 TERROR ET METUS.] *Quid? ut ne hoſtes non terreant; minimè, ſed terror à nobis ad ipſos venit, habetque, & unâ metum. Sic infrà jungit*: Neque enim adhuc ignavia ceſſavimus: terror & metus monebant à rep. animos averteremus. *Alioquin labebar legere*, omnibus terris & metus &: *ſed puto, labebar.* 105 VIDENT ROMANUM DUCEM.] *Iſta & Martialis verſibus amplexus, in Trajani popularis ſui laudem*:

Ter

Digitized by Google

Terrarum dea gentiumque Roma,
Dixit Præside gloriosa tali:
Parthorum Proceres, ducesque Serum,
Thraces, Sauromatæ, Getæ, Britanni,
Possum ostendere Cæsarem, venite.

106 NON EMIMUS. [*Factum Domitiano, qui & falsos captivos emit, ad instrumentum triumphi. Tacitus Agricolâ:* Emptis per commercia, quorum habitus & crines in captivorum speciem formarentur. 107 INGENTIBUS DAMNIS [*Pecuniariis. Sed hæc, priora, & subjuncta lucem accipiant à Dionis loco, qui in Fulvianis Fragmentis publicatus. Ait me vertente*: Domitianus victus à Marcomanis & fugatus, misit illicò ad Decabalum Dacorum regem, eumq; ad pacem invitavit. Quam ille suscepit, nec sic tamen ut ipse ad Domitianum veniret: sed Diegem quendam misit, qui arma pauca & viros, quasi captivos, traderet. Eoque facto, Domitianus, ut verè victor; diadema Diegi imposuit (*nempè illi, sed in vicem nomenque absentis Decebali*) tamquam & ipse regem Dacis dare posset: & militibus coronas, & dona pecuniaria, divisit. Romam etiam quasi victor, cùm alia misit, tum & Legatos ut à Decebalo, & epistolam ab eodem (quam ipse tamen ferebatur confixisse:) & pompam triumphalem splendidè adornavit, non ex iis sanè, quæ ipse ab hostibus cepisset (nam omnia aliter erant, atque adeò multam pecuniam ad pacem hanc emendam & statim effudit, & in posterum etiam daturum se promisit; præterea artifices & operarios, omne genus, vel paci vel bello utiles Decebalo donavit:) non, inquam, ex hostium spoliis, sed ex Principalibus tributis instruxit: *En pacem à Domitiano emptam, en mimicos triumphos! Atque ab his principiis (ô Romani, quo iviistis?) passim postea Barbari auro redempti & adstricti. Attila rex facetè id objecit & suggillavit, narratiuncula veteris scriptoris, apud Suidam*: Cùm Mediolanum, *inquit*, cepisset, vidisseque ibi in pictura, Romanos Principes solio aureo insidentes, Scythas autem iis ad pedes jacentes; ipse contrà, sese jussit pingi, solio sublimem, Romanos autem Imperatores sacculos humeris bajulare, & aurum effundere ad ejus pedes. *Hæc Suidas, in* Κέρυκος. 108 ROGANT, SUPPLICANT. *Dio in Fragmentis*: Ὅτι πλεῖστοι πρεσβεῖαι ἐπὶ τὸν Τραϊανὸν ἀπὸ Βαρβάρων ἄλλων τε καὶ τῆς Ἰνδικῆς ἀφίκοντο: Quòd varii multique Legati, cùm ab aliis Barbaris, tum & ab Indis ad Trajanum venerint. *Etsi hæc magis postea gesta: sicut & illud, quod in Dionis compendio est*, Trajanum gravatum dare pecuniam, quam Daci annuam capiebant, ad bellum se parasse, timente Decebalo: qui rem sibi fo-

se

re, non cum Domitiano, sed cum populo Romano, & Principe justitiâ, robore, & militiâ claro videbat. *Nam id bellum, anno post hæc Pliniana cœpit, Porrò similia istis, sed in viro dissimili, Stilicone suo, jactat Claudianus*:

Illi terribiles, quibus otia vendere semper
Mos erat, & fœda requiem mercede pacisci,
Natis obsidibus pacem, tam supplice vultu
Captivoque rogant, quàm si post terga revincti
Tarpejas pressis subeant cervicibus arces.

109 TE ADSEDISSE] *Castra & prætenturas habuisse, in fluminum ripa. Quia enim ibi firmiter & adsiduè ipsa castra etiam* Sedes *posteriore isto ævo dicta.* 110 QVOD AMICISSIMVM ILLIS.] *Claudianus, diligens Plinii lector, & imitator:*

quòd gentibus illis
Frigore consuetis favet inclementia cæli.

111 RIPAS GELV IVNGIT] *Sic & pontibus jungi dicuntur, cùm scilicet commeare licet & adire, ut junctas. De re ipsâ, & immani hoc frigore, copiosè Herodianus libro* VI. *quem vide. Ait, inter alia*, uttumque fluvium, & Rhenum & Danubium, per hiemem sic gelascere, ut camporum in morem perequitentur. Esse autem adeò solidam firmamque glaciem, ut non pedibus modò ungulisque hominum & equorum subsistat; sed qui hausturi aquam sunt, non tam urnas aut vasa secum afferant, quàm secures & dolabras, ut excisam aquam, quasi lapidem, sine ullo vase, asportent. *Quæ postrema tangere Catonem in fragmento Originum, quod apud Nonium est scio*: Qui aquatum, ut lignatum, videntur ire, securim atque lorum ferunt, gelum crassum excidunt, eum loro colligatum auferunt. *De Rheno opinor, dixit.* 112 SVO CÆLO.] *In Taciti Germania*: Mattiaci ipso adhuc terræ suæ solo & cælo acriùs animantur. *Sidus autem, Arctoum certum est capi.* 113 LATIBVLIS.] *Subterraneis fuis specubus, quos contra hiemen aperiunt. Tacitus.* 114 HIEMEM SVAM INFERRE.] *Poëticôtera sunt hæc omnia, & floridè tumentia. Dicit, milites paratos uti occasione hiemis & glaciei, ac transire fluvium, quod anteà illi in nos solent.*

HÆC tibi apud hostes veneratio, quid apud milites! quam admirationem quemadmodum comparasti? cum 115 tecum inediam, tecum ferrent sitim; cum in illa 116 meditatione campestri militaribus turmis imperatorium pulverem sudoremque miscerés, nihil à ceteris nisi robore ac præstantiâ differens, cum 117 libero Marte nunc cominus tela librares, nunc 118 vibrata susciperes, alacer virtute militum

& læ-

& lætus, quoties, aut cassidi tuæ aut clypeo gravior ictus incideret: (laudabas quippe ferientes, horrabarisque ut auderent, & audebant jam;) cùm spectator moderatorque ineuntium certamina virorum, arma componeres, tela tentares, ac si quod durius accipienti videretur, ipse vibrares. Quid cum solatium fessi, 119. ægris opem ferres? Non tibi moris tua 120 inire tentoria, nisi commilitonum antè lustrasses; nec requiem corpori, nisi post omnes, dare. Hac mihi admiratione dignus Imperator non videretur, si inter Fabricios, & Scipiones, & Camillos talis esset, tunc enim illum imitationis ardor, semperque melior aliquis, accenderet. Postquam verò studium armorum 121 à manibus ad oculos, 122 ad voluptatem à labore translatum est; postquam exercitationibus nostris non veteranorum aliquis, cui decus, muralis aut civica, sed 123 Græculus magister assistit; quàm magnum est unum ex omnibus 124 patrio more, patriâ virtute lætari, & sine æmulo ac sine exemplo secum certare, secum contendere, ac sicut imperat solus, solum ita esse qui debeat imperare.

215 TECUM INEDIAM.] *Præcipit Honorio ita pater Theodosius, apud Claudianum:*

Inventis utare cibis, solabere partes
Æquali sudore tuas.

116 MEDITATIONE CAMPESTRI.] *Exercitio in campo, μελέτη. De ista ejusque modis, scripsi affatim lib. v.* De Militia. 117. LIBERO MARTE.] *Sine tui reverentia, cum quasi miles in militem esses compositus.* 118 NUNC VIBRATA.] *Imo* librata. 119 ÆGRIS OPEM.] *Ars Imperatoria, valdè ad benivolentiam parandam. Vellejus, de Tiberio:* Per omne belli Pannonici tempus, nemo è militibus, cujuscumque gradus, imbecillus fuit; cujus salus & valetudo non ita sustentaretur Cæsaris cura, tanquam distractissimus ille tantorum operum mole, huic uni negotio vacaret animus. Erat desiderantibus paratum junctum vehiculum, lectica ejus publicata: cujus usum cum alii, tum ego sensi. Jam medici, jam apparatus cibi, jam in hoc solùm importatum instrumentum balnei, nullius non succurrit valetudini. *At de nostro Trajano, Dio in Compendio: cujus tamen verba pluria & meliora leguntur*

Digitized by Google

in Suidâ, istæc: Τραϊανὸς ὁ βασιλεὺς τὰς τῶν πολίμων πτερωμένας ὑφαρπαγὰς ἐπιλαμβάνων δὲ σφᾶς τῶν ἐπιδεσμων, ἐκ τῆς ἑαυτοῦ ἐσθῆτος ἐφείσατο, ἀλλ' εἰς τὰ λαμπάδια αὐτὴν κατέτεμε πᾶσι: Trajanus Princeps milites in prælio vulneratos curabat, cum autem fasciæ & volumina deficerent, nec suæ quidem vesti pepercit, sed eam totam in ligamenta & fomenta discidit. *O factum (quid enim altius possim?) verè Trajani! quod tamen & fœmina simile, ante eum, usurparat Aggrippinæ, Germanici uxor, in Tacito:* Sed fœmina ingens animi, munia ducis per eos dies induit, militibusque, ut quis inops aut saucius, vestem & fomenta dilargita est. *Macte & tu, alio patre & patruo, quàm Tiberio digna.* 120 INIRE TENTORIA.] *Ausonius, de Gratiano:* Vidi te circumire tentoria; Satin' salve? quærere; tractare vulnera sauciorum, & ut salutiferæ apponerentur medelæ instare. 121 A MANIBVS AD OCVLOS.] *Quas manus non in pugna, sed in theatris Circisque movemus. Ibi gladiatores, ibi bestiarios depugnantes oculis usurpamus: & in Stadiis, athletas.* 122 AD VOLVPTATEM.] *Sive ob caussam jam dictam: sive quis tangit gymnasia, Græcorum ritu usurpata.* 123 GRÆCVLVS MAGISTER.] *Progymnasles, vel aliptes, Græcis item vocibus. Nam* proh facinus (*ait Seneca in ista re*) ne Romanis quidem vitiis laboramus: *nempe in cerumate dediti & & haphe. Enimverò Plutarchus, etsi Græcus, fatetur* Palæstram effœminasse corpora, & ad mollitiem deduxisse specie exercendi. 124 PATRIO MORE.] *Quid ergo? quid à te disco Plini? Trajanum è Romanis aut Italis esse? Victoris epitoma hoc etiam dicat, in qua scribitur;* Ulpius Trajanus, ex urbe Tudertina. *Atqui* Tuder, *in Italiæ Umbria est. Si tamen hoc; quid fiet Dioni, qui diserte scribit,* ὅτι ἦν ὁ Τραϊανὸς, ὅτι Ἴταλος, ὅτι Ἰταλικὸς ἦν: quòd Hispanus esset Trajanus, & nec Italus, nec quidem Italicus. *Potestne clariùs Hispanum asserere, & nec Italum, nec Italo patre natum? Et addit:* μηδεὶς ἀφ' ὁτουοῦν ἀλλοεθνὴς τὸ τῶν Ῥωμαίων κράτος ἴσχυκε: Nemo anteà alienigena & exterus Romanum imperium est adeptus. *Et pondus lapidis accedit, quod non amoliare, sic insculpti:*

IMP. CÆS. NERVÆ. TRAJANO. AVG. GERMANIC.
DACIC. PARTHIC. PONT. MAX. TR. POT. XV. COS. VI. P. P.
DE ROMANO. IMPERIO. DE. PATERNA. ET. AVITA.
HISP. PATRIA. ET. DE. OMNI. HOMINVM. GENERE.
MERITISS.
POPVLARES. PROVINC. AREVATVM. OPTIMO. PRINCIPI.

Et verò origine Hispanâ fuisse, patremque talem, nihil ambigo: de ipso, suspendit me ipse lapis, dum scrutor. Nam

Digitized by Google

nominat Hispaniam, paternam & avitam *ejus patriam: cui non* ejus *simpliciter, si ibi natus? Considera, & momentum hoc est ad inclinandum: sicut & Victor alter* ortum *dixit* Italica, *non etiam natum. Sed nec Panegyricus satis aperte, qui Theodosio dictus:* Hæc (*Hispania*) Trajanum illum, hæc Hadrianum dedit imperio. *Imò si ita intellegit datum, ut Hadrianum? profectò origine tantùm Hispanus sit, non etiam nativitate. Nam ille (in Spartiano) parentes quidem ab Italicâ Hispaniæ habuit*, natus tamen Romæ. *Hoc iterum si verum? quid Dionis superior assertio, nonne concutitur ab ipso Dione, qui in Hadriano scribit*, πολίτην Τρώιλον, *id est* civem & ex eadem urbe *fuisse? Ergo uterque Romanus. Contrà tamen, liquidò Eutropius, & ex eo Eusebius ut solet*, natum Italicæ in Hispania: *adfirmant. Distrahi me fateor; & quod ad Victorem, parata correctiuncula erat*, ex urbe Turdetana: *etsi lapis tum etiam turbat, qui* Arevates (*Ptolomæo* Arevacas (populares *Trajani facit, aut certè videtur; illi autem in diverso Hispaniæ tractu, & propè* Cluniam *in ejus meditullio, ponuntur. O in vitro tam illustri pudendas tenebras! Ubi estis Græci Latinique, qui vitam & res hujus Principis scripsistis? supra decem fuisse scio, sed (ô dolor) fuisse. Pergamus in Plinio: qui aut verè Romanum cum habet, aut callidè ubique dissimulat Hispanum fuisse.*

NONNE incunabala hæc tibi, Cæsar, & rudimenta, cùm puer admodum 125 Parthica lauro gloriam patris augens, nomenque Gemanici jam tum mererere? cùm ferociam superbiamque Parthorum ex proximo auditus magno terrore cohiberes, Rhenumque & Euphratem admirationis tuæ fama conjungeres? cùm orbem terrarum non pedibus magis, quam laudibus peragrares, apud eos semper major & clarior, quibus, posteà contigisses, & necdum Imperator, necdum dei filius eras. 126 * Germaniamque cum plurimæ gentes, ac propè infinita vastitas interiacentis soli, 127 tum Pyrenæus, Alpes, immensique alii montes nisi his compararentur, muniunt dirimuntque. Per hoc omne spatium cum legiones duceres, seu potius (tanta velocitas erat) raperes: 128 non vehiculum unquam, non equum respexisti, levis hic, non subsidium itineris, sed decus, & cum ceteris subsequebatur; ut cujus nullus tibi

usus,

Digitized by Google

usus, nisi cum die stativorum proximum campum alacritate, discursu, pulvere attolleres. Initium laboris mirer, an finem? multum est quod perseveraſti, plus tamen quòd non timuisti, ne perseverare non posses. Nec dubito quin 129 ille qui te inter illa Germaniæ bella ab Hispania usq;, ut validissimum præsidium, exciverat, iners ipse alienisque virtutibus tunc quoque invidus Imperator cum ope earum indigeret, tantam admirationem tui non sine quodam timore conceperit: quantam ille genitus Jove, post labores duraq; imperia, 130 regi suo indomitus semper indefessusque referebat, cùm aliis super alias expeditionibus 131 itinere illo dignus invenireris.

125 PARTHICA LAURO.] *Nihil hac de re legi: comitem patri fuisse, id apparet. Mox velim scribi* augeres. 126 *GERMANICAMQUE.] *Defectum aliquem video, sed levem.* 127 TUM PYRENÆUS.] *Itane Pyrenæus inter Germaniæ terminos? ita, sed latè illius sumptæ, ut Gallias etiam comprehendat. Nec id novum est: & sicut* Celtas *eos prisci Græci communiter vocarunt, sic Latini modo* Germanos, *modo* Gallos *alternant. Plura exempla sunt: sed hoc Senecæ huc aptissimum, Consolat. ad Helviam*: Pyrenæus Germanorum transitus non inhibuit: *ubi de gentium migratione agit. Ergo Germani in Hispaniam? non, quod sciam: sed Galli, id est Celtæ, à quibus & Celtiberia nomen habet.* 128. NON VEHICULUM.] *Nota duritiem & perpessionem laboris in Principe, de quâ etiam Dio:* Ἐπορεύετο δὲ καὶ μετὰ πάντας τοὺς στρατιώτας, τοῖς τε πεζοῖς, ὅτου γε ἐκεῖνοι, πεζῇ διέβαινε: Pedibus ibat, juxtà ac totus exercitus: & quoscumque fluvios illi, etiam ipse pedester transibat. *At Vellejus in Tiberii laudibus ponit, quòd* solus semper equo vectus sit, *in bello Germanico: quo colore aut causa? Quòd molliores Principes vehiculo semper aut lectica, & durior est equus. Suetonius de Domitiano*: In expeditione & agmine, equo rariùs, lectica assiduè vectus est. *Neque omnes sanè Trajani fuerunt; cujus factum ore qui subsannat, animo miretur.* 129 ILLE QUI TE.] *Domitianus, dum bella parum prospera cum variis Germaniæ gentibus habet. Sed accitum ait*, ab Hispania. *Unde nunc ergo, aut quare, illic? Existimo post Consulatum (quem gessit sub Domitiano, anno* DCCCXLIII.) *missum in Hispaniæ aliquam partem, ut præsideret. Illinc nunc cum legionibus excitum.* 130. REGI SUO.] *Eurysthæo, qui talia*

Digitized by Google

imperabat. 131 ITINERE ILLO.] *Tam longo, difficili. Sed magis arridet, quod libri alii,* munere alio *habent. Per munera & Præfecturas, quas sustinebas, gerendo probabas te aliis majoribusque sufficere.*

TRIBUNUS verò, disjunctissimas terras, 132. teneris adhuc annis, viri firmitate lustrasti: jamtunc 133 præmonente fortunâ, ut diu penitus perdisceres, quæ mox præcipere deberes. Neque enim prospexisse castra, brevemque militiam quasi transisse contentus: ita egisti tribunum, ut esse statim dux posses, nihilque discendum haberes tempore docendi. Cognovisti 134 per stipendia decem 135 mores gentium, 136 regionum situs, opportunitates locorum, & diversam 137 aquarum cælique temperiem, ut patrios fontes patriumque sidus, ferre consueviſti. Quoties equos, quoties emerita arma mutasti? Veniet ergo tempus quo posteri visere, visendum tradere minoribus suis gestient, quis sudores tuos hauserit 138 campus, quæ 139 refectiones tuas arbores, quæ 140 somnum saxa prætexerint, quod denique tectum 141 magnus hospes 142 impleveris: ut tunc ipsi tibi ingentium ducum sacra vestigia, iisdem in locis, monstrabantur. Verùm hæc olim in præsentia quidem, quisquis paulò vetustior miles, hic te commilitone censetur. quotus enim quisque, cujus tu non antè commilito; quàm Imperator? Inde est, quòd 143 propè omnes nomine appellas; quòd singulorum fortia facta commemoras: nec habent 144 adnumeranda tibi pro rep. vulnera, quibus statim laudator & testis contigisti.

132 TENERIS ADHUC ANNIS.] *Nam Tribuni, illo ævo, adolescentes fiebant. Hadrianus demum instituit,* neminem Tribunum, nisi plena barba, fieri. *Spartianus.* 133 PRÆMONENTE FORTUNA.] *lego,* præmuniente, *vel* Præmoliente. *Nam Deus, inquit, jam tunc disposuit & præstruxit, ut adolescens disceres, quæ exercenda aut jubenda Princeps haberes.* 134 PER STIPENDIA DECEM.] *Totius militiæ? non puto, sed Tribunatus. Nam si* puer admodum (*ita Plinius*) *militiæ Parthicæ interfuit,*

si

Digitized by Google

si à teneris annis Tribunus militum; si denique anno XLII. *ad imperium venit: quomodo probabile, decem tantùm annos militasse? At Polybius ita de Equitibus. Scimus: sed hoc quoque, licuisse & receptum fuisse, ut ultra; & denique hoc ævo, illa Polybiana in oblivionem & situm abiisse.* 135 MORES GENTIUM] *Cum illo Ulysse,*

—— Ὃς μάλα πολλὰ
Πλάγχθη: —— &,
Πολλῶν δ' ἀνθρώπων ἴδεν ἄστεα καὶ νόον ἔγνω.

—— qui per sola multa
Jactatus:

Multorumque hominum mores atque opida novit. *Cassiodorus:* Interdum expedit patriam negligere, ut sapientiam quis possit acquirere. Vlysses Ithacus nisi hoc feciſſet in laboribus (*scribe*, laribus) propriis, forsitan latuisset. 136 REGIONUM SITUS.] *Quod utilissimum futuro Duci Plutarchum in Philopœmene vide.* 137 AQUARUM CÆLIQVE.] *Cur de aquis? quia Romani milites aquam aceto mixto, vulgò bibebant.* 138 CAMPUS.] *In quo te exercuisti.* 139 REFECTIONES TUAS ARBORES.] *Pro rustico & militari item victu, qui cibos capiebant,*

Propter aquæ rivos, sub ramis arboris altæ.

140 SOMNUM SAXA.] *Credemusne? credamus, & res est: duces militesque olim, non in culcitis, sed in terra aut gramine, & (ut magnum) in antro aut specu, saxo impendente ac tegente, dormisse. Marius in Sallustio:* At illa multo optima edoctus tum, hiemem & æstatem juxtà pati, humi requiescere. 141 MAGNUS HOSPES.] *Claudianus:*

—— stat pallidus hospite mago Pastor.

142 IMPLEVERIS.] *Aut magnitudine (nam & corpore talis) aut certè majestate.* 143 PROPE OMNES NOMINE APPELLAS.] *Mirum, tam hercules quàm in Cyro, qui milites in numeroso exercitu omnes nomine compellasse dicitur. Sed hoc studium in toga & militia Romanis, hæc comitate erga inferiores uti, & sic devincire. Mox infrà* 144 ADNUMERANDA TIBI] *Non opus recenseant, aut suggerant: cùm tu plerisque factis præclaris interfueris. His rebus effectum, ut milites unicè amarent Trajanum*, neque umquam (*Dioni scriptum*) contemptus aut seditio eum militaris exceperit.

SED tanto magis prædicanda 145 moderatio tua, quòd innutritus bellicis laudibus pacem amas: nec quia vel pater tibi triumphalis, vel adoptionis tuæ die dicata Capitolino Jovi laurus, idcircò ex

Digitized by Google

occasione omni quæris triumphos. Non times bella non provocas. Magnum est, Imperator Auguste, magnum est, stare in Danubii ripa, si transeas, certum triumphi, nec decertare cupere cum recusantibus: quorum alterum fortitudine, alterum moderatione efficitur. Nam ut ipse nolis pugnare, moderatio; fortitudo tua præstat, ut neque hostes tui velint. Accipiet ergo aliquando Capitolium, 146 non inaneis currus, nec falsæ 147 simulacra victoriæ, 148 sed Imperatore veram ac solidam gloriam reportante, pacem, tranquillitatem, & tam confessa hostium obsequia, ut vincendus nemo fuerit. Pulchrius hoc omnibus triumphis, neque enim unquam, nisi ex contemptu imperii nostri factum est, ut vinceremus. Quòd si quis 149 barbarus rex eò insolentiæ furorisque processerit, ut iram tuam indignationemque mereatur; næ ille, sive interfuso mari, seu fluminibus immensis, seu 150 præcipiti monte defenditur, omnia hæc tam prona tamque cedentia virtutibus tuis sentiet, ut subsedisse montes, flumina exaruisse, 151 interceptum mare, illataque sibi non classes nostras, sed 152 terras ipsas arbitretur. Videor jam cernere non spoliis provinciarum, & 153 extorto sociis auro, sed hostilibus armis, captorumque 154 regum catenis, triumphum gravem. Videor ingentia ducum nomina, 155 nec indecora nominibus corpora noscitare. Videor intueri immanibus ausis barbarorum 156 onusta fercula, & sua quemque facta 157 vinctis manibus sequentem; mox ipsum te sublimem, instantemque curru domitarum gentium tergo; ante currum autem clypeos, quos ipse perfoderis. Nec tibi optima defuerint, si quis regum venire in manus audeat; nec modò telorum tuorum, sed etiam oculorum, minarumque conjectum toto campo, totoque exercitu oppositò, perhorrescat. Meruisti 158 proxima moderatione, ut quandocunque te vel inferre, vel propulsare bellum coëgerit imperii dignitas, non ideo vicisse videaris, ut triumphares, sed triumphare, quia viceris.

Digitized by Google

145 MODERATIO TUA.] *Item Dioni laudata.* Εἰ δὲ καὶ φιλοστόλεμος ἦν, ἀλλ' ἐν τῇ τῶν κατορθώσεων, καὶ τὰ βραχέα ἐπὶ μεγάλοις, τὰ δίκαια δὲ ἀνέδην ἠρέσκετο: Etsi autem militaris gloriæ cupidus erat; tamen victoria contentus, & hostes depressisse, socios sublevasse, satis habebat. 146 NON INANES CVRRVS.] *Iterum hæc in Domitianum.* Inanes *autem, spoliis vacuos. Propertius:*

Quà videam spoliis onerato Cæsaris axe,
Ad vulgi plausus sæpè resistere equos.

Possis & universè referre ad currus, qui cum spoliis solent præire, grandi numero. Vide Plutarchum in Æmilio. 147. SIMVLACRA VICTORIÆ.] *Imagines & iconismi pugnarum, quæ in ferculis.* 148 SED IMPERATOREM.] *Malim,* Imperatorem, *& mox,* reportantem, *distinctiunculis mutatis leviter.*

149 BARBARVS REX.] *Decebalus, cum quo bellum jam in opinione, & anno sequenti inchoatum.*

150 PRÆCIPITI MONTE.] *Hoc quoque ad ipsum. Nam Dacia montana, & ibi in præruptо arces. Dio Cassius:* Ὁ δὲ Τραϊανὸς ὀρύ τε ἀπότομα χώματα ἔλαβε: Trajanus montes (*Dacorum*) eminentes cepit. *Et Statius:*

Quæque suum Dacis donat clementia montem.

151 INTERCEPTVM.] *E medio sublatum.* 152 TERRAS IPSAS.] *Quasi Italia jam (exempli caussa) contigua Africæ aut Illyrico esset.* 153 EXTORTO SOCIIS AURO.] *Omnia in Domitianum. Aurum porro* Coronarium *intellegit, quod prætextu victoriæ acerbè exigebant, nec ut collationem (ita olim) sed ut tributum. Vide me in* Admirandis. *lib.* II.

154 REGVM CATENIS.] *Sollenne, ad pompam & speciem. Ovidius:*

Vinclaque captivâ reges cervice gerentes,
Ante coronatos ire videbis equos.

Albinovanus Pedo:

Aspiciam regum liventia colla catenis,
Duraque per sævas vincula nexa manus.

Vopiscus Aureliano: Incedebat, etiam Zenobia gemmis ornata, catenis aureis, quas alii sustentabant. *Adde graves scilicet catenæ istæ, ut supportandæ essent. Vetus plane mos, & Dionysius in triumpho T. Quintii Cincinnati:* Τόν τε ἡγεμόνα τῶν πολεμίων, καὶ τοὺς ἄλλους ἐπιφανεῖς ἄνδρας, ἀλύσεσι δεδεμένους ἦγε: Ducem hostium, aliosque illustrium, catenis vinctos ante se egit. 155 NEC INDECORA CORPORA.] *Nomina magna, & in famâ omnium, & corpora item magna respondebant. An* nomina magna, *longa & polysyllaba? ut* Decebalus, *& talia Barbarorum.* 156. ONUSTA FERCULA.] *id est, in ipsis ferculis expressa facinora audaciæ Barbarorum. Nam ibi flumina, urbes, pugnæ, quidquid*

Digitized by Google

singulare, populo ostendebatur. Tacitus II. *Annal. de Germanici triumpho*: Vecta spolia, captivi, simulacra montium, fluminum, præliorum. *Propertius*:

——— & titulis opida capta legam.

Claudianus:

Hi famulos traherent reges, hi facta metallis
Opida, vel montes, captivaque flumina ferrent.

Metallis *ait facta, id est auro vel argento, sed & ebore, citro, aut si quid aliud carum vel rarum. Vide Suetonium Julii c.* XXXVII. *Dionem* XLIII. *qui hæc* Fercula πομπικὰ *vertit, iisque imponit* ἔργων εἰκόνας, factorum imagines: *sed ante omnes Josephum, in Judaico triumpho, qui* Pegmata *ea dicit.* 147 VICTIS MANIBVS SEQVVTVM.] *Nota morem triumphalem. Facta ipsa in ferculis, auctores præcipui eorum juxta ea sequebantur. Aut etiam in ipso ferculo impositi, sublimes ita monstrabantur. Josephus clare:* Τίθεται δὲ ἐφ' ἑκάστῳ τῶν πηγμάτων ὁ τῆς ἁλισκομένης πόλεως στρατηγός: Impositus erat in uuoquoque pegmatum dux urbis captæ. *Seneca, De vitâ beatâ*: In alienum imponat ferculum, exornaturus victoris feri pompam *Propertius*: Et subter captos arma sedere duces. *Nam habitu ita mœsto & supplice repræsentabantur.* 198 PROXIMA MODERATIONE.] *Cùm ad Danubium sederes, certus victoriæ, si transisses.*

ALIVD ex alio mihi occurrit, quam speciosum est enim, quod disciplinam castrorum lapsam extinctamque refovisti, depulso prioris sæculi malo, inertia & contumacia, & 159 dedignatione, parendi? Tutum est reverentiam, tutum caritatem mereri: nec ducum quisquam, 160 aut non amari à militibus, aut amari timet, & inde offensæ gratiæque pariter securi, 161 instant operibus, 162 adsunt exercitationibus, arma, 163 mœnia, viros aptant. Quippe non is Princeps, qui sibi imminere, sibi intendi putet, quod in hostes paretur: quæ persuasio fuit illorum, qui hostilia cùm facerent, timebant. Eodem ergo tempore militaria studia, nec animos modò, sed & corpora ipsa languescere, gladios etiam incuriâ hebetari retundique gaudebant. Duces porrò nostri, non tam regnum exterorum, quàm suorum 164 Principum insidias; nec tam hostium, quam commilitonum manus ferrumque metuebant.

Est

Digitized by Google

Est hæc natura sideribus, ut parva & exilia validiorum exortus obscuret: similiter Imperatoris adventu 165 Legatorum dignitas inumbratur. Tu tamen major omnibus quidem eras, sed sine ullius diminutione major eandem auctoritatem præsente te quisque, quam absente retinebat: quin etiam plerisque ex eo reverentia accesserat, quòd tu quoque illos reverebare. Itaque perinde summis atque infimis carus, sic Imperatorem commilitonemque 166 miscueras, ut studium omnium laboremque, & tanquam exactor intenderes, & tanquam particeps sociusque relevares. Felices illos, quorum fides & industria, non per internuncios & interpretes, sed ab ipso te, nec auribus tuis, sed oculis probantur! Consecuti sunt, ut absens quoque de absentibus, nemini magis, quam tibi crederes.

159 DEDIGNATIONE PARENDI.] *Quod malum ipsi Principes augebant, quibus nec gratum, nimis audientes Ducibus milites esse. Imò nec tutum erat, ut addit, reverentiam mereri.* 160 AVT NON AMARI.] *Acutè. Securi duces nunc, inquit, vel in odio militum, vel in amore. Cur in odio? quia delationibus non apud te locus. In amore? quia nec tuæ virtuti ab alienâ times.* 161 INSTANT OPERIBVS.] *Quæ res odia gignere solet; si duces rigidi operum & munium exactores; præsertim ævo & militiâ jam molliore. At sub Trajano faciebant, disciplinam & morem veterem instaurantes.*

161 ADSVNT EXERCITATIONIBVS] *Nam & eæ sub Tyrannis omissæ, aut remissæ, cum segnitia pro sapientia esset.* 163 MOENIA.] *Castrorum, aut urbium in limitibus. An* munia *placet. legi? Inde* Munifices *milites, qui facere ea cogebantur;* Immunes, *qui exempti. Nam quod vir doctus* armamenta *junctim hìc legit, cui docto probabit?*

164 PRINCIPVM INSIDIAS.] *Qui vel per calumnias in Senatu, vel per submissos percussores in castris tollebant. Ideo subjungit*, commilitonum manus timuisse: *& est in Tacito, de sublato Civicâ, struente Domitiano, exemplum. Quid, quod ipse Agricola veneno sublatus à suspicioso atque invido Principe putabatur? At Trajanus noster liber purusque horum scelerum: qui, ut Dio ait,* οὔτε ἐφθόνει, οὔτε προδοσίαν τινὰ, ἀλλὰ τῷ πάνυ πολίτῃ τοὺς ἀγαθοὺς ἐτίμα καὶ ἐμεγάλυνε: neque invidit cuiquam, neque occidit, sed plane omnes bonos & honestabat, & dignitate augebat.

Digitized by Google

165 LEGATORVM.] *Hîc Consulares intelliegit, & provinciis copiisq; præfectos. Nam* Legati *isto ævo duplices*: Consulares, *jam dicti, loco Præsidum, &* Prætorii, *minores, qui sub illis, singulis legionibus Præfecti. Sunt ista ab ordinatione Augusti, quæ Dion optime expressa in Oratione Mæcenatis, lib.* LII. 166 MISCVERAS.] *Auctoritate, & comitate. tum etiam quo exigebas opera sive exercitia, & idem obsibas.*

JAM tè civium desideria revocabant, amoremq; castrorum superabat caritas patriæ. Iter inde placidum ac modestum, ut plane à pace redeuntis. Nec verò ego in laudibus tuis ponam, quòd adventum tuum 167 non pater quisquam, non maritus expavit: affectata aliis cultitas, 168 tibi ingentia & innata, interque ea 169 quæ imputare non possis. Nullus in 170 exigendis vehiculis tumultus, nullum circa hospitia fastidium; 171 annona: quæ ceteris. Ad hoc comitatus 172 accinctus, & parens, diceres magnum aliquem ducem, ac te potissimùm, ad exercitus ire: adeò nihil aut certè parum intererat, inter Imperatorem factum, & futurum. Quàm dissimilis nuper alterius Principis transitus? si tamen transitus ille, non populatio fuit, cum 173 abactus hospitum exerceret, omniaque dextrà lævaque perusta & attrita, ut si 174 vis aliqua, vel ipsi illi Barbari, 175 quos fugiebat, inciderent, persuadendum provinciis erat illud iter Domitiani fuisse, non Principis. Itaque non tam pro tua gloria, quam pro utilitate communi, 176 edicto subjecisti, quid in utrumque vestrûm esset impensum. Adsuescat Imperator cum imperio calculum ponere; sic exeat, sic redeat, tanquam rationem redditurus; edicat quid absumpserit, ita fiet ut non absumat, quod pudeat edicere. Præterea futuri Principes velint nolint, sciant 177 tanti tuum constat: propositisque duobus exemplis, meminerint perinde conjecturam de moribus suis homines esse facturos, prout hoc vel illud elegerint. Nonne his tot tantisque meritis, novos aliquos honores, novos titulos, merebare? At tu etiam nomen Patris patriæ recusabas. Quàm longa nobis cum

Digitized by Google

cum mòdestia tua pugna? quam tardè vicimus? Nomen illud quod 178 alii primo statim principatus die ut Imperatoris & Cæsaris receperunt, tu usque eò distuliſti, donec tu quoque beneficiorum tuorum parciſſimus æstimator, jam te mereri fatereris. Itaque soli omnium contigit tibi, ut Pater patriæ esses, ante quàm fieres, eras enim in animis, in judiciis nostris, nec publicæ pietatis intererat, quid vocarere; nisi quod ingrata sibi videbatur, si te Imperatorem potius vocaret & Cæsarem, cùm patrem experiretur. Quod quidem nomen qua benignitate, qua indulgentia exerces? ut cum civibus tuis, quasi cum liberis parens, vivis? Ut reversus Imperator, qui privatus exieras, 179 agnoscis, agnoscēris? eosdem nos, eumdem te putas, par omnibus, & hoc tantum ceteris major, quò melior.

167 NON PATER.] *Qui filiæ suæ timeret*: NON MARITUS: *qui uxori.* 168 CASTITAS TIBI INGENITA] *Excipe, quod* σῶφρονα ἐκ γενετῆς, *ait ille*: circa puerorum amores hæsit.

169 QUÆ IMPUTARE NON POSSIS.] *Ut benè facta, aut virtutes. Vix enim judicio usurpas sed naturæ instinctu.* 170 EXIGENDIS VEHICULIS.] *Quæ etsi publica ubique per vias dispositas: non tamen comitatui Principis sufficiebant. Erat itaque Palatinum munus in hanc rem, ut in lapide*: M. ULPIUS. AUG. L. CRESCENS. AB. VEHICULIS: *fuerit que profecto hujus Ulpii Trajani. Est & in Nervæ numm. s inscriptio*: VEHICVLATIONE. ITALIÆ. REMISSA: *Sed ea ad publicum cursum spectat, cujus onus in se transtulit (quod ad Italiam attinet) Princeps.* 171 ANNONA, QUÆ CETERIS.] *Spartianus in Hadriano*: Libentei cibis castrensibus in propatulo utebatur, hoc est, larido, caseo, poscà, exemplo Scipionis Æmiliani, & Metelli, & auctoris sui Trajani. *Auctorem vocat, quia Hadrianum Principem fecit, & quasi condidit: ipse ejus (ut hodie loquimur) creatura.* 172 ACCINCTUS.] *Metaphorâ; non fluens aut solutus, verè adstrictus, & ut milites tuos decebat.* 173 ABACTUS HOSPITUM.] *Quomodo? hospites abegit, an res atque animantes eorum? fortasse & servos, aut liberos, hostilem in morem.*

174 VIS ALIQUA.] *Hostilis, an & cælestis?*

175 QUOS FUGIEBAT.] *Adde quæ supra, de falsis ejus victo-*

Digitized by Google

victoriis. Acerbè enim & hæc in Domitianum, tota hac oratione materiem ictibus Plinianis, & sagittis scopum. 176 EDICTO SUBIECISTI.] *Quod edictum reversus proposuit in publico, de hostibus pacatis, limite defenso: & denique in imo (hoc est, subjecisti) de impendiis viæ.* 177 TANTITUUM. [*Rectum est, nec patienter audio qui conantur*, tanti itum. *Quis finis Criticæ pruriginis? Rectum & clarum est, ut dixi, sciant, inquit, posteri, tanti tuum iter constitisse; tanti, alterius.* 178 ALII PRIMO STATIM. [*Non omnes, ne hoc persuasurum te puta, Plini. Nam nec Augustus quidem, nisi serò recepit; & Tiberius oblatum, per modestiam distulit; Nero, per ætatem, quæ singula in Suetonio ita leges. Quin tamen plerique alii statim non imus negatum, aut Plinio hoc ereptum. An non tamen Capitolinus, qui sic in Pertinace?* Primus sanè omnium, ea die qua Augustus est appellatus, etiam Patris patriæ nomen recepit. *Apertè, ut videtur, & nostri* * *φιλαρχαῖοι hîc obhærent. Expediam, favete. Ajo totum locum & concipiendum aliter, & ordinandum, hoc modo:* Eadem die quâ Augustus est appellatus, & Flavia Titiana ejus uxor Augusta est appellata, eis horis quibus ille in Capitolio vota solvebat: prima sanè omnium eâ die, quâ Augustus est appellatus. Etiam Patris patriæ nomen recepit. *Quam levi aut nulla mutatiuncula, sententiam totam mutamus? & verè, quamvis audacter dico. Non de Augusto, sed Augusta hoc affirmat; primam eodem die hoc nomen sumpsisse, quo & maritus. Examina priorem historiam, ita reperies. Livia illa, post mortem denique mariti,* testamento in nomen Augustæ adsumpta: *quod Tacitus. & Dio affirmant. Agrippina Claudii, longulè post nuptias* augetur cognomento Augustæ: *Tacitus. & Domitianus ille superbus, tamen suam* altero denique anno consalutavit Augustam: *Suetonius. Antonius Pius, aliquamdiu post imperium,* Faustinam Augustam appellari à Senatu permisit. *Notes igitur hoc postea, & ferè à Senatu factum, neque aliud Capitolinus voluit, quàm hunc gratificandi studio properum, dum Pertinax in Capitolio est, eum titulum accensuisse uxori.* 176 AGNOSCIS, AGNOSCERIS [*Nihil in fastum mutatus, comiter appellas, salutas cives ab iis vicissim idem ille agnoscaris, quod ad mores. Imperium accessit, modestia non abscessit.*

* *Amatores antiquitatum.*

Ac primùm, 180 qui dies ille, quo exspectatus desideratusque urbem tuam ingressus es? Jam hoc ipsum, quod ingressus es, quàm mirum lætumque nam priores invehi, & importari solebant,

Digitized by Google

bant, non dico quadrijugo curru, & albentibus equis, sed 181 humeris hominum, quod arrogantius erat. Tu sola corporis proceritate elatior aliis & excelsior, non de patientia nostra quendam triumphum, sed de superbia Principum egisti. Ergo non ætas quenquam, non valetudo, non sexus retardavit, quo minùs oculos insolito spectaculo impleret. Te parvuli noscere, ostentare juvenes, mirari senes, ægri quoque neglecto medentium imperio, ad conspectum tui, quasi ad salutem sanitatemque prorepere. Inde alii se satis vixisse te viso, te recepto; alii, nunc magis esse vivendum, prædicabant. Feminas etiam tunc 182 fecunditatis suæ maxima voluptas subiit, cùm cernerent cui Principi cives, cui Imperatori milites peperissent. Videres 183 referta tecta, ac laborantia, ac ne eum quidem vacantem locum, qui non nisi 184 suspensum & instabile vestigium caperet; oppletas undique vias, angustumque tramitem relictum tibi; alacrem hinc atque inde populum, ubique par gaudium paremque clamorem. Tam æqualis ab omnibus ex adventu tuo lætitia percepta est, quàm 185 omnibus venisti, quæ tamen ipsa cum ingressu tuo crevit, ac propè 186 in singulos gradus adaucta est. Gratum erat cunctis, quod 187 Senatum osculo exciperes, ut 188 dimissus osculo fueras; gratum, quod 189 equestris ordinis decora honore nominum, 190 sine monitore, signares; gratum, quod tantum non ultrò clientibus salutaris, quasdam familiaritatis notas adderes. 191 gratius tamen, quod sensim & placidè, & quantum 192 respectantium turba pateretur, incederes: quod occursantium populis te quoque, te im 193 maximè astaret; quod primo statim die latus tuum crederes omnibus. Neque enim stipatus satellitum manu, sed circumfusus undique nunc Senatus, nunc equestris ordinis flore, prout alterutrum frequentiæ genus invaluisset, 194 silentes quietosque lictores tuos subsequebare, nam 195 milites 196 nihil à plebe habitu, tranquillitate, modestia differebant.

Digitized by Google

180 QUI DIES.] *Quem votis advocat Martialis lib.* X. *epigr.* VI. *&* VII. 181. HUMERIS HOMINUM.] *Succollati in lectica. Imitatur Pacatus, in Theodosiana laude, ut plerosque eminentiores (semel monitum esto) locos*: Quin & quando in lucem venire, & diem ferre potuisset, lecticis thensisque subvecti, & densissima supra circumque coöperti virorum armorumque testudine, sensim atque ad numerum movebantur: *& plura, sedes, adde vel cum Plinianis argutiis & Venere certantia. Porrò à nostro Domitianum præcipuè targi, certum est.*

182 FECUNDITATIS SUÆ.] *Seneca, de felicitate sub bono Principe*: Tollere filios cupiunt, & publicis malis indicta sterilitas recluditur. 183 REFERTA TECTA.] *Supremæ ædium partes, vicinæ tectis. An & ipsa tecta pro priè capis, quæ plana & constrata sæpè olim, ideoq; apta insistis? Claudianus, Stiliconis ingressu*:

Nonne vides, & plebe vias, & tecta latêre
Matribus?

Iterùm, in Honorii:

——— quantum licuit consurgere tectis
Una replet turbæ facies, undare videres
Imas viris, altas effulgere matribus ædes.

Itaque altiora ædium feminis, in his spectaculis, dicata: ut & in theatris. 184 SUSPENSUM ET INSTABILE.] *Ut in suggrundiis aut projecturis parietum.* 185. OMNIBUS VENISTI.] *Nempe, æqualiter venisti, cuiqueordini bonus, & benignus.*

186 IN SINGULOS GRADUS.] *Tuos, nec aliter acceperis. Te procedente, magis magisq; ipse placuisti, & spectantium lætitia auxit. Nam semper aliqui radii virtutis aut comitatis sparsi.* 187 SENATUM OSCULO.] *Pacatus, de Theodosio*: Ille cohonestatus affatu, ille mensâ beatus, ille osculo consecratus est. *Et digniores igitur osculo solent excipere: etsi pravi aut superbi Principes fastidierunt. De Caligulâ Dio*: Paucissimos osculatus est, plerisque autem, etiam Senatorum, vel manum vel pedem præbuit osculandum. *De Nerone, Tranquillus*: Neque adveniens, neque proficiscens, quemquam osculo impertivit. *Quid Domitianus? ille, necdum Princeps*, Cænidi patris concubinæ, osculum, ut solet, offerenti, manum præbuit. *Cogita quid in Principatu. Nempe his talibus illud, apud Arrianum (lib.* IV. *rerum Alexandri) insederat*: Τὰς μὲν ἀνθρώπους φιλεῖσθαι πρὸς τῶν ἀσπαζομένων. τὸ θεῖον δὲ ἄνω που ἱδρύσθαι, καὶ οὐδὲ ψαύσαι αὐτῦ δίκαιος, ἐπὶ τῷ δὲ ἀφ' ὑψηλοῦ προσκυνεῖσθαι μόνον): Hominibus osculum à salutantibus dari; at numina in alto posita, quia contingere non licet, adoratione coli. *Et isti profectò inter numina se censebant. De toto ritu plusculâ ego* II. *Electorum*

sue

Digitized by Google

suo capite. 188 DIMISSVS OSCVLO.] *Adhuc illis par, & pro communi more.*

189 EQVESTRIS ORDINIS DECORA.] *Nota, non verò totum ordinem (multa in eo media) sed decora & apices. Et satis inirum de Neronc scribs, à Tranquillo:* Omnes ordines subinde, ac memoriter salutavit. *Tresne omnes ordines? populum, equitem. Senatum? infinitum sit, & nulla memoria fecerit. Sine cavillo igitur aut calumnia acceperis;* Omnes, *quasi esset, singulos ordines, cùm res ferret, salutavit, aut ut expressiùs dicam, omnes quidem ordines, sed non qui in ordinibus. Mens est, nec plebem quidem in salutationibus omissam. Sed vel sic magna & rara memoria, quæ in Augusto etiam laudabitur, quod* patres in curia salutaverit, sedentes, & quidem nominatim singulos, nullo submonente. *Ita Suetonius de illo: sed* Patres *tantùm, qui ad* sexcentos tunc, *aut circà. Lusi igitur aliquando in priore loco, & tentavi,* Omnes S. ordine subinde, *quod esset, omnes Senatores & ordine uti sedebant, Augusti exemplo. Sed, ut dixi, lusi ipsius Trajani, nonne insigne exemplum,* qui omnes prope milites nomine appellabat *ita supra nostier.* 190 SINE MONITORE.] *Nomenclatore, qui inter necessaria officia claris olim viris apparebat.* 191 GRATIVS QVOD SENSIM.] *Similis affectus aperit Panegyristes Constantini:* Felices, qui te propiùs aspicerent; longiùs positi nominabant. quos præterieras, loci quem occupaverant, pœnitebat. *Et statim:* Ausi etiam quidam ut resisteres poscere. & pueri tam citò accessisse palatium: *& plura.* 192 RESPECTANTIVM TVRBE.] *Qui te antecedebant, per officii speciem, sed & ii cupidi videndi, idemtidem respectabant, &, ut solet, gradum suum tumque una, tardabant.* 193 MAXIME ADSIARET.] *Adsisteret in propinquo. Nam describit cupidè & improbè occurrans, qui propinqui gradum tunc firmabant, & utrimque Principi imminebant.* 194 SILENTES QUIETOSQUE.] *Duo lictorum officia: Clamore & Virga monebant, aut submovebant. De illo, infrà etiam:* Sollennis ille lictorum & prænuncius clamor. *Quid prænunciant? Consulem aut magistratum venire sollenni verbo,* Animadvertite. *De virga, qua pellebant aut pulsabant. Panegyricus, Theodosio:* Tum longè populus abigebatur, nec otiosa viatoris manus plebem verbere abigebat. *Plura in I. Electorum, Capite* De Lictoribus. 195 NAM MILITES.] *Ii quoque stipabant Principem, & ferociter solent submovere. Non fecit Trajanus: nec Pertinax quidem, de quo Herodianus:* Ἐκέλευσε τοὺς στρατιώτας πυκνοὺς τοῖς ὄχεσι τοῦ δήμου ὑπεῖναι, καὶ μήτε παίειν τινὰ τῶν παριόντων: Milites jussit abstinere ab omni contumelia in populum, & nec pulsare aliquem adeuntem. 196 NIHIL A PLEBE HABITU.]

Digitized by Google

TU.] *Quiane togati erant? Capitolinus, in M. Antonio:* In Italiam veniens togam & ipse sumpsit, & togatos jussit esse milites: nec unquam sagati fuerunt sub eo. *Quod honori Italiæ & urbis datum, in quâ ipsa custodia Principis togata. Tacitus:* Nec una cohors togata defendit nunc Galbam, sed detinet.

UBI verò cœpisti 197 Capitolium ascendere, quàm læta omnibus, adoptionis tuæ recordatio? quàm peculiare gaudium eorum, qui te primi eodem loco salutaverant Imperatorem? quin etiam deum ipsum tunc præcipuam voluptatem operis sui percepisse crediderim. Ut quidem 198 iisdem vestigiis institisti, quibus parens tuus ingens illud deorum prolaturus arcanum, quæ circumstantium gaudia? 199 quàm recens clamor? quàm similis illi dies, qui hunc genuit diem? ut plena altaribus 200 augusta victimis cuncta? tu 201 in unius salutem collata omnium vota? cum sibi se ac liberis suis intelligerent precari, quæ pro te precarentur. Inde tu in Palatium quidem, sed eo vultu, sed ea moderatione, ut si privatam domum peteres: ceteri ad penates suos quisque, iteraturus gaudii fidem, ubi nulla necessitas gaudendi est. Onerasset alium hujusmodi introitus, tu quotidie admirabilior & melior: talis denique, quales alii Principes futuros se tantùm pollicentur. Solum ergo te commendat augetque temporis spatium. junxisti enim ac miscuisti 202 res diversissimas, 203 securitatem olim imperantis, & incipientis pudorem. Non tu civium amplexus 204 ad pedes tuos deprimis, nec osculum 205 manu reddis. manet Imperatori 206 quæ prior humanitas, dexteræ verecundia. Incedebas pedibus? incedis, lætabaris labore? lætaris, 207 eademque omnia illa circa te, nihil ipso te fortuna mutavit. Liberum est ingrediente per publicum Principe subsistere, occurrere, comitari, præterire. Ambulas inter nos, 208 non quasi contingas: & copiam tui, 209 non ut imputes, facis. 210 Hæret lateri tuo quisquis accessit, finemque sermo-

Digitized by Google

sermoni 211 suus cuique pudor, non tua superbia facit. Regimur quidem à te, & subjecti tibi, sed quemadmodum legibus sumus. nam & illæ cupiditates nostras, libidinesque moderantur; nobiscum tamen, & inter nos, versantur. Emines, excellis, ut honor, ut potestas, quæ super homines quidem, hominum sunt tamen. Ante te Principes, fastidio nostri & quosdam æqualitatis metu, usum pedum amiserant. illos ergo 212 humeri, cervicesque servorum 213 super ora nostra; te fama, te gloria, te civium pietas, te libertas super ipsos Principes vehunt: te ad sidera tollit humus, 214 ita communia & confusa Principis vestigia.

CAPITOLIVM ASCENDITE) *Prisca pietate & ritu; Diis in abitu votâ nuncupare, in reditu solvere.* 198 IISDEM VESTIGIIS.] *In suggestu aut editiore loco, ut ex Cedreno dixi in adoptione a Nerva factum. Sed cur ille, hoc clarum: cur nunc Trajanus? neque enim ibi concio. Puto alterutrum, sive, ut Jovem eminentior, & conspicuus omnibus, salutaret sive, ut populum ipsum. Nam & hunc venerari in publico Principis solent.* 199 QVAM RECENS CLAMOR.] *An* recens & *subitus; Sed nil muto, totâ nempe via clamaverant faverantque, tamen nunc alacriter & fortiter iterum, quasi recentes.* 200 AVGVSTA VICTIMIS.) *Ut moris in adventu & auspiciis novi Principes, quem Diis commendabant. Tacitus* II *Histor.* Exstructis altaribus, cæsisque victimis, regium in morem: *Vitellio scilicet adventante. Quid, quod in Caligulæ, optatissimi (heu vanæ spei!) Principis initiis,* supra centum sexaginta millia victimarum cæsa? *Suetonius tradit: & ego pluria, ad Taciti dictum locum.* 201 IN VNIVS SALVTEM.) *Infrà:* Non distringimus te (*Jupiter*) votis, simplex cunctaque ista complexum, unum omnium votum est, Salus Principis. 202 RES OLIM DIVERSISSIMAS.] *Phrasi pari & acumine. Tacitus de Nervâ:* Res olim dissociabiles miscuit, Principatum & libertatem. *Pacatus de sese:* Res diversissimas junxi, metum & temeritatem. 203 SECURITATEM.] *Qui diu imperarunt, fidunt iam sibi, ac potentiæ suæ sunt securi: qui incipiunt, metum aliquem & pudorem, ut in re novâ & ardua habent. At tu, inquit, utrumque jungis & temperas: securus ut vetus regnandi verecundus, modestusque, ut tiro* 204 AD PEDES.] *Caligula, & ejusmodi monstra.* 205 MANU REDDIS.]

Digitized by Google

Infrà: Cùm velut affixi curulibus suis, manum tantùm, & hanc cunctanter, & imputantibus similes, promerent. 206 QUÆ PRIOR.] *Aliquid hic altioris vulneris aut defectus, sed ex Cuspiniani libro supplendi. In illo est*: quæ prioris humanitas, dexteræ verecundia. *Planè legendum*: quæ *prior oris humanitas dexteræ verecundia. Ad antecedentia hoc refer. Ore osculum reddis; humanitas est; dexteram osculandam non offers; verecundia est.* 207 EADEMQVE OMNIA ILLA.] *Vide ne argutius veriusque*: eademque omnia. Ita circa te, nihil in ipso te fortuna mutavit. 208 NON QVASI CONTINGAS.] *Iterùm melius*: inter nos, nos quasi contingas: *quasi unus sis è nobis.* 209. NON VT IMPVTES.] *Ut quasi beneficium inscribas, in rationibus nostris ponas. Id est, ita hoc facis, tamquam faciendum sit: non quasi novum aliquid aut magnum.* 210. HÆRET LATERI TVO.] *Quo nomine laudatur & Marcus Imp. ab Herodiano*: Παρῆν δὲ καὶ τοῖς ἀεχομένοις ἑαυτὸν ἐπιόντα καὶ μίαν βασιλέα, ἵνα τε εὐσεβείας δεξιώμενος, καὶ κωλύων τὸν ἐξ αὐτὸν δορυφόρους ἀποσοβεῖν τὸν συντυχόντα: Exhibuit se subditis comem & commodum Principem, cùm quosuis accedentes excipere, & vetaret stipatores quemquam advenientem à se repellere. 211 SVVS CVIQVE PVDOR.] *Qui sermonem magnum brevemque faciat, ut ipse talis.* 212 HVMERI CERVICESQVE.] *Nempe in lecticis. Sed quid? nonne vulgò ea in usu? nonne, non dicam Senatores, sed equites, & omnes paulo honestiores iis vecti? Factum, & docui* 1. *Electorum. Quæ igitur hîc superbia culpata? Quod ubi Princeps, & major illa persona; itemque in publicis conventibus, aut pompis alii abstinerent à lecticis, & pedibus graderentur. At illi, ut eminerent, assumebant, & quod hîc addit super ora & capita aliorum ferebantur.* 213. SVPER ORA NOSTRA *Juvenalis*:

——— turba cedente vehetur
Dives, & ingenti curret super ora Liburno.

Seneca: Quos supra capita hominum lectica suspendit. 214 ITA COMMVNIA.] *Jam olim emendavimus*: ita communis: *de humo scilicet, quam tu Trajane nobiscum calcas & vestigia cum nostris misces.*

NEC vereor P.C. ne longior videar, cùm sit maximè optandum, ut ea pro quibus aguntur Principi gratiæ, multa sint: quæ quidem reverentius fuerit integra illibataque cogitationibus vestris reservari, quàm carptim, breviterque perstringi, quia ferè sequitur, ut illa quidem, de quibus taceas, tanta quanta sunt, esse videantur. Nisi verò leviter attingi placet, lo-

Digitized by Google

locupletatas tribus, datumq; 215 congiarium populo, & datum totum, 216 cùm donativi partem militites accepissent. An mediocris animi est his potius 217 repræsentare, quibus 218 magis negari potest? Quanquam in hac quoq; diversitate æqualitatis ratio servata est, æquati sunt enim populo milites; eò quod partem, sed priores: populus militibus, quod posterior, sed totum statim accepit. Enimverò qua benignitate divisum est? quantæ curæ tibi fuit, ne quis expers liberalitatis tuæ fieret? Datum est his qui post 219 edictum tuum, 220 in locum erasorum, subditi fuerant: æquatiq; sunt ceteris illi etiam, quibus non erat promissum. Negotiis aliquis, valetudine alius, hic mari, ille fluminibus distinebatur; exspectatum est, provisumque, ne quis æger, ne quis occupatus, ne quis deniq; longè fuisset, veniret quisque cum vellet, veniret quisque cum posset. Magnificum Cæsar, & tuum, disjunctissimas terras munificentiæ ingenio 221 velut admovere; immensaque spatia liberalitate contrahere, intercedere casibus, occurrere fortunæ: atq; omni ope adniti, ne quis è plebe Romana dante congiarium te, hominem magis sentiret fuisse, quàm civem. Adventante congiarii die, observare Principis egressum in publicum, insidere vias examina infantium, futurusq; populus solebat: labor parentibus erat ostentare parvulos, impositosq; cervicibus adulantia verba blandasq; voces edocere: reddebant illi quæ monebantur: ac pleriq; irritis precibus surdas Principis aures adstrepebant, ignariq; quid rogassent, quid non impetrassent, donec 222 planè scirent, differebantur. Tu ne rogari quidem sustinuisti, & quanquam lætissimum oculis tuis esset, conspectu Romanæ sobolis impleri, omnes tamen antequàm te viderent, adirentve, recipi, 223 incidi jussisti: ut jam inde ab infantia parentem publicum munere educationis experirentur, crescerent de tuo, qui crescerent tibi: alimentisque tuis ad stipendia tua pervenirent, tantumque omnes uni tibi, quantum parentibus suis quisque, deberent. 224

Digitized by Google

215 CONGIARIVM POPVLO.] *Id est plebi, nec nisi il parti ferè (ita observes) quæ frumentum è publico capiebat. Martialis:*

Dat populus, dat gratus eques, dat thura Senatus. *Ita* Popularia *in theatris, plebis loca: &* Populares, *& homines è plebe. Suetonius voce* Populi *crebrò sic utitur, vel assiduè.* 216 CVM DONATIVI PARTEM.] *Hæc res ita fuit. Promiserat congiarium plebi, donativum militi, eodem tempore (nam sic ferè solet) Trajanus. At cùm ærarium utrique largitioni simul non sufficeret; dimidium promissi militibus statim dedit: populo, totum, sed paullò seriùs. Ita illi in tempore prælati, hi in summa.* 217 REPRÆSENTARE.] *Totum in præsente solvere.* 218 MAGIS NEGARI POTEST.] *Quidni? aut quid à populo, præter voculas & querelas, timeas? Sed miles & facta addere potest: tamen illi totum datum, huic negatum aut dilatum: quod magnitudinem animi jure interpretatur.* 219 EDICTVM TVVM.] *Quo proscripsisti, & pronunciasti publicè, te daturum.* 220 IN LOCVM ERASORVM.] *In tabulis civium nomina, qui frumentum cupiebant. Si qui morerentur, vel migrarent: erasis nominibus alii substituebantur, vel per Annonæ Præfectum, vel per ejus dividendæ Curatores. Nunc igitur dicit, Siqui substituti postea & subscripti; jure non iis debebatur, neque enim promissum erat, nisi qui tunc essent; at Trajanus tamen benignè, etiam hos admisit. Aliter atque Augustus, qui,* cùm congiario proposito multos manumissos insertosque civium numero comperisset, negavit accepturos, quibus promissum non esset. 221 VELVT ADMOVERE.] *Quia absentes habiti pro præsentibus, & mox* intercedere casibus, *ad ægros spectat vel occupatos.* 222. DONEC PLANE SCIRENT.] *Quousque igitur? ad undecimum annum, ex his Suetonii, in Augusto:* Congiaria populo frequenter dedit, ac ne minores quidem pueros præteriit, quamvis antè non nisi ab undecimo ætatis anno accipere consuessent. *Majores igitur pueri, sed tamen adhuc pueri capiebant.* 223 INDICI.] *In tabulas. Seneca* IV. *De Benef.* Frumentum publicum tam fur quàm perjurus accipiunt, & sine discrimine morum, quisquis civis est. *Aliquot ibi scripti libri*, quisquis incisus est.

RECTE Cæsar, quòd spem Romani nominis sumptibus tuis suscipis. nullum est enim magno Principe, immortalitatemque meriturо, impendii genus dignius, quàm quod erogatur in posteros. Locupletes ad tollendos liberos 224 ingentia præmia, & pares pœnæ, cohortantur; pauperibus educan-

Digitized by Google

candis uno ratio est, bonus Princeps. Hic fiduciâ sui procreatos, nisi largâ manu fovet, auget, amplectitur; occasum imperii, occasum Reipublicæ accelerat, frustraque proceres Princeps, plebe neglectâ, ut defectum corpore caput, nutaturumq; instabili pondere, tuetur. Facile est conjectare, quod perceperis gaudium, cùm te parentum, liberorum, senum, infantium, puerorum clamor exciperet. Hæc prima parvulorum civium vox aures tuas imbuit; quibus tu 225 daturus alimenta, hoc maximum præstitisti, ne rogarent. Super omnia est tamen, quod talis es, ut sub te liberos tollere libeat, expediat. Nemo jam parens filio, nisi fragilitatis humanæ vices horret, nec inter insanabiles morbos Principis ira numeratur. Magnum quidem est educandi incitamentum, tollere liberos in spem alimentorum, in spem congiariorum; majus tamen in spem libertatis, in spem securitatis. Atque adeò nihil largiatur Princeps, dum nihil auferat, non alat, dum non occidat: nec deerunt, qui filios concupiscant. Contrà, largiatur & auferat, alat & occidat: næ ille in tam brevi tempore effecerit, ut omnes non posterorum modò, sed sui parentumq; pœniteat. Quocirca nihil magis in tua tota liberalitate laudaverim, quàm quod congiarium das de tuo, alimenta de tuo: neque à te liberi civium, ut ferarum catuli, sanguine & cædibus nutriuntur, quodque gratissimum est accipientibus, sciunt dari sibi, quod nemini est ereptum; locupletatisque tam multis, pauperiorem esse factum Principem tantùm, quanquam nec hunc quidem: nam cujus est quidquid est omnium, tantum ipse, quantum omnes habet.

224 INGENTIA PRÆMIA] *Ex lege Julia & Papiade quibus affatim* III. *Annalium Taciti.* 225 DATURUS ALIMENTA.] *Atqui de Congiario dixit tantùm, quod sane diversum ab istis: & infrà bis terque disjungit:* In spem congiariorum, in spem alimentorum. *Iterum:* Congiarium das de tuo, alimenta de tuo. *Diversa hæc igitur. sed opinari licet, quod qui ad congiaria admissi, iidem adfrumen-*

Digitized by Google

ta. Nam sic Alimenta *interpretari Capitolinus videtur in Antonino* : Pueros & puellas novorum hominum frumentariæ perceptioni adscripsit : *ut puto, exemplo isto Trajani, sed & Hadriani, de quo Spartianus* : Pueris ac puellis, quibus etiam Trajanus alimenta detulerat, incrementum liberalitatis adjecit. *Etsi haud negem, potuisse & in pecuniæ modo hæc alimenta finiri. Sed hæc nunc à Trajano Romæ, posteà per Italiam hanc liberalitatem spæxit. Quæ in eo tam benigna (verba Dionis) εἰς τὴν τῶν πόλεων τῶν ἐν Ἰταλίᾳ αὔξησιν τῶν παίδων τροφὴν πολλὰ χρείσασα*: ut etiam opidis Italiæ multa, ad puerorum alimenta, contulerit. *Hoc nummi ita edunt* : IMP. TRAJANO. AUG. GER. DAC. P. M. TR. P. COS. V. RP. S. P. Q. R. OPTIMO. PRINCIPI, *parte versa* : ALIM. ITAL. *cum figura viri alimenta in pueros distribuentis. Mansit institutum; & Cura* alimentorum in Italia, *inter honestissima munera fuit, atque adeò post regimen Provinciarum susceptæ. Vide in vita Pertinacis, & Juliani.*

ALIO me vocat numerosa gloria tua. aliò autem? quasi verò jam satis veneratus miratusque sim, quòd tantam pecuniam profudisti, non ut flagitii tibi conscius ab infectatione ejus 226 averteres famam; nec ut tristes hominum mœstosque sermones lætiore materiâ detineres. Nullam congiario culpam, nullam alimentis crudelitatem redemisti, nec tibi benefaciendi fuit caussa, ut quæ malè feceras, impunè fecisses: amor impendio isto, non venia quæsita est, populusque Rom. obligatus à tribunali tuo, non exoratus recessit. Obtulisti enim congiarium gaudentibus gaudens, securusque securis: quodque anteà Principes ad odium sui leniendum tumentibus plebis animis objectabant, id tu tam innocens populo dedisti, 227 quàm populus accepit. Paullò minus P. C. 228 quinq; millia ingenuorum fuerunt, quæ liberalitas Principis nostri conquisivit, invenit, adscivit. hi subsidium bellorum, ornamentum pacis, publicis sumptibus aluntur, patriamq; non ut patriam tantùm, verum ut altricem amare condiscunt. Ex his castra, ex his tribus replebuntur, ex his quandoque nascentur, quibus alimentis opus non sit. Dent tibi Cæsar ætatem dii, quam mereris, serventque ani

Digitized by Google

animum quem dederunt, & quantò majorem infantium turbam iterum atque iterum jubebis incidi? Augetur enim quotidie & crescit, non quia cariores parentibus liberi, sed quia Principi cives. dabis congiaria, si voles, præstabis alimenta, si voles: illi tamen 229 propter te nascuntur.

226 AVERTERES FAMAM.] *Ut Nero, qui sublato Britannico*, potissimos amicorum largitione auxit, *ait Tacitus; & post cædem matris, donativa, congiaria, ludos dedit, frigerando rumori.* 227 QUAM POPULUS ACCEPIT.] *Nam ut Claudianus cecinit*:

Non tibi vænales captant æraria plausus
Corruptura fidem, meritis offertur inemptus,
Purâ mente, favor.

At in noxâ populus videtur, cùm noxioso, lucelli caussa, blanditur & favet. 228 QUINQVE MILLIA INGENVORVM.] *Numerus haud grandis (pro opibus Romanis, aut copia alia frumentantium:) sed notandum, quod* ingenuorum *dicit. Non passim conquisivit liberos aut libertos; sed ingenuos dumtaxat, & sanguinis purioris, ex quibus miles, & alibi utiles cives, legerentur.* 229 PROPTER TE NASCVNTVR.] *Invitante fecunditatem virtute & liberalitate tua. sic suprà* Fiducia tui procreatos: *itemque fiduciâ boni status.*

230 * INSTAR ego perpetui congiarii reor affluentiam annonæ. 231 Hujus aliquando cura Pompejo non minus addidit gloriæ, quàm 232 pulsus ambitus campo, exactus hostis mari, Oriens triumphis, Occidensque lustratus. Nec verò 233 ille civilius, quàm parens noster, auctoritate, consilio, fide, recluſit vias, portus patefecit, itinera terris, 234 litoribus mare, litora mari reddidit, diversasq; gentes ita commercio miscuit, ut quod genitum esset usquam, id apud omnes natum esse videretur. Nonne cernere datur, ut sine ullius injuria omnis usibus nostris annus exuberet? quippe non ut ex hostico raptæ, perituræque 235 in horreis messes, nequidquam quiritantibus sociis auferuntur. Devehunt ipsi quod terra genuit, quod sidus aluit, quod annus tulit; nec 236 novis indictionibus pressi, ad vetera tributa deficiunt. Emit fiscus, quidquid 237 videtur

tur emere. inde copiæ, inde annona, de qua interlicentem, vendentemque conveniat: inde hic satietas, nec fames usquam.

230 * INSTAR EGO.] *Suspicior de hiatu aliquo, nec satis hærent. etsi fateor tamen appositè Congiariis Annonam subtexi, ut quæ pariter liberalitatem tangit: sed verba aliqua absunt, quibus decore eò transierit.* 231 HUJVS CVRA POMPEJO.] *Cn. Pompejus, anno urbis* DCXCVI. *Præfecturam annonæ in quinquennium accepit, cum* XV. *Legatis attributis, & imperio in maria, portus, insulas, ut bello Piratico haberet. Id SC. factum in sententiam Ciceronis, recenter ab exsilio reducti, cùm plebem timerent, annonæ prætextu, motus turbasque daturam.* 232 PVLSVS AMBITVS.] *In tertio ejus Consulatu, cùm legem de Ambitu pertulit, & judicia ea severiter exercuit.*

233 ILLE CIVILIVS.] *Diligentia enim & auctoritate, non armis, copia annonæ parta. Factum ejus, quod laudem plausumque meruit, scriptores ita narrant. Missis Legatorum aliis alio, ipse in Siciliam, Sardiniam, Africam ivit, ac magnâ jam vi frumenti naves conscendit, solvique jussit. Timentibus & cunctantibus gubernatoribus, ob vim venti (turbido at itaque infesto mari:) ipse primus oram solvit, & animosè exclamavit,* Navigare necesse est, vivere necesse non est. *Navigavit, appulit, horrea frumento, omnes gaudio implevit.* 234 LITORIBUS MARE.] *Quia terræ videbantur sine mari jam esse, cujus usum fructumque non habebant. Nihil enim inferebatur.* 235 IN HORREIS.] *Quæ Romani in provinciis passim habebant, ubi frumenta conderent, & militares annonas. Sed & Romæ horrea per omnes regiones urbis sparsa (ut in Victore videas) ad publicum hoc frumentum.* 236 NOVIS INDICTIONIBUS.] *Propriè. Asconius:* Omne genus pensitationum in hoc capite positum est, Canonis, Oblationis, Indictionis, *Et Canon, est ordinarium tributum; Oblatio, voluntarium; Indictio, novum & superadditum.* 237 VIDETVR EMERE.] *Vera, & non imaginaria emptio est fisci. Quomodo imaginaria? Apronius ille Tullianus docuerit, Frumentariâ in Verrem. Cogebant socios alteras Decumas reddere, sed emendas ex SC^o. Ipsis pecunia cedebat, sociis ludibrium, & titulo emendi rapiebant. Vide, sodes, Oratorem dictum. Nihil hic tale, ait noster: fides ubique & veritas. Aberrant mente (Plinii dico) qui* jubetur *hic emendant.*

ÆGYPTUS, 238 alendis augendisque seminibus, ita gloriata est, ut 239 nihil imbribus 240 cælo-

cæloque deberet. siquidem proprio semper amne perfusa, nec alio genere aquarum solita pingueſcere, quàm quas ipsa devexerat, tantis segetibus 241 induebatur, ut cum feraciſſimis terris quasi numquam ceſſura certaret. hæc inopina siccitate usque in injuriam ſterilitatis exaruit: quia 242 piger Nilus cunctanter alveo seſe ac languidè extulerat, ingentibus quoque tunc quidem ille fluminibus, fluminibus tamen, conferendus. Hinc pars magna terrarum, mergi palanti amne consueta, alto pulvere incanduit. Fruſtra tunc, Ægyptus nubila optavit, 243 cælumque reſpexit cùm ipſæ fecunditatis parens contractior & exilior, iisdem ubertatem ejus anni anguſtiis, quibus abundantiam suam cohibuiſſet. Neque enim solùm vagus ille, 244 expanditor amnis, intra usurpata semper collium subſtiterat atque hæserat, sed 245 supino etiam ac detinenti solo non placido se mollique lapsu refugum abſtulerat, & necdum satis humentes terras addiderat arentibus. Igitur inundatione, id eſt, ubertate, regio fraudata, sic opem Cæsaris invocavit, ut solet amnem suum: nec longius illi adverſorum fuit spatium, quàm dum nunciat. Tam velox Cæſar potentia tua eſt, tamque in omnia pariter intenta bonitas & accincta: ut triſtius aliquid sæculo tuo paſſis, ad remedium salutemque sufficiat, ut scias. Omnibus equidem gentibus fertiles annos, grataſque terras precor: crediderim tamen, per hunc Ægypti ſtatum, tuas fortunam vires experiri, tuamque vigilantiam 246 exſpectare voluiſſe. Nam cùm omnia ubique secunda merearis, nonne manifeſtum eſt, si quid adverſi cadat, tuis laudibus, tuisque virtutibus, materiem campumque præſterni? cum secunda felices, 247 adverſa magnos probent.

231 ALENDIS AVGENDISQVE.] *Duo in Aegypto laudat, quod benè alat & producat semina, alterum, quòd augeat, & cum* centeſimo *ſæpe (ita alter* Plinius*) fructu reddat.* NIHIL IMBRIBVS.] *Notum, hodieque certum, in ea regione non pluere, ſtillare interdum roris inſtar, cetera fluvio, irriganti deberi. Claudianus in Epigrammatis:*

Digitized by Google

Ægyptus ſine nube ferax, imbreſque ſerenos
Sola tenet, ſecura poli, non indiga venti,
Gaudet aquis quas ipſa vehit, Niloque redundat.

Ubi imbres ſerenos *dicit ipſam irrigationem fluvialem, quæ ſereno, & in æſtate.* 240 COELOQVE.] *Neque enim hic, ut ille canit,* pluvio ſupplicat herba Jovi. *& ut alter:*

Terra ſuis contenta bonis, nihil indiga mercis,
Aut Jovis. in ſolo tanta eſt fiducia Nilo.

241 INDVEBATVR] *Audacter ſatis! & poëtice. terra ſegetibus tegi, & quaſi veſtiri videtur.* 242 PIGER NILVS.] *Non aſſurgens & exſpatians, ut ſolet, cujus* juſtum incrementum *Plinius eſſe ſcribit,* cubitorum XVI. Minores aquas, non omnia rigare; ampliores, detineri tardius recedendo. *Diodorus, atque alii videndi.* 243 COELVMQVE RESPEXIT.) In Ægypto (*ait Seneca*) nemo aratorum aſpicit cælum. 244 EXPANDITOR AMNIS.) *Vim verbi capio, ipſum vix admitto. Novum durumque eſt: & an non magis* exſpatiatur? *aut ſiquis Vulcanus magis affabre aliquid effingit.* 245 SVPINO ETIAM AC DETINENTI.) *Supinum ſolum dicit, molliter altum pendulumque & fortaſſe aptius cum ea voce,* detumenti *hic jungas. Etſi* detinenti *capere licet, ſolum jacens aut planum, quod ſolet aquas diutius tenere.* 246 EXSPECTARE VOLVISSE.) *Videan,* ſpectari. 247 ADVERSA MAGNOS.) *Seneca de Providentia:* Magnus es vir. ſed unde ſcio, ſi tibi fortuna non dat facultatem exhibendæ virtutis? *& toto eo libello (certè aureo) argumentum hoc pertractat.*

248 PERCREBVERAT antiquitus, urbem noſtram, niſi opibus Ægypti ali ſuſtentarique non poſſe. Superbiebat 249 ventoſa & inſolens natio, quod victorem quidem populum, paſceret tamen; quodq; in ſuo flumine, in ſuis manibus, vel abundantia noſtra, vel fames eſſet. Refudimus Nilo ſuas copias, recepit frumenta quæ miſerat, deportataſq; meſſes revexit. Diſcat igitur Ægyptus, credatq; experimento, non alimenta ſe nobis, ſed tributa præſtare: ſciat ſe non eſſe populo R. neceſſariam, 250 & tamen ſerviat. Poſt hæc, ſi volet, Nilus amet alveum ſuum, & fluminis modum ſervet: nihil hoc ad urbem, ac ne ad Ægyptum quidem, niſi ut inde navigia inania & vacua, & ſimilia redeuntibus, hinc plena & onuſta, & qualia ſolent venire, mittantur 251: converſoque

Digitized by Google

que munere maris, hinc potiùs 252 venti ferentes, & brevis cursus optentur. Mirum Cæsar, videretur, si desidem Ægyptum, cessantemque Nilum, 253 non sensisset urbis annona, quæ tuis opibus, tuâ curâ usque illuc redundavit, ut simul probaretur, & nos Ægypto posse, & nobis Ægyptum carere non posse. Actum erat de fecundissima gente, si libera fuisset, pudebat sterilitatis insolitæ, nec minus erubescebat fame, quàm torquebatur; cum pariter à te necessitatibus ejus pudorique subventum est. Stupebant agricolæ plena horrea, quæ non ipsi referssissent, quibusque de campis illa subvecta messis, quave in Ægypti parte 254 alius amnis. Ita beneficio tuo 255 nec maligna tellus, & obsequens Nilus, Ægypto quidem sæpe, sed 256 gloriæ nostræ numquam largior fluxit. Quàm nunc juvat provincias omnes in fidem nostram ditionemq; venisse, postquam contigit Princeps terrarum, qui fecunditatem nunc huc, nunc illuc, ut tempus & necessitas posceret, transferret referretque? qui diremptam mari gentem, ut partem aliquam populi plebisque Romanæ, aleret ac tueretur? Et cœlo quidem numquam benignitas tanta, ut omnes simul terras uberet, foveatq; : hic omnibus pariter, si non sterilitatem, at mala sterilitatis exturbat. hic si non fecunditatem, at bona fecunditatis importat. hic 257 æternis commeatibus Orientem Occidentemque connectit : ut quæ ubique feruntur, quæque expetuntur; omnes gentes invicem capiant, & discant, quanto 258 libertate discordi servientibus sit utilius, unum esse, cui serviant. Quippe discretis quidem bonis omnium, sua cujusque ad singulos mala: sociatis autem atq; permixtis, singulorum 259 mala ad neminem, ad omnes omnia bona pertinent. Sed sive 260 terris divinitas quædam, sive aliquis 261 amnibus Genius; & solum illud & flumen ipsum precor, ut hac Principis benignitate contentum, molli gremio semina recondat, multiplicata restituat. Non equidem reposcimus fœnus, putet tamen esse

Digitized by Google

esse solvendum: fallacemque unius anni fidem, omnibus annis, omnibusque posteà saeculis, tanto magis, quia non exigimus, excuset.

248 PERCREBVERAT ANTIQVITVS.] *Et sanè benè antiquitus, opem illinc à Romanis reperto petitam. In Polybianis fragmentis.* Οἱ Ῥωμαῖοι πρεσβεύσεις ἐξαπέστειλαν πρὸς Πτολεμαῖον, βουλόμενοι σίτου χορηγηθῆναι αὐτοῖς διὰ τὸ μεγάλως τιμᾶν παρ' αὐτοῖς κάπιν: Romani legatos ad Ptolomaeum miserunt, petentes frumenti sibi copiam fieri, cujus inopiâ premebantur. *Hoc factum bello Punico secundo, cùm Italia tota vasta ab Annibale fuit. Factum & aliàs: sed Plinii tamen hîc dictio, spectat Augusti tempora maximè, & deinceps cùm publica instituta frumentatio fundum & fundamentum haberet in Africa & Aegypto.* 249 VENTOSA NATIO.] *Ipse illo verbo Vopiscus, in Saturnino*: Ægyptii, viri ventosi, furibundi, jactantes, iujurioſi, vani. *Atque alii passim, haud splendidè super ipsa gente loquuntur, etsi de terra.* 250 ET TAMEN SERVIAT.] *Ingeniosè Livinejus* tantùm serviat. 251 CONVERSOQUE MVNERE.] *Quia mare jam non adfert plenas illinc naves, sed nos illuc mittimus.* 252 VENTI FERENTES.] *A puppe, & qui impellunt provehuntque. Seneca*: Sic illum afficiunt divitiæ, ut navigantem secundus ac ferens ventus. *Virgilius*:

Exspectet facilemque fugam, ventosque ferentes.

253 NON SENSISSET VRBIS ANNONA.] *Quia, ut Josephus lib.* II *Excidii natat*, Ægyptus quattuor mensium annonam urbi suppeditabat, Africa autem octo. 254 ALIUS AMNIS.] *Nilus, fecunditatis auctor. Sed verior lectio*, annus: *aiius alibi proventus, & messis.* 255 NEC MALIGNA TELLUS.] *Tu fecisti videri terram fertilem, & Nilum evagantem, nam habuerunt quæ illa & ille dare solent, sed beneficio tuo.* 256 GLORIÆ NOSTRÆ.] *Trajanus sanè hoc in sua posuit, & nummos cudit, qui exstant*: IMP. CÆS. NERVA. TRAJANUS. AUG. *parte in altera*: S. P. Q. R. OPTIMO. PRINCIPI. NILVS. *Picta effigies Nili recubantis, cum crocodilo sua & hippopotamo.* 257 ÆTERNIS COMMEATIBUS.] *An*, alternis etiam, *& deinde*, seruntur malim. 258 LIBERTATE DISCORDI SERVIENTIBUS.] *Pugna in verbis videtur. si enim in libertate, quomodo serviunt? Sed nempe vel sic regimen aliquod & imperium paucorum, vel plurium: & semper subjectio ac parentia, Libertas dumtaxat respectu magis arctæ servitutis dicitur. Non tamen displicuit aliquandò* sævientibus *legi: quod ferè assiduum in libertate ut pars partem premat, & pellant inter se aut sæviant.*

259

Digitized by Google

259 MALA AD NEMINEM.] *Intellege, neminem alium: manent apud eum, quem primò premunt & tangunt. Totius periodi acumen hoc est: in magno & communi imperio bona fiunt communia. & quidquid usquam est, ubique: est translatione & commercio; non ita ut malis, quæ manent apud possessorem.* 260 TERRIS DIVINITAS.] *A qua opinione* Terra mater *sive* Ops, *&* Rhea, *inter deas: sed & singulas regiones, ut Galliam, Ægyptum, Italiam, pingebant habebantque deas.* 261 AMNIBUS GENIVS.] *Item opinio prisca, fluvios & fontes minores Deos, id est Genios, censentium.*

SATIS factum, quà civium, quà sociorum utilitatibus. visum est spectaculum inde non enerve, nec fluxum, nec quod animos virorum molliret & frangeret, sed quod ad 262 pulchra vulnera contemptumque mortis accenderet: cùm in 263 servorum etiam noxiorumque corporibus amor laudis, & cupido victoriæ cerneretur. Quam deinde 264 in edendo liberalitatem, quam 265 justitiam exhibuit? 266 omni affectione, aut intactus, aut major. Impetratum est 267 quod postulabatur, oblatum quod non postulabatur: 298 institit ultrò, & ut concupiscceremus, admonuit. Ac sic quoque plura inopinata, plura subita. Jam quàm libera 269 spectantium studia, quàm securus favor? 270 Nemini impietas, ut solebat objecta, quòd 271 odisset gladiatorem, nemo spectator 272 spectaculum factus, miseras voluptates 273 unco & ignibus expiavit. Demens ille, verique honoris ignarus, qui crimina majestatis in arena colligebat, ac se despici & contemni, nisi etiam gladiatores ejus veneraremur; sibi maledici in illis, suam divinitatem, suum numen violari interpretabatur: cum se 274 idem quod deos, idem gladiatores quod se putabat.

262 PULCHRA VULNERA.] *Gladiatores intellegit*, quibus delectatum Trajanum fuisse, *Dio scribit. Hic autem color, quo utebantur Gladiatores: quasi ea spectatio ad militiam ac robur faceret, & vulnera assidue visa ac mortes, contemptum inducerent utriusque. Cicero ita dixit*, fortissi mam-

mam hanc esse contra dolorem & mortem disciplinam. 263 SERVORUM ETIAM NOXIORUMQUE.] *Duo enim genera hominum ad hos ludos, Servi aut Noxii. Illi, vel bello capti vel pretio à lanistis empti: isti, qui ob facinus aut scelus damnati in hos ludos. Ego fusiùs de utrisque* II. *Saturn. c.* III. 264 IN EDENDO LIBERALITATEM.] *Referrne ad copiam & numerum largiter præbitum? an ad missilia & dona interjecta? Utrumque potest. Trajanus quidem sta largus in istis, ut aliquando* ad decem millia (*Dionis assertio est*) gladiatorum dederit, in unis ludis. *etsi hoc post victorias de Barbaris partas, & ex iis pleroſque fuisse opinamur. De missilibus autem, nimis etiam res nota: quæ in cuneos spectatorum spargebant, ingenti pecuniarum jactura.* 265 JUSTITIAM.] *Ut leges Arenæ servaret, itemque præmia promissa fideliter præstaret: sed nec in hos aut illos (ita subdit) affectum inclinaret.* 266 OMNI AFFECTIONE.] *Vide. rarum est, ubi certamen & commissio, ut editor aut spectator non det se in partes. Hæc est inclinatio humani ingenii, pugnare, aut pugnantibus favere. Itaque non dicam vulgus, sed Principes ipsi huic aut illi generi (puta Thracibus, aut Myrmillonibus) favebant, & vincere illos jure vel injuriâ volebant, atque fraude adeò, vel imperio, rem eo trahebant. Suetonius in Tito, cap.* VIII. *ostendit, & in Domitiano, ut dicam.* 267 QUOD POSTULABATUR.] *Liberalitas laudata est, & justitia: addit comitatem. Quidquid turba petebat, fiebat, & eorum voluntati se aptabat. Volebant hos & illos notos, vel Aulicos gladiatores? veniebant; illos dimitti, hunc jugulari? impetrabant. Adi me de* Postulaticiis gladiatoribus *lib.* II. *Cap.* XVI. *Populi petitionibus, cap.* XXII.

268 INSTITIT ULTRO] *Plane, ut olim Titus, de quo Tranquillus:* Populum tanta comitate tractavit, ut proposito gladiatorio munere non ad suum, sed ad spectantium arbitrium, se editurum professus sit. Et planè ita fecit, nam neque negavit quidquam petentibus; & ut quæ vellent peterent, ultrò adhortatus est. *Sunt non gemina, sed eadem, his nostris.* 269 SPECTANTIUM STUDIA.] *Quæ metu, clamore, sponsione indicabant. Vide me,* II. *Saturn. cap.* XXIV. 270 NEMINI IMPIETAS.] *Quod sub Cajo, & Domitiano, factum ibidem notavi. Quare autem* impietas? *quia contra studium Principis favebant, atque ita læsa majestas, quod* Impietatem *appellant (& Græci passim ἀσέβειαν:) quia publicus ille parens violatus; vel quia & divinitas, quam sibi duo jam dicti vindicabant.* 271 ODISSET GLADIATOREM] *Tale genus, Principi carum.*

272 SPECTACULUM FACTUS.] *Qui spectabat, spectandus datus, & in Arenam productus. Id quoque duo dicti: ego, loco dicto.* 273 UNCO ET IGNIBUS.] *Nam occisi aut læsi*

Digitized by Google

Læsi graviter gladiatores, unco impacto in Spoliarium trahebantur. In acclamationibus Senatoriis, post Commodi mortem: Gladiatoris cadaver unco trahatur. Gladiatoris cadaver in spoliario ponatur: *ubi vulgus & pueri illudebant. De Ignibus autem ita habuit, adhibebant eos, vel in principio pugnæ, cum timidius inferrum irent, & à tergo flagellis aut facibus exstimulabant: vel in fine, cum mortui jam, aut jacentes in mortuum, ignibus & ferro explorabantur. Simulabant enim quidam mortem, ut sic efferrentur, & subducerentur morti. Tertullianus*: Rithmus inter meridianorum crudelitates, Mercurium mortuos cauterio examinantem. *Quod scilicet aptatum ad posticam etiam fabulam fuit. Subit & de* Ignibus *posse accipi, ut ipsi ad stipitem, affixi arserint in arenâ: quod item scimus factum.* 274 IDEM QVOD DEOS.] *Palàm de Domitiano, qui Deus censeri & audire voluit.*

AT tu Cæsar, quàm pulchrum spectaculum pro illo nobis execrabili reddidisti? vidimus delatorum 275 agmen inductum, quasi grassatorum, quasi latronum. non solitudinem illi, non iter. 276 sed templum, sed forum insederant, 277 nulla jam testamenta secura, 278 nullius status certus, non orbitas, 279 non liberi proderant. Auxerat hoc malum Principum avaritia. Advertisti oculos, atque ut 280 anté castris, ita posteà pacem foro reddidisti: excidisti intestinum malum, & providâ severitate cavisti, ne fundata legibus civitas, 281 eversa legibus videretur. Licet ergo cùm fortuna, tum liberalitas tua visenda nobis præbuerit, ut præbuit, nunc ingentia robora virorum, & pares animos; nunc immanitatem 282 ferarum, 283 nunc mansuetudinem incognitam; nunc secretas illas & arcanas, ac sub te primùm 284 communes opes: nihil tamen gratius, nihil sæculo dignius, quàm quod contigit 285 desuper intueri delatorum 286 supina ora, retortasque cervices. Agnoscebamus & fruebamur cùm velut 287 piaculares publicæ solicitudinis victimæ, supra sanguinem 288 noxiorum, ad lenta supplicia 289 gravioresque pœnas ducerentur. Congesti sunt in navigia 290 raptim conquisita, ac tempestatibus dediti, abirent, fugerentque vastatas delationibus ter-

Digitized by Google

terras: ac si quem fluctus ac procellæ scopulis reservassent, hic nuda saxa & inhospitale litus incoleret: ageret duram & anxiam vitam, relictaque post tergum totius generis humani 291 securitate, mœreret.

275 AGMEN INDUCTUM.] *In Amphitheatrum, & per arenam mediam tractum: exemplo Titi, de quo Suetonius*: Delatores mandatoresque in foro fustibus & flagellis cæsos, novissimè tractos per Arenam, partim subjici ac vænire imperavit, partim in asperrimas insularum avehi. 276 SED TEMPLUM.] *Quod illud? Curiam? an ærarium? De isto magis placeat, quod in æde Saturni; & circa pecuniam grandis vel præcipua materia calumniarum.*

277 NULLA JAM TESTAMENTA] *Dixine de pecuniis? en exempla Delationis aut calumniæ circa testamenta primùm: & audi Suetonium in Domitiano.* Confiscabantur alienissimæ hereditates, vel exsistente uno qui diceret, audisse ex defuncto cùm viveret, heredem sibi Cæsarem esse.

278 NULLIUS STATUS CERTUS.] *Et hîc calumniæ, cum lucro. nam liberi in servitutem, ingenui in libertinitatem trahebantur, bono fisci.* 279 NON LIBERI] *Ex legibus Papiis, orbitas damnosa: at liberi prodesse debebant, præsertim terni. Omnia autem nunc sub unam, quod dicitur, Myconum: & crimen, ubi opes.* 280 ANTE CASTRIS] *Disciplinâ correcta.* 281. EVERSA LEGIBUS.] *Tacitus, de Papia hac ipsa, semper calumniarum segete*, Omnes domus delatorum interpretationibus subvertebantur; utque antehac flagitiis, ita tunc legibus laborabatur. 282 FERARUM.] *Venationes, quas ipsas ita largiter præbuit, ut aliquando (in Dione)* mille feræ cæsæ, interdum ad decem millia fuerint. *Ego, cùm talia ista, & sæpius sub uno Principe, assidue sub variis lego: admiratione cunctor & hæreo, unde hæc copia ferarum parari potuerit? nec videtur una aut triplex Africa, cum Asia, & Europa, sufficisse.* 283 NUNC MANSVETUDINEM.] *Nam & ea spectaculo. atque assuefacicbant feras, præter ingenium, vel parcere paratæ prædæ, vel jugum ferre, ac talia, quæ per naturam vetabantur. Ita in Martiali plusculæ epigrammata de Leone in Arena, qui lepusculos ferebat, non dicam prætereuntes, sed insultantes, sed in apertum os, ut in caveam, se condentes. Sic & uno epigrammate feræ aliquot domitæ, ac verè subjuges, comprehendit, lib. I.*

Picto quòd juga delicata collo
Pardus sustinet, improbæque tigres
Indulgent patientiam flagello:

& ad-

& adjungit Cervos, Leones, Apros, Bisontes: *quid nisi, ut ipse dicit*, spectacula deorum? *Ac plura ejusmodi novitia assidue in Arenam producta.* 184 COMMVNES OPES.] *Opes Palatinas, quas theatris vulgavit, & templis dedicavi Trajanus. Idem Martialis lib.* XII

Quidquid Parthasiâ nitebat aulâ,
Donatum est oculis, deisque nostris.
Miratur Schyticas virentes auri
Flammas Jupiter, & stupet superbas
Regis delicias, gravesque luxus.
Omnes cum Jove nunc sumus beati:
At nuper, pudet ac piget fateri,
Omnes cum Jove pauperes eramus.

Est ipsum hoc, quod tangit Plinius, sed primò scilicet in ludis hæc ostensa, tum demique consecrata. 285 DESUPER INTVERI.] *E spectaculorum gradibus, cùm ii per arenam ducerentur.* 286 SVPINA ORA.] *Ut conspici ab omnibus, & agnosci possent. Sic milites* Vitellium erigere os, & præbere contumeliis coëgerunt, *ut breviter Tacitus: ut Suetonius quasi interpretans*, reducto comâ capite, ceu noxii solent, atque etiam mento mucrone gladii subrecto, ut visendam præberet faciem. *Nam in ignominiâ & supplicio, naturâ os oculosque submittimus: erigebant igitur*, reducto comâ capite (*ut Suetonius*) *id est, capillo manu arrepto, & retrorsum cum capite tracto.* 287. PIACVLARES.] *Victimæ sic dicuntur, quæ ob culpam, & ad piandum purgandumque dantur. Noster lib.* III. *epist.* IX. Ne potentissimi, vilissimo quoque quasi piaculari dato, elaberentur. *Plautus*: Men' piacularem oportet fieri ob stultitiam tuam? *Victimæ igitur tales aliena mala excipiebant, & in pœnam succedebant. Ita isti, ad expianda scelera prætcrita, & detergendam solicitudinem omnium, in mare mittebantur.* 288 NOXIORVM.] *Super cadavera aut vestigia gladiatorum.* 289 GRAVIORESQVE POENAS.] *Nam gladiatores brevi morte defuncti, ipsi intabescere pœnis suis destinati.* 290 RAPTIM CONQVISITA.] *Ergo parva aut prava.* 291 SECVRITATE.] *Quæ sub bonis Principibus & ideò nummi plures inscripti*: SECVRITAS PVBLICA.] *Abeant igitur, & ceteris securis, quos inquietabant, solimærant*

MEMORANDA facies, delatorum classis permissa omnibus ventis, coactaque vela tempestatibus pandere, iratosque fluctus sequi, quoscumque in scopulos detulissent. Juvabat prospectare statim à portu sparsa navigia; & apud illud ipsum mare agere

Digitized by Google

Principi gratias, qui clementiâ suâ salvâ, ultionem hominum terrarumque diis maris commendassēt. Quantum diversitas temporum posset, tum maximè cognitum est: cum iisdem quibus anteà 292 cautibus innocentissimus quisque, tunc nocentissimus adfigeretur; cumque insulas omnes, quas modò Senatorum, jam delatorum turba compleret, quos quidem non in præsens tantùm, sed in æternum repressisti mille pœnarum 293 indagine inclusos. Ereptum alienas pecunias eunt? perdant quas habent. expellere penatibus gestiunt? suis 294 exturbentur, neque, ut anteà, 295 exsanguem illam & ferream frontem, ne quidquam convulnerandam præbeant 296 punctis, & 297 notas suas rideant: sed spectent paria præmio damna, nec majores spes quàm metus habeant, timeantque quantum timebantur. Ingenti quidem animo divus 298 Titus securitati nostræ ultionique prospexerat, ideoque numinibus æquatus est: sed quanto tu quandoque dignior cælo, qui tot res 299 illi adjecisti, propter quas illum 300 deum fecimus? Id hoc magis arduum fuit, quod Imperator Nerva te filio, te successore dignissimus, perquàm magna quædam 301 edicto Titi adstruxerat, nihilque reliquisse tibi videbatur: qui tam multa excogitasti, ut si ante te nihil esset inventum. Quæ singula quantum tibi gratiæ dispensata adjecissent? at tu simul omnia profudisti: 302 ut sol & dies non parte aliqua, sed statim totus, nec uni aut alteri, sed omnibus in commune proferatur.

292 CAUTIBVS.] *Scopulis, sive insulis saxosis, ut Gyarus, Seriphus, similes; quibus exsules solent includere.* 293 INDAGINE INCLVSOS.] *Variarum legum laqueis retibusque cinctos, ut feras, ne possint perrumpere.* 294 EXTVRBENTVR.] *In exsilium pellantur. Martialis*: Et delator habet quod dabat, exsilium. *Apparet ex istis, parem pœnam delatoribus positam, quam ibant irrogatum. Quod Theodosius & Honorius statuerunt, vel restituerunt, lege lata*: Quisquis crimen intendit, non impunitam fore noverit licentiam mentiendi, cùm calumniantes ad vindictam poscat similitudo supplicii. *Origo autem ab Augusto videtur, qui* diuturnorum reorum nomina abolevit, con-

diuio-

Digitized by Google

ditione proposita, ut si quis quem repetere vellet, par periculum pœnæ subiret: *Suetonius, cap.* XXXII. 295 EXSANGUEM.] *Sine rubore, cujus caussa sanguis.* 296 PUNCTIS.] *Litteris, stigmate inustis. Nam vetus pœna calumniatorum à lege Rhemnia fuit, frontem inuri* K. *littera, quæ* Kalumniam (*ita olim scribebant*) *notat. Cicero pro Roscio Amerino aperte: & Papiniano*, homo integræ frontis, *opponitur* calumniæ damnato. 297 NOTAS SUAS.] *Stigmata, ut dixi. An eadem nota intellecta Capitolino, cùm scribit in M. Antonino:* Calumniis quadruplatorum intercessit, apposita falsis delatoribus nota? *an infamiæ notam magis est accipi? Nam & ea delatores sequebatur, ut Valens ac Valentinianus*] *Impp. rescribunt.* 298 TITUS.] *Tangit Suetonius in Tito, cap.* VIII. 299 ILLI ADJECISTI.] *Commodius*; illis. 300 DEUM FECIMVS.] *Atqui ante dixit à Domitiano Deum factum, ut ipse* Dei frater videretur: *hic à Senatu. Pro insigni pugna habet vir doctus: quam ego nullam video: aut stili hujus brevi motu componam. Domitianus Deum dici voluit & curavit, sed ob suum finem: Senatus censuit & libens paruit, quia meritus erat, & maximè ob securitatem hanc Senatui bonisque partam.* 301 EDITIO.] *De calumniatoribus. Apud Dionem aliquid in Nerva*: Servos eum & libertos punisse, qui dominis aut patronis periculum fecissent; néve in posterum liceret. Item ne quis impietatis aut ritus Judaici (*Christianismi etiam, opinor*) accusaretur. 302 UT SOL.) *Apta imago, & similis in Symmachi epist.* I. *libri* IX. Sicut omnibus in hac vita positis ac locatis communis est cœli spiritus, lux diei: ita clementiam maximi Principis sentiant vota & facta cunctorum.

QUAM juvat cernere ærarium 303 silens & quietum, & quale ante delatores erat? nunc 304 templum illud, nunc verè 305 deus, non 306 spoliarium civium; cruentarumq; 307 prædarum sævum receptaculum: ac toto in orbe terrarũ adhuc 308 locus unus, in quo, optimo Principe, boni malis impares essent. Manet tamen honor legum, nihilq; ex publica utilitate convulsum: nec pœna cuiquã remissa, sed 309 addita est ultio, solumq; mutatum quod jam non delatores, sed leges timentur. At fortasse non eadem severitate fiscum, qua ærarium cohibes, imò tanto majore, quanto plus tibi licere de tuo, quàm de publico credis. Dicitur 310 actori atque etiam 311 Procu-

Digitized by Google

ratori tuo, in jus veni, sequere ad tribunal, nam tribunal quoq; 312 excogitatum 313 cruciatu est; 314 par ceteris, nisi illud 315 litigatoris amplitudine metiaris. 316 Sors & urna fisco judicem assignat. Licet 317 rejicere, licet exclamare, hunc nolo, timidus est, & 318 bona sęculi parum intelligit: illum volo, quia Cæsarem 319 fortiter amat. Eodem foro utuntur, Principatus & libertas. 320 Quæ præcipua tua gloria est, sępius vincitur fiscus: cujus 321 mala causa numquam est, nisi sub bono Principe. Ingens hoc meritum, majus illud, quòd eos Procuratores habes, ut plerumq; cives tui non alios judices malint: liberum est autem disceptanti dicere, nolo eum eligere: neque enim ullam necessitatem 322 muneribus tuis addis, ut qui scias hanc esse beneficiorum Principalium summam gratiam, si illis & 323 non uti licet.

303 SILENS.] *Sine strepitu, sine litibus. Nam & apud Præfectos ærarii querelæ & causæ.* 304 TEMPLUM.] *Ergo suprà bene interpretatus sum*, Templum insedisse *delatores: nempe hoc ipsum.* 305 DEUS.] *Saturnus, in cujus tutelâ ærarium.* 306 SPOLIARIUM.] *Locus in Amphitheatri parte, ubi vestes occisorum & arma deponebantur, atque alia ornamenta. Vide Saturnalia nostra, lib. 1. cap.* XVIII. 307 PRÆDARUM.] *Quæ civibus occisis partæ. Claudianus similia in Honorii laudibus:*

Nullæ nobilium cædes, non crimina vulgò
Texuntur, patriâ mœstus non truditur exsul.
Non infelices tabulæ, non hasta refixas
Vendit opes, aviduſque emptor non voce citatur,
Nec tua privatis crescunt ærraria damnis.

308 LOCUS UNUS.] *Mirifica laudatio, & arguta. In toto orbe unum hoc ærarium est, sub bono Principe, in quo boni à malis vincuntur. Quid hoc est? istud, qui boni & justi sunt voluntque patrocinari ærario, impares sunt malis & fraudatoribus, aut etiam triconibus: quia, ut mox addit:* Sæpiùs vincitur fiscus. *Sane salubris imperii signum, lienem hunc in corpore non crescere. Nisi hæc sententia loci, alius me aliosque doceat.* 309 ADDITA EST.] *Pœna manet, siquis in leges fiscales, peccat; sed additum hoc, ne temere exigatur, ut ulciscí liceat delatores. Quomodo? talione, ut opinor.* Ereptum meas pecunias eunt? perdent, quas habent: *suprà. Itaque ultio addita in calumnian-*

Digitized by Google

niantes, pœnâ tamen manente in fontes. 310 ACTORI.) *Actor in familiis, qui res rationesque heri administrat: idem in republicâ, qui & Actor publicus Tacito dicitur* 11. *Annalium, atque ibi explicavi.* Actor Cæsaris, *de quo hic, differt ab illo, & in lapidibus etiam nominatur: qui res & patrimonium Cæsaris curat.* 311 PROCURATORI] *Nondum autem* Advocatus fisci, *quem primus instituit Hadrianus.* 312 EXCOGITATVM.] *Ab ipso te, novitatem ostendit.* 313 CRVCIATV.] *Obiter olim dixeram,* curâ tua: *sed neque tunc perplacuit, & nunc sperno. In melioribus libris,* cruciatui: *puto verum,* Principatui. *Ita statim:* Eodem foro utuntur Principatus & libertas. 314 PAR CETERIS.] *In quo eadem omnia aliis Judiciis. Ammianus lib.* XXV. *Julianum sic laudat, quòd sub eo æquata fisci jurgia cum privatis.* 315 LITIGATORIS.] *Cæsaris, nam ejus ibi res, sic & nomen, versatur.* 316 SORS ET VRNA) *Quod jam olim in omnibus fere judiciis. Itaque nemo subornatus, & fautor Cæsaris. Quid si talis? licet inquit.* 317 REJICERE.] *Nam & id moris prisci, ut sortione factâ; & cùm judices jam sedissent; accusator & reus, quisque sibi suspectos, possent rejicere, & jubere surgere. In eorum locum alios subsortiebantur. Lex Pompeja huic rei modum & numerum dedit.* 318 BONA SÆCVLI.] *Quanta libertas sit sub optimo Principe.* 319 FORTITER.] *Non temere aut timide, ut adulantes, aut metuentes offendere. Seneca de Provid.* Patrium habet Deus erga bonos viros animum, & illos fortiter amat. 320 QUÆ PRÆCIPVA.] *Malim,* quæque præcipua. 321 MALA NVNQVAM.] *Transscripsit Cassiodorus, l.* I. *ep.* XXII. *ad Fisci advocatum:* Tunc fama nostra proficit, quando se commoditas injusta subducit. Quapropter fit interdum causa mala fisci, ut bonus Princeps esse videatur. 322 MVNERIBVS.] *inter quæ, & boni Administri.* 323 NON VTI.] *Quod haud ita sub Tyranno: qui* munus suum fastidire re (*ait Seneca*) injuriam judicaturus est.

ONERA imperii pleraque vectigalia instituì, ut pro utilitate communi, ita 324 singulorum injuriis coëgerunt. 325 His 326 Vigesima reperta est, tributum 327 tolerabile & facile heredibus dumtaxat 328 extraneis, domesticis grave. Itaq; illis irrogatum est, his remissum, videlicet quòd manifestum erat, quanto cum dolore laturi seu potius non laturi homines essent, destringi aliquid & abradi bonis, quæ

Digitized by Google

sanguine, gentilitate, 329 sacorum denique socie tate meruissent; quæque numquam ut aliena & spe randa, sed ut sua semperque possessa, ac deinceps proximo cuique transmittenda cepissent. Hæc man-suetudo legis 330 veteribus civibus servabatur: 331 novi, seu 332 per Latium in civitatem, seu 333 beneficio Principis venissent, nisi simul 334 cognationis jura impetrassent, alienissimi habebantur quibus conjunctissimi fuerant. Ita maximum beneficium vertebatur in gravissimam injuriam, civitasque Romana instar erat odii, & discordiæ, & 335 orbitatis, cùm carissima pignora, salva ipsorum pietate, distraheret. Inveniebantur tamen, quibus tantus amor nominis nostri inesset, ut Romanam civitatem non Vigesimæ modò, verùm etiam affinitatum damno benè compensari putarent: sed his maximè debebat gratuita contingere, à quibus tam magno æstimabatur. Igitur pater tuus sanxit, ut quod ex matris ad liberos, ex liberorum bonis perveniset ad matrem, etiam si cognationum jura non recepissent, cùm civitatem adipiscerentur, ejus Vigesimam ne darent: Eamdem immunitatem in paternis bonis filio tribuit, si modo 336 reductus esset in patris potestatem: ratus improbé & insolenter, ac pænè impiè, his nominibus inseri 337 publicanum, nec sine piaculo quodam sanctissimas necessitudines velut intercedente Vigesima scindi: nullum esse tanti vectigal, quod liberos ac parentes faceret extraneos.

324 SINGULORUM INJURIIS.] *Id est, in commune bonum, sed cum noxa & detrimento privatorum. Auferuntur enim iis aliquid & abraditur: quæ injuria aut ejus species, utilitate publica rependitur.* Dissolutio enim imperii sequitur (*verba Taciti*) si fructus quibus respublica sustinetur, diminuantur: *quid, si tollantur?* 325 HIS.] *Oneribus.* 326 VIGESIMA] *Vulgò & plenè dicta,* Vigesima hereditatium: *cui Augustus inventor ad Aerarium militare. De qua ego in* Admirandis *nuper, lib.* II. C. IV. *& olim ad* XIII. *Annalem Taciti.* 327 TOLERABILE.] *Quidni? cum gaudio enim semper fructuque junctum:*

Et ubi

Digitized by Google

Et ubi largiter, sæpe inopinatò, acquirebas; quid acerbi aliquid detrahi? Mihi sæpe mirum hodie, cum tam multa quæruntur, odiosa magis, fructuosa minùs; hoc tam promptum & obvium usque adhuc neglectum. 328 EXTRANEIS.] *Nam Augustus i se etiam exceperat τὰς πάνυ συγγενεῖς καὶ πένητας*, planè conjunctos sanguine, aut pauperes. 329 SACRORUM SOCIETATE.] *Nam & sacra privata sua familiis erant, atque ea pro nota, & vinculo. Inde* Transire in gentem & sacra: *itemque*, Hereditas cum sacris, *aut* sine sacris *in Plauto.* Sine *inquam, cum in gentem adoptione non transitur.* 330 VETERIBUS.] *Qui, tempore ejus tributi invecti, fuissent.* 331. NOVI.] *Deinceps facti.* 332 PER LATIUM.] *Quibus Latinitas data, ut plerisque coloniis, ii plenè cives fieri poterant tribus ferè modis, vel si magistratum domi gessissent; sive stirpe domi relicta, Romam migrassent; sive denique nave, pistrino, ædificio. Nam de lege Servilia, ut eventu jam raro, omitto. Qui igitur, inquit Plinius, ex Latio cives facti erant, ii non fruebantur hoc indulto.* 333 BENEFICIO PRINCIPIS.] *Nam jam olim liberâ rep. Imperatores civitatem dabant, sed ut populus firmaret: quî non magis nunc Princeps? Crebrum erat, & Plinii aliquot epistolæ sunt lib.* x. *quibus civitatem amicis aut clientibus suis petit à Trajano, impetratque.* 334 COGNATIONIS JURA.] *Quia illa transitione in civitatem divulsi à suis videbantur, qui nondum cives: atque ita alieni extraneique habebantur, nisi Princeps seorsim tribuisset.* 335 ORBITATIS.] *Quia pater à filiis, filii à patre abjungebantur, nec cognati censebantur.* 336 REDUCTUS ESSET.] *Exierat enim si ipse donatus civitate; sive etiam, si pater. Nam deminutione hæc capitis, id est status, civilis illa potestas solvebatur. Festus:* Deminutus capite appellatur, qui civitate mutatus est. 337 PUBLICANUM.] *Nota per eos igitur exactum collectumque hoc vectigal.*

HACTENUS ille, parciùs fortassè quàm decuit optimum Principem, sed non parciùs quàm optimum patrem. qui optimum adoptaturus, hoc quoque parentis indulgentissimi fecit, quòd delibasse quædam seu potius demonstrasse contentus, largam ac prope intactam benefaciendi materiam filio reservavit. Statim ergo muneri ejus liberalitas tua astruxit, ut quemadmodum in patris filius, sic in hæreditate 338 filii pater esset immunis, nec eodem momento quo pater esse desisset, hoc quoque amit-

Digitized by Google

teret 339 quod fuisset. Egregiè Cæsar, quòd lacrymas parentum 340 vectigales esse non pateris. Bonfilii pater sine diminutione possideat, nec socium hæreditatis accipiat, 341 qui non habet luctus: nemo recentem & attonitam orbitatem ad computationem vocet, cogatque patrem quid reliquerit filius scire. Augeo P. C. Principis munus, cùm ostendo liberalitati ejus inesse rationem: ambitio enim, & jactantia, & effusio, & quidvis potiùs quàm liberalitas existimanda est, cui ratio non constat. Dignum ergo Imperator mansuetudine tua, minuere orbitatis injurias, nec pati quemquam filio amisso insuper affici alio dolore. Sic quoque abundè misera res est, pater filio solus hæres: qui si coheredem non 342 à filio accipiat? Adde, quòd cùm divus Nerva sanxisset, ut in paternis bonis liberi necessitate Vigesimæ solverentur, congruens erat eamdem immunitatem parentes in liberorum bonis obtinere. Cur enim posteris amplior honor, quàm majoribus haberetur? cúrve non retrò quoque recurreret æquitas eadem? Tu quidem Cæsar illam exceptionem removisti, si modò filius in potestate patris fuisset, intuitus opinor vim legemq; naturæ, quę 343 semper in ditione parentum esse liberos jussit, nec uti inter pecudes, sic inter homines potestatem & imperium valentioribus dedit. Nec verò contentus primum cognationis gradum abstulisse Vigesimæ, secundum quoq; exemit, cavitque in sororis bonis frater, & contrà in fratris soror, utque avus, avia in neptis nepotisque. & invicem illi, servarentur immunes. His quoque, quibus 344 per Latium civitas Romana patuisset, idem indulsit: omnibusque inter se cogitationum jura commisit, simul & pariter, & more naturæ; quę 345 priores Principes à singulis rogari gestiebant, non tam præstandi animo, quam negandi. Ex quo intelligi potest quantæ benignitatis, quanti spiritus fuerit 346 sparsas, atque ut ita dicam, laceras gentilitates colligere atque connectere, & quasi renasci jube-

Digitized by Google

bere: deferre quod negabatur, atque id præstare cunctis quod sæpè singuli non impetrassent: postremò ipsum sibi eripere tot beneficiorum occasiones, tam numerosam obligandi 347 imputandique materiam. Indignum credo ei visum, ab homine peti, quod dii dedissent. Sorores estis & frater, avus & nepotes: quid est ergo, 348 cur egetis? ut sitis, vobis estis. 349 Qui pro cetera sua moderatione, non minùs invidiosum putat 350 dare hereditatem, quàm auferre. Læti ergo 351 adite honores, capessite 352 civitatem, neminem hoc necessitudinis 353 abruptum, 354 velut truncum amputatumque destituet: iisdem omnes quibus ante pignoribus, sed 255 honestiores perfruentur. Ac ne remotus quidem jamq; deficientis affinitatis gradus, 356 à qualibet quantitate Vigesimam inferre cogetur. statuit enim communis omnium parens summam, quę publicanum pati possit. Carebit onere Vigesimæ parva & exilis hereditas: & si ita gratus heres volet, tota sepulchro, tota funeri servetur. nemo observator, nemo castigator adsistet. 357 Cujuscumque modi ea pecunia ex hereditate alicujus obvenerit, securus habeat quietusque possideat. Ea lex Vigesimæ dicta est, ut ad periculum ejus pervenire, nisi opibus non possit. conversa est iniquitas in gratulationem; injuria in votum: 358 optat heres ut Vigesimam debeat. Additum est, ut qui ejusmodi ex causis in diem edicti vigesimam deberent, nondum tamen intulissent, non inferrent. At in præteritum subvenire, 359 ne dii quidem possunt. tu tamen subvenisti caviste, ut desineret quisque debere, quod non esset 360 posteà debiturus. 361 Idem feciste ne malos Principes habuissemus: quo ingenio, si natura pateretur, quàm libenter tot spoliatis, tot trucidatis sanguinem & bona refudisses? Vetuisti exigi, quod deberi 362 non tuo sęculo cœperat. Alius, ut contumacibus, irascetur, tarditatemque 368 solvendi dupli, vel & quadrupli irrogatione mulctaret: tu nihil referre iniquitatis existimas, exi-

Digitized by Google

exigas quod deberi 364 non oportuerit, an constituas, ut debeatur.

338 FILII PATER.] *Cur non autem hoc etiam Nerva? ille naturæ ordinem vidit secutusq; est, ex qua magis justum, certè votivum, filium patri succedere; quàm contrà. Itaque quia hoc & rarius, nec ita ex naturæ ordine, id neglexit.* 339 QVOD FVISSET.] *Trajanus naturæ vinculum intuitus, quod putavit civili constitutione non solvi. Itaque etsi civiliter desinebat pater esse, attamen quia ante civiliter fuerat, & nunc quoque naturaliter erat, habuit immunem.* 340 VECTIGALES.] *Subjectas vectigali, obnoxias Vigesimæ.* 341 QVI NON HABET.] *An*, quem non habet? *Nam potest sanè in filii morte consortes habere luctus, etsi non Fiscum.* 342 A FILIO.] *Nec testamento ejus datum, nec ei junctum, qualis est Fiscus, qvem lex ingerit.* 343 SEMPER.] *Etiam grandes & adultos, etiam patre digniores, potentiores. Huc enim sequens comparatio spectat.* 344 PER LATIVM.] *Non solùm, qui beneficio Principis. An hoc dicit, qui tantùm Latini cives?* 345 PRIORES PRINCIPES.] *Suetonius in Tito*: Cum ex instituto Tiberii, omnes dehinc Principes beneficia à superioribus concessa Principibus, non aliter rata haberent, quàm si eadem iisdem & ipsi dedissent; primus præterita omnia uno confirmavit edicto, nec à se peti passus est. 346. SPARSAS.] *Transitione hac in civitatem.* 347 IMPVTANDI.] *Ut suprà, inscribendi beneficii, demerendi.* 348 CVR EGETIS.] *Omnino verum*, cur rogetis, *Livineio quoque visum. Distingue autem*, cur rogetis, ut sitis? vobis estis. *Quasi dicat, & estis fratres, & vobis estis tantùm; non fisco, qui nil jam decerpit.* 349 QVI PRO.] *Lego.* Quin. 350 DARE.] *Nova petitione, quam sustulit, & semel universè dedit.* 351 ADITE HONORES.] *In coloniis vestris. Hoc enim ad Latinos pertinet, qui (ut dixi) civitatem Romanam adipiescebantur, domibonoribus gestis.* 352 CIVITATEM.] *Nostram.* 353 ABRVPTVM.] *Abruptio & disjunctio. Dissociabantur enim, qui civitatem mutabant.* 354 VELVT TRVNCVM.] *Tanquam à patre jam abscissum, aut contra à filio patrem. Hærent & manent tales, interpretatione Trajani,* 355 HONESTIORES.] *Civitate aucti.* 356 A QVALIBET.] *Altera moderatio Trajani, qui non in gradibus solùm dispensavit, sed in modo Hereditatis. Si ea modica, & intra talem summam (non est expressa uspiam:) nihil delibatur.* 357 CUJVSCVMQVE MODI.] *Quidam libri*, Cujuscumque modica pecunia, *quod amplector, statim tamen legendo* alicui, *pro* alicujus *Sententia est: Cujuscumque ea parva pecunia fue-*

Digitized by Google

fuerit, agnati vel extranei non refert: nihil pendit. 358 OPTAT.] *Nec enim dabit, nisi dives.* 359 NE DII QVIDEM.] *Plinius avunculus*: Ne Deum quidem posse omnia, namque nec revocare defunctos, nec facere ut qui vixit, non vixerit; qui honores gessit, non gesserit: nullumque habere in præterita jus, præterquam oblivionis. *Agathon Comicus, apud Aristotelem*:

Μόνῳ γὰρ αὐτῷ τῷ Θεὸς παρίσταται,
Ἀγένητα ποιεῖν ὅσ' ἂν ἢ πεπραγμένα:

Unum hoc nec ipse præpotens habet Deus,
Quę facta sunt, infecta posse reddere.

360 POSTEA.] *Post diem tui edicti.* 361 IDEM.] *Livinejus*, id est: *rectè, etsi sequentia non benè ordinat.* 362 NON TVO SÆCVLO.] *Uno verbo, remisit reliqua ejus vectigalia, in caussis dictis. Hoc est, quod Ausonius in Laudatione Gratiani tangit*: Vel illud unum cujusmodi est, de condonatis residuis tributorum? Quis umquam Imperatorum hoc provinciis suis uberiore te indulgentia dedit? Fecerat & Trajanus olim: sed partibus retentis. Non habebat tantam oblectationem concessi debiti portio, quanta suberat amaritudo servati. *Omnino huc faciunt, nec de aliâ Trajani remissione legas. Qui enim è nummis adferunt*: RELIQVA. VETERA. HS. NOVIES. MILL. ABOLITA: *falli credo, nec Trajani, sed Trajani Hadriani (ita conjunctim dicitur) nummos istos ego vidi. Ita enim exstant hodieque in Consulatu ejus* III. *Et inscriptio Romæ*: IMP. CÆSARI. DIVI. TRAJANI. PARTHICI. F. TRAJANO. HADRIANO. AUG. PONT. MAX. TR. POT. II. COS. II. QUOD OMNIVM. PRINCIPUM. ET. SOLUS. REMITTENDO HS. NOVIES. MILLIES. CENTENA. MILLIA. IN. DEBITUM. FISCI. NON. PRÆSENTES. MODO. SED. ET. POSTEROS. SVOS. PRÆSTITIT. HAC. LIBERALITATE. SECVROS. *Ea remissio grandis, & nostrâ æstimatione & locutione valeat*, viginti duos milliones Philippicorum & semis. *At Trajani liberalitas minor, & in* partibus *tantùm, ut dixit Ausonius.* 363 SOLVENDI DVPLI.] *Ita, nam pœna etiam moræ solet adjici, quo sensu victor, de Nerva.* Quidquid anteà pœnæ nomine tributis accesserat, indulsit. *Itaque exemplum aliquod à paterna indulgentia habuit, etsi superavit.* 364 NON OPORTVERIT.] *Illud vetus, in caussis quas abrogasti edicto. Æquè iniquum censes, exigere talia jam debita, & constituere ut debeantur.*

FERES

Digitized by Google

FERES Cæsar curam & solicitudinem 365 Consularem. nam mihi cogitanti eumdem te 366 collationes remisisse, donativum reddidisse, congiarium obtulisse, delatores abegisse, vectigalia 367 temperasse, interrogandus videris, satisne computaveris imperii redditus? an tantas vires habeat frugalitas Principis, ut 368 tot impendiis, tot erogationibus sola sufficiat? Nam quid est causæ, cur aliis quidem cùm omnia 369 raperent, & rapta retinerent, ut si nihil rapuissent, nihil detinuissent, defuerint omnia? tibi cùm tam multa largiaris, & nihil auferas, omnia supersint? Numquam Principibus defuerunt, qui fronte gravi & tristi supercilio, utilitatibus fisci contumaciter adessent: & erant Principes ipsi sua sponte avidi & rapaces, & qui magistris non egerent: plura tamen semper à nobis contra nos didicerunt: sed ad tuas aures, cùm ceteris omnibus, tum vel maximè avaris adulationibus obstructus est aditus. Silent ergo & quiescunt, & postquam non est cui suadeatur, qui suadeant non sunt. quo evenit, ut tibi cùm plurimum pro tuis, plus tamen pro 370 nostris moribus debeamus. Locupletabant & fiscum & ærarium non tam 371 Voconiæ & 372 Juliæ leges, quàm Majestatis singulare & 373 unicum crimen eorum, qui crimine vacarent: hujus tu metum penitus sustulisti contentus magnitudine: qua nulli magis caruerunt, quàm qui sibi majestatem vindicabant. Reddita est 374 amicis fides, 375 liberis pietas, obsequium 376 servis: verentur, & parent, & dominos habent. non enim jam servi Principis nostri amici, sed nos sumus; nec pater patriæ alienis se mancipiis cariorem, quam civibus suis credit, omneis accusatore domestico liberasti; unoque 377 salutis publicæ 378 signo illud, ut sic dixerim, 379 servile bellum sustulisti: In quo non minus servis, quàm dominis præstitisti: hos enim securos, illos bonos fecisti. Non vis intereà laudari, 380 nec fortasse laudanda sint; grata sunt tamen recordantibus

Digitized by Google

bus 381 Principem illum in capita dominorum servos subornantem, monstrantemque crimina, quæ tamquam delata puniret. magnum & inevitabile, ac toties cuique experiendum malum, quoties quisque similes Principi servos haberet.

365 CONSULAREM.] *Quia ego jam Consul, curare reip. debeo.* 366 COLLATIONES REMISISSE.] *Spectat cum a.ia provincialium in auspiciis Imperii dona, tum* * Coronarium aurum *maximè, qua specie Collationis exhauriebantur. Itaque boni Principes remittebant, ut hîc Trajanus: ut Iulianus, inter cujus liberalitatis testimonia Ammianus recenset,* Coronarium indultum, & remissa debita multa diuturnitate congesta. 367 TEMPERASSE.] *Istud* Vigesimæ, *ad modum jam dictum.* 368. TOT IMPENDIIS.] *In milites, magistratus, ludos, opera: atque alia, quorum specimen in nostris* Admirandis, *libro* II. 369 RAPERENT.] *Ad Domitianum pertinent. Adi Suetonium cap.* XII. 370 NOSTRIS MORIBUS.] *Qui bonos nos facis, qui ab adulationibus sic arces.* 371 VOCONIÆ.] *Lex Voconia Vetus, ne quis heredem fœminam, vel unicam etiam filiam faceret, ultra quadrantem hereditatis.* 372 JULIÆ LEGES.] *Multæ sunt ab Augusto, hoc nomine: sed nunc* Juliam de maritandis ordinibus, *quæ* Papię *jungi aut cum ea misceri solet, ipsasque Papias intellegi clarum est. Nam has Augustus, ut Tacitus loquitur,* ærario augendo sanxerat, *ob multiplices ibi multas.* 373 UNICUM CRIMEN.] *In Tacito passim docetur, ubi quibus nihil objici potest, Majestatis crimen impingitur. Nero etiam statuit,* ut lege majestatis, omnia dicta factaque, quibus modò delator non deesset, tenerentur. 374 AMICIS.] *Qui nunc amicum non deserunt.* 375 LIBERIS.] *Qui & ipsi armabantur in parentes.* 376 SERVIS.] *Passim in dominos insurgebant, & territabant accusaturi Majestatis.* 377 SALUTIS PUBL.] *Velut formula erat, in laudem bonorum Principum: & in nummis passim insculpitur,* SALUS PUBLICA. 378 SIGNO.] *Quasi hac tessera data & edita.* 379 SERVILE BELLUM.] *Alludum ad vetera Servilia bella, cùm manus in Dominos armarunt: at hic linguas. Trajanus autem hæc ista sustulit, aut sublata à Nerva patre comprobavit. Nam de eo Dionis compendium:* τοὺς τε δούλους καὶ τοὺς ἐξελευθέρους τοὺς τοῖς δεσπόταις ἐφ' ὧι ἐπιβουλίοις ἁλῶσι, πάντας ἀπέκτεινε, καὶ τοῖς μὲν τοιούτοις οὐδ' ἄλλο τι γε χαλεπὸν ἐπέφερεν ἐπὶ τοὺς δεσπότας ἐφῆκε: Servos & libertos, quicumque insidiati dominis fuissent, omnes interfecit; atque iis nec aliud quodvis crimen inferre,

aut

aut accusare dominos permisit. 380 NEC FORTASSE.] *Extra culpam enim dumtaxat sunt, at laudis finem non attingunt.* 381 PRINCIPEM.] *Domitianem.*

In eodem genere ponendum est, quod testamenta nostra secura sunt: nec unus omnium 382 nunc, quia scriptus heres, Non tu 383 falsis, non tu 384 iniquis tabulis advocaris. nullius ad te 385 iracundia, nullius 886 impietas, nullius 387 furor confugit: nec quia offendit alius, nuncuparis, sed quia ipse meruisti. Scriberis 388 ab amicis, ab ignotis praeteritis: nihilque inter privatum & Principem interest, nisi quòd nunc 389 à pluribus amaris: nam & plures amas. Tene Caesar hunc cursum, & probabitur experimento, sitne feracius & uberius non ad laudem modo, sed ad pecuniam Prinicipi: si herede illo mori homines velint, quam si cogantur. Donavit 390 pater tuus multa, & ipse donasti: 391 cesserit 392 parum gratus; manent tamen ii qui 393 bonis ejus fruantur, nihilque ex illis ad te nisi gloria redit, nam liberalitatem jucundiorem debitor gratus, clariorem ingratus facit. Sed quis ante te laudem istam pecuniae praetulit? quotusquisque Principum ne id quidem in patrimoniis nostris suum duxit, quod esset de suo? nonne ut regum, ita Caesarum munera, illitos cibis hamos, opertos praeda laqueos, aemulabantur? cum privatis facultatibus velut 394 hausta & multiplicata, retrò secum quidquid attigerant referrent.

382 NUNC QUIA SCRIPTUS.] *Obscura nec mihi recta. Inflecto:* nec unus omnium, numquam scriptus heres. *Acute & vere, aut fallor. Non tu, inquit, omnium heres nunc es, ut ille Domitianus: qui falsò talem se gerebat nec cogitatum, nec scriptum.* 383 FALSIS.] *Mendacibus & confictis.* 384 INIQUIS.] *Ubi propior aut suus heres est.* 385. IRACUNDIA.] *Puta liberti, qui patrono offensus; & ut illum jure successionis privaret, principem scribebat.* 386 IMPIETAS.] *Patris, aut filij. Nam, ut Tacitus in Agricolâ,* à bono patre non scribitur heres, nisi malus Princeps. 387 FUROR.] *Aliquis parum sanae mentis, qui spretis suis ad Principem vertit.* 388 AB AMICIS.] *Pro more, & jure. Atque ita Augustus professus,* viginti proximis, annis, * quater decies millies

* *Sunt* triginta quinque milliones *nobis.*

Digitized by Google

millies HS. ex testamentis amicorum percepisse: *Suetonius.* 389 A PLVRIBVS.] *Ergo & à pluribus scriberis.* 390 PATER TVVS] *Nerva.* Qui & bona omnia, quæ exstabant, & Domitianus iniquè abstulerat, dominis reddidit: & plebi Romanæ agros emit, ac divisit: *Dio. Factum ejusdem liberale & memorabile, in Zonorâ & Philostrato scriptum. Reppererat Herodes Atticus, Sophistæ pater, domi suæ ingentem thesaurum. Calumnias veritus, ad Principem scripsit, & indicavit. Ille rescripsit,* Utere. *Sed Atticus nec sic securus, iterum scripsit:* At enim thesaurus privati hominis conditionem superat. *Nerva iterum animosè,* Ergo abutere. 391 CESSERIT.] *Lego,* ceperit, *& sententia liquet. Nisi vis tamen pro* Decesserit *accipere: id esset, Age, mortuus ex illis aliquis parùm gratus.* 392 PARUM GRATUS.] *Qui te Heredem non fecerit. Nam quos promovissent aut ditassent, ab iis suo jure gratitudinem exigebant. Ita Caligula (in Suetonio)* Primipilarium testamenta, qui neque Tiberium, neque se, heredem fecissent, ut ingrata, rescidit:: *quia nempe Principum beneficio ad gradum opesque venissent.* 393 BONIS EJUS.] *Nervæ. quia tamen & de ipso Trajano præivit, melius fortasse,* bonis eis. 394 HAUSTA.] *Legendum* aucta, *si tamen sequens vox* multiplicata *sedeat. Pro quâ alii libri,* implicita: *& mihi non displiceat, aptiusq; ita ad* Hamos Laqueosque *referas. Bona illa Cæsaris velut* hausta & absorpta *(ut piscibus hami) privatis facultatibus, iisdemque* implicata *& innexa (ut feris laquei:) trahuntur una cum istis ad Principem, specie illa gratitudinis in testamentis.*

QUAM utile est, ad usum secundorum 395 per adversa venisse? Vixisti nobiscum, periclitatus es, timuisti: 396 quæ tunc erat innocentium vita, scis & expertus es, quantopere detestentur malos Principes; etiam qui 397 malos faciunt. meministi quæ optare nobiscum, quæ sis queri solitus. Nam 398 privato judicio Principem geris, meliorem imo te præstas, quàm tibi 399 alium precabare. Itaque sic imbuti sumus, ut quibus erat summa votorum, melior pessimo Princeps: jam non possimus, nisi optimum, ferre. Nemo est ergò 400 tam tui, 401 tam ignarus sui, ut locum istum post te concupiscat, facilius est, ut esse aliquis successor tuus possit, quàm 402 ut velit. Quis enim curæ tuæ molem sponte subeat? quis comparari tibi non reformidet? Expertus & ipse es, quàm sit onerosum succedere bono Prin-

Digitized by Google

Principi: & afferebas excusationem, 403 adoptari. An prona parvaque sunt ad æmulandum, quod nemo incolumitatem 404 turpitudine rependit? Salva est omnibus vita, & 405 dignitas vitæ: nec jam 406 consideratus ac sapiens, qui ætatem 407 in tenebris agit. Eadem quippe sub Principe virtutibus præmia, quæ in libertate: nec benefactis tantùm 408 ex conscientia merces. Amas constantiam civium, rectosque ac 409 vividos animos non ut alii, contundis ac deprimis; sed foves & attollis. Prodest bonos esse, cum sit satis abundeque, si non nocet. His honores, his sacerdotia, his provincias offers: hi amicitia tua, hi judicio florent: 410 acuuntur isti integritatis & industriæ pretio: similes, dissimiles alliciuntur, nam 411 præmia bonorum malorumque, bonos ac malos faciunt. Pauci adeò 412 ingenio valent, ut non turpe honestumque, prout benè ac secus cessit, expetant fugiantve: ceteri, ubi laboris inertiæ, vigilantiæ somno, frugalitatis luxuriæ merces datur; eadem ista, quibus alios artibus assecutos vident, consectantur: qualesque sunt illi, tales esse & videri volunt; & dum volunt, fiunt.

395 PER ADVERSA.] *Pindarus enim verè*: ὁ πανάριστος τὰ νόῳ, ᾗ εὐμάθεια φέρει: Qui animo exercitus fuit & laboravit, prudentiam fructum tulit. 396 QVÆ TVNC] *Sub Domitiano.* 397 MALOS FACIVNT.] *Adulantes, & subservientes.* 398 PRIVATO.] *Clarius, si, privati, legas. Sed sensus ille; Tu ita geris Principem, uti privatus indicabas esse gerendum. Quod plerumque aliter, & qui extra fortunam bene, de ea judicamus; cùm in ipsa, abripimur & ferenti vento nos damus.* 399 ALIVM PRECARE.] *Tacitus in oratione Galbæ*: Utilissimus idem ac brevissimus bonarum malarumque rerum dilectus, cogitare quid aut nolueris sub alio Principe, aut volueris. 400 TAM TVI.] *Virtutis summæ tuæ, & Prudentiæ.* 401 TAM SVI.] *Qui ad te non potest accedere.* 402 UT VELIT.] *Sapiens quidem, nam succedere aliquis potest, & debet: par esse aut similis etiam, non potest.* 403 ADOPTARI.] *Id est, excusatior tibi successio, quia non sponte neque ultrò venisti, sed adoptione adscitus, & quasi coactus. At qui se ingerit, minus excusatur, nisi parem se præ-*

Digitized by Google

præbeat. 404 TURPITUDINE REPENDIT.] *Id est, nemo hoc ipso salvus, quod virtutem non habeat salvam. Sub malis, ea in odio; & qui grati aptique Aulæ esse volunt, ejurant probitatem. Exempla etiam, ubi obscœnitas & professa turpitudo saluti fuerint: in Suetonii Nerone, cap.* XXIX. *& Domitiani* X. 405 DIGNITAS VITÆ.] *Licet etiam in dignitate & luce vivere.* 406 CONSIDERATUS.] *Quod sub improbis Principibus; & sapientia tum, latère. Seneca, de Vatia*: In hac villa ille Prætorius dives, nulla re alia quàm otio notus, consenuit: & ob hoc unum felix habebatur. Nam quoties aliquos Asinii Galli amicitia, aut Sejani odium, deinde amor, merserant; exclamabant homines, O Vatia, solus scis vivere. 407 IN TENEBRIS.] *Ovidii monito:*

Vive tibi, quantumque potes prælustria vita,
Sævum prælustri fulmen ab arce venit.

408 EX CONSCIENTIA.] *Ut virtutem habeas, sine famæ aut honoris præmio. Et sane eo Philosophi, atque etiam poeta iste vocat, Theognis.*

Εὖ ἔρδων, ἀπρᾴτῃς. τί δ' ἄψιλον ἄλλο ἰάλλῃς,
Τῶν ἐνεργασίης ἥδιον. τί δ' ἀψίλιν.

Si benè agis, benè sit tibi, quid præconia quæris?
Virtuti facilis promptaque fama venit.

409 VIVIDOS.] *Altius spirantes. quod genus non dicam minutis, sed modicis Principibus parum grati sunt: qui* pares rebus *quærunt, non qui* ultra sint. 410 ACUUNTUR ISTI.] *Imò isto, meo judicio. sententia est, qui vident sic attolli à te virtutem, magis acuuntur & stimulantur. boni quidem eam persequi; & qui non boni, flectere se & sequi.* 411 PRÆMIA.] *Sallustius*: Gloria industria alitur, ubi eam dempseris, ipsa per se virtus amara atque aspera est. *Idem*: Ubi malos præmia sequuntur, haud facilè quisquam gratuitò bonus est. *Livius*: Nihil non aggressuri sunt homines, si magna conatis magna præmia proponantur. 412 INGENIO VALENT.] *Tam valida solidaque mente sunt; ut virtutem aut vitium à se se, non à successu aut mercede pendant.*

ET priores quidem Principes, excepto patre tuo præterea 413. uno aut altero (& 414 nimis dixi) vitiis potiùs civium, quàm virtutibus lætabantur. primùm, quòd in alio sua quemque natura 415 delectat; deinde, quod 416 patientiores servitutis arbitrabantur, quos non deceret esse nisi 417 servos. 418 Horum in sinum omnia congerebant: bonos

Digitized by Google

autem otio aut ſitu abſtruſos, & quaſi ſepultos, non niſi delationibus & 419 periculis in lucem ac diem proferebant. Tu amicos ex optimis legis: & hercule æquum eſt eſſe eos cariſſimos bono Principi, qui inviſi malo fuerint. ſcis, ut ſicut 420 diverſa natura dominatio & Principatus; ita non aliis eſſe Principem gratiorem, quàm qui maximè dominum graventur. Hos ergo provehis & oſtentas, quaſi ſpecimen & exemplar, quæ tibi ſecta vitæ, quod hominum genus placeat: & ideò non 421 Cenſuram adhuc, non 422 Præfecturam morum recepiſti: quia tibi 423 beneficiis potiùs, quàm remediis, ingenia noſtra experiri placet, & alioquin, neſcio an plus moribus conferat Princeps, qui bonos 424 eſſe patitur, quàm 425 qui cogit. Flexibiles quamcumque in partem ducimur à Principe: atque, ut ita dicam, ſequaces ſumus. huic enim cari, huic probati eſſe cupimus: quod fruſtrà ſperaverunt diſſimiles. eoque obſequii continuatione pervenimus, ut propè omnes homines 426 unius moribus vivamus. porrò non tam ſiniſtrè conſtitutum eſt, ut qui malum Principem poſſumus, bonum non poſſimus imitari. Perge modò Cæſar, & vim effectumque cenſuræ, tuum propoſitum, tui actus obtinebunt. Nam vita Principis, Cenſura eſt: eaque perpetua. ad hanc dirigimur, ad hanc convertimur: 427 nec tam imperio nobis opus eſt, quàm exemplo, quippe 428 infidelis recti magiſter eſt metus. meliùs homines 429 exemplis docentur, quæ in primis hoc in ſe boni habent, quod 430 approbant, quæ præcipiunt fieri poſſe.

4 3 UNO AUT ALTERO.] *Auguſto & Tito,* 414 NIMIS DIXI.] *Corrigit ſe, nec fruſtrà fortaſſe in Auguſto: qui recta aut certè erecta non nimis amabat. Suos etiam ludis & voluptatibus molliri atque infleti, in bono tamen toque, habebat.* 415 DELECTAT.] *Ex notiſſimo verbo,* Simile amicum ſimili. 416 PATIENTIORES.] *Malos & molles, quibus honeſti æquique nec amor, nec cura eſt.* 417 SERVOS.] *Nam malè dignissimi ſervitute, & qui meliorum imperiis coerceantur, aut emendentur.* 418 HORUM IN SINVM.] *Juvenalis:*

Cri-

Digitized by Google

Criminibus debent hortos, prætoria, mensas.

419 PERICULIS;] *Noti, non nisi per mala sua, fiebant.* 420 DIVERSA NATURA.] *Tiberii dictum ea mente*: Dominum se servorum, Imperatorem militum esse, Principem ceterorum. *Princeps igitur, liberorum* 421 CENSURAM] *Ut Claudius, ut Vespasianus, Domitianus.* 422 PRÆFECTURAM.] *Quo titulo C. Cæsar, si memini, usus, & Augustus* (*in Suetonio*) recepit morum & legum regimen perpetuum, sine honore Censuræ. 423 BENEFICIIS.] *Leniter ad bona ducere, & benè faciendo potiùs quàm censendo, multando, puniendo.* 424 ESSE PATITUR.] *Inopinata & mira sententia: sed, ut hìc multæ, ex abditis prudentiæ & naturæ. Seneca hunc assertor & interpres, De Clementiâ* 1. *cap.* XXII. Constituit bonos mores civitati Princeps, & vitia ejus faciliùs compescit, si patiens eorum est; non tamquam probet, sed tamquam invitus, & cum magno tormento ad castigandum veniat. 425 Qui COGIT.] *Panegyricus Pacati, ad Theodosium*: Vitiis corrigendis curam adjecisti, idque moderatè, ut suadere potiùs honesta, quàm cogere videreris. 426 UNIUS MORIBUS.] *Principis, quem omnes, ut Solem, spectant & ab eo colorantur.* 427 NEC TAM IMPERIO.] *Idem Pacatus*: Sic est enim, sic est, exasperat homines imperata correctio, blandissimè jubetur exemplo. *Plura huic rei ego, in Politicis lib.* II. 428 INFIDELIS.] *Similiter meme Tullius:* Malus diuturnitatis custos, est metus. 429 EXEMPLIS DOCENTVR.] *Fabius*: Quantum Græci præceptis valent, tantum Romani (quod est majus) exemplis. 430 APPROBANT.] *Re ostendunt.*

ET quis terror valuisset efficere, quod reverentia tui effecit? 431 Obtinuit aliquis, ut spectaculum 432 pantomimorum populus Ro. tolli pateretur? sed non obtinuit 433 ut vellet. Rogatus es tu, quod cogebat alius: cœpitque esse beneficium, quod necessitas fuerat. neque enim à te minore 434 concentu, ut tolleres pantomimos, quàm à patre tuo, ut restitueret, exactum est. Utrumque rectè. nam & restitui oportebat, quos sustulerat 435 malus Princeps; & 436 tolli restitutos. In his enim quæ à malis benè fiunt, hic tenendus est modus, ut appareat 437 auctorem, non displicuisse factum. Idem ergo populus ille, aliquando 438 scænici Imperatoris spectator & applausor, nunc in pantomimis quoque adversatur

Digitized by Google

& damnat effæminatas artes, & indecora 439 sæculo studia. Ex quo manifestum est, Principum disciplinam capere etiam vulgus: cùm rem, si 440 ab uno fiat, severissimam, fecerint omnes. Macte hac gravitatis gloria Cæsar, quaconsecutus es, ut quòd anteà vis & imperium, 441 nunc mores vocarentur. Castigaverunt vitia sua 442 ipsi, qui castigari merebantur: iidemque emendatores, qui emendandi fuerunt. Itaque nemo de severitate tuâ queritur & liberum est queri. Sed cùm ita comparatum sit, ut de nullo minùs Principe querantur homines, quàm de quo maximè licet: 443 tamen in sæculo nihil est, quo non omne hominum genus lætetur & gaudeat. Boni provehuntur, mali (qui est tranquillissimus status civitatis) 444 nec timent, 445 nec timentur. Mederis erroribus, sed 446 implorantibus: omnibusque, quos bonos facis, hanc astruis laudem, 447 ne coëgisse videaris.

431 OBTINUIT ALIQVIS.] *Et Tiberius olim, qui* histriones Italiâ pepulit: *& Nero, qui* factiones Pantomimorum unà cum ipsis relegavit: *& Domitianus denique,* qui interdixit histrionibus scænam, intra domum quidem exercendi artem jure concessio. *De isto cum sentire, sequentia docent.* 432 PANTOMIMORVM.] *Qui gestu, & saltatione motuque corporis, omnia exprimunt & imitantur: unde Græcum nomen. Latini* Histriones & Saltatores, & Gesticulatores *reddunt.* 433 UT VELLET.] *Animo non assensit, etsi factis Principi non dissensit.* 434 CONCENTV.] *Harmonico clamore, ut suprà notavi: an hîc magis verum* Consensu? 435 MALVS.] *Domitianus* 436 TOLLI.] *A te iterum.* 437 AUCTOREM.] *Ut Lacedæmonii, qui bonam sententiam ab improbo homine in Senatu dictam, jusserunt à bono iterum dici, eique inscribi: Agellius, & Plutarchus.* 438 SCÆNICI.] *Neronis.* 439 SÆCULO.] *Hinc tuo virili, & honesto.* 440 AB VNO.] *Principe.* 441 NVNC MORES.] *Seneca:* Desinit esse remedio locus, ubi quæ fuerant vitia, mores sunt. *Mores autem, id est, pervulgata judicia aut facta, & uno verbo, Sæculum.* 442 IPSI, QVI.] *Nempe, ipse populus. Non enim Cajus, aut Nero, ut quidam explicat.* 443 TAMEN.] *Livinejus* tum, *ex veteri libro, fortasse,* tuo. 444 NEC TIMENT.] *Hocne probas Plini? malos solutos metu esse? Ita, sed nempe magno metu qui ad res novas facile impellit. Tutius meliusque, ubi jam multi mali, paullatim pati emen-*

Digitized by Google

emendare & ad frugem se recipere; quàm acribus pœnis concitare. Ut in humano corpore vitiosi humores non impetu purgantur, nisi cum periculosa ita in republicâ. Significat igitur, bonis amicum & bonum Trajanum fuisse; nec malis quidem nimis asperum, & meliores exemplo & mora fecisse. 44, NEC TIMENTVR.] *A bonis, quia vires non habent.* 446 IMPLORANTIBVS.] *Cùm ipsi qui emendandi, volunt emendari. Qui festinat, & qui aliter; quid nisi intempestivis remediis delicta accendit?* 447 NE COEGISSE.] *Ita Agricola, apud Tacitum, cùm Britanniæ præsideret*, rarissima moderatione maluit videri invenisse bonos, quàm fecisse. *Denique quid in tota hac re fit, pulchre Apulejus:* Neminem Proconsulem Provincia Africa magis reverita est, minùs verita: nullo, nisi tuo, anno ad coërcenda peccata plus pudor valuit, quàm timor. Nemo tè alius, pari potestate, sæpiùs profuit, rariùs terruit.

QUID vitam? quid mores juventutis? quam 448 principaliter formas? quem honorem 449 dicendi magistris? quam dignationem sapientiæ doctoribus habes? ut 450 sub te spiritum, & sanguinem 451 & patriam receperunt studia: quæ priorum temporum immanitas exsiliis puniebat? cùm sibi vitiorum omnium conscius Princeps, inimicas vitiis artes, non odio magis, 452 qnàm reverentia, relegaret. At tu easdem artes in complexu, oculis, auribus habes. præstas enim quæcumque præcipiunt, tantumq; eas diligis, quantum ab illis 453 probaris. An quisquam studia humanitatis professus, non cùm omnia tua, tum vel in primis laudibus ferat 454 admissionum tuarum facilitatem? Magno quidem animo parens tuus, hanc 455 ante vos Principes arcem 456 publicarum ædium nomine inscripserat: frustrà tamen, nisi adoptasset, qui habitare ut in publicis posset. Quàm benè cum titulo isto moribus tuis convenit? quàmque omnia sic facis, tamquam 457 non alius inscripserit? Quod enim forum, quæ templa, tam reserata? non Capitolium, ipsaque illa adoptionis tuæ sedes, magis publica, magis omnium. Nullæ obices, nulli 458 contumeliarum gradus: superatisque jam 459 millo liminibus, ultra semper aliqua dura & obstantia. Magna ante te, magna post te, juxta tamen

Digitized by Google

maxima quies. 460 tantum ubique silentium, tam altus pudor, ut ad parvos penates & larem angustum, ex domo Principis, modestiæ & tranquillitatis exempla referantur.

448 PRINCIPALITER.] *Sive, ut decet Principem sive eximiæ, & ἐξοχως. Habes hanc curam inter principes.* 449 DICENDI MAGISTRIS] *Rectoribus. Victor de Trajano*: Eruditissimos, quamvis ipse parcæ esset scientiæ, moderateque eloquens, diligebat. *Et Dio*: Παιδείας μὲν γὰρ ἀκριβοῦς, ὅση τοῖς λογοις, οὐ μετέσχε, τὸ μὲν γὰρ ἔργον αὐτὸς καὶ ἐπίστατο καὶ ἐποίει: Doctrinæ accuratæ, quæ in verbis consistit, particeps non fuit: at quæ præcipiuntur, ea & novit & fecit. *Summa est, summè doctum in litterariis artibus non fuisse; at in Philosophicis & moralibus, maximè. Quis enim hoc non gaverit, qui vel Plutarchum cognoverit, ejus dolorem? Extat epistola viri, quam misit ad Trajanum jam rectè inter Principem, digna quæ apud ipsum legatur.* 450 SUB TE SPIRITUM.] *Hanc laudem & alii tribuunt Trajano. Iuvenalis*:

Et spes & ratio studiorum in Cæsare tantùm.

In epistolis, noster: Studiis, quæ propè extincta, refoventur. *Argumentum & à viris doctis, quibus ævum illud claruit: & à* Bibliotheca Ulpiâ, *quam iis liberaliter struxit, atque instruxit.* 451 ET PATRIAM.] *Nam exsulavèrant, ut addit, & Suetonius de Domitiano*: Philosophos omnes urbe Italiaque submovit. 452 QVAM REVERENTIA.] *Ut Tacitus, in eodem Domitiani facto*; ne quid usquam honesti oculis occurreret. *Et qui illud non amant, aut non habent: quomodo hos ament, famæ aut infamiæ publicas tubas?* 453 PROBARIS.] *Nam sermonibus aut scriptis honestant & laudant te totum hoc genus.* 454 ADMISSIONEM.] *Officium erat Palatinum, ab admissionibus, & Admissionales: per quos aditus ad Principem erat. Ii sæpe duri, molles mitesque sub miti hoc Trajano.* 455 ANTE VOS.] *Te & Nervam. Sententia est, Palatium hoc antè arx quædam & velut regia; sub vobis facta est communis quædam domus, atque adeò à Nerva sic inscripta.* 456 PUBLICARUM ÆDIVM.] *Factum Nervæ caussam etiam aliam habuit (imò primitùs aliam) ab hac, quam Orator tangit. Nam Principes Romani, quatenus Pontifices Maximi, in publico habitare debebant. Dio in Augusto notat, lib.* LV. cùm domum ædificasset, totam eam publicasse, quòd Pontifex max. esset. *Ipsum hoc dicit, libro* LIV. *post Lepidi mortem: vide. Facit huc quod in Dionis M. Antonino est*: Ἡμεῖς δὲ, ἵνα πρὸς τὰ

βασιλι-

Digitized by Google

βαλλω λίγων, ὅτως μὲν ἰδιον χρῆμα, ὅσα τῇ ἐμῇ τροφῇ διαίτῃ διακόμῳ: Nos inquit Antoninus ad Senatum, adeò nihil proprii habemus, ut etiam in vestris ædibus habitemus. *Ergo palatium jam ab Augusto publicum: & iterum fecit scripsitque Nerva.* 457 NON ALIÙS.] *Ipse tu, non Nerva, adeo elogium hoc verum præstas.* 458 CONTUMELIARUM GRADUS.] *Ut alii primo ostio admitterentur, interioribus excluderentur: alii, nec primo. Sive, quod agrè & superbè excepti à janitoribus, iterum iterumque (ut plura erant limina) hæ contumeliæ jubeundæ.* 459 MILLE LIMINIBUS.] *Satis hoc laxum, de* mille liminibus: *sed oratoriâ nempe an poeticâ superlatione. Tamen multa hæc ostia; ex more, divitibus. Seneca, De Benef.* VI. *cap.* XXXIII. Ut gradum intra domum ponas, in qua deinceps multa sunt ostia, quæ receptos quoque excludunt: *de ipsis istis salutationibus.* 460 TANTUM VBIQUE SILENTIUM.] *O pulchre! & hoc nomine barbara illa Turcarum natio laudenda, quibus in sua porta inter mille Ianitzaros aliumque confluxum, silentium est pænè solitudinis.*

IPSE autem ut excipis omnes, 461 ut exspectas? ut magnam partem dierum, inter tot imperii curas, 462 quasi per otium transigis? Itaque non 463 ut aliàs attoniti, nec ut periculum capitis adituri 464 tarditate, sed securi & hilares, cum commodum est, convenimus: & admittente Principe, interdum est aliquid, quod nos domi quasi magis necessarium teneat. excusati semper tibi, nec unquam excusandi sumus. Scis enim 465 sibi quemque præstare, quod te videat, quod te frequentet: ac tanto liberaliùs ac diutiùs voluptatis hujus copiam præbes. Nec 466 salutationes tuas 467 fuga & vastitas sequitur. remoramur, resistimus, ut in communi domo: quam nuper illa immanissima 468 bellua plurimo terrore munierat, cùm velut quodam specu inclusa, nunc 469 propinquorum sanguinem lamberet, nunc se ad clarissimorum civium strages cædesque proferret. Obversabantur foribus horror & minæ, & par metus 470 admissis & 471 exclusis. Ad hæc ipse occursu quoq; 472 visuq; terribilis. superbia in fronte, 473 ira in oculis, fœmineus pallor in corpore, in 474 ore impudentia multo rubore suffusa. Non

Digitized by Google

adire quisquam, non adloqui audebat, tenebras semper 475 secretumque captantem: nec unquam ex solitudine sua prodeuntem, nisi ut 476 solitudinem faceret. Ille tamen, quibus sibi 477 parietibus & muris salutem suam tueri videbatur, 478 dolum secum & insidias, & ultorem scelerum Deum inclusit. dimovit perfregitque custodias pœna, 479 angustosque per aditus & obstructos, non secus ac per apertas fores & invitantia limina irrupit: 480 longeque tunc illi divinitas sua, longè arcana illa cubilia 481 sævique secessus, in quos timore, & superbia, & odio hominum, agebatur. Quantò nunc tutior, quantò securior eadem domus, 482 postquam ejus non crudelitatis, sed amoris excubiis, non solitudine & claustris, sed civium celebritate defenditur? Ecquid ergo discimus experimento, fidissimam esse custodiam, Principis ipsius innocentiam? hæc arx inaccessa, hoc 483 inexpugnabile munimentum, munimento non egere. Frustrà se terrore succinxerit, qui 484 septus caritate non fuerit. 485 armis enim arma irritantur.

461 VT EXSPECTAS?] *Non excipis solùm comiter, sed in limine velut obvium te das: aut certe invitas, & vacuum te ostentas.* 462 QUASI PER OTIVM.] *Vulgando te, audiendo, alloquendo, ut solent feriati.* 463 VT ALIAS.] *Ante, sub malis Principibus. Sed quidam libri* non alii & attoniti? *quod magis probo. Id est, non colore vultuque alio, & à prioribus demutantes: ut est facies metus.* 464 TARDITATE.] *Quasi periclitaturi, si tarde veniremus. Ideo Satyricus:* ——— rapta properabat ab olla Pegasus.
Sic explicant: ac mihi rescribi placeat, tarde ad te. *Non, inquit, trepide & cunctanter te adimus: sed hilares & securi, quia libet, & cum libet.* 465 SIBI QUEMQUE.] *Non tua causa, nec ut velut officium præstemus: sed in nostram voluptatem, & ut te fruamur.* 466 SALUTATIONES TUAS.] *Illas sollemnes & matutinas, quas & Principi ferebant. Tacitus:* Cn. Novius, in cœtu salutantium Principem. 467 FUGA ET VASTITAS.] *Quia jussi statim recedere, nec subsistere ibi fas, aut morari.* 468 BELLUA.] *Seneca:* Non, tamquam malum aliquod aut noxium animal è cubili prosilierit, diffugiunt. 469 PROPINQUORUM.] *Nam Flavios Clementem, & Arrentium, patruelis suos*

Digitized by Google

suos occidit. 470 ADMISSIS.] *Ne verbo aut gestu offenderent.* 471 EXCLUSIS.] *Ne jam offendissent.* 472 VISVQVE TERRIBILIS.] *Tacitus* : Cùm tot hominum pallor ibus denotandis sufficeret sævus ille vultus. 473 IRA IN OCVLIS.] *Nihil Suetonius. tantum*, grandibus oculis *fuisse.* 474 ORE IMPVDENTIA.] *Tacitus* : Rubor, quo se contra pudorem muniebat. *Apparebat igitur verecundus, non erat.* 475 SECRETVMQVE.] *Cottidie horarium, ut Suetonius c.* III. *scribit. etsi malè ibi distinctum, quasi* inter initia Principatus *tantùm. Ille verò assidue hoc fecit: & ea verba ad superius Caput ac periodum pertinent, de Tito. Qui legis, attende.* 476 SOLITVDINEM.] *Occidendo, pellendo. nam ad sævitiam exercendam prodibat. Non displiceat, tamen* solicitudinem *legi, apta allusione, & sententia veriore.* 477 PARIETIBVS.] *Quos etiam* Phengite lapide distinxit, ut quidquid à tergo fieret, perviderent, *insidiarum metu* : *Suetonius.* 478 DOLVM SECVM.] *Insidiatores ipsos domesticos, & è cubiculo.* 479 ANGVSTOSQVE.] *Ædificii ratione tales, an custodum frequentiâ?* 480 LONGEQVE TVNC ILLI.] *Latii quidam idiotismus, quo significatur hoc aut illud nil juvare aut prodesse. Nam quæ præsentia, auxilio esse solent: longinqua, frustrà implores. Itaque & Adesse dixerunt, pro juvare & patrocinari. Illa phrasis, in Virgilio* : Longè illa dea mater erit. *In Cæsare* : Longè iis fraternum nomen populi Rom. futurum. *In Floro* : Longè illi triplex murus, totidemque arces. 481 SÆVIQVE SECESSVS.] *Ubi sæva & tristia machinabatur. Tacitus* : Quodque sævæ cogitationis indicium erat, secreto suo satiatus. 482 POSTQVAM EJVS.] *Legendum*, postquam ea: *aut vocula deest*, dominus ejus, *talisve: an placet*, herus *legi*? 483 INEXPVGNABILE.] *Seneca* : Unum est in expugnabile munimentum, amor civium. 484. SEPTVS CARITATE.] *Ex Cicerone, in Antonium* : Caritate & benivolentiâ civium septum oportet esse, non armis. 485 ARMIS ENIM.] *Homerus hoc voluit* :

——— ἕλκει δ' ἅπτ' ἄνδρα σίδηρος :

—— visusque virum trahit ensis.

NVM autem 486 serias tantum partes dierum, in oculis nostris cœtuque, consumis? num 487 remissionibus tuis eadem frequentia eademque illa socialitas, interest? Non tibi semper in medio cibus, semperque mensa communis? non ex convictu nostro mutua voluptas? non 488 provocas reddisque

Digitized by Google

sermones? non ipsum tempus epularum tuarum, cùm 489 frugalitas contrahat, extendit humanitas? Non enim 490 ante medium diem distentus 491 solitaria cœna, spectator 492 adnotatorque convivis tuis 493 immines: nec jejunis & inanibus plenus ipse 494 eructans, non tam apponis quam objicis cibos, quos dedigneris attingere; ægreque perpessus superbam illam convictus simulationem, rursus te ad clandestinam ganeam, occultumque luxum, refers. Ergo non aurum nec 495 argentum nec ex quisita ingenia cœnarum, sed suavitatem tuam jucunditatemque miramur, quibus nulla sarietas adest; quando sincera omnia, & vera, & 496 ornata gravitate. Neque enim aut 497 peregrinæ superstitionis mysteria, aut 498 obscœna petulantia mensis Principis 499 oberrat: sed benigna 500 invitatio, & liberales joci, & 501 studiorum honor. Inde tibi parcus & 502 brevis somnus, nullumque amore nostri angustius tempus, quam quod sine nobis agis.

486 SERIAS TANTUM] *Matutinas, & meridianas: nam posteà exercitiis & curâ corporis se dabant.* 487 REMISSIONIBUS TUIS.] *Dio Cassius, super istis:* Ἀγαπητὸς μὲν πᾶσι, φοβερὸς δὲ μηδενί, πλὴν πολεμίοις. τῷ δὲ ἡσυχῇ, τῷ σπουδαίῳ, ἱερῶν τε καὶ βεβήλων μέτοχος, συμμάχων τε συμμετόχῳ σοφίᾳ, καὶ πολέμῳ: καὶ τέτταρσιν ἀγῶσιν: Amabilis omnibus, nulli, præterquam hostibus formidandus. Venationibus, conviviis, deliberationibus actionibusque amicorum intererat, atque etiam jocis & dicteriis: & sæpe vel quartus vehebatur. *Eutropius planè eadem:* Romæ, & per provincias, æqualem se omnibus exhibens: amicos salutandi causa frequentans, vel ægrotantes, vel cùm festos dies habuissent. Convivia cum iisdem indiscreta vicissim habens: sæpe in vehiculis eorum sedens: nullum Senatorum lædens. *Atque hîc quod de* Vehiculis ait, *consonat & explicat illud Dionis*, quartum vectum *esse, id est, cum pluribus: cesi Principes & magnates soli ferè solerent.* 488 PROVOCAS.] *Suetonius, de Augusto:* Cænam præbebat, ut non nimio sumptu, ita summa comitate. Nam & ad communionem sermonis tacentes, vel submissim fabulantes, provocabat. 489 FRU-

GA-

Digitized by Google

GALITAS. [*Hoc & in epistolis adserit lib.* VI *epist.* XXXI Adhibebamur cottidie cœnæ. erat modica, si Principem cogites, interdum acroamata audiebamus, interdum jucundissimis sermonibus nox ducebatur. *Nota in* noctem ducta, *quod hîc est* Extensa *fuisse.* 490. ANTE MEDIUM.] *Ut Domitianus, de quo Suetonius*: Lavabat de die, prandebatque ad satietatem: ut non temerè super cœnam, præter Matianum malum, & modicâ (*sic lego*) in ampullâ poriunculam sumeret. 491 SOLITARIA.] *Ipsum illud plenum prandium, cœnam appellat: quia ejus loco.* 492 ADNOTATORQUE.] *Quid dicant, edant bibant, innuant.* 493 IMMINES.] *Avidè spectando. Catullus*: Vir tuus, Tyrio in toro, Totus immineat tibi. 494 ERVCTANS.] *Aptius videbatur*, irructans: *quasi in os ejus ructans.* 495 ARGENTUM.] *Ministeriale, sectum & multiplex.* 496 ORNATA.] *Nescio quid subolet vel vitij, vel defectus An fuit*, ornata comi gravitate? 497 PEREGRINÆ.] *Referunt ad* sacerdotes, quos in monte *Albano* instituit. *Sed cur ea* peregrina superstitio? *aut quid ad mensas? Malim accivere Ilaeos, Bellonarios, Gallos matris deûm, qui cum cœtu aut choro domos & convivia solent irrumpere. Juvenalis Sat.* VI. *dicet, & describet. An & de Judæis vis accipi?* 498 OBSCOENA.] *Psaltriarum, cinædorum, puellarum à Gadibus: de quibus scriptores sparsim.* 499 OBERRAT.] *Plinius lib.* IX *ep.* XVII. Quereris tibi tædio fuisse quamvis lautissimam cœnam, quòd currræ, cinædi, mariones mensis inerrabant. 500 INVITATIO.] *Ad loquendum, edendum, an & bibendum? ita, ex ingenio Trajani. Nam* vini cupidiorem fuisse *Dio notat*: *& Spartianus*, Hadrianum vino indulsisse, Trajani moribus obsequentem. *Id maximè facitabat, & quasi sollenniter, post secundam mensam. Lampridius in Alexandro*: Cùm militares amicos habuisset, ut usum Trajani, quem ille post secundam mensam potandi usque ad pocula instituerat, reservaret, unum tantùm poculum exhibebat in honorem Alexandri Magni. *Numerus poculorum deest, & video quosdam legisse*, usque ad pocula III. *qui numerus ex initalibus litteris vocis sequentis. Vinosus igitur aliquantulum Trajanus: sed & viri alii magni, cum excusatione justissima, ad diluendas curas. De quo Seneca in extremo De Tranquill. videndus. Eutropius & cautionem ejus in vino suggerit*: Vinolentiam, quo vitio, ut Nerva, tangebatur, prudentiâ molliverat, curari verans iussa post longiores epulas. 501 STVDIORVM.] *De quibus sermo. Nec enim librum lectum super mensam arbitror*: *etsi id quoque viri magni, & in dignitate, tunc faciebant. Alii comœdum aut lyristen audiebant, jucundo fructu.*

Digitized by Google

fructu. Plinius lib. III. de Spurinnâ: Frequenter comœ dis cœna distinguitur, ut voluptates quoque studiis condiantur. *At Trajani sermones Philosophici fuerunt, aut Pòlitici*: *nec ambigo.* 502 BREVIS SOMNVS.] *Ex Homerico præcepto*:

Οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα:

Dedecus est totam rectorem stertere noctem.

SED cùm rebus tuis ut participes perfruamur, quæ habemus ipsi, quàm propria, quàm nostra sunt? Non enim exturbatis prioribus dominis, 503 omne stagnum, omnem locum, omnem etiam saltum, immensa possessione circumvenis: nec unius oculis 504 flumina, fontes, maria deserviunt. Et quid Cæsar non suum videat? 505 tandemque imperium Principis, quàm patrimonium majus est. multa enim ex patrimonio refert in imperium, quæ priores Principes occupabant, non ut ipsi fruerentur, sed ne quis alius. Ergo in vestigia sedesque nobilium immigrant 506 pares domini, nec jam clarissimorum virorum 507 receptacula habitatore 508 servo teruntur, aut fœda 509 vastitate procumbunt. Datur intueri pulcherrimas ædes, detersò situ, 510 auctas ac vigentes. Magnum hoc tuum non erga homines modò sed erga tecta ipsa meritum, sistere ruinas, solitudinem pellere, ingentia opera, 511 eodem quo exstructa sunt animo, ab interitu vindicare. Muta quidem illa & animâ carentia: sentire tamen & lætari videntur, quod niteant, quod frequententur, quod aliquando cœperint esse 512 donum scientis. Circumfertur, sub nomine Cæsaris, 513 tabula ingens rerum vænalium, 514 quò sit detestanda avaritia 515 illius, qui tam multa concupiscebat: cùm haberet supervacua tam multa. tamen exitialis erat apud Principem, huic laxior domus, illi 516 amœnior villa. Nunc Princeps in hæc eadem dominos 517 quærit, ipse inducit, ipsos illos 518 magni aliquando Imperatoris hortos, illud 519 numquam nisi Cæsaris suburbanum, licemur, emimus, 520 implemus. Tanta benignitas Principis, tanta securitas temporum est, ut ille nos Principa-

libus

Digitized by Google

libus te bus existimet dignos; nos non timeamus quod digni esse videmur. Nec verò emendi tantùm civibus tuis copiam præbes, sed amœnissima quæque largiris & donas. 521 Ita inquam, donas in quæ electus, in quæ adoptatus es: transfers quod judicio accepisti, ac nihil magis tuum credis, quàm quod 522 per amicos habes.

503 OMNE STAGNVM.] *Loquitur de villis priorum Principum, qui ea specie immensum agrorum tractum occupabant.* 504 FLVMINA.] *Quid mirum? cùm tunc opes privatæ ita magnæ, ut flumina haberent in suo orientia & cadentia. Seneca ep.* LXXXIX. Illustrium fluminum per privatum decursus, & amnes magni, magnarumque gentium termini, usque ad ostium a fonte, vestri sunt: *& plura huic rei vix credendæ & admirandæ, quæ subjungit. Ideoque & in* Admirandis *dixi lib.* II. *cap. ult. Non audio, qui hæc ad Neronis domum re ferunt: planissime contra Plinii verba & mentem.* 505 TANDEMQVE IMPERIVM.] *Quasi olim Principum possessiones per totum imperium sparsæ, & illi pæne æquales. Nam errant, qui in alium hæc sensum trahunt. quasi ideo* majus imperium, quia cives dicto audientes sunt. *Nugæ.* 506 PARES DOMINI.] *Item nobiles.* 507 RECEPTACVLA.] *Villæ & prætoria olim illustrium.* 508 SERVO.] *Qui villicus ibi vel Actor fit.* 509 VASTITATE.] *Desolata, nec culta. Sed unde, inquies, tam multa hæc ad Principem? Ex inquis damnationibus, cædibusque nobilium, quorum bona ad fiscum.* 510 AVCTAS.] *Restitutas, nisi cui arridet,* lautas. 511 EODEM.] *Magno, & locorum amante.* 512 DONVM SCIENTIS.] *Libris aliis,* domini non servientis: *id esset quod suprà dixit,* non habitatore servo teruntur. *Ego negationem rejecerim, scribamque,* domini fruentis. 513. TABVLA.] *Villarum fundorumque vænalium, qui Principis fuissent. Nam Nerva jam ante vendiderat (in Dione)* pecuniæ egens, vestes, vasa, suppellectilem, & quidquid non necessarium in Aula esset. *At Trajanus igitur ex ipso patrimonio Principali imminuit: quod immensum creverat.* 514 QUO SIT.] *Odorer hiatum aliquem, sed levem.* 515 ILLIUS.] *Domitiani palàm. male qui ad Neronem trahunt.* 516 AMOENIOR VILLA.] *Simile in Triumvirali proscriptione Appianus notat, &* quemdam conspectu nomine suo in tabula, exclamasse; Heu, villa Albana me perdidit! 517 QUÆRIT.] *Publica venditione.* 518 MAGNI.] *Veteris alicujus Luculli, Pompeii, aut similis.* 519 NVMQVAM NISI.] *Assidue pos-*

Digitized by Google

possessum Cæsaribus. Talia autem multa, nec opus ad unum Albanum *Domitiani confugere.* 520 IMPLEMUS.] *Nostris rebus, servis, nobis ipsis.* 521 ITA INQUAM.] *Fortasse, Ista: tua nempe propria, & in quæ, ut hæres, Nervæ successisti.* 322 PER AMICOS.] *Regis illius nota vox,* Ubi thesauri? amicos *ostendentis.*

IDEM tam parcus in 523 ædificando, quam diligens in tuendo. Itaque non 524 ut antè, immanium transvectione 525 saxorum urbis tecta quatiuntur: stant tecuræ domus, nec jam templa nutantia. Satis est tibi nimiumque, cum succesſeris frugalissimo Principi, magis rejicere aliquid & amputare ex his, quæ Princeps tamquam necessaria reliquit. Præterea pater tuus usibus suis detrahebat, quæ fortuna imperii dederat, 256 tutius quod pater. At quàm magnificus 527 in publicum es? hinc 528 porticus, inde delubra occulta celeritate properantur, ut non 529 consummata, sed tantùm 530 commutata videantur. Hic 531 immensum latus Circi templorum pulchritudinem provocat, digna populo victore gentium sedes, nec minùs ipsa visenda, quàm quæ ex illa 532 spectabuntur. visenda autem, cùm cetera specie, tum quòd æquatus plebis, ac Principis locus. Siquidem per omne spatium una facies, omnia continua & paria, nec magis proprius spectandi Cæsaris 533 suggestus, quàm propria quæ spectet. Licebit ergo civibus tuis invicem contueri, dabitur non 534 cubiculum Principis, sed ipsum Principem cernere, in publico, in populo sedentem: populo, cui locorum 535 quinque millia adjecisti. auxeras enim numerum ejus congiarii facilitate, 536 majoremque in posterum suscipi liberalitatis tuæ fide jusseras.

523 ÆDIFICANDO.] *Privatim scilicet, & in tuos usus, nam publice contrà, ut subdet.* 524 V. ANTE.] *Sub Domitiano, aulam illam Parrhasiam ædificante.* 525 SAXORUM.] *Columnarum, Obeliscorum. Juvenalis Satyrâ* III.

Nam si procubuit qui saxa Ligustica portat
Axis, & eversum fudit super agmina montem,
Quid superest de corporibus?

Seneca

Digitized by Google

Seneca in Epistolis : In hunc usum pinus aut abies deferebatur, longo vehiculorum ordine, vicis intrementibus? 526 TUTIUS QUOD.] *Olim emendavimus & scripto communicavimus cum amico* : tu tuis, quod pater. *Ille detraxit sibi ab imperio relicta; tu magis propriè tua, quæ à patre: id est Nervâ.* 527 IN PUBLICVM.] *Multa enim publicè ædificavit, aut reparavit. Eutropius magnifice de illo*: Orbem terrarum ædificasse. *Victor*: Castra suspectioribus atque opportunis locis exstructa, ponsque Danubio impositus, ac deductæ coloniarum pleræque. Ad hoc, Romæ à Domitiano cœpta fora, atque alia multa, plusquam magnificè coluit ornavitque. *Sed & Dio Cassius*, exstruxisse plurima, & maximè necessaria in vias, portibus, publicis ædificiis. *Exstant hodieque aliqua, inprimis vestigia admirandi illius in Danubio pontis, super humana ingenia atque opes. Item alter egregius in Hispania, quem* Alcantaræ, *vocant, Tago impositus: & plura monumenta veræ laudis. Quam dicteri tamen carpsit & libavit, qui* Herbam parietariam *Trajanum dixit; quòd nomen ubique inscriberet operibus vel novis, vel novatis. Quid mali? faciant alii Principes: faciant, & inscribant.* 528 PORTICUS.] *Quæ, nescio, nec tamen suspicioni Catanei accedo*, Portus *suggerenti. Nam hæc de ipsa urbe.* 529 CONSUMMATA.] *Novâ structione.* 530 COMMUTATA.] *Reparatione.* 531. IMMENSUM.] *Sine immensum, &* longitudine stadiorum trium, *ut Plinius scribit*, latitudine unius. 532 SPECTABUNTUR.] *Circenses sive curules ludi inprimis; sed etiam Gladiatores, Venationes, & omne genus sol t interim hic dari.* 533 SUGGESTUS.] *Editior locus, in quo ipse spectet. Cui honori origo à Julio Cæsare, quem Suetonius notat, inter nimios honores, recepisse* Suggestum in Orchestrâ. *Vide me De Amphitheatro, cap.* XI. 334 CUBICULUM.] *Ubi velut clausus, tutusque ab injuria cæli, sedebat. Popularster Trajanus hoc sprevit, & spectavit ipse, spectatusque est.* 535 QUINQUE MILLIA.] *Hic numerus mihi suspectus, & minutus est. Quid magni, ubi tot millia*, quinque *duntaxat adjecisse? At enim supra dixit*: quinque millia ingenuorum conquisita. *Ita, sed ad alendum (quod aliud valdè est) non ad spectandum. Denique illi* ingenui; *spectant verò & libertini. Moveor etiam, quod in Plinio legam*; Circum à Cæsare Dictatore structum, ad sedem CCLX. millium. *Ac posteà, in Victore*, cepisse *scribitur* loca CCCLXXXV. milia: *sive ut verius in Notitia Imperii, & integris vocibus perscriptum*, quadringenta octoginta quinque. *Igitur post Cæsarem, largiter jam ei adjectum, & pœ-*

Digitized by Google

& pæne duplum. Ac fateor alios Principes potuisse augere, sed publica testimonia inclinant eximium aliquid Trajanum patrasse. Basis Romæ exstat huic inscripta: TRIBUS XXXV. QUOD. LIBERALITATE. OPTIMI. PRINCIPIS. COMMODA. EARVM. ETIAM. LOCORVM. ADIECTIONE. AMPLIATA. SINT. *Etsi ea posita in Consulatu ejus* V. *diutule post ipsum factum: dum decernitur, dum paratur statua, ut solet. In Dionis etiam compendio:* Οὕτω γὰρ καὶ μεγαλόφρων καὶ μεγαλογνώμων ἦν, ὥστε καὶ τῷ ἱστοριῶν ἐπιγράψαι, ὅτι ἐξαρκοῦντα αὐτὸν τῆς τῶν Ῥωμαίων δήμου ἐποίησεν, ἐπειδὴ ἀμφιθέατρά τε καὶ μείζω καὶ κάλλιστον ἐξειργάσατο; Adeò autem & magni animi & conceptus erat, ut Circo inscripserit, Quòd capacem populi Romani struxisset: quia scilicet corruptum, & majorem, & elegantiorem fecerat. *Ex his, talibusque inclino legere:* quinquaginta millium, *aut ultrà, siquis φιλορωμαῖος velit. Ad hanc autem Circi reparationem Suetonii illa spectant, Domitiani cap.* v. Fecit Odeum, & Naumachiam, è cujus posteà lapide maximus Circus, deustis utrimque lateribus, exstructus est. *Posteà, nempe à Trajano.* 536 MAJOREMQVE.] *Ergo non ad solum illud augmentum* quinque millium *amplitudo accommodata.*

Romanorum manes.

HORUM unum si præstitisset alius, illi jamdudum 537 radiatum caput, 538 & media inter deos 539 sedes, auro staret, aut ebore, augustioribusque aris, & 540 grandioribus victimis, invocaretur. Tu delubra non nisi 541 adoraturus intras, tibi maximus honor 542 excubare pro templis, postibusque 543 prætexi. Sic fit ut 544 dei summum inter homines fastigium serves, cùm deorum ipse non adeptus. Itaque tuam statuam in vestibulo Jovis optimi maximi unam alteramve, & hanc æream cernimus: at paullò antè aditus omnes, 545 omnes gradus, totoque area, 546 hinc auro, hinc argento relucebat, seu potiùs polluebatur: cùm 547 incesti Principis statuis permixta deorum simulachra 548 forderent. Ergo istæ quidem æreæ & paucæ manent, manebuntque quamdiu templum ipsum: illæ autem aureæ & 549 innumerabiles, 550 strage & ruina, publico gaudio litaverunt. Juvabat illidere solo superbissimos vultus, instare

Digitized by Google

ſtare ferro, ſævire 551 ſecuribus, ut ſi ſingulos ictus ſanguis dolorque ſequeretur. Nemo tam temperans gaudii 552 ſeræque lætitiæ, quin inſtar ultionis videretur, cernere laceros artus, truncata membra, poſtremò 553 truces horrendaſque imagines 554 abjectas excoctaſque flammis: ut ex illo terrore & minis, in uſum hominum ac voluptates, ignibus mutarentur. 555 Simili reverentia Cæſar, non apud 556 Genium tuum bonitati tuæ gratias agi, ſed 557 apud numen Jovis optivi maximi pateris: illi debere nos quidquid debeamus, illius quod benè facias 558 muneris eſſe, qui te dedit. Antè quidem ingentes hoſtiarum greges per 559 Capitolinum iter, magna ſui parte velut 560 intercepti, 561 divertere via cogebantur: cùm ſæviſſimi domini atrociſſima effigies, tanto victimarum cruore coleretur, quantum ipſe humani ſanguinis profundebat.

537 RADIATUM.] *Qui habitus Deorum, aut Divorum.* Lucanus:

Fulminibus manes, radiis ornabit, & aſtris.

Nam hæc inſignia Principibus conſecratis appoſita, ut Nummi etiam docent. 538 ET MEDIA.] *Honoris cauſſa, vel mixtus Diis, vel etiam inter duos medius. Ut Caligula* inter fratres Deos (*Caſtores*) medium ſe adorandum adeuntibus exhibuit. 539 SEDES.] *Nam Jupiter, & iſti majorum gentium, ſedentes ſæpe pingebantur.* 540 GRANDIORIBUS. *Nam Hoſtiæ duplices, Majores Minoreſque: atque illæ diis majoribus.* 541 ADORATURUS.] *Non adorandus ibi in ſtatuâ.* 542 EXCUBARE.] *Cum vice cuſtodis aut ſatellitis, ſtatuæ tuæ ponuntur in veſtibulis templorum; at non in ipſis.* 543 PRÆTEXI] *Apponi, vel opponi januarum poſtibus: quod decorè ſolet.* 544 DEI SUMMUM.] *Sententia eſt, ita efficitur, ut dii colantur, ut decet ab hominibus, ſummumque ſibi honorem vindicent: quia ipſe non te iis miſces, & ſacros ſanctoſque profanas. Hæc, inquam è verbis iſtis ſententia. ſed quæ ego leviter refingam:* ſerves, cum Deorum ipſe non adoptes. *Eo ipſo quod fugis Deus haberi, pro Deo te habemus, aut certe, vices ejus in terris gerente. Tertullianus pro hac ſententia ad Scapulam:* Sic enim omnibus major eſt (*Imperator*) dum ſolo vero Deo minor eſt. *Idem in Apologetico:* Ideò Imperator magnus eſt, quia cœlo minor eſt. *Pulchrè etiam Athenienſes, inter monoſticha, quæ adventanti Pompeio gratabundi ſcripſerant.*

Digitized by Google

Ἐφ' ὅσον ἐν ἀνθρώποις εἶδος, ἐπὶ πᾶσιν εἶ θεός:

Quatenus te censes hominem, eatenus nobis es Deus.

545 OMNES GRADVS.] *Hu atque centum gradibus adibatur.* 546 HINC AVRO.] *Suetonius, Domitiano*: Statuas sibi in Capitolio, non nisi aureas & argenteas, poni permisit: easque ponderis certi, *ut ne parvas scilicet, tam magno Deo. Eutropius idem.* 547 INCESTI.] *Julia, Titi fratris filia, compressa, & quam uxorem habebat.* 548 SORDERENT.] *Aliquid faciat pro lectione vulgata suprà*, Dei summum inter homines fastigium servent: *sed leviter & aliquid.* 549 INNVMERABILES.] *Nec enim in urbe tantùm*, sed totus orbis, *ait Dio*, statuis ejus post victos, ut ajebat, Dacos impletus est. 550 STRAGE ET RVINA.] *Initio à Senatu ipso facto, qui* audita morte ejus (*Suetonius*) adeò lætatus est, ut scalas etiam inferri, clypeosque & imagines ejus coram detrahi, & ibidem solo adfligi juberet. *Dio hoc amplius in Nerva*: Μισῶν δὲ ὁ Δομετιανὸς αἰ εἰκόνες αὐτοῦ, πολλαὶ μὲν ἀργυραῖ, πολλαὶ δὲ καὶ χρυσαῖ ὅσαι συνεχωνεύθησαν, καὶ ἐξ αὐτῶν μεγάλα χρήματα συνελέγη: Odio Domitiani, statuæ ejus multæ argenteæ, multæ & aureæ conflatæ sunt, atque ingens pecunia ex iis facta. 551 SECVRIBVS.] *Ita statuas frangebant. Juvenalis*:

— rotas bigarum impacta securis
Cædit, & immeritis franguntur crura caballis.

552 SERÆQVE LÆT.] *Quæ etsi serò, & diu optata, tamen venit.* 553 TRVCES.] *An quia* superbia in vultu, ira in oculis. *ut prædixit? an & in habitum militarem ac minantem, ut triumphales illæ, formatæ?* 554 ABJECTAS.] *Sive*, objectas 555 SIMILI REVERENTIA.] *Illi, quâ stare inter deos recusas.* 556 GENIVM.] *Singulis hominibus Genium assignavit antiquitas: atque is majus & sanctius aliquid ipso homine. Itaque vulgò*, per Genium alicujus *solent orare, obtestari, jurare. Sed quanto magis Principis? quibus etiam modestis, passim statuæ, aræ, templa, cum inscriptione* GENIO CÆSARIS: *quod lapidis nummique docent, & Suetonius in Aug cap.* LX. *Hunc ergo colebant, si non ipsum Principem: & Caligula* quosdam interfecit (*apud Suetonium*) quod numquam per Genium ejus dejerassent. *Minutius Felix*: Cæsarum numen invocant, ad imagines supplicant, Genium, hoc est dæmonem, implorant: & est eis tutius per Jovis Genium pejerare, quam regis. *Adde Tertullianum Apolog. cap.* XXVIII. APVD NVMEN.] *In Capitolio.* 557 MVNERIS.] *Pii, sicut Homerus Odyss. ν.*

Ζεὺς δ' ὀπίτηλον ἄνδρα σόον θ' ἑτάροισιν ἐόντα
Οἴκαδε καὶ κτῆσιν ἐφίλατο:

Virtu-

Digitized by Google

Virtutem Deus in nobis auget minuitque,
Vt voluit.

559 CAPITOLINUM ITER.] *Cùm per forum in Capitolium irent.* 560 INTERCEPTI.] *Abducti, priusquam venirent quò destinati erant.* 561 DIVERTERE] *Deflectere quò? sive ad Domitiani statuam, quæ in foro equestri stabat; Statio curiosè descripta: sive etiam ad alias.*

OMNIA P. C. quæ de aliis Principibus à me aut dicuntur, aut dicta sunt, eò pertinent, ut ostendam, quàm longâ consuetudine corruptos depravatosque mores Principatus parens noster reformet & corrigat, alioquin nihil non parùm gratè sine 562 comparatione laudatur. Præterea hoc primum erga optimum Imperatorem piorum civium officium, insequi dissimileis. neq; enim satis amarint bonos Principes, qui malos satis non oderint. Adjice, quòd Imperatoris nostri non aliúd amplius ac diffusius meritum est, quàm quod insectari malos Principes tutum est. An excidit 563 dolori nostri modò vindicatus 564 Nero? permitteret credo famam, vitamq; ejus carpi, qui mortem ulciscebatur: nec ut in se dicta interpretaretur, quæ de simillimo dicerentur. Quare 565 ego te Cæsar muneribus omnibus tuis, omnibus comparo, multis antepono, quòd licet nobis & in præteritum de malis Imperatoribus quotidie vindicari, & futuros sub exemplo præmonere, nullum locum, nullum esse tempus, quo funestorum Principum manes à posterorum execrationibus conquiescant. Quo constantius P. C. & dolores nostros & gaudia 566 perferamus, ingemiscamus illis quæ patiebamur. Simul utrumque faciendum est, sub bono Principe. Hoc secreta nostra, hoc sermones, hoc ipsæ gratiarum actiones agant, meminerintque sic maximè laudari incolumem Imperatorem, si priores secùs meriti, reprehendantur. Nam cùm de malo Principe posteri tacent, manifestum est eadem facere præsentem.

563 COMPARATIONE.) *Quæ, ut Fabius in hæc ipsa re laudationum ait*, duplicat materiam, & virtutum

Digitized by Google

vitiorumque non tantùm naturam, ſed etiam modum tractat. 563 DOLORI.] *Dolentibus nobis. quid ſi tamen dolore ſcribas? eſſet, cum dolore noſtro vindicatus.* 564 NERO.] *Nam Domitianus Epaphroditum occidit, adjutorem illi in adipiſcenda nocte. Adi Suetonium cap.* XIV. *Domitiani.* 565 EGO TE.] *Illud*, te, *mihi ſuperfluit: & eſtne è notis natum* Tr? *quod interpretêre*, Trajane. 566 PERFERAMUS.] *An*, proferamus?

ET quis jam locus miſeræ adulationis manebat, cùm laudes 567 Imperatorum ludis etiam & 568 comeſſationibus celebrarentur, 569 ſaltarenturq;, atque in omne ludibrium 570 effæminatis vocibus, modis, geſtibus, frangerentur? Sed illud indignum, quod eodem tempore in Senatu & in ſcænâ, ab hiſtrione & 571 à Conſule, laudabantur. Tu procul à tui cultu ludicras artes removiſti. Seria ergo te carmina, honorque 572 æternus Annalium, non hæc 573 brevis & 574 pudenda prædicatio colit: quin etiam tanto mojore conſenſu in venerationem tui 575 theatra ipſa 576 conſurgent, quanto magis de te ſcænæ ſilebunt. Sed quid ego iſtud admiror, cùm eos quoque honores, qui tibi 577 à nobis offeruntur, aut 578 delibare parciſſimè, aut omnino ſoleas recuſare? Nihil antè tam vulgare, tã parvum in Senatu agebatur, ut non laudibus Principum immorarentur, quibuſcumq; cenſendi 579 neceſſitas accidiſſet. De 580 ampliando numero gladiatorum, aut inſtituendo collegio 581 fabrorum conſulebamur, & quaſi prolatis imperii finibus, nunc ingentes 582 arcus, 583 exceſſuroſque templorum faſtigium titulos, nunc 584 menſes etiam, nec hos ſingulos, nomini Cæſarum dicabamus. patiebantur illi, & quaſi meruiſſent, lætabantur. At nunc quis noſtrûm, tamquam oblitus ejus de quo refertur, cenſendi officium Principis honore conſumit? 585 Tuæ moderationis hæc laus, 586 conſtantia noſtra; & tibi obſequimur, quòd in curiam non ad certamem adulationum, ſed ad uſum munuſque 587 juſtitiæ convenimus, hanc ſimplicitati tuæ, 588 veritatique gratiam relaturi, ut te quæ vis vellequæ non vis nolle credamus. Incipimus

Digitized by Google

cipimus inde, desinimus ibi, à quo incipi, in quo desini, sub alio Principe 589 non posset. Nam pleroſque ex decretis honoribus & 590 alii non receperunt, nemo antè 591 tantus fuit, ut crederetur 592 noluisse decerni. Quod ego titulis omnibus speciosius reor, quando non 593 trabibus, aut saxis nomen tuum, sed 594 monumentis æternæ laudis inciditur. Ibit in sæcula, fuisse Principem, cui 595 florenti & 596 incolumi, numquam nisi modici honores; sæpius, nulli decernerentur. Et sanè si velimus cum priorum temporum necessitate 597 certare, 598 vincemur: 599 ingeniosior est enim ad excogitandum simulatio veritate, servitus libertate, metus amore. Si mul cùm 600 jampridem novitas omnis adulatione onsumpta sit, non alius erga te novus honor supereſt, quàm si aliquando de te 601 tacere audeamus.

567 IMPERATORVM.] *Neronis & Domitiani. Tamen de uno isto hîc agi, verius est: atque ita singularie*, Imperatoris, *scribendum.* 568 COMESSATIONIBVS.] *Olim monui* commissionibus *legi posse. Nam eo nomine ludi, & ubicumque certamen de palma. Tamen posse, non debere, nam* Comessationes *retinere licet & tueri, quia comœdi, citharœdi, & id genus in mensa etiam dabatur. Et quidni carmina ibi in laudem Principis, cui hæc placerent?* 569 SALTARENTVR.] *A Pantomimis.* 570 EFFÆMINATIS.] *Sunt sane, & quidquid ad histriones, quos ideo* molles vios *Livius alibi appellat.* 571 A CONSVLE.] *Ipsa Gratiarum follenni actione, qualem Plinius nunc habet.* 572 ÆTERNVS.] *Ita est, scitote hoc Principes. Quos Annalium ille honor honestavit, jam ab orbe condito honesti sunt, & ad desinentem erunt.* 573 BREVIS.] *Quæ cum voce & plausu perit. Et tamen talem, sunt qui hodie etiam (ô veræ famæ imperitia!) præmagna & diuturna petant.* 574 PVDENDA.] *Ab illis propudiis.* 575 THEATRA.] *Theatrici spectatores.* 576 CONSVRGENT.] *De more. Tacitus, aut Fabius in Dialogo*: Populus, auditis in theatro Virgilii versibus surrexit universus, & fortè præsentem spectantemque Virgilium veneratus est, sic quasi Augustum. *Nota, honor inquam iste (illo ævo) ferè Principum, ideoque Augustus, Caio & Lucio,* adhuc prætextatis, assurrectum ab universis in theatro, & à stantibus plausum, gravissim è questus est: *quia juvenes*

Digitized by Google

venes, & quia nimius bonos. 577 ANOBIS.] *Senatcribus decreto vel acclamatione.* 578 DELIBARE.] *Quosdam ex iis decerpere.* 579 NECESSITAS.] *Quos ordo primo loco sententiam dicere juberet. nam alii manu, aut pedibus assentiebantur.* 580 AMPLIANDO.] *Ut plures habere & dare liceret, quam Senatusconsultis ante cautum. Nam Principes, coercendo luxui & sævitiæ, certo numero paria includerant, & ipsas editiones. Vide me Saturnalium* I. *cap.* XII. 581 FABRORUM.] *Jam olim hæc collegia & corpora artificum: sed sæpe abolita, & restituta. Tale sub Domitiano fortasse; aut novum aliquod etiam adjectum. Nam plura erant, cognominibus distincta: ut Fabri* Ferrarii, Argentarii, Automatarii, Tignarii, *in lapidibus priscis reperiendi.* 582 ARCVS.] *Fornices triumphales, quos per omnes regiones urbis sibi struxit. Suetonius Domit. cap.* XIII. 583 EXCESSVROSQVE.] *Altitudine super ipsa templa. Nam hoc est, quod* ingentes *præmisit: & in Suetonio*, arcus tantos ac tot struxit: *tantos, ad magnitudinem. Describitur unus talis Martiali, lib.* VIII. *epig.* LXV. 584 MENSES.] *Duos*, Septembrem & Octobrem, *à se transnominavit* Germanicum & Domitianum: *Suetonius, cap.* XIII. *Martialis*:

Dum Jaeus hiemes, Domitianus autumnos,
Augustus annis accommodabit æstates,
Dum grande famuli nomen asseret Rheni
Germanicarum magna lux Kalendarum.

Adde Macrobium I. *Saturn. cap.* XII. 585 TVÆ MODERAT.] *Quam & in Theodosio Pacatus laudat:* Non enim jam coacta laudatio, & expressæ metu voces, periculum silentii redimunt. Fuerit abieritque illa tristis facundiæ ancillantis necessitas, cùm trucem dominum, auras omnes plausuum publicorum captantem, mendax assentatio titillabat. 586 CONSTANTIA.] *Id est, quod nos constantes simus, tuæ præcognitæ modestiæ debetur. Nisi hoc esses, iremus (ut olim) in laudes. Quidam tamen libri*, constantiæ nostræ, *ex quo aliquis, negatione addita*, non constantiæ, *fortasse legerit. Tuæ, inquit, modestiæ hæc laus est, qui renuis: non nostræ constantiæ aut gravitatis, qui & ante fecimus, & faciamus, nisi nolles.* 587 JUSTITIÆ.] *Ut justa illic decreta, & usui publico, faciamus.* 588 VERITATIQUE.] *Toti huic rei Epigramma Martialis, lib.* X.

Frustrà blanditiæ venitis ad me,
Attritis miserabiles labellis.
Dicturus Dominum Deumque non sum,
Jam non est locus hac in urbe vobis.
Non est hic Dominus, sed Imperator,

Sed

Sed justissimus omnium Senator,
Per quem de Stygia domo reducta est
Siccis rustica veritas capillis.

589 NON POSSET.] *Quia semper aliquid, extra ordinem, ad honores eorum in sententiâ addendum: vel in fine quam vel in capite.* 590 ALII.] *Tiberius, Claudianus, Vespasianus: in Tranquillo.* 591 TANTUS.] *Tam magni animi, firmique.* 592 NOLUISSE.] *Ut non putarent saltem delectari eum & titillari oblatione.* 593 TRABIBUS AUT.] *Aedificiis, quæ trabibus saxisque constant. Possit & divisim capi, de Tabulis & Lapidibus, in quibus etiam tituli incisi: etsi tabulæ istæ magis æreæ.* 594 MONUMENTIS.] *Annalibus, & libris.* 595 FLORENTI.] *Gratia & fortuna.* 596 INCOLUMI.] *Vivo nam mortuos neglegere, facile & tutum est.* 597 CERTARE.] *Titulis & laudibus.* 598 VINCEMUR.] *Nam ut Seneca epist.* XLV. adulatio amicitiam non imitatur tantum, sed vincit & præterit. 599 INGENIOSIOR.] *Vera causa. qui simulant, magis connituntur & ingenium intendunt. Ideò delectant nos simulata ira, tristitia, & similia quæ tamen inrespectata, angunt. Vide Plutarchum Quæst. Convival.* v. cap. 1. 600. JAMPRIDEM.] *Tot novis Principibus, novisque honoribus.* 601 TACERE.] *Pacatus de Theodosio:* Quam promptum laudare Principem, tam tutum silvisse de Principe:

AGE, siquando pietas nostra silentium rupit, & 602 verecundiam tuam vicit, quæ qualiaque decernimus nos, tu non recusas? ut appareat, non superbiâ & fastidio te ampliſſimos honores repudiare, qui minores non dedigneris. Pulchrius hoc Cæsar, quàm si recusares omnes. nam recusare omnes, 603 ambitionis; moderationis est, eligere parcissimos. Quo temperamento & 604 nobis & 605 ærario prodes: quod sumptibus ejus adhibes modum, ut qui exhaustum non sis innocentium bonis repleturus. Stant igitur effigies tuæ, quales olim ob egregia in Remp. merita privatis dicabantur: visuntur eadem è 606 materiâ Cæsaris statuæ, qua 607 Brutorum, qua 608 Camillorum. Nec discrepat caussa. illi enim reges hostemque victorem mœnibus depulerunt: hic 609 regnum ipsum, quæqve alia 610 captivitas gignit, arcet, ac submovet: sedemquei obtinet Principis, ne sit domino locus. Ac mihi intu-

Digitized by Google

intuenti sapientiâ tuam minus mirum videtur, quòd mortales istos caducosque titulos, aut 611 deprecaris, aut 612 temperes. Scis enim 613 ubi vera Principis, ubi sempiterna sit gloria: ubi sint honores, in quos nihil flammis, nihil senectuti, nihil 614 successoribus liceat. Arcus enim & statuas, aras etiam templaque, 615 demolitur & obscurat oblivio, negligit 616 carpitque posteritas: contrà contemptor ambitionis, & infinitæ potestatis domitor ac frænator animus ipsâ vetustate floreſcit, nec ab ullis magis laudatur, quàm quibus minimè 617 necesse est. 618 Non ergo perpetua Principi fama, quæ invitum manet: sed bona concupiscenda ea. ea porrò non 619 imaginibus & statuis, sed virtute ac meritis prorogatur. Quin etiam leviora hæc, formam Principis figuramque, non aurum meliùs, vel argentum, quàm favor hominum 620 exprimat, teneatque: quod quidem prolixè tibi cumulatéque contingit, cujus lætissima facies, & amabilis vultus in omnium civium ore, oculis, animo sedet.

602 VERECVNDIAM.] *Quæ dedignatur laudes, præsertim nimias. Euripides:*

Ἀνὴρ ἀγαθὸς, τέκνον, τυὰ
Μισοῦσι τοὺς αἰεὶ ἔπαινον ἄγαν.

Laudari enim viri boni, quodammodò
Laudantem odio habent, laudet ille si nimis.

603 AMBITIONIS.) *Præposterè, & quæ fugâ famæ, famam captat.* 604 NOBIS.) *Vel quia veros esse pateris liberosque; vel quia non periclitamur accusari aut confiscari.* 605 ÆRARIO.] *Quia è publico statuæ, arcus, & talia.* 606 MATERIA.] *Non auro aut argento, sed ære.* 607 BRVTORVM.] *M. Junius Brutus qui reges ejecit, inter illos medios positus in Capitolio fuit, dextrâ gladium tenens. Plutarchus in Bruto.* 608 CAMILLORVM.] *Camilli, qui Gallos Româ expulit,* statua sine tunicâ in Rostris. *Plinius.* 609 REGNVM.] *Ut Brutus.* 610 CAPTIVITAS.] *Quam Camillus depulit.* 611 DEPRECÆRIS.] *Prece amoliaris.* 612. TEMPERET.] *Modicos recipiendo.* 613 VBI.] *In animis hominum, in monumentis & prædicatione posterorum.* 614 SUCCESSORIBVS.] *Nam & alii Principes aliorum honores aut tollunt, aut minuunt.* 615 DEMOLITVR ET.] *Improprie nec rectè*

Obli-

Digitized by Google

Oblivio *dicatur* demoliri. *Tabescere patitur, & ignorantiâ sepeliri. Itaque legam, & membrum expleam*: demolitur ætas, obscurat oblivio. 616 CARPITQVE.] *Si non meriti.* 617 NECESSE.] *Alius Panegyristes imitatur*: Neminem magis laudari Imperatorem decet, quàm quem minùs necesse est. 618 PERPETVA.] *Nam eunt statim in Annales, & capita hæc mundi, mundo ostenduntur.* 619 IMAGINIBVS.] *In clypeis, ex auro, argento, ære: quos solent celeberrimis locis suspendere.* 620 EXPRIMAT.] *In alio Panegyrico*: Hic vultus universorum pectoribus infixus est, nec commendatione ceræ aut pigmentorum fucis renitet, sed desiderio efflorescit animorum.

ADNOTASSE vos credo P. C. jamdudum mc 621 non eligere quæ referam: propositum est enim mihi 622 Principem laudare, non Principis facta, nam laudabilia multa etiam mali faciunt; ipse laudari, nisi 623 optimus, non potest. Quare non alia major, Imperator Auguste, gloria tua, quàm quod agentibus tibi gratias nihil velandum est, nihil omittendum est. Quid est enim in Principatu tuo, quod cujusquam prædicatio vel transilire, vel prætervehi debeat? quod momentum, quod imò temporis punctum, aut 624 beneficio sterile, aut vacuum laude? non omnia ejusmodi, ut is optimè te laudasse videatur, qui narraverit fidelissime? Quò fit, ut prope in immensum diffundatur oratio mea: & nec dum 625 de biennio loquor. Quàm multa dixi de moderatione, & quanto plura adhuc restant? ut illud, quod 626 secundum Consulatum recepisti, quia Princeps & pater deferebat, at postquam ad te imperii summam, & cum omnium rerum, tum etiam 627 tui potestatem dii transtulerint; tertium Consulatum recusasti, 628 cum agere tam bonum Consulem posses. Magnum est differre honorem: gloriam majus. 629 Gestum Consulatum mirer, an non receptum? Gestus non in hoc urbis otio, & intimo sinu pacis: sed juxta 630 barbaras gentes, ut 631 illi solebant, quibus erat moris, 632 paludamento mutare prætextam, ignotasque terras victoriâ sequi. Pulchrum imperio, glorioſum

Digitized by Google

tibi, cum te socii atque amici, 633 sua in patria suis in sedibus adierunt. Decora facies Consulis. multa 634 post sæcula 635 tribunal viridi 636 cespite exstructum, nec 637 fascium tantùm, sed 638 pilorum 639 signorumque, 640 honore circumdatum, Augebant majestatem præsidentis, diversi postulantium 641 habitus, ac dissonæ 642 voces, raraque sine 643 interprete oratio. Magnificum est civibus jura; quid 644 hostibus reddere? speciosum certam fori 645 partem; quid immanes campos sella Curuli, victoriisque 646 vestigio, premere? imminere minacibus 647 ripis tutum quietumque; quid spernere barbaros fremitus, hostilemque terrorem, non armorum magis, quam 648 togarum ostentatione, compescere? Itaque non te apud 649 imagines, sed ipsum præsentem audientemque consalutabant Imperatorem: 650 nomenque, quod alii domitis hostibus, tu 651 contemptis merebare.

621 NON ELIGERE.] *Cùm omnia laudanda sint in nostro.* 622 PRINCIPEM.] *Ipsum hominem, undique bonum.* 623 OPTIMVS.] *Adspicit ad cognomen Trajani.* 624 BENEFICIO STERILE.] *Quæ præcipua laus, & materies virtutis, in Principe. Titi illud inmotuit, recordati se nihil eo die benigne feciſſe,* Amici, diem perdidi: *Trajani quæ non major gloria, nec momentum vacuum à beneficio habentis? Ausonius hunc locum æmulatus est, de Gratiano:* Neque verò unum aliquod bonum uno die præstas, sed indulgentias sæculares, per singula horarum momenta multiplicas. 625 DE BIENNIO.] *Tempus vel hinc liquet Consulatus Plinii, & dictæ orationis.* 626 SECVNDVM.] *Nam primum Consulatum sub Domitiano gessit, collega M. Acilio Glabrione, anno urbis* DCCCXLIII. *& hunc secundum, adoptatus à Nerva,* DCCCL. *Itaque bene Tacitus, De Moribus Germanorum:* Cimbrorum arma audita sunt, Cæcilio Metello, ac Papirio Carbone Coss. Ex quo si ad alterum Imp. Trajani Consulatum computemus, ducenti fermè & decem anni colliguntur. *Nam illi Consules, anno urbis* DCXL. 627 TVI POTESTATEM.] *Qui jam sub patre & Principe Nerva non esset.* 628 CVM AGERES.] *Melius (me judice) hæc cum sequenti periodo continuari*: recusasti. Cum agere tam bonum Consulem posses, magnum est. *Nam hoc laudat. jam experimen-*

Digitized by Google

mercium tui ceperas & dederas, in duplici Consulatu: ium ergo sic prospe, aut supra spem fuerit, quid reuuis tertium, parata nova segete gloriæ? 629 GESTUM.] *Secundum.* 630 BARBARAS.] *Germanas.* 631 ILLI.] *Veteres Consules.* 632 PALUDAMENTO.] *Qui prætextam Consularem ponebant, & votis nuncupatis, paludati proficiscebantur ad bellum.* Paludamentum *autem, chlamys (in statuis nummisque Imperatorum apparet) ab humeris dependens, colore cocci, id est sanguinis bellique nota. Ego de Militia, lib. II. Dial. ultimo.* 633 SUA IN PATRIA.] *In finibus Germaniæ, intellegit Ubios, Batavos, & limitaneas eas gentes, quæ sociæ potiùs, quàm subditæ erant: aut dubiæ adhuc fidei.* 634 POST SÆCULA.] *Vix in Principatu visum.* 635 TRIBUNAL.] *In quo Consul sederet, jus diceret, querelas audiret aut preces.* 636 CESPITE.] *Planè pro more prisco. Nec enim è lapide aut ligno suggestum hunc in castris struebant, sed militari & rudi opere, è terra. Notavi & firmavi satis, ad Taciti Annalem* I. *verbis,* Simul aggerunt cespites, constituunt tribunal. 637 FASCIVM.] *Ut in pace, cùm lictores apparitores sq; tantùm circumstabant.* 638 PILORVM.] *Hastarum. Claudianus:*

Dictis antè tamen Princeps confirmat ituros,
Aggere conspicuus. stat circumfusa juventus,
Nixa hastis, pronasque ferox accommodat aures.

639 SIGNORVMQVE.] *Ammianus:* Tribunal insistens, signisque ambitus & aquilis. *Nummi sæpè hoc exprimunt, cum verbo,* ALLOCVTIO. 640 HONORE.] *Vellem,* horrore. 641 HABITVS.] *In veste varia.* 642 VOCES.] *In lingua varia.* 643 INTERPRETE.] *Qui Latinè explicaret.* 644 HOSTIBVS.] *Qui fuissent, & recenter tui metu compositi ad obsequium essent.* 645 PARTEM.] *Alii libri,* pacem. *Ego cùm verba video,* partem *veriùs pronunciabo. Nam exiguâ fori parte jus dicere, confert cum magnis vastisque illis campis; qui pro foro. Si* pacem *tamen vis: tum sententia, Pulchrum est in toga Romæ, & togatis jus dicere: quid inter ipsa arma, & hostes?* 646 VESTIGIO.] *Pede tuo, victoris.* 647 RIPIS.] *Rheni, vel Danubii.* 648 TOGARVM.] *Quas in jurisdictione sumebant, saltem advocati, caussidici, & id genus. Florus, de Germanis, quibus Quinctilius Varus jus dicere tentabat:* At illi, ut primum togas, & sæviora armis jura viderunt. 649 IMAGINES.] *Nam Principum imagines in signis, & effigies etiam in castris. Atque ad eas exteri ducebantur, & obsequii signum, venerabantur vel adorabant. Tacitus* XV. *Annal.* Medio Tribunal, & tri-

Digitized by Google

& tribunal effigiem Neronis sustinebat, ad quam progressus Teridates, cæsis de more victimis sublatum capite diadema imagini subjecit. *Itaque nota, velut præsentem Imperatorem, in tribunali cultum per imaginem fuisse.* 650 NOMENQVE.] *Imperatorium.* 651 CONTEMPTIS.] *Vincere enim poteras, noluisti.*

HÆc laus 652 acti Consulatus; illa 653 dilati, quòd adhuc 654 initio Principatus, 655 jam excusatus honoribus & expletus, Consulatum recusasti: quem novi Imperatores 656 destinatum aliis, in se transferebant. 657 Fuit etiam, qui in Principatus sui fine, Consulatum quem dederat, ipse magna ex parte jam gestum, extorqueret & raperet. Hoc ergo honore, quem & incipientes Principes, & desinentes adeò concupiscunt, ut auferant; tu otioso ac vacante, privatis cessisti. Invidiosusne erat, aut tibi tertius Consulatus, aut Principi primus? nam secundum Imperator quidem, sub Imperatore tamen inisti: nihilque 658 imputari in eo vel honori potest, vel 659 exemplo, nisi obsequium. Ita verò, quæ civitas quinquies atque etiam sexies Consules vidit, 660 non illos qui exspirante jam libertate per vim ac tumultum creabantur, sed quibus sepositis & absentibus, 661 in rura sua Consulatus ferebantur; in hac civitate tertium Consulatum Princeps generis humani, ut prægravem, recusasti? Tantone 662 Papiriis etiam & Quintiis moderatior, Augustus, & Cæsar, & Pater patriæ? At illos Resp. ciebat. quid te non eadem Resp.? non Senatus, non Consulatus ipse? qui sibi 663 tuis humeris attolli, & augescere videtur. Non te ad exemplar 664 ejus voco, qui continuis Consulatibus fecerat 665 longum quemdam, & sine discrimine annum: 666 his te confero, quos certum est, quoties Consules fuerunt, 667 non sibi præstitisse. Erat in Senatu 667 ter Consul, eum tu tertium Consulatum recusabas. 699 Onerosum nescio quid verecundiæ tuæ consensus noster indixerat, ut Princeps toiens Consul esses, quotiens Se-

t nator

Digitized by Google

nator tuus. nimia modestia istud, 670 etiam privatus, recusasses. An Consularis viri triumphalisque filius, cum tertiò Consul creatur, ascendit? non debitum hoc illi? non vel sola generis claritate promeritum? Contigit ergo 671 privatis 672 aperire annum, 673 Fastosque referare: & hoc quoque redditæ libertatis indicium fuit, quod Consul alius quam Cæsar esset. Sic exactis regibus cœpit liber annus: sic olim servitus pulsa, privata Fastis nomina induxit. Miseros ambitionis, qui ita Consules semper, ut semper Principes erant! quamquam non ambitio magis, quàm 674 livor & malignitas videri potest, omnes annos possidere, summumque illud 675 purpuræ decus, non nisi 676 præcerptum præfloratumque transmittere. Tuam verò magnanimitatem, an modestiam, an benignitatem prius mirer? Magnanimitas fuit, expetito semper honore abstinere; modestia, cedere, benignitas, 677 per alios frui.

652 ACTI.] *Secundi.* 653 DILATI.] *Tertii.* 654 INITIO.] *Nam hæc designatio, & recusatio facta anno superiore.* 655 VT JAM EXCUSATUS.] *Tamquam multos, aut diu gessisses. ideoque vacatio tibi ab honoribus & muniis danda.* 656 DESTINATUM ALIIS.] *Quod Otho Imp. fecit, quem Tacitus scribit*; cum Titiano fratre Consulem in Kal. Martias se fecisse: ceteros autem Consulatus, ex destinatione Neronis aut Galbæ mansisse. *Ergo in prioribus mutavit, & designatos loco movit.* 657 FUIT ETIAM.] *An Nero? de quo Suetonius, cap.* XLIII. Consules ante tempus privavit honore, atque in utriusque locum solus iniit Consulatum, quasi fatale esset, non posse Gallos debellari, nisi à Consule. 658 IMMUTARI.] *Asscribi, & poni in rationibus honoris gesti.* 659 EXEMPLO.] *Quod iterasses Consulatum: quia non sponte.* 660 NON ILLOS.] *Ut C. Marium, qui septies, C. Cæsarem, qui quinquies Consules.* 661 IN RVRA.] C. Atilium *Regulum intellegit, illius Reguli filium, qui captus occisusque à Pœnis fuit. Huic cognomen* Serrano *alii faciunt, & Plinius* (*lib.* XVIII. *cap.* III) quod serentem invenerunt dati honores. *Alii tamen* Sarranum *scribunt, quasi Tyrium vel Pœnum, quia Pater apud eos mortuus. Adde & L. Quinctium Cincinnatum, cui aranti Dictatura delata.*

Digitized by Google

delata. Sed tamen hi non toties Consules: itaque dictum est oratorie & ex πλάτει, de aliis ejusdem ævi & paupertatis. 662 PAPIRIIS.] *L. Papirius Cursor* V. *Consul fuit: T. autem Quinctius Capitolinus* VI. 663 TVIS HVMERIS.] *Altior dignior que fieri, te gerente.* 664 EJVS.] *Domitiani, de quo Suetonius*: Consulatus XVII. cepit, quot ante eum nemo. 665 LONGVM.] *Nam anni per Consules distingui solent: cùm autem ille unus semper, videbatur & unus annus.* 666 HIS TE.] *Antiquis.* 667 NON SIBI.] *Sed reipublicæ, ejus caussâ, non honoris sui, susceptisse.* 668 TER CONSVL.] *Virginius Rufus fuerat, sed obiit in Consulatu, Principe Nerva. Non ergo de illo: an forte de* C. Silio *capiendum, qui toties item Consul, & tunc vivus? At enim stitit aliquid, quod in Plinii epistolâ* VII. *lib* III, *legitur, ubi mortem hujus Silii narrat, & breviter vitam*: Novissimè, *inquit*, ita suadentibus annis ab urbe recessit, seque in Campania tenuit: ac ne adventu quidem novi Principis inde commovit. Magna Cæsaris laus, sub quo hoc liberum fuit; magna illius, qui hac libertate ausus est uti. *Enimverò si ille se non commovit, nec in urbem venit: quomodo* erat in *Senatu, quod Plinius hic affirmat? Dici possit, aliud* in Senatu, *aliud* in Curia *esse. In Senatu etiam absens censetur, in Curia non nisi præsens. Sed revera pars hæc Fastorum in suffectis Consulibus tenebrosa, nec acie ingenii (absque monumentis sit) facilè illustranda.* 669 ONEROSUM.] *Ironia.* 670 ETIAM PRIVATIS.] *Si nempe Senatus petiisset.* 671 PRIVATIS.] *C. Sosio, & A. Cornelio.* 672 APERIRE ANNUM.] *Hoc dicitur, quia novo anno isti inibant, & nomina præscribebantur. Cassiodorus*: Felix à Consule sumat annus auspicium, portamque dierum tali nomine dicatum tempus introeat. *Itaque alibi*: *Consules dicuntur* incohare & pandere annum: *scilicet una cum Jano, de quo Ovidius*:

Ergo ubi Jane biceps longum reseraveris annum.

673 FASTOSQVE RESERARE.] *Caussa eadem, quia novis Fastis præscribuntur. Ausonius, de Jano*:

——Roma illa, domusque Quirini,
Hoc capite æternis signat sua nomina Fastis.

Hæc autem omnia ad primos & Ordinarios Consules spectant (in quo major honos:) non ad illos suffectos, à quibus anni auspicium non erat. Seneca, De Ira: Dedit duodecim falces, sed non fecit Ordinarium consulem. A me numerari voluit annum, sed deest mihi ad sacerdotium. 674 LIVOR.] *Ita & Ausonius interpretatur, ad Gratianum*: Scis septem & decem Consulatus Domitiani,

Digitized by Google

tiani, quos ille, invidiâ alteros provehendi, continuando conseruit. 675 PVRPVRÆ.] *Quia Consules in toga prætexta, id est cui limbus purpureus adtextus esset. Eadem & aliis magistratibus quidem: sed ideò addit* summum decus, *quia isti summi inter illos.* 676 PRÆCERPTUM.] *Delibatum initio anni. Nam Domitianus atque alii, annum fere aperiebant: & tunc sufficiebant.* 677 PER ALIOS.] *Quomodo? nam & ipse nihilominus in Senatum veniebat, & omnia publica munia usurpabat, etsi non Consul. Itaque Consulatum quasi gerebat, eoque fruebatur, in aliis. Subibat tamen, an non* pati alios, *legendum esset,*

Sed jam tempus est te ipsi Consulatui præstare, ut majorem eum susciendo gerendoque facias. Nam sæpius recusare, 678 ambiguam ac potiùs illam interpretationem habet, tamquam minores putes. Tu quidem ut maximum recusasti, sed hoc persuadere nemini poteris, nisi aliquando & non recusaveris. Cùm arcus, cùm trophæa, cùm statuas deprecaris; tribuenda est verecundiæ tuæ venia, illa enim sanè tibi dicantur: 676 cùm verò postulamus, ut futuros Principes doceas inertiæ renunciare, paulisper delicias differre, paulisper & saltem ad brevissimum tempus, ex illo felicitatis somno velut excitatos, induere 680 prætextam, quam cùm dare possent, 681 occuparint, ascendere 682 curulē quam 683 detineant; esse denique quod concupierunt, nec ideò tantum velle Cōnsules fieri 684 ut fuerint. Gessisti alterum Consulatum, scio: illum exercitibus, illum provinciis, illum etiam ceteris gentibus poteris imputare, non potes nobis. Audivimus quidem te omne munus Consulis obiisse, sed audivimus. Diceris justissimus, humanissimus, patientissimus fuisse: sed diceris. æquum est aliquando nos judicio nostro, nostris oculis, non famæ semper & rumoribus credere. Quousque absentes de absente gaudebimus? liceat experiri, an aliquid superbiæ tibi ille ipse secundus Consulatus attulerit. Multum in commutandis moribus hominum, 685 medius annus valet, in Principum plus. 686 Didicimus quidem, cui virtus aliqua contingat, omnes inesse; cupimus

tamen

Digitized by Google

tamen experiri, an nunc quoque una eademque res sit, bonus Consul, & bonus Princeps. Nam 687 præter id quod est arduum, duas, easque summas simul capere potestates: tum inest utriq; nonnulla diversitas, cum Principem, quàm 668 dissimillimum Consuli deceat.

678 AMBIGUAM.] *Recuses per modestiam, an per fatum spernas.* 678 CVM VERO.] *Textus requirit*, Nunc verò. 680 PRÆTEXTAM.] *Consularem.* 681 OCCVPARINT.] *Non passi alios uti.* 682 CVRVLEM.] *Nam Consules in Senatu, sublimori suggestu, in sella curuli præsidebant. Inde Cassiodoro*, Insulæ curules, *pro Consulatu; Juvenali*,

—— summas donare curules. *idem*

Et Lucanus:

Lentulus è celsa sublimis sede profatur.

Ideò in Plinio hîc, ascendere: *& adde, si lubet, notata mihi ad* IV. *Annalem Taciti, in verbis*, Consules sede vulgari, per speciem mœstitiæ, sedentes. 683 DETINEANT.] *Ne quis alius ascendat. Omnia eo spectant, ut ostendat alios titulo Consules; hunc re fuisse, & fore.* 684 UT FVERINT.] *Dicantur scribanturque fuisse.* 685 MEDIVS ANNVS.] *Qui jam effluxit à tuo Consulatu. Quid sibi velint, qui hîc tricantur de* quinque tantum mensibus, inter Trajani adoptionem & Nervæ mortem, *nescio. In tota re errant. nec quidquam hîc de illo tempore, sed de Consulatus, ut jam dixi. Certum autem, Kalendis Januariis iniisse secundum Consulatum, deposuisse de more post duos menses: atque ita paullò plus quàm annus medius, ad hoc tempus.* 686 DIDICIMVS.] *Philosophatur, imo Stoïcissat, quorum hoc dogma:* Τὰς ἀρετὰς ἀντακολουθεῖν ἀλλήλαις καὶ τὸν μίαν ἔχοντα, πάσας ἔχειν: Virtutes inter se consequi, & qui unam habeat, omnes habere. 687 PRÆTER ID.] *Deleam hoc*, id: *legamque*, Præter quod. *Breviter ita & polire, pro eo quod vulgò*, Præterquam quod. 688 DISSIMILLIMVM CONSVLI.] *Trunca sunt. Cuspiniani editio reficit*: Principem quam simillimum esse privato, Consulemque quam dissimillimum deceat. *Approbo. Principis laus est, submittere se; & civiliter gerere: at Consulis aliter, attollere se & habitum animosque sumere pro magistratu.*

ATQVE

Digitized by Google

ATQUE ego video proximo anno Consulatus recusandi hanc præcipuam fuisse rationem, quod eum absens gerere 689 non poteras, sed jam urbi 690 votisque publicis redditus: quid est, in quo magis sis approbaturus, quæ quantaque fuerint quæ desiderabamus? Parum est ut in curiam venias, nisi & 691 convocas: ut interfis Senatui, nisi & 692 præsides: ut censentes audias, nisi & 693 perrogas. Vis illud augustissimum Consulum aliquando tribunal, majestati suæ reddere? ascende. Vis constare reverentiam magistratibus, legibus auctoritatem, modestiam 694 petulantibus? 695 adi. Quod enim interesset Reip. si privatus esses? 696 Consulem te haberet tantum, an & Senatorem; hoc nunc scito interesse, Principe te habeat tantùm, an & Consulem. His tot tantisque rationibus, quamquam multum reluctata verecundia Principis nostri, tandem tamen cessit. At quemadmodum cessit? non se ut 697 privatis, sed ut privatos pares sibi faceret. Recepit enim tertium Consulatum, ut daret. Noverat moderationem hominum, noverat pudorem, qui non sustinerent tertiò Consules esse, nisi cùm 698 ter Consule. Bellorum istud 699 sociis olim, periculorum consortibus, parcè tamen tribuebatur; quod 700 singularibus viris ac de te quidem benè ac 701 fortiter præstitisti, sed in toga meritis. Utriusque cura, utriusque vigilantia obstrictus es Cæsar: sed in Principe rarum, ac propè insolitum est, ut se putet obligatum, aut si putet, 702 amet. Debes ergo Cæsar, & solvis. Sed cum ter Consules facis, non tibi magnus Princeps, sed non ingratus amicus videris. Quin etiam perquam modica quædam civium merita, 703 fortunæ tuæ viribus in majus extollis. efficis enim, ut tantum tibi quisque præstitisse videatur, quantum à te recipit. Quid isti benignitati precer? nisi ut semper obliges, obligeris, incertumque facias, utrum magis expediat civibus tuis debere tibi, aut præstitisse.

Digitized by Google

689 NON POTERAS.] *Poteras quidem, per exempla. & multi ita Principes, imò privati: sed mire absentem, gerere, & finire, hoc indecorum & præter veterum instituta.* Non poteras *igitur, id est recte & ex tuâ mente.* 690 VOTISQVE.] *Quæ sollenniter concepta* Fortunæ reduci, *aut* Jovi *ipsi, ut solet. Desiderium autem hoc populi exprimit Martialis lib. X. epigr. VI.*

Quando erit ille dies, quo campus, & arbor, & omnis
Lucebit Latiâ culta fenestra nuru?
Quando morę dulces, longusque à Cæsare pulvis?
Totaque Flaminiâ Roma videnda viâ?

691 CONVOCAS.] *Nam hoc officium Consulare, Senatum habere & vocare, cùm opus. Quæ potestas etiam Principi tributa, inter singulares. Tabula de imperio Vespasiani:* UTIQUE. EI. SENATUM. HABERE. RELATIONEM. FACERE. LICEAT. ITA. UTI. LICUIT. DIVO. AUGUSTO. 692 PRÆSIDES.] *In sublimi sella, ut dixi, Senatus rector.* 693 PERROGAS.] *Nam Consul sententias ordine rogabat, & perrogabat.* 694 PETULANTIBUS.] *Alii libri,* postulantibus. *nec malè. nam litigatores & caussidici (immodestum sæpe genus) tribunalia Consulum adibant, jus petituri.* 695 ADI.] *Atqui jam antè dixit,* ascende. *Frigidum schema sit, & malim,* audi. *magis quidem, si* postulantibus *legamus.* 696 CONSULEM TE.] *Vir doctus hæc ait nugas esse, nec quemquam Consulem posse esse, qui non Senator. Itaque se rescribere,* Consulem habere te, an tantùm Senatorem. *Ego subsisto, imò resisto. Nam Plinii verba exammata ostendunt comparationem sub hypothesi hanc esse. Sicut veteri rep. si esses, non Consulem te solum appeterent (etsi summa ea dignitas) sed etiam Senatorem, ut in sententiis dicendis utilior reip. esses: ita nunc, etsi tu Princeps, id est summa potestas; tamen cupiunt & Consulem, ut in Senatu munia obeas, quæ tam decorè & utiliter potes. At quin, ait, nemo olim Consul, nisi Senator. Nihil ad rem, ut dem ita esse: quia conditionalis modò est primo. Sed non do, & priscis temporibus, ante annales leges, etiam juvenes, nec Senatores, ad Consulatum electi.* 697 PRIVATIS.] *Ità sub Principibus dicuntur, quicumque non Principes: ipsi etiam magistratus.* 698 TER CONSULE.] *Ipso Principe. ne aliter viderentur super eum scandere.* 699 SOCIIS.] *Vipsanius Agrippa intelligitur, de quo totidem verbis & Seneca apud Tacitum (Annal. XIIII.)* Quorum alter Bellorum socius, 700 SINGULARIBUS.] *Alter immotuit* M. Cornelius Fronto, *oratoriâ laude clarus: quem collegam sibi Trajanus assumpsit. Alter qui designatus in Kal. Martias fuit ignotus nobis: nisi*

Digitized by Google

nisi quod Onufrius divinat de Sex. Pompeio collega. 701 FORTITER.] *asyndeton vox repetenda, quæ mox subjicitur*, fortiter meritis præstitisti. 702 AMBT.] *Princeps potens beneficorum omnium, ipse extra sortem capiendi videtur, quid si tamen ceperit, aut cepisse putet? non amat, inquit id est, odit eos quibus putat se debere. Nam* destrui per hæc fortunam suam arbitrantur. (*ait quispiam*;) *& talium* auctores, quasi exprobrantes cernuntur. 703 FORTUNÆ TUÆ.] *Nam tu magna retribuendo, efficis ut magna videantur quæ tribuêre.* 704 DEBERE TIBI.] *Acute, id est, utrum utilius sit nobis, cepisse à te beneficium (quod est* debere:) *an dedisse, qui a hoc præsentem mox fructum & remunerationem trahit. Dedisse autem, hîc est* præstitisse.

EQUIDEM illum 705 antiquum Senatum contueri videbar, cùm ter Consule 706 assidente, tertiò Consulem 707 designatum 708 rogari sententiam cernerem. quanti tunc illi, quantusque tu? Accidit quidem, ut corpora quamlibet ardua & excelsa, procerioribus admota decrescant; item ut altissimæ civium dignitates, collatione fastigii tui, quasi deprimantur, quantoque propius ad magnitudinem tuam ascenderint, tanto etiam à sua descendisse videantur. Illos tamen tu, quamquam non potuisti tibi æquare 709 cùm velles, adeò in edito collocasti, ut tantum super ceteros, quantum infrà te cernerentur. Si unius tertium Consulatum 710 eumdem in annum, in quem tuum contulisses: ingentis animi specimen haberetur. ut enim felicitatis est, 711 quantum velis posse; sic magnitudinis, velle quantum possis. Laudandus quidem & ille, qui tertium Consulatum meruit: sed magis, sub quo meruit. Magnus memorandusque, qui tantum præmium 712 cepit: sed major, qui capienti dedit. Quid? quod duos pariter tertio Consulatu 713 collegas tui sanctitate decorasti? ut sit nemini dubium, hanc tibi præcipuam caussam fuisse 714 extendendi Consulatus tui, ut duorum Consulatus amplecteretur, & collegam te 715 uni daret. Uterque nuper Consulatum alterum gesserat à patre tuo, id est, quanto minus quàm à te datum: utriusque

Digitized by Google

adhuc oculis paullò antè dimissi fasces oberrabant: utriusque sollennis ille lictorum & 716 prænuncius clamor auribus insederat: cùm rursus curulis, rursusque purpura, ut olim, cùm hostis in proximo & in summum discrimen adducta Respub. expertum honoribus virum posceret, 717 non Consulatus hominibus iisdem, sed iidem homines Consulatibus reddebantur. Tanta tibi benefaciendi vis, ut indulgentiam tuam 718 necessitas 719 æmuletur. Modò prætextas exuerant, resumant; modo lictores abire jusserant, revocent; modò gratulantes amici recesserant, revertantur. 720 Hominisne istud ingenium est? hominis potestas? renovare gaudia, redintegrare lætitiam, nullamque requiem gratulationis dare: neque alia repetendis Consulatibus intervalla permittere, nisi 721 dum finiuntur? Facias ista semper, nec umquam in hoc opere, aut animus tuus aut fortuna lassetur: des quàm plurimis tertios Consulatus, & cum plurimis tertios Consulatus dederis, semper tamen plures quibus debeas dare, supersint.

705 ANTIQVVM.] *Ante Principes, cum multi Consulatibus sic auctis.* 706 ASSIDENTE.] *Juxta tuam sellam.* 707 DESIGNATUM.] *Pompejum Collegam, ut jam dixi, aut alium.* 708 ROGARI.] *A te ter Consule. Primi autem rogari solent Consules designati.* 709 CVM VELLES.] *Ter Consules tecum faciendo* 710 EVMDEM IN ANNVM.] *Non etiam menses; quod feciſti.* 711 QVANTVM VELIS.] *Quod Principi evenit: qui Jupiter alter in terris. Seneca in persona ejus:* Qualem quisque sortem statumque habeat, in mea manu positum est, quid cuique mortalium Fortuna datum velit, meo ore pronunciat. 712 CEPIT.] *Capax ejus, & dignus fuit.* 713 COLLEGAS.] *Melius, certe apertius,* collegii tui. 714 EXTENDENDI.] *Ecce, pro more, post duos menses debuisset cedere Consulatu Trajanus: nunc non fecit, sed gessit Consulatum & produxit in Kal. Majas, atque ita collegam habuit, in Frontonis abeuntis locum, Pompejum collegam.* 715 UNI DARET.] *Jam nunc daret uni, in te: nempe Frontoni, alteri daturus; cum is abisset.* 716 PRÆNUNCIUS CLAMOR.] *Quo significant, Consules venire, darent locum. Clamor erat,* Animadverte. *Suprà,* silentes quietosque lictores.

Digitized by Google

lictores *dixit.* 717 NON CONSULATUS.] *Sic in omni munere deberet, non illud hominibus, sed homines ipsi dari. id est, non ii per officium auctiores; sed ut illi prospectum cautumque, per ipsos. Simili sententiâ Seneca scripsit, Consol. ad Helviam, cap.* XIII. Quis M. Catonis ignominiam putet fuisse, duplicem in petitione Præturæ & Consulatus repulsam? ignominia illa Præturæ & Consulatus fuit, quibus, ex Catone honor habebatur. 718 NECESSITAS.] *Quæ necessitas olim erat, & jubebat Consules sæpe eosdem creari, rerum expertos: at nunc ea nulla est, sola benignitas tua hoc facit & induci.* 719 ÆMULETUR.] *Imitetur. non quod illi prisci potuerint scire, quid Trajanus facturus, minùs imitari: sed dictum voluit; Quod tua benignitas facit, hoc idem apud alios necessitas, non tam imitatur, quàm paria usurpat.* 720 H. MINISNE.] *An alicujus dei?* 721 DUM FINIUNTUR.] *Haud vere omnino, non annus, & ultrà, interfuit: Onufrium vide. Sed oratorie hæc dicuntur.*

OMNIUM quidem beneficiorum, quę merentibus tribuuntur, non ad ipsos gaudium magis quàm ad similes redundat: præcipuè tamen ex horum Consulatu, non ad partem aliquam Senatus, sed ad totum Senatum tanta lætitia pervenit, ut eumdem honorem omnes sibi & dedisse, & accepisse videantur. Nempe enim hi sunt, quos Senatus, cùm 722 publicis sumptibus minuendis optimum quemq; præficeret, elegit & quidem primos. 723 Hoc est igitur, hoc est quod penitus illos animo Cæsaris insinuavit. An parum sæpe experti sumus, hanc esse rerum conditionem, ut Senatus favor apud Principem aut prosit aut noceat? Nónne paullò ante nihil magis exitiale erat, quàm illa Principis cogitatio? hunc Senatus probat, hic Senatui carus est, Oderat quos nos amaremus, sed & nos 724 quos ille. Nunc inter Principem Senatumque dignissimi cujusque caritate certatur. 725 demonstramus invicem, credimus invicem, quodque maximum amoris mutui signum est, eosdem amamus. Proinde P. C. favete apertè, diligenter, constanter. Non jam dissimulandus est amor, ne noceat, non premendum odium, 726 ne prosit. Eadem Cæsar,

Digitized by Google

quæ Senatus, probat improbatque: vos ille præsentes, vos etiam absentes in consilio habet. Tertiò Consules fecit, quos vos 727 elegeratis: & fecit hoc ordine, quo electi à vobis erant. Magnus 728 uterque vestrûm, sive eosdem maxime diligit, quos scit vobis esse carissimos; sive illis neminem præfert, quamvis aliquem magis amet. Proposita sunt senioribus præmia, juvenibus exempla: 729 adeant, frequentent securas tandem ac patentes domos. quisquis probatos Senatui viros suspicit, hic maximè Principem promeretur. Sibi enim accrescere putat quod cuique adstruatur: nullamque in eo gloriam ponit, quòd sit omnibus major, nisi 730 maximi fuerint quibus major est. Persta Cæsar in istâ ratione propositi, talesque nos crede, 731 qualis fama cujusque est. Huic aures, huic oculos intende. ne respexeris 732 clandestinas existimationes, nullisque magis, quàm audientibus insidiantes susurros. Melius omnibus, quàm singulis creditur. singuli enim decipere & decipi possunt: nemo omnes, neminem omnes fefellerunt.

722 PUBLICIS SUMPTIBUS.] *Quia per Domitianum exhausto ærario, par non erat iis Respublica. Itaque factum hoc statim sub Nerva, de quo Dio:* Καὶ πολλὰς μὲν θυσίας, πολλὰς δὲ ἐπιστροφίας, ἅμα τε πυκτείας καὶ πανηγύρεις ἐξ ἴσου τε διαπεμψάντων Multa sacrificia, multos Circenses, atque alia spectacula, dissolvit & sustulit, contrahens quantum poterat impendia publica. 723 HOC EST.] *Talis illa electio, & quod probati Senatui.* 724 QVOS ILLE.] *Domitianus. nam mali Principes semper Senatum oderant, ut* recti bonique præceptorem, *& frænum aut obicem consiliis factisque pravis: vicissim autem, & Senatus talem.* 725 DEMONSTRAMUS.] *Qui digni honore & provectione sint.* 726 NE PROSIT.] *Sensus, non amorem erga bonos jam dissimulemus, ne apertus, illis noceat apud Principem: non odium erga malos, ne contrà prosit. Nam si aperimus hoc odium & revelamus; eo ipso provehimus, & juvamus, quia Princeps malus, quos nos odimus, amat; quos amamus, odit.* 727 ELEGERATIS.] *Ad publicos sumptus tolerandos.* 728 UTERQUE VESTRUM.] *Quasi ad Frontonem, & Collegam: quod non probo, nec sententia satis connexa. Quidam libri:* Magnus uterque honor vester, *ex qui-*

Digitized by Google

ex quibus legam, utique honor: *ad Senatum. Enimvero, inquit, magnus hic honor, quem Cæsar vobis defert, sive & amat, quos vos; sive cùm non amat, tamen judicio vel affectui vestro cedit, & honorat, quos ipsi amatis.* 729 ADEANT] *In salutationibus, in officiis cultuque alio, ostendant se tales revereri & amare. Hoc autem invidiosum, imo perniciosum sub malis, insignem aliquem virum frequentari aut coli. Itaque Seneca, hoc metu, apud Tacitum*, instituta priois vitæ commutat, prohibet cœtus salutantium, vitat comitantes. 730 MAXIMI FUERINT.] *Aurcum item dogma. Tyrannus vilibus & pravis imperare cupit. Securitatis causſa; Princeps bonus, optimis & honestissimis, gloriæ.* 731 QUALIS FAMA.] *Quæ publica quidem, raro mentitur. Ideo Alexander Severus Imp.* ubi aliquos voluisset vel Rectores provinciis dare, vel Præpositos facere, vel Procuratores ordinare, nomina eorum proponebat, hortans populum, ut siquis quid haberet criminis, probaret manifestis rebus. 732 CLANDESTINAS.] *Delatorum, aut paucorum, quibus magno suo periculo Principes credunt.*

733 REVERTOR jam ad Consulatum tuum; etsi sunt quædam ad Consulatum quidem pertinentia, ante Consulatum tamen in primis, quod comitiis tuis interfuisti, candidatus non Consulatus tantum, sed 734 immortalitatis, & gloriæ, & exempli, quod sequerentur boni Principes, mali mirarentur. Vidit te populus R. in illa 735 vetere potestatis suæ sede: perpessus es longum illud 736 carmen comitiorum; nec jam 737 irridendam moram: Consulque sic factus es, ut unus ex nobis, 738 quos facis Consules. Quotusquisque Principum antecedentium, honorem istum aut Consulatui habuit, aut populo? Non alii marcidi somno hesternaque cœna redundantes, comitiorum suorum nuncios operiebantur? Alii sanè pervigiles & insomnes, sed intra cubilia sua illis ipsis Consulibus, à quibus Consules renunciabantur, exsilia & cædem machinabantur. O prava & inscia veræ majestatis ambitio concupiscere honorem quem dedigneris; dedignari quem concupieris: cumque ex proximis 739 hortis campum & comitia prospectes, sic ab illis abesse, tamquam Danubio Rhenoque dirimare!

Digitized by Google

Averseris tu honori tuo sperata suffragia, renunciarique te Consulem jussisse contentus, liberæ civitati 740 ne simulationem quidem serves? abstineas denique comitiis, abstrusus atque abditus, quasi illic tibi non Consulatus detur, sed abrogetur imperium? Hæc persuasio superbissimis dominis erat, ut sibi viderentur Principes esse desinere; si quid facerent tamquam Senatores. Plerique tamen non tam superbiâ, quàm metu quodam submovebantur. An stuprorum sibi 741 incestarumque noctium conscii, 742 auspicia polluere, 743 sacratumque campum nefario auderent contaminare vestigio? non adeò deos hominesque contempserant, ut in illâ 744 spatiosissimâ sede hominum 745 deorumque, conjectos in se oculos ferre ac perpeti possent. Tibi contrà, & moderatio tua suasit, & sanctitas: ut te & religioni deorum, & judiciis hominum exhiberes. alii Consulatum antè quàm acciperent, tu & dum accipis, meruisti.

733 REVERTOR.] *Nam ante cœpit dicere de tertio ejus Consulatu, aperte. Non ergo audio veterem aliquem codicem, qui* Prævertor. 734 IMMORTALITATIS.] *Metaphora, ut in Tertulliano, de Christianis:* Candidati æternitatis, & restitutionis. *De iisdem,* Candidati angelorum: *qui honorem locumque ambiunt angelorum.* 735 VETERE.] *Comitium intellegit, vel ipsa in iis Sepia. Sedem autem* potestatis, *ideò: quia olim ibi suffragiis magistratus liberè creati, leges rogatæ vel abrogatæ, pax & bellum jussa.* 736 CARMEN COMIT.] *Haud dubiè precatio præivit in re magna & publica, ut in plerisque talibus olim. Et mox ipse tanget.* 737 IRRIDENDAM.] *Postquam tu eam passus es, & subisti.* 738 QUOS FACIS.] *Ergo Princeps facit Consules? facit, atque ipse destinat sive designat. Quid igitur de* suffragiis Senatus, & Comitiis populi, *quod hic atque infrà legas?* Respondeo, *quod ad Consules ipsos, viderim tantam hoc ævo à Principibus pependisse, qui nominabant sive destinabant, hos illosque, in hos & illos menses. Et tamen, ut* Patres *viderentur jus aliquod habere, in Senatu proponebantur; atque iis suffragabantur: quæ omnia initio anni, aut circà gesta. Tum deinde, quæque paria producebantur in Comitium, & dicis causa populus coibat; ibique renunciabantur, jurabant; & mox suo quisque mense*

Digitized by Google

mense inibant. Hæc è Plinio ferè, de Consulibus. In Prætoribus, Tribunis, atque aliis pluſculum juris Senatus habuit: ad quem à populo comitia tranſlata, ſub Tiberio. Me vide, ſodes, ad I. Annal. Taciti. 739 HORTIS.] *Quibus? Horti Agrippinæ, quos Cajus item coluit, vicini campo Martio: & credam hos intellegi, etſi alii etiam Cæſarum horti propinqui eſſe potuerunt.* 740 NE SIMULATIONEM.] *Ut ipſe venias, & dicis cauſâ populo te iſtas.* 741 INCESTARUMQUE.] *De Domitiani incesto, ſuprà.* 742 AUSPICATA.] *Quia comitia non niſi auſpicato habebantur; ut omnis actio cum populo.* 743 SACRATUMQUE.] *Marti.* 744 SPATIOSISSIMA.] *Campus ſanè magnus, atque adeò* Septa *in eo comitiorum magna. Ex Ciceronis epiſtola quadam lib. IV. ad Atticum colligas: in quâ narrat Cæſarem deſtinaſſe* Septa marmorea facere, eaque excelſa porticu cingere, mille paſſuum ſpatio. *Nam è porticu ambiente, vides ſpatium campi includendi.* 745 DEORUMQUE.] *Quia templa ibi paſſim: eratque vel ornatiſſima pars (Strabone auctore) totius urbis.*

PERACTA erant ſollennia comitiorum, ſi Principem cogitares, jamque ſe omnis turba 746 commoverat: cùm tu, mirantibus cunctis, accedis ad 747 Conſulis ſellam, adigendum te præbes 748 in verba Principibus ignota, niſi cum jurare cogerent 749 alios. Vides quàm neceſſarium fuit Conſulatum non recuſare? non puraſſemus iſtud facturum te fuiſſe, ſi recuſaſſes. Stupeo P. C. necdum ſatis aut oculis meis, aut auribus credo, atque idem idem me an audierim, an viderim interrogo. Imperator ergo, & Cæſar, & Auguſtus, Pontifex maximus, ſtetit ante gremium Conſulis? ſeditque Conſul, Principe ante ſe ſtante: & ſedit inturbatus, interritus, & tamquam ita fieri ſoleret? quin etiam ſedens 750 præbuit juſjurandum, & ille juravit; expreſſit, explanavitque verba, quibus caput ſuum, domum ſuam: 751 ſi ſcienter fefelliſſet, deorum 752 iræ conſecraret. Ingens, Cæſar, & par gloria tua, ſive fecerint iſtud poſtea Principes, ſive non fecerint. Ullane ſatis prædicatio digna eſt, idem tertiò Conſulem feciſſe, quod primò? idem Principem, quod privatum? idem Imperatorem, quod ſub Imperatore? Neſcio jam, neſcio pulchriuſne ſit iſtud, quòd 753 præ-

Digitized by Google

eunte nullo, an hoc, quòd alio præeunte jurasti. 754 In Rostris quoque, simili religione ipse te 755 legibus subjecisti. legibus Cæsar, quas nemo Principi scripsit. Sed tu nihil amplius vis tibi licere, quam nobis: sic fit, ut nos tibi 756 plus velimus. 757 Quod ego nunc primùm audio, nunc primùm disco: non est Princeps supra leges, sed leges supra Principem. Idem Cæsari Consuli, quod ceteris non licet: jurat 758 in legem attendentibus diis: nam cui magis quam Cæsari attendant? jurat 759 observantibus his, quibus idem jurandum est, non ignarus alioquin, nemini religiosius quod juraverit custodiendum, quàm cujus maximè 760 interest non pejerari. itaq; & 761 abiturus Consulatu jurasti, te nihil contra leges feciſſe. Magnum hoc erat cùm 762 promitteres, majus postquam præstitisti. Jam totiens procedere 763 in Rostra, 764 inascensumque illum superbiæ Principum locum terere, hîc susci pere, hîc ponere magistratus: quàm dignum te, quamque diversum consuetudine illorum, qui 765 pauculis diebus gestum Consulatum, imò 766 non gestum, abjiciebant per 767 edictum? Hoc 768 pro concione, pro Rostris, pro jurejurando: scilicet ut primis extrema congruerent; utque hoc solo intelligerent ipsi Consules fuisse, quod alii non fuissent.

746 COMMOVERAT.] *Abitura, te declarato.* 747 CONSULIS.] *Qui præsidebat comitiis.* 748 IN VERBA.] *Sollennis videlicet juramenti. Cassiodorus lib.* VIII. *epist.* III. *de hoc facto, ubi* populo Romano Athalaricus rex *scribit*: Ecce Trajani vestri, clarum sæculis, reparamus exemplum. Jurat vobis, per quem juratis; nec potest ab illo quisquam falli, quo invocato non licet impunè mentiri. 749 ALIOS.] *A se factos Consules. Nam vetus hoc juramentum Consulare, & duplex erat: Unum initio magistratus, de quo hîc, cùm jurabant se leges servaturos: alterum cum abirent, jurabantque servasse. De illo, pauciora testimonia sunt: sed hoc Livii insigne, lib.* XXXI. C. Valerius Flaccus, quia Flamen Dialis erat, jurare in leges non poterat. magistratum autem plus quinque dies, nisi qui in leges juraſſet, non licebat gerere. 750 PRÆBUIT.] *Multo melius alii*, præiit: *quod sequentia dicent. Moris*

Digitized by Google

Moris enim, ut sollemniter jurarent, alio verba præeunte. 751 SI SCIENTER.] *Fortasse, si sciens. Nam hæc juramenti clausula & sanctio ferè erat:* Si sciens fallo, tum Jupater diique omnes mihi, meæque domui, irati sunto. 752 IRÆ CONSECR.] *Plautus Amphitruone:* Si fallo, tum te summe Jupiter Quæso, Amphitruoni ut semper iratus sies. *Brissonius lib.* VIII. *De formulis videtor.* 753 PRÆEVNTE NVLLO.] *Hoc ad Principes trahendum, non ad verba juranda. Captat igitur acumen in verbo. & mirum laudandumque, quod nullo Principum exemplo præeunte, juraſti & hoc quoque, quod alio verba præeunte, quaſi illo jubente, juraſti.* 754 IN ROSTRIS.] *Ergo & hîc iterum juratum: ſed illud à deſignato Conſule; hoc cum jam iniſſet, primo illo & auſpicali die.* 755 LEGIBUS.] *Verba enim jurandi erant,* ſervaturum leges. 756 PLUS VELIMUS.] *Ambigue. plus licere videlicet: an, plus te nos amemus. Nam* velle alicui ἁπλῶς, *bene velle & favere ſignificat Latinis.* 757 QVOD EGO.] *Vegeta magis oratio, ſi* Quid ego *legas, & interrogando acuas poſt,* diſco? 758 IN LEGEM.] *Palàm,* in leges. 759 OBSERVANTIBVS.] *Senatoribus, & aliquando Conſulibus futuris.* 760 INTEREST.] *Nam Principum ſtatus & ſalus juramento nitebatur, quod quotannis, ipſis Kalendis Januariis Senatus præſtabat. Scripſi de hoc ritu ad* XVI. *Amalium, in verba:* Principio anni, vitare Thraſeam ſollenne ju'jurandum. *Itaque ſi fides ſolvitur, labat eorum poteſtas.* 761 ABITVRVS.] *Hujus moris multa exempla in Cicerone, Dione, Plutarcho. Bona & provida inſtitutio, religione juris jurandi incipere magiſtratum, & finire.* 762 PROMITTERES.] *Initio magiſtratus, ſupra.* 763 IN ROSTRA.] *Jurandi cauſſa. nam ibi occipiebant magiſtratum, ibi deponebant: & cum juramento, ut dixi.* 764 INASCENSUMQVE.] *Mallem,* inacceſſumque. 765 PAVCVLIS DIEBVS.] *In Domitianum. de quo Tranquillus:* Omnes Conſulatus pæne titulotenus geſſit, nec quemquam ultra Kalendas Maij, plures ad Idus uſque Januarias. *Si ad Idus, ecce* XII. *aut* XIII. *dies.* 766 NON GESTUM.] *Nihil enim publice fecerant, nulla ejus munia obierant.* 767 EDICTUM.] *Quo publice ſignificabant, ſe abire eo magiſtratu, alios ſufficere, tales & tales.* 768 PRO CONCIONE.] *Quam more priſco habere ſolent ad Quirites.*

769 Non tranſilivi Patres Con. Principis noſtri Conſulatum: ſed eundem in loçum contuli, quidquid de jurejurando dicendum erat: neque enim ut in ſterili, jejunaque materia 770 eam-

dem

Digitized by Google

dem ſpeciem laudis diducere ac ſpargere, atque identidem tractare debemus. Illuxerat primus Conſulatus tui dies, quo tu curiam ingreſſus, nunc ſingulos, nunc univerſos adhortatus es reſumere libertatem, capeſſere quaſi communis imperii curas, invigilare publicis utilitatibus, & 771 inſurgere. 772 Omnes ante te eadem iſta dixerunt, nemini tamen ante te creditum eſt. Erant ſub oculis 773 naufragia multorum, quos 774 inſidioſa tranquillitate 775 provectos, improviſus turbo perculerat. Quod enim tam infidum mare: quàm blanditiæ Principum illorum, quibus tanta levitas, tantà fraus, ut 776 facilius eſſet iratos, quàm propitios habere? Te verò, ſecuri & alacres, quò vocas ſequimur. jubes eſſe liberos? erimus; jubes, quæ ſentimus, promere in medium? proferemus. Neque enim adhuc ignavia quadam & inſito torpore ceſſavimus: terror & metus, & miſera illa ex periculis facta prudentia monebat, ut à rep. (erat autem o nninò 777 nulla reſp.) oculos, aures, animos 778 averteremus. At nunc tua 779 dextera tuiſque promiſſis, freti & innixi, obſepta diutinâ ſervitute ora reſeramus, frænatamque tot malis linguam reſolvimus. Vis enim tales eſſe nos, quales jubes: nihilque exhortationibus tuis fucatum, nihil ſubdolum, denique quod credentem fallere paret, non ſine periculo fallentis. neque enim umquam 780 deceptus eſt Princeps, niſi qui prius ipſe decepit. Equidem hunc parentis publici ſenſum, cum 781 exhortatione ejus, tum pronunciatione ipſa perſpexiſſe videor. Quæ enim illa gravitas ſententiarum, quàm inaffectata veritas verborum, quæ adſeveratio in voce, quæ affirmatio in vultu, quanta in oculis, habitu, geſtu, totodenique corpore fides? Tenebit ergo ſemper quod ſuaſerit: ſcietque nos, quotiens libertatem quam dedit experiemur, ſibi parêre. nec verendum eſt, ne incautos putet, ſi fidelitate temporum conſtanter utamur, quos meminit ſub malo Principe aliter vixiſſe.

769 NON

Digitized by Google

769 NON TRANSILIVI.] *Oratorià se revocat. quia enim de juramento dixerat, quod abeuntes præstant: quid ergo? jam abivit? jam de fine, nihil de ipso Consulatu dicis; Dicam, inquit: sed in unum locum contuli, quod de juramento dicendum erat.* 770 EANDEM SPECIEM.] *Ut juris jurandi.* 771 INSVRGERE.] *Animis iterum erectis, quos servitus depresserat.* 772 OMNES.] *Nero etiam, de quo Tacitus initio* XIII. *Annalium.* 773 NAVFRAGIA.] *Opum & vitæ.* 774 INSIDIOSA.] *Blandis fallacibusque Principum dictis.* 775 PROVECTOS.] *Longius in remp. liberiusque se immittentes.* 776 FACILIVS.] *Friget sententia: animabitur, si legas,* felicius. *Inopinatum dictum. nam omnes amant volentes habere Principes: at istorum ea fraus vel levitas, ut juvaret affligere subitò amicos aut propinquos. Spectant in Domitianum, de cujus* callida inopinataque sævitia *(ita loquitur) Suetonium sodes, cap.* XI. *vide, & hæc cape. Universè autem etiam verum est,* Πόρρω Διός τι κῆρ κεραυνοῦ: Procul à Iove & fulmine. 777 NVLLA RESPVBLICA.] *Sed unius res privata.* 778 AVERTEREMVS.] *In qua nihil honestè, nihil liberè, fas esset dicere, aut facere.* 779 DEXTERA.] *Quam fidei tesseram dedisti.* 780 DECEPTVS EST.] *Anobis, neque alios repperit, nisi cum alium ipse fegessit.* 781 EXHORTATIONE.] *Putarem,* ex oratione.

NUNCUPARE 782 vota & pro æternitate imperii & pro salute 783 civium, imò pro salute 784 Principum, ac propter illos pro æternitate imperii solebamus. Hæc pro imperio nostro, in quæ sint verba suscepta, operæ pretium est adnotare: 785 SI BENE REMP. ET EX UTILITATE OMMIUM REXERIS. Digna vota, quæ semper suscipiantur, semperque solvantur. Egit cum diis, ipso te auctore Cæsar, 786 resp. ut te sospitem incolumemque præstarent, si tu ceteros præstitisses: si contrà, illi quoque à custodia tui corporis oculos dimoverent, teque relinquerent votis, quæ 787 non palàm susciperentur. Alii se 788 superstites reip. optabant, faciebantque: tibi salus tua invisa est, si non sit cum reip. salute conjuncta, nihil pro te pateris optari, nisi expediat optantibus: omnibusque annis 789 in consilium de te deos mittis, exigisque ut sententiam suam mutent, si talis esse desieris, 790 qualis electus es. Sed 791 ingenti conscientia Cæsar

sar 792 paciſceris cum diis, ut te ſi mereberis ſervent: cum ſcias, an merearis. neminem magis, quam deos ſcire. Nonne vobis P. C. hæc diebus ac noctibus agitare ſecum videtur? Ego quidem in me, ſi omnium utilitas ita poſceret, etiam 793 Præfecti manum armavi: ſed ne deorum quidem aut iram, aut negligentiam, deprecor. quæſo imò & obteſtor, ne umquam pro me vota reſp. 794 invita ſuſcipiat; aut ſi ſuſceperit, invita 795 ne debeat. Capis ergo Cæſar ſalutis tuæ glorioſiſſimum fructum, ex conſenſu deorum. nam cum excipias, ut ita demum te dei ſervent, SI BENE REMP. ET EX UTILITATE OMNIUM REXERIS: certus es te bene remp. gerere, cum ſervent. Itaque ſecurus tibi, & lætus 796 dies erit, qui Principes alios cura & metu diſtinebat: cum ſuſpenſi & attoniti, parumque confiſi patientia noſtra, 797 hinc atque inde publicæ ſervitutis 798 nuncios exſpectarent; ac ſi forte aliquos flumina, nives, venti præpediſſent, ſtatim hoc illud eſſe credebant, quod merebantur. nec erat diſcrimen ullum pavoris: propterea quod cum à malo Principe tamquam ſucceſſor timeatur, quiſquis eſt dignior, cum ſit nemo non dignior, omnes timentur. Tuam ſecuritatem non mora nunciorum, non litterarum tarditas differt. ſcis tibi ubique jurari: cum ipſe 799 juraveris omnibus. Nemo hoc 800 ſibi non præſtat. amamus quidem te; in quantum mereris: iſtud tamen non tui facimus amore, ſed noſtri. nec umquam illuceſcat dies, quo pro te nuncupet vota, 801 non utilitas noſtra, ſed fides, Cæſar. Turpis tutela Principis, 802 cui poteſt imputari. Queri libet, quod in 803 ſecreta noſtra non inquirant Principes, niſi 804 quos odimus. Nam ſi eadem cura bonis & malis eſſet; quam 805 ubique admirationem tui, quod gaudium exſultationemque deprehenderes? quos omnium cum conjugibus ac liberis, quos etiam cum domeſticis 806 aris ſociſque 807 ſermones? ſcires 808 molliſſimis iſtis auribus parci. & alio quin cum ſint odium amorque contra-

ria;

Digitized by Google

ria, hoc perquam simile habent, 809 quod ibi 810 intemperantiùs amamus bonos Principes, ubi liberalius malos odimus.

782 VOTA.] *Quæ tertio Nonas Januarias publicè suscipi moris erat, festâ omnium lætitiâ. De iis scripsi, nec repeto,* XVI. *Annalium Taciti.* 783 CIVIUM.] *Ait aliquis ineptam hanc lectionem esse, & fidenter rescribendum* Principum. *At mihi non probat. & puto Plinium dicere antiqui instituti fuisse, ut vota pro imperio & civibus susciperentur; at nunc pro salute Principum. Res sanè ita fuit, & olim Consules Vota nuncupabant, ut Livius* XXII. *de Varrone*: Capitolium, & sollennem votorum nuncupationem, fugisse: *quid autem nisi pro rep. & imperio* S. P. Q. R.? 784 PRINCIPVM.] *Corrigit dictum, quia illi priores de sua salute satagebant, securi publicæ. Et alioqui verba ipsa erant de Principe. Tacitus* III. *Annalium*: Pontifices, eorumque exemplo ceteri sacerdotes, cùm pro incolumitate Principis vota susciperent. *Paulus Juris consultus*: Post Kalendas Januarias, die tertio, pro salute Principis vota suscipiuntur. *Plinius, in epistola ad Trajanum*: Sollennia vota pro incolumitate tuâ, quâ publica salus continetur, & suscepimus Domine, & pariter solvimus: precati Deos, ut velint ea semper solvi, semperque signari. 785 SI BENE.] *Clausula est, Trajani jussu addita, ut ex Plinio apparet: clausula, ô Deus, egregia, & magno ac salubri illo Principe digna.* 786 RESPVBLICA.] *Quæ vota illa suscipit.* 787 NON PALAM.] *Imò, malis noxiisq; votis. Nam in tyrannos tacitæ passim execrationes, mortem & exitium precantium.* 788 SUPERSTITES.] *Cùm perditum eam irent & eversum.* 789 IN CONSILIUM.] *A judicibus sumptum, qui in consilium à Prætore mittebantur, caussa cognita laturi.* 790 QVALIS ELECTUS.] *Bonus, utilisque.* 791 INGENTI.] *Egregiis consiliis factisq; subnixa.* 792 PACISCERIS.] *Sub pacto & conditione servari petis, Si mereaeris.* 793 PRÆFECTI.] *Factum insigne & immortale tangit: & miror ab Oratore, qui minora diducit, tangi tantùm. Dio, Zonaras, Suidas, Victor ita referunt.* Cùm Præfecto Prætorii gladium traderet, quo accingi eum moris est, strinxit, & nudatum tenens, ait, Cape istum, & si rectè imperavero, pro me; sin aliter, contra me utere. *Hic campus in quo exsultares Plini. decebatne tam auream vocem & sensum, tam arido & propero stilo stringi tantùm?* 794 INVITA.] *Si malè me in eam gessero.* 795 NE DEBEAT.] *Si vel me mutem, cùm jam susceperit.* 796 DIES ERIT.] *Placet quod in veteri* exit. 797 HVNC ATQVE INDE.] *Nam in omnibus pro-*

Digitized by Google

provinciis & jurabatur Principi, & vota item fiebant. 798 NUNCIOS.] *Quos Præsides aut Proconsules illicò mittebant, significantes juràsse, vovisse. In Plinii epistolis ad Trajanum, tales istæ nunciatoriæ leguntur. Vide.* 799 JVRAVERIS.] *Vel in Consulatu, vel in ista deorum obtestatione.* 800 SIBI PRÆSTAT.] *Sua causa facit, non tua.* 801 NON VTILITAS.] *Sensus, numquam sit ille dies, ut vota nostra nuncupemus, sola fide inducti, quam Principibus debemus, sed magis utilitate propria suasi, quam a te capimus, & ideò diuturnum æternumque, si possit esse te velimus.* 802 CVI POTEST.] Cui, *nempe Principi. hoc argute dicit: Turpis est defensio, aut nuncupatio pro salute ejus Principis, cui hanc possis Imputare, id est, quam ejus caussa suscipias, & quam velut beneficium inscribas. At illa tutela pulchra & gloriosa, quam sua caussa subditi suscipiunt.* 803 SECRETA.] *Sermones occultos, aut sensus.* 804 QVOS ODIMVS.] *Nisi mali. nam hi, conscientia juggerente, sciunt malos de se sermones esse. Quid boni? bonos, eádem teste.* 805 UBIQUE ADMIR.] *Domi, in foro, circulis, conviviis. O optabiles fidasq; istas privatas, super publicas omnes laudationes! Ac Senecam de his affectibus audiamus*: Quid pulchrius est, quam vivere optantibus cunctis, & vota non sub custode nuncupantibus? si paullùm valetudo titubavit, non spem hominum excitari, sed metum? nihil esse cuiquam tam pretiosum; quod non pro salute præsidis sui commutatum velit? omne quod illi evenit, sibi quoque evenire deputet? 806 ARISFOCISQVE.] *Apud Lares sive Deos Penates.* 807 SERMONES.] *Laudes grateſq; de te dicentium, vota pro te concipientium.* 808 MOLLISSIMIS.] *Verecundissimis.* 809 QVOD IBI.] *Domi & in secreto.* 810 INTEMPERANTIUS.] *Utrumque ibi libere & effuse, & odium se prodit atque erumpit.*

CEPISTI tamen & affectus nostri, & judicii, experimentum, quantum maximum præsens capere potuisti, illo 811 die, quo 812 sollicitudini 813 pudorique candidatorum ita consuluisti, ne ullius gaudium alterius tristitia turbaret. alii cum 814 lætitia, alii 815 cum spe recesserunt: multis gratulandum, nemo consolandus fuit. Nec ideò segnius juvenes nostros exhortatus es, 816 Consulatum circumirent, Senatui supplicarent, atq; ita à Principe sperarent honores, si à Senatu 817 petissent. Quo quidem in loco, si quibus opus exemplo, adjecisti, ut te imitarentur,

Digitized by Google

tur. Arduum, Cæsar, exemplum, & quod imitari non magis quisquam candidatorum, quàm Principum possit. Quis enim vel 818 uno die reverentior Senatus candidatus, quàm tu cùm omni vita, tum illo ipso tempore, quo 819 judicas de canditatis? An aliud à te, quàm Senatus reverentia, obtinuit, ut juvenibus clarissimæ 820 gentis, debitum generi honorem, sed 821 antequàm deberetur, offerres? Tandem ergo nobilitas non obscuratur, sed illustratur à Principe: tandem illos ingentium virorum nepotes, illos 822 posteros libertatis, nec 823 terret Cæsar nec pavet. quinimò 824 festinatis honoribus amplificat atque auget, & majoribus suis 825 reddit. siquid usquam stirpis antiquæ, siquid residuæ claritatis, hoc amplexatur & refovet, & in usum reip. promit. Sunt in 826 honore hominum; & in honore famæ, magna nomina, ex tenebris oblivionis, indulgentiâ 827 Cæsaris: cujus est, ut nobiles & conservet, & 828 efficiat.

811 DIE QVO.] *Ambigo leviter, an non hîc defectio aliqua: & perierint quæ de affectus notis. Etsi postea tamen aliquid, sed post hæc tarde.* 812 SOLICITVDINI.] *Dum fit designatio, & dum pendent.* 813 PVDORIQVE.] *Post repulsam.* 814 LÆTITIA.] *Quod designati.* 815 CVM SPE.] *Quod designandi.* 816 CONSVLATVM.] *Inepte, cum veteri libro*, Senatum, *lego.* 817 PETISSENT.] *Ut is commendaret.* 818 *UNO* DIE.] *Quo ambit quisque & humiliter petit.* 819 JVDICAS.] *Designas, & eligis, quia nempe sententiis nostris tuam aptas.* 820 GENTIS.] *Magis velim cum libris aliis*, clarissimè genitis. 821 ANTEQVAM.] *Non ad annales leges autem refero, sed quod in honorem solùm nobilitatis eos crearet. Generi eorum hoc das, inquit, & quia tali stirpe nati, quæ meruit; etsi nondum ipsi.* 822 POSTEROS LIBERT.] *Reliquam illam prolem ævi liberi, & illorum qui in libertate magni fuerunt è Cassiis, Juniis, Fabiis natos.* 823 TERRET] *Nam ut ille ait, jam* olim monstrum est in nobilitate senectus. 824 FESTINATIS.] *Etiam ante ætatem, aut certe maturitatem & merita.* 825 REDDIT.] *Dignos iis facit titulis & imaginibus suis æquat.* 826 HONORE.] *Ego vel sim legere*, in ore famæ. *Sallustius*: In ore agens gentibus populo, civitati. *Plusculaego ad* 111. *Histor. Tacitis*

Digitized by Google

verbis: Non in ore vulgi agere. 827 CÆSARIS.] *Satis fractè hoc dicitur: videaturque vox deesse, extracta, aut similis.* 828 EFFICIAT.] *Jure annulorum dato, ingenuos facit; cumulatis honoribus, nobiles.*

PRÆFUERAT provinciæ Quæstor unus ex 829 candidatis: 830 in quem ea civitas amplissima, redditus egregiâ constitutione fundaverat. hoc Senatui allegandum putasti. Cur enim te Principe, qui generis tui claritatem virtute superasti, deterior esset conditio eorum, qui posteros habere nobiles 831 mererentur, quàm eorum qui parentes habuissent? O te dignum, qui de magistratibus nostris semper hæc nuncies: nec pœnis malorum, sed bonorum præmiis, bonos facias! Accensa est juventus, erexitque animos ad æmulandum, quod laudari videbat: nec fuit quisquam, quem non hæc cogitatio subiret, cùm sciret quidquid à quoque in provinciis benefieret, omnia te scire. Utile est, Cæsar, & salutare Præsidibus provinciarum, hanc habere fiduciam: paratum esse sanctitati, industriæ suæ, maximum præmium, judicium Principis, 832 suffragium Principis. Adhuc autem quamlibet sincera rectaque ingenia, & si non detorquebat, hebetabat tamen misera, sed vera reputatio. 833 Vides enim, siquid benè fecero nesciat Cæsar; aut si scierit, testimonium non reddet. Ita eadem illa seu negligentia, seu malignitas Principum, cùm malè consultis impunitatem, rectè factis nullum præmium polliceretur: nec illos à crimine, & hos deterrebat à laude. At nunc, si benè aliquis provinciam rexerit, huic quæsita virtute dignitas offertur. patet enim omnibus honoris & gloriæ campus, ex hoc quisque, quod cupit, petat; & assecutus, 834 sibi debeat. Provinciis quoque in posterum, & injuriarum metum, & accusandi necessitatem, remisisti. Nam si 835 profuerint, quibus gratias egerint, de nullo queri cogentur. 836 & alioquin nihil magis prodest candidato, ad sequentes honores, quàm peractus optimè magistratus. Magistratus magistratu, honore honor petitur. Volo ego

Digitized by Google

ego qui provinciam rexerit, non tantùm 837 codicillos amicorum, nec 838 urbana conjuratione eblanditas preces: ſed decreta coloniarum, decreta civitatum alleget. 839 Næ ſuffragiis 840 conſularium virorum, urbes, populi, gentes inſeruntur. efficaciſſimum prò candidato genus eſt rogandi, gratias agere.

829 CANDIDATIS.] *Prætoræ, an Conſulatus.* 830 IN QUEM EA.] *Alius videbit, me hîc luſcitioſum confiteor, aut cæcum. Legerem*: inque eâ civitatis ampliſſimæ, *Præfuerat provinciæ, & in eâ reditus ac vectigalia ampliſſimæ unius civitatis, pulchrè & prudenter fundaverat.* 831 MERERENTUR.] *Virtute propriâ.* 832 SUFFRAGIUM.] *Ad honores.* 833 VIDES ENIM.] *Ethopœia, quam vocant.* 834 SIBI DEBEAT.] *Suæ induſtriæ & virtuti, quam Princeps honoribus remuneratur.* 835 PROFUERINT.] *Si provinciarum judicia bona & honeſta, honori uſuique fuerint apud Cæſarem: nullæ querelæ exſpectandæ à provincialibus, quia quiſque placere iis ſtudebit, & demereri hæc eadem benè agendo: ut Cæſarem amicum habeat, & per eum honores.* 836 ET ALIOQUIN.] *Iterùm cœcutio, neque hæc inter ſe vincta. Lego omnia*: & liquebit nihil magis prodeſſe candidato ad ſequentes honores, quàm peractos. Optimè magiſtratus magiſtratu, honore honor petitur. *Sententiam dedi, fortaſſe & verba. Scient omnes, inquit, ad futuros honores, priores prodeſſe: & ſi ii benè geſti in urbe aut in provinciis, gradum ad alios eſſe.* 837 CODICILLOS.] *Privatas laudatiunculas, qualis illa Martialis, ad hunc Trajanum, lib.* XII.

Palma regit noſtros, mitiſſime Cæſar, Iberos,
Et placido fruitur pax peregrina jugo.
Ergo agimus læti tanto pro munere grates,
Miſiſti mores in loca noſtra tuos.

838 URBANA CONJURATIONE.] *Paucorum aliquot civium. Quâ in re peccatum ſæpe, Thraſeas apud Tacitum* XV. *Annalium queritur, & cenſet*, ut laus falſa, ac precibus expreſſa, proinde cohibeatur, quàm malitia, quàm crudelitas. *Et decretum mox interpoſitum*: Nequis ad concilium ſociorum referret, agendas apud Senatum Prætoribus Proveconſulibus grates, neu quis eâ legatione fungeretur. *Et fraudes vetari, bonum eſt: recta illa judicia ſperni aut ſupprimi, non bonum.* 839 NE SUFFRAG.] *Aſſentior Livineio*, ut ſuffragiis: *& ſtatim*, inſerantur. *Etſi poſſit etiam legi*: Benè ſuffragiis. 840 CONSULARIUM.] *Qui in Senatu nominant, ac commendant*

Digitized by Google

candidatos. Tamen dubito, an non è notis error, veriusque: Clarissimorum virorum, *de toto Senatu. Nec enim soli* Consulares *suffragia dabant.*

JAM quo adsensu Senatus, quo gaudio exceptum est, cùm candidatis, ut quemque 841 nominaveras, 842 osculo occurreres? 843 devexus quidem in planum, & quasi unus ex gratulantibus. Te mirer magis, an improbem illos, qui effecerunt, ut istud magnum videretur? cùm velut affixi curulibus suis, 844 manum tantùm, & hanc cunctanter & pigrè, & 845 imputantibus similes, promerent. Contigit ergo oculis nostris insolita facies, Princeps & candidatus 846 æquales & simul stantes: intuerique parem accipientibus honorem, qui dabat. Quod factum tuum à cuncto Senatu, quàm verâ acclamatione, celebratum est? 847 TANTO MAJOR, TANTO AUGUSTIOR. Nam cui nihil ad augendum fastigium supereſt, hic uno modo crescere potest si se ipse submittat, securus magnitudinis suæ. Neque enim ab ullo periculo fortuna Principum longiùs abest, quàm ab humilitatis. Mihi quidem non tam humanitas tua, quàm 848 intentio ejus admirabilis videbatur, quippe cùm 849 orationi oculos, 850 vocem, manum commodares: ut si 851 alii eadem ista mandasses, omnes comitatis numeros obibas. atque etiam, cùm 852 suffragatorum nomina, honore quo solent, excipierentur: tu quoque inter excipientes eras, & ex ore Principis ille senator, ille senatorius assensus audiebatur. quodque apud Principem perhibere testimonium merentibus gaudebamus, perhibebatur à Principe. Faciebas ergo, cùm diceres, 853 OPTIMOS: nec 854 ipsorum modò vita à te, sed 855 judicium Senatus comprobabatur: 856 ornarique se, non illos magis quos laudabas, lætabatur.

841 NOMINAVERAS.] *Designaveras palàm.* 842 OSCVLO.] *Ut solet in gratulatione & fausta precatione.* 843 DEVEXVS.] *Inclinans, & pænè descendens è tuo tribunali. Seneca De Tranquillitate*: Tutiores erunt. superbiam

Digitized by Google

biam detrahendo, & fortunam suam in planum deferendo. 844 MANUM.] *Superbiæ, ut ante monui: & vide* II. *Elector. cap. proprio.* De osculis 845. IMPUTANTIBUS.] *Quasi beneficium darent eoipso, quod liceret contingere.* 846 ÆQUALES.] *Hoc mihi placeat, & est pro sensu. At libri tamen plerique*, equitis, *vel* equitus simul, *habent: ut omnino censeam fuisse*, & candidatus ejus, simul stantes. *Erant enim* candidati Cæsaris, *& ita in lapidibus nominantur: quos is produceret & commendaret. Nam de* candidato equitis, *id est, equestris ordinis (quod quidam suggerunt) alienum, & ineptum est.* 847 TANTO MAJOR.] *In adhortatione & comprobatione formula. Sic in Senecâ*, Multoque audire mavult Tanto melior, quàm, Tanto felicior: *& alibi in eodem.* 848 INTENTIO.] *Expressio, cum veritate & acrimonia.* 849 ORATIONI.] *Qua gratulabaris honorem candidatis.* 850 VOCEM, MANUM.] *Seneca, epist.* VIII. In Senatu candidato vocem & manum commodare. 851 ALII EADEM.] *Priscato, qui tibi obsequeretur. Sed puto rectius lectum iri*, ut si alius eadem ista mandasset. *Tu, inquit, omnia ita comiter & benigne faciebas; tanquam si non à te hoc beneficium, sed ab alio acceptum gratulareris. Nemo enim nimis gaudet aut exsultat in eo, quod ipse confert.* 852 SUFFRAGATORUM.] *Hoc intelleges potest ex epistola* XX. *lib.* III. *ejusdem Plinii, ubi rationem hanc comitialem ita explicat:* Citato nomine candidati, silentium summum, dicebat ipse pro se, vitam suam explicabat, testes & laudatores dabat. Addebat quosdam ex suffragatoribus, illi graviter & paucis loquebantur. Plus hoc quàm preces proderat. *Itaque suffragatores prodibant, & loquebantur: apparetque cum plausu & favore (ut tunc mores ad levitatem vel adulationem inclinabant) exceptos. Apparet, inquam, ut hæc est lectio, quam mihi immutare tamen suadeat animus. ac scribere:* cùm suffragatores nomina, honore quo solent, exciperent, tu quoque. *Ipsi dico Suffragatores nomina excipiebant: quorum nempe candidatorum, qui nomine & ordine (ex verbis jam Plinii) citabantur. Princeps igitur ipse, mirâ comitate, quasi inter suffragantes laudantesque erat.* 853 OPTIMOS.] *Notetur ritus, adhuc inobservatus. Candidati*, boni vel optimi *acclamabantur, ad nomen. Senecæ hinc lux, epist.* III. Itaque verbo illo quasi publico usus es, & sic amicum dixisti, quomodo omnes candidatos viros bonos dicimus. 854 IPSORUM.] *Candidatorum. Itaque ex his palàm est, superiora, ut dixi, legenda.* 855 JUDICIUM.] *Quia Senatus tales elegerat.* ORNARIQUE SE.) *Ipsum Senatum, cu sic credebas.*

Digitized by Google

NAM quòd precatus es, ut illa ipsa 857 ordinatio comitiorum BENE AC FELICITER EVENIRET NOBIS, REIP. 858 Nonne tibi tale est, ut nos hunc ordinem votorum convertere debeamus? deos denique obsecrare, ut omnia quæ facis, quæque facies, prosperè cedant tibi, reip. nobis? vel si brevius sit optandum, ut 859 uni tibi? in quo & resp. & nos sumus. 860 Fuit tempus, ac nimium diu fuit, quo 861 alia adversa, alia secunda, Principi & nobis. nunc communia tibi nobiscum tam læta, quàm tristia: nec magis sine te nos esse felices, quàm tu sine nobis potes. An si posses, in fine 862 votorum adjecisses, UT ITA PRECIBUS TUIS DII ANNUERENT, SI JUDICIUM NOSTRUM MERERI PERSEVERASSES. Adeò nihil tibi amore civium antiquius; ut antè à nobis, deinde à diis; atque ita ab illis amari velis, si à nobis ameris. Et sane priorum Principum 863 exitus docuit, ne à diis quidem amari, nisi quos homines ament. arduum erat, has precationes tuas laudibus adæquare: adæquavimus tamen. Quid amoris ardor, qui stimuli, quæ faces illas nobis exclamationes subjecerunt? Non nostri, Cæsar, ingenii, sed tuæ virtutis tuorumque meritorum voces fuerunt: quas nulla unquam adulatio invênit, nullus cujusquam terror expressit. Quem sic timuimus, ut hæc fingeremus? quem sic amavimus, ut hæc fateremur? 864 Nosti necessitatem servitutis. quando simile aliquid audisti, & quando dixisti? Multa quidem excogitat 865 metus, sed quæ appareant quæsita ab invitis. aliud sollicitudinis, aliud securitatis ingenium est; alia tristium inventio, alia gaudentium: neutrum 866 simulationes expresserint. habent sua verba miseri, sua verba felices: utque jam maximè eadem ab utrisque dicantur, 867 aliter dicuntur.

857 OR-

Digitized by Google

857 ORDINATIO.] *Sollennis & vetus illa precatio, quam usurpabat is qui comitiis præerat & moderabatur. Cicero, pro Murenâ:* Quæ precatus sum à diis immortalibus, more institutoque majorum, illo die quo L. Murenam Consulem renunciavi, ut ea res mihi, magistratuique meo, populo plebique Romanæ benè atque feliciter eveniret. *Et appellat mox* Sollennem comitiorum precationem. *Ordinatio hîc igitur, dispositio & creatio magistratuum in hunc annum.* 858 NONNE TIBI.] *Planissime transpositâ voce legendum:* tibi, nonne tale. *Nam hæc formula erat,* Senatui, reip. mihi. *Sese ipsos in eâ comprecatione semper includebant: ut in Ciceronis illis verbis, & alibi. Occurit hoc Ennii:*

——ea ut mî,
Reiique & fidei, regno, vobisque Quirites
Si fortunatum, feliciter, ac benè vortant.

859 UNI TIBI.] *Infrà:* Simplex, cunctaque ista complexum, unum omnium votum est, Salus Principis, *Adde. Messallæ verba, in Suetonii Aug. cap.* LVIII. 860 FVIT TEMPVS.] *Sub malis Principibus.* 861 ALIA ADVERSA.] *Diffidebant enim, & Princeps Senatum minui vel perire, ipsi Principem optabant.* 862 VOTORVM.] *Publicorum, de quibus suprà? an quæ ipse Trajanus in Senatu nunc concepit?* 863 EXITVS.] *Violentus, aut fœdus.* 864 NOSTI.] *Nam & ipse paullò ante inter servientes.* 865 METVS.] *Dogma pulcherrimum est in Plutarchi Demetrio,* Non fidendum honoribus istis, qui decernuntur sic vulgò; Τὰ γὰρ ἀνθ' , *inquit,* ἡμῖν διδόντες ψηφίζονται, καὶ φιλοῦσιν: eadem enim & timentes decernunt, & amantes. At unum argumentum esse veræ benivolentiæ, si ii quibus dantur, conscii sibi sint, factis & virtute meruisse. 866 SIMVLATIONES.] *Tibullus:*

——difficile est imitari gaudia falsa,
Difficile est tristi fingere mente jocum.

Nazarius: Fingit quidem timor gaudium, sed ira intimos mentis affectus proditor vultus enunciat, ut in speculo frontium imago exstet animorum.

867 ALITER DICUNTUR.] *Alia asseveratione, intentione, & vultu.*

TESTIS ipse ea, quæ in omnium ore lætitia. 868 non amictus cuiquam, non habitus 869 quem modò extulerat. inde resultantia vocibus 870 tecta, nihilq; 871 tantis clamoribus satis clausum. Quis tunc non

Digitized by Google

è vestigio suo exiluit? quis exiluisse sensit? Multa fecimus sponte, plura 872 instinctu quodam & imperio, nam gaudio quoq; cogendi vis inest. Num ergo modum ei tua saltem modestia imposuit? nam quanto magis à te reprimebatur, exarsimus, non contumaciâ Cæsar: sed ut in 873 tuâ potestate est, an gaudeamus; ita in quantum, 874 nec in nostrâ. Comprobasti & ipse acclamationum nostrarum fidem lacrymarum tuarum 875 veritate. Vidimus humescentes oculos tuos, 876 demissumque gaudio vultū, tantumq; sanguinis in ore, quantum in animo pudoris. Atque hoc magis incensi sumus, ut precaremur, nequando tibi non eadem causa lacrymarum, 877 utque nunquam frontem tuam abstergeres. 878 Hoc ipsum has sedes nos, quasi responsuras, interrogemus, 879 viderintne umquam Principis lacrymas? at Senatus sæpe viderunt. Onerasti futuros Principes, sed & 880 posteros nostros. nam & hi à Principibus suis exigent, ut eadem audire mereantur. & illi quod non audiant, indignabuntur. Nihil magis possum propriè dicere, quam quod dictū est à cuncto Senatu: O TE FELICEM! quod cum diceremus, non opes tuas, sed animum mirabamur. Est enim demum vera felicitas, felicitate 881 dignum videri. Sed cùm multa illo die dicta sunt sapienter & graviter, tum vel in primis, 882 CREDE NOBIS, 883 CREDE TIBI. Magnâ hoc fiduciâ nostri, majore tamen tui diximus. alius enim fortasse alium: 884 ipsum se nemo deceperit. Intro spiciat modò vitam, seque quid mereatur interroget. Proinde 885 dabat vocibus nostris fidem apud optimum Principem, quod apud malos detrahebat. quamvis enim faceremus, quæ amantes solent: illi tamen non amari se, credebant sibi. Super hæc precati sumus, ut SIC TE AMARENT DII, QUEMADMODVM TV NOS quis hoc aut de se, 886 aut Principi diceret mediocriter amanti? Pro nobis ipsis quidem hæc fuit summa votorum: ut nos sic amarent dii, quomodo tu. Estne verum quod inter ista cla-

clamavimus, O NOS FELICES! Quid enim felicius nobis, quibus non jam illud optandum, est ut nos diligat Princeps: sed dii, quemadmodum Princeps? Civitas religionibus dedita, semperque deorum indulgentiam 887 piè merita, nihil felicitati suæ putat adstrui posse, nisi ut dii Cæsarem imitentur.

868 NON AMICTVS.] *Mamertinus, Juliani laudatione*: Nimiæ lætitiæ decoris sunt & gravitatis immemores. Illa jactatio togarum, illa exsultatio corporum, nescientibus pænè hominibus excitabatur. 869 QVEM MODO.] *Forte* quem domo. 870 TECTA.] *Curiæ*, 871. TANTIS CLAMORIBUS.] *Pone sexcentos unà clamantes: & adde Attuarios, & Laticlavios, quibus jus veniendi in Senatum.* 872 INSTINCTU QVODAM.] *Nam animus in gaudio emicans & subsultans, corpus ignarum & pænè invitum eò ducit.* 873 TVA POTESTATE.] *Qui materiem dare potes, non potes.* 874 NEC IN NOSTRA.] *Quia à vi gaudii auferimur, ut à subito torrente.* 875 VERITATE.] *Non enim fictæ illæ, aut expressæ. Quid si tamen*, ubertate? 876 DEMISSVMQVE GAVDIO.] *Si sic legas, ad pudorem mistum gaudio referendus hic gestus. nam ille in laude, quæ titillat & suaviter afficit, vultum tamen submittit. At si de gaudio solo legerem* remissumque, *id esset, hilarem & diffusum gaudio vultum, cujus proprium scilicet* dilatare, *unde & lætitia: sicut contrahere, & angustare doloris, unde* angor. 877 UTQVE NVMQVAM.] *Hæc clausula inter mutilas aut corruptas; nam meliores libri illud*, abstergeres, *mox non habent: nec vero eo facit. Quid enim* abstergeat? *lacrymas? eæ in genas delabuntur, non in frontem ascendunt. Pudorem, inquies. non solet abstergi, nec potest: velari in eo frons aut vultus solet, nec aliter.* 878 HOC IPSVM.] *Pariter corruptum, tentabam*, hoc templum. *Sed explicat etiam aliquis*: Hoc ipsum *nos rogemus has sedes: quid* hoc ipsum: *nempe quod dico de lacrymis.* 879 VIDERINTNE UNQUAM.] *Ita & quidem Augusti ipsius, in causâ simili cùm Pater patriæ dictus. Vide Suetonium, cap.* LVIII. 880 POSTEROS NOSTROS.] *Senatores, qui post nos erunt.* 881 DIGNUM VIDERI.] *Id est, non est felix, qui in magnâ fortunâ est, sed qui habetur & est (ob virtutes) eâ dignus.* 882 CREDE NOBIS.] *Serio te laudantibus.* 883 CREDE TIBI.] *Cui animus dicit, laude dignum esse.* 884 IPSVM SE NEMO.] *Nam simulata virtus alteri imponit, non autem simulanti.* 885 DABAT VOCIBVS.] *Quid dabat? nempe, conscientia ipsius Principis, meriti & non meriti testis.* 886 AVT PRINCIPI.] *Malim*, Prin-

Digitized by Google

cipe, & mox, emante. 887 PIE MERITA.] *Suspitio, an non* pietate *fuerit : depravatum compendio scripturæ. Cicero :* Deorum numine tantum hoc imperium & natum est, & auctum, & retentum. *addit, omnes gentes* pietate & religione superatas.

SED quid singula consector & colligo? quasi verò aut oratione complecti, aut memoria consequi possim, quæ vos P.C. ne quæ interciperet oblivio, & in 888 publica acta mittenda, & incidenda in æra censuistis. 889 Antè, orationes Principum tantùm, ejusmodi genere monumentorum mandari æternitati solebant : acclamationes quidem nostræ parietibus curiæ claudebantur. Erant enim, quibus nec Senatus gloriari, nec Princeps possent. Has verò, & 890 in vulgus exire, & 891 posteris prodi, cùm ex utilitate, tum ex dignitate publica fuit. Primùm, ut orbis terrarum pietatis nostræ adhiberetur testis & conscius; deinde, ut manifestum esset, audere nos de bonis malisq; Principibus, non tantùm 892 post ipsos, judicare; postremò, ut experimento cognosceretur & ante 893 nos gratos, sed miseros fuisse : quibus esse nos gratos, probare antèa non licuit. At quâ contentione, quo nisu, quibus clamoribus expostulatum est : ne affectus nostros, ne tua merita 894 supprimeres : denique ut in posterum exemplo provideres. *Di*scant & Principes acclamationes veras falsasque discernere : habeantque muneris tui, quod jam decipi non potuerunt. Non instruendum illis iter ad bonam famam : sed non deferendum, non submovenda adulatio : sed non reducenda est. certum est & quæ facere, & quæ debeant audire, si faciant. quid nunc ego super ea, quæ sum cum toto Senatu precatus, pro Senatu precer? nisi ut hæreat animo tuo gaudium, quod tunc 895 oculis protulisti. Ames illum diem, & tamen 896 vincas. nova merearis, nova audias : eadem enim dici, nisi ob eadem facta, non possunt.

883 PUBLICA ACTA.] *Quid? nonne igitur omnia Senatus decreta, aut seria magis dicta,* in Acta *mittebantur?*

Digitized by Google

tur? certè, & erant huic rei Actuarii, *&* * Acta Senatus *in Tacito aliisq; crebrò leguntur. Sed nota, quod ait* Publica acta: *ea autem sunt* Populi, *quæ alio nomine* Vrbana: *Nempe decretum, ut vulgus quoq; ea sciret, & in publicis illis Actis scripta legerentur, præter morem.* 889 ANTE ORATIONES.] *Imò ea non in æs tantùm, sed aurum argentumque incisa, lectione publica repetita. Vide me, si lubet, super hoc more ad* XIV. *Annalem Taciti, haud procul initio.* 890 IN VULGUS.] *Quod factum,* in Acta publica *mittendo.* 891 POSTERIS.] *Nempe in æs incidendo, & perpetuando.* 892 POST IPSOS.] *Cùm jam mortui. et si, ô bone Plini, libertas ea tantùm sub bonis, & de bonis: in malis, judicia quidem, sed non libera aut publicata.* 893 NOS GRATOS.] *Placeat,* non ingratos: *etsi nec aliter sententiâ valdè dissidente, sed sic clariore.* 894 SUPPRIMERES.] *Quia nolebas publicari vel incidi.* 895 OCULIS PROTULISTI.] *Lacrymando, suprà.* 896 VINCAS.] *Majora faciendo, majora audiendo.*

* *Vide me in V. Annal. Tacit.*

JAM 897 quàm antiquum, quàm consulare, quod triduum totum Senatus, sed exemplo tui, sedit! cùm interea nihil, præter Consulem, ageres. Interrogavit quisque quod placuit; dissentire, 898 discedere, & copiam judicii sui reip. facere tutum fuit; consulti omnes, atque etiam 899 dinumerati sumus: vicitque sententia 900 non prima, sed melior. At quis antea loqui, quis hiscere audebat, præter miseros illos, qui primi interrogabantur? ceteri quidem defixi & attoniti, ipsam illam mutam ac 901 sedentariam assentiendi necessitatem, quo cum dolore animi, quo cum totius corporis horrore, perpetiebantur? Unus soluſque censebat quod sequerentur omnes, & omnes improbarent; in primis ipse, qui censuerat. Adeò nulla magis omnibus displicent, quam quæ fic fiunt, tanquam omnibus placeant. 902 Fortasse Imperator in Senatu ad reverentiam ejus componebatur: ceterùm egressus, statim se recipiebat in Principem, omniaque consularia officia abigere, negligere, contemnere solebat. Ille vero ita Consul, ut si tantum Consul foret: nihil infra se putabat, nisi quod infrà Consulem esset. Ac primùm, ita 903 domo progrediebatur, ut illum

Digitized by Google

illum nullus apparatus arrogantiæ Principalis: nullus 904 præcursorum tumultus detineret. una erat in limine mora, 905 consultare aves, revererique numinum monitus. nemo proturbabatur, nemo 906 submovebatur. tanta viatoribus quies, tantus pudor fascibus, ut plerumque 907 aliena turba substistere & Consulem & Principem cogeret. Ipsius quidem 908 officium tam 909 modicum, tam temperatum ut antiquus aliquisque magnus Consul, sub bono Principe incedere videretur.

897 QUAM ANTIQVVM.] *De eâdem re, epist.* XI. *lib.* II. Jam hoc ipsum, quàm pulchrum & antiquum, Senatum nocte dimitti, triduo vocari, triduo contineri? *Ideo autem* antiquum, *quia olim assiduè Senatus habitus, & res omnes in eo agitatæ, decretæ. at sub Principibus, rariores conventus; quia illi ad se trahebant præcipua rerum, & Patres in speciem convocabant interdum. Atque Augustus dies certos habendo Senatui definivit: de quibus* Tranquillus, *cap.* XXXV. 898 DISCEDERE.] *Non quidem e Curia: sed pedibus ire in hanc illamve sententiam. Cui libertati mox opponit* sedentariam assentiendi necessitatem. 899 DINUMERATI.] *Utra pars præpolleret. Neque enim hoc ad infrequentiam Senatus retulerim, cùm ad impediendum decretum dicebatur.* Numera Senatum: *Festus, in iis vocibus.* 900 NON PRIMA.] *Vide tyrannos, quibus Senatus pro imagine aut umbra erat. unum dicere ex compositio jubebat, & quod ipsi vellent: atque unum tantùm.* 901 SEDENTARIAM.] *Cùm nec interrogarentur, nec surgerent ad dicendum: sed nec (ut in pluribus sententiis) discessio fieret.* Sedentes *igitur assentiebantur. quomodo? manu, aut voce. Nempe illa sublata, & hanc in unum verbum solventes,* Assentio; *aut* Idem. 902 FORTASSE.] *Syllabam retraham,* At fortasse. 903 DOMO.) *Palatio.* 904 PRÆCVRSORUM.] *Apparitorum, & anteambulonum.* 905 CONSVLTARE.] *Notetur, an de more publico, an Trajani privato? Nihil sane rei majoris, nisi auspicato Romani aggredebantur: quod tamen in domus egressu id semper factum, haud subeunt nunc exempla. Nisi istuc facit, quod Victor in regione Palatii,* Anguratorium *ponit. At potuit privatim, & ex more suæ gentis deditus huic superstitioni esse, nam in Alexandro Lampridii legas:* Ὀιωνόσκοπος (*augur*) magnus fuit, ut & Vascones, & Hispanorum, & Pannoniorum augures vicerit. 906 SVBMOVEBATVR.] *A lictoribus*

Digitized by Google

ribus, vel ab ipsa officii turba. Lucanus, seu quis alius, ad Pisonem:

——nec enim tibi dura clientum
Turba rudisque placet, misero quæ freta labore,
Nil nisi summoto novit præcedere vulgo.

907 ALIENA.] *Occurrentis divitis alicujus, aut magistratus.* 908 OFFICIVM.] *Ipsi, qui deducunt, aut comitantur. Ovidius:*

Substitit hîc, agmenque suum, turbæque sequentis
Officium, placido visus dimittere vultu.

Suetonius, Seneca, alii. 909 MODICVM.] *Non frequens aut magnum: ut divites illi agmina tota solent trahere.*

ITER illi sæpius 910 in forum, frequenter tamen & in campum. nam comitia Consulum obibat ipse, & tantùm ex renunciatione eorum voluptatis, quantum priùs ex 911 destinatione capiebat. Stabant candidati ante curulem Principis, ut ipse ante Consulis steterat: adigebanturque in verba, in quæ paullò ante ipse juraverat Princeps: qui tantum putat esse in jure jurando, ut illud & ab aliis exigat. Reliqua pars diei tribunali dabatur. Ibi verò quanta religio æquitatis? quanta legum reverentia? Adibat aliquis ut Principem? respondebat, se Consulem esse. Nullius ab eo magistratus jus, nullius auctoritas imminuta est: aucta etiam, siquidem pleraque ad Prætores remittebat: atque ita, ut 912 collegas vocaret, non quia populare gratumque audientibus: sed quia ita sentiebat. Tantum dignationis in ipso honore ponebat: ut 913 non amplius esse censeret, quod aliquis collega appellaretur à Principe, quàm quòd Prætor esset. Ad hæc tam 914 assiduus in tribunali, ut labore reficì ac reparari videretur. Quis nostrûm idem curæ, idem sudoris sumit? quis adeò expetitis honoribus, aut 915 deservit, aut 916 sufficit? Et sanè æquum est, tantum ceteris præstare Consulibus ipsum, qui Consules facit. quippe etiam fortunæ videbatur indignum, si posset honores dare, qui gerere non posset. Facturus Consules, 917 doceat; acceptursique amplissimum honorem persuadeat, scire se quid sit quod daturus sit, sic fit, ut illi quoque sciant,

Digitized by Google

sciant, quid acceperint. Quo justiùs Senatus ut susciperes quartum Consulatum, & rogavit, & jussit. Imperii hoc verbum, non adulationis esse, 918 obsequio tuo crede: quod non aliâ in re magis aut Senatus exigere à te, aut tu præstare Senatui debes. Ut enim ceterorum hominum, ita Principum, illorum etiam qui dii sibi videntur, ævum omne & breve & fragile est. Itaque optimum quemque niti & contendere decet, ut post se quoque reipublicæ prosit, moderationis scilicet justitiæque monumentis, quæ prima statuere Consul 919 potest. Hæc nempe intentio tua, ut libertatem revoces ac reducas. Quem ergo honorem magis amare? quod nomen usurpare sæpius debes, quam quod primum invenit recuperata libertas? Non est minùs 920 civile, & Principem esse pariter, & Consulem: quam tantùm Consulem. Habe etiam rationem verecundiæ collegarum tuorum. Collegarum inquam: ita enim & ipse loqueris, & nos loqui vis. Onerosa erit modestiæ illorum tertii Consulatus sui recordatio, donec te 921 Consulem videant. Neque enim potest non nimium esse privatis, quod Principi satis est. Annuas Cæsar optantibus, quibusque apud deos 922 esse consuesti, quorum potes ipse, votorum compotes facias. Fortasse sufficiat tibi tertius Consulatus, sed nobis tanto minùs sufficit. 923 Ille nos instituit & induxit, ut te iterum iterumque Consulem habere cupiamus. Remissiùs illud contenderemus, si adhuc non sciremus, qualis esses futurus. Tolerabilius fuit, experimentū tui nobis, quàm 924 usum negari. Dabiturne rursus videre Consulem illum? 925 audiet, reddet, quas proxime voces? præstabitque gaudium, quantum ipse percipiet? præsidebit lætitiæ publicæ, auctor ejus & caussa? tentabitque affectus nostros, ut solet, cohibere; nec poterit? 926 pietati Senatus, cum modestia Principis, felix speciosumque certamen: seu fuerit victa, seu vicerit. Equidem incognitam quandam, proximaque majorem, præsumo lætitiam. Quis enim est tam imbe-

Digitized by Google

imbecelli ingenio, qui non tantò meliorem Consulem speret, quantò sæpiùs fuerit? Alius labores, si non 927 continuos desidiæ ac voluptati dedisset, otio tamen & quiete recreasset. hic consularibus curis exolutus, principales resumpsit: tam diligens temperamenti, ut nec Consulis officium, Princeps; nec Principis, Consul appeteret. Videmus ut provinciarum desideriis, ut singularum etiam civitatum precibus occurrat. nulla in 928 audiendo difficultas, nulla in respondendo mora: adeunt statini, dimittuntur statim; 929 tandemque Principis fores exclusa legationum turba non obsidet.

910 IN FORUM.] *Ad jus dicendum.* 911 DESTINATIONE.] *Designatione, nam Princeps faciebat: & nunc Trajanus, ut Consul, ipse renunciabat.* 912 COLLEGAS.] *Messallæ verba vide apud Agellium, libro* XIII. *cap.* XIV. *quibus docet,* Collegam esse Prætorem Consuli, quòd eodem auspicio creantur. 913 NON AMPLIUS.] *Id est, tanti faciebat honorem Præturæ, ut non plurìs æstimaret* Collegam Principis *dici, quàm* Prætorem. 914 ASSIDUUS.] *Prisco more, & Augusti exemplo, de quo Suetonius:* Ipse jus dixit assiduè, & in noctem nonnumquam: si parùm corpore valeret, lecticâ pro Tribunali collocatâ, vel etiam domi cubans. *Mos in Principe numquam satis laudandus.* 915 DESERVIT.] *Vacat, & se impendit.* 916 SUFFICIT.] *Par est.* 917 DOCEAT.] *Exemplo suo Consules agere.* 918 OBSEQVIO TVO.] *Crede, inquit, nos jubere, non adulari; quomodo? obsequendo. Si facis & suscipis, ostendis te credere, seriò nos sic velle: & volumus certè.* 919 POTEST.] *Malim,* potes. 920 CIVILE.] *Moderatum, æquabile, & cive dignum.* 921 CONSVLEM.] *Quartò, & fortassè is numerus excidit.* 922 ESSE CONSVESTI.] *Corrigebam,* adesse consuesti: *quod & aliis placuit. Sententia est, Tu Cæsar, qui adesse nobis apud Deos precantibus soles, & vota nostra tuis juvare: ecce nunc concede, quod à te, non à Diis, petimus, & à te pendet.* 923 ILLE NOS.] *Tam laudabiliter gestus.* 924 USVM.] *Utilitatem jam notam.* 925 AVDIET.] *A Senatu acclamationes similes; atque ipse respondebit.* 926 PIETATI.] *Omninò revocanda vox, è fine prioris*: erit pietati: *& interrogatione efferenda clausula.* 927 CONTINVOS.] *Scribe,* continuò se. 928 AVDIENDO.] *Fortassè* adeundo: *etsi illud quoque simile habere potest sensum.* 929 TANDEMQVE.] *Ut sub Domitiano solet, sese includente.*

QVID

Digitized by Google

QUID in omnibus cognitionibus, quàm mitis severitas, quàm non dissoluta clementia? Non 930 locupletando fisco 931 sedes, nec aliud tibi sententiæ tuæ pretium, quàm benè judicasse. Stant ante te litigatores, non de fortunis suis, sed de tua 932 existimatione solliciti; nec tam verentur, quid de caussâ sua, quam quid de moribus sentias. O verè Principis, atque etiam Consulis reconciliare 933 æmulas civitates; tumentesque populos non imperio magis, quàm ratione, compescere; 934 intercedere iniquitatibus magistratuum, infectumque reddere, quidquid fieri non oportuerit; postremò, velocissimi 935 sideris more, omnia invisere, omnia audire, & undecumque invocatum statim, veluti numen, adesse & adsistere. Talia esse crediderim, quæ ipse mundi parens temperat nutu, 936 siquando oculos demisit in terras, & facta mortalium inter divina opera numerare dignatus est, quibus nunc per te liber solutusque, 937 cœlo tantùm vacat: postquam te dedit, qui erga omne hominum genus 938 vice suâ fungereris. Fungeris enim, sufficisque mandanti: cùm tibi dies omnis, summa cum utilitate nostrâ, cum tua laude, condatur.

930 LOCVPLETANDO.] *Non, ut tyranni, ideo judicas ut damnes, & bona ad fiscum tuum trahas, non fructus, sed æquitas sola tibi finis.* 931 SEDES.] *Pro tribunali.* 932 EXISTIMATIONE.] *Tam te scilicet reverentur, tuamq; virtutem: ut malint opum jacturam, quàm famæ apud te facere.* 933 ÆMVLAS CIVITATES.] *Qui moribus, etsi in publica illa servitute, civitates tenebat: queriturq; de sua Græciâ Plutarchus. Sed & Tacitus notat, quasdam* ad exitum inter se discordes. 934 INTERCEDERE.] *Irrita iniqua decreta facere, & nulla.* 935 SIDERIS MORE.] *Solem intellige.* 936 SIQUANDO OCVLOS.] *Ille vero semper ô Plini; & tu hic cum avunculo tuo Epicurissas, cui* irridendum *videtur*, agere curam rerum humanarum illud, quidquid *est*, summum. *Sed prudentiam, eloquentiam, & omnia alia à vobis haurimus, quàm pietatem.* 937 CÆLO TANTVM.) *Ut poëta*: Juppiter in cælis, Cæsar regit omnia terris. 938 VICE SVA.) *Seneca de Clem. ubi Nero*: Ego ex omnibus mortalibus placui, electusque sum, qui deorum vice fungerer in terris.

QVOD

QUOD siquando cum 939 influentibus negotiis paria fecisti, instar refectionis existimas mutationē laboris. Quæ enim remissio tibi, nisi 940 lustrare saltus, excutere cubilibus feras, superare immensa montium juga, & horrentibus scopulis gradum inferre, nullius manu, 941 nullius vestigio adjutum: atqui nter hæc, pia mente 942 adire lucos, & occurrare numinibus? 943 Olim hæc experientia juventutis, hæc voluptas erat: his artibus futuri duces imbuebantur, certare cum fugacibus feris cursu, cum audacibus robore, cum callidis astu: nec mediocre pacis decus habebatur, submota campis irruptio ferarum, & 944 obsidione quadam liberatus agrestium labor. Usurpabant gloriam istam illi quoque Principes, qui obire non poterant: usurpabant autem, ut domitas fractasque claustris feras, ac deinde in ipsorum quidem ludibrium emissas, 945 mentita sagacitate colligerent. Nunc par capiendi quærendique sudor, summusque & idem gratissimus 946 labor, invenire. Enimverò siquando placuit idem corporis robur in maria proferre, non ille fluitantia vela, aut 947 oculis sequitur, 948 aut manibus: sed nunc gubernaculis assidet, nunc cum valentissimo quoque 949 sodalium certat 950 frangere fluctus, domitare ventos reluctantes, remisque transire obstantia freta. Quantum 951 dissimilis illi, qui non Albani lacus ostium, Bajanique torporem & silentium ferre, non pulsum saltē fragoremque remorum perpeti poterat, quin ad singulos ictus turpi formidine horresceret. Itaque procul ab omni sono, inconcussus ipse & immotus, religato revinctoque navigio, non secus 952 ac piaculum aliquod, trahebatur. Fœda facies, cum populi Romani Imp. alienum cursum, alienumque rectorem, velut 953 capta nave, sequeretur. Nec deformitate ista saltem flumina carebant, atque amnes. Danubius ac Rhenus tantum illud 954 nostri dedecoris vehere gaudebant, non minore cum pudore imperii, quod hæc Romanæ

Digitized by Google

aquilæ, Romana signa, Romana denique ripa, quàm quòd hostium prospectarent. hostium, quibus moris est, eadem illa nunc rigentia gelu flumina, aut campis superflua, nunc liquida ac 955 deferentia, lustrare navigiis, nandoque superare.

939 INFLUENTIBUS NEGOTIIS PARIA.] *Id est, si exhausisti omnia negotia, quæ magna copia velut inundant.* Paria facere, *est reliqui nihil habere: à ratiociniis sumptum.* 940 LUSTRARE SALTUS.] *Venationis in eo studium commendat: quidquid mox dicet, rarum tamen, nec in magno, priscis Romanis. At aliæ gentes amarunt, & ab Hispanis suis traxit Trajanus. Ab eo Hadrianus, qui* usque ad insaniam & periculum eo detentus *scribitur. Sed & M. Antoninus,* piscando & venando multùm se oblectavit. *Quis carpere possit? usum habet, si modum: & Plato, Xenophon, alii laudarunt.* 941 NULLIUS VESTIGIO.] *Præcuntis, opinor, & viam facientis aut monstrantis.* 942 ADIRE LUCOS.] *Veterum opinione sacros.* 943 OLIM HÆC EXPERIENTIA.] *Dubito an non,* experimenta. *Sed quando olim? vix jam veteres Romanos facit esse legas, qui à prima adolescentia in militia, aut ejus exercitiis, erant. Sed & Sallustius,* agrum colere, & venari, servilibus officiis *adscribit. Licet tamen opinari, haud neglexisse prorsus, etsi in laude aut curâ non habuisse. Posteà invaluisse haud nego, adeò ut Maximinus (sed Thrax ille, & barbarus)* solis venationibus legiones frequenter exerceret: *in ejus vitâ.* 944 OBSIDIONE QUADAM.] *Ut ne ipsi obsederint, & indagine feras cinxerint? an ut liberarint ferarum obsidione agrestes?* 945 MENTITA SAGACITATE.] *Quo hæc spectent, quæro. Domitianum scio,* sagittarum vel præcipuo studio tentum, & centenas varii generis feras sæpè in Albano secessu confeciſſe: *ex Suetonio. An igitur vult Plinius, feras istas claustris caveisque emissas: & tum quasi sagacitate ejus indagatas percussasque esse? potest: sed magis credam, apros, & cervos, aut id genus emissos: & captos deinde, quasi vera venatione & sagacitate quæsitos.* 946 LABOR, INVENIRE.] *Quasi dicat, Tu quærebas reverà feras, & ea ipsa quæsitione delectabaris (ita est in venatoribus) finisque tuus erat præcipuus invenisse. Quis enim vir magnus ob prædam quærit?* 947 OCULIS SEQUITUR.] *Quietus & sedens, ac pulchrè à moribus & ingenio navigantium sumptum: quia revera oculi eò feruntur.* 948 AUT MANIBUS.] *An demonstrando huc aut illuc, ecce, fert ventus? an,* navibus, *legi verius? Mihi verius: & ignavia tangitur illorum, qui ne remos strepitusque alios nauticos audirent, nave aliâ religati navem præducentem se-*

Digitized by Google

sequebantur. Mox palam dicit. 949 SODALIUM.] *Qui* Socii navales *dicuntur.* 950 FRANGERE.] *Remit.* 951 DISSIMILIS ILLI.] *Domitiano.* 952 AC PIACULUM.] *Hostia, quâ scelera piabant, sive purgabant. Ea procul, ne quis devectam & malis publicis cruentam tangeret, trahebatur, & in mare devectam mergebant. Græcorum καθαρμα, μύσαγμα.* 953 CAPTA NAVE.] *Is erat ritus, Livio expressus libro* XXI. Romani naves omnes (*captas*) religatas puppibus in altum extraxêre. 954 NOSTRI.] *Liber scriptus*, monitri dedecus: *quod nescio an edito præferam.* 955 DEFERENTIA.] *Prono & suo cursu euntia. Quidam libri*, desferentia, *quod esset, in se reduntia, omissis campis. Possit &* deferventia, *legi.*

NEC verò laudaverim per se magnopere duritiam corporis ac lacertorum: sed si his validior toto corpore animus imperitet, quem non fortunæ indulgentiæ molliant; non copiæ Principales ad segnitiem luxumque detorqueant; tunc ego, seu montibus, seu mari exerceatur, & lætum opere corpus, & crescentia laboribus membra, mirabor. Video enim jam inde antiquitùs, maritos dearum, ac deorum liberos, nec dignitate 956 nuptiarum magis, quàm his artibus inclaruisse. Simul cogito, cùm sint ista ludus & avocamentum hujus, quæ quantæque sint illæ 957 seriæ & intentæ, & à quibus se in tale otium recipit, voluptates. Sunt enim voluptates, quibus optimè de cujusque gravitate, sanctitate, temperantiâ creditur. Nam quis adeò dissolutus, cujus non occupationibus aliqua species severitatis insidat? otio 958 prodimur. An non plerique Principes hoc idem tempus in aleam, stupra, luxum conferebant? cùm feriarum laxamenta curarum, vitiorum 959 contentione supplerent. Habet hoc primùm 960 magna fortuna, quòd nihil tectum, nihil occultum esse patitur: 961 Principum verò non modò domus, sed cubicula ipsa intimosque secessus recludit, omniaque arcana noscenda famæ proponit atque explicat.

956 NUPTIARUM.] *Pars membri altera deest*, & natalium: *ac plusculæ hîc observo hiatus aut fædæ.* 957 SERIÆ ET INTENTÆ.] *Sequitur mox* voluptates: *& ni*

Digitized by Google

litterarias aut illas animi interioris intellegat, quid velit ignoro. Imò placebat legere: quæ quantaque sint illa seria & intenta, & à quibus se in tale otium recipit. Voluptates sunt enim, voluptates, quibus: *oratoriâ & efficaci repetitione.* 958 PRODIMVR.] *Mens rei igitur, quæ neque per remissiones intenta est ad velandum; & ipsas naturæ aptas moribusque appetit.* 959 CONTENTIONE.] *Laxabant se à curis, ut in vitia animum intenderent. Quo sensu nec malè,* contentiones. 960 MAGNA FORTVNA.] *Juvenalis:* —— secretum divitis ullum Esse putas? homines taceant, jumenta loquentur. 961 PRINCIPUM.] *Seneca pulcherrimè ad Neronem:* Tibi non magis, quàm Soli, latère contingit. multa contra te lux est: omnium in istam conversi sunt oculi. Prodire te putas? oriris, loqui non potes, nisi ut vocem tuam, quæ ubique sunt gentes, excipiant. *Claudianus, ad Honorium, patris nomine:*

Hoc te præterea crebro sermone monebo,
Ut te totius medio telluris in orbe
Vivere cognoscas. cunctis tua gentibus esse
Facta palam: nec posse dari regalibus usquam
Secretum vitiis. nam lux altissima fati
Occultum nihil esse sinit.

SED tibi, Cæsar, nihil accommodatius fuerit ad gloriam, quàm 962 penitus inspici. Sunt quidem præclara, quæ in publicum profers; sed non minora ea, quæ 963 limine tenes. Est magnificum, quod te ab omni contagione vitiorum reprimis ac revocas; sed magnificentius, quod tuos. Quanto enim magis arduum est, alios præstare, quàm se; tanto laudabiliùs, quòd cum ipse sis optimus, omnes 964 circa te 965 similes tui effecisti. Multis illustribus dedecori fuit, aut 966 inconsultius uxor assumpta, aut retenta 967 patientius. ita foris claros domestica destruebat infamia: & ne maximi cives haberentur hoc efficiebat, quod mariti minores erant. Tibi 968 uxor in decus & gloriam cedit, quid enim illâ sanctius? quid antiquius? Nónne si 969 Pontifici maximo deligenda sit conjunx, aut hanc, aut similem (ubi est autem similis?) elegerit? Quàm illa nihil sibi ex fortuna tua, nisi gaudium vindicat? quàm constanter, non potentiam tuam, sed ipsum te reve-

retur

retur? Idem estis invicem quod fuistis, probatis ex æquo: nihilque vobis felicitas addidit, nisi quod scire cœpistis, quàm benè uterque vestrûm felicitatem ferat. Eadem, quàm modica cultu? quàm parca comitatu? quàm civilis incessu? mariti hoc opus, qui ita imbuit, ita instituit: nam uxori sufficit 970 obsequii gloria. An cùm videat, quàm te nullus terror, nulla comitetur ambitio: non & ipsa cum silentio incedat, ingredientemque pedibus maritum, in quantum patitur 971 sexus, imitetur? Decuerit hoc illam, etiam si diversa tu facias. Sub hac verò modestia viri, quantam debet verecundiam uxor marito 972 fœmina sibi? 973 Soror autem tua, ut se sororem esse meminit? ut in illa tua simplicitas, tua veritas, tuus candor agnoscitur? ut si quis eam uxori tuæ conferat, dubitare cogatur, utrum sit efficacius ad rectè vivendum benè 974 institui, aut feliciter 975 nasci. Nihil est tam pronum ad simultates, quàm 976 æmulatio, in fœminis præsertim. ea porrò maximè nascitur ex 977 conjunctione, alitur 978 æqualitate, exardescit invidia, cujus finis est odium. Quo quidem, admirabilius existimandum est, quod mulieribus duabus in una domo, parique fortuna, nullum certamen, nulla contentio est: suspiciunt invicem, invicem cedunt; cumque te utraque effusissimè diligat, nihil sua putant interesse, utram tu magis ames. idemque utrique propositum, idem tenor vitæ, nihilque ex quo sentias duas esse. Te enim imitari, te subsequi studet. ideò utraque mores eosdem quia utraque tuos habet. Inde moderatio, inde etiam perpetua securitas. neque enim umquam periclitabuntur esse privatæ, quæ 979 non desierunt. Obtulerat illis Senatus cognomen Augustarum, quod certatim deprecatæ sunt, quamdiu appellationem Patris patriæ tu 980 recusasses: seu quod plus esse in eo judicabant, si uxor & soror tua, quàm si Augustæ dicerentur. Sed quæcumque illis ratio tantam modestiam suasit, hoc magis dignæ sunt, quæ in animis nostris & sint & habe-

Digitized by Google

beantur Augustæ; quia non vocantur. Quid enim laudabilius fœminis, quàm si verum honorem non in splendore titulorum, sed in judiciis hominum reponant; magnisque nominibus pares se faciant, etiam dum reculant.

962 PENITUS INSPICI.] *Proprium omni veræ virtuti, quæ vult tractari.* 963 LIMINE.] *Domesticæ & penetrales tuæ virtutes, pares publicis aut publicatis.* 964 CIRCATE.] *Domesticos & familiares. Suetonius Julio:* Omnibus circa eum obstrictis. *In Domitiano:* Omnes circa se largissimè prosecutus. 965 SIMILES.] *Martialis:*

Nemo tuos (hæc est aulæ natura potentis)
Sed domini mores Cæsarianus habet.

966 INCONSULTIUS.] *Parum explorata pudicitia ejus.* 967 PATIENTIUS.] *Iam infames.* 968 VXOR.] *Plotina, cujus memoria in Lapidibus & nummis. Vel uno facto integritas & modestia comprobetur. Nam primò Palatium ingressura, convertit se ad populum, jam stans in gradibus:* Καὶ τοιαύτη, *inquit,* δὸς εἰσέρχομαι, οἵαπερ ἂν ἐξελθεῖν ἐν εὐχοίμην: Talis huc ingredior, qualem & exire me optaverim. *Liberos non peperit optimo viro: sed fautrix Hadriano an imperium fuit, condigno item successori. Is eam consecravit, post maritum mortuam, & Basilicam muro opere, Nemausi in memoriam ejus struxit.* 969 PONTIFICI.] *Qualis ipse Trajanus, & omnes Cæsares à Julio fuerunt. At uxores eorum nec castæ semper, nec inter probas: atque adeò nescio an leges aliquæ de Pontificis toro. Scio Tertullianum tale scribere, bis terque: sed viri docti de* Flamine *recte interpretati sunt, quem ille* Pontificem maximum *appellat. At curiosè hæc nunc non quæro: mentem Plinii arbitror, Si Pontifici pro sacrorum reverentia, condigna uxor legenda sit; hanc illam fore.* 970 OBSEQUII.] *Quod proprium fœminæ est, audire maritum & parêre.* 971 SEXUS.] *Infirmior, & ideo in Sellam aut Lecticam sæpe transferendus.* 972 FÆMINA SIBI.] *Quia huic sexui innata verecundia, præcipuum ejus ornamentum.* 973 SOROR.] *Marciana, quæ tamen ante Consulatum Trajani sextum obiit, ut ex fornice Anconitano constat, in quo legitur:* DIVÆ. MARCIANÆ. AUG. SORORI. AUG. *Nam* Divæ *appellatio mortuam notat, & consecratam.* 974 INSTITUI.] *Quod in uxore evênit.* 975 NASCI.] *Quod in sorore.* 976 ÆMULATIO.] *Contentio de dignitate.* 977 CONJUNCTIONE.] *Cùm una agunt, & hærent.* 978 ÆQUA-

Digitized by Google

QUALITATE] *Ubi difficile discrimen, utra prior.* 979 NON DESIERVNT.] *Servant modestiam, quam privatæ habuerunt.* 980 RECVSASSES.] *At quin ille tamen admisit, ut suprà vidimus: nondum tamen istæ cognomen* Augustarum. *Etsi postea, & in lapidibus, utraque sic appellatur.*

JAM etiam & in privatorum animis exoleverat priscum mortalium bonum, Amicitia: cujus in locum migraverant 981 assentationes, blanditiæ, & 982 pejor odio, amoris simulatio. Etenim 983 in Principum domo nomen tantùm amicitiæ, inane scilicet irritumque manebat. Nam quæ poterat esse inter eos amicitia, quorum sibi alii domini, alii servi videbantur? 984 Tu hanc pulsam & errantem reduxisti: habes amicos, quia amicus ipse es, neque enim ut alia subjectis, ita amor imperatui: neque est ullus affectus tam erectus & liber, & dominationis impatiens, nec quia magis vices exigat. Potest fortasse Princeps iniquè, potest tamen odio esse nonnullis, etiam si ipse non oderit: amari, nisi 985 ipse amet, non potest. Diligis ergo cùm diligaris, & in eo quod utrique honestissimum est, tota gloria tua est. qui superior factus, 986 descendis in omnia familiaritatis officia, & in amicum ex Imperatore submitteris. imò tunc maximè Imperator, cùm amicum ex Imperatore agis. Etenim cùm plurimis amicitiis fortuna Principum indigeat, præcipuum est Principis opus, amicos parare. Placeat tibi semper hæc secta, & cùm alias virtutes tuas, tum hanc constantissimè teneas: nec unquam persuadeatur, 987 humile esse Principi, 988 nisi odisse. Jucundissimum est in rebus humanis amari, sed non minùs amare: quorum utroque ita frueris, ut cùm ipse ardentissimè diligas, adhuc tamen ardentius diligaris. Primum, quia facilius est unum amare, quàm multos; deinde quia tibi amicos tuos obligandi adest facultas tanta, ut nemo possit te nisi ingratus, non magis amare. Operæ pretium est referre, quod tormentum tibi injunxeris, ne quid amico

Digitized by Google

negares. Dimisisti 989 optimum virum, tibique carissimum, invitus & tristis, & quasi retinere non posses. quantum amares cum desiderio expertus es: distractus separatusque, dum cedis & vinceris. Ita quod fando inauditum, cùm Princeps & Principis amicus diversa velletis, id potiùs factum est quod amicus volebat. O rem memoriæ, litterisque mandandam! Præfectum prætorii non ex ingerentibus, sed ex subtrahentibus legere; eundemque otio, quod pertinaciter amet, reddere; cumque sis ipse distentus imperii curis, non quietis gloriam cuiquam invidere.

981 ASSENTATIONES.] *Cicero*: Sic habendum est, nullam in amicitiis pestem esse majorem, quàm adulationem, blanditiam, assentationem. 982 PEJOR ODIO.] *Quia falsus amor plus nocet, quàm professum odium.* 983 IN PRINCIPUM.] *In Panegyrico, qui Theodosio dictus*: Ecquis Imperatorum unquam putavit amicitiæ cultum in regiâ laude ponendum? Humilis hæc virtus, dubiumque an virtus, judicabatur, nec palatiis digna, sed periculis habebatur. 984 TU HANC.] *Iterùm imitatus idem Panegyristes*: Tu amicitiam, nomen anteà privatum, non solùm intra aulam vocasti, sed indutam purpura, auro gemmisque redimitam, solio recepisti. 985 IPSE AMET.] *Apud Senecam*, Hecaton ait: Ego tibi monstrabo amatorium, sine medicamento, sine herba, sine ullius veneficæ carmine. Si vis amari, ama. 986 DESCENDIS.] *Usque eò, ut ægrotantes amicos viseret*: *Ausonius in Gratiarum actione, & Eutropius, quem suprà dedi.* 987 HVMILE ESSE.] *Quod videatur, quia amicitia inter æquales modò est: at ille eminet super omnes. Sed nempe amicitia parem si non accepit, facit.* 988 NISI ODISSE.] *Quia in odio occultus & dejector motus. Generosi autem altique animi, ulcisci eligunt, quàm odisse.* 989 OPTIMVM VIRVM.] *Licinium Suram fuisse volunt*: *sed quo auctore? Mihi promptum vel ex eo arguere, quòd hic Sura biennio pòst, secundùm Consul fuit: iterumque quadriennio interjecto, tertiùm. Quomodo autem, si nunc abivit, otio & quieti redditus? Sanè alius fuit hic Præfectus, cui & gladium tradidit, cum verbis æternis illis, quæ ante posui: etsi ibi quoque* Suram *nobis supponunt. Quis igitur altus? ex Victore* Saburanum *retineo: etsi ignotum mihi hominem, nec in* Suranum *demuto.*

INTELLIGIMUS Cæsar, quantum tibi pro laborio-

Digitized by Google

riosâ istâ statione & exercitâ debeamus, cùm otium à te, tanquam 990 res optima, & petatur & detur. Quam ego audio 991 confusionem tuam fuisse, cùm digredientem prosequereris? prosecutus enim, nec temperasti tibi quò minùs exeunti 992 in litore amplexus osculum ferres. Stetit Cæsar in illa 993 amicitiæ specula, precatusque maria, celeremque (si tamen ipse voluisset) recursum: nec sustinuit recedentem non etiam atque etiam votis, lacrymis, sequi. Nam de liberalitate taceo. quibus enim muneribus æquari hæc cura Principis, hæc patientia potest? qua meruisti, ut ille sibi nimium fortis, ac propè durus videretur? Nec dubito, quin agitaverit secum an gubernacula retorqueret: & fecisset, nisi quòd pænè ipso contubernio Principis felicius jucundiusque est, 994 desiderare Principem. Et ille quidem ut 995 maxima fructus suscepti, ita majore depositi officii gloria fruitur: tu autem facilitate ista consecutus es, ne quem retinere videaris invitum. Civile hoc erat, & parenti publico convenientissimum, nihil cogere: semperque meminisse, nullam tantam potestatem cuiquam dari posse, ut non sit gratior potestate libertas. Dignus es Cæsar, qui officia mandes deponere optantibus; qui petentibus vacationem invitus quidem, sed tamen tribuas; qui ab amicis orantibus requiem non te relinqui putes; qui semper invenias, & quos ex otio revoces, & quos otio reddas. 996 Vos quoque, quos parens noster familiariter inspicere dignatur, fovete 997 sanctè judicium ejus, quod de vobis habet. hic vester labor est. Princeps enim, cùm in uno probavit amare se scire, vacat culpa, si alios minùs amat. Ipsum quidem quis mediocriter diligat? cùm leges amandi non det, sed accipiat? hic præsens, ille mavult absens amari: uterque ametur, ut mavult. Nemo in tædium præsentiâ, nemo in oblivionem absentiâ veniat, tenet quisque locum 998 quem semper meruit; faciliusque est, ut oculis

Digitized by Google

ejus vultus abſentis, quàm ut animo caritas excidat.

990 RES OPTIMA.] *Quidni optima? meo intimo animo, & Socratis dicto,* Σχολὴ καλλίστου πτήματος: Quies, optima rerum. *Adi Senecam noſtrum De Brevit. cap.* v. 991 CONFVSIONEM.] *Triſtitiam, animi turbationem, utitur que plus ſemel ita Plinius, & ejus ævi ſcriptores.* 992 IN LITORE.] *Hic ergo homo trans mare ſeceſſum quærebat, aut in aliquâ inſularum.* 993 AMICITIÆ SPECVLA.] *In littore eminentiore, unde amicum videret & proſequeretur abeuntem.* 994 DESIDERARE PRINCIPEM.] *Tali virtute & benignitate, ut ſuavi ſemper cogitatione delectet. Sed plenius tamèn argutiusq; quod in aliis:* deſiderare Principem deſiderantem. *Jucundum in amore, etſi cum morſu, deſiderare abſentem, à quo ſcias & te deſiderari.* 995 MAXIMA.] *Legendum, ut Livinejus,* maximo fructu. *Quo illo? quod ex Præfectura illa ſuſcepta geſtaque, & opes, & tuam amicitiam, rettulit.* 996 VOS QVOQVE.] *Amici & familiares ejus.* 997 SANCTE.] *Ego vellem,* ſancite. 998 QVEM SEMPER.] *Videbatur aptius,* quem ſemel promeruit.

999 PLERIQUE Principes, cùm eſſent civium domini, libertorum erant ſervi: horum conſiliis, horum nutu regebantur, per hos audiebant, per hos loquebantur, per hos præturæ etiam, & ſacerdotia, & conſulatus, imò & ab his petebantur. Tu libertis tuis 1000 ſummum quidem honorem, ſed tanquam libertis habes: abundeque ſufficere his credis, ſi 1001 probi & frugi exiſtimentur. Scis enim præcipuum eſſe indicium 1002 non magni Principis, magnos libertos. Ac primùm neminem 1003 in uſu habes, niſi aut tibi, aut patri tuo, aut optimo cuique Principum dilectum; 1004 ſtatimque hos ipſos quotidie, deinde ita formas, ut ſe non tua fortuna, ſed ſua metiantur. & tantò magis digni, quibus honor omnis præſtetur à nobis, quia non eſt neceſſe.

999 PLERIQUE PRINCIPES.] *Ut Claudius, Galba, Vitellius.* 1000 SVMMVM QVIDEM.] *Apage. ſi* ſummum, *quid abit à Claudio? Reſcribe, ſuum.* 1001 PROBI ET FRVGI.] *Quæ notæ & laudes boni ſervi aut liberti.* 1002 NON MAGNI.] *Quomodo enim ille magnus, an ſibi*

Digitized by Google

sibi fidens, qui tam vilibus se subjicit? 1003 IN VSV HABES.] *Rebus tuis, aut procurationibus præficis.* 1004 SATIMQUE HOS.] *Corruptum est. Forte*, dilectum æstimatumque. hos ipsos cottidie deinde ita formas.

JUSTISNE de causis S.P.Q.R. OPTIMI tibi cognomen adjecit? Paratum id quidem; & in medio positum: novum tamen. scias neminem ante meruisse, quod non erat ex cogitandum, si quis meruisset. An satius fuit 1005 Felicem vocare? quod non moribus, sed fortunæ datum est. Satius Magnum? cui plus invidiæ, quàm pulchritudinis inest. Adoptavit te optimus Princeps in suum, Senatus in Optimi nomen. Hoc tibi tam proprium, quàm paternum: nec magis definitè distinctèque designat, qui Trajanum: quam qui Optimum appellat: ut olim frugalitate Pisones, sapientia Lælii, pietate Metelli mònstrabantur. quæ simul omnia uno isto nomine continentur: nec videri potest optimus, nisi qui est omnibus optimis, in sua cujusq; laude, præstantior. Merito tibi ergo, post ceteras appellationes, hæc est addita, ut major. Minus est Imperatorem, & Cæsarem, & Augustum, quam omnibus Imperatoribus, & Cæsaribus, & Augustis, esse meliorem. Ideoque ille parens hominum deorumque OPTIMI prius, deinde MAXIMI nomine colitur: quo præclarior laus tua, quem non minus constat optimum esse, quàm maximum. Assecutus es nomen, quod ad alium transire non possit, nisi ut appareat in bono Principe 1006 alienum, in malo falsum: quod licet omnes postea usurpent, semper tamen agnoscetur ut tuum. Etenim ut nomine Augusti admonemur ejus, cui primum dicatum est: ita hæc Optimi appellatio, nunquam memoriæ hominum sine te recurret quotiesque posteri nostri optimum aliquem vocare cogentur, toties recordabuntur, quis meruerit vocari. Quanto nunc dive Nerva gaudio frueris, cùm vides & esse optimum, & dici, quem tanquam optimum elegisti? quàm lætum tibi, quod compa-

Digitized by Google

comparatus filio tuo vinceris? Neque enim alio magis approbatur animi tui magnitudo, quàm quòd optimus ipse, 1007 non timuisti eligere meliorem. Sed & tu pater Trajane (nam tu quoque, si non sidera 1008 proximam tamen sideribus obtines sedem) quantam percipis voluptatem, cùm illum 1009 Tribunum, illum militem tuum, tantum Imperatorem, tantum Principem cernis: cumque eo qui adoptavit amicissimè contendis, 1010 pulchrius fuisse genuisse talem an elegisse? Macte uterque ingenti in rempublicam merito, cui hoc tantum boni contulistis! licet alteri vestrûm filii virtus 1011 triumphalia, cœlum alteri dederit: non minor tamen vestra laus, quòd ista per filium, quàm si ipsi meruissetis.

1005 FELICEM VOCARE.] *Senecam vide, De Clem.* I. *cap.* XIV. 1006 ALIENVM.] *Quia à te transsumptum scilicet.* 1007 NON TIMVISTI.] *Quod fecisse Augustus à quibusdam arguitur, quòd Tiberium & elegit,* ut comparatione pessima gloriam sibi augeret: *Tacitus.* 1008 PROXIMAM TAMEN.] *Supremum aërem, ubi heroës. Lucanus:*

Quodque patet terras inter Lunæque meatus,
Semidei manes habitant, quos ignea virtus,
Innocuos vitâ, patientes ætheris imi
Fecit.

Stoïcorum opinio est, Ἥρωας εἶναι τὰς ψυχὰς ἀποκαθαρθείσας σωμάτων; Heroas esse animas, relictis corporibus, sapientum. *Ad Senecam plura.* 1009 TRIBUNUM.] *Ergo sub patre Legato Tribunus filius fuit.* 1010 PULCHRIUS FUISSE.] *Vellem*, fuerit ne. 1011 TRIUMPHALIA.] *Initio:* Cùm puer admodum Parthica lauro gloriam patris auxit.

SCIO Patres Conscripti, cùm ceteros cives, tum præcipuè Consules oportere sic affici, ut se publicè magis quàm privatim obligatos putent. Ut enim malos Principes rectius pulchriusque est ex communibus injuriis odisse, quàm propriis: ita boni speciosius amantur, ob ea quæ generi humano, quàm quæ hominibus præstant. Quia tamen in consuetudinem vertit, ut Consules publica gratiarum actione per-

Digitized by Google

ne perlata, suo quoque nomine quantum debebant Principi, profiteantur: concedite me non pro me magis, munere isto quàm pro 1012 collega meo Cornuto Tertullo C. V. fungi. Cur enim non pro illo quoque gratias agam, pro quo non minus debeo? præsertim cum indulgentissimus Imp. in concordia nostra ea præstiterit ambobus, quæ si tantùm in alterum contulisset, ambos tamen æqualiter obligasset. Utrumque nostrûm illc optimi cujusque spoliator & carnifex, stragibus 1013 amicorum & in proximum 1014 jacto fulmine afflaverat: iisdem enim amicis gloriabamur, eosdem amissos lugebamus: at sicut nunc spes gaudiumque, ita tunc communis nobis dolor & metus erat. Habuerat hunc honorem periculis nostris divus Nerva, ut nos 1015 etsi minus, ut bonos, tamen promovere vellet; quia mutati sæculi signum & hoc esset, quod florerent, quorum præcipuum votum ante fuerat, ut memoriæ Principis 1016 elaberentur. 1017 Nondum biennium compleveramus in 1018 officio laboriosissimo & maximo, cum tu nobis optime Principum, fortissime Imperatorum, Consulatum obtulisti, ut ad summum honorē gloria celeritatis accederet. Tantum inter te & illos Principes interest, qui beneficiis suis commendationem 1019 ex difficultate captabant, gratioresque accipientibus honores arbitrabantur, si prius illos desperatio & tædium, & similis repulsæ mora, 1020 in notam quandam pudoremque vertissent. Obstat verecundia, quo minus percenseamus, quo utrumque nostrûm testimonio ornaris: ut amore recti, amore reipublicæ, priscis illis, Consulibus æquaveris: merito nēcne, neutram in partem decernere audeamus, quia nec fas est affirmationi tuæ derogare; & onerosum confiteri vera esse, quæ de nobis, præsertim tam magnifica, dixisti. Tu tamen dignus es, qui eos Consules facias, de quibus possis ista prædicare. Tribuas veniam, quod inter hęc beneficia tua gratissimum est nobis, quod nos rursus col-

Digitized by Google

collegas esse voluisti. Ita caritas mutua, ita congruens tenor vitæ, ita una eademque ratio propositi postulabat: cujus ea vis, ut morum similitudo concordiæ nostræ gloriam minuat, ac perinde sit mirum, si alter nostrûm à collega, ac si à se ipso dissentiat. Non ergo temporarium & subitum est, quod uterque collegæ Consulatu, tanquam 1021 iterum suo gaudet; nisi quòd tamen qui rursus Consules fiunt, bis quidem, sed temporibus diversis obligantur: nos duos Consulatus accipimus simul, simul gerimus, alterque in altero Consules, sed iterum & pariter sumus.

1012 COLLEGA MEO.] *Vide epistolam* XV. *lib.* V. 1013 AMICORVM.] *Helvidii, Rustici, Senecionis, Maurici, plurium: quos in Epistolis ipse nommat, exsos aut pulsos à Domitiano.* 1014 JACTO FULMINE.] *Ipse in epistolis pariter*: tot circa me jactis fulminibus, quasi ambustus, mihi quoque impendêre idem exitium certis quibusdam notis augurabar. 1015 ETSI MINVS.] *Hæc in vitio sunt, ægrè sine libris tollendo.* Nitebar etsi minùs notos, ut bonos. *Pro virtute, non ex amicitia promovit. Quibusdam etiam libris mox illud*, tamen, *abest.* 1016 LABERENTVR.] *Ne noti & cogitati, periclitarentur.* 1017 NONDVM BIENNIVM.] *Quando igitur, aut à quo, electi ad hoc officium? Ut hæc verba palàm volunt, à Nerva. Atqui epistolam Plinii video, quæ repugnat, & ad Trajanum ipsum refert. Ita enim tertia epistola, lib. x. habet*: Ut primùm me domine indulgentia vestra promovit ad Præfecturam ærarii Saturni. *Satinhoc clarè ad Trajanum? Respondeo*, vestram indulgentiam *ibi legi, non* Tuam; *itaque ad utrumque referendum, & Nervam & Trajanum. Sic enim & in epist.* VIII Posteà curis delegati à vobis officii retentus: *de ipso hoc officio, & de utroque illo auctore. Neque enim temerè hoc numero ad Trajanum solum uti solet. Meo igitur judicio, electus Plinius cum Tertullo ad hoc munus, adoptato jam Trajano & imperii consorte: atque ita utrumque (etsi Trajanus absens) promotorem agnoscit. Hoc evenit paucis ante Nervæ obitum septimanis, an mensibus: nec opinor, etsi dissignatos, munus obiisse ante Januarium mensem. Benè ergo hîc*, nondum biennium *in officio expletum*: *quia* Consulatus ei oblatus (*ita & hic loquitur*) *ante Januarium mensem. Oblatus inquam à Principe, qui revera solus faciebat Consules*: *sed posteà tamen in Senatu*

Digitized by Google

tu suffragiorum aliqua species, & in campo comitiorum, ut sequentia declarant; quæ vide ne aliter acceperis, & ne te fallant. 1018 OFFICIO LABORIOSISSIMO.] *De quo ipse epist. x. lib.* I. Distringor officio, ut maximo, sic molestissimo. Sedeo pro tribunali, subnoto libellos, conficio tabulas, scribo plurimas, sed illiteratissimas, litteras. *Post quam epistolam tamen mortem Verginii Rufi memorat: quæ diu anterior, ut appareat, seriem temporum, in disponendis illis; non ubique servatam.* 1019 EX DIFFICULTATE.] *Ars nec ignota nostris Aulicis, quibus* hoc vitium est (*cum Senecâ dicam*) ambitione prava differendi promissa, ne minor sit rogantium turba. *Plura ille de hoc genere* 11. *De Benef. cap.* v. 1020 IN NOTAM.] *Ignominiam.* 1021 ITERVM SVO.] *Non quod alteruter antè Consul: sed acumen est, quòd uterque in collegæ Consulatu videatur sibi Consul. Itaque bis, & eodem tempore atque anno.*

ILLUD verò quam insigne? quòd nobis Præfectis ærario Consulatum antè, quàm successorem dedisti. Aucta est dignitas dignitate, neque continuatus tantùm, sed geminatus est honor: finemque potestatis alterius, tamquam parum esset excipere, 1022 prævênit. Tanta tibi integritatis nostræ fiducia fuit, ut non dubitares te salva diligentiæ tuæ ratione esse facturum, si nos post maximum officium 1023 privatos esse non sineres. Quid, quòd 1024 eundem in annum Consulatum nostrum contulisti? Ergo non alia nos 1025 pagina, quam te Consulem accipiet, & nostra quoque nomina addentur Fastis, quibus ipse 1026 præscriberis. Tu comitiis nostris 1027 præsidere, tu nobis sanctissimum illud 1028 carmen præire dignatus es, 1029 tuo judicio Consules facti, tua voce 1030 renunciati sumus: ut idem honoribus nostris suffragator in curia, in campo declarator existeres. 1031 Nam quòd eum potissimum mensem attribuisti, quem tuus natalis exornat, quam pulchrum nobis! quibus 1032 edicto, quibus 1033 spectaculo 1034 celebrare continget diem illum, 1035 triplici gaudio lætum: qui Principem 1036 abstulit pessimum, 1037 dedit optimum, meliorem optimo 1038 genuit. Nos 1039 sub oculis tuis 1040 augustior solito 1041 currus accipiet, nos inter 1042 secun-

Digitized by Google

secunda omnia & vota certantia, quæ præsenti tibi conferentur, vehemur alacres, & incerti 1043 ex utra parte major auribus nostris accidat clamor. Super omnia tamen prædicandum videtur, quod pateris Consules esse quos fecisti. quippe nullum periculum, nullus ex Principe metus, consulares animos debilitat & frangit: nihil invitis audiendum, nihil coactis decernendum erit. Manet manebitque honori veneratio sua, nec 1044 securitatem auctoritate perdemus. Ac siquid forte ex Consulatus fastigio fuerit diminutum, nostra hæc erit culpa, non sæculi: licet enim quantum ad Principem, licet tales Consules agere, quales ante Principes erant. Ullamne tibi pro beneficiis referre gratiam parem possumus, nisi tamen illam, ut semper nos meminerimus Consules fuisse, & 1045 Consules tuos. Ea sentiamus, ea censeamus, quæ consularibus digna sunt. Ita versemur in rep. ut credamus esse rempublicam. non consilium nostrum, non operam subtrahamus: nec disjunctos nos, & quasi 1046 dimissos Consulatu, sed quasi adstrictos & devinctos putemus: 1047 eundemque locum laboris & curæ, quem reverentiæ dignitatisque teneamus.

1021 PRÆVENIT.] *Non ipse Consulatus, quem tardius gesserunt: sed ipsa designatio.* 1023 PRIVATOS ESSE,] *Non quod revera designati magistratus, jam magistratus sint: sed quodammodo, & quia dignitatis suæ jam securi & certi.* 1024 EVNDEM IN ANNVM.] *Nihil decst, nec muto. Eundem in annum, nempe in quem tuum contuliſti.* 1025 PAGINA.] *Fastorum.* 1026 PRÆSCRIBERIS.] *Bene, in ejus nempe capite, ut primus anni Consul: & nos sufficti tum, ex ordine.* 1027 PRÆSIDERE.] *Hæc jam post oblatum Consulatum facta, ut tetigi: & dicis caussa, comitia velut habita: præseditque iis Consul Trajanus.* 1028 CARMEN] *De quo supra:* Perpessus e longum illud comitiorum carmen. 1029 TVO JUDICI.] *Commendatione & suffragio, in Senatu.* 1030 RENUNCIATI.] *Declarati, in campo. Observa ordinem tunc comitialem.* 1031 NAM QUOD EVM POTISS.] *Mihi nihil clarius aut verius. vir tamen doctus nuper ex vet. codice legit & emendat*, nam quòd eos, *& mox* mensi. *Eos, inquit, nempe honores. Quid opus est nebulam suffundere? sententia liquida:*

quida: Dedisti nobis eum mensem (nempe Septembrem) in quo celebritas & decus adjici posset nostro Consulatui. Quia ex Kalendis Septembribus designati, in Novembres. 1032 EDICTO.] *Quo festivitas Natalis tui indicabitur, itemque in eo ludi.* 1033 SPECTACVLO.] *De more, jam inde ab Augusto. Nam* ejus natalem annuis Circensibus, idque decreto in perpetuum, celebratum, *Dio tradit lib.* LIV. & LV. *Suetonius, Tiberium per modestiam omisisse*, & natalem suum, plebejis Circensibus intercurrentem, vix bigæ unius adjectione passum honorari. *Sed alii deinde fecerunt, & plura exempla.* 1034 CELEBRARE.] *Frequentem reddere. Divus Maximus, in Natali Dominico*: Lætitia quanta sit, quantusque concursus, cùm Imperatoris mundi illius natalis celebrandus est, bene nostis: *& plura, quæ addit.* 1035 TRIPLICI GAUDIO.] *Mirus satis, & à fato concursus.* 1036 ABSVLIT.] *Domitianum, qui mortuus* XIV. *Kal. Octobr.* 1037 DEDIT.] *Nervam, illo ipso die lectum Principem.* 1038 GENVIT.] *Trajanum.* 1039 SVB OCVLIS.] *Cùm sis in urbe, te spectante & sedente.* 1040 AVGVSTIOR SOLITO.] *Quia hactenus Tribuni, inquiunt, aut Prætores: at nunc Consules in sellâ altiore, & curuli. Logi, ut statim dicam: nunc illud, videri referendum* augustiores. *Ipsi, qui sic vehuntur, crescere videntur, & majestatem ab illo splendore assumere. Quòd si de* curru, *tamen, & augustior placet, benè, augustior vulgaribus, quia triumphalis.* 1041 CVRRVS.] *Ipse currus non sella curulis, qua in Capitolium (ita volunt) ad vota nuncupanda ferantur. Mos verò sic habet. Circenses istos Prætor aut Consul edebat: atque is curru sublimis, & in habitu triumphali. Juvenalis*:

Quid, si vidisset Prætorem in curribus altis
Existantem, & medio sublimem in pulvere Circi,
In tunicâ Jovis, & pictæ Sarrana ferentem
Ex humeris aulæa togæ?

En Prætorem tibi in curru, in Circo, in veste triumphi. *Symmachus lib.* VI. *epist.* XLI. Illud ante omnia interpretatio tristis horrescit, quòd natali urbis suffectum Consulem, currus quo vehebatur evolvit, per feriosiam bigarum, quæ triumphum vehebant. *Tacitus* I. *Annal. de Tribunis plebis, qui* Augustalia *celebraturi*: Curru vehi, haud permissum: *ne scilicet Consulibus aut Prætoribus æquarentur. Vide me ibi. Possit tamen etiam simpliciter aptari ad ritum, quo primo die Consules in curru vehebantur sublimes. Cassiodorus lib* II. *epist.* II. Celsos currus (*sic legendum*) nisi confidentia magna non appetit. *Et mox*: Respice te supra omnium humeros, atque ora volitare: *quæ omnia ad Consulem designatum scribuntur. Ammianus*

Digitized by Google

lib. XXV. Adhibitio in societatem trabeæ Varroniano filio, admodum parvulo, cujus vagitus pertinaciter reluctantis, ne in curuli sella veheretur, ex more; id quod non ox accidit, portendebat. *Sed fortasse magis novitius iste mos.* 1042 SECUNDA OMINA.] *Læta tibi nobisque precantium* 1043 EX UTRA PARTE.] *Ex utro latere Circi.* 1044 SECURITATEM AUCTOR.] *Id est, nec periclitabimur, si auctoritatem loci magistratusque tenebimus: ut ante sub tyrannis.* 1045 CONSULES TUOS.] *A te tali creatos, quod est super ipsum Consulatum.* 1046 DIMISSOS.] *Quasi jam ultrà non opus vacare reip. ut emeritos, & rudes natos, quia scilicet culmen honorum scandimus.* 1047 EUNDEMQUE LOCUM.] *Primum scilicet, sicut in reverentia & dignitate primi fuimus, jam Consulares: ita & in labore curaque simus.*

IN fine orationis præsides custodesque Imperii deos, ego Consul pro rebus humanis, ac te præcipuè Capitoline Jupiter, precor, ut beneficiis tuis faveas, tantisque muneribus addas perpetuitatem. Audisti quæ malo 1048 Principi precabamur, exaudi quæ pro dissimillimo optamus. Non te distringimus votis. non enim pacem, non concordiam, non securitatem, non opes oramus, non honores: simplex cunctaque ista complexum 1049 unum omnium votum est, SALUS PRINCIPIS. Nec verò nova tibi injungimus tu enim jam tunc illum in tutelam recepisti, cum prædonis avidissimi faucibus eripuisti: neque enim sine auxilio tuo, altissima quæque quatientur, hic, qui omnibus excelsior, inconcussus sterit, præteritus est à pessimo Principe, qui præteriri 1050 ab optimo non potuit. Tu clara judicii tui signa misisti, cùm proficiscenti ad exercitum 1051 tuo nomine, tuo honore cessisti. Tu voce IMPERATORIS quid sentires, locutus, filium illi, nobis parentem, tibi Pontificem maximum elegisti. Quo majore fiduciâ, iisdem illis votis quæ ipse pro se nuncupari jubet, oro & obtestor, si benè remp. si ex utilitate omnium regit, primùm ut illum nepotibus nostris ac pronepotibus serves; deinde ut quandoque successorem ei tribuas quem genuerit, quem formaverit, similemque fecerit 1052 adoptato; aut

si

Digitized by Google

si hoc Fato negatur, in consilio sis eligent, monstresque aliquem quem adoptari in Capitolio deceat. Vobis P. C. quantum debeam, 1052 publicis etiam monumentis continetur. Vos mihi in Tribunatu quietis, in Prætura modestiæ; vos in istis officiis etiam quæ 1054 è studiis nostris circa tuendos socios injunxeratis, cuncti constantiæ antiquissimum testimonium perhibuistis. Vos proximè destinationem Consulatus mei his acclamationibus approbavistis, ut intelligam etiam atque etiam enitendum mihi, ut hunc consensum vestrum complectar & teneam, & in dies augeam. Etenim memini tunc verissimè judicari, meruerit quis honorem, necne, 1055 cum adeptus est. Vos modò favete huic proposito, & credite, si 1056 cursu quodam 1057 provectus ab illo insidiosissimo Principe, ante quàm profiteretur odium bonorum, postquàm professus est, substiti; cùm viderem quæ ad honores 1058 compendia paterent, longius iter malui: si malis temporibus inter mœstos & paventes, bonis inter securos gaudentesque numeror; si denique in tantum diligo optimum Principem, in quantum invisus 1059 pessimo fui. Ego reverentiæ vestræ sic semper inserviam, non ut me 1060 Consulem, & inox Consularem, sed ut 1061 candidatum Consulatus putem.

1048 PRINCIPI PRECABAMUR.] *Aptiùs*, imprecabamur, *litterâ finali geminatâ. Est autem de Domitiano.* 1049 UNUM OMNIUM VOTUM.] *Vide Suetonium in Aug. cap.* LVIII. *Senecam de Clem.* I. *cap.* XIX. *Martialis illud nec absimile, ad Jovem:*

Nil pro me mihi Jupiter petenti,
Ne succensueris, velut superbo.
Te pro Cæsare debeo rogare,
Pro me debeo Cæsarem rogare.

1050 AB OPTIMO.] *In eligendo, & adoptando.* 1051 TUO NOMINE.] *Imperatoris, ut explicavi sub initium:* Omnis turba, quæ limen insederat, te consalutavit Imperatorem. *Et Jupiter communiter sic agnominatus. Plautus* Qui est imperator divûm atque hominum Jupiter. 1052 ADOPTATO.] *Sibi* 1053 [PUBLICIS MONUMENTIS.] *Actis Senatus, ubi elogia super Plinio.* 1054 E STUDIIS.]

Digitized by Google

Eloquentiæ, & forensium caussarum. 1055 CUM ADEPTUS EST.] *Veteri dicto, ἀρχὴ τὸν ἄνδρα δείκνυσι* : magistratus virum probat. 1056 CURSU QUODAM.] *Sive*, quondam. 1057 PROVECTUS.] *Ad Tribunatum & Præturam : epist.* XI. *lib.* III. 1058 COMPENDIA.] *Per malas artes, & delationes.* 1059 PESSIMO FUI.] *Videtur pendere tota hæc periodus : nec tamen pendet. Modus ita rogandi est, Si hoc feci, dixi, &c. favete & credite.* 1060 CONSULEM.] *Qui nunc hæc dico.* 1061 CANDIDATUM.] *Qui ob noxii semper, reverentes, supplices. Finem meum scribendi habeo, utinam illum alterum, ut legant, capiant, audiantque hæc Principes, cum æterno suo & publico bono! Da ô tu Æternel*

APPROBATIO.

DISSERTATIUNCULA J. LIPSI apud PRINCIPES, quòd erudita sit & Christianæ consentanea pietati, quæ superiores non potestate dominante, sed Charitate serviente felices verè prædicat, digna est quæ typis excudatur ac divulgetur. Item, de *Plinii Panegyrico ejusque Commentario* luce hanc lucem dignam censeo.

Guilielmus Fabricius Niviomagus Apostolicus ac Archiducalis librorum Censor.

JUSTI

Digitized by Google

JUSTI LIPSI
DE
CONSTANTIA
LIBRI DUO,
QUI
ALLOQUIUM PRÆCIPUE CONTINENT
IN PUBLICIS MALIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

AD LECTOREM PRO CONSTANTIA MEA PRÆSCRIPTIO.

QUOD in iteratâ hac editione, iterùm te alloquor, Lector, præter votum meum accidit, etsi non præter opinionem. Judicia enim ista prævidi antè, imò prædixi. Negant satis piè hoc argumentum à me tractatum: negant locis aliquot satis verè. Parùm piè ideò: quia Philosophum egisse tantùm videor, inquiunt, nec inspersisse quæ potui & debui è libris sacris. Quæ admonitio valdè mihi grata: velim & ikis simplex meum & sine fuco responsum. Nam quòd apertam pietatem ante omnia requirunt, amo: hoc tantùm moneo, ut oculos priùs serio intendant in finem meum & scopum. Si mihi Theologum agere propositum, aberrant: si Philosophum, cur culpant? Haurimus enim è lacunis, inquiunt, quæ licèat purissimo divinarum litterarum fonte. Hucne me vocant? At ego ex animo testor & respondeo, non aliam me viam salutis nosse, quam hanc quæ per unum illum & directum limitem ducat: ad quem tamen percurrendum, humanas etiam litteras laxamenti aliquid afferre censeam, imò adjumenti. Augustini consilium esse scio, quæ à Philosophis scripta sunt colligere, & in usum nostrum vindicare, possessoribus illis injustis erepta. Hoc secuti volui: & peccavi? Peccassem, fateor, si purum hunc & mysticum religionis nostræ liquorem corrupissem veteri aliquâ & olenti face. At contrà institi: & sordentem per se, parumque mundam doctrinam, dispergare atque illustrare aggressus sum novo isto Sole. Cui bono autem id non

Digitized by Google

bonum sit? In pugna equitum aut statarii militis precipuam operam esse scimus: spernis ideò sagittarios & funditores? In domo exstruenda architecti maximam laudem & usum: tollesne operas igitur & administros? Idem hic censeo. divina illa littera veri roboris, vera virtutis & constantiæ, solida effectrices: nec tamen humanam prorsus Sapientiam sperne. eam dico quæ non se effert, sed servit placidè & ancillatur. Lapides, cementa, calcem, ex veteri & diu lapso edificio illo Philosophiæ comportamus: ne invide lucellum hoc architecto, & patiare materiam hanc substerni saltem in fundamentis. At enim sacra illa meliora, nec verbis iis abstinendum fuit. Meliora fateor, sed adde etiam graviora. Lacertos meos expendo, & artus artesque libro: cur onus mihi imponi patiar, cui non sim ferendo? Theologis, id est magnis altisque viris (& eximios multos hæc ætas tulit) magna ista & alta relinquo: mea cymba leget litus. Philosophum ego agam: sed Christianum. Nam de verbis, quid turbant? Non quo stilo ea scripta sint, sed quo sensu videant: nec an usitate, sed an vere. Si enim recti sensus: quid refert in re tam arduâ, quo velo aut veste (modò non indecorâ) eos texerim? Si vani: convincant. Nempe hoc ipsum volumus, ajunt: & quædam a te scripta non ex fide. De rectâ ratione erras, quam cum priscis illis exaggeras nimis & attollis. Egóne? verbis fortasse illorum: sensu numquam meo. Nam ne ipse erres, uno verbo hoc testor: nullam me rectam puramq; Rationem intellegere, nisi a deo directam, nisi a fide illustratam. Sed quæ, malum, illegitima ista captio est, cùm genere toto sententia bona sit, quærere in verbi tenus aut alterius latebrâ calumniæ ansam? Ratio ipsa, & suis viribus, non ducit nos ad deum, non ad verum: sed tamen ut in aquâ aut pelvi defectum Solis intuemur, idque per Solis ipsius radios, oblique & quodam flexu, sic in istâ, res divinas, sed cave censeas aliter, quam per deum ipsum. Jam de faso aut fatalibus, de impiis ob bonum punitis; siquid nimis exacui, aut ab aliis acutum arripui: itemque dolorem aut affectus si

arctè

Digitized by Google

arctè nimis coërcui: velim ab æquo Lectore æquiter legi & intellegi, quam ad rem prævimus nunc aliquot ad oram Notis. Mihi quidem mens ubique bona: & si alibi humana hæc lingua aut calamus titubavit, ne asperè quæso nimis luam. Sum enim ex iis, quibus Pietas in corde magis, quam in ore: quique factis exerceri eam acriter malim, quam verbis. Nec sæculum hoc satis mihi placet, (audebo dicere) quo nullum umquam feracius religionum fuit, sterilius pietatis. Quæ contentiones ubique? quæ rixæ? & cùm omnia fecerint, cùm cælum & terram subtilis ingenii alâ pervolarint; quid aliud, quam cum Aristophaneo Socrate, * ἀεροβατῶσι? Habes, mi Lector, brevem præscriptionem nostram: quæ tamen æquo tibi nimia, satis vel iniquo. Te cum curâ moneo hortorque, ne avocent & avertant animum à germano Philosophiæ studio novi Domitiani isti: qui non eam solùm (facultas modò & vires sint) sed in exsilium pellant omnes bonas artes. Priscos illos potius patres vide, Græcos Latinosque. denso agmine à nobis omnes stant, & modestum Philosophiæ studium non ferunt in Christiano solùm, sed inculcant & suadent, quorum auctoritatis scuto, satis tuta putem sine alia ulla ratione contra gigantes istos tectum. Nam Philosophiam cur uberiùs verbis laudem? Exustra, quia ut montium altitudo procul non appâret, sed cùm accesseris: non item hujus splendor, nisi cum pernôris. Pernosci autem sine Christiana veraque religione non potest. quam prælucentem si tollis: fateor ecce & clarno, ludibrium illa, vanitas, delirium est. Bene Tertullianus: Cui veritas cognita, sine deo? cui deus, sine Christo? In quâ sententiâ sisto, & seriò conquiesco. Velim tu mecum.

* per aërem incedunt.

Digitized by Google

NOBILIBUS ET MAGNIFICIS

CONSVLIBVS ET SENATVI POPVLOQVE ANTVERPIENSI

JUSTUS LIPSIUS DEDICO CONSECROQVE.

LIBROS istos, quos de Constantia in mediis patriæ meæ turbis constanter scripsi & perscripsi: eos vobis dare, dedicare mihi visum, urbis magnæ magni Senatores. Splendor vester me impulit, prudentia, virtus, humanitas etiam illa, quam coràm sum expertus, propria vobis in bono & eruditos. Nec, arbitror, pro ingrato erit munus. quod per se haut magnum, pondus ab animo meo accipiet: quia dedi quod, hoc quidem tempore optimum maximumque habui in omni meo litterario censu. Denique novitas etiam forsan aliqua illud commendaverit: quoniam, nisi fallor, intercluſam diu & spinis obsitam hanc Sapientiæ viam, sternere & munire aggredimur primi. quæ illa profectò est, quæ cum divinis litteris conjuncta possit ducere ad Tranquillitatem & Quietem. Mihi certè animus gratificandi vobis, juvandi alios, non defuit. si vires: tam æquum est æquos vos adversum me esse, quàm ego adversus magnum illum deum sum: quem scio non uni omnia dedisse. Valete.

AD

Digitized by Google

AD LECTOREM, DE CONSILIO MEO SCRIPTIONIS ET FINE.

NIHIL me fugit, Lector, in novo hoc Scribendi genere, nova mihi judicia parata & censuras. sive illorum, quos percutiet inopinata hac Sapientiæ professio ab eo, quem amœnioribus tantum litteris censebant operatum: sive aliorum, quibus vilescet & pro levi erit, quidquid in hoc studio aut stadio sudabitur post antiquos. Quibus utrisque ut breviter respondeam, meâ interest, imò etiam tuâ. Ac primi quidem illi duabus diversissimis rebus peccare mihi videntur, Incuriâ & Curâ. Hac, quod in aliena studia actionesque ultrò inquirendum sibi censeant: illa, quod inquirant tamen parùm intentè aut diligenter. Ut enim ipse iis me indicem; numquam ita colles illi fontesque Musarum totum me ceperunt, ut non oculos idemtidem mentemque reflexerim ad severiorem istam Divam. Philosophiam dico, cujus studia jam tum à puero ita mihi placuêre, ut peccare juvenili quodam ardore viderer, & freno atq; inhibitione fuerim coërcendus. Sciunt præceptores mei, qui in Vbiis: excussos

mihi

Digitized by Google

mihi velut per vim libros eos omnes è manibus, & scripta etiam Commentariosque ereptos, quos laboriosè confeceram ex omni interpretum classe. Nec mutavi sane posteà. & in omni hoc studiorum cursu, si non recto rigore & linea, tamen flexu tetendisse me scio ad illam Sapientiæ metam. Nec id eâ viâ, quâ hic philosophantium vulgus, qui in spinis argutiarum aut laqueis quæstionum male dediti, non aliud quàm subtili quodam disceptationum filo texunt eas & retexunt. Hærent in verbis, aut captiunculis: & ætatem totam in aditu Philosophiæ versantur, adyta ejus numquam vident. Habent eam ut oblectamentum, non ut remedium: & instrumentum vitæ maximè serium, vertunt in ludum quemdam nugarum. Quis eorum mihi de moribus quærit? quis adfectus temperat? quis timeri, quis spei metam ponit aut modum? Quin adeò ad Sapientiam spectare hæc non arbitrantur: ut aliud aut nihil agere eos censeant, qui id agunt. Itaque vitam eorum, sive judicia, si vides: nihil vel in ipso vulgo reperias, quod ad illam attinet, spurcius; stultius, quod ad ista. Scilicet ut vinum, quo nil salubrius, quibusdam in venenum est, sic istis Philosophia, quâ abutuntur. At mihi alia mens, qui navim semper avertens ab illis argutiarum salebris, velificationem omnem direxi ad unum tranquillæ mentis portum. Cujus studii mei primum nec fallax specimen esse volui hos libros. Sed enim, inquiunt alteri, melius & uberius ista veteres. Quædam ex istis, fateor: abnego, quòd universa. Si de moribus aliquid adfectibusve carptim post Senecam, & divinum illum Epictetum, scribam: me quoque judice, parùm cordis habeam aut frontis. At si ea quæ attigerunt quidem illi, aut quisquam (fidenter enim id adfirmem) ex antiquis: quid fastidiunt aut carpunt? Solatia malis publicis quæsivi, quis ante me? Rem sive ordinem videant: mihi ea debere fatebuntur, & de verbis ipsis (fas dicere) non ea nobis inopia, ut cuiquam supplicemus. Denique hoc sciant, alia pluria aliis mihi scripta; hunc librum præ-

cipue

Digitized by Google

cipuè mihi: illa famæ; at hæc saluti. Quod olim alte & astute quispiam, id hîc vera voce proclamo: Satis mihi pauci lectores, satis est unus, satis est nullus. *Id tantùm peto, ut quicumque hæc tangent, cognoscendi animum adferant, & simul ignoscendi. Ut si cubi forte lapsus sim, præsertim cùm locos illos altiores conatus scandere de Providentia, Iustitia, Fato: condonent, quia nusquam certe malitia aut petinacia est, sed humana saltem imbecillitas & caligo. Denique ab iis docear: faxo, ut nemo tam promptus ad monendum sit, quàm ego ad mutandum. Cetera vitia naturæ meæ non demo aut minuo: pertinaciam & contentionum studium seriò deprecor ab eâ & detestor. Salve mi lector. quod utinam per hunc librum in parte tibi sit.*

JANI

Digitized by Google

JANI DOVZÆ NORDOVICIS AD JUSTUM LIPSIUM SUUM.

Melos ex Iambis meris, potiorem LIPSIANI *argumenti partem, summamque totius operis carptim & quasi saltuatim complectens.*

NOVUM cui istud imputabimus Melos?
Cui hoc Poëma musteum?
Tibine LIPSI? Ita hercle verò seriò.
Tibi (inquio) tibi, ô decus
Meum, omniumque MENTEM habere quîes BONAM,
Et esse* CORCULIS datum est.
Sinistra ritè queîs mamilla subsilit,
DEI ferens IMAGINEM.
Cape istud ergo Jambicum Melos tibi,
Cape hoc Poëma musteum:
Poëma ductu & alite unius tuo
Satumque & editum simul:
Silentii esse quando longius reum
Pudet pigetque me tibi.
Neque umquam id æquus ille Juppiter sinat,
Ut his amoris ignibus
Ita antevortat ulla segnitas mihi,
Fidem ore LIPSIO ut datam
Reapse frustrer. absit à fide mea
Modi istiusce vanitas.
Abesto, verba tertiata cuî placent,
Referta falsimoniis.
Nec hocce SVADA LIPSIANA nos docet,
Pares cui haud Leporibus
Scentiisque; sed Fide esse mutuâ

Faven-

* *Hoc cognomento honestatos Romæ, qui ceteros mortales sapientiâ præstarent, testis Plin. lib. VII. cap. XXXI.*

Digitized by Google

Faventiaque nos decet.
Et ampla Laus sat ista: plura qui appetit,
Neque ille cor, neque os habet.
Tua introire Templa posse sat mihi,
BONÆQUE MENTIS Abdita
Novè reperta noscitare, te Duce:
Tuique cote roboris
Cor asperare, nec periculi ullius
Pavere magnitudinem.
O approbanda MENTIS OBSTINATIO!
O expetenda DOGMATA!
Ut hîc suave, LANGIANO IN ATRIO
Inambulare! ut, ô, simul
Tuo assidere ab ore pendulum juvat;
Tuo, illiusque quem facis
Loquentem! & hinc in HORTULUM sequi! ordines
Ut è virente PERGULA
Notare florum: & omne Stirpium genus
Hiante obire lumine,
Novoque rariora ob ORBE Semina
Sagace nare persequi!
Odor beate, quidquid est Aromatum
Lepore provocans tuo.
Licetne in hisce floseulis & herbulis,
Remissionis indigo,
(Uti exsoluta mens aberret à malis
Parumper) acquiescere?
Licet: neque istud (annuente hero) modò,
Sed & replere fructibus
Sinum, manusque utrasque, & ungue carpere,
Et admovere naribus.
Quid? an lubido serta texere est tibi,
Corollulamque pactilem?
Rei hujus optio ecce plena sit tibi,
Tu arbitratu ut eligas,
Thyma, an rosas, amaracumne mavelis.
Age ecce, quantus hic nitor?
Quis ordo? quàm omnia aptè in areas suas
Locata, tesseræ in modum?

Heri-

Digitized by Google

Herine cultum, an elegantiam priùs
Loci ipse mirer, ambigo.
Stupere certè utrumque cogor intuens,
Herilem at indolem magis,
Cui scatere tot facetiis datum;
Cui hanc præire SYMBOLAM,
Et ægra corda sospitare jus fuit,
Medentibusque pharmacis
Beare. Quæ modò ecce promus imputat
Novâ arte LIPSIUS tibi.
Ahena ut unde FIRMITUDO PECTORIS
Paranda: & unde Inertia
Sit ista, & ægra Sensuum imbecillitas,
Habere cognitum queas.
Duplex Boni omnis ergo, seu Mali Caput,
OPINIO, atque MENS BONA.
POLI illa GERMEN IGNEUM; atque SPIRITU
Originem trahens suam.
Quid? ipse non HOMULLO an insitus DEUS
PER istam IMAGINEM sui?
CUPIDINUM, hancce quisquis audit, omnium
Necesse victor audiat.
At altera illa pars, OPINIO puta
Imaginosa, CORPORI
(Sata unde) adhæret, impedita SENSIBUS,
Gravique fixa perpetim
Luto: cui usque POENITENTIA it comes;
Vaga, ebriosa, futilis.
HOMO miselle, pulvis, umbra, somnium,
Quousque fluctuabere,
OPINIONIS alligate vinculis?
Quousque GAVDIUM, DOLOR,
METVS? CVPIDO pectus impetent tibi?
Jaces? & erigi cupis,
Supraque vulgus elevare verticem?
Idonea ecce FEBRVA,
Quibus piatus ipsa nubila ac Notos
Supervolare possies:
Avesque, quæ cor intus exedunt tibi,

Digitized by Google

Necare & ire perditum,
Quiésne cordi, & otium domi tibi,
Procul tumultu ab hostico,
Ubi Actuosus ipso in otio cluas?
(Unica occupatio!)
Ad HORTULUM huncce LANGII, anne LIPSII,
Gradum capesse, si sapis.
Opúsne vallo & Arce, vel Cetrâ tibi,
Cavere queîs SPEI AC METUS,
Cupidinumque sustinere vim queas?
Statu in graduque fac tuo
Morêre, MENSQUE vortat ad DEUM tuâ,
Originem inquio sui.
Quousque CARNIS IMBECILLITAS tibi
Molesta, & umbrâ inanium
Trahêre, prima quæ imperita Plebs putat?
Ducem ecce LIPSIUM tibi:
Eum sequaris. At cui, inquies, bono?
Mane: in tumultu ut otium
Agas; & unus, inter arma Publica,
Metu solutus ambules.
Quid est, quod hîc querare? FATA te trahunt,
DEIQUE PROVIDENTIA?
Sequare: Cur enim irritum struas pedem
HERO rebellis, ac tibi?
Quid abnuis, miselle? cede Tempori
DEOQUE REBUS OMNIBUS
VICISSITUDO DEBITA. Hæc mori vides
Repentè, at illa oriri?
NECESSITATI ut obsequare, te monent
Tot URBIUM Cadavera.
Ferire vita vertice antè quæ suo
Poli utriusque cardinem.
Ubi illa jam, Imperare sueta REGIBUS,
Superba SEPTIMONTIUM?
Ubi MYCENÆ, ubi inclyta URBS Agenoris,
CORINTHUS, ARGOS, ILIUM?
Minuta, magna; summa, & ima respice;
PERENNE SUB POLO NIHIL.

Digitized by Google

Εἰς τὸ Σοφιστὴν καὶ λογιώτατον
ΙΟΥΣΤΟΥ ΤΟΥ ΛΙΠΣΙΟΥ
περὶ δυσπραξίας ἥτοι κακοζηλίας
βιβλίον.

Λιψιάδη στελίδας σκολιὰς φθόνῳ ὁμμαθὴς πήξας,
Οὐκ ἄγαμαι λογίους, εἶπον, ἄτης σοφίης.
Ἀλλὰ τόδ' ὀπλίσαν γλαφυρόν τε σοφόν τε πόνημα,
Καρπεμπὴς καὶ ἔχων τίθμια σωφροσύνης.
Κρῆσσον ἰμὼν, λίξας, φίλε τόδε πᾶσχε· ἰδοίατον,
Λῆξε ἰσοστολίης τηκόμβῳ καὶ ζηλίλου.

Εἰς τὸ αὐτό.

Ἐλλογίμων φιλίων πρῶς ἀσίρας, ἄνεκα πάντων
Εἰσὶν ὑπὸ πλοπῇ κρείσσονες ἰδμοσύνῃ.
Σῶν πόνος φιλίων Κυϊάκιε, αἰμὶ ἴλιον
Καὶ φιλοσκολιαρὸς, καὶ φιλολιψιάδης.
Ἀλλὰ σοφῶς ὑφαιδιον στέλας σὸν τόσον αἶξον
ΑΙΨΙΕ, σὺν ἀστὴς, ἀλλά μοι ἄστρον ἰὼν.

B. Vulcanii.

IN CONSTANTIAM
V. C. I. LIPSI.

DUM patriam exercet plus quam civilibus armis
Triste inter Reges discidium & populos,
(Ah quantum lis illa dedit quantumque datura est
Sanguinis! at vos ô DI *meliora date.)*
Non iisdem castris, asibus non milsitat iisdem
Belgica: & heu cives perditum it ipsa suos.
Tantorumque diu speratâ sine laborum
Decipimur, mendax spes ea abit miseris.
An mirum adversa rerum succumbere mole,
Deque gradu tantum non animum excidere?
Ceunavem invitus Rector pugnantibus Austris
Deserit, & pelago ludibrium ire sinit.
Id verò prohibet JUSTUS *(nihil addimus ultrà)*
Per quem degeneri non licet esse animo.
Ille ipsi bellum Dux non inglorius infert
Fortuna, en viso ut tota stupet titulo.
Ille addit vires animoso: turpe Labantem
Sustinet, & mente stare facit solidâ.

Omnes

Digitized by Google

Omneis impavidum contra casusque minasque
Ceu contrà fluctus stare solent scopuli;
Ut jam, Socraticos quamvis scrutere magistros,
Quantum usquam est, melius nil alibi invenias.

F. Duicius J. C

DOM. BAUDII AD EUMDEM TETRASTICHON.

Καλείζειν τε λόγοις ἀρετὴν, ἔργοις τε δίκαιον,
Τοῦτο μὲ ἠθοφυὴς, τοῦτο ϗ πυλυμαθίς.
ΔΙΨΙΟΣ ἀμφότερον μόνῳ ἴδμαχε, μάρτυρές εἰσιν
Η' ἠθοφυὴς τε βίῳ, πυλυμαθὴς τε βίβλοι.

EPIGRAMMA IN CONSTANTIAM JUSTI LIPSI.

PRODIT jam in dias CONSTANTIA *luminis oras,*
Et nota hæc LIPSI *munere sit* BATAVIS,
Narrantis nobis, quantum PRUDENTIA, *quantum*
Possit in humanis pectoribus RATIO.
Cedite ROMANI SAPIENTES, *cedite* GRAII:
Anne aliquid majus SOL *videt hoc operè?*

Janus Douza Filius.

IN J. LIPSI V. C. LIBROS DE CONSTANTIA.

NIL mirum subitò mortales rebus in arctis
Abjicere audaces ex animis animos.
Ipsa ignota diu latuit CONSTANTIA, *nostris*
Robora quæ solita est indere pectoribus.
At nunc fortunæ ludibria ludicra, & ejus
Vires atque vices discite ferre homines.
Sit vobis doctor non vanus LIPSIUS, *ille*
Flos populi, atque oculus Pieridum & Charitum.
Ipsa à quo didicit CONSTANTIA *stare, librisque*
Illius erectum tollere in astra caput.
Libri, quos LIPSI *si doctum nomen abesset,*
Athereos dicam composuisse Deos.

Franciſc. Raphelengius Filius.

Digitized by Google

JUSTI LIPSI DE CONSTANTIA LIBER PRIMUS.

CAPUT PRIMUM.

Præfatio, & introductio. querela item aliqua de Belgarum turbis.

ANTE annos aliquot cùm Viennam Austriæ iter haberem, fugiens patriæ meæ turbas: deflexi, non sine deo duce, ad *Eburonum urbem, quę nec longè à via, & in qua amici, quos salutare more suadebar & amore. Inter eos Carolus Langius, vir (sine fraude aut ambitione dicam) optimus doctissimusque Belgarum. Qui cùm me hospitio excepisset; non omni solum comitate & benivolentia id temperavit, sed eo genere sermonum qui utiles imò salutares mihi in omne ævum essent. Ille enim fuit, ille vir, qui oculos mihi aperiret, detersa vulgarium aliquot opinionum nube: ille, qui viam ostenderet, qua sine ambage pervenirem, ut cum Lucretio loquar, ad illa

Edita doctrinâ sapientum templa serena.

Nam cùm post meridiem fervido sole (præceps enim jam mensis Junius erat) domi ejus in atrio inambularemus: quæsivit, ut fit, blandiùs de itinere meo & ejus caussis. Cui cùm ego de turbis Belgarum, de insolentia Præfectorum & militum, liberè & verè multa dixissem: addidi postremò, prætexi à me aliam, sed hanc intimam esse discessus mei caussam. Quis enim Langi, inquam, tam firmo & tam ferreo pectore, qui diutiùs ferendis iis malis sit? Jactamur jam tot annos, ut vides, bellorum civilium æstu: &, ut in undoso mari, non uno vento agitamur turbarum seditionumque. Otium mihi cordi & quies? turbæ interpellant, & strepitus armorum. Horti & rura? miles & sicarius compellit in urbem. Itaque certum mihi Langi, relicta hac infesta & infausta Belgica (ignoscat mihi Genius patrię) *γῆς περὶ γῆς, ut ille ait; & quovis terrarum fugere, —— *ubi nec Pelipodarum facta neque nomen*

*Leodicum intelligo.

C. Langii veralans.

Humanitas ejus.

Sapientia.

Mala civilium bellorum.

* Terram terra commutare.

Digitized by Google

nomen audiam. Langius admirans & velut excitatus, Itane tu Lipsi, inquit, abeas à nobis? A vobis, inquam, aut certè ab hac vita. Quod enim malorum istorum effugium, nisi in fuga? Nam ut videam ista cottidie & feram, non possum Langi: nec chalybs aliquis mihi circa pectus. Suspiravit ad hunc sermonem Langius, &, Infirme adolescens, inquit, quæ hæc mollities est, aut quæ tua mens salutem quærentis in fuga? Turbat & æstuat patria tua, fateor: sed quæ non hodie pars Europæ? Ut verè illud Aristophanæum possis augurari:

* ——— Τα δ' ἐπίρπεσ' ὑπερθε Διὸς Ζεὺς ἐναλίγκιος. — * Supera infera reddet Iuppiter altitonans. *Commune turbarum remedium in fuga.*

Itaque non patria fugienda, Lipsi: sed Adfectus sunt, & firmandus ita formandusque hic animus, ut quies nobis in turbis sit, & pax inter media arma. Ego satis juveniliter, imò deserenda illa Langi, inquam: certè enim audita mala leviùs ad animum accident, quàm visa: & simul ponemur ipsi extra tela, quod dicitur, & pulverem hujus agonis. Homerum non audis callidè monentem,

* Ἐκ βελέων. μὴ πού τις ἰφ' ἕλκεϊ ἕλκος ἄεσσῃ. — ‡ Extra telanequis vulneri vulnus addat.

CAPUT II.

Peregrinationem non facere ad internos morbos. indicinam eam esse, non medicinam, nisi si fortè in levi quodam & primo adfectuum motu.

LANGIVS moto leviter capite, Audio: inquit: mallem tu Sapientiæ vocem & Rationis. Nam hæ, Lipsi, quæ te involvunt, nebulæ & nubeculæ sunt à fumo Opinionum. Itaque, ut cum Diogene dicam, * λόγῳ tibi hîc opus non βρόχῳ, radio inquam illo, qui caliginem tui capitis illustret. Patriam ecce desertum is: sed dic seriò, illam cùm fugies, te quoque effugies? vide ne contrà sit: & tecum atque in pectore isto circumferas fontem fomitemque tui mali. Vt ii qui febriunt, jactant se inquietè & versant. & lectum subinde murant vana spe levamenti: in eadem causa nos, qui terram terra frustra mutamus, ægri scilicet mentis. Aperire enim hoc est morbum, non tollere: fateri internum hunc calorem, & non mederi. Elegantèr * Romanus sapiens: *Proprium est ægri nihil diu pati, & mutationibus remediis uti. Inde peregrinationes* — *Ea opinio refutata.* — † Ratione, non laqueo. *Originem turbarum in nobis esse. Ideò non extrinsecus motu.* — *Indicari tantùm.* — † Seneca.

Digitized by Google

suscipiuntur vagæ; & littera pererrantur, & modò marè se modò terra experitur præsentibus semper infesta levitas. Itaque fugitis magis turbas quàm vitatis. Vt cerva illa apud Virgilium,

Quam procul incautam nemora inter Cressia fixit
Pastor agens telis:
---illa fugâ silvas saltusque peragrat
Dictæos.

frustrà: quia ut idem poëta addit, *——hæret lateri letalis arundo:* ita vos, qui telo hoc adfectuum penitus percussi, non id excutitis, sed migratione transfertis. Qui crus sibi aut brachium fregit, non currum aut equum poscit, ut opinor, sed chirurgum: tua quæ vanitas, qui internam hanc plagam motu sanare te postules & discursu? Animus enim certè est, qui ægrotat: & omnis hæc exterior imbecillitas, desperatio, languor, orta ab uno fonte, quòd jacet ille & languet. Sceptrum abjecit princeps divinaque pars: & eò vilitatis lapsa est, ut sponte serviat suis servis. Dic, locus hîc quid faciet aut motus? Nisi fortè regio aliqua est, quæ metus temperet, quæ spes refrænet, quæ malum hanc saniem educat, quam altè imbibimus, vitiorum. Atqui nulla ea est, nec insulis ipsis beatorum. aut si est, ostende, & omnes illuc agmine facto imus. Sed motio ipsa & mutatio, inquis, habet eam vim: & recreat attollitque jacentem animum cottidiana illa conspecta novitas morum, hominum, locorum. Lipsi erras. Nam, ut quod res est seriò dicam, peregrinationem non usque eò deprimo, ut nihil ei in hominem & in adfectus dem juris. Imò habeat, sed hactenus, ut levia tædia quædam animorum & velut nauseas tollat: non tollat morbos, qui altiùs penetârunt, quàm ut externa ulla medicina huc pertingat. Cantus, vinum, somnus, *commotiunculas illas primas non rarò sanarunt iræ, doloris, amoris: at numquam ægritudinem quæ radices egit & fixit pedem. Idem hîc est & peregrinatio fortasse leves quosdam languores sanabit, non sanabit veros. Hærent enim primi illi motus, orti à corpore, quodammodò adhuc in corpore, aut certè in summâ, ut sic dicam, animorum cute: ideoque non mirum, si quamvis levi spongia abstergeantur. non ita inveterati illi adfectus, quibus sedes imò regnum in ipsa animi mente. Cùm diu multumque erraveris, cùm terram omnem & mare circulatus fueris: nullo eos mari elues, obrues nulla terra. Sequentur te: & post peditem *equitemque sedebit*, ut cum poëta loquar,

Morbum enim esse animi.

Quem locus nullus sua vi sanat.

Non item mutatio ipsa. Etsi fastidia quædam mitigat aut tollit.

* Stoici hæc ita distinguunt, ut primò contra aut præter rationem motus. Adfectus appellent; eosdem crebros & inveteratos Morbos. *At veri & veteres adfectus non leniuntur.*

atra

tra cura. Socrates interroganti cuidam, *quid ita peregrinatio sibi non profuisset?* scitè respondit, *Non enim deseruisti*: simile hic dixerim, & quocumque fugies, corruptum corruptoremque animum tecum habebis, comitem non bonum. Atque utinam comitem! sed vereor ut ducem: quia non sequentur te adfectus tui, sed trahent.

CAPUT III.

At veros animi morbos tolli eâ non minui: imò per eam recrudescere. Animum esse qui in nobis agrotet: eique remedium à Sapientia & Constantia petendum.

NON avocat igitur, inquis, etiam à veris malis peregrinatio? non campi illi conspecti, & flumina, & montes, ponunt te extra doloris tui sensum? Avocant fortasse interdum & ponunt, sed nec in longum, nec in firmum. Ut pictura, quamvis egregia, oculi non diu delectantur: sic omnis ista hominum locorumque varietas novitate nos capit, sed ad breve tempus. Aberratio hæc aliqua à malis est, non fuga: nec solvit peregrinatio doloris hanc cathenam, sed laxat. Quid autem istud me juvat, si lucem paullisper video, in arctiorem mox carcerem conpingendus? Ita profectò est. insidiantur animo externæ hæ omnes voluptates, & specie juvandi magis lædunt. Ut medicamenta minùs valida non extrahunt humorem noxium, sed movent: sic vana hæc delectatio irritat in nobis fluctum illum cupidinum & adauget. Non diu enim à se aberrat animus: sed vel invitus domum mox compellitur, & in vetus contubernium malorum. Illa ipsa opida conspecta & montes, reducent te cogitatione in tuam patriam: & inter media gaudia videbis aliquid sive audies, quod sensum refricet tui doloris. Aut si paullisper quieseces: brevis ille velut somnus erit, & mox experrecto tibi eadem aut major febris. Crescunt enim interpellatæ quædam cupidines, & vites capiunt ex intervallo. Mitte igitur, Lipsi, vana hæc, imò noxia: nec remedia, sed venena: vera illa potiùs admitte & severa. Solem solumque mutas? imo animum, quem malè Adfectibus mancipasti, subtractum legitimæ dominæ Rationi. Ab illo corrupto hæc desperatio est, ab illo viatico hic languor. Illum mutes oportet, non locum: & efficere non ut alibi sis, sed ut alius. Tu fertilem illam Pannoniam videre nunc ardes, & fidam fortemq; Vien-

Objectioni occurritur.

Et videri aliquod in mutatione solatium, non autem esse.

Aggravari enim per eam mala.

Verum autem remedium animi mutatione.

Curiosa cura peregrinantium circa externa.

Digitized by Google

Viennam, & regem fluviorum Danubium, & tot mira & nova, quæ suspensa aure bibant audientes: sed quanto melius, si idem hic tibi ad Sapientiam impetus & cupido? si penetres in feraces illius campos? si fontes humanarum perturbationum inquiras? si valla & arces exitruas, quibus arceas & defendas cupidinum insultus? Hæc enim vera morbi tui remedia: cetera omnia, panni & fomenta. Nihil te abitio ista juvabit: nihil

Quam ad interna transferri melius: & gravia potius, quàm suavia queri.

——— evasisse tot urbes
Argolicas, medioque fugam tenuisse per hostes:

hostem reperies apud te, & in isto (pectus mihi concutiebat) penetrali. Quid refert, ad quàm pacata loca veneris? bellum trahis tecum. ad quàm quieta? turbæ circum te, imò in te sunt. Pugnat enim pugnabitque secum semper discors hic animus, appetendo, fugiendo, sperando, desperando. Atque ut ii qui per timorem terga vertunt, magis exponunt se periculo intectos & aversos: sic errones & tirones isti, quibus cum adfectibus numquam pugna fuit, sed tantùm fuga. At tu, adolescens, si me audies, stabis: & gradum firmabis contra hunc doloris hostem. CONSTANTIA enim tibi ante omnia opus: & victor aliquis pugnando evasit, nemo fugiendo.

Turbas alioquin ubique comites esse.

Resistendum igitur, & pugnandum Constantiæ armis.

CAPUT IV.

Definitiones Constantiæ, Patientiæ, Rectæ rationis, Opinionis. Item Pervicacia quid à Constantia differat & habeat: & a Patientia abjectio.

SERMONIBVS iis Langii erectior aliqua parte ego, Alta & præclara hęc tua monita, inquam: & jam stare conor & adsurgere, sed, ut ii ferè qui in somnis laborant, vano nisu. Revolvor enim Langi, nequid mentiar, idemtidem ad meam terram: & hęrent fixæ animo publicę privatæque curæ. Tu, si potes, pelle malas aves quę me lancinant: & vincla solicitudinum deme, quibus in hoc Caucaso lentè ligor. Langius vultu alacri, Ego verò demam, inquit: & novus Hercules solvam hunc Prometheum. Attende tantùm, & intende. Ad Constantiam te vocavi, Lipsi, & in eâ spem & præsidium posui tuæ salutis. Ea igitur ante omnia nobis cognoscenda est CONSTANTIAM hîc appello, RECTVM ET IMMOTVM ANIMI ROBVR, NON

Ad explicationem Constantiæ descensum. Quid progrè on fit.

ELAT

ELATI EXTERNIS AUT FORTUITIS, NON DEPRESSI. Robur dixi; & intellego firmitudinem innatam animo, non ab Opinione, sed à judicio & recta Ratione. Exclusam enim ante omnia volo Pervicaciam (sive ea * melius pertinacia dicitur:) quæ & ipsa obstinari animi robur est, sed à superbiæ aut gloriæ vento: & robur etiam dumtaxat in una parte. Deprimi enim haud facilè tumidi isti & pervicaces possunt, facillimè attolli: non aliter quam culleus, qui vento inflatus ægrè mergitur, supereminet autem & exsilit sua sponte. Talis enim istorum ventosa hæc durities est: cui origo à Superbia, ut dixi, & nimio pretio sui. igitur ab Opinione. At Constantiæ vera mater, Patientia & demissio animi est, quem definio RERVM QVACVMQVE HOMINI ALIVNDE ACCIDVNT AUT INCIDVNT VOLVNTARIAM ET SINE QVERELA PERPESSIONEM. Quæ recta ratione susceptæ, una illa radix est, qua altitudo pulcherrimi hujus roboris nixa. Cave enim &, hic Opinio tibi imponat: quæ Patientiæ loco Abjectionem sæpè & torporem quemdam animi marcentis suggerit: verè vitium, & cui origo à Vilitate sui. Virtutis autem mediâ via ingreditur, & cautè cavet nequid in actionibus suis defiat, aut excedat. Dirigit enim se ad unius Rationis trutinam: & illam habet examinis sui velut normam & obrussam. Est autem recta Ratio non aliud, quàm DE REBVS HVMANIS DIVINISQVE (quatenus tamen ea ad nos spectant) VERVM JVDICIVM AC SENSVS. Opinio huic contraria, DE IISDEM FVTILE JVDICIVM AC FALLAX.

* Nam Attius apud Nonium illam in virtute ponit, hanc in vitio. Seneca tamen & alii aliter.

Constantiæ origo à Patientiâ.

Ea quoque definita.

Discreta à Torpore.

Constantia medium inter Elationem & Abjectionem tenet.

Ratio quid sit?

Quid item Opinio?

CAPUT V.

Ratio & Opinio, unde originem habeant, utriusque vires & effectus. Alteram ad Constantiam ducere, alteram ad Levitatem.

SED quoniam è duplici hoc velut capite (Opinionis sentio & Rationis) non robur solùm aut infirmitas animi oritur, sed omnes in hac vita laudes aut culpæ: pro bono utilique facturus mihi videor, si de utriusque origine & naturâ uberiùs paullò dicam. Ut enim lana priusquam ultimum illum & optimum colorem combibat, succis quibusdam aliis præparanda & imbuenda est: sic prædictionibus istis tuis Lipsi animus, priusquam eum hac Constantiæ purpurâ seriò tingam. Quod igitur te non fugit, duæ in homine partes, Ani-

De utraq; accuratiùs & uberiùs dictum.

Digitized by Google

Homo duplex. *Anima in eo sublimis & ignea: Corpus, humile & ab humo.* *Pugna inter eas partes.*

ma & Corpus. illa nobilior, quæ spiritum ignemque refert: hæc vilior, quæ terram. Juncta ista inter se, sed concordia quadam discordi: nec facilè inter eas convenit, utique cum de imperio agitur aut servitute. Regere enim utraque vult, & magis illa quæ non debet. Terra attollere se supra ignem suum conatur, & cœnum hoc supra cælum. Hinc in homine dissidia, turbæ, & veluti adsidua quædam velitantium inter se partium pugna. Cui duces & tamquam imperatores, Ratio & Opinio. Illa pro anima, & in anima: hæc pro corpore & in eo pugnat. Rationi origo à cælo, imò à deo est: &

† Quod rigide haud verum: sed tamen imago quædam reliqua dei.

magnificè eam Seneca celebravit, * *Partem in homine divini spiritus mersam.* Est enim hæc eximia illa intelligendi judicandique vis: quæ, ut anima perfectio hominis, sic ipsa animæ est. Græci eam νῦν dixêre, Latini Mentem, aut etiam junctim Animi mentem. Non enim tota anima, ne aberres, recta Ratio est: sed quod in eâ uniforme, simplex, immixtum, secretum ab omni fæce & lentore: quodque, ut verbo dicam, sidereum in ea & cœleste. Nam ipsa anima, quamquam labe corporis & contage sensuum graviter corruptâ & infectâ sit: tamen vestigia quædam ortus sui altè retinet, & clarè in ea scintillantes reliquiæ primi illius purique ignis. Hinc isti etiam in malis projectisque hominibus conscientiæ stimuli: hinc flagella interna & morsus: hinc approbatio melioris vitæ extorta invitis. Premi scilicet sanior illa sanctiorque pars potest, non potest opprimi: & tegi urens illa flamma, non extingui. Emicant enim semper subsiliuntque illi igniculi, qui in his tenebris illustrant, in his sordibus depurgant, in his ambagibus dirigunt, & ad Constantiam ducunt & Virtutem. Atque ut heliotropium, & flores quidam, ingenio suo semper ad solem: sic Ratio ad deum obversa est, & originem sui. Firma in bono & immota: unum idemque sentiens: unum idemque appetens aut fugiens: recti consilii, recti judicii, fons & scaturigo. Cui parêre, imperare est: & subjici, præesse rebus omnibus humanis. Domuit enim cupidines & exsultantes animi motus, quisquis hanc audiit: & in omnibus vitæ labyrinthis tutus ab errore, qui hanc sequitur ut Theseium filum. Deus ipse per hanc sui imaginem ad nos venit, imò quod propius est, in nos: & rectè ille quicumque dixit, *Bona mens sine deo nulla est.* At sequens illa, & non sana pars (Opinionem dico) originem suam Corpori, id est terræ debet: eóq; nihil nisi eam sapit. Corpus enim etsi per se immobile & exsensum, tamen vitam motumque ab

Recta ratio Constans, & ad Constantiam limes.

Laus ejus & dignitas.

Opinionis origo à terra & corpore.

anima

Digitized by Google

anima sumit: & vicissim animæ imagines rerum subjicit, per sensuum fenestras. Ita velut communio quædam & societas coita, inter animam, & corpus: sed communio, si exitum attendis, animæ non bona. Abducitur enim paullatim per eam è suo fastigio: addicitur misceturque sensibus: & ex impuro hoc cœtu Opinio in nobis nascitur, quæ non aliud quàm Rationis vana imago & umbra. Cujus vera Sedes, Sensus: origo, Terra. ideoque abjecta & vilis, non erigitur, non attollitur, nec altum aliquid aut æthereum spectat. Vana eadem, incerta, fallax, malè consulens, malè judicans. Constantia inprimis animum spoliat & Veritate. Hoc cupit hodie, cras spernit: hoc probat, hoc damnat: nihil judicio, sed corpori sensibusque gratificans omnia & indulgens. Atque ut oculus, qui per nebulam aut aquam inspicit, res metitur falso modo: sic animus, qui per opinionis nubem. Hæc homini, si consideras, malorum mater: hæc auctor in nobis confusæ & perturbatæ vitæ. Quòd curæ nos exerceant, ab hac est: quod adfectus distrahant, ab hac: quòd vitia nobis imperent, ab ista. Itaqve ut ii qui Tyrannidem sublatam è civitate volunt, tollunt ante omnia evertuntque arcem: sic nobis: si seriò ad Bonam mentem pergimus, dejiciendum castellum hoc Opinionum. Fluctuabimur enim cum iis semper: suspensi, queruli, turbidi, non deo non hominibus satis æqui. Ut navis vacua & inanis circumagitur in mari omni vento: sic in nobis vaga illa mens, quam pondus & tamquam saburra Rationis non stabiliuit.

Quomodo ex iis vacuescatur.

Opinio infirma, & ad incostantiam limes.

Ejus vitia perium.

CAPVT VI.

Constantiæ laus, & seria ad eam exhortatio.

OPINIONIS igitur comes, Lipsi, levitas est, ut vides: propriumque ejus, mutare semper & pœnitere. at Rationis, Constantia: ad quam induendam animo, seriò te hortor. Quid abis ad vana aut externa? hæc est sola illa Helena, quæ verum illud legitimumque Nepenthes propinet, in quo oblivio curarum & dolorum. Quod si semel dimisisti & imbibisti, altus contra omnem casum & erectus, uno tenore æquabilis, nec ut in lance propendens aut dependens, magnum illud Deoque proximum tibi vindicabis, non moveri. Vidistin' in scitis & scu-

Ad constantiam monitio.

Ejus vis & fructus.

Digitized by Google

& scutis quorundam hodie regum sublime & invidendum illud, *Nec spe nec metu?* in te conveniet: qui verè rex, verè liber, soli deo subjicière, immunis à jugo Adfectuum & Fortunæ. Ut fluvii quidam per media maria transire dicuntur, & servare suam undam: sic tu per tumultus circumfusos, ut salsedinem nullam trahas ex hoc pelago mœrorum. Jacebis? Constantia te attollet. Vacillabis? sustinebit. Ad lacum properabis vel ad laqueum? solabitur & reducet à limine mortis. Tu eripe tantùm & erige te, & navim flecte ad hunc portum: ubi securitas, ubi pax habitat: in quo perfugium asylumque à turbis & à curis. Quem si bona fide semel tenueris; non turbet solùm patria tua sed ruat, stabis ipse inconcussus. Nimbi circum te cadant, & fulmina & tempestas: clamabis verâ magnâque voce,

Contra dolorum præsertim & turbas.

——mediis tranquillus in undis.

CAPUT VII.

Quid sit & quotuplex quod Constantiam turbet. Bona & Mala externa esse. Mala autem duplicia, Publica & Privata. ex iis gravia & periculosa maximè videri Publica.

HÆC cùm dixisset Langius voce & vultu acrior quàm solebat, me quoque scintilla corripuit boni ignis. & Mi pater, inquam (verè non blandè sic te appellem) duc me quò voles & doce, corrige & dirige. habes ægrum paratum ad omnem medicinam, sive tu ferrum cogitas sive ignem. Imò utrumque pariter, ait Langius, quia & alibi stipulæ exurendæ inanium opinionum sunt, & alibi, stirpes adfectuum excidendæ ab radice. Sed ambulamusne etiam? an potior commodiorque nunc sessio? Sessio, inquam ego, æstuare enim jam incipio non ab una causa. Cumque sellas Langius ferri & poni in eodem atrio jussisset, & juxtim eum assedissem: ille paullùm ad me obversus, iterùm sic cœpit. Jeci hactenus velut fundamenta Lipsi, quibus commodè & turè inædificaretur futurus sermo: nunc, si placet, accedam propiùs & causas doloris tui inquiram, & manu, quod ajunt, tangam tuum ulcus. Duo sunt, quæ arcem hanc in nobis Constantiæ oppugnant, Falsa bona, Falsa mala. Utraque sic appello. QUÆ NON IN NOBIS SED CIRCA NOS, QUÆQUE IN-

Hostes Constantiæ duo.

TERIO-

Digitized by Google

TIRIOREM HVNC HOMINEM, ID EST ANIMUM, PROPRIE NON JUVANT AVT LÆDVNT. Itaque Bona aut Mala ea, re & ratione non dicam: fatebor opinione esse, & communi quodam vulgi sensu. In priori classe numerant, Opes, Honores, Potentiam, Sanitatem, Longævitatem. in posteriore, Inopiam, Infamiam, Impotentiam, Morbos, Mortes: & ut verbo uno complectar, quidquid aliud fortuitum aut externum. Ab duplici isto stirpe quattuor illi capitales in nobis Adfectus orti, qui continent & conterunt vitam omnem humanam, Cupiditas, & Gaudium; Metus, & Dolor. E quibus, priores duo bonum aliquod opinabile respiciunt, exque eo nati: posteriores, malum. Lædunt omnes turbantque animum & nisi provides, dejiciunt de suo statu: sed non uno tamen modo. Nam cùm quies ejus & Constantia tamquam in æquabili quadam trutina sit: depellunt eum ab hoc libramento, illi attollendo, hi deprimendo. Sed falsa Bona & elationem nunc omitto (non enim is tuus morbus) ad falsa Mala venio quorum agmen iterùm duplex. Sunt enim Publica, sunt Privata. Publica designo & definio, QUORUM SENSVS VNO EODEMQVE TEMPORE AD PLVRES PERTINET. Privata, QUORUM AD SINGULOS. Inter illa censeo, Bellum, Pestem, Famem, Tyrannidem, Cædem: & quæ alia foras & in commune spectant. Inter ista, Dolorem, Inopiam, Infamiam, Mortem: & siquid velut domo clausum, in uno singuloque homine consideramus. Causa mihi ita distinguendi non vana. quia reverà aliter is luget & alio quodam sensu, qui cladem patriæ, qui exsilium exitiumque multorum: quàm qui unius suum. Adde quòd ex utrisque alii atque alii morbi. sed nisi fallor, graviores ex primis: certè pertinaciores. Publicis enim malis obnoxii plerique nostrûm: sive quia impetu & turba inruunt, ac conferta velut acie obruunt resistentem: sive magis, quòd ambitione quadam blandiuntur, & ægritudinem ex iis innasci animis non agnoscimus sæpe, non sentimus. Ecce privato dolori quisquis succubuit, fateatur vitium & imbecillitatem necessum est, etiam si non emendet (quæ enim defensio?) atqui huic, adeò de labe aut lapsu sæpè non fatetur, ut sit qui jactet etiam & censeat pro laude. Pietas enim & Miseratio dicitur: & quantulum abest, ut inter virtutes imò numina consecretur publica hæc Febris? Poëtæ & Oratores passim dilaudant & inculcant fervidum amorem patriæ: nec prorsus exculco ego, sed temperandam eum moderandumque esse censeo, & scisco. Reverà

Falsa bona

Falsa mala.

Adfectus præcipui quattuor oppositi inter se: ad quos reliqui referuntur.

Quomodo ii Constantiam turbent.

Falsa bona Cupidine & Gaudio; Mala, Dolore.

Sed Mala duplicia Publica, & Privata.

Firmata ea distinctio, & aptata rei.

Dolor ex malis publicis gravissimus

Quia cum impetu venit.

Quia honestissimi specie irrepit & imponit.

Digitized by Google

verà enim vitium est, intemperies est, & animi à gradu dejectio ac lapsus. Sed & gravis morbus parte aliâ. *Quia item varius & multiplex.* quia non unus in eo dolor, sed confusè Tuus & Alienus. Atq; Alienus item duplex, caussâ hominum, caussâ patriæ. Vt id quod subtilius dici & dividi à me videtur, capias sub exemplo: ecce Belgica tua nunc premitur non una clade, & circumplexa eam undique civilis hujus belli flamma. vides passim agros vastari, diripi; opida incendi, everti; homines capi, cædi; matronas pollui, virgines imminui; & quæ alia comitari amant bello. Nonne hîc tibi dolor? dolor. sed varius & divisus, si inspicis: quia simul & te luges, & cives & patriam ipsam. *In te, damna*; in civibus, varium casum & occasum; in patria, conversionem eversionemque status. Alibi habes quod clames, *Me miserum!* alibi, *Idque exemplo ostensum.*

——— *tot ciues mei*
Mandatam hostili pestem oppetiistis manu.

alibi denique. *O pater, ô patria!* Vt qui his non moveatur, & in quem cuneus ac cumulus nihil possit ingruentium tot malorum: aut valdè siccum & sapientem eum esse oporteat, aut valdè durum.

CAPUT VIII

Mala publica oppugnata. sed ante omnia tres Adfectus coërciti. exque iis hoc Capite ambitiosa quædam Simulatio: quâ homines Mala propria, ut Publica, lugent.

OVID est Lipsi? satin'ut prævaricari Constantiæ meæ videor, & caussam adhuc agere tui doloris? Sed feci quod animosi & fidentes Imperatores. elicui in campum & in aciem omnes tuas copias, cum quibus strenuè nunc confligam. sed velitatione quadam prius, deinde aperto Marte & velut collatis signis. Inter velitandum autem, tres mihi Adfectus primò pedato (ut cum antiquis loquar) proterendi sunt, Constantiæ nostræ valdè adversi: Simulatio, Pietas, Miseratio. Atque ille quidem priùs. Negas te ferre mala publica, ea dolori tibi esse, imò morti. Satin'seriò affirmas? an fraus hîc aliqua & fucus? Ego commotior, Imò seriò tu hoc rogas? inquam. an rides & irritas? Ego seriò, inquit, non enim pauci ex hoc valetudina-

Tres adfectus, qui fautores Dolori publico. Contra Simulationem primò.

rio

rio vestro imponunt medicis, & dolorem publicum simulant, qui reverà est privatus. Quæro igitur, satisne acceptum habeas, curam istam.

Quam malâ ambitione sæpè imbuas.

Quæ nunc coquit & versat pectore fixa;

patriæ ipsius caussâ susceptam esse, an tuâ? Etiámne ambigis? inquam ego. patriæ unius caussâ mihi hic luctus, Langi, patriæ. Ille capite abnuens, Adolescens vide etiam atque etiam, inquit. Nam in te si eximia hæc & sincera pietas, mirabor: certè in paucis. Querimur homines sæpè de malis publicis, fateor: nec alius tam communis dolor, & ut sic dixerim, magis in frontem incurrens; sed si propiùs examinas, reperies plerumque discidium aliquod linguæ & cordis esse. Ambitiosa illa verba sunt, *Movet me clades patriæ*; non vera: in labris nata, non in fibris. Quod de Polo histrione nobili traditum est, cùm Athenis fabulam actitaret in qua dolor repræsentandus, eum filii defuncti ossa & urnam clàm intulisse, & theatrum totum vero gemitu luctuque compleſſe. idem hîc dixerim de plerisque vestrùm. Comœdiam ô boni lusitis, & velati personâ patriæ, privata vestra damna veris & sperantibus lacrymis lugetis. *Mundus universus exercet histrioniam*, ait arbiter: certè hîc. Bellum hoc civile nos cruciat, inquiunt, & fusus innocentum cruor, & interitio libertatis & legum. Itáne? dolorem sanè vestrum video: quero & cunctor de caussâ. Qui an' publica malè habent? histrio pone personam, imò quia tua. Vidimus agrestes sæpè trepidare & concurrere & vota facere, cùm calamitas subita ingruit aut tempestas: sed tu, cùm desæviit, eosdem sevoca & examina, reperies unumquemque timuisse dumtaxat segeti & agellulo suo. Ad incendium in hac urbe clametur: claudi penè dicam & cœci concurrent ad restinguendum. quid censes? utrùm amore patriæ? imò pete ab ipsis: quia damnum illud ad singulos pertinet, aut certè ejus metus. Simile hic est. & movent vulgò turbantque homines mala publica, non quia plurium id damnum, sed quia inter plures eos ipsi.

Privata enim plerique lugent, non publica.

Itaque caussa intima quæ rendadoloris.

CAPVT

CAPUT IX.

Simulatio ea clariùs retecta, & ab exemplis. obiter de verâ Patriâ dictum, item malitiâ hominum gaudentium malis alienis, cum ipsi extra ea.

Dolemus lugemusq; publica non ut publica.

ITAQVE coram te judice hęc causſa agatur, & in tuo tribunali: sed, quod olim, levato velo. Nempe bellum hoc times? times. cur? quia pestis & pernicies conjuncta bello. Pestis illa ad quos? nunc ad alios quidem, sed pertingere etiam ad te potest. En caput tui doloris (si verum fateri sine oculeo ullo vis) en fontem! Ut enim cum fulmen in unum aliquem cecidit, etiam ii qui in proximo stabant, tremuerunt: sic in magnis istis communibusque cladibus, damnum ad paucos pervenit, metus ad omnes. Quem si tollis, tollis unà hunc dolorem. Ecce bellum si apud Æthiopas aut Indos geratur, nihil moveare (extra discrimen enim tu sis:) si apud Belgas; plores, clames, frontem percutias & femur. Atqui mala publica propter ipsa si luges, quid interest? Non enim illa patria mihi, inquies. Stulte. an non & illi homines, eadem stirpe tecum & satu? sub eodem cæli fornice? in eadem terrę pila? Exiguum hoc quod hi montes coërcent, hi fluvii cingunt, patriam esse censes? Erras. universus orbis est, quacumque homines sunt cælesti illo semine oriundi. Egregiè olim Socrates interroganti: *cujatem se ferret? Mundanum*, respondit. Magnus enim erectusque animus non includit se istis ab opinione terminis: sed cogitatione & sensu totum hoc Vniversum complectitur, ut suum. Vidimus stultos & risimus, quos custos aut magister alligabat straminis vel exigui fili nodo: atque illi stabant, quasi ferro aut vera compede divincti. similis nostra hæc amentia, qui futili opinionis vinclo adstringimur ad certam terræ partem. Sed ut firmiora hæc omittam (vereor enim ut possis concoquere:) addo ampliùs, siquis deus sponsor tibi per hoc ipsum bellum sit, agellos tuos intactos fore, domum pecuniamque salvam, teipsum in monte aliquo constituat velatum Homerica nube: etiamne dolebis? de te quidem hoc non ausim dicere, sed erit non nemo qui gaudebit etiam, & oculos suos avidè pascet in confusa illa morientium strage. Quid abnuis, aut miraris? Ita insita nescio quæ malitia humani ingenii fert, *Lætans*, ut poëta

Sed quia aut damnum iis privatum adjunctum, aut ejus metus.

Occurſum objectioni de patria.

Quælatius patet, quàm censet vulgus: &

Opinio falſa eſt, quę eam artat.

Sed aſtenſum, ne anguſtę quidem illius patrię cauſſa nos dolere.

Malitia noſtra in alienis malis id evincit.

Digitized by Google

poëta vetus loquitur, *malo alieno*. Atque ut poma quædam gustu suaviter acerba sunt: sic alienæ curæ, securis nobis. Pone mihi aliquem in Oceani illo littore, qui naufragium spectet. adficietur sanè, sed non injucundo quodam animi morsu: quia aliena pericula videt, sine suo. at repone eumdem in jactata illa navi: dolebit scilicet alium dolorem: idem cùm omnia fecimus, diximus, hic est: & nostra mala verè atque ex animo lugemus, publica dicis morisque caussa. Egregiè Pindarus: † Τὸ δ' οἰκεῖον πιέζει πόνος· ἐμὲ δ' Εὔδοξος οἰ' ἀπήμων κραδία κρύπτει φ' ἁμᾶ πάσσειον. Quamobrem aulæum hoc scænicum tandem remove Lipsi, & siparium complica: & missa omni simulatione, ostende te nobis vero doloris tui vultu.

† Nam proprium infortunium premit quemque pariter: at sta im doloris expers cor ob luctum alienum.

CAPUT X.

Querela mea de increpatione Langii tam liberâ. sed addstum, Philosophi id munus esse. Conatus item refutandi superiora: & obligatio amorque, qui in patriam.

ACRIS mihi visa prima hæc velitatio, quam interpellans, Quæ ista sermonum libertas, imò acerbitas est? inquam, sic vellicas, sic pungis? Jure cum Euripide te compellem,

*Μὴ ποτ' δῆτά μοι τόσον
Προσῇξε. κἄλις δ' συμφορᾷ βαρύνομαι.

* ægrone ægritudinem addas, satis superque cladibus premor. *Sapientis acris oratio.*

Langius arridens, Ergóne tu crustulum, inquit, à me aut mulsum exspectas? atqui ferrum paullò ante poscebas & ignem. Et rectè. Philosophum enim audis, Lipsi, non tibicinem, cui docere propositum, non ducere: prodesse, non placere. Ut pudeas & ut rubeas malo, quàm ut rideas: ut pæniteas, quàm ut exsultes. *Ἰατρεῖον, ὦ ἄνδρες, τὸ τοῦ φιλοσόφου σχολεῖον, clamabat olim Rufus, quo sanitatis caussâ concurritur, non voluptatis. Nihil palpat ille medicus, nihil blanditur: sed penetrat, pungit, rapit, & acri quodam sermonum sale sordes absterget animorum. Itaque re in posterum quidem, Lipsi, rosas cogita, sesamum, aut papaver: sed spinas, sicas, absynthium & acetum. Ego iterùm, Sed enim Langi, si fas dicere, agis mecum malè & malignè: nec, ut bonus pugil, legitimo nexu dejicis, sed per argutias supplantas. Simulatè, ais, lugemus patriam, nec propter ipsam. Egóne? falsum. Nam ut hoc tibi dem (agam

† Officina medici, ô viri philosophi schola est. *Est autem Musonii Rufi.*

Digitized by Google

Per occasionem transitus ad secundum Adfectum.

enim ingenuè) respectum in eo aliquem mei esse; at non solius. Lugeo enim, Langi, patriam in primis, lugeo: lugeboque, etiamsi nullum mihi in ejus discrimine discrimen. Jure bono. illa siquidem est, quæ me excepit, fovit, aluit: communi gentium sensu, sanctissima & antiquissima parens. At enim orbem universum patriam mihi das. Quis renuit? sed tu quoque fatêre, præter hanc grandem & communem, aliam mihi esse magis definitam & peculiarem patriam: cui arcano quodam naturæ vinclo propiùs obstringor. Nisi censes vim nullam esse laciendi & attrahendi in natali illo solo, quod primùm corpore isto pressimus, pedibus institimus, cujus aërem hausimus: in quo infantia nostra vagiit, pueritia lusit, juventus exercita & educata est. Vbi familiare oculis cælum, flumina, agri: ubi longa serie cognati, amici, sodales: & tot gaudii illecebræ, quas frustrà terratum alibi quæram. Nec Opinionis hîc, ut videri vis filum tenue, sed firmi compedes Naturæ. Ad animalia abi. feræ ecce cubilia sua amant & agnoscunt; aves, nidos. Pisces ipsi in magno illo & interminato Oceano, frui gaudent certâ ejus parte. Nam homines quid dicam? qui culti sive Barbari, ita adfixi genitali huic glebæ; ut quisquis vir est, nihil ambigat mori pro ea, & in ea. Itaque, Langi, novam hanc & rigidam tuam sapientiam nec sequor adhuc, nec adsequor: Euripidem magis, verè adfirmantem:

Patria particularis laus: & A naturâ cum eâ vinclum.

Etiam in aliis animalibus.

——— * ἀναγκαίως ἔχει
Πατρίδι δ' ἰέναι πᾶσιν.

* imperat Necessitas Amare patriam cunctos

CAPUT XI.

Refutatus secundus Adfectus nimii amoris in patriam. quam Pietatem falso vocant, idque ostensum. Item unde origo illi Adfectui. & quid Patria proprie ac vere.

Rationes ea reprobs.

AD hunc sermonem renidens Langius, Adolescens, inquit, mira tua pietas & jam periclitatur, opinor, de cognomine suo M. Antonii frater. Seu tamen hoc commodè, quòd ultrò offert se hic Adfectus & procurrit ante signa: quem jam antè aggredi mihi decretum, & sternere levi hastâ. Detraho autem illi ante omnia velut spolium pulcherrimæ vestis, quâ malè se exornat. Amor enim hic in patriam, Pietas vulgò dicitur: nec capiente me, fateor, nec ferente. Vnde

Adfectum eum malè Pietatis nomine velari.

enim

enim Pietas? quam eximiam virtutem esse scio: nec propriè aliud, quam LEGITIMVM DEBITUMQUE HONOREM ET AMOREM IN DEUM AC PARENTES. Quâ fronte autem Patria mediam his se inserit? Quia, inquiunt, etiam illa sanctissima & antiquissima parens. O inepti: nec jam in Rationem injurii, sed Naturam ipsam! Illáne parens? cur, aut quomodo? Nihil enim hic video: & tu si acutior Lipsi, tenebras meas illustra. Quiáne excepit? id enim visus antè dicere. atqui etiam hospes aliquis sæpè aut caupo? Fovit? haud paullò mollius olim gerula aut nutrix. Aluit? hoc pecudes, hoc arbores, hoc segetes cottidie: & inter magna corpora quibusque nihil imputet Terra, Cælum Aer, Aqua. Denique transferre, & hoc idem faciet quævis alia tellus. Madida hæc & natantia verba sunt: quibus nihil expresseris, præter plebeium & inutilem quemdam Opinionis succum. Parentes quidem ii soli, qui genuerunt, formârunt, gestârunt: quorum nos semen de semine, sanguis de sanguine, caro de carne sumus. Quorum siquid in patriam vel comparatione conveniet: nil recuso, quin Pietatem hanc oppugnem irrito telo. At enim viri docti, viri magni, sic effati passim. Fateor, sed ad famam, non ad verum. quod si sequeris, sacrum illud & augustum nomen deo remittes, &, si placet, parentibus: hunc quidem adfectum, etiam cùm emendatus est, contentum esse jubebis honesto titulo Caritatis. Sed de nomine, tantum est: rem potiùs videamus, quam equidem non totam tollo, sed tempero, & velut scalpello circumcido rationis. Vt enim vitis, nisi amputes, latissimè se spargit: sic isti præsertim Adfectus, quibus aura aliqua vellificatur popularitatis. Ac fateor libens, Lipsi, (non enim ita hominem exui aut civem) inclinationem aliquam & amorem cuique nostrûm in minorem hanc patriam esse: sed cujus caussæ, ut video, parum liquidò tibi cognitæ, aut origo. A naturâ enim esse vis: reverà autem est à more quodam & instituto. Postquam enim homines, ex rudi illa, & solivagâ vita, ab agris in opida compulsi sunt, & domos ac mœnia struere cœperunt, & cœtus facere, & populariter vim inferre vel arcere: ecce communio quædam necessariò inter eos exorta, & societas variarum rerum. Terram & fines quosdam conjunctim habuerunt: templa in promiscuo, fora, æraria, tribunalia: & quod præcipuum vinclum, ceremonias, jura, leges. Quas tamen ipsas res ita amare & curare avaritia nostra occœpit (nec

Nec Patriam parentis nomine dignandam

In deum & parentes, Pietas: in patriam Caritas.

Quæ temperanda est.

Vnde ea Caritas nata? A more non à natura.

Imò ideò amamus patriam, quia quidem in eâ nati sumus.

Digitized by Google

ravit prorsus) ut suas. Verè enim singulis civibus in ea jus : nec differunt à privatis possessionibus, nisi quòd non unius. At consortio ista velut formam, & faciem quamdam expressit novi status, quam Remp. & eamdem propriè Patriam appellamus. In quia cum intellegerent homines quantum momenti esset ad salutem singulorum : latæ etiam leges de ea juvanda & propugnanda : aut certè traditus à majoribus mos, qui instar legum. Hinc factum, ut commodis ejus gaudeamus, doleamus incommodis : quia re ipsa privatæ nostræ opes salvæ, illâ salvâ ; & mortuæ, morientes. Hinc caritas in eam sive amor, quem boni publici causa (illùc autem occulta quædam dei Providentia nos trahit) auxêre majores, factis dictisque omnibus majestatem patriæ adstruentes. Ab instituto hic adfectus igitur, me quidem judice. quod si à natura, ut tu pertendebas : quid ita non pariter in omnes, & eadem mensura, diffusus ? cur nobiles divitesque patriam magis amant, curant : minùs plebeii aut inopes, quos plerumque curarum suarum videas, publicâ omissâ ? Quod tamen aliter evenire certum est, in omni adfectu, qui à violento jussu naturæ promanat. Denique quid caussæ adferes, quòd tam levis caussa sæpè eum minuit aut tollit ? Ecce alium ira, alium amor, quosdam ambitio patriâ elicuit : & hodie quàm multos Lucrius ille deus ? Quot Itali, relicta regina regionum Italia, in Galliam, Germaniam, imò Sarmatiam sedes transtulerunt & fixerunt, quæstus tantùm caussa ? Hispanorum quot millia quotannis in sepositas, & sub alio sole terras, avaritia aut ambitio trahit ? Magno hercules & valido argumento, externum & opinabile totum hoc vinculum esse, quod una aliqua cupiditas tam temerè solvit aut rumpit. At erras etiam largiter Lipsi, in circumscribenda patria ipsa. Adstringis enim eam ad natale illud solum, quod institimus, quod pressimus : & quæ alia mihi tinnis inani sonitu verborum. Petere enim illinc frustrà vis insitas amoris hujus caussas. Nam si genitalis solius soli id nomen : patria mihi quidem Brixella tantùm erit, tibi Iscanum, alteri cuipiam tugurium aut magar. imò multis nec tugurium quidem, sed silva & nudus ager. Amor ergo meus & cura, inter istos angustos limites conclusa ? villam illam tantùm aut domum, ut patriam, amplectar & defendam ? Vides inepsias, & quàm beati, te definiente, silvani illi aut agrestes, quorum natalis terra florens semper est, & pænè extra omne cladis aut interitus discrimen. Sed non illud profectò Patria est, non : sed

Et origo illi, ab amore privato.

Quem produxit & auxit consuetudo sive lex.

Idque societatis humanæ caussa. Argumentaclare, cur non à natura. Primò, quia non æquiter tangit omnes. Secundò, quia facilis minuì, imo tolli.

Rejecta opinio de particulari patria : Non esse eam, locum natalem.

UNUS

Digitized by Google

VNVS ALIQVIS STATVS, VT DIXI, ET COMMVNIS VELUT NAVIS; SUB VNO REGE AVT SVB VNA LEGE. Quam si jure amari à civibus vis; fatebor, defendi; agnoscam, mortem pro ea suscipi; permittam. non illud, ut etiam doleat quis, jaceat, lamentetur.

Quid verè & propriè ea sit? Eaque civiliter sanè defendenda.

Dulce & decôrum est pro patria mori.

magno adsensu caveæ dixit poëta Venusinus: sed mori dixit, non flere. Ita enim esse boni cives debemus, ut etiam boni viri simus. quos exuimus, cùm in luctum & lamenta transimus puerorum aut mulierum. Postremò, Lipsi, altum illud & arcanum tibi instillo: si hominem totum aspicis, vanas fallasque esse has omnes patrias, & corpori quidem fortasse aliquam hîc posse tribui, nullam animo: qui è supero illo domicilio delapsus, velut carcerem & custodiam habet omnem hanc terram. At cælum vera illi germanaque patria est, ad quam adspiremus, ut cum Anaxagora ex animo possimus dicere fatuo huic vulgo quærenti, *Nihil tibi curæ patria est? Mihi vero illa patria,* & digitum mentemque in æthera intendamus.

At non muliebriter comploranda.

Sapientum decretum, de vera patria.

CAPUT XII.

Tertius Abfectus temperatus, qui Miseratio. eam nimiam in vitio esse. discriminata, lucis caussâ, à Misericordiâ. quomodo, & quatenus ea utendum.

NVBEM aliquam mihi ab animo dispulisse hoc sermone visus Langius, & ad illum, juvas largiter mi senex quà monendo, quà docendo, & jam Adfectum illum, qui erga solum aut statum est, videor temperare posse: nondum illum qui in homines ipsos. Quomodo enim non tangant & angant me damna patriæ, propter cives & populares meos: qui jactantur in hoc calamitatum pelago, aut pereunt, varia & misera sorte? Langius excipiens, At istic, Lipsi, inquit, non dolor propriè, sed Miseratio est: quæ ipsa tamen spernenda à sapiente & constante. Nihil enim illi magis convenit, quàm firmitas animi & robur: quæ esse non possunt, si dejicit contrahitque eum non suus solùm luctus, sed alienus. Interrupi hîc ego, & Quæ istæ Stoicorum spinæ sunt? inquam. Miserari me vetas? at virtus ea apud bonos est, certè apud nos qui vera religione imbuti sumus & pietate. Langius adfirmatè, Ego

Ad miserationem transitum.

Quæ aliena sapienti.

Digitized by Google

Nec Christiano quidem prorsus conveniit: sano intellectu.

verò veto, inquit: & ægritudinem hanc si ab animis tollo, agrè non feret quisquam seriò bonus. Verè enim ægritudo: nec longè a miseriâ est, quisquis miseratur. Ut imbecilli malique oculi nota est, lippire ad conspectum lippientis: sic animi, dolere viso dolente. Definitur ea rectè, VITIVM PVSILLI MINVTIQVE ANIMI, AD SPECIEM ALIENI MALI COLLABENTIS. Quid ergo? tam duri & ferrei nos, qui flecti in alieno dolore quemquam nolimus aut inclinari? Imò flecti non displicet: sed ad juvandum, non ad dolendum. Misericordiam tibi permitto, non miserationem. Distinguere enim ea nunc placet, & recedere paullisper à nostrâ porticu, docendi caussa. Misericordiam appello, INCLINATIONEM ANIMI, AD ALIENAM INOPIAM AUT LVCTVM SVBLEVANDVM. Hæc virtus illa, Lipsi, quam velut per nebulam vides & pro quâ Miseratio tibi subrepit & imponit. At enim humanum est adfici, & miserari. Esto. sed non rectum. An tu virtutem ullam in mollitie & abjectione animi esse censes? utne ingemiscas? ut suspires? ut verba fracta & tertiata cum lugente misceas? Erras. alioqui dare tibi avaras aliquot anus & deparcos Eucliones possum: è quorum oculis mille lacrymas citiùs expresseris, quam unum è bulgâ nummum. At noster verus ille misericors, non miserabitur quidem, sed tamen eadem omnia aut majora faciet miseranti. Adspiciet aliena mala humanis oculis, sed tamen rectis: adducto quodam vultu adfabitur, sed non lugubri aut dejecto. solabitur fortiter, juvabit liberaliter: & faciet benigniùs, quàm dicet: & manum potiùs egeno aut lapso porriget, quàm verba. Atque hæc omnia cautè & circumspectè præstabit, ne, ut in malâ contagione, alienus morbus in illum transeat: néve quod de gladiatoribus dicitur, per alterius latus ipse feriatur. Quid hìc rigidum, sodes, aut durum? & talis omnis Sapientia est: quæ procul intuentibus severa & tetrica appâret; cùm propiùs successeris, lenis, clemens reperitur, & quâ non mitior aut amicior ipsa Amorum dea. Sed satis de tribus his Adfectibus. quos si in parte tibi deterſi, magnum mihi id ad reliquam pugnam momentum.

Quid ea sit?

Misericordiam tamen non excludi.

Quid item ea sit? Discrimen inter utramque.

Effectus utriusque.

Multa Stoicorum παράδοξα, non ἄδοξα.

CA-

Digitized by Google

CAPUT XIII.

Remotis obstaculis, ventum serio ad elevanda aut tollenda ipsa Publica mala. quattuor ea præcipuis argumentis oppugnanda à me & expugnanda. Ac primò hic de Providentiâ dictum: eaque probata inesse & præesse rebus humanis.

Verum pro Constantiâ nunc certamen.

VENIO enim tandem à velitatione ad veram seriamque pugnam; & omissis levibus istis telis & lusoriis, ad decretoria arma. Milites copiasque meas omnes ordine & sub signis inducam: quarum quadruplex mihi agmen. Primo pugnabo, A deo immitti & circummitti hæc publica mala: secundo, Necessaria ea esse & à Fato: tertio, Utilia nobis: postremo, Nec gravia nimis, nec nova. Quæ copiæ si locis suis aptè pugnant & repugnant: etiámne resistere mihi ultrà aut os obvertere audebit exercitus tui doloris? non audebit. Vici. Et cum hoc omine, signa canant.

Divisio & ordo quatuor rationum, quæ principes.

Stultissimum inter Adfectus, dolorem publicum esse.

Cùm omnes igitur adfectus, Lipsi, qui vitam humanam variè incurrunt & turbant, à dementi mente sint: tum, meo animo, dolor præsertim, qui de rep. sumptus. Nam cùm ceteri finem aliquem habeant & tamquam scopum (ut amator, potiri; iratus, ulcisci; avarus, acquirere; itemque in ceteris:) soli huic nihil propositum reperies, præter ipsum. Ne vaga & libera nimis oratio mea sit, sed adductus habenis maneam in hoc gyro: nempe tu patriam nunc luges, ut ais, corruentem, sed quâ fini. cedo? aut quid speras in eo aut spectas? Utrùmne ut rem lapsam corrigas? labentem firmes? an ut dolendo imminentem patriæ pestem perniciemque depellas? Nihil horum. tantum ut tritum illud possis dicere, Doleo; & cetera vanus irritusque hic omnis luctus. Rei enim præteritæ is est: quam reprendre & infectam reddere, ne diis quidem voluerunt esse in manu. Et vanus tantùm? imo fortasse impius, si rem pendes æqua judicii lance. Quod enim te non fugit, æterna quædam mens est, quam Deum appellamus: quæ cælorum perennes orbes, quæ siderum inæquales cursus, quæ elementorum alternas vices, quæ denique omnes res superas, inferas, temperat, moderatur, gubernat. Casum tu aliquem Fortu-

Quia sine nullo aut spe fuscepti.

Eundem impium: si fidium oppugnat.

Digitized by Google

námve dominari in hoc pulcherrimo mundi corpore
Fortuna expulsa è rebus humanis. censes? temerario aut cæco impetu ferri miscerique res humanas? scio, non censes: nec quisquam à te alius, qui aliquid non dicam sapientiæ habeat, sed sanitatis. Naturæ enim, naturæ ista vox est: & quocumque oculos animumque convertas; mortalia, immortalia; sublimia &
Providentia stabilita terrena; animata & inanimata, clamant clarè & loquuntur, quiddam super nos esse, quod hæc tam mira, tam magna, tam multa, creârit, fecerit: & creata, facta, etiamnunc dirigat & conservet. Id autem est Deus. cujus summæ & perfectissimæ naturæ nihil magis convenit, quàm ut curam tutelamque operis sui gerere & velit, & possit. Quidni autem velit? optimus est, quidni possit? maximus est. adeoque vires nullæ supra ipsum, ut nullæ nisi ab ipso. Nec distringit eum aut distinet magnitudo hæc rerum, aut varietas. Spargit enim æterna
Cujus immensa capacitas, celeritas, immensa vires. illa lux quoquoversum suos radios: & uno eodemque, ut ita dicam, ictu sinus omnes & abyssos penetrat cæli, terræ, maris, nec præest solùm divinitas hæc rebus omnibus, sed interest, imò inest. Quid miramur? Sol ille quantum mundi partem simul lustrat & illustrat? nostra mens quantam congeriem rerum una cogitatione complectitur & servat? & ô fatui, non censemus plura inspici & concipi ab eo posse, qui hunc ipsum Solem, hanc ipsam Mentem creavit & fecit? Egregiè vel divinè potius, is qui non multa de rebus divinis, *Aristoteles:

* Libello περὶ κόσμου quem Stobæus citat, ut Epistolam ad Alexandrum.

Οὕτως ὁ ναύαρχος, ὁ ἅρμα ἄρχων, ὁ χορὸν ἄρχων, ὁ πόλιν διέπων, ὁ στρατὸν ἄγων, τὸ θεῖον ὁ κόσμος. ἀλλ' ἐκεῖνο ὅσον τοῖς μὲν καταπόνου τὸ ἄρχειν, πολυχειρίας δὲ καὶ πολυμεριμνίας τοῦ δὲ ἀλύπου, ἀπόνου τε, πάσης ἀπηλλαγμένου σωματικῆς ἀσθενείας: *Quod in navi gubernator, in curru auriga, in choro præcentor, in urbe lex, in exercitu imperator: id in orbe est Deus. Hoc tantùm discrimine, quod illis quidem laboriosum suum regimen, anxium, & exercitum est: deo autem sine dolore aut labore, sejunctumque ab omni corporis nisu.* Est igitur in deo, Lipsi, fuit, erit, PERVIGIL ILLA ET PERPES CURA (sed cura tamen secura) QUA RES OMNES INSPICIT, ADIT, COGNOSCIT: ET COGNITAS IMMOTA QUADAM ET IGNOTA NOBIS SERIE DIRIGIT AC GUBERNAT. Id autem est, quòd providentiam hic voco, de quâ queri non nemo per imbecillitatem possit, nemo quærere, nisi qui obsurduit & obbrutuit contra Naturæ vocem omnem & sensum.

CAPVT

Digitized by Google

CAPUT XIV.

Nihil hîc geri, nisi providentiæ ejus nutu. ab eâ clades in populos aut urbes immitti. ideò parùm pie super iis queri nos aut flere. Denique adhortatio ad parendum deo, cum quo temere & frustrà pugnatur.

QVOD si benè imbibisti, si gubernatorem illam vim inferere se atque insinuare, & ut cum poëta loquar,

——— *ire per omnes*
Terrasque tractusque maris,

seriò & ex animo credis: non video, quis locus ultrà esse possit dolori tuo aut querelæ. Illa enim ipsa providа mens, qvæ cælum hoc cottidie volvit, revolvit, solem ducit, reducit, fruges promit, recondit: casus istos & vicissitudines omnes rerum peperit, quas miraris aut indignaris. Grata tu tantùm, & nobis commoda, submitti cælitus putas? imò tristia etiam, & incommoda: nec quidquam omninò in hac grandi machina geritur, turbatur, miscetur, (peccatum excipio) cujus non caussa & origo à prima illa caussa. Πάντων enim ταμίαν ἔχειν τὸ θεῖον ait rectè Pindarus: & aurea quædam veluti cathena demissa supernè est (ut per fabulam Homerus velat) ad quam omnia hęc inferna alligata. Quòd ibi labes terræ opida aliquot absorpsit, à Providentiâ est: quod alibi pestis multa millia hominum demessuit, ab ista: quòd cæde, & bellum apud Belgas, ab eadem ista. Divinitus Lipsi, divinitus immissæ omnes istæ clades: ideoque benè & sapienter Euripidi ξυμφορὰ θεήλατοι dictæ. Fluxus, inquam, omnis & refluxus hic rerum humanarum, ab illa Luna dependet: ortus regnorum & occasus, ab illo Sole. Itaque tu nunc cùm fræna dolori tuo laxas, & indignaris patriam tuam converti aut everti: ne illud quidem cogitas, quis, & in quem, indignêre? Quis? homo, umbra, pulvis. in quem? formido dicere, in deum. Vetustas gigantes quoidam fabulata est, qui divos deturbare aggressi de sua arce. mittamus fabulas: vos queruli, ii estis. Si enim hęc omnia non permissa solùm à deo, sed immissa: vos qui fremitis, qui repugnatis, quid aliud quam sceptrum illi (quod in vobis est) eripitis, & arbitrium regnandi? Cæca mortalitas! Sol, Luna, sidera, elementa, & omnia hęc sęcla animantum, parent non invita & obaudiunt

Argumentum à providentia in rem præsentem.

Ab eâ enim clades & mala immitti.

Omnium rerum dispensatores & administri in cælo.

† clades à deo inventæ.

Indignum virô in eam homo insurgat.

Cetera enim omnia creata parent.

Digitized by Google

diunt ſupremæ illi legi: nobiliſſimum rerum homo, ſolus in conditorem ſuum calces jacit & reſiſtit. Atqui ſi vela ventis dediſſes, ſequerêre non quò voluntas impelleret, ſed quò illi: & in hoc vitæ Oceano ſpiritum illum ſequi recuſas, temperatorem Univerſi? Et recuſas tamen fruſtrà. quia aut ſequêre, aut trahêre: & cæleſtia illa decreta vim ſuam ordinemque ſervabunt, ſive in volentem ſive in rebellem. Ridcamus, ſi is qui cimbam ad rupem alligavit & funem idemtidem trahat, rupem ad ſe accedere cenſeat, cùm ipſe ad illam: & non major noſtra ſtultitia eſt, qui ad rupem illam æternæ Providentiæ nexi, trahendo & reluctando volumus eam nobis obſequi, non nos ipſi? Mittamus aliquando hæc vana: &, ſi ſapimus, ſequamur ab alto attrahentem illam vim, & æquum cenſeamus, ut homini placeat, quidquid placuit Deo. Miles in caſtris, audito viæ ſigno, vaſa colligit; audito pugnæ deponit; animo, oculis, auribus, paratus ad omne imperium & intentus. idem nobis ſit, & in hac militia ſequamur alacres & pleno gradu quocumque vocantem Imperatorem. *Ad hoc ſacramentum adacti ſumus*, ait Seneca, *ferre mortalia: nec perturbari his, quæ vitare noſtræ poteſtatis non eſt. In regnonati ſumus*: DEO PARERE, LIBERTAS EST.

Sed & ſtultum quia inſurgit ſine effectu. Omnia enim illa mens trahit.

Ideò ſponte parendum.

Anno melioribus Seneca.

CAPVT XV.

Ad ſecundum pro Conſtantiâ argumentum tranſitum, quod à Neceſſitate. Vis ejus & impetus. Dupliciter ea Neceſſitas conſiderata; & primò in Rebus ipſis.

HOc firmum, Lipſi. & Vulcanium planè ſcutum contra omnia externa: hæc *aurea illa arma*, quibus tectos, Plato pugnare nos juſſit in caſum & Fortunam. Deo ſubjici, Deum cogitare: & in omni eventu, mentem hanc flectere ad magnam illam Mundi mentem. Providentiam dico. Cujus pias & felices copias quoniam ſatis explicui: producam & inducam agmen alterum, quod eſt ſub Neceſſitatis vexillo. Agmen forte, durum, ferreum: & quam non vanè legionem dixerim fulminatricem. Rigida enim & infracta iſta vis, quæ omnia domat, ſuperat: & cui mirabor, *Lipſi*, ſi reſiſtes. Thales interrogatus olim. *Τί ἰσχυρότατον;* rectè reſpondit, *Ἀνάγκη. πάντων γὰρ κρατεῖ.* & ſermo de

A neceſſitate argumentum alterum.

* Quid fortiſſimum? Neceſſitas, omnia enim vincit.

Digitized by Google

de eâdem vetus etsi parùm cautus, * τὴν ἀνάγκην ὕδὲ τὰς μοίρας βιάζεσθαι. Hanc providentiæ nunc attexo: quia cognata illi, vel, ut verius dicam, ex eâ nata. A deo enim ejusque decretis Necessitas. nec aliud hæc Ἀνάγκη, ut Græcus philosophus definivit, quàm Κρίσις βουλῆς ἢ ἀμεταστρεπτος δύναμις τῆς προνοίας. FIRMA *sanctio, & immutabilis Providentiæ potestas.* Eam Malis publicis intervenire, dupliciter evincam, A rebus, & à Fato. A rebus ipsis: quoniam ingenium hoc omnibus creatis, ut insita quadam vi ad mutationem ferantur & casum. Vt ferro consumens quædam rubigo per naturam agnata est; ligno, exedens caries aut teredo: sic animalibus, opidis, regnis, internæ & suæ caussæ pereundi. Supera, infera respice; grandia, parva; manu facta, aut mente: ab omni ævo corruunt, & corruent in omne ævum. Atque ut flumina ad mare feruntur, perpeti & prono cursu: sic res omnes humanæ, per hunc (ut sic dicam) cladium canalem labuntur ad suam metam. Meta autem ea, mors & interitus, quibus Pestis, Bella, Cædes, administri & instrumenta. Ita si mors iis necessaria: necessariæ hoc respectu & clades. Quod ut clariùs videas sub exemplis, non diffugiam mente & animo paullisper tecum peregrinari per magnum hoc universum.

* ne deos quidem cogere posse Necessitatem.

Quid sit necessitas? Quotuplex in nostra hac re? Insita rebus & innata, primò.

Quia ad mutationem omnia & interitum.

CAPUT XVI.

Exempla necessariæ mutationis aut mortis in toto Orbe. Cælum & elementa conversi, aliquando interitura. Idem in opidis spectari, in provinciis, & regnis. Denique gyrare hic omnia, nec quidquam stabile aut firmum.

Exemplis suprà insistrisque id ostensum.

ETERNA lex à principio dicta omni huic Mundo, nasci, denasci, oriri, aboriri: nec quidquam stabile aut firmum arbiter ille rerum esse voluit, præter ipsum.

* ——— Μένοις ἀγήρως, ὃς θεῶν γένος,
Θεοῖσι γῆρας, ὃ δὲ μὴ γηρᾷ, πότε.
Τὰ δ' ἄλλα συγχεῖ πάντ' ὁ παγκρατὴς χρόνος:

exclamat Tragicus vates. Omnia ista quæ suspicis, quæ miraris, vicibus suis aut pereunt, aut certè mutantur. Solem illum vides? deficit. Lunam? laborat & tabescit. Sidera? labuntur & cadunt. Et ut velet aut excusset

* Uni deo Numquam senectus, atra nec mors imminet: Sed alia miscet dominator ætas omnia. Sunt Sophoclis versus. *A cælo & ære, initio facto.*

Digitized by Google

cuſet hæc ingenium humanum: evenêre tamen in cæleſti illo corpore & evenient, quæ Mathematicis legem omnem frangant & mentem. Cometas omitto, varia forma, vario ſitu, & motu: quos omnes ab aëre & in illo eſſe, haud facilè imponat mihi Lycæum: ſed ecce nuper negotium Aſtrologis fecêre novi quidam motus deprehenſi, & novæ ſtellæ. * Sidus exortum hoc ipſo anno: cujus incrementa & decrementa clarè obſervata, vidimuſque (difficulter creditum) in cælo ipſo naſci aliquid poſſe & mori. Quin Varro ecce apud Auguſtinum clamat & adſerit, *ſtellam Veneris quam Plautus Veſperuginem, Homerus ἀστέρα appellat, colorem mutaſſe, magnitudinem, figuram, curſum.* Proximum cælo aërem inſpice, mutatur cottidie: & in ventos abit, nubes & imbres. Tranſi ad aquas, flumina illa, quæ perennia dicimus, & fontes, aliàs periiſſe videbis; aliàs alveum mutaſſe & curſum. Ipſe ille Oceanus, magna & arcana Naturæ pars, modò tempeſtatibus attollitur aut dejicitur: & ut eæ non ſint, ſuos habet aquarum acceſſus & receſſus, atque ut interire eum totum poſſe cenſeas, creſcit minuiturque cottidie per partes. Jam ſi terram intuêris, quam unam immobilem voluerunt, & * vi ſua ſtare: ecce illic labat, & tremore atque occulto ſpiritu concutitur: alibi aquâ corrumpitur, aut igne. Pugnant enim & hæc inter ſe: neu bella inter homines tantùm eſſe indignêre, ſunt inter elementa ipſa. Diluvies maris ſubita inundatioque, quot terras imminuit, aut abſorpſit! Olim magnam illam Atlantidem inſulam (nec enim meo animo fabula eſt) poſteà Helicen, Buren: & ne ad vetera aut remota eamus, apud nos Belgas, patrum ævo, * duas inſulas cum opidis viriſque. Quin jam nunc cum maximè cærulus Ille Divus novos ſibi ſinus aperit, lambens cottidie & abrodens infidum marginem, Friſiorum, Canunefatum, Cauchorum. Nec terra ipſa muliebri ignavia ceſſat: ſed interdum ſe vindicat, & in medio mari inſulas ſibi facit: mirante & indignante cano illo patre. Quòd ſi ad interitum mutationemque magna illa corpora, & noſtro ſenſu æterna, deſtinata ſunt: quid cenſes opida, reſpublicas, regna? quæ tam mortalia eſſe neceſſum eſt, quàm eos qui fecerunt. Ut hominibus ſingulis adoleſcentia ſua, robur, ſenecta, mors: ſic iſtis. Incipiunt, creſcunt, ſtant, florent: & omnia ideò, ut cadant. Vnus ſub Tiberio terræmotus duodecim celebres Aſiæ urbes evertit, totidem Campaniæ opida alius, ſub Conſtantino. & unum aliquod Attilæ bellum, plus centenas. Veteres

Ægy-

*Anno. LXXII. quod ſupra omnem elementarem regionem fuiſſe peritiſſimi Mathematicorum conſentiebant.

Ab aquis & mari

A terrâ.

* Ideò Veſtam appellatam.

Hoc fine pugna & adverſitas inter elementa.

* In Zelandiæ partibus.

Si elementa pereunt, quantò magis quæ ex ipſis:

Perbium magnarum exitia aut excidia.

Digitized by Google

Ægypti Thebas vix fama retinet: centum Cretæ urbes vix fides. & ut ad certiora veniam, cadavera Carthaginis, Numantiæ, Corinthi, prisci viderunt & mirati sunt: nos Athenarum, Spartæ, & tot illustrium urbium ignobiles ruinas. Illa ipsa rerum gentiumque * domina & falsò Æterna urbs, ubi est? obruta, diruta, incensa, inundata; periit non uno leto, & ambitiosè hodie quæritur nec invenitur in suo solo. Byzantium illud vides, quod sibi placet * duplicis imperii sede? Venetias istas, quę superbiunt mille annorum firmitate? veniet illis sua dies: & tu nostra Antverpia, ocelle urbium, aliquando non eris. Diruit videlicet construirq;, & (si fas dicere) ludit in rebus humanis magnus ille architectus: & velut plastes, varias sibi formas & imagines fingit ac diffingit ex hac argilla. Opida adhuc loquor & urbes: sed regna etiam & provinciæ trahuntur in hanc labem. Olim Oriens floruit. & Assyria, Ægyptus, Judæa valuêre armis ingeniisque. sors ea in Europam transiit, quæ tamen ipsa, ut corpora instante morbo, vibrari mihi nunc videtur, & præsentiscere magnum suum casum. Quod ampliùs & numquam satis miremur hic à quinque annorum millibus & quingentis habitatus orbis senescit: & ut Anaxarchi explosæ olim fabulę iterùm applaudamus, surgunt alibi succrescuntque novi homines & novus Orbis. O mira & numquam comprehensa Necessitatis lex! abeunt omnia in hunc nascendi perendique fatalem gyrum: & longævum aliquid in hac machina est, nihil æternum. Attolle & circumfer mecum oculos (non enim me piget premere hunc locum) & vide rerum humanarum alternas vices, &, ut in Oceano, æstus. Tu surge, tu cade, tu impera, tu servi, tu occultare, tu emerge: & eat hic rerum in se remeantium orbis, quamdiu erit ipse Orbis. Germani feri olim fuistis? nunc miteſcite antè plerosque populos Europæ. Britanni inculti & inopes? deliciis ac divitiis Ægyptios provocate & Sybaritas. Græcia olim floruit? nunc jaceat. Italia sceptrum tenuit? nunc serviat: Vos Gothi, vos Vandali, vos fæx Barbarorum prodite è latebris, & gentibus imperate per vices. Adeste etiam pelliti vos * Scythæ, & potenti manu paullisper hebenas temperate Asiæ atque Europæ. Sed istiipsi mox discedite, & sceptrum relinquite illi ad Oceanum genti. Fallor enim? an Solem nescio quem novi imperii surgentem video ab Occidente.

* Romam sentio.

* Romani & Turcici.

Conclusio & per contrariam mutationum exempla.

* Ob Turcas dico, qui ex illis.

CAPVT

Digitized by Google

CAPUT XVII.

Ventum ad necessitatem quæ à Fato. Fatum ipsum primò adsertum. Vulgi in eo & sapientum universum quemdam consensum fuisse, sed in partibus dissensum. Quotuplex priscis Fatum.

DIXERAT Langius: & lacrimas mihi pænè expresserat hic sermo. ita visus mihi in clara luce posuisse ludibria rerum humanarum. Et exclamans, Heu, quid aut ipsi sumus, inquam, aut omnia hæc in quèis fundamus? * τί δὲ ἡμεῖς; τί δ' ἐσμὲν ὅσοι ὕσπερ ἄνθρωποι: ut verè nimis olim Lyricus vates. Langius ad me, At tu adolescens, inquit, non adspice solùm ista, sed despice, & Constantiam animo imprime, ex hâc inconstanti & desultoriâ levitate omnium rerum. Inconstantem dico, à mente & sensu nostro, quia Deum providentiamque si aspicis, rato omnia & immobili ordine decurrunt. Jam enim omissis gladiis, ad machinas venio: nec telis dolorem tuum oppugnabo, sed tormentis. Fati arietem intorquebo, firmum, validum: & quem nulla umquam humana vis elidet, aut acumen eludet. Qui locus etsi lubricus ad lapsum: tamen ingrediar, sed cautè, lente. & quod Græci dicunt: † ἡσύχῃ πόδι. Ac principio Fatum aliquod in rebus esse, non tu Lipsi, ut opinor, non gens aut ætas ulla dubitavit. Ego interpellans, Ignosce, inquam, si remeligo tibi objicior in hoc cursu. Fata mihi opponis? Futilis hic aries Langi, & qui Stoicorum nervis dirigitur parùm firmis. Liberè dico; & illa ego sperno, & Parcas: & cum Plautino milite, totum hoc anile agmen uno spiritu diffiaverim, ut folia ventus. Langius severo atque adeò minace oculo, Temerariè & inconspecte, inquit, fata tu eludis aut tollis? non potes: nisi una vim omnem tollis numenque divinum. Si enim deus est, Providentia est: si hæc, Decretum & ordo rerum: si istud, firma & rata necessitas eventorum. Quomodo exis hunc ictum aut qua securi scindis hanc cathenam? Deum enim & æternam illam mentem, non aliter cogitare nobis fas, quam ut scientia & prævisio in eo sint æterna. Eumdemque fixum, firmum, immutabilem, semper unum & sui similem sentimus: in iis quæ semel voluit aut vidit, nihil flectentem, nihil fluctuantem.

* Quid est aliquis? quid nullus? umbræ somnium, homo.

Deflexum ad alteram Necessitatem, respectu Fati.

† modesto pede.

Probatum initio Fatalem ali. quam necessitatem esse: Ex indissolubili vinculo nexu.

* Ou.

Digitized by Google

*Οὐ γὰρ τ' αἴψα θεὸν φρένες ἀνδρὸς ἐφῆσι. * Non etenim divûm mens vertitur æternorum.

Quæ si vera fatêris (& fatearis necessum est, nisi rationem omnem exuis & sensum:) illud quoque adfatêre, decreta omnia divina firma & immota esse, ab æterno in æternum. At ex eo necessitas emergit, & hoc quod illudis fatum. Cujus rei tam liquida & tam obvia veritas, ut non alia veterior aut receptior sententia sit inter gentes. omnibusque ferè, quibus dei aut providentiæ lux aliqua adfulsit, his & Fati. Vt iidem illi primi pusique igniculi, qui homini illum aperuêre, præluxisse pariter videatur ad istud. Homerum ecce adi & audi, primum & sapientissimum poëtarum. mentior, si aliam magis orbitam divina illa Musa calcavit & inculcavit, quam hanc Fatalem. Nec abiit reliqua poëtarum stirps à suo patre. Euripidem, Sophoclem, Pindarum: & è nostris, Virgilium vide. Ad historicos me vocas: omnium illæ voces, Fato hoc tale accidisse, &, Regna eversa aut stabilita Fatis. Ad Philosophos? quibus cura major eruendæ & tuendæ contra vulgum veritatis. At illi cùm in plerisque aliis diversi ierint, studio & malo ambitu certandi; mirum quàm omnes convenerint in unius hujus viæ capite, quę ducit ad Fatum. Capite viæ dixi. quia non eo negatum, quin ea in plures mox semitas secta, quas tamen omnes ad hoc Quadrifinium videor posse reducere, Fati Mathematici, Naturalis, Violenti, Veri. Quæ explicabo breviter, & tamquam pedem in singulis ponens: quia vulgo confusio hic & error.

Homerus vere sapiens poëta apud sapientes.

Dux ad Fatum.

Quem secuti scriptores reliqui.

Philosophi pæne omnes in Fato conspirant. Sed de natura ejus, quadripartita sententia.

CAPUT XVIII.

Tria prima genera Fati explicata breviter. omnium definitio sive descriptio. Stoici leviter & breviter excusati.

Ac Fatum Mathematicum quidem appello, QVOD ALIGAT ET NECTIT FIRMITER ACTIONES OMNES EVENTVSQVE AD VIM SIDERVM ET POSITVRAM STELLARVM. Cui Chaldæi & Astrologi, primi auctores: interque philosophos fundus & subscriptor, sublimis ille * Mercurius, qui Providentiam, Necessitatem, Fatum, subtiliter nec vanè prorsus distinguens, ait: Πρόνοιά ἐστι ἀνυπευθύνου λόγου καὶ ἀκαταγνώστου θεοῦ. ἀνάγκη δὲ τάξις δυνάμεως ἀπροφάσιστος, Εἱμαρμένη

Fatum Mathematicum quid?

* Etiam Plato inclinare istuc videtur in Timæo.

Digitized by Google

τῇ Εἱμαρμένῃ. Ἡ δὲ εἱμαρμένη ὑπαγορεύει αἰτιολογίας τῇ ἀνάγκῃ. τῇ δὲ εἱμαρμένῃ ὑπαγορεύονται οἱ ἀστέρες. Οὐτε γὰρ εἱμαρμένην φυγεῖν ἔξεστιν, οὔτε φυλάξαι ἐνίοτε δύναται τὰ τῶν δυνατῶν. ὅπλων γὰρ εἱμαρμένης, οἱ ἀστέρες. καὶ γὰρ ζώων πάντα ἀπολλύουσι τὴν φύσιν καὶ τῶν ἀνθρώπων. *Providentia est perfecta & absoluta ratio cœlestis dei, cui duæ cognatæ facultates, Necessitas & Fatum. Et Fatum qui item subservit ministratque Providentiæ simul & Necessitati: ei Fato ipsi, subserviunt stellæ. Nam nec Fati vim effugere quisquam potest, nec cavere sibi à vi & potentia stellarum. Hæc enim, tela & arma Fati, cujus arbitrio, cuncta efficiunt & perficiunt Naturæ atque Hominibus.* Et in eadem ituita navi (hodie pudor Christiani nominis.) Astrologorum ferè vulgus. At naturale Fatum voco, ORDINEM CAVSSARVM NATVRALIVM, QVÆ (nisi impediantur) VI ET NATVRA SVA CERTVM EVMDEMQVE PRODVCVNT EFFECTVM. Aristoteles in hac parte: si * Alexandro Aphrodiseo fides, interpreti ejus haud infido, itemque Theophrastus, qui clarè scribit, τὴν εἱμαρμένην εἶναί τινα ἰσχὺν φύσεως, *Fatum esse, uniuscujusque naturam.* Ex horum mente, quòd homo hominem gignit, Fato fit: quòd moritur ab internis & sine aliena vi causis, Fato, & retrò. Quòd homo serpentem gignit aut monstrum, *præter Fatum: itemque, quòd gladio occisus aut igne. Sententia non valdè peccans, quia ad vim Fati ne adsurgit quidem. quis autem casum non vitet, qui non accendat? Et talis in * divinis ubique ferè Aristoteles est: libellum illum de Mundo excipio, qui totus aureus, ab alia mihi videtur & magis cælesti aura. Quin hoc ampliùs in Græco scriptore lego, Aristotelem censuisse, τὴν εἱμαρμένην οὐκ ἀλλιῶς μὲν, πρότερον δὲ ἄλλα αἰτίας συμβεβηκέναι πρὸς τοῖς τῆς ἀνάγκης ἐπάγουσι: *Fatum non esse caussam, sed modum quemdam caussæ accidentem iis quæ à Necessitate ordinata.* Cor Philosophi qui Fortunam Casumque seriò numerare inter causas audet, non autem Fatum. Sed hunc mitto. ad Stoicos meos venio (non enim dissimulo, in pretio & amore mihi ea secta) qui auctores Fati Violenti. Quod definio, cum Seneca, NECESSITATEM RERVM OMNIVM ACTIONVMQVE, QVAM NVLLA VIS RVMPAT. aut cum * Chrysippo, δύναμιν πάσης φύσεως, τὴν δὲ παντὸς διοικητικήν, *vim Spiritalem, ordine Universum hoc gubernantem.* Nec abeunt definitiones illæ nimis à recto aut vero, si sanè & modestè interpretêre, uti nec tota fortasse eorum sententia, nisi jugulasset eam pridem conversus pollex omnis vulgi. Tribuunt iis duo impia. &, Quòd deum subjicem faciunt trigis fati: &, Quòd actiones item internas, & nostræ

Fatum Physicum quid?

† Nam ipse Aristoteles silet, excipio de mundo, ubi aliter.

† Ita Virgilio, & Ciceroni, Fato perire aut præter Fatum, scriptum.

* Ut qui nec Providentiam plenè, & planè satis adserat, sed obiter aliquid in Ethicis.

Quid Fatum Stoicum.

† Cujus etiam alia definitio in Agellii l. vi.

In quo aberrent hîc Stoici.

Digitized by Google

nostræ voluntatis. Nec fidenter nimis eos purgem utriusque culpæ. E scriptis enim eorum, quæ pauca restant, est, ubi hæc elicias; est etiam, ubi magis saniora. Seneca sanè, porticus illius tibicen haud infirmus, in prius illud impingere videtur, libro quo minimè debuit, De Providentiâ: *Eadem necessitas*, inquit, *& deos alligat. irrevocabilis humana ac divina pariter cursus vehit. Ille ipse omnium conditor ac rector scripsit quidem Fata, sed sequitur. Semper paret, semel jussit.* Et indissolubilis illa cathena nexusque causarum, quo omnia & omnes ligant, vim facere non obscurè videtur Arbitrio humano. At germani tamen verique Stoici, aperta fronte professi numquam ista, aut si quid tale iis elapsum in calore illo, ut fit, scribendi sive differendi: verbis id magis comperies, quàm re & sensu. Chrysippus ipse (qui primus corrupit & enervavit virilem sectam spinoso acumine quæstionum) de libertate imminuta, apud Agellium diluit & purgat. Nec Seneca noster deum Fato subjicit (sanior illi mens) sed genere quodam sermonis, deum deo. Nam qui inter eos proximè verum accessêre, Fatum aliàs Providentiam ipsam appellabant, aliàs Deum. Itaque Zeno cùm definisset εἱμαρμένην, δύναμιν κινητικὴν τοῦ ὅλου κόσμου, καὶ ἀκολουθίαν: *Vim secundùm eadem eodem modo materiæ motricem*: addidit, ἢ νοῦν μὲν ἢ πρόνοιαν ἢ φύσιν καλεῖν: *quam nihil interesse, Providentiam etiam aut Naturam dixisse.* Et Chrysippus ab eadem mente Fatum alibi dixit λόγον αἰδίου τοῦ κόσμου: *Providentiæ æternam rationem.* Jam Panætius Stoicus θεὸν ἀπεφαίνετο τὴν εἱμαρμένην, *Deum ipsum dixit esse Fatum.* Quod idem sentiens clarè * Seneca: *Quotes voles*, inquit, *tibi licet aliter hunc auctorem rerum & naturarum compellare. Et Jovem illum optimum ac maximum ritè dices, & Tonantem & Statorem: qui non, ut historici tradiderunt, ex eo quod post votum susceptum acies Romanorum fugientium stitit, sed quod stant beneficio ejus omnia Stator Stabilitorque est. Hunc eumdem & Fatum si dixeris, non mentieris. Nam cum Fatum nihil aliud sit, quàm series implexa causarum: ille est prima omnium causa, ex quâ cetera pendent.* Quæ postrema tam piè dicta, ut calumniari ea nec Calumnia ipsa possit. Neque abiit hac parte à Stoicis scriptor ille * magnus ad regem Magnum: Οἶμαι δὲ, inquit, τὸν τῶν Ἀπάντων ἐκ ἄλλο τι λέγειν, ἢ τὸν θεὸν ἀκίνητον εἶναι. εἱμαρμένην δὲ, ἀφ' ἧς τὰ ἐν μέρει ἀκολούθως, idest: *Existimo autem & Necessitatem non aliud dici debere, quàm Deum, tamquam stabilem naturam, & Fatum item ipsum, quod*

Deum Fato subjicere videntur.

Tollere humanam libertatem.

Sed revera non penitus ea sensisse.

Nam Fati nomine sæpè aliter abutuntur; & Providentiam, imo deum ipsum intelligunt.

† Lib. IV. De benef. c. VII. ubi hæc tamen aliter & corrupte legas.

‡ Aristoteles De Mundo.

Digitized by Google

connectat omnia, & progrediatur liberè ac sine impedimento. Qui sermones siquid improvidi habent, nihil tamen impii: & apud æquos interpretes haud longè absunt à vero nostroque Fato. Illud quidem elogium seriò Stoicorum genti do. non aliam sectam majestatem suam & providentiam deo magis adseruisse? non aliam homines ad ætherea illa & æterna traxisse magis. Et in fatalis hujus stadii decursu siquid lapsi: credo, à laudabili bonoque studio fuit, cœcos mortales à cæcâ Dea revocandi. Fortunam inquio, cujus non solùm numen ab iis fortiter explosum, sed & * nomen.

Alta & erecta: to-rorum sect. & quæ tales gignit.

* Uti & ab Augustino l. 1. Retract. c. 1.

CAPUT XIX.

Quartum sive Verum Fatum explicatum. De nomine ipso dictum breviter. Id definitum tenuiore filo: & ostensum à Providentia differr.

SED de sensu veterum aut dissensu, dixi satis, cur enim curiosè nimis aut subtiliter scruter * Τὰ τὸ ἄδης περιεργάζεσθαι? Cum vero Fato adfatim mihi negotii: quod nunc propono & illustro. Id autem hîc appello, æternum Providentiæ decretum: quod tolli non magis è rebus potest, quàm Providentia ipsa. Nec nomen mihi aliquis cavilletur, quia. fidenter hoc adsevero, non aliud huic rei proprium in Romanâ linguâ. Abusi eo veteres? nos utemur: & eductam è Stoicorum carcere vocem, trahemus ad lucem meliorem. Fatum enim certè à fando: nec aliud propriè, quàm * *dictum & jussum divinum.* At hoc ipsum illud est, quod hic quærimus. Fatum enim Verum definio, sive cum illustri Pico: PENDENTEM A DIVINO CONSILIO SERIEM ORDINEMQVE CAVSSARVM, sive nostris verbis, obscuriùs sed subtiliùs: INHÆRENS REBVS MOBILIBVS IMMOBILE PROVIDENTIÆ DECRETUM, QUOD SINGULA SVO ORDINE, LOCO, TEMPORE, FIRMITER REDDIT. Dixi Providentiæ decretum, quia Theologis qui hodie (venia mihi in libero veri studio sit) non prorsus adsentior, qui id cum Providentia ipsa re & nomine miscent. Scio arduum imò temerarium, ἀπερίγραπτον illam & ἀπερινόητον φύσιν (Deum dico) verbis certis concipere velle aut adstringere, & quidquid ad illum; tamen ut humanæ mentis captus est, persevero aliud Providentiam esse propriè, aliud nostrum Fatum. Nam Providentiam non aliter capio aut consi-

dero,

* Tricesimas quæ in orco, *quod adagium malè vertit, malè cepit noster Disiderius. Fati nomen an, & quæ tenui, nobis licitum.*

* Prisciani verba, & similia Varro. *Veri & sui finitio prior, simplex: Altera implicatior, sed ad rei vim expressior. Idemque id cum Providentiæ Non videri.*

Digitized by Google

dero, quàm ut IN DEO VIS SIT ET POTESTAS OMNIA VIDENDI, SCIENDI, GUBERNANDI. & vis dico universa, indivisa, stipata, &, ut cum Lucretio loquar, uniter juncta. At Fatum ad res ipsas magis descendere videtur, in iisque singulis spectari, ut inquam sit digestio & explicatio communis illius * Providentiæ distinctè & per partes. Itaque illa in deo est, & ei soli tribuitur: hoc in rebus, & iis adscribitur. Tricari tibi videor, & quod ille ait, * κίγχρου πυκνός. Imò sumo hæc, Lipsi, è medio sermone vulgi. quo nihil magis increbuit, quàm ut dicamus, *Meo bono fato id fieri aut malo: &, Hoc esse regni illius aut opidi fatum.* At de Providentiâ nemo sic loquetur: nemo, inquam, rebus ipsis eam attribuet, citra impietatem aut irrisum. Benè ergo dixi, in deo illam esse: hoc à deo quidem, sed intellegi in rebus. Addo ampliùs, Providentiam etsi reapse à Fato indivulsam, tamen præstantius quiddam & prius Fato videri: uti Solem præcellere lumini, æternitatem tempori, intellectum rationi, vulgò adserimus in Sapientum scholis. Sed ne dilatem hæc tristia, etsi nondum trita: vides ex istis caussam mihi justam discriminis, itemque nominis retenti contra novitium τὸ προλογικόν Senatum. Nam prisci illi & olim conscripti * Patres, nihil mihi invident aut inhibent quin verbo Fati in sana & vera notione fidenter utar. Sed ut ad clarandam finitionem meam redeam, dixi Inhærens decretum, ut ostenderem spectari Fatum debere in iis ad quæ pervenit, non à quo venit. Addidi, Rebus mobilibus. illud adsignificans, Fatum ipsum etsi immobile, motum tamen insitum & naturam non tollere à rebus: sed leniter & sine vi agere, ut cuique rei impressa à deo signa postulant & notæ. In caussis quidem (secundas intellego) necessariis, necessariò: in naturalibus, naturaliter: voluntariis, voluntariè: contingentibus, contingenter. Itaque rerum quidem respectu, vim nullam adfert aut coactionem: sed ut quidque natum est facere aut pati, ita dirigit singula & flectit. At si id ad originem suam tamen retrahis, id est Providentiam & Deum: constanter nec timidè adfirmandum, necessariò omnia fieri quæ fato fiunt. Postremò adjunxi, de Ordine, Loco, Tempore, firmans quod antè posui, Providentiam rerum omnium junctim esse; Fatum per distributionem, singularum. Et in Ordine, seriem nexumque caussarum intellego, quas Fatum definit. In Loco & Tempore, miram illam & numquam explicandam vim,

Providentia communiter consideratur: Fatum partitè. Illa in deo, hoc in rebus.

* Hæc ut explicarent, alii triplicem Providentiam fecêre, ut Platoniei & Plutarchus. quæ divisione nihilopus.

* Milium terebrate. *Providentia melior Fato.*

* Minutius, Isidor. Orig. VIII. cap. ult. Quin & Thomas Aquinas libellum de Fato scripsit & inscripsit.

Veteres tetine definitionis explicatio. Fatum res non violat.

Ordo caussarum in Fato.

Adstrictio ejus ad Locum & Tempus.

Digitized by Google

quâ omnia eventa & certis locorum sedibus, & temporum momentis, sunt adstricta. Fatum est Tarquinium regno ejici? fiat: sed adulterium præcedat. ordinem vides. Cæsarem interfici? ita: sed in Curia etiam, & ad statuam Pompeii. locum vides. Domitianum à suis cædi? cædetur: & illa ipsa hora, quam frustrà vitabat, quincta. tempus vides.

CAPUT XX.

Distinctum & divulsum id à Stoïco fato quattuor terminis. Ostensum accuratiùs, quomodo vim non inferat voluntati. itemque deum nec συνεργὸν mali nec auctorem esse.

Quidquid hîc disputo, prudentium judicii esto. corrigam monitus. & erroris aliquis me convincet, nemo pertinaciæ.

SATIN' hæc capis adolescens? an clarior etiam fax tibi accendenda? Ego caput concutiens, Clarior Langi, clarior, inquam: aut æternùm relinquis me in hac nocte. Quod enim istud discriminum subtile stamen? qui quæstionum captiosi laquei sunt? Insidias, mihi crede, metuebam: & tam expensa & suspensa tua verba suscipiebam, ut singulos hostes. Langius subridens, At tu confide, inquit, nullus hîc Annibal est: & in præsidium, non insidias devênisti. Dabo lucem: illud modò effare: ubi & in quâ parte cœcutis? In eâ, Langi inquam, quæ de vi est & necessitate. Non enim capio prorsus, quomodo Fatum hoc tuum ab illo Stoicorum disiungis, quod cùm verbis & janua, quod dicitur, benè exclusisti; re & postico videris admittere. Langius promptè, Absit Lipsi, inquit, absit. Non enim ego vel per somnium Fatum ullum Stoicorum induco! nec * anus illas recoquo diu exsiinctas: modestum pium-que Fatum profero, quod ab illo Violento quattuor hi. fin bus abjungo. Illi deum Fato subjiciunt, nec Jupiter ipse apud Homerum, cùm maximè vellet, Sarpedonem suum eripuit ejus vinclis: at nos Fatum deo, quem liberrimum omnium rerum auctorem & actorem esse volumus & transscendere cum libuit, ac rumpere implexa illa agmina & volumina Fati. Item illi ab æterno fluentem seriem causarum naturalium constituunt; nos nec naturalium causarum semper, (deus enim prodigii aut miraculi causa, sæpè citra imò contra naturam egit:) nec ab æterno; quia secundæ causæ non æternæ. Origo enim iis certè cum mundo. Tertiò, illi τὸ αὐθαίρετον sustulisse videntur è rebus: nos id

Fatum verum videri cum Stoïco mixtum. † Parcas intellego. *Sed discretum tamen his terminis. Primò quod Deus nobis supra Fatum. Secundò, quod causæ nobis non æternæ. Tertiò, quod contingentia non tollimus.*

Digitized by Google

id reddimus, & quoties secundæ causſæ tales sunt, Contingens fortuitumque admittimus in eventis. Postremò, voluntati vim illi intuliſſe visi violentam. abest hoc à nobis, qui & fatum ponimus, & gratiam tamen reducimus cum arbitrii libertate. Ita enim Fortunæ & Casus fallacem ventum fugimus, ut navim hanc ad Necessitatis scopulum non allidamus. Fatum est? sed prima nempe causſa, quæ adeò secundas mediasque non tollit, ut non nisi (ordinatim quidem & * μὲν τὰ πλεῖστα) per eas agat. At inter secundas, etiam Voluntas tua est: quam fuge credere, ut deus * ille cogat aut tollat. Hic error omnis in istâ re, hæc nubes. nemo scit aut cogitat se velle, quod vult Fatum: & dico, liberè velle. Deus enim ille qui res creavit, rebus utitur, sine corruptione rerum. Sicut supremum illud cælum inferiores omnes orbes ita secum ducit, ut proprium eorum motum non abrumpat aut sistat: sic Deus fati impetu humana omnia trahit, sed peculiarem cujusque vim aut motionem non tollit. Arbores & fruges voluit crescere? crescunt sine ulla vi, per naturam. Homines deliberare, eligere? deliberant sine ullâ vi & eligunt, per voluntatem. Et tamen hoc ipsum quod electuri fuerunt, vidit ipse ab æterno: sed vidit, non coëgit; scivit, non sanxit; prædixit, non præscripsit. Quid titubant hîc nostri Curiones? Miselli! non alius mihi locus videtur in clariori luce, nisi quòd petulca ista mens idem tidem se scalpit & exasperat, malâ quâdam scabie infecta litigandi & differendi. Quomodo enim, inquiunt, si Deus prævidit peccaturum me, nec falli prævisio illa potest, non necessariò peccem? Fateor, * necessariò: sed non pro tuâ mente: liberâ voluntate hîc interveniente. Nempe hoc providit, ut eo modo pecces quo providit: providit autem ut liberè: igitur necessariò liberè peccas. Satin' hoc clarum? Sed urgent iterùm. At enim deus in nobis auctor omnis motus. Communiter auctor fateor: sed nonnisi boni fautor. Ad virtutem accingeris? illo sciente & juvante fit, ad vitium? sciente & sinente. Nec ejus hîc aliqua culpa. Equum insideo & impello debilem & claudum: quòd impello, à me est, quòd debilem, ab ipso. Citharam pulso dissonam & nervis malè vinctam: quod tamen discordat instrumenti vitium esse fatebere, non meum. Terra hæc ipsa arbores & fruges omnes alit communi succo: sed illæ salutarem fructum proferunt, aliæ venenum, quid dices? à terrâ hoc esse, an potiùs ab insitâ arborum vi, quæ alimentum

Postremò, quod libertatem quandam homini permittimus.

ant plurimum.

Acutè Augustinus.

Non enim voluntas cogi potest ut velit quod non vult: non enim vellemus, si nollemus.

necessitate sequela.

Digitized by Google

bonum decoquunt in suum virus? Simile hîc est. & à deo quidem quod movêre; à te & in te, quòd ad malum. Denique ut concludam de hac Libertate: Fatum veluti præsultor est, & funem ducit in mundi ista choreâ: sed ita, ut partes aliquæ nostræ sint volendi semper aut nolendi. nec ultrà. non enim efficiendi: quia arbitrium saltem relictum homini, quo reluctari & obniti deo libeat: non vis etiam, quâ possit. ut in navi ambulare mihi fas, & per foros discurrere aut transtra, sed nihil minutus hic motus valet ut impediat ejus cursum: sic in fatali hac navi, qua omnes vehimur, currant licet voluntates nostræ & transcurrant, non viâ eam ejiciant aut sistent. Temperabit & habenas moderabitur semper suprema illa voluntas: & quo visum erit cumque, currum hunc diriget leni quodam fræno.

CAPUT XXI

Conclusio tractationis de Fato. monitum, periculi plenam & ancipitem eam esse. non curiosè indagandam. denique adhortatio seria, ut vires animo imprimantur à Necessitate.

‡ In libris De divinat

SED quid ego ista? verto proram, & removeo me ab hac Charybdi, quæ multorum ingenia absorpsit. Ciceronis hîc naufragium video, qui Providentiam *maluit tollere, quàm delibare aliquid de humana libertate. *Ita dum homines liberos facit,* (ait eleganter antistes Hipponensis) *facit sacrilegos.* Quàm multi etiam hodie natant in hoc freto, & disputationum hîc fluctibus abripiuntur? Quorum periculis moniti, terram malimus legere, Lipsi, nec altè penetremus nos in hoc mare. Euclides olim interroganti multa de diis, percommodè respondit: *Cetera quidem nescio, illud scio, quod odêre curiosos.* Idem de Fato censeo: quod aspici vult, non inspici: credi, non cognosci. Biantis opinor illud est, * ἀφ' ἡμῶν λέγε ὡς εἰσαι, melius ad Fatum transferam: de quo hoc satis esse moneo, ut esse scias. cetera, nihil peccas, si ignoras. Illud propriè ad nostram Spartam (jam enim ab implicito hoc flexu redeo in veterem & apertam viam) ut Necessitatem agnatam malis Publicis credas, & in illâ solatium aliquod quæras tui luctus. Quid ad te curiosè de libertate arbitrii quærere, aut servitute? de coactâ voluntate, aut ductâ? Miser! Syracusæ tuæ capiuntur, & in pulvere pingis. Bellum tibi supra caput, Tyrannis,

Ignem sub cinere esse, hæc de Fato. Non nimis commovenda.

‡ De diis hoc dic, esse.

Ad utilitatem saltem nostram applicanda.

Digitized by Google

rannis, cædes, mors: quæ supernè certè immissa, nec quidquam ad tuum arbitratum. Timere ea potes, non cavere: fugere, & non vitare. Arma adversum hæc induc, & arripe hoc Fatale telum, quod dolores istos omnes non pungit, sed jugulat; non minuit, sed tollit. Ut urticam si constanter attingas, adurit; si fortiter, hebescit: sic luctus ista asperitas increscit, si lenioribus remediis attractes; si duris & fortibus, cedit. Necessitate autem nihil fortius est, quæ solo impetu mollia hæc agmina obruit & avertit. Quid enim tibi vis dolor? non invenis locum in eo, quod fieri non solum potest, sed debet. Quid tu querela? quatere hoc cæleste jugum potes, non potes excutere. *Violenta. enim hæc mitiori cuivis tradolori.*

Desine fata deûm flecti sperare querendo.

Necessitatis non aliud effugium est, quàm velle quod ipsa cogat. Eximiè * eximius ille Sapientum: Ἀνέχου καὶ ἀπέχου, ἵνα μεθ' ἡγεμόνος πορεύῃ, ὃν ἔχει ἡγεμόνα καὶ σύ. *Invictus esse poteris, si in nullum certamen te dimittes, quod in te non est vincere.* At talis agon iste cum Necessitate est: quem quisquis suscipit, succumbit: & quod magis mirere, succubuit, priusquam suscepit. * Epictetus in Enchirid.

CAPUT XXII.

Ignavia latibulum aliquod queri solere in Fato, sed id detectum. Fatum agere per causas medias, eòque illas adhibendas. Quatenus auxiliari patriæ, quatenus non oporteat. Finis impositus primo libro & sermoni.

ET sermonis pausam hîc aliquam faciente Langio, alacriùs erupi & interrupi ego: Si ventus hic diutiùs spirat à puppi, non procul mihi videar à portu. Audeo enim jam deum sequi, audeo necessitati obsequi: & video cum Eutipide dicere,

* Θέσπι' ἐπεὶ δ' ἥκεις πάντ' ἐμοὶ, ξυμπέμπου θ'
Πρὸς πίστιν ἁπτίζειμι, θεσπέσιος εἶ ξένε.

Æstus tamen unus est turbidæ cogitationis, qui me jactat: quem Langi siste. Si enim Mala publica à Fato: nec vinci id potest aut vitari: quid ultrà de patriâ aut pro eâ laboramus? cur non omnia rectori illi magno & indomito permittimus, & sedemus, ipsi quod dicitur, manibus compressis? nam tuo quoque concessu, vanum auxilium omne & consilium, adversantibus fatis. Langius renidens, Per contumaciam aut protervam ado- * Potius sacra illi fecerim, quàm pet citus irâ, ferire calcibus stimulos velim, Mortalis ipse cælico pugnans deo. *Objectio contra Fatum pro ignavia.*

Digitized by Google

adolescens, inquit, à recto abis & à vero. Fatis hoc est obsequi, an oppedere & illudere? Sedebo, inquis, manibus compressis. Benè habet, vellem nunc labiis. Quis enim umquam tibi dixit, Fatum merum solumque agere, sine media & auxiliante caussa? Liberos tibi tollere fatum est: sed ita ut in uxoris tuæ horto priùs seras. A morbo sanescere; sed hactenus, ut medicum adhibeas & fomenta. Simile hìc. & servari hanc fluctuantem & mergentem patriæ tuæ navem si Fatum est; hoc quoque Fatum, propugnari eam & defendi. Si ad portum pervehi vis, manum remis admoveas oportet, & vela expandas: non ut otiosus captes & exspectes ab alto ventum. At contrà, si Fatum illam ipsam patriam tuam perire: fient Fato videlicet ista quoque, quæ ad exitium humanâ viâ ducant. Plebs cum proceribus, & inter se, erit discors. nemo parêre gnarus, nemo imperare, strenui linguâ multi, ignavi omnes operâ, denique in ducibus ipsis non consilium, non fides. Verè * Velleius: *Ineluctabilis fatorum vis, cujus fortunam mutare constituit, consilia corrumpit.* Itemque: *Quippe ita res habet: ut plerumque qui fortunam mutaturus est deus, consilia corrumpat: efficiatq; quod est miserrimum, ut quod accidit etiam merito accidisse videatur.* Nec tamen illuc statim delabere, ut extrema fata urgere patriam tuam censeas. Quî enim nosti? & quî scis an concussio & commotiuncula hæc tantùm sit, an ad interitum morbus? Fer opem igitur, & quamdiu, juxta vetus verbum, anima huic ægro est, spera. Quòd si jam certis clarisque indiciis fatalis mutatio apparebit: me quidem judice valebit illud, * μὰ ϑεομαχεῖν. Et Solonis exemplum tutò hic ingeram: qui cùm Athenas Pisistratus occupasset, videretque conatum omnem frustrà esse pro libertate; arma & scutum ante fores Curiæ ponens, *O patria, inquit, tibi & dictis & factis opitulatus sum*: atque ita domum abiit, in posterum quieturus. Hoc facias, cede deo, cede tempori: & si bonus civis es, te ipsum mollioribus & melioribus fatis reserva. Quæ nunc periit libertas, revivisceré potest: & patria quæ corruit, resurgere labenti ævo. Cur temerè abjicis animum, aut despondes? Ex illo pari Consulum apud Cannas, fortiorem civem Varronem habeo qui fugit, quàm Paullum qui occubuit. Nec aliter Senatus populusque Romanus judicavit; qui publicè gratias ei egerunt, quod de rep. non desperasset. Cetertìm sive titubat illa tantùm, sive cadit, sive perit, sive prorsus interit: ne nimis affligere, sed Cratetis excelsum illum animum indue, qui

Remota & ostensum, causas mediat Fata præcedere.

Fata bona & mala, sine miracu-lo: & per suetos modos.

Belgicam hanc vide Vell. ius Paterculus hæc lib. II De Cæsare & Varo.

Non desperandum statim, velut si infestum Fatum. Tentanda prius omnia.

* Cum Deo non pugnare.

Sed cum modo, quem sola Prudentia definit.

Conclusio, & generalis admonitio pro Constantia.

Thebas.

Digitized by Google

qui quærenti Alexandro, *An patriam ſuam vellet reſtitui? Quid opus?* reſpondit. *alius Alexander iterùm eam forte aſſe diruet.* Hæc ſapientum, hæc virorum.

——— * Ἄλγια δ' ἴμπης
Ἐν θυμῷ κραδίῃ τε ἰάσσεται, ἀχνύμενοί περ.
Οὐ γάρ πω στυγερῆς πύλας Ἄϊδος κατέβημεν.

ut rectè monitum Achilli apud Homerum. Nam aliàs, ut Creon ille in fabulis ardentem filiam amplexus, nihil eam juvit, ſed ipſe unà periit: ſic te citiùs, Lipſi, exſtinxeris, quàm lacrimis tuis hunc publicum Belgicæ ignem. Dum dicit etiam Langius, validiore ſonitu ſtrepuêre fores! & puer ecce rectà ad nos introiit, qui à Lævino Torrentio miſſus, ut admoneret de horâ cænæ. Langius velut experrectus, Hem! inquit, ita impoſuit mihi hæc fabulatio? & dies clàm elapſus? Simulque ſurgens & manum mihi injiciens, Eamus Lipſi, inquit, ad optatam mihi cænam. Imò ſedeamus, inquam ego renitens. Ante omnes cænas hæc mihi eſt: quàm verò cum Græcis dixerim * ἡδὺ τὸ φεύγειν. In his epulis Eſurio ſemper ego, numquam Saturio. At Langius nihilominùs me traxit, & Fidem, inquit, nunc ſervemus: cras ſi voles, Conſtantiæ perlitabimus.

*Dolores autem In animo reſidere ſinamus licet triſtes. Non enim utilitas aliqua frigidi lectus.

Abrupti & dilati ſermonis cauſſa.

Digitized by Google

JUSTI LIPSI DE CONSTANTIA

LIBER SECUNDUS.

CAPUT PRIMUM.

Occasio repetiti sermonis, itio ad Langii amœnum hortum, eiusque laudatio.

Langii hortensis studium.

SEQUENTI die, visum Langio abducere me ad suos hortos. Quos impenso sanè studio duplices colebat, alteros in colle, è regione ædium: alteros paullò longius sitos, in depressiore loco, ad ipsum Mosam,

Quod per amœnam urbem leni fluit agmine flumen.

Ennii versus.

Itaque cùm occupassem me satis manè in cubiculo, Ambulamúsne Lipsi? inquit, an quies tibi magis cordi & sessio? Imò ambulatio Langi, inquam, si tecum, sed quò imus? Si placet, ad hortos meos, inquit Langius, qui ad flumen. Non longa ea via est. corpus obiter exercueris: urbem videris: denique grata ibi in hoc æstu & frigerans aura. Placet, inquam ego, nec te duce via mihi ulla molesta, non ad extremos Indos. Et cum dicto pallia poposcimus, sumpsimus; ivimus, inivimus. Cumque in ipso aditu, oculos circumtulissem vago quodam & curioso adspectu: miratus ex animo elegantiam & cultum loci. Mi senex, quæ hæc amœnitas est? inquam, quis splendor? Cælum hic habes Langi, non hortum. nec astrorum illi ignes profectò magis nitent in serenâ nocte, quàm hi tui scintillantes micantesque variè flores. Adonidis aut Alcinoi hortos loquuntur? nugæ, ad istos comparati, & imagines muscarum. Et simul propiùs accedens, & flores quosdam naribus oculisque admovens, Quid primum voveam? inquam, oculus cum Argo fieri, an nasus cum Catullo? Ita utrumque

Itio nostra ad hortum.

Ejus pulchritudo & nitor.

Digitized by Google

utrumque ſenſum pariter permulcet mihi & titillat hæc voluptas. Ite, ite omnes Arabum odores, qui nautea mihi præ halitu hoc ingenuo & vere cæleſti. Langius manum mihi blande premens, nec ſine riſu. Præfiſcine Lipſi, inquit. non ego, non hæc ruſtica mea Flora agnoſcimus tam ſcitam, tam urbanam laudem. Ego iterùm, Tamen Langii veram. Blandiri me putas? ſeriò hoc dico & ex intimo meo ſenſu, Campi Elyſii, Elyſii non ſunt, præ hoc tuo rure. Ecce enim, quæ hìc ubique nitela eſt? quis ordo? quàm apte omnia in areolas ſuas pulvilloſque diſpoſita? ut non elegantiùs teſſellæ aliquæ in pavimento. Jam quæ florum herbarumque copia? quæ raritas & novitas? ut videatur in exiguum hunc locum Natura concluſiſſe, quidquid eximium habet noſter aut alter orbis.

CAPUT II.

Hortorum in genere Laudatio. Cultum eum antiquum eſſe, & à naturâ. Reges & viros magnos uſurpaſſe. Denique delectatio eorum ob oculos poſita, & non improbum meum votum.

ET profectò egregium & laudabile hoc tuum ſtudium, Langi, in re hortorum. ſtudium ad quod, niſi fallor, optimus & modeſtiſſimus quiſque trahitur à naturâ ipſâ. Cui argumentum, quòd non facile voluptatem aliam dixeris, in quam ab omni ævo tam cupide conſenſerint ſelecti inter gentes. Sacras litteras luſtras? videbis unà cum orbe nato natos hortos: quos Deus ipſe primo homini domicilium attribuit, & velut ſedem beatæ vitæ. Profanas? ecce Adonidis, & Alcinoi, & Tantali, & Heſperidum hortos proverbia & fabulæ loquuntur: & in veris certiſque hiſtoriis, reperies Cyri regis manu plantaria inſtituta, & Semiramidis aërios penſileſque flores, & Maſaniſſæ novum & celebrem cultum, Africa mirante. Jam, inter priſcos Græcos Romanoſque, quot illuſtria capita tibi proferam, qui poſitis aliis curis, ſoli in hac curâ? in illis quidem: uno verbo, pleroſque philoſophos & ſapientes qui remoti ab inſano foro & urbe, hortorum ſe ſpatiis ſepibuſque clauſerunt. At in iſtis; Tarquinium regem video jam tum priſca illa Roma, in hortis molliter ambulantem, & papaverum capita ſecantem, Catonem

Hortorum ſtudium videri ingenium.

Optimos enim ad ſe traxit, & trahit.

Antiquitas horti cultura.

Cen-

Digitized by Google

Censorium agnosco, in re hortensi deditum, & de eâ seriò scribentem: Lucullum, post Asiaticas victorias, in iisdem otiantem: Sullam, abjecta Dictatura, suaviter hîc senescentem: & Diocletianum Principem, olera sua & lactucas ad Salonam, purpuræ & omnibus sceptris præferentem. Nec abivit ab hoc meliorum judicio vulgus. in quo ipso simplices omnes, & sine mala ambitione animas, scio fuisse in hoc cultu. Est enim profectò arcana quædam & congenita nobis vis, cujus intimas causas non facilè reddo, quæ ad hanc innoxiam & ingenuam delectationem trahit non nos tantùm, qui propendemus; sed illos ipsos serios & severos, qui renituntur & irridentur. Atque ut cælum & æternos illos ignes nemini adspicere fas, sine occulto horrore quodam & religione: non item Terræ sacras opes, & hunc inferioris Mundi mundum, sine tacita quadam gaudii titillatione & sensu. Animum tuum mentemque percontare: capi se hoc aspectu dicet, imò pasci. Oculos sensumque; fatebuntur non alibi libentiùs se acquiescere, quàm in his hortorum areis & pulvillis. Circumsiste, quæso te, paullulùm hæc agmina florum & augmenta, vide mihi illum è calyce, hunc è vagina, alium è gemma protuberantem; vide hunc morientem subitò, alium subnascentem; denique inspice in uno aliquo genere cultum, formam, faciem, mille modis paria & diversa. Quæ illa tam rigida mens, quæ inter hæc non flectat se molli aliqua cogitatione, & liquescat? Jam ades curiose tu ocule: defigere paullùm in nitores istos & pigmenta. inspice hanc nativam purpuram, hunc sanguinem, hoc ebur, hanc nivem, hanc flammam, hoc aurum; & tot colores, quos artifici cuique penicillo æmulari fas? æmulari, sed non imitari. Denique quis exhalans ille odor? quis penetrans spiritus, & nescio quæ pars æthereæ auræ infusa ab alto? Ut non vanè poëtarum nostra gens, flores pleroſque natos finxerit, è succo aut sanguine immortalium deorum. O gaudii & liquidæ voluptatis verè fons! ô Venerum & Gratiarum sedes! mihi in vestris umbraculis quies & vita sit: mihi fas remoto extra civicos tumultus, inter has herbas, inter hos noti ignotique orbis flores, hilari & hiante oculo oberrare: & modò ad hunc occidentem, modò ad illum exorientem manum vultumque circumferre: & cum vagâ quadam allucinatione, curarum hîc omnium falli & laborum.

Voluptas interna & mystica in hoc studio.

Quæ animum & sensus fascinat.

Ea in vario augmento aut facie florum.

Item in tot colorum lascivia: &

In odoris fragrantia

Votum meum.

CA-

Digitized by Google

CAPUT III.

Contra curiosos quosdam dissertum, qui hortis ad vanitatem & ignaviam abutuntur. Quis verus eorum usus. Sapientibus & doctis idoneos esse: & Sapientiam ipsam altam in iis & educatam.

CUM dixissem hæc acriùs, & voce vultuque accenso: remisso ore ad me Langius, Amas certè Lipsi, inquit, amas floridam hanc purpureamque Nympham; sed vereor, ut ames immodeste. Hortos enim laudas, sed ita, ut vana pleraque in iis mirere, aut externa: vera & legitima eorum gaudia omittas. Colores enim dumtaxat avidè inspicis, & in pulvillis quiescis, & flores petis ab noto ignotoque orbe. Obsecro ut quid? ut ne te quoque esse sciam in hac secta, quæ exorta hodie, malè curiosorum hominum, malè feriatorum? qui rem optimam simplicissimamque, instrumentum duorum vitiorum fecerunt, Vanitatis & Torporis. Hac enim fini habent hortos. Herbulas aliquot & flores exoticos ambitiosè conquirunt: & quæsitos ita anxiè fovent & tuentur, ut nulla mater suum gnatum. Hi sunt, quorum litteræ in Thraciam, Græciam, Indiam discurrunt: idque seminis exigui aut bulbuli causâ. Hi, quibus ægrius sit florem aliquem novum mori, quàm veterem amicum. *Romanum illum riserit aliquis, qui piscem suum atratus luxit? isti plantam. Jam siquis ex his Floræ canditatis novius aliquid aut rarius nactus est, ut ostentat! ut alii competitores æmulantur, invident! è quibus non nemo tristior domum discedit, quàm olim in Præturæ petitione victus Sulla aut Marcellus. Quid dicam? nisi hilaram hanc quamdam insaniam esse: nec absimilem illi puerorum, pallentium, & rixantium circa pupas suas & sigilla? At eorumdem industriam in hortis etiam cognosce. Sedent, circumambulant, oscitant, dormiunt. nec aliud. prorsus ut non otii sui secessum hunc habeant, sed desidiæ sepulcrum. Profanum genus! & quos jure arceam ab orgiis veri arcanique horti, quem modestæ voluptati natum scio, non vanitati: quieti, non torpori. An ego

Hortensiorum ficta: & ea irrisa.

Hortensium, qui lugubria sumpsisse dicitur ob munera nam.

Digitized by Google

Deflexum ad verum hortorum usum.

ego tam levis, quem efferat aut deprimat herbula aliqua rarior, sive adepta sive amissa? Imo æstimo res suis pretiis: & sepositò lenocinio illo novitatis, scio herbas esse, scio flores: id est brevia quædam & fugacia, de quibus aptissimè poëta princeps

Qui non in florum formatione florum.

* Ζεφυρίη πνείουσα τὰ μὲν φύει, ἄλλα δὲ πίσσει.

* Zephyrus spirans aut alia quidem gignit, alia concoquit.

Itaque non sperno eas sive delicias sive elegantias (& exemplum vides:) sed hoc à mollibus Hortensiis istis muto, quod sine curâ hæc talia conquiram: sine curâ habeam, sine curâ amittam. Nec idem ille ego tam marcidus, imò tam mortuus, ut recondam & velut sepeliam me in his hortorum umbris. Negotium etiam in illo otio reperio, & invenit ibi animus, quod sine actione ullâ agat, sine labore illo elaboret. *Numquam minùs solus sum*, ajebat ille, *quàm cùm solus: numquam minùs otiosus quàm cùm otiosus.* Vox egregia, & quam ausim dicere natam in hisipsis hortis. Scilicet menti parati illi, non corpori: ad eam recreandam, non ad hoc laxandum: & ad salubrem quemdam secessum à curis atque turbis. Homines tibi molesti? hîc apud te eris. Occupatio exhausit? hic replebere, ubi animo quietis illud pabulum, & ab aurâ puriore velut inspiratio novæ vitæ. Itaque vides veteres illos Sapientes? in hortis habitarunt. Eruditas hodie doctasque animas? hortis delectantur, & in iis divina illa pleraque scripta procusa, quæ miramur, & quæ nulla temporum series aut senectus abolebit. Viridi illi Lycæo tot dissertiones de naturâ debemus: umbriferæ Academiæ, de moribus, & ex hortorum spatiis diffusi uberes illi Sapientiæ rivi quos bibimus & qui fœcunda diluvie orbem terræ inundarunt. Scilicet attollit se magis erigitque ad alta ista animus, cùm liber & solutus videt suum cælum, quàm cum ædium aut urbium carceribus tenetur inclusus. Hîc mihi vos poëtæ duraturum aliquod carmen pangite. hîc vos litterati meditamini & scribite. hîc vos Philosophi de tranquillitate, de constantiâ, de vitâ & morte disputate. En Lipsi, quæ vera hortorum usio & finis. otium inquam, secessio, meditatio, lectio, scriptio: & ea tamen omnia velut per remissionem & per lusum. Ut pictores, longa intentione hebetatos oculos, ad specula quædam & virores colligunt: sic nos hîc animum defessum, aut aberrantem. Et cur celem te meum institutum? Pergulam illam topiario opere vides? Hæc musarum mihi domus est, hæc sapientiæ meæ gymnasium & palæstra. Illîc aut seria arcanaque lectione pectus impleo: aut semente quadam obsero bonarum cogitationum. Et ut

Sed in quiete & laxatione honestâ animi.

Aptissimi enim illi ad secessum

Ad captandam auram.

Domus ideo olim Sapientum

Scripsimus & meditationi litterariæ apti.

Sed in primis exercitio Sapientiæ.

Digitized by Google

ut tela quædam in armamentarium, sic ex iis præcepta in animum recondo: quæ prompta mihi mox contra vim varietatemque Fortunæ. Intra eam quoties pedem penetravi, emanere viles omnes servilesque curas jubeo: & erecto quantum licet capite, studia profanæ plebis despicio, & magnum hoc in rebus hominum inane. Hominem imò ipsum exuere mihi videor, & in altum rapi igneis Sapientiæ quadrigis. An illic angi me censes, quid Celtæ, quid Celtiberi moliantur? quis sceptrum Belgicæ teneat, aut amittat? Asiæ tyrannus classe nobis an terra minetur? aut denique,

——quid sub Arcto
Rex gelidæ meditetur oræ?

Nihil horum. munitus & clausus contra externa, intra me maneo: à curis omnibus securus præter unam, ut fractum subactumque hunc animum rectæ Rationi ac Deo subjiciam, & animo ceteras res humanas. Ut quandocumque fatalis ille & meus dies venerit, fronte composita nec mœstus eum excipiam: abeamque ex hac vita non ut ejectus, sed ut emissus. Hæc muginatio mea in hortis Lipsi, hi fructus. quos non permutem (quamdiu sana mihi mens) cum omni gaza Persarum aut Indorum.

CAPUT IV.

Ad Sapientiam igitur adhortatio. per eam ad Constantiam veniri. & seriò monita juventus, ut serias Philosophiæ litteras cum amœnioribus illis & liberalibus conjungat.

DIXERAT Langius, & postremo illo tam alto & constanti sermone, verè fateor, dederat me in stuporem. quem tamen abrupi, O te felicem inquiens, otii pariter & curarum! & ô vix humanam in homine vitam! quam utinam parte aliqua imitari mihi fas: & per vestigia ista serpere, etsi longo intervallo. Langius velut castigans, imitari? inquit, imò superare, nec sequi tibi solùm hic jus, sed præire. Parùm enim, Lipsi, parùm in hac Constantiæ & Virtutis via ipsi nos promovimus: nec fortibus bonisque pares adhuc sumus, sed projecta mollibus aut malis paullò forsasse firmiores. At tu cujus vegeta & alta indoles, accingere, & me duce, viam hanc ini, quæ rectà ad firmitudinem & Constantiam ducit. Via quam dico, Sapientia est, cujus sequabi-

Omnibus ad Constantiam via patet.

Quæ est, Sapientia;

Digitized by Google

quabilem & tranquillam orbitam, quæso monèoque, ne ultra fugias calcare. Litteræ tibi hactenus cordi, & novem istæ deæ? placet. Scio enim amœniore hac & externa doctrinâ excoli & præparari priùs animum debere, * *non antè idoneum cui divina femina committantur.* sed illud non placet, si in his adhæreſcis, eaque una tibi ſtudiorum, quod dicitur, prora & puppis. Rudimenta enim hæc noſtra eſſe debent, non opera: via, non meta. In convivio aliquo ſi aſſedisſes, non bellaria ſolùm & placentas guſtares, credo: ſed ſtomacho fulcimentum aliquod dares cibi firmioris: in hoc publico doctrinarum epulo, cur non idem fit? cur inquam ad illa oratorum & poëtarum mella, non adjungis hanc firmiorem Philoſophiæ dapem? Non enim deſeri illas volo (ne tacitus me calumniêre) ſed hanc adſeri: & ſolutas per ſe fluentesque Nymphas temperari hoc ſeveriore, ut ita loquar, Baccho. Proci illi apud Homerum non injuriâ ridentur, qui relicta Penelope convertêre ſe ad ancillas: cave idem tibi ſit, neu ſpreta illa rerum domina, ardeas tantùm in ejus adminiſtris. Pulchra hæc laudatio, O virum doctum! ſed illa melior, O virum ſapientem! & iſta optima, O virum bonum! Has ſectemur: & per tot labores non Scire tantùm velimus, ſed Sapere & Facere.

Dumeta igitur Philologiæſola.

Augustini verba & ſententia, lib. 1. De Ordine.

Nisi Philoſophia adjungatur.

* Ὡς οὐδὲν ἡ μάθησις, αὐ μὴ νοῦς παρῇ

ait vetus & verus verſus. Quàm multi hodie in hoc noſtro Muſico cœtu, qui & ſe dedecorant, & omne nomen litterarum? quidam, quia flagitiis & ſceleribus cooperti: plerique, quia vani, leves, μαίνομοι, & nullius ſeriæ curæ Linguas diſcunt? ſed linguas tantùm. Græcos Latinoſque ſcriptores intellegunt? ſed intellegunt tantùm. & quod Anacharſis ſcitè olim de Atheniensibus dixit, *Nummis eos uti dumtaxat ad numerandum*: ſic iſti ſcientia, ad ſciendum. Vitæ factorumque adeò nulla cura eſt, ut, me quoque judice, non fruſtrà litteræ in vulgus malè audiant, tamquam ad nequitiam magiſtræ. Atqui ad virtutem eæ ſunt, ſi legitimè utare. Sapientiam modò adjunge cui præparare ingenia noſtra litteræ debent, non detinere ea, aut ſibi vindicare. Ut enim arbores quædam fructum non ferunt, niſi aliis velut maribus adſitæ: non item tuæ iſtæ virgines, niſi cum virili Sapientiæ robore conjunctæ. Quid Tacitum mihi corrigis: ſi vita tua inemendata eſt? Quid Tranquillum illuſtras: cùm tu in errorum tenebris? Plauto notas aut maculas ſtudiosè eluis, cùm animum ſordeſcere pateris & ſqualere? Tranſi aliquando

Quàm ſcire nihil eſt ſapere ſi non adſit? Curia noſtra ſordes.

Aut impietia.

Quæ vera ſui ſint litteræ?

Digitized by Google

quando ad meliores curas : & doctrinam para, quæ non in pompam tibi speciemque sit, sed in usum. Ad Sapientiam convertere ; quæ mores tibi corrigat, quæ animum turbidum sordidumque tranquillet & illustret. Illa est quæ virtutem imprimere, quæ Constantiam suggerere potest : illa sola, quæ templum tibi aperire Bonæ mentis. *Ad tam adhortatio.*

CAPUT V.

Sapientiam non vovendo, sed conando acquiri. Reditum in sermonem de Constantiâ. Cupidinem discendi, bonum esse in adolescentiâ signum.

ARDOREM mihi injecit ea admonitio : quem non celavi. &, Animo sequor te mi senex, inquam : quando factis ? quis erit ille dies, qui me solutum his curis in Sapientiæ veræ orbitâ sistat ? qui per eam ad Constantiam ducat ? Langius velut increpans, Itáne voves potiùs, quàm facis ? inquit. vanè prorsus & ex more vulgi. Non enim ut Cæneus ille in fabulis, è fœmina in virum transiit, optando : sic tu votis, è fatuo in sapientem, è levi in constantem. Addas istuc operam oportet, & * manum moveas, quod ajunt, unà cum Minerva. Quære, lege, disce. Ego excipiens, Scio Langi, inquam : sed tu quoque, sodes, adde operam, & filum illud hesterni sermonis pertexe, quod invitatio malè abrupit. Ad Constantiam inquam redi, cujus intermissum sacrum sine piaculo non differs. Langius capite leviter abnuens, Utne includar iterùm in hunc ludum ? inquit. non faciam Lipsi : non certè in hoc loco, quem otio meo scire debes, non negotio consecratum. Denique aliàs decurremus illum cursum. Imò nunc, inquam ego, & quis locus sapienti huic sermoni aptior, quàm illa Sapientiæ tuæ domus ? Pergulam hanc dico, quæ mihi quidem velut templum est ; & mensula in ea, tamquam ara : ad quam sedentes, ritè faciamus huic Divæ. Denique capto etiam ex ea omen. Quódnam illud ? ait Langius. Istud, inquam. Ut ii qui in taberna aromatum aut unguentorum sederunt, in vestibus ipsis referunt secum odorem loci : sic mihi spes, ut halitus aliquis Sapientiæ animo adhæresçat, ab infesta hac ejus officina. Langius ridens, Vereor ut in tam levi omine pondus sit, inquit : tamen, Lipsi, eamus. Non enim dissimulo. me quoque excitat & cale jam facit tam in- *Non venit ad Sapientiam iri.* **Σὺ δ' ἀνὰ κρὰ χεῖρα νίπτε. Reditio ad sermonem abruptum.*

Digitized by Google

Amor & ardor discendi, mox bonæ indolis.

genus hic ardor. Atque ut aquileges, cùm manè halitum quemdam erumpentem è terra vident, indicium id habent latentium aquarum: sic mihi de fœcunda scaturigine virtutum spes, ubi in adolescente prælit & elucet cupiditas hæc discendi. Et cum iis verbis duxit ad pergulam me, & induxit. Ille ad mensulam adsedit. ego priùs ad pueros conversus, Heus vos, inquam, state, observate: ostium illud in primis observate. Atque auditis? Vita à vobis exit, si vivus quisquam huc imit. Non virum, non canem, non fœminam admitti volo: non, si venerit, Bonam Fortunam ipsam. Et cum dicto adsedi. Sed Langius largiore risu, Sceptrúmne tu usquam gessisti? inquit, ita basilicæ prorsus & severæ tuæ edictiones. Nimirum, inquam ego, ab hesterno infortunio jure mihi cavi. Tu perge, cum deo.

CAPUT VI.

Pro Constantiâ tertium argumentum ab Utili. Clades bonas esse, Originem intueare sive Finem. Originem enim à deo sumere, qui æternúm & immutabiliter bonus: ideoque causa nullius mali.

Brevis reductio priorum.

LANGIUS non diu meditatus, sic infit. In sermone quem de Constantia herè cœpi, Lipsi, à constantia non abibo: ordinem eumdem exsequar, & limites tenebo quos semel finivi. Quattuor, ut scis, velut agmina mihi facta, quæ pro ea in Dolorem Abjectionemque pugnarent: è quibus priora duo, quæ de Providentia & Necessitate, jam produxi: docuique satis, supernè & à deo mala Publica immitti: itemque necessaria ea esse, nec vitari ulla fuga. Instruam nunc igitur agmen tertium, quod Utilitas ducit: & in quo legio, quam rectè dixerim Adjutricem. Agmen, si inspicis, validum & callidum: quod nescio quo modo illabitur & insinuat se in animos, & blanda quadam vi vincit non invitos. Irrepit enim potiùs, quàm irrumpit: suadet, non cogit: & tam facilè duci nos ab Vtilitate patimur, quàm à Necessitate trahi. Hanc tibi, Lipsi, & mollibus tuos copiis nunc oppono. Vtilia enim sunt, hæc quæ patimur Publica mala, & cum interno nostro fructu commodisque conjuncta. Mala autem? imò Bona veriùs, si remoto hoc Opinionum velo, oculos ad Ortum eorum referes & ad Finem. Quorum ille, à bono: hic, in bonum. Origo enim certè harum cladium

Ratio tertia ab utili: Ejusque commentator virtus.

Mala Publica, Bona esse. Quia à deo.

(herè

Digitized by Google

(heré satis mihi dictum & doctum) à deo: id est, non ab ipso Summo bono solùm, sed bonorum omnium auctore, capite, fonte. A quo non magis est, ut malum aliquod emânet, quàm ut malus sit ipse. * Benefica tantùm & salutaris illa vis: quæ lædere æquè spernit, ac lædi & cui una summaque potentia est, prodesse. Itaque etiam prisci illi tenebriones, cùm superum illud numen mente conciperent, rectè a juvando dixere Jovem. An tu exasperari eum censes & irasci, & hæc velut noxia quædam tela spargere in humanum genus? Erras. Ira, vindicta, ultio, humani adfectus nomina sunt: & nata ex imbecillitate; cadunt tantùm in imbecillos. Perseverat autem æternùm in benignitate sua illa mens; & ista ipsa aspera, quæ suggerit aut ingerit, velut medicamenta sunt, sensu tristiare salubria & eventu. * Homerus ille Philosophorum rectè: Οὐδὲν μάλον παρὰ Διὸς πίθον, οὐδ' ἀγαθὸν· πολλὰ δὲ μοι κακὰ δῶκεν: *Deus nihil malum facit, adeò non ipse mali alicujus causa.* Et meliùs impressiusque noster * Sapiens: *Quæ causa est diis benefaciendi? natura. Errat, siquis putat illos nocere velle, vel posse. nec accipere injuriam queunt, nec facere. Primus est, deorum cultus, deos credere: deinde, reddere illis majestatem suam, reddere bonitatem, sine quâ nulla majestas est. Scire illos esse qui præsident mundo, qui universa ut sua temperant, qui humani generis tutelam gerunt, curiosi etiam singulorum. Hi nec dant malum, nec habent.*

* Restringe tamen & illustra ex Cap. VIII. sequenti.

Nec immittit pœnas: Sed ut medicinas.

* Plato.

* Seneca in Epistolis.

CAPUT VII.

Finem item cladium semper dirigi in bonum, etsi sæpè ea per noxios homines, & noxæ caussâ administrata. Sed frangi & temperari eorum vim à deo. flecti omnia in nostrum usum. obiterque dictum, cur Malorum operâ in iis deus utatur.

ORIGINE igitur Clades bonæ: ajo etiam Fine, quia ad bonum directæ semper & * salutem. Occurris mihi tacitus, scio: Et quomodo? inquies. nonne bella hæc & cædes, clarè scopum nocendi habent, lædendique? Habent, fateor, si homines spectas: non habent, si deum. Quod ut planè & plenè capias, opus mihi illato quodam lumine distinctionum. Duplices divinæ Clades: aliæ Meræ, aliæ Mixtæ. Meras appello, QUÆ PURE A DEO SUNT, SINE INTERVENTU ULLO HUMANÆ MEN-

Mala publica item Bona esse. * Cerrè in bonis. Quòd bonus semper eorum Finis. Ea temeritas duplicia Pura à De-

Digitized by Google

Quædam hominum operâ.

TIS AUT MANUS. Mixtas, QUÆ A DEO QUIDEM SED PER HOMINES ADMINISTROS. Illius generis sunt, Fames, Sterilitas, Terræ motus, Terræ labes, Inundatio, Morbi, Mortes. Istius, Tyrannides, Bella, Oppressiones, Cædes. In illis pura omnia & liquida, quia haustæ è purissimo fonte. in istis, sordium admixtum aliquid non negaverim, quia lapsæ & derivatæ per impurum hunc Adfectuum canalem. Homo iis intervênit. quid miraris, si noxa & peccatum? Illud mirare potiùs, quòd tam provida dei benignitas est, ut illam ipsam noxam in salutem nostram vertat, & peccatum in bonum. Vides tyrannum illum, qui minas spirat & cædem? cui voluptas, nocere est? qui perire ipse optet, dum perdat? Sine. aberrabit à suâ mente: & deus occulto quodam fune inscium invitumque trahet ad suum finem. Ut sagitta ad emittentis scopum pervenit, sine ullo suo sensu: sic impii isti. Frænat videlicet coërcetque humanam omnem vim suprema illa vis: & exerrantes eorum gressus dirigit ad salutarem hanc metam. Ut in exercitu varii adfectus militum sunt, & hunc præda incitat, hunc glòria, illum odium; omnes tamen provictoria & Principe pugnant: sic omnes istæ voluntates bonæ malæque deo militant, & inter varios fines veniunt tamen ad hunc, ut sic dicam, finium finem. Sed cur, inquies, malorum operâ deus utitur? cur ipse clades eas bonas non immittit, aut saltem per bonos administros? Curiosè nimis, mi homo, quæris: nec scio an arcana illa expediam. hoc scio, constare illi rationem sui facti, etiam cùm de ea nihil nobis constat. Et tamen quid hìc miri, aut novi? Ecce Præses provinciæ in noxium aliquem cum lege agit: agi jubet per Brutianum, aut lictorem. Pater in magna familia, interdum filium ipse castigat, est cùm servo id munus mandat aut pædagogo. cur deo non idem jus sit? cur non ipse, cùm visum, sua manu nos verberet; cùm aliter visum, aliena? Nihil enim hìc injuriæ, aut noxæ. Servus ille iratus tibi est? animum adfert nocendi? Nihil refert, tu illo omisso ad animum respice jubentis. Pater enim certè exactor adstat: nec plagulam unam tibi superaddi sinet, vltra præscriptum. Sed cur tamen peccatum hic admixtum, & adfixum divinis his sagittis Adfectuum venenum? Ad asperum & arduum me collem vocas, in quem tamen enitar. Ut sapientiam potentiamque suam deus ostenderet, *melius judicavit* (* Augustini verba

In his posuerunt noxæ aliquid:

Quam deus tamen abstergat, quod ad nos quidem spectet.

Ducit quo vult homines.

Nec iniquum esse si per alios castiget.

Non item, quod cum peccato alieno: & caussa aliqua ejus rei.

* In Enchiridio c. xi.

Digitized by Google

verba sunt (*de malis bona facere, quàm mala nulla permittere.* Quid enim eo sapientius aut melius, qui è malo bonum potest elicere, & reperta ad perniciem vertere ad salutem? Medicum quoque laudas, qui Theriacæ suæ viperam admiscet, saluberrimo effectu: in deo cur improbes, si pharmaco huic cladium humanas quasdam noxas intemperat, sine tuâ noxâ? Decoquit enim certè & consumit adjunctum illud omne virus, arcano quodam Providentiæ suæ igne. Denique ad potentiam ejus hoc facit & gloriam, quò necessariò omnia ipse refert. Quid enim magis vim ejus exprimat, quàm quòd non vincat solùm obluctantes sibi hostes, sed ita vincat ut ad se traducat, & sua castra? ut pro ipso militent? ut arma pro victoriâ ejus ferant? Quod evenit cottidie, cùm in malis dei voluntas fit, etsi non à malis: cùm ea quæ contra voluntatem ejus improbi faciunt, ita flectit, ut non fiant tamen præter ejus voluntatem. Et quod potest insignius miraculum, * *quàm ut malos mali bonos faciant*? Ecce, ades paullùm tu C. Cæsar, abi, & duo sancta nomina simul conculca, Patriam, Generumque. Ambitio hæc tua, te ignaro, deo serviet: imò patriæ serviet, contra quam sumpta. Reparatio enim erit salusque Romani status. Tu Attila ab extremo orbe advola, sitiens sanguinis & prædæ. rape, cæde, ure, vasta. Sævitia hæc deo militabit: nec aliud quam excitatio Christianorum erit, qui vitiis & deliciis immersi nimis aut sepulti. Quid vos duo Vespasiani? Judæam Judæosque perdite: capite & excidite urbem sacram, qua fini? vos quidem gloriæ & propagandi imperii: sed erratis. reverà lictores & satellites ultionis divinæ estis, in impiam gentem. Ite. & qui Romæ Christianos morte fortasse adficitis, Christi mortem in Judæâ vindicate. Et exempla hæc ab omni ævo obvia, ubi deus per improbas aliorum cupidines, bonam suam voluntatem exercuit; per aliorum injustitiam, exseruit judicia sua justa. Quare miremur, Lipsi, reconditam hanc Sapientiæ vim, non rimemur: & sciamus clades omnes exitu bonas esse, etiamsi cæca hæc mens non videat, aut tarda eò non pertingat. Latent enim nos sæpè veri earum fines: ad quos tamen ignaris nobis pervenient. non aliter quam fluvii quidam, qui erepti oculis & sub terram reconditi, feruntur nihilominus ad suum mare.

Mali insciis & invitis deo serviunt.

† Severini Boëthii verba sunt de Consolat.

Occulti sæpè cladium fines.

Digitized by Google

CAPUT VIII.

Magis distinctè de finibus ipsis. eos triplices esse: & qui, quibus conveniant. Mox paullo fusiùs de Exercitio, quod Bonis non uno modo prodest, firmando, probando, præeundo.

QUOD si fas mihi vela pandere, & navim immittere, altiùs in hoc rerum divinarum fretum: possim de finibus ipsis promere fortassis aliquid magis disertè & exsertè. Homericum tamen illud jure præfatus,

* Si facere id possum, aut fieri res ipsa potuit.

* Εἰ δύναμαι πλέσαι γε, καὶ εἰ τετελεσμένον ἔσῃ.

Sunt enim ex iis, quos satis certò comprehendere & signare posse videor: sunt, quos ambiguè & adspectu confuso. E certis, hi tres: Exercendi, Castigandi, Puniendi. Pleraque enim ista immissio cladium, fiat tendis, aut Bonos exercet; aut Lapsos castigat; aut Improbos punit. eaque omnia nostro bono. Nam ut illustrem, & pedem paullisper in primo fine defigam: videmus cottidie optimos quosque, aut seorsim premi cladibus, aut hisdem involvi pariter cum malis. Videmus, & miramur, quia nec causam satis capimus, nec attendimus ad finem. Causa autem amor in nos dei, non odium: finis, non læsio nostra, sed fructus. Juvat enim Exercitium illud non uno modo: sed Firmat, Probat, Præit. Firmat, quia hoc velut gymnasium est, in quo deus suos ad robur instituit & virtutem. Athletas per multa aspera exerceri videmus, ut vincant: idem de nobis censè in hac cladium palæstrâ. Acer enim ille noster gymnastes & exercitor est: laboris patientiæque exactor, non ad sudorem tantùm: sed ad cruorem. Molliter eum habere suos censes? deliciis fovere aut luxu? non facit. Matres sunt, quæ plerumque specie dulcium corrumpunt, & enervant liberos: patres, qui tristium specie servant. Pater autem ille nobis est: ideoque verè nos diligit & severè. Si nautam te esse velis; per tempestates doceare. si militem per pericula. si verè virum; cur recusas adflictiones? non enim alia ad robur via. Videsne languida illa & umbratica corpora, quæ rarus sol vidit, ventus non strinxit, aura tristior non libavit? tales mollium istorum & perpetim felicium animi sunt, quos dejiciet & resolvat minima adversantis

Tres fines Cladium. Exercendi caussâ, primo.

Quod triplicìter nos juvat. Firmando:

For-

Digitized by Google

Fortunæ aura. Firmant clades igitur, & ut arbores ventis agitatæ, altiùs radices agunt: sic boni in virtute magis comprehendunt, impulsi aliquoties adversitatum flabris. Sed Probant etiam. quia aliter, quomodo constare cu quam potest de firmitudine suâ, aut progressu? Vela gubernatori ventus semper à puppi impleat: artem nusquam explicabit, felicia omnia homini & obsequentia: nusquam virtutem. Obrussa enim ejus unica & non fallax, adflictio est. Magnificè Demetrius: *Nihil mihi videtur infelicius eo, cui nihil evênit adversi.* & verè. Non enim parcit Imperator noster talibus, sed diffidit; nec indulget, sed abjicit & contemnit. expungit inquam eos è legionum suarum numeris, ut ignavos quosdam & imbelles. Postremò Præeunt. quia bonorum in cladibus robur & patientia, velut lumen quoddam est tenebroso huic mundo. Vocant exemplo suo ad eadem alios, & velut limitem signant per quem eant. Bias bona & patriam amisit: sed inclamat etiam hodie mortalibus, ut *Omnia sua secum portent.* Regulus inter tormenta fœdè periit: sed vivit præclarum illud fidei exemplum. Papinianus à Tyranno cæditur: sed securis illa securitatem nobis imprimit pro Justitiâ moriendi. Denique tot selecti viri per vim & injuriam pulsi aut interfecti: sed è rivis illis sanguinis Constantiam cottidie bibimus & virtutem. Quæ tamen omnia latêrent in tenebris, sine cladium istâ face. Ut enim aromata longè lateque odorem emittunt, si teras: sic virtutis fama diffunditur, si premas.

Probanda.

Propanda.

CAPUT IX.

De castigatione, qui secundus finis. eam quoque ostensum ex usu nostro esse, dupliciter.

JAM Castigandi alter finis est. quo nego aliud mitius aut melius repertum ad salutem. Juvat enim servatque dupliciter: sive Fagelli loco, cùm peccavimus; sive Fræni, ne peccemus. Flagelli quidem, quia paterna manus est, quæ lapsos crebrò verberat: carnificis, quæ tardè sed semel punit. Ut ignis aut aquæ lustratio quædam adhibetur ad sordes: sic ista cladium, ad peccata. Et flagellum, Lipsi, meritò nunc nobis. Lapsi enim pridem Belgæ sumus; & delicuis divitiisque corrupti, præcipitem viam institimus vitiorum.

Clades, castigandi causâ.

Quæ castigatio, aut ubi peccato & detrito.

Digitized by Google

Sed admonet ille deus, & revocat clementer: plagas aliquot infligens, ut iis admoniti ad nos redeamus, imò ad ipsum. Bona nobis eripit: quia ad luxum iis usi. Libertatem: quia ad licentiam ea abusi. & miti hac calamitatum ferulâ crimina nostra velut expiat & depurgat. Verè miti. quantula enim ista satisfactio? Persas ajunt, cùm supplicium de illustri viro sumpturi sunt, vestem & tiaram ei detrahere, eaque suspensa verberare ut hominem ipsum: facit hoc noster ille pater, qui in omni castigatione non nos tangit, sed corpus, agros, opes, & omnia externa. At Frænum etiam castigatio est, quod opportunè injicit, cùm videt peccaturos. Ut medici sanguinem interdum providè demittunt, non quia æger sis, sed ne ægrescas, sic deus per has clades quædam nobis adimit, materiam aliàs & fomitem vitiorum. Novit enim ille naturas omnium, qui condidit: nec ex venis aut colore de ægritudine judicat, sed è pectore & è fibris. Videt Etrusca ingenia vegeta nimis & excitata? Principe coërcet. Helvetiorum sedata & mitia? libertatem indulget. Venetorum media; medium dat regimen. eaque ipsa in tempore fortasse mutaturus est, cùm ipsi se mutabunt. Tamen querimur. & cur, inquiunt, nos diutius bello ad stigimur, quam alii? aut cur in acriori servitute? Stulte & verè jam æger, tu prudentia ante deum es? Dic mihi, cur medicus aliquis huic plus absynthii aut ellebori miscet, quàm illi? nempe quia morbus ejus id postulat, aut natura? Idem in te cense. Videt hunc populum fortasse ferociorem esse; ideoque flagris coërcendum: illum alterum mitiorem, & in gyrum reduci posse sola virgæ umbra. At tibi ita non videtur. Valdè scilicet id refert! Ne parentes quidem puero cultrum aut ferrum in manu relinquunt, etsi valdè se adflictanti. prævident enim læsionem. cur deus nobis ad perniciem indulgeat, qui verè pueri, nec salutaria gnari sumus petere, nec abjicere nocitura? Tamen, si voles, & quantum voles, plora. bibes nihilominus illud poculum mœrorum, quod non temerè tam plenum tibi cælestis ille medicus propinat.

Aut deterret ab iisdem & arcet.

Sæpè enim in antecessum adhibetur: Ab illo qui internos omnes morbos, imò inclinationes novit.

Ideò frustrà in medicinam ejus inquirimus. Aptat enim eam pro varietate ingeniorum.

Nostra pervo judicia, in nostro morbo, corrupta.

CAP

CAPVT X.

Denique Punitionem ipsam bonam & salubrem esse dei respectu, hominum, & ejus qui punitur.

AT Punitio ad malos spectat, fateor: non tamen mala. Bona enim primò, si deum respicis: cujus justitiæ æterna & immota lex postulat, peccata hominum aut emendari, aut tolli. Castigatio autem, quæ ablui possunt, emendat: quæ nequeunt, Punitio tollit. Bona iterùm, si homines spectes. quorum stare aut perennare hæc societas non potest, si violentis scelestisque ingeniis omnia sint impunè. Ut ad privatam cujusque securitatem, privati furis aut sicarii supplicio opus est: sic ad publicam illustri aliquo & communi. Animadversiones istæ in tyrannos, & orbis terræ latrones, aliquando interveniant necessum est, ut exempla sint quæ admoneant.

Clades, puniendi caussâ.

Quæ punitio amara sed bona; dei, hominumque respectu.

* Ἔστιν δ' ἁμαρτὴς ἐφθαλμὸν, ὃς ἐμὲ πείθει ἐρεῖν.

quæ aliis regibus populisque inclament,

Discite justitiam moniti, & non temnere divos,

† Justitiæ lumen esse cuncta quod videt.

Bona tertiò, si eosipsos spectes qui puniuntur. Pro ipsis enim. quia non tam ultio hæc aut vindicta propriè est, nec umquam benignum illud numen——*ex irâ pœnas petere imbibit acres*, ut piè poëta impius ait: quàm cohibitio quædam à scelere & repressio: &, ut cum Græcis signanter dicam, * κόλασις, ἀλλ' οὐ τιμωρία. Ut mors bonis clementer sæpè immissa, ante scelus: sic disperatè malis, in scelere. quod ita amant, ut nisi sectione ab eo non avellantur. Sistit igitur deus efflæ nem illum cursum, & peccantes paratosque peccare benignè tollit. Denique pœna omnis bona, Justitiæ adspectu: sicut impunitas mala, quę efficit ut diutiùs scelesti, id est miseri vivant. Acutè Boëthius: *Feliciores esse improbos supplicia luentes, quàm si nulla eos justitiæ pœna coërceat.* & caussam dat, quia bonum aliquod iis accessit (pœna videlicet) quod in reliquo cumulo criminum non habebant.

Lmo etiam respectu punitorum.

Divina non ultio propriè, sed cohibitio.

† *Aristoteles egregiè 1. Rhetor.* Διαφέρει δὲ τιμωρία κόλασις, ἡ μὲν γὰρ κόλασις ἐστὶ πάσχοντος ἕνεκά του, ἡ δὲ τιμωρία ἐστὶ ποιοῦντος.

Digitized by Google

CAPUT XI.

De Fine quarto, qui homini ambiguus est. eum pertinere vel ad Conservationem tutelamque Universi, vel ad Cultum. Singula uberius explicata.

Finis quidam cladium communis, & Universum spectant.

HI tres illi fines, Lipsi, certi, clari: & quos pede per agravi satis firmo. quartus superest, quem vacillante. Ignotior enim ille & remotior, quàm ut humanæ mentis vestigium firmiter eum premat. Per nubem dumtaxat video: & suspicari mihi de eo jus, non scire; ambire, sed non adire. Finis quem intellego communis est, & tangit Conservationem sive cultum Universi. Ac de Conservatione quidem eò suspicor, quòd deus ille qui sapienter hæc omnia condidit & disposuit; ita condidit, ut singula certo * numero, augmento, pondere definiret. nec modum eum generi cuique excedere fas, sine inclinatione omnium aut ruinâ. Ita magnis illis corporibus sui termini, cælo, mari, terræ: ita animantium cuique sæculo descriptus numerus: itemque hominibus, opidis, regnis. Excedere ea volunt? turbo igitur cladium aliquis atterat necessum est & tempestas. Nam aliter, noceant lædantque pulcherrimum hoc opus Universi. Atqui excedere volunt sæpè, præsertim ea quibus data lex gignendi crescendique. Homines ecce vide. quis neget densiùs per naturam nos nasci, quàm per eamdem mori? adeò ut duo aliqui homines ex suo cœtu centena capita paucis annis producant, non occidant ex iis dena aut vicena. Gregem pecudum; crescat immensùm, nisi pecuarii quotannis secernant aliquas & eligant ad macellum. Aves & pisces aëra sive aquas brevi impleant, nisi dissidiæ quædam & velut bella inter ipsa sint, itemque insidiæ ab humana gente. Opida aut urbes; struit & ædificat sua quæque ætas: & nisi incendia interveniant aut ruinæ, vix ceperit ea noster & alter orbis. Et licet, in cogitatione simili, perambules naturam hanc rerum. Quid ergo mirum, si Saturnus ille pater falcem interdum immittit in luxuriantem hunc agrum, & superflua aliquot millia peste demerit, aut bello? Nisi faceret: quæ jam regio capiendis nobis sit? quæ tellus alendis? Pereat ergo jure in partibus aliquid, ut summa ista summarum æterna sit. Ut enim moderatoribus reip. *salus populi suprema lex est*: sic deo, mundi. At de Cultu conjicio dupliciter. Primùm, quia ornatum nullum in hac va-

* Πάντα μέτρῳ καὶ ἀριθμῷ καὶ σταθμῷ διέταξε. ait Hebræus Sapiens c. 11. *Creata omnia, & præsertim animata, exuberant & fœtificant. Idque, si violentum nihil interveniat immensum. Ideò gladio quodam cladium opus, ad metendum & minuendum. Aliter orbis non stet. Qui Deo tamen ante omnia curæ. Ovant & ovant etiam clades:*

Digitized by Google

ſtâ machinâ concipio, ſine varietate & diſtinctâ viciſſitudine rerum. Solem illum pulcherrimum fateor. ſed gratiorem tamen eum roriflua nox facit, & pallium obductum nigræ matris. Æſtatem amœniſſimam. ſed quam hiems commendat, & glacialia illa marmora, & canæ nives. Quæ ſi tollis, reverà ſenſum gaudiumque intimum tollis, ſive lucis, ſive æſtus. In hac ipſa noſtra terra, non una facies me delectat. ſed plana videre capior & colles, valles & rupes, culta & arenas, prata & ſilvas: ſemperque faſtidium & ſatiâs, comites paritatis. Et in hac vitæ, ut ſic dicam, ſcæna, cur idem habitus mihi ſemper placeat & vultus? Imò non placeat, ſed, meo animo, Alcedonia interdum & malaciæ quædam ſint, quas mox bellorum aliqui turbines abrumpant, & ſævientium tyrannidum procellæ. Quis voveat hoc Univerſum, ſicut mare mortuum eſſe, ſine vento, ſine motu? Sed & Cultum etiam alium odoror, magis ſerium, & cum interiore fructu. Hiſtoriæ mihi præeunt, meliora omnia & molliora ferè ſubſequi poſt cladium iſtos nimbos. Bella populum aliquem exagitant, ſed eadem * exacuunt, & ingenii variam culturam plerumque inferunt & artes. Romani olim orbi terræ acerbum jugum impoſuerunt: ſed jugum ſalubre exitu, quod, ut ſol caliginem ab oculis, ſic barbariem ab animis fugavit. Quid Galli nos aut Germani nunc eſſemus, niſi magni imperii illa lex nobis adfulſiſſet? Feri, horridi, cædibus alienis & noſtris gaudentes, dei hominumque contemptores. Idemque, ut auguror, novo huic Orbi eveniet: quem Ibêri ſalutari quadam ſævitia exhauſerunt, & iidem mox replebunt & colent. Atque ut ii qui magna plantaria habent, arbores alias transferunt, alias inferunt, alias excîdunt: eaque omnia peritè adminiſtrant, & in bonum ac fructum: ſic in vaſto hoc mundi agro deus. Scientiſſimus enim ille cultor eſt: & alibi oneroſos aliquot familiarum ramulos defringit; alibi hominum aliquot folia decerpit ac deſtringit. Juvat hoc ſtirpem: at illi cadunt, & hæc volant ludibrium ventis. Videt enim gentem illam retorridam, & virutum jam effætam: ejicit. Aliam aſperam & infrugiferam: transfert, & quaſdam inter ſe etiam confundit, & velut inſitione quadam miſcet. Vos labente imperio, enerves & fracti Itali, quid optimam terrarum occupatis? cedite, & duri illi robuſtique Longobardi felicius exerceant hanc glebam. Vo mali & molles Græci perite: & crudi illi Scythæ

Varietate quâdam rerum.

Iterùm emendatione & ex poſitione rerum ſive animorum.

* Quo ſpectat proverbium, ὁ πάλαμος ἁπάντων τοῦτο φέρει. quod ſtruſtrà aliò referunt.

panæ

Digitized by Google

pangantur & molleſcant in hoc ſolo, itemque confuſione quadam gentium, vos Franci Galliam, Saxones Britanniam, Normanni Belgicam & finitima occupate. Quæ omnia & plura, Lipſi, prompta non ignavo Lectori ex hiſtoria, & eventis rerum. Attollamur igitur. & quidquid noxæ privatim nobis infertur, prodeſſe ſciamus in parte aliqua Univerſi. Hujus gentis aut regni interitus, alterius ortus erit: illius opidi occaſio, exſtructio novi: nec quidquam propriè hîc interit, ſed mutat. An ſoli Belgæ nos eximii apud deum ſimus? ſoli felices perpetuò, & Fortunæ tantùm albæ pulli? Inepti! plures imò liberi magno illi patri ſunt: quos permitte, quoniam ſimul omnes non vult aut poteſt, foveat & in ſinum recipiat per intervalla. Fulſere nobis noſtri ſoles: nox paullìſper hîc nunc ſit, & radiatum illud lumen abeat ad Heſperios & occaſum. Seneca, ut ſolet, ad hanc rem aptè & altè: *Vir ſapiens nihil indignetur ſibi accidere, ſciatque illa ipſa quibus lædi videtur, ad conſervationem Univerſi pertinere, & ex his eſſe quæ curſum mundi officiumque conſummant.*

Solatium quod ex fine petendum.

CAPUT XII.

Contra juſtitiam divinam vetus & vulgata objectio: cur impares pœnæ? ea inquiſitio ab homine remota, & oſtenſa impia.

Per occaſionem, Juſtitia divina accuſata.

CUM interjungeret hic paullùm Langius, excepi. Quod fons aquæ viatoribus in æſtu: id mihi tuus ſermo. Fovet, recreat, & frigerante quodam ſucco febrim meam temperat & calorem. Sed temperat etiam non tollit. Spina mihi illa in animo, quæ priſcos quoque pupugit, de imparitate puniendi. Quid enim ita Langi, ſi æquabilis Juſtitiæ illa lanx, telum hoc cladium,

Quaſi pœna & clades non ex æquo, nec in meritos.

* ——*plerumque nocentes*
Præterit, exanimatque indignos inque merentes?

* Lucretii verſus.

Cur inquam immeriti aliquot populi everruntur: & culpæ majorum in poſteros ſæpè expetunt & nepotes? Fumus iſte acer mihi in oculis: quem, ſi potes, rationis radio tolle. Langius contractâ fronte, Itane adoleſcens inquit, iterùm mihi exorbitas? nolim. Ut enim periti venatores canem non ſinunt aberrare, ſed inſiſtere uni feræ: ſic ego te veſtigia illa tantùm velim premere, quæ

Digitized by Google

quæ signavi. Fines cladium tibi ingero, ut si bonus es, exerceri te sentias, si lapsus, allevari; si improbus, puniri: tu me rapis ad causas. Vaga mens, quid per hanc curiosam curam tibi vis? Tangere cælestes illos ignes? liquesces. Scandere in Providentiæ arcem? cades. Ut papiliones, & minuta quædam animalcula, vesperè lucernæ lumen idemtidem circumvolitant, donec amburantur: sic humana mens lascivit circa arcanam illam flammam. Cedò causas, inquis, cur divina ultio hos prætereat: illos tangat. Causas? tutissimè dicam, me nescire. Non enim cepit me umquam cælestis illa curia, nec ego ejus decreta. Hoc tantùm scio, caussam ante omnes causas esse, voluntatem dei. A quâ qui quærit aliam, vim & potentiam ignorat naturæ divinæ. Nam caussam omnem necessum est, genere quodam, priorem & majorem esse suo effectu: at deo & ejus voluntate nihil prius aut majus. non ergo ulla ejus caussa. Deus præteriit, deus tetigit: quid ultrà hìc vis? *Summa justitia est*, ut rectè & piè Salvianus ait, *voluntas dei*. Tamen rationem aliquam hujus imparitatis exigimus, inquiunt. A quo? à deóne? cui uni licet quod libet: & nihil libet, nisi quod licet? Si servus à patrefamilias, subditus à Principe rationes exigat; ille contumeliam putet, hic rebellionem: tibi plus animi adversus deum est? Apage te perversa curiositas. *non aliter hæc ratio constat, quàm si nulli reddatur.* Et tamen cùm omnia feceris; non evolves te tuis tenebris, nec ad consilia illa & consulta verè Tacita pertinges. Egregiè Sophocles:

* Αἰνῶ δ' ὅσ' ἂν θεὸς διδῷ, κρυπτόντων θεῶν,
Μάθοις ἂν, εἰδ' οἱ πάντ' ἐπιξήλοις σκοπόν.

Sed supra hominem ostensa ea inquisitio.

Quę cum casus periculo:

Et ad quam planè cęcutimus.

Quidquid deus vult ideo rectum quia vult.

Tacitus 1. Annal.

*Divina numquam ipsis tegētibus deis, Scibis, nec omnia usque si pervaseris.

CAPVT XIII.

Tamen ut curiosis satisfiat, separatim ad tres veteres objectiones responsum. & primò ad eam de Malis non punitis: quos differri docemus, non dimitti. idque vel hominum ipsorum caussâ, vel naturâ quâdam dei, qua ad supplicium lenta.

Simplicitas & modestia deo grata.

RUDIS hæc & simplex via, sola hìc tuta, Lipsi: reliquæ fallaces & lubricæ ad lapsum. In divinis superisque unum acumen est, nihil cernere; una scientia, nihil scire. Tamen quoniam olim & nunc involvit ingenia hæc nubecula: evolvam eâ te breviter, si possum, & hærentem transferam quoque per hoc flumen.

Tu

Digitized by Google

Tu cælestis & æterna Mens (in altum ſuſpiciebat) pacem veniamque mihi da, ſiquid in his arcanis minùs pium purumve dicam, adfectu tamen pio. Ac primùm, Lipſi, communiter Juſtitiam ſuam adſerere deo poſſe videor, uno iſto ictu. Si adſpicit res humanas deus, etiam curat. ſi curat, regit. ſi regit, judicio regit. at ſi judicio, quomodo injuſtè? Non enim regimen ullum ſine eo ſit, ſed congeries, confuſio, turba. Quid habes quod opponas huic telo? quod ſcutum aut quę arma? ſi verum fateri vi, imperitiæ humanæ. Non capio, ais, cur hi puniantur, hi non puniantur. Benè habet. ergone ad imprudentiam, impudentiam adjunges; & vim divini illius purique juris quia non capis, carpes? Quæ poteſt contra juſtitiam injuſtior eſſe ratio? Si hoſpes aliquis arbitrari leges aut inſtituta patriæ tuæ velit, ſilere eum jubeas & faceſſere, quia non capit: tu terræ hujus incola, temerè damnabis ignotas cæli leges; tu opus, conditorem? Et tamen age, liceat. premam te enim jam propiùs, & calumniæ tuæ nebulas diſtinctè examinabo ad rationis, ut poſtulas, ſolem. Tria objicis. quòd molos non puniat: quòd immeritos puniat: quòd ſubſtituat & commutet. De primo, priùs. Malos, ais, divina ultio malè præterit. Itane præterit? imò, ut ego ſentio, differt. Si magnum æs alienum habeam, & ab illo debitore ſtatim exigam, huic in diem reponam: quid culpes? arbitrii enim hoc certè mei & ſpontis. Atqui idem facit magnus ille deus, cui cùm pœnam improbi omnes debeant, ab iſtis eam ſtatim exigit, in aliis differt, ſed cum fœnore ſolvendam. Quę hìc iniquitas? Niſi tu dei vicem fortaſſe ſollicitus es, & metuis nequid ei pereat per hanc benignam moram. Atqui ſecurus es, mi homo; nemo umquam decoquet ſupremo huic creditori. In oculis ejus omnes ſumus, quocumque fugimus: imò in nervo & in vinclis. Sed vellem, inquies, tyrannum illum nunc puniri, & præſenti cæde ejus ſatisfieri tot oppreſſis. clarior enim ita nobis dei juſtitia. Clarior juſtitia? Imò tuus mihi ſtupor. Quis enim tu ille es, qui deo non ad pœnam ſolùm præeas, ſed ejus etiam tempora præſcribas? Vtrùm judicem eum tuum eſſe cenſes, an lictorem tantùm & adminiſtrum? Abi, duc, verbera, caput obnubito, arbori infelici ſuſpendito. Ita enim mihi viſum. Heu impudentiam! ſed deo aliter viſum; quem ſcire debes paullò clariùs hìc cernere, & alio quodam fine punire. Te calor exgitat & aufert vindictæ quædam cupido, à quibus ille remotiſſimus, exemplum ſpectat, & correctionem aliorum.

Cujus Juſtitia generatim probata.

Quam ſola imperitia noſtra accuſat.

Injuſta lege & more.

Omnis contra Juſtitiam ſuperam calumnia triplex.

Diluta prima, quod mali non puniantur.

Omittit præſentaneam pœnam interdum deus, non remittit.

Nec hęc dilatio ei fraudi.

Cur omittat ſive differat

Primo tempeſtivę correctionis cauſſa.

Scit

Digitized by Google

Scit autem optimè, quibus ea utilis esse possit, & quando. Magna momenta temporum sunt, & saluberrima sæpè medicina abiit in perniciem, data non opportunè. Caligulam in primo tyrannidis suæ cursu sustulit: Neronem grassari paullò diutiùs sivit: diutissimè Tiberium nec ambige, quin eorum ipsorum, qui tum quoque querebantur, bono. Egent diuturno sæpè flagello mali nostri & inemendati mores: at nos tolli illud statim volumus, conjici in ignem. Hæc una tarditatis ratio, quæ nos tangit, alia quæ ipsum deum, cui videtur insitum, *ut lento gradu ad vindictam sui procedat, tarditatemque supplicii gravitate compenset.* Benè Synesius: * Τὸ θεῖον χωλὸν τὸ βάθος βαδίζει. nec malè prisci, qui ab hac mente Deos fingebant laneos habere pedes. Vt quantumvis fervidus & vindictæ properus sis, non videaris ægrè ferre debere hanc moram: quæ ita pœnæ intervallum est, ut sit & augmentum. Dic mihi, tragœdiam si spectes, an indignêre si Atreus ille aut Thyestes, in primo alteroque actu, sublimes per scænam & elati paullisper incedant? regnent, minentur, imperent? non opinor. brevem enim felicitatem eam esse scias, & exspectes ut fœdè mox ruant in extremo. In mundi hac autem fabula, cur iniquior in deum, quàm in poëtam aliquem es? ille impius floret, ille tyrannus vivit. Ita. sed cogita primum hunc actum esse: & jam antè animo tecum præcipe, gaudium istud manere lacrymas & angores. Scæna hæc mox sanguine diffluet, & volventur in eo purpureæ istæ auratæque vestes. Bonus enim ille noster poëta est, nec temerè grabit tragœdiæ suæ leges. Nonne etiam in Musicâ dissonas aliquamdiu voces fers, quia extrema desitura scis in concentum? idem hîc fac. At enim Punitionem eam non vident semper læsi. Quid mirum? longiuscula enim sæpè fabula est, nec illi persedere tamdiu potuerunt in hoc theatro. Vident tamen alii: & concipiunt jure metum, quoniam ampliari quosdam in rigido hoc judicio vident, non absolvi; diffundi pœnæ diem, non tolli. Quamobrem, Lipsi, hoc tene, differri aliquando impios, non dimitti: nec crimen quemquam in pectore gestare, qui non idem Nemesim in tergo. Sequitur enim illa dea, & ut cum Euripide dicam,

——— * Σιγῇ καὶ βραδεῖ ποδὶ
πάντων μάστιν τὰς μεγίστας ὅμως τίνει.

Secundâ natura sua (fas ita loqui) dicit. *Divinum numen lentè & ordine progreditur. *Quia clementissima illa mens, tarda in pœnas.* *Quæ diquando tamen cum fœnore veniunt.* *Vita hæc impiorum tragediæ compar.* *Silenter & lento pede Progressa capiet impios in tempore.

CAPVT

CAPUT XIV.

Deinde ostensum plures esse Pœnas: & quasdam occultas internasque, quæ scelus ipsum comitentur, & quas improbi effugiunt numquam. quæ graviores quàm ullæ externæ.

Tlures tamen divinas esse pœnas.

QUÆ tamen ut clariùs capias, & semel te ducam in arcem ipsam hujus caussæ: hoc sciendum, triplices divinas esse pœnas, Internas, Postumas, Externas. Illàs appello, QUÆ ANIMUM TANGUNT, SED ADHVC IN CORPORE, uti sunt angores, pœnitentia, metus, & conscientiarum mille morsus. Alteras, QVÆ EVMDEM ANIMVM, SED LIBERVM JAM ET A CORPORE ABJVNCTVM. uti pœnæ eæ sunt, quas, morte obita, sceleſtos manere etiam è prisci illis plerique non vanè sunt suspicati. At tertias, QVÆ CORPVS TANGVNT, AVT QVÆ CIRCA ILLVD, ut paupertas, exsilium, dolor, morbi, mortes. Et est quidem plerumque, ut eæ omnes justo quodam dei judicio in impios conveniant: certè quidem priores duæ semper. Ut de Internis dicam: quis ille umquam tam projectus ad omne nefas, qui non acria quædam flagella in animo & velut ictus senserit, sive in faciendo scelere, sive magis jam facto? Verè enim * ἀκόλαστον τὸ ἀδικίας ἡμαρτία, ut Plato olim dicebat: vel, ut veriùs & fortiùs Hesiodus, ἀλιτοσύνης. Cognatum; imò innatum, omni sceleri sceleris supplicium: & nihil in vita securum solutumque, præter Innocentiam est. Ut cruciarii, Romano ritu, crucem suam ferebant, ipsi ab eâ mox ferendi: sic impiis omnibus conscientiæ hanc crucem deus imposuit, in quâ pœnas luant priusquàm luant. An tu tolam eam punitionem censes, quæ incurrit in oculos? quam corpuscu-lum hoc subit? Non est. externa ista omnia leviter nec in longum nos tangunt: interna sunt, quæ angunt. Ut magis in morbo judicantur, qui tabe aut marcore laborant, quàm qui inflammatione aliqua aut febri: & tamen hę magis appârent: sic in graviore pœna improbi, qui lento illo passu ducuntur ad æternam suam mortem. Caligula olim per sævitiam imperare solitus, *Ita feri, ut sentiat se mori*: id illis evenit, quos carnifex ille animus cottidie minutis ictibus cedit & pungit. Nec splendor tibi imponat, & circumfusa potentia, aut opes. quia non magis illi ideò felices aut beati; quàm sani

Internas.

Postumas

Externas.

Aliquæ ex istis semper expetunt in impios.

Præsertim Interna, quę animum lancinant

* Subsequa injuriæ pœna.

* Coætanea & æqualis.

Eæque pœnę graviores:

Quę sæpè subsilacrimę & lætâ facie.

Digitized by Google

ſtrato. Mendicum aliquem in fabulâ vides, qui regis perſonam ſuſtinet, auratum & pulchrum. vides, ſed non invides; quia latêre ſub auro illo ſcis ſcabiem, pædorem, ſordes. idem exiſtima in magnis omnibus iſtis & ſuperbis tyrannis: *Quorum mentes ſi recludantur*, ait Tacitus, *poſſint adſpici laniatus & ictus: quando ut corpora verberibus, ita ſævitiâ, libidine, malis conſultis animus dilaceretur.* Rident illi ſæpè, fateor: ſed non verum riſum. Gaudent: ſed non germanum gaudium. non herele magis, quàm ii qui capitis damnati in carcere attinentur, & talis interdum aut teſſeris fallere ſe conantur, nec fallunt. Manet enim impreſſus ille imminentis ſupplicii terror, nec tollit ſe umquam ab oculis imago luridæ mortis. Vide mihi, ſodes, dimoto externorum iſto velo, Siculum illum tyrannum:

In malis, diſſidium linguæ & ſenſus.

Diſtrictus enſis cui ſuper impiâ
Cervice pendet.

Audi Romanum illum lamentantem: * *Dii me deæque pejus perdant, quàm perire cottidie ſentio.* Audi alterum ingemiſcentem: * *Ergo ego ſolus nec amicum habeo, nec inimicum?* Hæc vera illa animorum tormenta, Lipſi, hi cruciatus, angi ſemper, pœnitere, metuere: quibus cave compares eculeos ullos, fidiculas, uncos.

* Tiberii verba ex epiſtola ad Senatum.

Neronis morituri verba.

CAPUT XV.

Pœnas etiam Poſtumas manere improbos. & plerumque imò ipſas Externas: quæ exemplis aliquot illuſtribus adfirmata.

ADDE jam huc Poſtumas illas & æternas pœnas: quas è media Theologia poſuiſſe mihi ſatis ſit, non evolviſſe. Adde etiam Externas, quæ tamen ſi deſint, cùm priores illæ irrogentur, quis cæleſtem Juſtitiam juſtè culpet? At non deſunt. nec factum umquam (certè rarò) quin apertè ſceleſti & aliorum oppreſſores, pœnas item luerint ſpectabiles & apertas, alii citiùs, alii ſeriùs: alii in ſe, alii in ſuis. Vides & quereris Dionyſium illum in Sicilia, ſtupra, rapinas, cædes, multos annos impunè exercentem? paullùm ſuſtine. videbis eumdem mox infamem, exorrem, inopem, à ſceptro (quis credat?) ad ferulam devolutum. Ille magnæ inſulæ rex, ludum Corinthi aperiet, ipſe Fortunæ verus ludus. Parte alia, Pom-

Poſtumæ pœnæ de quibus Theologi propriè diſſerunt. Sed plerumque etiam Externæ premunt. Sive in ipſis qui peccarunt, ſive in ſtirpe. Dionyſii mira & verè à deo punitio.

Digitized by Google

pejum in Pharsaliâ vinci indignaris, & exercitum penè è Senatu? ludere & lascivire aliquamdiu in civili sanguine tyrannum? ignosco, video enim Catoni ipsi clavum hîc tantùm non recti judicii extortum, & elicitam ab alto pectore ambiguam vocem *Res divinas multùm habere caliginis.* Sed tamen tu Lipsi, tu Cato, flectite paullùm huc oculos: unus adspectus in gratiam reducet vos cum deo. Cæsarem illum videte, superbum, victorem, opinione suâ & aliorum jam deum, in Senatu, & à Senatu interfectum, nec simplici morte, sed viginti tribus plagis confectum, instar feræ in sanguine suo volutantem. & (quid ampliùs vultis?) in Pompeii curia, superstante Pompeii statua, magnam victimam Magni manibus parentantem. Ita Brutus in campis Philippicis, pro patria & cum patria moriens, mihi quoque miserationi est. sed consolor idem, cùm haut longè video victores illos exercitus, velut ad ejus tumulum, gladiatorio more inter se commissos: & è ducibus alterum, M. Antonium, terra marique victum, inter tres mulierculas, mulierosa illa manu, ægrè mortem invenientem. Ubi tu es Orientis ille paullò antè dominus? lanista Romanorum exercituum? Pompeii & reip. sector? En, in fune cruentis manibus pendes! en, vivus in monimentum tuum repis! en, ne moriens quidem avelleris ab eâ quæ tibi morti! Vide an vanè vocem supremam & votum illud efflaverit Brutus jam moriens:

Item Julii Cæsaris.

Item M. Antonii.

* Ζεῦ, μὴ λάβῃς σε τλὺν δ' ὡς ἐμὲ κακά.

Non enim latuit profectò, non effugit, non item ille alter dux, qui poenam juvenilium scelerum non obscurè in se luit, & clariùs in omni sua stirpe. Sit felix & magnus Cæsar, & verè Augustus: sed filiam tamen Juliam habeat, sed neptem, nepotes alios per fraudem per vim amittat, alios abdicet. & horum tædio, quatriduana inedia mori velit, nec possit. denique cum Livia sua vivat, foede ducta, foede retenta: & quam turpi amore ipse periit, * turpi morte per eam pereat. *In summâ*, inquit Plinius, *deus ille, cælumque nescio adeptus magis an meritus, herede hostis sui * filio excedat.* Hæc taliaque cogitanda, Lipsi, cùm querela illa iniquitatis erumpit: & ad duo semper vertenda mens, Tarditatem supplicii & Varietatem. Non punitur nunc ille? mane, punietur. Non in corpore: sed fortasse in animo. Non vivus? sed certè mortuus.

Numquam antecedentem scelestum
Deseruit pede pœna claudo.

Stat enim semper divinus ille oculus: & cùm dormi-

f Ne hujus mali te fallat auctor, Jupiter.

† Ob suspicionem veneni ab ea dati.

† Nempe Tiberio.

Conclusio hujus loci & querelæ de Malis.

Digitized by Google

mire eum censes, conniver. Tu tantùm æquus in eum sis: nec judicem tuum inaniter accusa, ipse ab eo judicandus.

CAPUT XVI.

Responsio ad alteram objectionem, de Immeritis. Ostensum omnes meruisse pœnam, quia omnes in culpâ & qui magis aut minus, ægrè imò nullo modo ab homine posse discerni. Deum solum esse, qui noxas clarè videat. Ideoque justissime puniat.

Sed enim immeriti & innoxii aliquot populi puniuntur, inquis. Nam hæc secunda tua querela, sive calumnia potiùs dicam. Incautè adolescens, sic loqueris? Puniuntúrne immeriti? Ubi ergo gentium, gentes tibi repertæ sine noxa? Fiducia, imò temeritas sit, in singulo aliquo homine id ponere: tu nihil ambigis populos & gentes statuere impeccantes? Vanissimè. Peccamus enim & peccavimus omnes, scio: nati in labe, vivimus in labe: & cæli jam armamentaria, ut cum Satyrico illo jocer, sine telo sint, si fulmina semper missa in merentes. Non enim ut pisces in sale nati & alti, salem tamen non referunt: sic censendum homines in hac mundi fæce, esse ipsos sine fæce. Atqui si omnes in noxâ, ubi populi isti immeriti? Culpæ enim comes, justissimè pœna semper est. Sed inæqualitas, inquies, illa mihi displicet: quod quidam premuntur qui minora peccarunt? florent & regnant qui magna. Nempe hoc erat! eripies tu, credo, trutinam cælestis Justitiæ manibus, & tuo quodam sensu ponderibusque eam librabis. Quò enim aliter spectat hæc delictorum parium impariumve æstimatio, quam ante deum tibi sumis? Sed duo hìc, Lipsi, cogita. Primum, æstimari ab homine noxas alienas non posse, non debere. Quomodo enim? Tu homulle peccata æquiter appendas, qui nec attendis quidem? tu ea legitimè discernas, qui nec cernis? Quod enim facilè mihi das, animus est qui peccat: per corpus quidem & sensuum hæc instrumenta, sed ita ut momentum & pondus omne criminis sit ab ipso. Quod adeò verum est, ut si invitum aliquem statuis peccasse, non peccârit. Id autem si est: quomodo, obsecro, peccatum ipsum pervidebis, qui nec cubile ejus aut sedem?

Secunda calumnia de Immeritis. Verò calumnia: quia innoxii aut immeriti nusquam.

Nec prætexenda inæqualitas culpæ aut pœnæ.

Cui homines non boni judices.

Ut qui animum non videant, peccati judices.

Digitized by Google

Nam mentem certè adeò alienam videre non potes, ut nec tuam. Magna igitur hæc vel vanitas vel temeritas tua est, censuram æstimationemque vindicantis in re nec visa plenè nec videnda, nec nota nec noscenda. Secundò illud cogita, ut maximè ita sit, nec malum tamen aliquid hîc esse, nec iniquum. Non malum: quia illorum ipsorum bono fit, qui castigantur statim vel in minimis noxis. Dilectio illa divina est: & jure semper suspecta tarditas, cui gravior Punitio adhæret. Non item iniquum: quia pœnam, ut dixi, omnes meruimus: nec umquam vel in optimis illa puritas, ut non maculæ aliquæ superstint falsa hac aqua cladium velut eluendæ. Quamobrem, adolescens, mitte hanc dé æstimatione noxarum intricatissimam litem, tu terrestris pedaneusque judex: deo permitte, qui haut paullò æquiùs de ea certiusque è superiore tribunali cognoscet. Ille est solus, qui merita potest expendere: ille, qui sine ullo simulationum fuco aut cerussa, virtutem vitiumque videt in vero suo vultu. Quis ei imponat, qui externa & interna pariter rimatur? qui corpus videt & mentem? qui linguas & fibras? aperta denique & operta? Quique non facta solùm ipsa, sed causas eorum & progressus videt in clara luce. Thales olim interrogatus, * Εἰ λήθει θεὸς ἁμαρτάνων ἀδικῶν; ἀλλ' οὐδὲ μέλλοντα, verè respondit. At nos contrà hîc in nube, qui non solùm occulta scelera non videmus sub tunica (quod ajunt) & sinu admissa; sed vix aperta & protracta jam in lucem. Non enim culpam ipsam & vim ejus cernimus, sed externa quædam vestigia admissæ & jam fugientis. Optimi sæpè nobis, qui deo pessimi: & rejecti contrà, qui illi electi. Claude igitur si sapis, de meritis aut immeritis os & oculos: caussæ tam obscuræ non benè cognoscuntur de plano.

Nec caussa item externæ punitionis: quæ sæpè pro bono.

Deo igitur soli servanda hæc æstimatio. Καλὸν γνῶσις.

Et quem velum vullum aut simulatio externa fallat.

* An falleret deos injustè faciens? Ne cogitans quidem.

CAPUT XVII.

Responsio ad objectionem tertiam, de pœnis translatis. exemplis monstratum id etiam apud homines fieri. Quæ deo translationis hujus caussa sit. & pluscula alia satis curiosa subtilitatis.

Tertia calumnia, de Substitutis in pœnâ. Quod tamen nec apud homines novum.

At tertia etiam offusa à te Justitiæ nebula abstergenda est, de Substitutis. Pœnas enim, inquiunt, parum justè deus transfert: & majorum culpas malè luunt nepotes. Hem! itane hoc novum aut mirum? Imò

Digitized by Google

Imò miror ego mirari istos miriones: cùm cottidie ipsi id faciant in sua terra. Dic sodes, beneficia quæ ob virtutem à Principe majoribus data, nónne transeunt ad nepotes? sanè transeunt. nec aliter in mulctis aut pœnis, opinor, quæ iisdem impositæ ob scelus. Ecce in perduellionis aut majestatis crimine, manifestò alii in culpâ sunt, alii in pœnâ. idque adeò intendit humana sævitia, ut latę leges sint, quæ innoxios liberos æternâ egestate puniant, *ut mors sit eis solatium, & vita supplicium.* Maligni vestri animi! regi alicui aut dynastæ licere id vultis, non vultis deo. Cui tamen, si examinas, haud paullò justior severitatis hujus caussa. Peccavimus enim, & rebelles magno huic regi fuimus in uno omnes: & per tot stirpium traduces, primogenia illa macula propagata ad infelices natos. Ita nexus & catena quædam hęc criminum coram deo est: nec peccare, exempli caussâ, pater meus aut tuus jam cœpit, sed patrum omnes patres. Quid ergo mirum, si punit in posteris non propriè diversa delicta, sed communione quadam seminis juncta, nec unquam intermissa? Sed ut omittam hæc sublimia, & agam tecum magis populari quadam rationum viâ, hoc scito; deum conjungere, quæ nos per imbecillitatem aut imperitiam disparamus: & familias, opida, regna, non ut varium quiddam intueri aut confusum, sed ut corpus naturamque unam. Scipionum illa aut Cæsarum familia, unum illi est: Romana aut Attica urbs, ab omni suo ævo, unum: unum item Romanum imperium. Jure. vinclum enim quoddam est & legum jurisque societas, quæ magna corpora hæc ligat: efficitque ut, etiam inter ævo dissitos, communio quædam sit præmiorum & pœnarum. Itaque Scipiones olim boni? apud cælestem illum judicem posteris id quoque prosit. Mali? noceat. Belgæ ante annos aliquot lasciví, avari, impii? nos luamus, quia in externâ omni punitione deus non præsentia solùm adspicit, sed præterita etiam respicit: & dudùm horum temporum momentis temperat æquabiliter justitiæ suæ lancem. Dixi, *externâ punitione, & velim notes. Non enim culpæ ipsæ transferuntur, aut criminum quædam confusio fit: abest sedpœnæ dumtaxat sive castigationes quædam circa nos istæ sunt, non in nobis: & ad corpora aut opes spectant propriè, non ad animum hunc internum. Quid autem hîc injuriæ; Heredes enim certè commodorum præmiorumque, siqua majoribus debita sunt, esse volumus: cur onera recusemus & pœnas?

Quod in pœnis justissimè facit deus: Quia devincti cum parentibus sumus.

Denique quia conjungit res & crimina.

Societates aut corpora, deo unum.

Tempora item disita conjungit.

* Quæ videlicet castigatio provida, & instar medicinæ est: a li pœnis, ut cum vulnere dicam, spiritalibus, aliud est: nec cæ perunt excedunt.

De

Delicta majorum immeritus lues Romane.

canit Romanus ille vates. verè, nisi quòd addit *Immeritus*. Meritissimò enim, quia meruêre majores. Sed effectum videre poëta potuit, non adsurrexit ad caussam. Ut autem in uno eodemque homine, jure in senecta ætate delictum aliquod punimus, ad missum in juventa: sic deus in imperiis aut regnis peccata vetera. quia externæ communionis ratione, unum quiddam deo sunt, & conjunctum. Intervalla hæc temporum apud illum nos non dividunt, qui omnem æternitatem clausam habet in capaci sua mente. An verò * Martiales illi lupi olim tot urbes everterint, tot sceptra fregerint impunè? tantum cædium sanguinisque hauserint, ipsi semper incruenti? Tum denique fatear vindicem nullum deum esse, * *qui quæ nos gerimus audit & videt.* Sed non est ita. pœnas vel in posteris suis pendant aliquando necessum est, tardas etsi non feras. Nec Temporum solùm hæc conjunctio apud deum est: sed & Partium. Hoc volo dicere. sicut in homine cùm * manus, penis, venter peccavit, totum corpus id luit: sic in communi aliquo cœtu, paucorum delictum expetere sæpè in omnes. præsertim si ii qui peccant velut digniora quædam membra sint, ut reges, principes, magistratus. Verè Hesiodus & ex ipso sapientiæ penetrali:

Πόλλακις ἠμὲν ξύμπασα πόλις κακοῦ ἀνδρὸς ἀπαυρεῖ,
Ὅς τις ἀλιτραίνει τε καὶ ἀτάσθαλα μηχανάται.
Τοῖσι δ' ἐφ' ὑψόθεν μητίσατο πῆμα Κρονίων,
Λιμὸν ἅμα λαοῖσι, κακὸς δ' ἀπόλλυται οἶμος.

Unius ob crimen pœnas urbs tota rependit,
Siquis sacrilegè sese gerat aut iniustè.
Juppiter hinc cælo clades immisit ab alto
Pestem sine Famem.

Ita classis Argivorum tota periit,

Vnius ob noxam & furias Aiacis Oilei:

ita in Iudæa septuaginta millia hominum pestis una justissimè abstulit, ob injustam * libidinem regis. Et interdum contrà. ubi omnes peccarunt, deus unum paucósve seligit velut piaculares pnblicæ noxæ. In quo si à * rigido illo paritas jure paullisper discedit, tamen ex iniquitate ipsa æquitas nova oritur: & clemens quædam justitia in multos est, quod sævitia videtur in paucos. Nónne etiam pædagogi ferula, è numero lascivientis gregis, unum aliquem cædit? imperator è fuso exercitu, paucos decumatione castigat? salubri tamen utrque consilio, quia paucorum ea punitio terret nihil-

* Romanos intelligo.

* Plauti est in Captiv.

* Furto libidine, ingluvie.

* Qua David populum ambitiosè recensuit.

* *Recte Tacitus:* Sumit aliquid ex iniquo omne magnum

nihilominùs & emendat omnes. Vidi medicos sæpè venam in pede aut brachio incidere, cùm totum corpus dolêret: quid scio an idem hic sit? Arcana enim hæc arcana, Lipsi: &, si sapimus, propiùs non tang emus sacrum illum ignem, cujus scintillas & stricturas quasdam videre homines fortasse possumus: non possumus ipsum. Ut ii qui in Solem acriùs defigunt oculos, eos amittunt: sic mentis omne lumen, qui eam intendunt in hoc lumen. Abstineamus igitur censeo curiosæ & cum periculo quæstionis: & hoc saltem nobis stet, æstimari noxas humanitùs non posse, non debere. aliam apud deum trutinam esse, aliud tribunal, & quomodocumque se recondita illa judicia habeant; non culpanda ea nobis, sed ferenda & verenda. Unam hanc tibi sententiam ingero, quâ manum huic rei & simul Curionum omnium ori imponam, *Judicia deo multa occulta sunt: nulla injusta.*

exemplum, quod adversus singulos utilitate publica rependitur.

Abstracta cogitatio abjicit: Quæ nec capta nobis nec capienda.

Augustinus.

CAPUT XVIII.

Transitus ad Locum ultimum factus, qui ab Exemplis. & ostensum, utile interdum esse, seriæ medicinæ admiscere quædam jucunda.

HÆc sunt Lipsi, quæ pro divinâ justitiâ dicenda censui contra hos injustos, quæ non planè ex re meâ esse fateor, nec tamen præter illam: quoniam non dubiè æquiùs libentiusque Clades has feremus, persuasi eas non iniquas. Et intervallo hîc aliquo sermonis, subitò iterùm erupit Langius, Benè habet, inquiens, respiravi. Superavi omnes quæstionum illos scopulos, & plenis jam velis invehi mihi posse videor in portum. Quartum ultimumque meum agmen conspicio; quod producam sanè libens. Et ut nautæ, cùm in tempestate Geminos vident, spem magnam & alacritatem concipiunt: sic ego, cui post hos fluctus apparuit Legio hæc Gemella. Fas mihi enim prisco ritu eam ita dicere: quia biceps, & duo per eam mihi vincenda, Nec gravia hæc mala esse quæ nunc patimur, Nec nova. Id dum facio, in pauca hæc quæ superant, Lipsi, volentem attentumque te mihi da. Numquam magis Langi, inquam ego. Nam me quoque juvat evasisse illa aspera: & à seriâ & severâ illa medicinâ, avidè adspiro ad hanc lenem & popularem. Ita enim futuram eam titulus mihi

Reditio ad sermonem ipsum de Constantia.

Quartum pro ea telum, ferro duplici.

Digitized by Google

indicat. Nec erras, inquit Langius. Nam ut medici poſtquam uſſerunt & ſecuerunt ſatis, non omittunt ſtatim ægrum aut deponunt, ſed benigna fomenta quædam & acopa adhibent, doloribus mitigandis: ſic in te ego; quem quoniam ferro & igne Sapientiæ purgaſſe ſatis videor, lenibus nunc quibuſdam alloquiis fovebo, & tractabo manu, quod dicitur, molliore. Deſcendam ex illo Philoſophiæ arduo colle, & deducam te paullisper in amœnos Philologiæ tuæ campos, Idipſum tamen non recreando magis tibi, quàm ſanando. Ut Democharem medicum ajunt Conſidiæ cuidam mulieri nobili, quæ omnem aſperiorem medicinam abhorrebat, lac caprarum callidè propinaſſe, ſed quas lentiſco paſcebat: ſic ego hiſtorica quædam & oblectantia tibi infundam, ſed occulto quodam Sapientiæ ſucco tincta. Quid refert qua via ſanemus ægrum, dum perſanemus?

Et litteris etiam medicina animorum, ſed præſertim hiſtoriis.

CAPUT XIX.

Non tam gravia eſſe Mala publica, quàm videntur, idque primò, ſed breviter, Ratione oſtenſum. Circumjecta enim rebus plerumque vanè timeri, non ipſis.

Prima argumenti hujus pars, de levitate cladium: Si eas Ratione examinas.

SED ades jam mea Legio, & tu ante omnes cohors prima, quâ pugnamus, Non eſſe gravia hæc mala, Id duplici telo effectum volumus, Rationis & Comparationis. Rationis: quia illam ſi reſpicis, reverà nec gravia aut magna hæc omnia, quæ adſunt quæque imminent, ſed videntur tantùm. Opinio eſt quæ attollit ea & exaggerat, & velut cothurnis quibuſdam auget. Sed deme, ſi ſapis, circumfuſam eam nubem, & vide res clara luce. Paupertatem exempli cauſſa in his Cladibus publicis times, Exſilium, Mortem. Ea igitur ſi rectis firmiſque oculis inſpicis; quantula ſunt? ſi ſuis ponderibus examinas, quàm levia? Ecce bellum hoc aut tyrannis per tributa multa te exhauriet. Quid tum? eris igitur pauper. Naturá nonne talem te dedit, talem rapiet? Quod ſi triſte & infame nomen tibi diſplicet, commuta, eris expeditus. Subleva vit enim te Fortuna. ſi neſcis, & tutiore jam loco poſuit, nemo ultrà exhauriet, quod damnum tu putabas, remedium eſt. At exſul etiam ero. Imò, ſi voles, peregrinus. Adfectum tuum ſi mutas, mutas patriam. Sapi-

Paupertas enim non dura.

Non grave exſilium.

Digitized by Google

Sapiens ubicùmque est, peregrinatur: fatuus semper exsulat. Sed mors mihi à tyranno imminet. Quasi non cotidie à natura. Sed infamis illa, quæ per gladium aut per laqueum. O stulte, non illa aut ulla mors infamis, nisi vita tua sit. Cita ab orbe condito optimos & illustrissimos quosque, violenta eos vis rapuit. Hoc exámen, Lipsi, rebus omnibus (gustum enim tantum tibi do) adhibendum, quæ terribiles videntur: & inspiciendę eæ nudæ, sine opinionum ulla veste aut persona. At nos miseri ad vana & externa convertimur: nec res ipsas timemus, sed circumpositą rebus. Ecce si mare naviges, & magnum illud fiat: mens tibi abit, & contremiscis, non aliter quàm, si naufragium feceris, totum illud ebibendum tibi sit, at sextarius unus aut alter sufficerint. Si terrę motus subitò exortus, qui clamor & metus? censes totum opidum, si ruat, in te casurum, aut certè domum. & nescis quàm ad cerebrum tuum elidendum satis sit unus aliquis lapis. Non aliter in Cladibus istis fit: in quibus strepitus præcipuè nos terret, & vanissima imago rerum. En satellitium illud! en gladios! Quid isti satellites, quid gladii? quid facient? occident. Quid occiso? simplex mors. & ne nomen ipsum te terreat, animæ à corpore abscessus. Omnia illa agmina militum, omnes illi minaces gladii, facient idem quod una febris; quod unus acinus, quod unus vermis. Sed enim durius. Imò non paullò lenius: siquidem febris illa quam præoptas, tot anno hominem sæpè torqueat, ictu hîc & momento transigitur. Benè igitur Socrates, qui hæc omnia non aliter appellare solitus quam μορμολύκεια five larvas. Quas si sumis, videsne quomodo pueri te fugiant? sed pone easdem & vera facie te ostende, accedent iterùm & amplectentur. Idem in istis: quæ si detractis personis & sine pompâ videas, timuisse te fatearis timorem puerilem. Ut grando tectis magno strepitu illisa, ipsa tamen diffilit: sic ista infirmum animum, si accidant, franguntur, non frangunt.

Non ipsa mors.

Nos cogitando ea aggravamus.

Plura nos hujus rei in Thrasea nostro sive De contemptu mortis.

Socratis bonum sed salubre, dictum.

Digitized by Google

CAPUT XX.

Ad Comparationem ventum. sed prius exaggerata Belgarum & hujus ævi mala. eaque opinio communiter refutata: & ostensum, ingenium humanum pronum ad augendos suos luctus.

Intercisio sermonis; nimis uberis aliquoi & diffusi.

NON ex spe aut opinione mea tam serius Langii sermo. Itaque abrumpens, Quò abis? inquam. hócne pollicitus? Mella & mulsa historiarum exspectabam: tu acre mihi promis, & quo nihil meracius in Sapientiæ penu. Quid censes? cum Thalete aliquo rem tibi esse? cum Lipsio est: qui homo & inter medios homines, remedia etiam desiderat paullò magis humana. Langius clementi voce & vultu, Agnosco, jure culpas, inquit. Nam dum purum illum Rationis radium sequor, excessisse Publicâ viâ me video, & furtim relapsum in Sapientiæ callem. Sed jam emendo: & gradum figo in limite magis noto. Displicet Falerni illius austeritas? melle tibi tempero exemplorum. Ad comparationem ecce venio: & ostendam clarè, nihil grave aut magnum esse in his, quæ undique circumfusa malis: si ea confers cum antiquis. Majora edim multis partibus, & magis dolenda olim. Ego iterùm, & quidem impatienti gestu, hoc ais? inquam.

Comparatione ostendi posse levitatem cladium.

† Et persuasurum mî hoc putas? *Ex Aristophane est.*

——— * Καὶ τοῦτο σοφοδικῆς πίσυ ἐμί;

Numquam Langi, quamdiu caput hoc sentit. Quod enim retrò ævum, si rectè examinas tam calamitosum fuit, quàm hoc nostrum est? aut quod erit? Quæ gens, quæ regio tulit

Belgarum fatales miseriæ.

Tam multa dictu gravia, perpessu aspera,

quàm hodie nos Belgę? Bello ecce jactamur, nec externo solùm, sed civili, nec hoc, sed intestino. Non enim partes solùm inter nos sunt: sed partium (ô patria quæ Salus te servet?) novæ partes. Adde Pestem, adde Famem, adde Tributa, rapinas, cædes: & * ἐχάτας ἔχατο, tyrannidem, oppressioneſque non corporum solùm, sed animorum. Jam in Europa alia quid? aut bellum, aut belli metus. vel si pax; cum fœdâ servitute sub minutis dominis conjuncta, & non lętior quovis bello. Quocumque oculos mentemque convertas, suspensa omnia & suspecta, & ut in domo malè fulta, signa pluria ruinæ. Ad summam Langi, ut amnium omnium confluxus in Oceanum: sic cladium videtur in hoc ævum.

Ultimorum ultimum.

Imò Europa totius: quæ professò labascit.

Et

Et recenseo tantùm quæ in manibus jam, & adsunt, quid ea quæ imminent? de quibus verè illud Euripidęum canam,

Καιδ' ὑπάλας πίλαγ@ πίσσει
Τοσῦτ', ὥστ μὴ πόντ' ὀκιδοῦσ πάλιν.

† Pelagus malorum contuor Tam magnum, ut enatare facile non fiet.

Langius ad me severè & in modum coërcentis, Iterumne te per querelas istas dejicis? inquit. Stare firmum te jam putabam: & cadis. vulnera tua coiisse: retractas. Atque animi quadam quiete tibi opus est, si fanescis. Infelicissimum, ais, hoc ævum. Vetus mihi ista cantio. scio ævum tuum idem dixisse, scio patrem, scio posteros dicturus & nepotes. Insitum hoc à natura humano ingenio, ad tristia acriter flectere oculos, præterire quæ læta. Ut muscæ & ejusmodi insecta lævibus politisque locis non diu insident, scabris adhærescunt: sic querula ista mens meliorem sortem leviter transvolat, asperam non dimittit. Tractat, inspicit, & ingeniosè plerumque auget. Atque ut amantes in domina sua numquam non inveniunt, cur eximia ea ante omnes: sic dolentis, in suo luctu. Fingimus imò vana, nec præsentia solùm dolemus, sed futura. Quo tam sagacis ingenii pretio? Non alio quàm ut quosdam exercitus motus procul pulvis castris interdum exuit: sic nos deiiciat futuri discriminis falsa sæpè umbra.

Querelę malas spiritа commovent.

Omnis gens de suo gaudet.

Quia proni omnes ad dolorem augendum.

Imo & fingendum.

CAPUT XXI.

Magis deinde propriè & prese id refutatum, ex Comparatione cum veteribus malis. Primò de bellis & de clade mirabili Judæorum.

At tu, Lipsi, plebeia hæc mitte: & ad Comparationem me sequere, quam deposcis. Per eam tibi clarum, non paria solùm in omni genere cladium olim eveniisse, sed majora: & gratandi materiam huic ævo esse, quàm querendi. Bello, inquis, jactamur. Quid; ergo bella nulla apud priscos? Imò nata ea, Lipsi, cum orbe nato: nec desitura, nisi cum illo. At non tam grandia fortasse aut tam gravia, quàm ista. Adeò contrà est, ut ludus hæc omnia sint & jocus (seriò loquor) si conferantur cum priscis. Non aditum, non exitum facilè reperio, si semel me penetro in profundum hoc exemplorum: sed tamen visne paullùm peregrinemur per orbis

Ipsa Comparatio capta. Et quidem per singula genera cladium.

De bello primùm.

Digitized by Google

Judæorum innumeræ cædes.

orbis partes? Eamus. A Judæa ordiamur, id est à regione & gente sacra. Omitto quæ in Ægypto passi, quæ post excessum ab Ægypto: tradita enim hæc & prompta in divinis libris? ad extrema venio, & quæ cum funere eorum conjuncta. Quæ operæ mihi est, ut * exponam velut per indicem, singillatim. Passi igitur civili externoque bello, non totis septem annis, † ista:

† Sumpsi autem & collegi è Josepho.

Hierosolymis primùm interfecti, jussu Flori, —— *sexcenti triginta.*

Cæsareæ ab incolis, odio gentis & religionis, uno tempore *viginti millia.*

Scythopoli (Cœlæ Syriæ urbs est) —— *tredecim millia.*

Ascalone in Palæstinâ, item ab incolis, —— *duo millia, quingenti.*

Ptolemaide pariter —— *duo millia.*

Alexandriæ in Ægypto, sub Tib. Alexandro Præside *quinquaginta millia.*

Damasci —— —— *decem millia.*

Atque hæc velut per seditionem aut tumultum gesta: legitimo deinde & aperto à Romanis bello:

Joppe captâ à Cæsio Floro cæsi —— *octo millia & CCCC.*

In monte quodam Cabulone —— *duo millia.*

In pugnâ ad Ascalonem —— *decem millia.*

Per insidias iterùm —— *octo millia.*

Aphacæ, cùm capta esset, —— *quindecim millia.*

In monte Garizim cæsi —— *undecim millia & DC.*

Jotapæ, in quâ ipse Josephus, circiter —— *triginta millia.*

Joppe iterum captâ submersi —— *quatuor millia CC.*

In Tarichæis cæsi —— *sex millia & D.*

Gamalæ, tam interfecti, quàm sponte præcipitati, —— *novem millia*, nec quisquam homo natus ex eâ urbe salvus, præter duas mulieres, sorores.

Giscalâ desertâ, in fugâ trucidati —— *bis mille.* & fœminarum ac puerorum capti —— *tria millia.*

Gadarensium cæsa —— *tredecim millia.* capti —— *duo millia & ducenti*, præter eos qui in flumen desiliêre infiniti.

Digitized by Google

In Idumęæ vicis cæsi —— *decem millia.*
Gerasii —— *mille.*
Machærunte —— *mille* DCC.
In silvâ Jardes —— *tria millia.*
In Massadâ castello, sua manu perempti —— *nongenti & LX.*
In Cyrene à Catulo Præside cæsi —— *tria millia.*
At in ipsa Hierosolymorum urbe, per omne tempus obsidionis mortui aut cæsi, —— *decies centena millia.*
capti, —— *nonagintaseptem millia.*

Summa hæc colligit (præter * innumeros qui omissi) *tredecies centena & triginta novem millia, sexcenti nonaginta.* Quid ais Lipsi? dejicis ad hæc oculos? attolle potiùs: & aude mihi comparare cum unius gentis clade, aliquot annorum in orbe Christiano bella. At quantula tamen illa hominum terrarumque pars, si conferatur cum Europa?

* Qui fame, exsilio, miseriis perierunt.

CAPUT XXII.

De Græcorum item Romanorumque Cladibus ex bello. Magnus interfectorum numerus ab aliquot ducibus. Item vastatio novi orbis, & miseria captivitatis.

NEC hîc insisto: ad Græciam me confero. In qua dirigere ordine omnia bella, sive inter ipsos sive cum externis gestâ, longum nec cum fructu. hoc dico. ita exhaustam & attonsam eam continuo cladium isto ferro, ut * Plutarchus tradat (numquam mihi sine ira & admiratione lectum) eam universam non fuisse suo ævo, conficiendis *tribus millibus militum:* quot tamen, inquit, olim bello Persico, unum Megarensium oppidulum confecerat. Heu, quò cecidisti flos ille terrarum, sol & sal gentium! Vix opidum hodie alicujus quidem nominis in hac ipsa attrita Belgica est, quod numerum eum non adæquet idonei ad bellum sexus. Iam Romanos & Italiam perlustramus? levarunt me pridem hoc fasce recensionum Augustinus & Orosius, eos vide, & in iis maria malorum. Unum bellum Punicum secundum, in solis Italia, Hispania, Sicilia, supra *quindecies centena millia* hominum (quæsivi enim curiosè) non totis annis septemdecim consumpsit. Bellum civile Cæsaris & Pompeii, ad *millia trecenta:*

Græcia attrita ac mira.

* De defectu oraculorum.

Etiam Italiæ & Romani imperii

Digitized by Google

Cædes ingentes a Romanis edit.

trecenta: & largius, Bruti, Cassii, Sex. Pompeii arma. Et quid bella recenseo plurium auspicio gesta aut ductu? Unus ecce C. Cæsar (ô pestem perniciemque generis humani!) fatetur & quidem glorians, * *undecies centena & nonaginta duo millia hominum præliis à se occisa.* atque ita, ut non veniat in hanc rationem strages civilium bellorum. Pauculis annis quibus ille Hispaniæ aut Galliæ præfuit, in externos editæ illæ cædes. Quo tamen major etiam hac parte ille Magnus, qui in delubro Mineryæ inscripsit *fusa à se, fugata, occisa, in deditionem accepta, hominum vicies semel centena* LXXXIII. *millia.* Quibus velut in numerum, si vis, adde, Q. Fabium, qui *centum decem Gallorum millia*: C. Marium, *qui ducenta Cimbrorum*: posteriori ævo Aëtium, qui memorabili Catalaunico prælio *centum sexaginta duo millia* Hunnorum occidit. Et ne bellis illis hominum cadavera tantùm fuisse censeas: fuêre etiam opidorum. Cato ille Censorius * gloriatus plura * opida se in Hispania cepisse, quàm dies in ea egerit. Sempronius Gracchus, si Polybio fides, †*trecenta* in eadem delevit. Nec habet omne ævum, opinor, quod adstruat his exemplis, præter nostrum; sed in orbe alio. Pauculi Iberi ante annos octoginta in vastas illas & novas terras delati, quæ funera, deus bone, ediderunt! quas strages! Nec de caussis aut jure belli disfero, tantùm de eventis. Cerno ingens illud terrarum spatium, quod vidisse magnum sit non dicam vicisse, à vicenis triceniisque militibus pervadi: & passim inermes illos greges sterni, ut segetem à falce. Ubi tu es insularum maxima Cuba? tu Hayti? vos Jucayæ? quæ olim sexcentis singulæ, aut denis hominum millibus succinctæ, alibi vix quindecim ex iis reminuistis in semen. Ostende etiam te paullùm tu Peruana; tu Mexicana ora. Heu miram miseramque faciem! immensus ille tractus & verè alter Orbis, vastus attrituque * apparet, non aliter quàm si cælesti quodam igne deflagrasset. Mens & lingua mihi cadit, Lipsi, dum hæc memoro: & video nostra omnia præ istis non aliud quàm palearum cassa esse, ut Comicus ait, aut gurguliunculos minutos. Nec tamen legem illam mancipiorum adhuc refero: qua nihil acerbius in veterum bellis. Homines ingenuos, nobiles, pueros, fœminas, omnes victor abripiebat, quis scit an in æternam servitutem? Certè servitutem, cujus vestigium jure gratulor non fuisse, non esse adhuc, in Christiano orbe. Turcæ sanè usurpant, nec aliud est quod magis invisum & ter-

* Plinio hæc tradita. Lib. VII.

† Ad quadringenta, ut tradunt Plut. & Appian. *Indorum strages, imo excidium.*

* Apud Plutarchum.

* Certe sub initia. Nam nunc habitari itetùm scio, & melius coli.

Captivitas olim acerba & quanda morti.

Digitized by Google

& terribilem nobis reddat Scythicum illum dominatum.

CAPVT XXIII.

Pestis Famisque priscæ insignia maximè exempla, item tribunorum magnitudo quæ olim; & Rapinarum.

AT tu pergis in querèlä & Pestem etiam adtexis Famemque: Tributa & Rapinas. Vis igitur singula comparemus? sed breviter. Dic mihi quot millia Pestis in tota Belgica abstulit, his quinque aut sex annis? Opinor quinquaginta, aut ut largiter, millia centum. At una in Iudæa pestis sub Davide rege, *septuaginta millia* absorpsit, die non toto. Sub Gallo & Voluſiano Imperatoribus, * pestis ab Æthiopia exoriens omnes Romanas provincias pervasit, & per quindecim continuos annos incredibiter exhausit. Nec alia umquam major lues mihi lecta, spatio temporum, sive terrarum. Sævitia tamen & impetu insignior illa quæ Byzantii finitimisque locis grassata, Justiniano Principe. cujus vis tanta, ut in singulos dies *quinque millia* funerum daret, interdum etiam *decem*. Timidè hoc dicerem & ambiguus fidei: nisi fidissimi huic rei ab illo ipso ævo * testes. Nec minùs miranda Africana pestis, quæ eversâ Chartagine orta, in sola Numidia * *octingenta hominum millia* delevit: in maritima Africa, *ducenta*, & apud Uticam *triginta millia* militum, qui ad oræ ejus præsidium relicti. Iterumque in Græciâ, Michaelis Ducæ imperio, tam sæva: ὥστε ἀδυνατεῖν (Zonoræ verba sunt) τοὺς ζῶντας ἀφῆ τοῖς τεθνεῶσι τὰς ὑποκοὰς, *ut vivi prorsus pares non essent mortuis sepeliendis*. Denique * Petrarchæ ævo, ut ipse refert, tam valida in Italiam incubuit, ut ex millenis quibusque hominibus vix decem supereſſent. Jam de fame, nihil profectò nos aut ætas nostra vidimus, si videmus antiqua. Sub Honorio Imperatore * Romæ tanta caritas & raritas omnis annonæ, ut homines hominibus jam imminerent, & in Circo palàm audita sit illa vox, PONE PRETIVM HVMANÆ CARNI. In tota * Italia vastantibus eam Gothis, sub Iustiniano, iterùm tanta; ut solo Piceno *quinquaginta hominum millia* fame interierint & passim in usum ciborum versæ sint non carnes solùm humanæ,

Pestis, quæ apud veteres.

†Zonaras Tom 2.

† Procopius lib. II. de Bello Persico. Agathias lib. v hist. †Orosius l. v. c. vii. † Sub annum à Christo cc. ccc. LIX.

Fames, quæ apud veteres.

† Zosimus vi Annal. Procop. de bello Goth. lib. II. apud quem plura

Digitized by Google

manæ, sed humana excrementa. Duæ mulieres (narrare exhorresco) septemdecim viros per insidias noctu interfecerant & comederant: ipsæ à decimooctavo, qui id agi senserat, cæsæ. Nec refero in Sacra urbe famem & exempla jam protrita. Quòd si de Tributis etiam aliquid dicendum est: non nego gravia esse, quibus premimur, sed ita si sola & per se ea videas, non si comparas cum priscis. Pleræque omnes provinciæ sub Romano imperio, fructuum ex * agro pascuo *Quintam* quotannis persolvêre, *Decimam* ex agro arvo. Nec defuêre Antonius & Cæsar novem decemque annorum tributa exigere in unum annum. Julio Cæsare interfecto, cùm arma sumpta, pro libertate, singuli cives *vigesimam-quintam* omnium bonorum dependere jussi: & hoc amplius, Senatorii ordinis omnes, in singulas ædium suarum * tegulas, *sex asses*. Quæ immensa contributio, nostrisque sensibus nec credenda nec reddenda. At * Octavianus Cæsar, (credo ratione nominis sui habita) *octavam* omnium bonorum partem à libertis exegit, & accepit. Et omitto quæ Triumviri, quæ alii tyranni patraverunt: ne nostros doceam, recitando. Unum tibi instar omnium axactionum rapinarumque sit, de Coloniis. Quo invento ut nihil ad vim imperii firmius, ita nihil in subditos cogitari potuit tristius. Deducebantur passim legiones cohortesque veteranę in agros & opida: miserique provinciales momento temporis bonis & fortunis omnibus provolvebantur, idque nihil ausi, nihil meriti: sed pro crimine omni, opes aut opimi agri. In quo profectò gurges quidam calamitatum omnium appâret. Miserum est nummis spoliari: quid etiam agris tectisque? Grave istis pelli: quid tota patria? quid templis arisque? Distrahebantur ecce aliquot millia hominum, liberi à parentibus; domini à familiaribus; uxores à viris: & in varias terras, ut cuique fors sua fuit, spargebantur: alii in *sitientes Afros*, ut poëta in hac ipsa re ait, *Pars Scythiam, aut toto divisos orbe Britannos*. Solus Octavianus Cæsar in sola Italia *duodetriginta* colonias collocavit. in provinciis quot libuit. Nec alia res magis, ut ego scio, exitio fuit Gallis nobis Hispanisque.

Tributorum olim magnitudo.

Appianus satis clarè innuit lib. 1. ἐμφυλ.

* Dio apertè lib. XLVI. οἱ δὲ βελτίστοι τῶν στρατιωτῶν ὀλίγας μυριάδας τῶν χρημάτων ἔλαβον ἐκ τῆς πόλεως ὅτι μάλιστα.

* Dio. lib. 1. *In coloniis deducendis acerbitas.*

Quę crebberrima.

CAPUT

CAPUT XXIV.

Crudelitatis & Cædium narrationes aliquot, miræ, & supra omnia scelera hujus ævi.

SED sævitia tamen hodie, inquis, & cædes inauditæ. Scio quid innuas, & quod nuperum factum. Sed tuam fidem, Lipsi, tale nihil apud antiquos? O imperitum te, si nescis: malum, si dissimulas! Exempla enim adeò prompta & multa, ut laboremus in eligendo. Sullæ nomen nosti, illius Felicis? ergo & proscriptionem ejus infamem & immanem, qua * *millia quatuor & septingentos* cives abstulit uni urbi. Et ne vilia quædam capita aut è plebe censeas, *centum quadraginta* in iis Senatores. Nec tango cædes innumeras, quæ vulgo factæ permissu ejus sive jussu, ut non immeritò vox illa Q. Catulo expressa sit, *Cum quibus tandem victuri sumus, si in bello armatos, in pace inermes occidimus?* At Sullam eumdem haut multò post imitati tres discipuli (Triumviros intellego) pariter proscripsêre † *trecentos Senatores*, equites Romanos supra *bis mille*. Heu scelera, quibus nihil accerbius Sol ille vidit visurusque est, ab ortu omni ad occasum! Appianum, si voles lege, & in eo variam fœdamque imaginem latitantium, fugientium; sistentium, extrahentium; liberorum circà ejulantium, & conjugum: peream ego, nisi humanitatem ipsam periisse dices fero & ferino illo ævo. Atque hæc in Senatoribus equitibusque gesta: id est, totidem pænè regibus aut dynastis; sed in multitudinem fortasse non sævitum. Imò vide mihi eumdem Sullam, qui * *quattuor legiones contrariæ partis, fidem ejus secutas, in publica Villa, nequidquam fallacis dextræ misericordiam implorantes, obtruncari jussit.* Quorum cum morientium gemitus Curiam quoque attigisset, attonito & converso Senatu: *Hoc agamus*, inquit, *Patres conscripti, pauculi seditiosi jussu meo puniuntur.* Nec scio quid magis hîc mirer: hominem id facere potuisse, an dicere. Et plurane poscis sævitiæ exempla? cape. † Servius Galba in Hispania trium civitatum convocato populo, quasi de commodis earum acturus, *septem millia* in quibus flos juventutis consistebat, repentè trucidavit. In eadem regione * L. Licinius Lucullus consul, * Caucæorum *Viginti millia* contra deditionis stipulatæ fidem immissis in urbem militibus occidit. Octavianus Augustus Perusia capta, *trecentos è dediticiis*,

Cædes immanes & inusitatæ quæ olim.

* Valerius lib. II.

† Appianus ita numerat.

* ita Valerius lib. IX. idq; efficeret XXIV. millia hominũ. At Seneca tantùm de septem millibus. De Ira. * Valerius.

* Appianus. * Puto, *Vaccæorum* * Suetonii verba.

Digitized by Google

* Xphilinus & Herodian. *electos utriusque ordinis, ad aram D. Julio exstructam bestiarum more mactavit.* * Antonius Caracalla, nescio ob quos jocos infensus Alexandrinis, pacis specie in urbem eam veniens, universam juventutem in campum convocatam, milite circumdedit, & signo dato ad unum omnes occidit, parique saevitia in reliquam multitudinem usus, frequentissimam urbem prorsus exhausit. * Mithridates rex una epistola *octoginta millia* civium Romanorum negotiandi caussa per Asiam dispersa interemit. * Volesus Messalla proconsul *Asiae, trecentos* una die securi percussit, & inter cadavera rejectis manibus superbè inambulans, quasi rem magnificam fecisset, proclamavit, * Ω βασιλικὸν πρᾶγμα. Et profanos adhuc loquor impiosque. sed ecce tibi etiam inter deo vero devota nomina Theodosium Principem, qui Thessalonicae per summum scelus & fraudem *septem millia* innoxiorum capitum in theatrum quasi ad ludos convocatos, immisso milite necavit. Quo facto nihil magis impium vetus omnis impietas habet. Ite post haec mei Belgae, & saevitiam sive perfidiam Principum accusate in hoc aevo.

* Valer. aliique. * Seneca 11. De Irâ

* O rem regiam!

CAPVT XXV.

Tyrannis etiam nostra elevata. ostensa ea à naturâ sive malitiâ humanâ esse, & externas internasque oppressiones fuisse olim.

DENIQUE Tyrannidem etiam hodie culpas, & oppressiones corporum atque animorum. Nec ambitiosè mihi nunc decretum attollere aevum nostrum, vel adfligere, cui enim bono? hoc quod ad Comparationem nostram facit, dicam. Quando mala ista non? & ubi non? Cedò mihi saeclum aliquod sine insigni tyrannide, cedò gentem. Si potes: (Subibo enim discrimen hujus aleae:) ego quoque confitebor miserrimos nos miserorum. Quid taces? Verum est, ut video, illud diatyrticum vetus, *Omnes bonos Principes in uno annulo posse perscribi.* Insitum nimirum humanis ingeniis, imperio insolenter uti: nec facilè modum servare in ea re, quae supra modum. Nos illi ipsi qui de tyrannide querimus, semina tyrannidis inclusa in pectore gestamus: nec voluntas plerisque ea efferendi deest, sed facultas. Serpens cum frigore torpet, venenum nihilominus habet, sed non exerit:

Crebrae semper tyrannides & oppressiones. Quibus origo à superbia & ferocia humani ingenii.

Digitized by Google

exerit: simile in nobis, quos sola imbecillitas arcet a nocendo & Fortunæ quoddam frigus. Da vires, da instrumenta: vereor ut vel impotentissimi plerique istorum sint, qui nunc tam iniqui in potentes. Exemplum in cottidiana ista vita. Vide mihi patrem illum sævientem in filios, dominum in servos, præceptorem in discipulos. Phalarides in suo genere omnes isti sunt: & fluctus eosdem in flumine excitant, quos reges in magno mari. Nec animantibus aliis non hæc natura, è quibus pleraque sæviunt in congeneres sibi species, in aëre, terra, aqua.

Sed & tyrannis inter alia animalia.

——*pisces sic sæpe minutos*
Magnus comeſt, ſic aves enecat accipiter,

ait rectè Varro. Sed corporum istæ oppressiones sunt, inquies: hodie hoc eximium, quod etiam animorum. Itane, animorum? vide ne invidiosè hoc potiùs, quam verè. Ignorare mihi sese & naturam illam cælestem videtur, quisquis premi eam putat posse aut cogi. Nulla enim externa vis umquam faciet, ut velis quod nolis, sentias quod non sentis. Jus aliquis in vinclum hoc animi habet sive nexum: nemo in ipsum. Solvere eum à corpore tyrannus potest, non naturam ejus dissolvere: quæ pura, æterna, ignea, spernit externum & violentum omnem tactum. At sensum tamen animi non licet expromere. Esto, sed linguæ tuæ igitur frena ponuntur, non animo: nec judiciis, sed factis. Sed novum hoc ipsum & inauditum. O bone, quàm erras! Quot tibi possim dicere qui sub tyrannis sensuum suorum pœnas luerunt, propter incautam linguam? Quàm multi ex iisdem vim adferre judiciis conati? & judiciis dico in re pietatis. Persarum & Orientis reges adorari, tralaticium fuit. & Alexandrum, eumdem divinitatis cultum sibi adseruisse scimus, rustica Macedonia sua non probante. Inter Romanos bonus ille & moderatus Princeps Augustus, flamines & sacerdotes in provinciis imò in domibus singulis habuit, ut deus. Caligula deorum statuis amputato capite, suum imponi jussit, ridicula impietate. idem templum suo numini, sacerdotes, & quæstissimas hostias instituit. Nero Apollo haberi voluit: & illustrissimi civium interfecti, hac præscriptione, [*quod numquam pro cæleſti voce immolaſſent.* Jam Domitianus *Deus dominusque noſter*, palàm audiebat. Quę vanitas vel impietas si hodie in ullo regum, Lipsi, quid diceres Nec adnavigo propius hanc Scyllam, in quam non trahent aut pellent me ulli ambitionum venti.

*Idq: inter alios Thrasex objectum.

Digitized by Google

Ἀκίνδυνον γὰρ ἐστὶ τὸ σιγᾶς γέρας

*Periculo vacat silenti præmium.

Unum tantùm in totam hanc rem prisc æ servitutis testimonium adferam, & quidem è familiari tuo scriptore: quod velim attendas. Tacitus de Domitiani ævo: *Legimus, cum Aruleno Rustico Pætus Thrasea, Herennio Senecioni Priscus Helvidius laudati essent, capitale fuisse. nec in ipsos modo auctores, sed in libros quoque eorum sævitum, delegato Triumviris ministerio, ut monumenta clarissimorum ingeniorum in comitio ac foro urerentur. Scilicet illo igne vocem populi Romani, & libertatem Senatus & conscientiam generis humani aboleri arbitrabantur: * expulsis insuper Sapientiæ professoribus, & omni bona arte in exsilium acta, ne quid usquam honestum occurreret. Dedimus profecto grande patientiæ documentum, & sicut vetus ætas vidit quid ultimum in libertate esset, ita nos quid in servitute, adempto per inquisitiones etiam loquendi audiendique commercio. Memoriam quoque ipsam cum voce perdidissemus, si tam in potestate nostra esset oblivisci, quàm tacere.*

*Velim notes veræ tyrannidis mores.

CAPUT XXVI.

Postremò doctum non mira aut nova esse hæc Mala hominibus gentibusque omnibus semper communia, & solatium in ea re quæsitum.

*Contra eos qui novas aut eximias putant his talcs.

NEC adtexo plura de Comparatione ad alterum Legionis meæ agmen venio, quod oppugnat Novitatem: sed breviter & contemptim. Spolia enim potiùs leget ex devicto jam hoste, quàm ut conferta manu acriter cum eo pugnet. Reverà autem quid hìc homini novum esse potest, nisi qui ipse novus novitius in humanis rebus? Crantor egregiè & prudenter, qui versum hunc semper habebat in ore,

Οἴμοι, τί δ' οἴμοι; θνητά τοι πάντ' ἐστὶ βροτοῖς.

Heu me! quid heu me? humana perpessi sumus.

Criculantur enim cottidie hæ clades, & orbe quodam eunt per hunc Orbem. Quid tristia hæc evenire ingemiscis? quid admirare?

* Οὔκουν ἐπὶ παισί σ' ἐφύτευσ' ἀγαθοῖς
Ἀγαμέμνων' Ἀτρεύς.
Δεῖ δὲ σε καὶ χαίρειν καὶ λυπεῖσθαι.
Θνητὸς γὰρ ἔτυς. καὶ μετὰ μὲν βίλης,
Τῶν θαλλῶν ἅπτου βλαστόντων ἴσαν.

*Non te omnia adlata genuit, O Agamemnon Atreus. Opus tibi gaudere & dolere Mortalis enim

Illud potiùs mirum, si exlex quisquam ab hac communi lege, nec onus ferat quod ferunt omnes. Solon amicum quemdam Athenis graviter lugentem in arcem deduxit, & subjectas omnes in magna urbe ædes ostendit: Cogita, inquiens, quàm multi luctus sub his tectis

olim

Digitized by Google

olim fuerint, nunc versentur, posteà futuri sint: ac mittere mortalium incommoda tamquàm propria deflere. Velim idem tibi fieri possit, Lipsi, in magno mundo. Sed quoniam re non potest; age, fiat paullisper cogitatione. Sisto te in alto illo, si vis, Olympo, despice mihi omnes urbes, provincias, regna: & censе totidem conspecta te videre cladium humanarum. Amphitheatra hæc quædam sunt & velut Arenæ, in quibus cruenti illi Fotunæ ludi. Nec longè oculos mitte. Italiam vides? nondum triginta anni sunt, cùm à sævis asperisque ab utroque latere bellis conquievit. Latam illam Germaniam? validæ in eâ scintillæ nuper discidii civilis: quæ iterùm exardescunt, &, nisi fallor, in exitialem magis flammam. Britanniam? perpetua in eâ bella cædesque. & quod nunc paullisper in pace est, imperio debet pacati sexus. Galliam? vide & miserere, etiam nunc per omnes ejus articulos gangræna serpit sanguinolenti belli. Nec aliter in toto orbe. Quæ cogita Lipsi; & communione hac miseriarum, tuas leva. Atque ut triumphantibus à tergo destitui servus solet, qui in medio triumphi gaudio idemtidem inclamaret, Homo es: sic tibi monitor iste semper adsistat, esse hęc humana. Ut enim labor cum pluribus communicatus levior fit: sic item dolor.

natus es & ut recuses, superis ita volentibus erit.

Solatii argumenti inceptio. Consolatio. Clades in omni orbe.

CAPUT XXVII.

Sermonis totius Conclusio, & ad repetendum eum ruminandumque brevis admonitio.

EXPLICUI copias meas omnes & sermonem, Lipsi: & habes quæ pro Constantiâ dicenda mihi censui in Dolorem. Quæ utinam non grata tibi solùm, sed salubria: non delectent, sed magis juvent. Juvabunt autem si non in aures solùm, sed in animum dimittes: nec audita jacêre & inarescere ea patiêre, ut semina sparsa summo solo. Denique si repetes seriò & ruminabere. quia ut ignis è silice non uno concussu elicitur: sic in frigido isto pectore, non primo admonitionum ictu accenditur latens & languens in nobis vis illa honesti. Quæ ut verè aliquando in te ardeat, nec verbis aut specie, sed re & factis, supplex quæso venerorque æternum & divinum illum ignem. Cùm dixisset, surrexit properè, &, Eo Lipsi, inquit. Sol hic meridies prandii mihi index. tu sequere. Egoalacer ac libens, inquam: quodque in mysteriis solet; jure nunc, acclamem,

—* Ἔ φυγον κακὸν, εὗρον ἄμεινον.

Conclusio & admonitio.

Repetiti monitionum ictus juvant & penetrant.

*Effugii malum reperti

Digitized by Google

AD DEUM PRO CONSTANTIA PRECES

Fusæ in gravi & diuturno meo morbo, anno ∞. Io. LXXIX. Aetatis meæ XXXII.

Cui mare, cui tellus famulatur, & ignea cæli
Sidera: quem metuunt mortalia sæcla animantem:
Alme Deus, sine quo dias in luminis oras
Nil venit, & sine quo nil exit luminis oras:
Aspice me quem languor habet, quem tabida vexat
Febris, & exiguam suadet sperare salutem.
Annue, ne pariter cum corpore mens bruteſcat,
Neu timefacta meum fugiat CONSTANTIA *pectus:*
Certa etenim vitæ finis mortalibus instat,
Et cuncti properamus eumdem tangere portum:
Non cursus tamen omnibus unus, ô ille beatus,
Qui vitæ infames scopulos & naufraga saxa
Festinâ potuit prætervexisse carinâ!
Quando voles mea Parca, sequar. non hîc terrenis
Impedior curis: nec me fucata veneno
Vellera, nec rutilo splendor perstrinxit ab auro.
Sola mihi docta arrisit pellacia Musa:
Hanc quoque sperno libens. tu tantum dîe dierum,
Mundi mens æterna, & inenarrabile numen,
Suspice me, & lætum meliori in sede repone.

INDEX

Digitized by Google

INDEX CAPITUM,

Quem ſubjecimus ut Lector in uno aſpectu habeat filum totius operis & contextum.

LIBRI PRIMI

CAP. I. *Præfatio & introductio, querela item aliqua de Belgarum turbis.* Pag. 526

CAP. II. *Peregrinationem non facere ad internos morbos medicinam eam eſſe, non medicinam, niſi ſi forte in levi quodam & primo adfectuum motu.* 527

CAP. III. *At veros animi morbos non tolli eâ, non minui: imò per eam recrudeſcere. Animum eſſe qui in nobis ægrotet: eique remedium à Sapientia & Conſtantia petendum.* 529

CAP. IV. *Definitiones Conſtantiæ, Patientiæ, Rectæ rationis, Opinionis. Item Pervicacia quid à Conſtantia differat & abeat: & à Patientia Abjectio.* 530

CAP. V. *Ratio & Opinio unde originem habeant, utriuſque vires & effectus. Alteram ad Conſtantiam ducere, alteram ad Levitatem.* 531

CAP. VI. *Conſtantiæ laus, & ſeria ad eam adhortatio.* 533

CAP. VII. *Quid ſit & quotuplex quod Conſtantiam turbet. Bona & Mala externa eſſe. Mala autem duplicia, Publica & Privata. ex iis gravia & periculoſa maximè videri Publica.* 534

CAP. VIII. *Mala publica oppugnata ſed ante omnia tres Adfectus coërciti, exque iis hoc Capite ambitioſa quædam Simulatio: quâ homines Mala propria, ut Publica, lugent.* 536

CAP. IX. *Simulatio ea clariùs retecta, & ab exemplis. obiter de vera Patria dictum, item malitia hominum gaudentium malis alienis, cum ipſi extra ea.* 538

CAP. X. *Querela mea de increpatione Langii tam libera, ſed additum, Philoſophi id munus eſſe. Conatus item refutandi ſuperiora: & obligatio amorque, qui in patriam.* 539

CAP. XI. *Refutatus ſecundus adfectus nimii amoris in patriam, quem Pietatem falsò vocant; idque oſtenſum. Item unde orizo illi Adfectui, & quid Patria proprie ac vere.* 540

CAP. XII. *Tertius Adfectus temperatus, qui Miſeratio. eam nimiam in vitio eſſe; diſcriminata, lucis cauſſâ, à Miſericordia, quomodo, & quatenus ea utendum.* 543

Digitized by Google

CAP. XIII. *Remotis obstaculis, ventum serio ad elevanda aut tollenda ipsa Publica mala. quattuor ea præcipuis argumentis oppugnanda à me & expugnanda. Ac Primò hic de Providentia dictum, eaque probata inesse & præesse rebus humanis.* 545

CAP. XIV. *Nihil hic geri, nisi Providentiæ ejus nutu. ab ea clades in populos aut urbes immitti, ideò parum piè super iis queri nos aut fieri. Denique adhortatio ad parendum deo, cum quo temere & frustrà pugnatur.*

CAP. XV. *Ad secundum pro Constantia argumentum translatum, quod a Necessitate. Vis ejus & impetus. Dupliciter ea Necessitas considerata: & primo in Rebus ipsis.* 548

CAP. XVI. *Exempla necessariæ mutationis aut mortis in toto Orbe. Cælum & elementa converti aliquando interitura. Idem in opidis spectari, in provinciis, & regnis. Denique gyrare hic omnia, nec quidquam stabile aut firmum.* 549

CAP. XVII. *Ventum ad Necessitatem quæ à Fato. Fatum ipsum primo adsertum. Vulgi in eo & sapientum universum quemdam consensum fuisse, sed in partibus dissensum. Quotuplex præcipis Fatum.* 552

CAP. XVIII. *Tria prima genera Fati explicata breviter. omnium definitio sive descriptio. Stoici leviter & breviter excusati.* 553

CAP. XIX. *Quartum sive Verum Fatum explicatum. De nomine ipso dictum breviter. Id definitum tenuiore filo, & ostensum à Providentia differre.* 556

CAP. XX. *Distinctum & divulsum id à Stoico fato quattuor terminis. Ostensum accuratiùs, quomodo vim non inferat voluntati, itemque deum nec αὐτουργὸν mali nec auctorem esse.* 558

CAP. XIX. *Conclusio tractationis de Fato. monitum, periculi plenam & ancipitem eam esse, non curiosè indagandam. denique adhortatio seriâ ut vires animo imprimantur a Necessitate.* 560

CAP. XXII. *Ignaviæ latibulum aliquod quæri solere in Fato sed id detectum. Fatum agere per causas medias, eoq; illas adhibendas. Quatenus auxiliari patriæ, quatenus non oporteat. Finis impositus primo libro & sermoni.* 561

LIBRI SECUNDI

CAP. I. *Occasio repetiti sermonis. itio ad Langii amœnum hortum, ejusque laudatio.* 564

CAP. II. *Hortorum in genere Laudatio. Cultum cum antiquum e e, & à natura Reges & viros magnos usurpasse. Denique delectatio eorum ob oculos posita, & non improbum me-*

um

Digitized by Google

meum votum. 565

CAP. III. Contra curiosos quosdam dissertum, qui hortis ad vanitatem & ignaviam abutuntur. Quis verus eorum usus. Sapientibus & doctis idoneos esse: & Sapientiam ipsam altam in iis & educatam. 567

CAP. IV. Ad Sapientiam igitur adhortatio, per eam ad Constantiam veniri, & serio monita juventus ut serias Philosophiæ litteras cum amœnioribus illis & liberalibus conjungat. 569

CAP. V. Sapientiam non vovendo sed conando acquiri. Reditum in sermonem de Constantiâ. Cupidinem discendi, bonum esse in adolescentia signum. 571

CAP. VI. Pro Constantia tertium argumentum ab Utili. Clades bonas esse, Originem intueare sive Finem. Originem enim à deo sumere, qui æternum & immutabiliter bonus: ideoque causa nullius mali. 572

CAP. VII. Finem item cladium semper dirigi in bonum, etsi persæpe eæ per noxios homines, & noxæ caussâ administratæ. Sed frangi & temperari eorum vim à deo. flecti omnia in nostrum usum. obiterque dictum, cur Malorum operâ in iis deus utatur. 573

CAP. VIII. Mazis distincte de finibus ipsis. eos triplices esse: & qui, quibus conveniant. Mox paullo fusiùs de Exercitio quod Bonis non uno modo prodest, firmando, probando, præcundo. 576

CAP. IX. De castigatione, qui secundus finis. eam quoque ostensum ex usu nostro esse dupliciter. 577

CAP. X. Denique Punitionem ipsam bonam & salubrem esse: dei respectu, hominum, & ejus qui punitur. 579

CAP. XI. De Fine quarto, qui homini ambiguus est. eum pertinere vel ad Conservationem tutelamque Universi, vel ad Cultum. Singula uberiùs explicata. 580

CAP. XII. Contra justitiam divinam vetus & vulgata objectio: cur impares pœnæ? ea inquisitio ab homine remota, & ostensa impia. 582

CAP. XIII. Tamen ut curiosis satis fiat, separatim ad tres veteres objectiones responsum, & primo ad eam de malis non punitis: quos differri docemus, non dimitti, idque vel hominum ipsorum caussa: vel natura quadam dei, quæ ad supplicium lenta. 583

CAP. XIV. Deinde ostensum plures esse Pœnas: & quasdam occultas internasque, quæ scelus ipsum comitantur, & quas improbi effugiunt numquam, quæ graviores quam ullæ externæ. 586

CAP. XV. Pœnas etiam Postumas manere improbos, & rumque imo ipsas Externas: quæ exemplis aliquot illustribus adfirmatæ. 587

Digitized by Google

CAP. XVI. *Responsio ad alteram objectionem, de Immeritis. ostensum omnes meruisse pœnam, quia omnes in culpâ, & qui magis aut minus, ægrè imo nullo modo ab homine posse discerni. Deum solum esse, qui noxas clarè videat, idcoque justissime puniat.* 589

CAP. XVII. *Responsio ad objectionem tertiam, de pœnis translatis. exemplis monstratum id etiam apud homines fieri. Quæ deo translationis hujus caussa sit; & pluscula alia satis curiosæ subtilitatis.* 590

CAP. XVIII. *Transitus ad locum ultimum factus, qui ab exemplis, & ostensum, utile interdum esse, seria medicinæ admiscere quædam jucunda.* 593

CAP. XIX. *Non tam gravia esse Mala publica, quàm videntur, idque primo sed breviter, Ratione ostensum. Circumjecta enim rebus plerumq; vanè timeri, non ipsas.* 595

CAP. XX. *Ad Comparationem ventum, sed prius exaggerata Belgarum & hujus ævi mala, eaq; opinio communiter refutata: & ostensum, ingenium humanum pronum ad augendos suos luctus.* 596

CAP. XXI. *Magis deinde propriè & pressè id refutatum, ex Comparatione cum veteribus malis. Primo de bellis & de clade mirabili Judæorum.* 597

CAP. XXII. *De Græcorum item Romanorumq; cladibus ex bello. Magnus interfectorum numerus ab aliquot ducibus. Item vastatio novi orbis, & miseriæ captivitatis.* 599

CAP. XXIII. *Pestis Famusq; priscæ injignia maximè exempla; item Tributorum magnitudo quæ olim, & Rapinarum.* 601

CAP. XXIV. *Crudelitatis & cædium narrationes aliquot, miræ, & supra omnia scelera hujus ævi.* 603

CAP. XXV. *Tyrannis etiam nostra elevata. ostensa ea a naturâ sive malitiâ humanâ esse, & externas internasq; oppressiones fuisse olim.* 604

CAP. XXVI. *Postremo doctum, non mira aut nova esse hæc mala, hominibus gentibusque omnibus semper communia, & solatium in ea re quæsitum.* 606

CAP. XXVII. *Sermonis totius Conclusio, & ad repetendum cum ruminandumque brevis admonitio.* 607

APPROBATIO.

Hos duos J. Lipsi de Constantia libros, vel hoc nomine prælo dignos censeo, quòd non jam, ut aliæ ejusdem lucubrationes, libris & lapidibus. sed ipsi animo caliganti languentique lucem & medicinam adferant; quibus, si admiserit, ad illud robur proficiat quisque ac convalescat, ut si fractus illabatur orbis, impavidum feriant ruinæ.

Guilielmus Fabricius Noviomagus, Apostolicus & Regius librorum Censor.

JUSTI

Digitized by Google

JUSTI LIPSI MANUDUCTIONIS AD STOICAM PHILOSOPHIAM LIBRI TRES.

L. ANNAEO SENECÆ, ALIISQ. SCRIPTORIBUS ILLUSTRANDIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

AD ILLMUM ET EXCELLMUM

PRINCIPEM
D. JOANNEM FERDINANDUM VELASQUIUM.
COMITEM-STABULI REGNORUM CASTELLÆ ET LEGIONIS. DUCEM FRIASII, COMITEM HARI.

MANUDUCTIONEM meam facere vides, quod ego nuper feci, Illme Princeps, id est ad te venire. Uterque meritò, ego, ut adventum in hæc loca & afflictam patriam gratularer, tuis etiam consiliis erigendam; itemq; gratias agerem, pro benivolentiâ quâ me jampridem eximiâ quâdam honestasses. Facit utrumq; hoc idem *Manuductio*: & causas easdem habet. An non & alteram magis propriam? opinor. Seruit ipsa & facta est ad lucem Hispani scriptoris, ANNÆI SENECÆ: itaque decorè viam ad Hispanum Principem affectat, ejus se arbitrio ac tutelæ permissura. Tuæ, inquam, tutelæ: cui copiæ & exercitus permitti solent: & vetus tuum perpetuumque munus est, equestri parti virium in Hispaniæ regno præesse: imó & totis copiis, in absentia Regum. Id enim est * *Comes-stabuli*: magna dignitas & qua Valentinianus Imperator ipsum fratrem

Qualis ferè olim *Magister equitum* Romæ.

suum

ſuum Valentem exornavit, id eſt in proximo ſibi gradu collocavit. Majores tui VELASQUII, virtute & gloria inclytâ gens, hanc ipſam meritis pepererunt, & familiæ ſuæ aſſeruerunt: in bellis contra Mauros, & ſi quos alios Hiſpania hoſtes habuit, non aſſidui ſolùm ſemper, ſed primi. Itaque jure in prima dignitate poſiti: quâ tu ita fulges, ut ab ipſo te & animi ingeniique dotibus præfulgeas, & maximam veriſſimamque laudem iſtis referas acceptam. Prudentia tua vel in civili, vel in bellicâ re adminiſtrandâ innotuit, & jamnuper Mediolani & in Sequanis enituit: idem pietas, & veræ virtutis ſtudium, quod à litterarum etiam & omnis ſeriæ doctrinæ cultu illuſtratur. Raras in Principe dotes memoro, & in animo magis quàm ſtilo prædico: iiſque impulſus & hæc mea, & me tibi dico, Illme & Excellme Princeps, ac velut in manum trado, fidum vel cultorem, vel clientem. Lovanii IV. Kalend. Mart. ∞. Ioc. IV.

AD

Digitized by Google

AD LECTOREM.

HABES MANUDUCTIONEM: & finem ex ipsâ vides fructumq; , id est, facem quam ad ANNÆUM SENECAM tibi prælucentem. Hoc consilium nobis fuit: neq; hercules suscitare, quod imperiti autument, veterem & sepultam sectam, quam ævum aut ratio tulit, & nostra imprimis religio, cui fatcor hanc (quæ autem vetus Philosophia?) non undiq; concordem aut amicam. In multis tamen: & ipsa Manuductio hoc docebit. Quid, quod Pharisæi olim, inter Iudæos secta nobilis, ad hanc Stoïcorum proximè accesserunt? Iosepho hoc credamus, qui inter ipsos nomen professus, palàm asseverat. Ἐννεακαίδεκα ἔτη ἔχων, inquit, ἠρξάμην τε πολιτεύεσθαι, τῇ Φαρισαίων αἱρέσει καταχολωθῶν, ἣ παραπλήσιός ἐστι τῇ παρ' Ἕλλησι Στοϊκῇ λεγομένῃ: Annos novemdecim natus ad rempublicam cœpi me dare, Pharisæorum assecla: quæ sanè secta illi Stoïcorum apud Græcos maximè est consentanea. Et verò quæ de fato iidem Pharisæi differebant, & plura, planè sunt pro Stoïcorum sensu. Non lubet in disputationis campum ingredi, & cum aliis comparare, aut præferre: feci obiter in ipso hoc scripto, & magis quàm placiturum quibusdam auguror: sed quid est? calor, aut impressa in unam rem cogitatio, interim abducit, & extra limites aut veri aut decori fortasse aufert. Si mihi factum, sit venia: testificor sana & sobria me amare, & eò redigi velle scri-

Digitized by Google

scribenda, aut scripta. Nemo finem aut felicitatem, cum istis, in Natura ponat: nisi interpretatione quam dedi, id est Deo. Nemo ilicm magnifica & alta nimis amplectatur, aut sapiat: ne subtilia quidem vel arguta: sed Senecæ verbis hæc temperemus, quæ nimis ex vero profert. Latrunculis ludimus, in supervacuis sæpè subtilitas teritur. Non faciunt bonos ista, sed doctos, aptior res est sapere, imò simplicior. Paucis opus est ad bonam mentem litteris. *Ita est. paucis opus, non tamen nullis: & ideò nos quoque modum tenuimus, & multa quæ dicere, multa quæ ubertìs aut subtiliùs dicere erat, omisimus: non famam ingenii nostri, sed tuum commodum, Lector, scopum destinantes, quem si attigi, bènè est: tu adjuva, & judicio hæc lege, & selige quæ ad virtutem sint & salutem: nec aliter, aut te & me fallis. Habebis autem à capite Sectarum divisiones & initia, item Stoïcæ: tum præcipua hujus dogmata; & maximè decantata illa* Paradoxa. *Reliquæ in* Physiologiam, *ne confusio sit, sunt dilata. Hæc cruere, & disponere (nemini adhuc factum) arduum fuit, fateor: nec scio an pretium operæ apparebit. Illud tamen: hæc non facere solùm* Senecæ *illustrando, sed* Ciceroni, Plutarcho, Laërtio, *& optimis veterum scriptorum. Hoc fine ama aut æstima: & me quoque, si quid lapsus sim aut titubavi, excusa. Per tenebras & salebras ivi, per viam adhuc in viam: & vetus illud liceat prætendere,* Nullum sine veniâ placuit ingenium.

IN.

Digitized by Google

INDEX DISSERTATIONVM MANUDUCTIONIS AD STOICAM PHILOSOPHIAM.

LIBRI PRIMI

DISSERTATIO I. *Adhortatio ad Philosophiam omni ætati aptam & utilem: & liberales scientias non tanti videri.* 623

DISS. II. *Conducere tamen hactenus Liberales, si præparant: nam autem insistendum & inhærendum iis esse.* 625

DISS. III. *Philosophiam non damnari, nec alienam; imò utilem Christianis esse. Tricas tamen & cavillos vitandos; & cum modo habendam.* 627

DISS. IV. *A quibus petenda Philosophia? Aristoteles & Plato laudati: nec tamen his solis adhærendum.* 630

DISS. V. *Electione utendum, & hoc fine Sectæ præcipuæ ostensæ: & primùm Barbaricæ.* 633

DISS. VI. *De sectâ Italicâ: ejus auctore Pythagora: item bonitate; sed non diuturnitate. Aliquid de Nigidio Sextio & Senecâ in hanc inclinatis.* 637

DISS. VII. *Tres Græcanicæ Philosophiæ partes, an sectæ: ac primo de Poëticâ.* 643

DISS. VIII. *De Jonicâ Philosophiâ, & Thalete auctore: de successione ejus, atque examinati Sidonii quidam versus de Socrate, & ab eo sectis, eæque in Tabulâ propositæ.* 644

DISS. IX. *Secta Eleatica, & variatio in auctore. Confundi cum aliis à quibusdam. Successio in tabella.* 648

DISS. X. *Stoici obiter laudati, eorum successio: & de auctore ipso Zenone.* 650

DISS. XI. *Discipuli ejus, & præcipuè deinde doctores: descripti vel laudati ab aliquot notis.* 652

DISS. XII. *Alii aliquot clari Stoici & præsertim qui in Senecæ scriptis.* 658

DISS. XIII. *Cynicos originem Stoicis dedisse & dogmata fere convenire. Illi ex professo laudati.* 661

DISS. XIV. *Contra Stoicos; & quæ iis objici solita.* 665

DISS. XV. *Pro Stoicis: atque ordine illa rejecta.* 667

Digitized by Google

Diss. xvi. *Iidem laudati: & quid in partibus Philosophiæ præstiterint: deque iis vel adversariorum elogia.* 671

Diss. xvii. *Exempla magnorum virorum, qui in hac hæresi, etiam Christianorum.* 673

Diss. xviii. *Seorsim Seneca laudatus, Scripta ejus maximè, & purgata etiam obiter à calumniis Vita.* 655

Diss. xix. *Epictetus item laudatus, verbis parciùs, largiter judicio & admiratione.* 681

LIBRI SECUNDI

Diss. i. *Sine Philosophia homines Pueros Rudesque esse: per eam viros, Studiosos, Eruditos.* 683

Diss. ii. *Philosophiæ aliquot definitiones Stoïcæ; una etiam Platonis; atque eæ breviter explicatæ.* 685

Diss. iii. *Divisio Philosophiæ communissima, in Dogmaticam, Academicam, Scepticam. Quid singulæ? & Academia divisa.* 687

Diss. iv. *Quem usum Academia aut Scepsis habeat: quem & abusum: ac Senecæ quædam illustrata.* 690

Diss. v. *Alia Philosophiæ divisio, in Contemplativam & Activam: iterumque singulæ istæ divisæ.* 694

Diss. vi. *Logicam omitti à quibusdam. De dignitate singularum: & Ethicam usu fructuque certè eminere.* 696

Diss. vii. *Discrimen Sapientiæ à Philosophia: & illius definitio, eaque obiter illustrata.* 678

Diss. viii. *Verus Stoicorum Sapiens, in summo ab iis descriptus: ideoque irrepertus. nec id tamen sine caussa, aut fructu.* 700

Diss. ix. *Alter ab illo Sapiens, qualem Natura & Ævum dant. is Proficiens dicitur, ejusque discrimina.* 702

Diss. x. *Docere Sapientiam, & disci: neque à Deo & natura tantùm esse. Omnibus etiam offerri.* 703

Diss. xi. *De Notionibus, quæ ad Doctrinam faciunt. quid, & quotuplices eæ, accuratè dictum.* 706

Diss. xii. *Doctrinam duplicem esse, Dogmaticam & Paræneticam: utraque laudata.* 709

Diss. xiii. *De fine, sive Ultimo bonorum: & quis ille sit?* 712

Diss. xiv. *Eum esse, Secundùm Naturam vivere: & varia super hoc interpretatio.* 714

Diss. xv. *Prima Zenonis sententia explicata, de Convenientia vitæ.* 717

Diss. xvi. *Altera Cleanthis sententia item explicata, de Convenientia cum Natura Communi.* 719

Diss. xvii.

Digitized by Google

Diss. XVII. *Tertia sententia Chrysippi, de Natura Propria, id est Ratione.* 721
Diss. XVIII. *Quarta sententia, de Vitâ ex Virtute: quæ prioribus consonat: atque omnes cum Veritate.* 723
Diss. XIX. *Has sententias ad Dei sequelam ire, & ducere, atque illum esse primarium Finem.* 726
Diss XX. *Solam igitur Virtutem sufficere ad Beatitatem: nec Externa aut Fortuita requiri.* 729
Diss. XXI. *Aliquid in hâc re contra Academicos: & non venire in Boni nomen Externa.* 732
Diss. XXII. *Quæ igitur Bona? atque ea subtiliter, & Σπικῶς divisa.* 734
Diss. XXIII. *Quæ Adiaphora, sive Neutra? quæ in iis Producta, & Rejecta? aliâque tenuiter inquisita.* 738
Diss. XXIV. *Non esse has Logomachias, aut Periergias & ad rem voces istas facere, idque obiter ostensum.* 743

LIBRI TERTII

Dissert. I. *Ingressio ad Sermonem. Aliquid contra Spem & Metum: ad Decreta deinde transitus factus.* 746
Diss. II. *Distinctio Decretorum. Contra Paradoxa aliquid, & pro iis.* 748
Diss. III. I. *Paradoxum positum, & explicatum, Sapientes omnes pares esse.* 751
Diss. IV. II. *Parad. Virtutes pares, itemque individuas esse.* 755
Diss. V. III. *Parad. Sapientem sibi parem, & in Gaudio semper esse.* 759
Diss. VI. IV. *Parad. Sapientem vel in Tormentis Beatum esse* 762
Diss. VII. V. *Parad. Sapientem Apathem & Imperturbabilem esse. Pluscula hîc de Affectibus.* 764
Diss. VIII. VI. *Parad. Sapientem non opinari: itemque non ignorare: non fallere, non mentiri.* 773
Diss IX. VII. *Parad. Sapienti nihil præter opinionem evenire.* 776
Diss. X. VIII. *Parad. Sapientem sibi sufficere, sive, Se solo contentum esse.* 778
Diss. XI. IX. *Parad. Omnia Sapientis: &, Solum divitem censendum.* 779
Diss. XII. X. *Parad. Solum Sapientem liberum, ceteros omnes servos censeri.* 783
Diss. XIII. XI. *Parad. Solum Sapientem Regem esse.* 785
Diss. XIV. XII. *Sapientem Deo parem: Paradoxum atque etiam Paralogum.* 788

Digitized by Google

DISS. XV. XIII. *Parad. Sapientem omnia recte facere, etiam Digitum exserendo. Sine peccatis esse.* 791

DISS. XVI. XIV. *Parad. Sapientes soli inter se amici: soli amare gnari.* 792

DISS. XVII. *Pluscula simul Paradoxa. Solum Pulchum, Nobilem, Civem, Magistratum, Vatem, Rhetorem, & plura esse* 795

DISS. XVIII. *Paradoxa item mixta: Non injuria affici, non Insania, non Ebrietate.* 798

DISS. XIX. *Duo alia Paradoxa, atque item Paraloga nobis; Non ignoscere, Non misereri.* 800

DISS. XX. *Paradoxum singulare, Omnes stultos insanire: & omnia vitia in omnibus.* 803

DISS. XXI. *Item singulare Paradoxum, Peccata aequalia esse.* 806

DISS. XXII. *Sapientem sumere aliquando mortem posse, decere, debere; ex Stoico quidem decreto.* 808

DISS. XXIII. *Decretum hoc refectum, & ostensum non licere, non debere, mixtis rationibus testibusque.* 814

DISS. XXIV. *Conclusio, & ad Exercitium adhortatio: cui tria adjumenta vel instrumenta data, Exempla, Conversatio, Examen.* 818

Digitized by Google

JUSTI LIPSI

MANUDUCTIONIS AD STOICAM PHILOSOPHIAM LIBRI PRIMI

DISSERTATIO PRIMA.

Adhortatio ad Philosophiam omni ætati aptam & utilem: & liberales scientias non tanti videri.

LIPSIUS. Nam quâ causâ tristiorem te, & fimbriata quadam fronte video? AVDITOR. Causa quidem aperta. patriæ pericula, an ruinas, solus ignoras? LIPS. Deus avertet, aut sistet: quid tamen ad te propriè? AVD. In una tum navi. LIPS. Velim istâ. AVD Quâ? LIPS. Sapientiæ, quam tracto. AVD. Vidêris mihi in libris esse, & sic soles. LIPS. Non semper in istis seriis, & voveam olim magis fuisse. AVD. Qui isti igitur? LIPS. *Annæum Senecam* agnoscis, magnum inter magnos virum AVD. Sæpè à te sic audio, sed nunc quidem sepono, vel ipso te auctore. LIPS. Méne? defugio. AVD. Nam flos ævi me habet, & in eo amœniora igitur hæc studia, & velut florida, tractamus: graviorum adhuc expertes. Fallor, aut monuisti. LIPS. Illa tractare te monui, fateor: hæc seponere, non monui, & non ab illis tantùm, sed cum illis, curare. Vis me verum dicere? Philosophiæ amor & notitia aliquâ etiam adolescentiæ adscisenda est: neque ulla ætas ei immatura. Vetus ævum si respicis à pueritia huc ducebantur: & omitto alia monita, andi istud ab otii ipsius Magistro. Μήτε νέος ἐς ὢν φιλοσοφεῖν μελέτω, μήτε γέρων ὑπάρχων κοπιάτω. Οὔτε γὰρ ἄωρος ἀθλεῖν ἐστιν, ὅστις παιδός, πρὸς τὸ μὴ ψυχὴν ὑγιαῖνον: *Neque juvenis aliquis differat philosophari, neque senex defatigetur. Non enim immaturus quisquam, aut vietus &*

Digitized by Google

effœtus est, ad animæ sanitatem. Hæc Epicurus, & exemplo firmaverat: quem certa fides est, ab anno decimoquarto ætatis Philosophiæ operatum esse. Quidni fecerit, & tu facias mi adolescens? A corpore si æger sis, medicum non differas: mentis sanitas neglectui aut procrastinationi erit? Ut cælo tranquillo, & mari placido, nautæ quę contra tempestatem sunt, expediunt: sic in istâ ætate, nondum tot curis aut fluctibus expositâ, jure prępares quæ sint illis mitigandis, aut tollendis. Amœniora ista artium nos quidem probamus, & illo velut vomere proscindi hoc animi solum, & præparari ad sementem cupimus: sed præparari. Veræ autem fruges, Philosophia est: cetera, herbæ aut flores. Quæ tamen quia jamolim & nunc nimis quidam adhærent, & æstimant: severiores magistri reperti, qui totum hoc litterarium & liberale studium rejicerent ac damnarent. Cynici inprimis, qui ἀπαιδευσίαν, ut Laërtii verba sunt, τὴν ἐγκύκλιον μαθήματα: *aspernantur liberales omnes artes.* Et Zeno caput Stoicæ, statim initio librorum de Republicâ, τὴν ἐγκύκλιον παιδείαν ἄχρηστον ὑπεφαίνε: *Liberalem doctrinam inutilem profitetur.* Quid noster hic Seneca? *Operosè*, inquit, *nihil agunt, qui litterarum inutilium studiis detinentur.* Et quàm sæpè alibi increpat? & quàm meritò hodie aliquis alter Seneca faciat, cùm nec modum, nec finem suum habent? Vanitas & ambitio quæritur, invenitur: & Senecæ iterùm verbis, *ista liberalium artium consectatio molestos, verbosos, intempestivos, sibi placentes facit: & ideò non discentes necessaria, quia supervacua didicerunt.* O quàm in nostrum ævum competunt! tu quoq; vides, & (quod gaudeo) erubescis. Sicut enim Paris ille apud Homerum, è prœlio profugus, cum Helenâ se oblectat: sic plerique relictis studiorum seriis, voluptaria modò sectantur. Atquin quattuor Artium genera sunt, ut Posidonius rectè olim distinguebat. *Sunt Vulgares, sunt ludicræ, sunt Pueriles, sunt Liberales. Vulgares opificum, quæ manu constant, & ad instruendam vitam occupatæ sunt. Ludicræ, quæ ad voluptatem oculorũ atq; aurium tendunt. Pueriles, & aliquid habentes Liberalibus simile, quas ἐγκυκλίους, Græci, nostri Liberales vocant. Solæ autem Liberales sunt, imò, ut verius dicam, Liberæ, quibus curæ animi Virtus est.* Quæ est scilicet sola Philosophia, cujus fructus illa Libertas, non affectibus, non culpis, non erroribus aut terroribus subjici, quatenus homini quidem datum. In quâ sunt, ut cum poëta dicam,

Fundamenta, quibus nixatur vita salusque.

De Brev. vit. c. XIV.

Ep. LXXVIII.

Ibid.

DIS-

Digitized by Google

DISSERT. II.

Conducere tamen hactenus Liberales: si præparant: non autem insistendum & inhærendum iis esse.

SERVILES igitur aliæ, aut certè Pueriles sunt: hęc est, quæ in liberos, quæ in viros transscribit, tibi, si me audis, assumenda. Quid ergo? destrictè aut abscisè alias Stoici repudiant? absit. hactenus tantùm, si detinent & vindicant sibi, *Tamdiu enim istis immorandum est* (iterùm Seneca) *quamdiu nihil agere animus majus potest. rudimenta sunt nostra, non opera.* Sed & rudimenta utilia, imò necessaria sunt: non aliter quàm ædium sublimium fundamenta. Itaque Xenocrates prudenter cuidam amuso & rudi, ad philosophiam tamen & diatribam suam adspiranti: Πορεύου, ἔφη, λαβὰς γὰρ οὐκ ἔχεις φιλοσοφίας: *Abi, abi, inquit. non enim ansas habes philosophiæ.* Utnempe ansæ humorem non continent, vasi tamen necessarię sunt ad usum: sic de litteris, Sapientiam non habent, sed conferunt ad habendam. Seneca: *Quare liberalibus artibus filios erudimus? non quia Virtutem dare possint, sed quia animum ad accipiendam illam præparant.* Philo Judæus, & Clemens Alexandrinus, uterque inter veteres (& hîc etiam inter nostros) doctrinâ eximii, scitâ allegoriâ hoc ingerunt & prolem Abrahamo ex Agar ancillâ susceptam, cùm parere Sara non posset, huc ducunt. *Non enim sumus* (ait prior) *apti prolem ex Virtute suscipere, nisi priùs miscearnur ejus ancillæ. Est autem Sapientiæ ancilla, illa quæ in liberalibus artibus scientia ponitur: ut Musicâ, & Logicâ.* Similia Clemens in primo Stromateon. Nec levem aliquam aut transitoriam in his operam requirunt: sed, ait iterùm Philo, *Sicut in magnis fabulis aut argumentis, magna etiam Proœmia esse oportet: sic istic. maximum enim argumentum Virtus est, ut quæ circa grandem materiam versatur, vitam totam. Jure igitur. non levibus aut brevibus utetur proœmiis, sed Grammatica, Geometria, Astronomia, Rhetorica, Musica, alia omni Logica contemplatione imbuetur: quorum tessera est, Saræ ancilla.* En vera & vetera judicia, quæ jure novitiis illis omnibus & levibus anteponas. Nec Stoici aut Cynici aliter: quorum una mens est, quam dixi, non colere ipsas propter ipsas. Sicut miles pugnæ per lusoria certamina se præparat: sic nos Sapientiæ per has artes debemus. Cui ἐγκυκλίους παιδείας καὶ ἐγκυκλίους μαθήσεις conferre plurimùm etiam *liberales scientias*, Chrysippus palàm scripsit. An non

Ep. LXXXVIII.

Ibid.

De congressu eruditi cautsâ.

Laërt. & alii

Digitized by Google

scriberet qui caput Sapientiæ Socratem sciebat ita his instructum, ut *Euripidem etiam ab eo in scribendis Tragœdiis adjutum*, manaverit in vulgus. Omninò ruditas illa animi, &, ut sic dicam, agrestis ferocitas exuenda per has verè humaniores artes est, & homini humanitas reddenda. VI. De Legib. Ὁ ἄνθρωπος, ait Plato, παιδείᾳ μὲν ἀρθῇ τυχὸν, θειότατον ἡμερότατόν τε ζώων γίγνεται φιλεῖ. Μὴ ἱκανῶς δὲ ἢ μὴ καλῶς τραφεὶς, ἀγριώτατον μὴ ὀπόσα φύεται γῆ : *Homo rectæ institutionis & doctrinæ compos, divinissimum & mitissimum animalium redditur: aliter autem, & vel non satis, vel non rectè institutus, ferocissimum & maximè indomitum omnium, quæ fert tellus.* Valdè imprimam tibi hæc verba; & utinam iis possem, qui hodie ad Naturam, eâ contenti, omnia relegant. Falsò, falsò, *quantum domitus factusque equus distat ab indomito* (olim ita Aristippus:) *tantum doctus ab indocto.* Duo igitur teneamus, Comici veteris versu expressa :

Philonid. Γράμματ' ἐκμαθεῖν δεῖ, καὶ μαθεῖν τὸν ἔχοντ' :
Et Litteras, & deinde Mentem jungere.

Ut personæ histrionum, etsi pulchræ, usum non habent nisi faciei applices : sic litteræ per se inanes, Sapientiæ admovendæ sunt. Nam solitariæ illæ, quid nisi levem oblectatiunculam, aut otii deceptionem habent? Sen. De Brev. vit. cap. XIV. *cujus errores minuent? cujus cupiditates prement? quem fortiorem, quem justiorem, quem liberaliorem facient?* Sed neque curas affectusque tollent,

Horat. *——— non animum metu,*
Non mortis laqueis expedient caput.

Ad Sapientiam itaque eant, & nos ducant non aliter quàm qui in patriam tendit, & viâ utitur, & diversoriis; sed non illa finem aut mansionem habet. Quod si aliter; ecce Epictetus, qui avocat & increpat: *Homo, oblivio te cepit instituti tui?* Diss. II cap. XXIII. NON HUC IBAS, SED HAC. *Atqui elegans hoc diversorium. Quàm multa autem alia? quot etiam horti aut prata? sed non, nisi ut transitus sint.* Audiamus. satis diu amœna hæc studiorum habuerunt : seria addamus, & ne serò. Ecce major ætas approperat, ecce curæ undique & turbæ : quid cessamus? Quin, sicut hoste appropinquante, minuta relinquimus, & recipimus nos in firmam & inconcussam hanc Sapientiæ arcem? Te hortor : me unà. ecce cani caput & genas incipiunt spargere, ecce quintus & quinquagesimus annus me pulsat : & ego sedeo, ambulo, & in litore vagus conchulas & lapillos lego? Venti vocant, navis oram solvit, recipe me ô Sapientia, & in beatæ Tranquillitatis portu siste.

DIS

Digitized by Google

DISSERT. III.

Philosophiam non damnari, nec alienam, imò utilem Christianis esse. Tricas tamen & cavillos vitandos; & cum modo habendam.

EGO enim venio, &

O mihi curarum requies, ô sacra voluptas,
Unáque pax animo,

non te dimittam, donec me vita dimittet. AUD. Me quoque hoc igne tuo incendis, sed metus aliquis est, qui retinet & pedem refrænat. Hoc, inquam, timeò, ne suadeas (cum Lucretio dicam)

Impia me rationis inire elementa, viamque
Endogredi sceleris.

Nónne Christiani sumus? illi damnant hoc totum Philosophari, & Patres illos nostros audi. Lactantium: *Facessant omnes isti* (Philosophi) *qui vitam humanam non instruunt, sed turbant.* Gregorium Nazianzenum: *In Ecclesiam, velut quædam* * *Ægyptiacæ pestes, philosophi irrepsêre.* Tertullianus quoties conviciatus est, aut illusit? a *Philosophi patriarchæ, ut ita dixerim, hæreticorum.* Iterum: *Quidvis, struere ac destruere eruditi, magisque dicendo persuadentes quàm docendo.* Iterumque: *Sapientiæ & facundiæ caupones.* Jam alibi: b *De quorum ingeniis omnis hæresis animatur.* Denique pulchro titulo: c *Philosophus animal gloriæ.* Hieronymo hoc arrisit, & transscripsit: d *Philosophus est gloriæ animal, & popularis aura vile mancipium.* Sed & Ambrosius Antistes: *Phalerata magis, quàm vera sapientia, quæ aliena quærit cum sua nesciat: cæli plagas scrutatur, Deum ignorat quem solum nosse deberet.* Nec nostri tantùm, sed ecce serius ille Trismegistus damnat: Ἐπὶ πᾶσιν φιλοσοφία, λόγων ψόφος: *Græcorum philosophia, verborum strepitus.* Hæc Lipsi sunt quæ absterreant, pietati quidem addictum. LIPS. Erras, & seorsim ab aliis sentis qui verè sunt pii. Nónne in scholis nostris, Aristoteles & philosophi, jamdiu est cùm regnant? Nec veteres illi aliter: quos advocas quidem, sed non sana & sua mente. Nihil ii veræ & sobriæ philosophiæ damnatum aut rejectum eunt: sed aut Sophisticam culpant, aut nimium ejus studium & honorem. Nam, ut scias, primis illis Ecclesiæ temporibus non deerant, qui Christum ore adsumerent, &

Lib. III. cap. XIX. Orat. de modo in Disput.
* *Ranas* facit eos Augustin. *De convenient. dec. præcep. cap.* II.
a De Anim. c. III
b Lib. I. adv. Marc.
c De Anim. c. I.
d Ep. ad Julian.

Digitized by Google

Platonem animo non exuerent: qui miscerent etiam dogmata, & sacra illa profanis prava subtilitate temperarent. Inde errorum rivi, & hæreses: & jure merito Patres in hos tales incurrunt. At hanc subditam & dominæ illi, ut sic dicam, ancillantem, adeò non spernunt, attollunt potiùs & laudant. Lactantium ipsum, primarium tuum testem, audi: *Philosophia non nocet, imo prodest plurimùm, si religione imbutus est animus.* Vides? adjumenti, non noxæ vicem habet: si pietas adest, & religio præest. Clemens Alexandrinus hoc pulchrè: *Etsi ipsa sibi sufficit, nec opis alienæ eget doctrina Servatoris, cum sit potentia & sapientia ipsius Dei: tamen Græcanica philosophia si accessit, non quidem validiorem facit veritatem, sed Sophisticos insultus ab ea amolitur & insidias omnes avertens,* SEPES ET LORICA *est Dominicæ vineæ.* Quibus postremis ad Salomonis verba adspexit; alibi etiam ea interpretatus: *Sapientiam*, inquit Salomon, *vallo circumda, & attoliet te, & coronâ voluptatis proteget.* Transfert deinde ad Philosophiam, jungitque: *Igitur & tu, si Sapientiam septo Philosophiæ & veriæ eruditionis munieris, à Sophisticâ inaccessam servabis.* At Gregorium Nazianzenum etiam obducis. Illùmne, qui à puero deditus in his artibus fuit? nam Athenis, unà cum magno illo Basilio, Philosophiam & Philologiam in ipso earum fonte hausit, & passim scripta sua irrigat iis aquis & perfundit. Quid aurem super his sentiat, audi ejus verbis. Οὐκοῦν ἄλλως ἐστὶν ἡ παίδευσις, ὦ τῶν δοκούντων, ἀλλὰ σοφοὶς καὶ ἀπαιδεύτοις ὑπολαμβάνειν τοὺς ἄνδρας ἐχρῆν, οἱ βούλονται αὐ πάντως εἶναι καθ' ἑαυτούς, ἵν' ὁ τῆς κρείττονος καθ' ἁπάντων κράτηται, καὶ τοὺς τῆς ἀπαιδευσίας ἐλέγχους ἀμηδιάσωσιν: *Non igitur in vilis habenda eruditio, quia quibusdam ita videtur: sed censendum* LÆVOS ET IMPERITOS *illos sic affici, qui vellent* OMNES SUI SIMILES *esse, ut in communi illo grege laterent, & insciliæ reprehensionem effugerent.* Sunt vera, sunt aurea. non habet, non habuit hostes omnis ista Doctrina, nisi indoctos. Nam de Tertulliano, quid tu adfers? ille in omni genere artium tinctus, amat profectò cultores atque æstimat: sed non illos vanos, fucatos aut fucos, qui vel stultè præferunt, vel improbè abutuntur. Nec alio fine dicta illa ejus, aut sensa. Idem in nostrorum aliis. de Trismegisto, sua quædam causa est: qui jam tunc (quisquis aut quandocumque fuit) videbat Græcos dignissimam artium ad minuta aut ludicra deducere: atque id carpit. Nam ut Democriti etiam verbis & querelâ utar, multi sub sacri nominis titulo erant ζηλωταὶ πηγυδείων, ἱερὰ δωπῶντες, καὶ ἱμαντ-

λίῳ

Lib. v. 1. c.

1. Strom.

Eod. lib.

Orat. funebri in Basil.

Apud Clemen. Strom.

Digitized by Google

λιστικῆς : *minutarum artium rerumq; aucupes, certatores & litium avidi, & flexuosarum captionum sartores.* Utinam nec hodie tales, aut talia! *sed quantum temporis quibusdam verborum cavillatio eripit, & captiosæ disputationes, quæ* ACUMEN IRRITUM *exercent?* Nectunt nodos, & solvunt: id est, quid nisi aranearum subtiles telas texunt, & retexunt. Sicut pueri pilam percutiunt & repercutiunt, sterili voluptate: sic isti. *Atque utinam* (ait Seneca) *disputationes istæ tantùm non prodessent! nocent. Hoc manifestum est, comminui & DEBILITARI GENEROSAM indolem, in istas augustias conjectam.* Hoc igitur est, quod damnat in Græcis Tullmegistus, & siquid tale superfluum: idem Divus Hieronymus, & pulchra imagine, vult rescindi. *Legimus*, inquit, *in Deuteronomio, Domini voce præceptum, Mulieris captivæ radendum caput, supercilia, omnes pilos & ungues corporis amputandos, & sic eam habendam in conjugio. Quid ergo mirum, si & ego Sapientiam sæcularem, propter eloquii venustatem, & membrorum pulchritudinem, de ancilla atque captiva Israelitidem facere cupio? & si quidquid in eâ mortuum est Idolotatriæ, voluptatis, erroris, libidinum, vel præcido vel rado?* Audimus te, vir & nomen sacrum: & in contubernium, imò legitimum torum, ducimus Philosophiam, sed purgatam & recisam. Item Augustinum: *Si qua Philosophi vera dixerunt, ab eis esse, tamquam injustis possessoribus vindicanda.* Vindicemus & quàm multa ea sunt? quàm præclara in omni cognitione Naturę, in morum directione, dixerunt? ut bonus aliquis judex pronunciet, ab altiore illa Mente ad capiendum instructos, ad vulgandum instinctos. Claudianum Mamertum audire est pretium. *Animadvertamus has philosophorum animas, quæ tam remotæ persecutæ sunt, tam peritè viderunt, iccircò* LUMINE VERITATIS ADFLATAS, *ut in* SALUTEM *generis humani toti mundo quandoque ederetur dogma. Apud rudes verò gentium mentes, gentilium uteremur testimoniis: quo magis ignorantiæ morbo cæcata, & infidelitatis frigore in quamdam glaciem durata gentilitas, Evangelicæ veritatis calori cederet, si eadem veritas adversantium quoque nobis ore sonuisset.* Pulchra ista. & vides de adflatu, vides de caussa & fructu, hodie etiam vera. Quis non dicam gentilium, sed & nostrûm non commovetur, & in recto sensu firmatur, cùm videt priscos illos, de Deo, Providentia, aliis divinis, sic magnificè & verè sensisse? Idem in Virtute. quæ magis approbatur & inseritur, sic culta illis, qui ob solam eam colebant. Itaque cum Clemente sentia-

Sen. Ep. xlv.

Ep. xl. iii.

Ep. ad Magnum.

Lib. ii. De Doctrina Christ.

Lib. i de statu an. c. viii.

Digitized by Google

mus : Μία τ' ἀληθείας ὁδός. ἀλλ' εἰς αὐτὴν, καθάπερ εἰς εἶναι πέπαρσι, ἐκρέουσι δὲ ῥεῖθρα ἄλλα ἄλλοθι. UNA VERITATIS EST VIA *sed in eam, tanquam in perennem fluvium, influunt & conveniunt* ALIVNDE ALII RIVI. Ita sanè. omnes isti Philosophorum rivuli, aut eunt aut ducuntur à bonis, ad Veritatis nostræ perenne flumen: & ornant sive augent illud, saporem tamen non mutant. Pone igitur metum adolescens, Omnes illos Græcos Latinosque vide, culmina nostra & lumina: *nescias* (verba Hieronymi (*quid in iis primùm admirari debeas, eruditionem sæculi, an scientiam scripturarum.* Denique stimulum etiam incutiam à Justino, illo sancto, Ἐγὼ δὲ τοῦτό φημι, inquit, φιλοσοφίαν μέγιστον κτῆμα, καὶ παρὰ θεῷ τιμιώτατον ἡμῖν, ὅτι αὕτη μόνη, καὶ σώζουσα ἡμᾶς μόνη. καὶ ὅσοι οὖν ἀληθεῖς ἐσμὲν οἱ φιλοσοφίας τῆς πρὸς θεοῦ ἐχόμενοι. *Est revera Philosophia* MAXIMUM BONUM *& possessio, & apud Deum* VENERABILIS : *quæ* DUCIT NOS AD EUM ET SISTIT SOLA, *&* SANCTI *beatiq; illi, qui mentem ei donant.* Quæ vera de verâ philosophiâ, ad quam te solam voco.

Epist. ad Magn.

Ad Tryphon.

DISSERT. IV.

A quibus petenda Philosophia? Aristoteles & Plato laudati: nec tamen his solis adhærendum.

AUD. Jam me do equidem & compono, una modò fluctuatione, quam *Veram* appelles? Nam sectas, & quasi vias, Philosophantium plures video: quam igitur tuto pede insistam? & quæ brevius certiusque perducet? LIPS. Arduum, nec arduum fortasse hoc definire. Nam quàm multæ eæ viæ sunt? & quæque duces & antesignanos suos magnos & verendos viros habet. Sed tamen eò jam ventum, ut reliquis cedentibus, duæ de Principatu ferè contendant, Peripateticorum & Stoicorum. Nam Epicuréos communis consensio jugulavit: Academici ipsi se; & nullam scientiam profitendo, discipulos habere desierunt. De Peripateticis, hodierna judicia si audias, rem factam habes: in scholis soli regnant, ab octingentis amplius annis apud Græcos Latinosque admissi. Quis pellet? nec velim, nec debeam fortasse: dividuum tamen hoc regnum facere, & collegas dare, nescio an non Sapientia mecum optet. Aristotelem, regem illum Peripateticorum, magnum inter homines fuisse, quis abnuat? & magni ipsi viri locum sic adsignant. Cicero inter primos:

Digitized by Google

mos: *Vir non solùm in dicendo copiosus, sed etiam in Philosophia singularis.* Alibi: *Summo ingenio, scientia, copia.* Iterumque: *Quo nihil politius, nihil acutius.* Eidem *aureum eloquentiæ flumen* dicitur: & Plutarcho, *Vir eloquentissimus, & peritus flectendi animos quà quâ vellet.* Denique plenâ manu Cicero: *Quis omnium doctior; quis acutior, quis in rebus vel inveniendis, vel judicandis, acrior Aristotele fuit.* Neque alii ab his elogiis divertunt. Plinius quidem, *Summum in omni doctrinâ virum* appellat: alibi, *immensæ subtilitatis.* Quid Arnobius? *Vir ingenio præpotens, atq; in doctrina præcipuus.* At Averroës velut lymphatur in ejus laudes. *Aristoteles*, inquit, *tres scientias invenit, Logicam, Naturalem, Divinam: &* NULLUS ERROR *inventus est usq; ad hoc tempus, quod est mille & quingentorum annorum. Et talem esse unum hominẽ, potius est* MIRACULOSUM, *quàm humanum.* Idem alibi: *Aristoteles est* REGULA *&* EXEMPLAR, *quod Natura invenit ad demonstrandam* ULTIMAM PERFECTIONEM *humanam.* Denique simili elogio: *Aristotelis doctrina est* SUMMA *veritas, quoniam ejus intellectus fuit* FINIS HUMANI INTELLECTUS. *Quare benè dicitur, quod fuit creatus & datus nobis divinâ Providentiâ, ut sciremus* QUID-QUID POTEST SCIRI. Hæc magna, admiranda sunt, fateor: & quæ virum cælestibus pænè æquent. Quid tamen alii? alia. Tertullianus *Minutiloquium* ejus taxat: & eâdem voce Irenæus, *Minutiloquium & subtilitates circa quæstiones*: Hieronymus, *Versutias ejus.* Quid volunt? nimis & tenuiter subtilem fuisse, atque inquisitorem: sæpè cum obscuritate. Ideò Sidonius: *Explicat ut Plato, implicat ut Aristoteles.* At Gregorius Nazianzenus & hoc, & graviora objicit. Βάλλε μοι, inquit, Ἀριστοτέλους τὸν μικρόλογον σοφίσματα καὶ τὰ ὑπτίχνου, καὶ τὰς ἀνηνύτους ἕδρας ψυχῆς λόγους, καὶ ὃ ἀνθρωπικὸν ἅπαν δογμάτων: *Abjice mihi Aristotelis minutiloquam sagacitatẽ & artificium, abjice mortales illos super animâ sermones, & universè humana illa dogmata.* Damnat non assurgentem, & in humilibus terreníque hærentem. Hoc & Atticus apud Eusebium: Ἀριστοτέλους λεπτὴ καὶ ταπεινὴ δεισιδαιμονία. τὰς ἀληθείας μὲν τῶν ἐπὶ γῆς πραγμάτων, καὶ τὴν ὁμότιμον ἀλήθειαν ἰδεῖν ἐδύνατο, τὸ δὲ ὄντως ἀληθείας ἐπιστῆσαι τὸ πανύδιον οὐκ ἴσχυσέ τι καθ' ὑπερβολήν: *Aristotelis tenuis & humilis subtilitas, quæ res terrenas quidem pervadere, & quid verum in his pervidere posset; at solidæ illius veritatis clarum & serenum lumen non ei fuit inspicere.* Lactantius pariter: *Aristoteles de Deo ipse secum dissidet, & repugnantia dicit & sentit.* Iterùm: *Aristoteles Deum nec coluit, nec curavit.*

iv. Acad. i. Tusc. iv. Acad. In proëm Physic. In III. De Anim. De Anim cap. VI. Lib. II. Adv. Hær. cap. XIX. In Eccles. cap. X. Orat. I de Theolog. De Præp. Evang. l. XV. Lib. I. c. V. De Irâ Dei c. XIX.

Philo

De mundo incor. Philo Judæus; Ἀριστοτέλης μηδαμοῦ ἀκριβὴς ἐφάνη ἐξεταστὴς: *Aristoteles numquam piè aut sanctè doctus.* Itaq, vides mi Auditor attolli, vides deprimi, in judiciorum isto velut oscillo suspensum. Imò & hoc disce, Platonem illi consensu ferè ab antiquis præponi. Cicero ipse, ille ex professo, imò velut ex conducto, ejus præco, palmam v. de Fin. aufert, & in Platonis dextram transfert. *Aristoteles, excepto Platone, Philosophorum Princeps.* Nonne palàm secundum facit? Iterùm: *Aristoteles longè omnibus, Platonem semper excipio, præstans ingenio & diligentiâ.* Et 2. Tusc. plerique etiam nostrorum procerum tabellam in hanc partem dimittunt. Arnobius: *Plato ille divinus, multa Deo digna, nec communia sentiens multitudini.* Iterùm: Lib. II. *Plato illi magnus, pie sanctèq; sapiens.* Et Tertullianus Ibidem. consentit, & in Ægypto hæc dogmata à Trismegisto illo hausisse maximè, ejusque scripus fatetur. At alii ad Prophetas & sacros etiam libros mittunt, & palàm Numenius: Τί ἐστι Πλάτων, ἢ Μωσῆς ἀττικίζων; *Quid est Plato, nisi Moses Atticissans?* Augustinus autem, illo nostrorum De Anim. c. 11. scriptorum apex, *Platonem ceteris philosophis gentium gè lateq; præfert.* Imò in cælo pænè (quatenus piè potest) ponit. VIII. De Civit. *Hunc Platonem*, inquit, *Labeo inter semideos commemorandum putavit: semideos autem heroibus anteponit, & utroq; inter numina collocat. Verumtamen* II. de Civ. c. XIV. *istum quem appellat Semideum, non heroibus tantùm, sed etiam diis ipsis præferendum esse non dubito.* Eodem sensu alibi, *Templum ei justius, quàm diis illis gentium ponendum.* Et qua de causa? quam ipse promit: *Platonicæ fa-* Cap VII. De Ver. relig. c. IV & Ep. ad Dios. *miliæ philosophos, facillimè omnium, pauciq; mutatis, fieri posse Christianos.* Et sanè multum in Philosopho, imò caput est, ad Deum & divina assurgere: à quibus cetera omnis sapientia nexa est & pendet. Itaque vides in istis Aristotelem (nec prudens aliquis negaverit) à Platone, itemque à Stoicis, longè vinci & relinqui. Quid tamen est? Dialectica firmiter & compositè tradidit: v. De Finib. idem Physica. de quibus Tullii hoc testimonium: *Naturam sic à Peripateticis investigatam, ut nulla pars cæli, maris, terræ sit prætermissa.* Et Laërtii: Ἐν τοῖς φυσικοῖς ἀπολελοιπώς ἐστι τῶν πολλῶν ἐγγύτερον, ὅσῳ καὶ τοῖς τῆς ἱλαρίας ἀνθρώποις τοὺς ἀπλῶς: *In naturalibus omnium maximè rationes redditas etiam ad res usq; minimas.* Ideò utiliter, quod has duas partes attinet, in Scholas receptum fateor; quem enim potiùs? & veteres alii, qui hæc tradiderunt, ævo perierunt. Sed & opus juventuti, certum doctorem & dogmata esse, quibus insuescant. *Quemadmodum folia,* Ep. XCV. ait Seneca, *per se virêre non possunt, ramum desiderant cui in-*

Digitized by Google

inhæreant, ex quo succum trahant: sic præcepta si sola sunt marcent, infigi volunt sectæ. Juventuti, inquam, hoc opus: at jam viros quæ invidia aut ignavia est, longiùs non mittere? In Theologicis: in Ethicis, in ipsis Physicis, quàm multa præclara, rara, Pythagoréi aut Stoici dixerunt? & quædam etiam alii. Hæc ego non adeam, usurpem, & velut relictam à majoribus hereditatem cernam. Audaciter & ut in Senatu sedeam; non audiam tantùm, sed examinem: & ipse rogatus, sententiam dicam. Nam *semper illam unius sequi* (argutè noster Annæus) *non ad curiæ sed factionis est.* Equidem adsurgo & veneror inventa inventoresque sapientiæ: sed ut homo homines, & *qui non domini nostri, sed duces sunt.* Quis ille tam feliciter, imò tam divinè sua piens,

De Vit. beat. c. xxx.

Sene. p. xxxii.

Omnia veridico qui quondam ex ore profudit?

Non fuit, non erit, & est hoc æternæ illius benignitatis, spargere ingeniorum dona in ætates, & in homines: nec in unam illam, aut hunc unum, omnia & semel contulisse. Optimus vatum:

Iliad. δ.

Ἀλλ' οὔπως ἅμα πάντα θεοὶ δόσαν ἀνδράσι πᾶσιν:

Sed non insimul, & semel, omnia dii sua donant.

DISSERT. V.

Electione ut tendum. & hoc fine Sectæ præcipuæ ostensæ: & primùm Barbarica.

EX his effectum volui, nec homini uni, imò nec sectæ districtè adhærendum. Quæ servitus ista sit? alius jugum subeat: tu mecum, sive cum Seneca, aude profari: *Non me cuiquam mancipavi, nullius nomen fero, multum magnorum virorum judicio tribuo, aliquid & meo vindico.* Quòd si omninò lubet partiarium esse; una Secta est inquam, me judice, tutò nomen demus. Ea est Ἐκλεκτικὴ (*Electivam* liceat reddere) quæ à Potamone quodam Alexandrino introducta, valdè ad meum sensum. De eo Diogenes Laertius: Ἔτι δὲ πρὸ ὀλίγου καὶ Ἐκλεκτικὴ τις αἵρεσις εἰσῆχθη ὑπὸ Ποτάμωνος τοῦ Ἀλεξανδρέως, συλλεξαμένου τὰ ἀρέσκοντα ἐξ ἑκάστης τῶν αἱρέσεων: *Nunc vero nuper etiam* ELECTIVA *secta introducta est à* POTAMONE *Alexandrino, quæ seligit & excerpit placita è singulis sectarum.* Ades, ades optimè philosophantium: viam ipsam

Ep. xlv.

In præf.

Digitized by Google

ipſam ingreſſus es ad penetralia illa Veri. Et quando hic homo vixit? *paullò ante Diogenis tempora*, ut indicat in primis verbis. Atqui Diogenes circa M. Antonini Imperatoris ævum ſcripſit. O tardè repertum aut editum, quod primitùs oportebat! Qui varia & varios cum induſtria legit, cum judicio ſeligit: næ ille factionis expers, veri conſors, facillimè reddetur. Quid ais? placet conſequi, & æmulari? AVD. Perſuades. ſed firmiter & promptè etiam ut poſſim, quin tu mihi ipſas Sectas, certè præcipuas, digeris & in conſpectu ponis? Sed & cenſebis de quibuſdam, cenſeo: & ſic viam ad eligendum ſternes. LIPS. Longiùs ducis, ſed ſequor, & laudabili cupiditati ſubſigno. Tres ſcito universè eas eſſe, *Barbaricam*, *Italicam*, *Græcanicam*: nondum per homines aut capita, ſed nationes & populatim diſtinctas; *Barbaricam* dicimus, quæ extra Græciam aut Italiam, & antiquiſſima quidem, fuit. Quidni antiquiſſima? cui à primo illo humani generis parente origo, imò à Deo ipſo fuit. Quis enim alius Sapientiæ hos radios, niſi ipſa Sapientia primùm emiſerit? Ille ut benignè imaginem ſui homini infudit, ſic & animi hęc ornamenta ſive adjumenta; & quidem pleniore tunc manu. Nam quis ambiget, quin ille, quem præſentiâ & alloquio ſuo dignatus eſt, qui nondum offenderat, & fruebatur amore divino; qui recens in natalibus magni mundi hujus erat; qui inſpector cognitorque tot novorum operum cælo, terra, mari: quin is, inquam, cognitione variâ, & interiore magis, fuerit perfuſus? Præſumendum eſt: atque etiam illud, eumdem labe peccati tenebroſum, lapſu à culmine felicitatis debilitatum, multa clari ejus luminis amiſiſſe, quod in priore ſtatu intus lucebat, foris allucebat. Anteà ei unum opus, contemplatio, & vivere vix aliud erat, quàm cogitare. at poſtquàm felicitate, & ejus ſede, excidit: labor acceſſit, & cura corporis animique: & vix aliud manſit, quàm velut è magno igne ſcintillæ, atque eæ occultæ in fomite ingenii, & ſub cinere ſopitæ. Itaque ſtudio & inquiſitione excitandæ, & in flammam aliquam producendæ fuerunt: quò juvit memoria, itemque

Lucret. *Vſus, & impigræ ſimul experintia mentis.*

Sic facta ſcientia, & per manus tradita: ab ipſo quidem filiis (nam quæ pulchrior firmiorque hereditas potuit?) & inter eos Setho primogenio. Cui curæ etiam fuit, ut ad poſteros perveniret. cumque audiſſet à præſago patre, fore ut mundus aquâ & tum igne periret, ipſe

Digitized by Google

pse providè columnas duas destituisse dicitur, alteram *lapideam*, alteram *latericiam*: ut illa aquis, hæc igni superesset. In iis, quæ invenia notaque hactenus essent, inscripsisse? & illam quidem absumptam; illam super Flavii Josephi ævo fuisse, quod ejus fide totum hîc trado. Μένει δὲ ἄχρι τῦ δεῦρο κ) νῦν ἐν τῇ Συριακῇ χώρᾳ: *Manet vero ad hoc ævi in Syriæ regione.* Ita nec communi quidem illa diluvione Sapientia vetus periit; tum adminiculo isto fulta; tum magis certiusque, quia Noachus ille, qui superfuit, annos sexcentos ante inundationem vixerat: atque ita ab Adami posteris, & à patre suo Lamecho, qui cum ipso Adamo vixerat, multa potuit & debuit hausisse. Ab illo jam ejusque stirpe, ut illa per terrarum orbem, sic Sapientia diffusa, in Chaldæos, Ægyptios, Æthiopas, Indos, Persas, Scythas, Gallos, Celtas, & quidquid aliud alibi hominum fuit. Nam de Judæis quid dicam? certum vel in primis habuisse ac coluisse, jaminde ab Abrahamo patre suo, & Moyse: eique Vates & Sacerdotes præfuisse. Salomonis etiam regis scripta quàm hoc ostendunt? & plura aliorum fuisse non ambigimus, etsi ævo sublata. Quin & sectæ paullatim apud eos Essæorum, Sadducæorum, Pharisæorum: qui solet exitus esse sapientiæ senescentis, & pænè dicam delirantis. Sed hæc est illa igitur, quam BARBARICAM philosophiam suprà, sed Græcorum appellatione dixi. Cur enim reipsâ Barbarâ? nam & cultæ gentes olim fuerunt, & Græcis ipsis hunc cultum animorum communicarunt. Hæc consensu prisci tradiderunt, quibus cura ævum & res in eo veteres noviisse: interque eos Clemens Alexandrinus. Φιλοσοφία τοιγῦν, inquit, πολυωφελὴς ἡ χρῆμα, πάλαι μὲν ἤκμασεν ἐν βαρβάροις, κ) πεπόθηται λαμπρῶς, ὕστερον δὲ καὶ εἰς Ἕλληνας κατέλαβε: *Philosophia, res varie utilis, olim quidem viguit apud Barbaros, per gentes sparsim resplendens; postremo denique ad Græcos etiam venit.* Idem Augustinus: qui *præter Italicos & Jonicos, etiam aliarum gentium philosophos* novit & nominat, *Atlanticos, Lybicos, Ægyptios, Indos, Persas, Chaldæos, Scythas, Gallos, Hispanos.* Et Atlanticos intellegit, qui in Africâ consederunt, sive Mauritaniâ ejus parte: duce Atlante eo delati, quem Saturni fratrem fabulantur, & astrologum faciunt (id non falsò) eoque creditum cælum humeris sustentare. Procopius auctor, ad urbem *Tingim columnas duas albas marmoreas visi, in quibus Punica lingua scriptum*: NOS MAURISI, QUI FUGIMVS A FACIE JOSVE FILI NVNIS PRÆDONIS. *Lybici*, quos adjungit, finitimi

Lib. I Antiq. Jud. cap. III.

I. Strom.

VIII. De Civit. cap. II.

II. Bell. Wandal.

Digitized by Google

sunt, ab hac aut alia propagine: nisi & *Æthiopum sophos* (de quibus statim) capis. Jam *Ægyptii* noti, eorumque sacerdotes, scientiæ & sacrorum simul antistites ac cultores. Ipsæ litteræ sacræ hos ingerunt, dum produnt *Moysem omni doctrina Ægyptiorum institutum.* Neque ita proderent, si damnarent. Et ab illa maximè gente, ob situs opportunitatem & commerciorum, certum est Philosophiam, ejusque sororem Medicinam, in varias gentes, atque ipsam Græciam translatam. Addit *Indos*, apud quos duplex genus, *Alexandro* regi ejusque comitibus notum, & per eos notificatum, *Brachmanes*, & *Germanes*. Ita enim Straboni dici video:

Lib. xv. iterumque inter *Germanes*, genus quoddam qui *Hylobii, quia in silvis vivunt*, appellati. Hos omnes, & dogmata eorum in parte, describit idem: & vide. Clemens *Alexandrinus* hos uno communi nomine *Gymnosophistas* appellat, quod idem *Apulejus*, Solinus,

I. Strom. *Augustinus* alibi, & Strabo: atque addit Clemens: Διττὸν δὲ τοῦτο (Γυμνοσοφιστῶν) τὸ γένος. οἱ μέν, Σαρμάναι, αὐτῶν. οἱ δὲ, Βραχμᾶνες καλούμενοι, γένη τῶν Σαρμανῶν οἱ Ἀλλόβιοι σποραδόβιοί, ἔστι πόλεις οἰκοῦσιν, οὐδὲ στέγας ἔχουσιν, δένδρων δὲ ἀμφιεννυνται φλοιοῖς: *Duplex Gymnosophistarum genus, alii Sarmanæ* (ita scribuntur, aliter paullo quam Straboni) *alii Brachmanæ dicuntur. Et inter Sarmanas sunt Allobii* (scribendum verò *Hylobii*, ex re & ex Strabone) *qui nec urbes colunt, nec tecta habent, arborum modò foliis vestiti*: Itaque hi postremi veri *Gymnosophistæ* sunt: atque ab iis in alios nomen diffusum. Quos

Lib. iv. in Ezech. cap. xiii. tamen etiam apud Æthiopas Hieronymus agnoscit: *Indorum*, inquiens, *Brachmanes*, & *Æthiopum Gymnosophistas*: cui & Philostratus consentit: sed ab aliis vix dissentientes. Nam probabile, ex India in Æthiopiam cum re & nomine suo venisse. Adde caput & doctorem iis fuisse *Buddam* quemdam, *quem è latere suo vir-*

Ad Jovin. 1. *go dicebatur generasse*. Hieronymo ita scriptum: & an ad natalem Evæ è viro virgine, per ambages eunt? Idem Clementi nominatur *Buttas*, & *ut Deum coli ab iis*, tradit. Sequuntur *Persæ*: & cui non cogniti eorum *Magi*? *Chaldæi* deinde, & ipsi, in cælesti maximè scientia, noti: sicut & *Scythæ*, apud Justinum & Curtium: & denique *Druidæ Gallorum*. Neque enim pedem hic figimus, neque opus aut usus est: illud constet, Philosophiam ab orbe condito, & ubique ferè orbis fuisse, nec sine directione & numine divino. Conservanda enim semper aliqua semina cœlestia & humanæ sapientiæ: etsi in alias, ac malas sæpè, fruges degenerarunt. *Illud*

Digitized by Google

in hac *Barbarica* pulchrum corollarium: Οὗτοι οἱ παλαιότατοι τῶν φιλοσόφων (Clementis verba) ἐδὲ ἐπὶ τὸ ἀμφισβητεῖν καὶ ἀπορεῖν ἐφιλοτιμοῦντο. ἀλλ' οἱ νεώτεροι τῶν παρ' Ἕλλησι φιλοσόφων, ὑπὸ φιλοτιμίας κενῆς τε καὶ ἀτελοῦς, ἀλογιστικῶς, ἄμα καὶ ἀσκέπτως, εἰς τὸ ἄκρατον ξύγχυσιν φλυαρίας: *Quod vetustissimi philosophantium*, MINIME AD CONTENDENDVM *vel dissentiendum ferebantur: sed* HI NOVI *apud Græcos, ambitione vana & inutili impulsi, repugnant & litigant, & ad* MERAS INEPTIAS *nugasque delabuntur.* VIII. Strom. mat.

Non possum, Auditor, quin leviter hîc sistam, & pulcherrimum institutum laudem. Quo fine tot disputatiunculæ? ad vitam? non faciunt. ad verum? sæpè obruunt. Ad exercitium? hoc non nego: sed quanto utiliora alia, in quibus acuere & producere ingenii hunc mucronem erat? Nam pleraque ista circa verba, & minuta sunt, & diu tamen impediunt ac ligant. Ariston olim pulchrè, hos tales *cum iis comparabat, qui cancros comedunt. nam propter exiguum alimentum, circa crustas & testas diu occupantur.* Tale hîc. Atqui acuta sunt. *Quid dicis?* ait Seneca, *nihil est acutius aristâ. Quædam mutilia & inefficacia ipsa subtilitas facit.* Epist. xlv.

DISSERT VI.

De secta Italica: ejus auctore Pythagora: item bonitate, sed non diuturnitate. Aliquid de Nigidio, Sexto, & Seneca in hanc inclinatis.

DE *Barbarica* dixi: quæ vicina origini suæ, id est Deo fuit: sequitur ITALICA, quæ à Barbarica manavit, & proximè ab ea abest. Hujus caput *Pythagoras*: ô magnus, & ingenii judiciique præstans vir aut utraque me fallunt. De ævo ejus aliquid ambigui aut varii reperio. Plinius: *Veneris stellæ naturam Pythagoram deprehendisse, Olympiade* XLII. *qui fuit annus Vrbis* CXLII. Is erat Tarquinii Prisci regnantis annus quintus. Dionysius, *in Italiam venisse & docuisse post quinquagesimam Olympiadem*: quod esset, Servii Tullii primo regno. Cum eo Livius consentit: at Cicero leviter dissentit, & *regnante Tarquinio Superbo in Italiam venisse*, tradit. Hoc idem Agellius, ipsis ferè verbis, in Chronologia suâ. Repetit & alibi Cicero, *Pythagoram in Italia temporibus iisdem fuisse quibus L. Brutus patriam liberavit.* Hæc omnia Olympiadem LIX, aut LX. tangunt, quâ istâ floruisse eum Diogenis II. Natur. Hist. cap. VIII. II. Antiq. I. Tuscul. Lib. XVII. cap. ult. IV. Tusc.

Digitized by Google

genes prodit. Augustinus, *cœpisse excellere & nosci, eo tempore quo soluta est captivitas Babylonica*: quæ fuit Olympias quinquagesima. At Eusebius, viguisse in LXIII. obiisse in LXIX. Hæc omnia cum Pliniana nota ægrè consistere possunt: nisi admodum juvenis sanè, imò puer, stellam illam & cursum ejus observavit: quod non probabile. Quia ab illo anno Pliniano, ad dictam LXIX. Olympiadem, anni sunt inter paullò minùs *octoginta*. Atqui vixit dumtaxat totidem annos, ut Heraclides prodidit; aut ut alii, *nonaginta*. An Plinius, si fortè, ex vulgato errore, ad Numæ ævum voluit eum trahere? quod & ex libri XIII. cap. XIII. dicas. Sed de natali terra etiam variant, & alii Samium, alii Tuscum adfirmant. De Etruria, præter Aristoxenum in Diogene, etiam apud Plutarchum Sulla quidam adfirmat, & apud Clementem Alexandrinum Aristarchus ac Theopompus. Sed addit idem, quosdam Syrium vel Tyrium origine eum facere, atque ita ad Barbaros relegare. Italiæ equidem hanc gloriam libens asseruerim: sed ubi ubi natus, peregrinatus variè est, in Ægyptum, *ad Memphiticos vates* (ait Hieronymus:) ubi & *Oenuphim Heliopolitam* audisse Plutarchus, *Sonchedum archiprophetam* Clemens tradiderunt. Adiit Babylonem etiam, & Persarum magos, atque adeò *Nazarethi Assyrii discipulum fuisse, qui nonnullis Ezechiel vates putatur*, narrat etsi improbat idem Clemens. Ad Indos & Brachmanas pariter: & dogmatum similitudo apparet, alibi declaranda. E Græcis etam *Pherecydem Syrum* audivit: & (ut Apulcii verbis dicam) *fertur & penes Anaximandrum Milesium naturalia commentatus: nec non & Cretensem Epimenidem, incutum fatiloquum, & Platonem disciplinæ gratiâ sectatus: itemque Leodamentem, Creophyli discipulum. qui Creophylus memoratur poëtæ* HOMERI HOSPES, *& æmulator canendi fuisse*. Ubi mirum hercules de *Platone*, quem liquet tanto posteriorem esse. Puto fuisse, *fatiloquum*, *& piatorem*. nam à duplici illa nota Epimenidem describit, & celebrem fuisse ostendit. * *Piator* autem est, qui purgat lustratque res aut homines: quod munus obiisse, imò instituisse, Epimenides ille traditur. Diogenes: Αἴγατα δὲ τῷ πεδὶ τὸ οἰκίαν καθαίρειν καὶ τὰ ἱερὰ ἱδρύσασθαι: *Dicitur & primus domos atque agros expiasse, & templa sacrasse*. Exempla etiam piationum ejus, apud eumdem, habes. *Solonem* alii substituunt: sed sine auctore, necres finit. Doctores igitur isti? & gratulor quòd etiam ab Home-

xvii. De civit. cap. xxvii.

iix Quæst. Conviv. cap. vii. 1. Strom.

Ep. cii.

De Isid. & Osir.

1 Strom.

2. Flor.

† *Piatrix* mulier in Festo.

Digitized by Google

Homeri schola unus, illius qui fons est caput est, inter Græcos quidem sapientiæ melioris. Sed à peregrinationibus suis, in Italiam rediit, & quæ didicerat cœpit docere. Insedit *Græciam, quæ Magna dicta est, eamque privatim & publicè* (ait Cicero) *præstantissimis & institutis, & artibus exornavit.* Instituta observa. quia rempublicam ipse & adsectæ ejus vel maximè curarunt, imò & rexerunt: veri Philosophi, nec ad umbram aut otium, sed rem & actionem facti. In tanta autem excellentia doctrinæ, modestia mirifica fuit. ac primus ipse apud * Polycratem Samium tyrannum, cùm alii ejus studii ad id tempus *Sophi* sive *Sapientes* appellati essent, repudiavit nomen, Deo uni id convenire adserens, *Philosophum* se est, novo tunc nomine, professus. quod deinceps à tanto exemplo in usu fuit. Crotone, Metaponti, Tarenti, atque in iis locis vixit, *cœtusque juvenum habuit* (ait Livius) *æmulantium studia doctrinæ.* Nec pauciores sexcentis erant, qui ad eum undique, & ab ipsa Roma, confluebant: ac qui *auditione illâ dignati erant, scribebant sui, tamquam nimium aliquod magnum adepti. Domum ejus, Ceteris templum appellabant, vicum in quo ea sita, Musæum.* Et verò ex hac domo præstantissimi philosophi, *πρῶτοι αὐδρῶν, profecti: qui non in partes sectasque secti, sed conspiratione laudabili opinionum & sensuum, patriam suam & orbem terræ, pro se quisque illustrarunt. *Zeleuci Charondæque Leges laudantur* (ait Seneca:) *hi non in foro, nec in consultorum atrio, sed in Pythagoræ tacito illo sanctoque secessu didicerunt jura, quæ florenti tunc Siciliæ, & per Italiam Græciæ ponerent.* De quibus Laërtius pariter: Πολλοὺς δὲ τῶν Ἰταλίαν κατοικησάντων καλοὺς καὶ ἀγαθοὺς ἀνδρας, ἐξ ὧν καὶ Ζάλευκον καὶ Χαρώνδαν τοὺς νομοθέτας: *Multos per Italiam doctos bonosque viros effecisse, etiam Zaleucum & Charondam legislatores.* Quid Archytam Tarentinum? *qui septem annos patriæ præfuit, cùm alii non nisi annum ex lege possent*: & idem in Philosophia plurima commentatus, quorum fragmenta ad nos pauca venerunt, numquam sine laude, vel admiratione potiùs, legenda. Ab eadem schola *Empedocles, Epicharmus, Alcmæon, Hippasus, Philolaus, Eudoxus*: quos Laërtius dabit. Fuêre & *Archippus & Lysis*, qui ex Italia profugi, Thebis scholas habuêre: ac Lysidis discipulus, magnus ille *Epaminondas*. Fuit & *Timæus Locrensis*, Platoni laudatus; qui in Dialogum ejus nominis, è libro hujus de *Mundi anima*, multa transtulit sive transcripsit. Quod alii ad Philolaum trahunt: à cujus heredibus scripta

* Alii *Lemnem. Phliasiorum.*

Liber.

Lært.

* *primâ virorum*

Epist. xc.

Lært. & Suidas.

Hieron. Epist. ad. Ruffin.

Digitized by Google

emerit, atque ita sit usus. Objecit Timon, apud A-
Lib. III. cap. XXII. gellium:

Πολλῶν δ' ἀργυρέων ὀλίγων τ' ἀπὸ βίβλον,
Οὔτιν' ἀπηχόμφους * παιεογράφων ἰδιδάχθης.

* Ex Laërtio hæc sic legenda.

Sed quod ad discipulos, enumerare longum sit: dico non mediæ, sed vel primæ illius classis. Claudiano Mamerto nominantur, præter dictos, *Eromenes Tarentinus*, *Aristeus*, *Gorgiades*, *Diodorus*, quos fama & scriptis claruisse ostendit: Jo. Stobæo, *Clinias*, *Cryto*, *Callicratidas*, *Dainippus*, *Diotogenes*, *Ecphantes*, *Hipparchus*, *Hippodamus*, *Metopus*, *Moderatus*, *Onatus*, *Polus Lucanus*, *Pempelus*, *Perictyone* mulier, *Stenidas*, *Theages*, *Teles*. Et fragmenta horum in eo habes, cur non ab aliquo, cum ceteris Pythagoricis, collecta aut colligenda? Videas in iis omnia plena sapientiæ, & cui gravitas, probitas, atque ipsa virtus inserta. Duo sunt etiam extra ordinem dicendi? *Aristoxenus Tarentinus*, qui Aristotelem ipsum audivit; sed offensus, quòd Theophrastum in schola sibi præposuisset, eum mortuum insectatus est. Fuerat antea auditor *Xenophili Pythagorici*: & varia hujus dogmatis reliquit, inter alia *Sententias & Apophthegmata Pythagoræ*, quorum particulæ in Stobæo. Alter, *Ocellus Lucanus*, Pythagoræ ipsius auditor, qui Platoni laudatur in epistola ad Archytam, nominatur Philoni Judæo, Luciano; & liber hodie sanè doctus exstat. *De Universi natura*. Item tertius etiam est, de quo tria verba. Nam *Teletem* suprà nominavi, & in numero posui: meretur excerpi, siquid è scriptis ejus (apud Stobæum) possum judicare. Insignis vir fuit, & miror nusquam aliter celebrari. Ex ipso hoc colligo, Italum gente, Thebis tamen exsulem vixisse, tempore Antigoni regis, cum Stilpone Philosopho, aut non diu post illum. Fragmenta, ut tetigi, in Stobæo, symbola optimæ mentis. Sed de ipso Pythagora quæri video, scripseritne? Negat Plutarchus clarè: *Neque Pythagoras* SCRIPSIT QUIDQUAM, *neque Socrates*, *Arcesilaus*, *Carneades*, PHILOSOPHORUM GRAVISSIMI. Idem Josephus: Αὐτὰ μὲν οὖν (Πυθαγόρου) οὐδὲν ὁμολογούμενα συγγράμματα: *Ipsis Pythagoræ nullum scriptum firmiter recipitur.* Claudianus Mamertus: *Pythagoræ quia* NIHIL *ipse* SCRIPTITAVERIT, *à posteris quærenda sententia est.* Et Hieronymo cùm Ruffinus objecisset, temerè eum Pythagoræ scripta affinxisse: divertit aliò, & parùm constanter id affirmat. Lacrrius tamen *ludere etiam eos censet qui nihil adfirmant scripsisse.* Εἰσὶ μὲν οὖν, inquit, Πυθαγόρου μαθεῖν ἐν

Suidas.

Apud Laërt.

De mundi incorrupt.

In Alexandro.

I. Contra Apion.

II de Stat. Anim. cap. III.

Digitized by Google

καταλιπεῖν σύγγραμμα φασὶ, ἀληθαίζοντες: quasi aliter in noto confessoque esset. Ipse autem tria ejus volumina recenset, *Doctrinale, Politicum, Physicum.* Plinius, Proclus atque alii, alia ejus citant: atque etiamnun c *Aurea carmina* circumferuntur, Hieronymo χρυσᾶ ὀνόματα dicta: quæ etiam Jamblichus, ut idem ait, *latissimo opere est commentatus.* Citatur & Stobæo sæpius: etsi reverà ego ad priores inclino, germanum ejus scriptum nullum fuisse, sed à discipulis sub magno illo nomine quædam divulgata. AUD. Miratum me debeo dicere, te sic ex animo (ita observavi) diffundi in ejus viri laudes. LIPS. Prorsus ex animo; & judicio tamen, nisi fallor. Multi mihi & boni suffragantur, ut Cicero: *Pythagoras præstanti sapientiâ, & nobilitate.* Ubi tamen de nobilitate hæreo, nisi siquam doctrinâ paravit; nam à genere non fuit. Idem Cicero: *Pythagoras & Plato, locupletissimi auctores.* Apulejus: *Vir ingenio ingenti, ac profecto,* SUPRA CAPTUM HOMINIS, *animi augustior.* Condignum hoc illo est: sicut istud Flavii Iosephi: Πυθαγόρας ὁ Σάμιος ἀρχαῖος ὢν, σοφίᾳ δὲ καὶ περὶ τὸ θεῖον δόσεβείᾳ πάντων ὑπερείληφεν τῶν φιλοσοφησάντων, οὐ μόνον ἐγνωκὼς ἃ παρ' ἡμῖν δῆλός ἐστιν, ἀλλὰ καὶ ζηλωτὴς αὐτῶν ἐπλείστα γεγονώς: & Pythagoras Samius inter veteres, *qui* SAPIENTIA *& erga Deum* PIETATE, *censendus est omnes qui* UNQUAM *philosophati sunt excedere; is, dico Pythagoras palàm non solùm novit nostra & Judæorum instituta, sed etiam in multis* SECUTUS EA *& æmulatus est.* Et addit Hermippum auctorem, qui in vitâ ejus prodidit *multa à Judæis in suam Philosophiam transtuliſſe.* Quis abnuet, qui illa pauca etiam, reliqua nobis, lustrabit & examinabit? Illud autem Clementi traditum, nescio an admittendum, *circumcisum & recutitum* Judaico ritu fuisse. Alius viderit. hoc nunc in viri laudem iure traham, quod ille ipse *Plato, nihil ab hac secta, vel paullùm devius, Pythagorissat.* Quod & Aristoteles asserit Μισῶ δὲ ἐγὼ τὰς περιμβόλους φιλοσοφίας, ἡ Πλάτων ὑπογράφει περιγράμματα. ἐγὼ μὲν πολλὰ τῶν Πυθαγορείων ἰδὼν τοιαῦτα ἀκηλυθόσα, ἐν δὲ ἰδίᾳ τοῦτο τὸν Παλικὸν ἔχοντα φιλοσοφίαν: *Post has jam dictas Philosophias, Platonis supervênit commentatio. in multis quidem adsecla & Pythagoreorum comes, tamen & propria quædam, seorsim ab Italicâ, habens.* Atque hæc, quod indignêre, tam laudabilis secta, acriter quidem, sed non diu viguit: *& scholam ejus duraſſe non nisi ad novam & decimam generationem,* Laërtius scripsit. Quæ Græcè concepta,

Adu. Ruffin.

IV. Tusc.

II. de Divin.

II. Flor. Contra App. I.

Apul. II. Flor.

I. Metaph.

Digitized by Google

Καὶ ἀυτὴ τὸ σύνημμα διήκουσι μέχρι χρόνων τεσσαρεσκαιδεκάτων. Unâ, inquam, voce *novendecim* illæ generationes sive Ætates copulantur, temporum fœdo errore. Nam addit ipse *extremos fuisse quos Aristoxenus viderit, Xenophilus atque alii, ex Philolai & Eurytis disciplina.* At verò isti compares aut leviter suppares Aristotelis & Alexandri ævo: quomodo igitur tot *Ætates*? Enimverò ipse Diogenes numerat ab Olympiade LX: &, age, produc ad CXX. quò censere licet eos dictos perveniſſe. Si communi more γενεὰς sive *Ætates* triginta annis definis; vides quantum abes. Itaque verius divinùm legi ἐννέα καὶ δέκα, & accipere *novem vel decem.* Sed notes etiam, dixisse Laërtium σύνημμα, id est *collegium & corpus* illud non ultrà manſisse. nam quin ſinguli & ſparſi diu poſteà fuerint, non eſt fortaſſis ambigendum. Sed publicè igitur ſtatim poſt Socraticum illum fœtum, ut eſt ingeniorum * κακοζηλία, deſita & emortua illa Pythagorica ſecta, etiam in Italia ipsa. ubi tamen, longo intervallo, revocare conatus P. Nigidius Figulus, de quo Cicero: *Denique ſic judico, poſt illos nobiles Pythagoreos, quorum diſciplina exſtincta eſt quodammodo, cùm in Italia Siciliaque viguiſſet, hunc exſtiteſſe, qui illam renovaret*: etſi communius verba Ciceronis accipi, de Naturæ ſcientia poſſe, non eo negatum. Sub Auguſti deinde ævum *P. Sextius pater* exortus eſt, qui huc inclinavit: ſed & poſt eum Seneca noſter. Ipſe de ſe: *Non pudebit fateri quem juveni mihi amorem Pythagoræ injecerit Sotion. Docebat quare ille animalibus abſtinuiſſet, quare poſtea Sextius. Diſſimilis utrique cauſſa erat, ſed utrique magnifica.* Enimverò ad *Sextium* illum, Euſebii notam in Chronico traho, quæ eſt quadrageſimo ſecundo *Auguſti anno.* Ibi ſcriptum: *Xiſtus Pythagoricus philoſophus naſcitur.* Pravus aut nullus, hic *Xiſtus*: & in meo ſcripto codice *Sextus*. è quo nihil ambigo *Sextum* reſcribere. Quia enim animalibus abſtinuit, habitus vulgò ejus ſectæ: etſi Seneca contrà tendit. Nam alibi: *Lectus eſt deinde liber Q. Sextii patris, magni viri, ſiquid mihi credis, & licet negent, Stoïci.* Vides? Stoicum ipſe vult: at negant alii, & Pythagoricum, inquit, cenſent. Sed de ipſo plura ad Senecam. Viſa igitur caput tollere hæc ſecta ſed conatu invalido, ſtatimque bona fide corruit & defecit. Seneca: *Pythagorica illa invidioſæ turbæ ſchola præceptorem non invenit.* Heu, bona tam parum vivacia aut firma eſſe! Atquin iterùm repeto, non aliam ſectam vel auctores (nec Stoicos excipio) videri mihi magis ad *Prudentiam & Sapientiam* iviſſe.

* *Innovandi ſtudium.*

De Universo.

Epiſt. CVIII.

Epiſt. LXIV.

VII. Nat. Quæſt. cap. ult.

DIS-

Digitized by Google

DISSERT. VII.

Tres Græcanicæ Philosophiæ partes, an sectæ. ac primò de Poeticâ.

TERTIA porrò natio Philosophorum, GRÆCANICA est: etsi vix scio an hoc nomen jure tueatur. Non quidem ex asse. nam & multi eorum ac ferè primi, exteri aut Barbari (ut ipsi appellant) fuêre: in Græcia tamen vixêre, atque eos docuêre. Triplex hæc iterum facienda, *Poëtica, Jonica, Elcatica*: etsi alii solam *Ionicam* recensere contenti. sed nos ordinem amamus, & discrimen hoc jure adnotamus. *Poëtica* est vetustissima, in quâ Musæus, Linus, Orpheus, Hesiodus, Homerus: quos certum sapientiæ studia coluisse, & largiter hausta propagasse, sed versu, & fabellarum velis multa texisse. Nam id ævi augustius censebant, & majestati rerum aptius, carminibus complecti, & grandiore sono effere: quod mutavit primus Pherecydes Pythagoræ doctor, *versuum nexu repudiato, conscribere ausus passivis verbis*: ut Apuleius loquitur, id est solutis atque vulgatis. Sed inter illos, incredibile est quantum unus HOMERVS emineat: cui *palmam ingeniorum*, ab omni ævo, jure meritissimo Plinius adjudicat: cujus *immortalem cælestemque naturam* Fabius veneratur & suspicit: cui ipse Democritus hoc elogium tribuit: ὅμηρος φύσεως λαχὼν θειοτέρης, ἐπέων κόσμον ἐπιτελέσατο παντοίων, ὡς * ἐ κεῖνον αὐδὴ θείας ἐκ δαιμονίης φύσεως ἔτυ σοφὰ καὶ καλὰ ἔπη ἐργάσασθαι: *Homerus naturam sortitus divinam variorum carminum ornatum fabricatus est: neque est profecto sine* DIVINA ET GENIALI NATURA *tantæ Sapientiæ & Elegantiæ versus facere.* Nota mihi nunc de *Sapientiâ. neque enim* ut Plutarchus ait, *quisquam exist mat voluptati tantùm illa composita*: ἀλλὰ βαθύτερός ἐστι τοῖς ἐπεσι τὸ ἐγκείμενον νοῦς: *sed vero altior profundiorque mens & intellectus occulitur in iis versibus*. Quæ eruenda scilicet est, sed non nisi ab eo, qui ipse mentem Sapientia tinctam habet. Ideò Plato censuit, ἐ δεῖν τοὺς ἀμυήτους τὸ σοφίας Ὁμηρικοῖς ἐμπίπλεσθαι κοιτώσι, ἵνα μὴ αὐτοῖς διάσωσι χαλεπὸν τὸ ῥῆμα: *non debere qui mitiati nondum sapientiæ, incidere in Homerica poëmata, ne fabellas censeant Herculem illum scribere.* Neque hercules scripsit. sed ut arcanis sacrisque vela solent oppandi & aulæa: sic ipse à primo profanorum aspectu subduxit altiora dogmata, & fabularum

II. Flor.

* Lego ἓκ ἐστ' ὄν.

de Musica.

In Alcib.

Digitized by Google

oppanso quodam texit. Atque ut divina omittam (quæ in eo examinanti mirifica, & ad sublimem nostramque veritatem propinqua) ad mores & Ethicam tamen palàm conducit, &, ut Basilii verbis utar. πᾶσα μὲν ἡ ποίησις τοῦ Ὁμήρου ἀρετῆς ἐστιν ὑπουργὸς καὶ παίζων, αὐτὴ πρὸς ἕτερα φέρει ὅ,τι μὴ πάρεργον: *omnis poësis Homeri laudatio virtutis est, & omnia ipse eo dirigit, nisi siquid parergum & ornatus caussà accedit.* Satis, etsi nec satis, de Homero, & Poeticâ Philosophiâ: è quâ fructum hunc capere, non nisi magni viri est, & ætate judicioque maturi.

DISSERT. VIII.

De Jonica Philosophia, & Thalete auctore: de successione ejus, atque examinati Sidonii quidam versus: de Socrate, & ab eo sectis. eaque in Tabula proposita.

VENIO ad *Jonicam*: quæ nomen & numerum præcipuè habuit, cui initium *Thales* dedit: & quos ei apponunt septem Sapientes. De illo Justinus Martyr, & Diogenes, πρῶτος τὴν φυσικὴν φιλοσοφίαν ἤρξατο: *primum Naturalem philosophiam incohasse.* Atq; idem *primus* (apud Græcos) *astrologiæ secreta rimatus*, ab eodem Diogene traditur, & *Solis deliquia conversionesq; notasse.* Hæc omnia *nullo præceptore usus, nisi quod cum Ægyptiis sacerdotibus, eo profectus, familiariter est versatus.* Itaque hunc quoque hausisse è fonte *Barbarico* verum est: imò ipsum fuisse Barbarum plerique asserunt, è Phœnice oriundum, Judææ finitima, & cum *Nelco* patre Miletum migrasse, ibique civem adscitum. Obiit Olymp. LVIII. Successit ei *Anaximander Milesius*: huic *Anaximenes Milesius*: huic *Anaxagoras Clazomenius*, qui PRIMUS *scholam è Mileto Athenas traduxit*, ut Clemens notat, & initium dedit nobili huic Philosophiæ domicilio: etsi Diogenes hoc adtribuit *Archelao*, qui mox successit. Sed fortasse parum cogitatò, nam ipse in vita Anaxagoræ *triginta annos* eum Athenis egisse, idque à *vicesimo* ætatis anno, adfirmat: denique Lampsaci obiisse, quando igitur Mileti docuerit, sederitque? Ei successor *Archelaus Atheniensis*, consensu omnium *Socratis* præceptor. Omnium dixi, quos equidem vidertm. solum Sidonium excipio, qui in hac decantatâ successione aliquid mutat aut turbat. Nam ita scribit, ubi proposito eam exsequitur:

Adu. Gentes.

Carm. xv.

Quæ

Digitized by Google

Quarius Anaxagoras Thaletica dogmata ſervat.
Junior huic junctus reſidet collega, ſed idem
Materiam cunctis creaturis aera credens.
Poſt hos Arceſilas divinâ mente patratam
Conjicit hanc molem, confectam partibus illis
Quas atomos vocat ipſe leves. Socratica poſt hunc
Secta micat.

Quid hoc eſt? in numero ſimul, & perſonis, variat. Primùm, *Iuniorem collegam* quem appellat? *Archelaum* cenſet accuratiſſimus & doctiſſimus ejus interpres: & cauſſam habet, quia Plutarchus hoc ipſum de *Aëre*, adſcribit Archelao. Sed *Arceſilas* igitur ille quis eſt? nemo alius interpoſuit, & omnes *Archelaum* doctorem Socratis fecerunt. Nec ſanè *Arceſilas* ullus innotuit in hoc cœtu, ante illum Academicum, de quo ſtatim. Meâ ſententiâ, *collega* ille *junior* non ſit Archelaus, ſed *Diogenes Apolloniates*, qui reverà condiſcipulus & collega Anaxagoræ apud Anaximenem fuit. Clarè auctor in ejus vita Laërtius: qui & ipſam illam de *Aëre* ſententiam adſcribit. Τὸν μὲν ἀέρα, πυκνούμενον καὶ ἀραιούμενον, ἀρχὴν εἶναι τῶν ὄντων: *Aërem, denſum vel rarum factum genitorem eſſe mundorum* ſi non legendum τῶν ἐν κόσμῳ: *quæ in mundo.* Convenit in hunc magis, quàm *Archelaum*, qui quomodo *collega* ſui doctoris? quomodo *junctus ei reſideat*? quæ Sidonius notificando huic ſcripſit. Sed nihilominus in *Arceſilâ* hæremus. expediamne? fortiter, & *Archelaum*, non nolente verſu, reſcribam. Nonne hoc melius, in ſententia Archelai aliquid labi Sidonium, quam toto homine aberrare? Nam hoc de Atomis, nemo iſtis, ſed Democrito & ejus ligurritori Epicuro delegavit. Ergo iſta ſecta *Jonica*, & hactenus ſimplex, atque in *Phyſicis* dedita tantùm. *Socrates* ſupervênit, qui, ut hoc quoq; cum Sidonio,

Lib 1. De Placit. cap. 111.

——*de naturæ pondere migrans*
Ad mores hominum limandos tranſtulit uſum:

Ethica introduxit, id eſt, quod ajunt, de cælo ad terras Philoſophiam devocavit. Magnum virum fuiſſe, credere tot magnis viris par eſt: ſed ipſe monumenta ingenii ſui, præter diſcipulos, nulla reliquit. Iſti plures fuêre, doctrina ſcriptiſque nobiles: & qui velut officinas ſapientiæ plurifariàm inſtruxêre. Ab hoc capite

Digitized by Google

capite jam sectæ natæ, & tamquam ex alto vertice aquarum divortia: quas recensere, vereor ut longum sit, & cum tui tædio, mi Auditor. AUD. Meone? jamdiu aveo perdiscere. Adivi enim: sed ut in labyrintho confusas semitas implexasque video, & vestigia statim reduco. Theseum te mihi præbe, & filum dirige secuturo. LIPS. Imò poteras hoc absque Theseo, etsi alii, fateor, carptim & breviter tangunt; Laërtius, qui ex professo voluit aut debuit, neglegens vel inconstans fuit. Audi igitur, sive potiùs vide, STEMMA SOCRATICUM, & ejus ramulos aut flexus.

Digitized by Google

SOCRATES.

ARISTIPPUS *Cyrenaïcus*: à quo *Cyrenaïci*. — *Xenophon.* — *Æschines* — PHÆDO *Elienſis*: à quo *Eliaci*. — EUCLIDES *Megarenſis*: à quo *Megarici*, qui iidem *Eriſtici*, & quibuſdam *Dialectici*. — PLATO *Athenienſis*. — ANTISTHENES *Athenienſis*, matre *Phrygia*: à quo *Cynici*. — *Diogenes Sinopenſis*.

Arete — *Ptolemæus pater* — *Antipater*

Ariſtippus Metrodidactos. illius filius, diſcipulus, ſucceſſor. — *Epitimedes Cyrenæus.* — *Parabates Cyrenæus.*

Theodorus Ἄθεος poſteà Θεός.

Hegeſias Peiſithanatos: à quo *Hegeſiaca ſecta*.

Anniceris Cyrenæus: à quo *Anniceria*, de quâ etiam Strabo Lib. XVII.

Pliſtanus. Anchiſylus. Moſchus. Dialectici.

Menedemus Eretrienſis: à quo *Eretrici*. — *Aſclepiades Phliaſius.* — *Eubulides Milеſius.* — *Clitomachus Thurius.* — *Stilpo Megarenſis.*

Alexinus Elienſis. — *Apollonius Cronus.* — *Diodorus Cronus.*

Speuſippus Athenienſis, *Ariſtoteles Stagirites*: ex ſorore nepos Platonis. — à quo Peripatetici.

Xenocrates Calcedonius. — *Theophraſtus Ereſius*, *Polemo Athenienſis.* — *Straton Lampſacenus.* — *Demetrius Phalereus.*

Crates Atheniенſis. — *Cantor Solenſis.* — *Lycon Troadenſis.*

Monimus Syracuſius. — *Crates Thebanus.* — *Cratetes Ægienſis.*

Hipparchia — *Metrocles* — ZENO *Citiæus.* — *Menippus Phœnix.*

Hactenus VETUS *Academia*: & in Platonis præceptis iſti manſerunt, ſed Cratoris diſcipulus *Polemo*. — *Ariſto Cius.* — ejus uxor, hujus frater. — *Critolaus Phaſelites.* — *Diodorus.* — *Arceſilaus.* — à quo *Stoici*: de quibus ſeorſim mox dicam & diducam.

Rion Boriſthenes, in ſectâ inconſtans.

Auctor ſecundæ, ſive MEDIÆ fuit, patriâ *Pitanæus* ex Æolide. Latinis eſt *Arceſilas.*

Lacydes Cyrenæus: quem *Novæ Academiæ* auctorem bis terque Laërtius facit, falsò, ſi Tullium, & Clementem, Empiricum, alioſque audis.

Telecles — *Euander.*

Hegeſinus Pergamenus Laërtio, qui eſt Clementi *Hegeſilaus.*

Carneades Cyrenæus, verus auctor NOVÆ *Academiæ*: quartus, ut Cicero, ab Arceſilâ.

Clitomachus Charthaginienſis.

Philo, & *Charmidas*: *qui* QUARTAM inſtituerunt. Empiricus apertè, & ex Ciceronе *Antiochus*, auctor QUINTÆ. idem Empiricus.

Digitized by Google

DISSERT. IX.

Secta Eleatica, & variatio in auctore. Confundi cum aliis à quibusdam. Successio in tabellâ.

IV. Acad. VIDISTI oculis *Ionicam* successionem, mi Auditor: tertia ELEATICA supereſt. de qua Cicero: *Omitto & illa quæ relicta jam videntur, & Herillum, qui in cognitione & scientia summum bonum ponit. qui cùm Zenonis auditor esset, vides quantum ab eo dissenserit, & quàm non multum à Platone Megarici, quorum fuit nobilis disciplina: cujus, ut scriptum video princeps Xenophanes, quem modò nommavi: deinde eum secuti Parmenides & Zeno, itaque ab his Eleatici philosophi nominabantur. Pòst Euclides, Socratis discipulus, Megareus; à quo iidem illi Megarici dicti, qui id bonum solum esse dicebant, quod esset unum.* In quibus verbis de *Herillo* quod notat, verum est: & è *Stoïco* noſtro Stemmate liquet, itemque Laërtio in ejus vita. Sed de *Xenophane* nodum habet, quod sequitur: *Principem eum disciplinæ Megaricæ* fuisse. Imò *Euclides* ille fuit, quod ipse subdit, & Tabula noſtra dicit: *Eleaticæ* autem caput *Xenophanem Colophonium*, qui tempore Hieronis regis Siculi fuit, & Epicharmi poëtæ, Clemens Alexandrinus palàm facit. Nisi ea mens Ciceronis, consentire ferè *Megaricos & Eleaticos*: & quamquam nomen ab Euclide mutarunt, rem fuisse a Xenophane; etsi nomen sectæ tunc datum à duobus discipulis qui *Eleates* erant: *Parmenide*, inquam, & *Zenone*. Siquis melius, audiatur. Ceterùm noſtro sensu, *Eleatica* diversa est à *Megarica*: & ortum successumque hunc habet.

XENOPHANES *Colophonius.*

Parmenides Eleates.

Melissus Samius.

Zeno Eleates.

Leucippus Eleates.

Democritus Abderites.

Prota-

Digitized by Google

Protagoras Abderites. *Metrodorus Chius.*

Diogenes Smyrnæus.

Anaxarchus Abderites.

Pyrrho Elienſis.

Nauſiphanes.

Epicurus.

Hi ſunt *Eleatici*, etſi quidam paullò aliter diſponunt: ſed ego cùm alios, tum Clementem maximè, ſum ſecutus. Video Laërtium, quid Laërtium? majorem auctorem Strabonem, cum *Italicâ* ſive *Pythagorica* ſectâ hanc confundere: an quia Parmenides & Zeno Itali fuerunt? Nam *Elea* ſive *Velia* in Lucanis eſt: & ab iſtis *Eleatici* dicti. Tamen dogmata valdè diverſa ſunt, & mihi placeat ſeparari. Satis de *Græcanica*: quam Varro quidem attollit, & magno elogio, *Canam veritatem Aticæ philoſophiæ alumnam* facit: ſed tamen ejus apices nónne vides Barbaros fuiſſe? Orpheum è Thraciâ; Homerum ex Ægypto, ut plerique, certè in eâ doctum, ut omnes; Thaletem è Phœniciâ, Zenonem ex eâdem; multos ex Africâ. Imò unæ Cyrenæ plures dederunt, quàm ipſæ Athenæ: & nobiles magnoſque. Eæ autem Ægypto finitimæ, & hæc Judææ: denique, uno verbo, ab Oriente ſapientia orta. Ideò, inquit Clemens, Καὶ ὁ τρόπος τῆς παλαιᾶς φιλοσοφίας, ᾗς ἡ Ἑβραϊκὸς καὶ αἰνιγματώδης. Βραχυλογίαν γ' ἂν ἠσπάζοντο, τὴν ὠφελιμωτάτην: *Modus priſcis philoſophandi velut Hebraïcus, & ænigmaticus. nam breviloquentiam amplectabantur, quæ admonitioni convenit, & eſt utiliſſima.* Habes de Sectis, quod ſufficit: nec enim omnia: & Varro apud Auguſtinum valdè plures collegit. Ex triplici enim primario Bono, quod alii in *Animo*, alii *Corpore*, alii *Utroq;* ponebant; *Varro ſubtiliter ſcrutatus, tam multam dogmatum varietatem advertit, ut ad ducentas octoginta octo Sectas, non quæ jam eſſent, ſed eſſe poſſent, adhibens differentias quaſdam, perveniret.* Quomodo autem, idem Auguſtinus dicet: vide, ſi lubet.

I. Strom.

De Civit. Dei XIX. cap. 1.

DIS-

Digitized by Google

DISSERT. X.

Stoïci obiter laudati, eorum succeſſio: & de auctore ipſo Zenone.

SToïcos in hac recenſione requiri à te jamdiu ſcio: ſed dilatos à me, non omiſſos. Cauſa, quia ſeorſim dare placuit, Philoſophorum (pro meo ſenſu) maximos optimoſque: ideoque ſeorſim, & in ſua Tabula, dabo apices eorum, & qui familiam hanc, ut ſic loquar, duxerunt. Caput omnium,

ZENO *Cittiéus.*

Perſæus.	*Erillus*, qui deſciit	*Cleanthes Aſſius.*	*Ariſto Athenodorus Chius. Solenſis.*
Sphærus Boſphoranus.		*Chryſippus Solenſis.*	
Diogenes Babylonius.		*Zeno Sidonius.*	
Antipater Sidonius.		*Zenodotus.*	
Panætius.			
Poſidonius.	*Aſclepiodotus.*	*Apollonius.*	

Et plures, quorum nomina facilius, quàm ſucceſſionem aut ævum, certò dare. Ergo quoſdam differo, iſtos levi luce perfuſurus. ZENO ductor eſt, qui *Cratetis Cynici* auditor, *verecundiâ prohibitus, ne in illam impudentiam* (Diogenis verba) *ſe daret.* Itaque dogmata ferè tenuit, ſed leviter à vitæ genere & habitu abivit. Is patria *Cittiéus* fuit, id eſt è *Cittio* Cypri opidulo, ad mare, ortus. Strabo: Κίτιον, ἔχει λιμένα κλειστόν. ὁ τοίνυν ἐκ Ζήνωνος, ὁ τῆς Στοικῆς αἱρέσεως ἀρχηγέτης: *Cittium, habet portumi qui claudi poteſt, illinc ortus Zeno, Stoicæ ſectæ dux & præceps.* Diogenes: Ζήνων Κιτιεύς, ἀπὸ Κύπρου πολίσματος Ἑλληνικοῦ Φοίνικας ἔχοντος: *Zeno Cittiéus, è Cypri opidulo Græcanico, ſed quod Phœnicas incolas habuit.* Suidas hoc ipſum: Φοῖνιξ δὲ ἐπεκλήθη (Ζήνων) ὅτι Φοίνικες ἐκοίκησαν τὴν πολιχνίδα ἐκείνην: *Pœnus cognomen dictus eſt* (Ze-

Lib. XIV.

Pœnus cognomine dictus est (Zeno) *quoniam Pœni* (Græcè *Phœnices*) *incolæ opiduli fuerunt.* Cicero huc spectat, aut qui apud eum Zenoni illudunt: *Tuus ille* POENVLVS (*scis enim Cittiéos, clientes tuos, è Pœncia profectos*) *verba versare cœpit.* Et alibi: *Zeno Cittiéus, advena quidam, & ignobilis.* Illudunt, in quo jure glorietur ipse: è majoribus esse Syris, & Judææ finitimis, à quo tractu sapientia in alias oras, ut dixi, diffusa. E quâ autem Pœniciæ parte? Sidone, ut opinor; ex Diogene: Ἀ'γπατοιῶ,το δὲ αὐτοῦ καὶ οἱ ἐν Σιδῶνι Κιτιῆς: *Afficiebantur erga Zenonem etiam Cittiéi, qui in Sidone erant.* Ut appareat eam gentem, sive familiam amplam, colonias emisisse, & illam a se in Cypro urbeculam dixisse. Patria ergo talis: quis ipse? peregregius: factis, verbis, scriptis laudatus, & laudandus. Vita continens, adstricta, & austeritati atque inopiæ propior: & quod in Decreto publico Atheniensium perscribitur, *aureâ coronâ donatus* (raro in id genus hominum honore) *quia vitam suam exemplar omnibus proponebat,* CONSENTANEAM VERBIS *ac doctrinæ.* O verè philosophum! & qui paratis opibus donisque abstinuit, imò sprevit. Nam rex *Antigonus Gonatas* (inter bonos magnosque ponendus) sæpè ad hunc visendum, audiendum, fruendum Athenas venit: ad se præmiis evocavit: numquam movit. Itaque dicere solitus rogantibus, *Cur illum ante omnes suspiceret? Quia*, inquit, *multa me & magna sæpius offerente, numquam neque elatus neque humilis apparuit.* Vult dictum, manssisse in tenore & æquilibrio illo animi, in sola virtute fundati. Itaque illo mortuo, idem rex proclamavit: *Quale theatrum perdidi?* Sed quamquam in amicitia hac Regis & totius populi affectu, pauper perseveravit, uno an nullo servo contentus? De uno, Diogenes suadeat, qui aliquando *percussisse servum in furto deprehensum* narrat: de nullo Seneca, qui satis adfirmatè: *Unum fuisse Homero servum,* NULLUM ZENONI, *à quo cœpit Stoicorum rigida & virilis sapientia,* SATIS CONSTAT. Ne dubitari quidem vult: esto, faveo & credo. Vitâ, moribus, sermone, habitu, severum vel, pravè interpretantibus, austerum fuisse autumant: nisi si in convivio & potu: ubi remittebat, & detendebatur. Omisi dicere, de initio ejus sive aditu ad Philosophiam: qui ab injuria Fortunæ, aut veriùs beneficio, fuit. Mercator enim, & dives (ad *mille talenta* possedisse dicitur) Athenas venit, purpuram è Tyro vænalem vexit: naufragium fecit; & in portum Philosophiæ venit. Nam cùm Athenis mœstus versaretur, legere cœpit, rogare, discere; denique *Crateti* adhærere:

iv. De Finib.

v. Tusc.

In Zenone.

Consol. ad Helv. cap. XII.

Digitized by Google

annos jam natus circiter triginta. Vixit autem *nonagintà ta octo*, ut plerique tradunt: ut Persæus ejus discipulus dumtaxat * *septuaginta duos*. Sepultus publicè, ex decreto Athenienſium, in *Ceramico*: Diogeni traditum, in quo & verba Decreti. Pauſanias non pugnat, qui *monumentum Zenonis, & Chryſippi Solenſis*, extra urbem ponit, prope Academiam: quia duplex ſcilicet *Ceramicus*, & in urbe via, & extra urbem ager, ubi ſepeliri ſolent de rep. bello vel aliter benè meriti. Pluria ſcripſit: ſed quod excerpam ad ingenium judiciumque viri notificandum, *Pythagorica*, & *Quæſtionum Homericarum libros quinque*. Vides in quibus auctoribus deditus fuerit? utroque capite Sapientiq, & quod ejus alumni mecum inirentur.

Ipſemet in epiſtolâ ad Antigonum, octogenarium ſe ſcribit.

DISSERT. XI.

Diſcipuli ejus, & præcipui deinde doctores: deſcripti vel laudati ab aliquot notis.

AT hunc CLEANTHES excepit, qui Φρεάντλης joco dictus, à labore quem noctibus ſumebat, *puteos exhauriendi*; ut diem ſtudiis, & alimenta ſibi daret. Præter Diogenem, etiam Seneca: *Cleanthes aquam traxit, & rigando hortulo locavit manus*. Patria *Aſſus* fuit, urbs Æolidis: quod & Strabo ſic teſtatur. *Natura & arte munita eſt Aſſus, à mari & portu arduum & difficilem aſcenſum habens. Cleanthes Stoïcus philoſophus, qui Zenoni Cittiéo ſucceſſit in ſchola, & eam Chryſippo Solenſi reliquit, hinc natus eſt.* Simplicius, *Statuam Cleanthis admirabilem ſe vidiſſe* teſtatur, *in ipſa Aſſo, magnificentiæ Romani Senatus ſpecimen, viri ejus honori dedicatam.* A Cicerone *Pater Stoïcorum* dicitur: & alibi, *Majorum gentium Stoïcus*. Meruit hæc & plura elogia, ipſe quoque vita ac ſcriptis egregius: & multa horum verſu Jambico complexus. Fragmenta docent. Longævus item, & Zenonis annos dicitur æquaſſe. Diogenes: & adde Lucianum in Longævis.

Epiſt. xl. v. Lib. XIII. Comment. ultimo in Epict. III. De Nat. deor. XV. Academ. Qu.

CHRYSIPPVS huic ſucceſſit, cui *Soli* patria, urbs Ciliciæ, poſteà *Pompejopolis* dicta: quòd prædones ibi Pompejus locaſſet. Diogenes ambigit an non *Tarſenſis* fuerit: Strabo definit, *Chryſippum Solenſem, patrem verò Tarſenſem: ſed huc commigraſſe.* Mirificè hunc laudant, ut Cicero: *Chryſippus acerrimo ingenio.* Iterùm: *In omni hiſtoria curioſus.* Itemque; *Somniorum Stoïcorum vaferrimus interpres.* Denique alibi: *Qui fulcire putatur*

Lib. XIV. II. De Nat. deor.

Digitized by Google

tatur porticum Stoicorum. Cui adsonat illud παροιμιῶδες apud Diogenem:

Εἰ μὴ ἦν τὸ Χρυσιππεῖον, οὐκ ἂν ἦν Στοά:
Chrysippus haud esset, nec esset Porticus.

Et doctrina sanè multâ, lectione, atque scriptione fuit: adeò ut volumina reliquerit ad *septingenta & quinque*: victique numero priores omnes, victus ab Epicuro. Itaque Cicero alibi: *Nihil esse à Chrysippo prætermissum in Stoicis.* Nube autem testimoniorum in scriptis uti solet; adeò ut in quodam opere cùm Euripidis Medeam totam ferè inseruisset, qui librum tenebat rogatus, *Quid scripti esset: Euripidis Medea*, facetè respondit. Logicæ autem plurimam operam dedit: ingenio atque arti ita fisus, ut dictitaret, *Doctrinâ dogmatum* (id est Decretorum) *se egere tantùm: nam probationes à se reperturum.* Et vulgò jactabatur, *Si dii vellent Dialectica uti, Chrysippea usuros.* Itaque *solius Logicæ partis volumina reliquit trecenta undecim.* Notabile, an & laudabile? Negat Seneca, & audet *Chrysippum in ordinem cogere, magnum virum, sed tamen Græcum: cujus* ACUMEN NIMIS TENVE *retunditur, & in se sæpè replicatur: etiam cùm agere aliquid videtur, pungit, non perforat.* Bonum judicium, & universè etiam amplectendum. Sanè Chrysippus, à moribus & vita ad disputatiunculas divertisse videtur: & uno verbo, *virilem illam Sapientiam* enervasse. Etsi ipse in vita tamen purus, & animi erecti, adeò ut, cùm multa scripserit, numquam Regi aut Dynastæ aliquid inscripserit: extra ambitionem, & fructu operis aut fama contentus. Sed & sui magna fiducia, cuidam roganti, *cui filium optimè instituendum traderet?* respondit, *Mihi. nam si quem supra me putarem, ipse me ei darem.* Magnum ingenium fuisse, clarum est; virum, probabile. nec de Logica nimis obstat, quia ipse quoque ostendit & edixit, talia juvenibus magis, & in flore aut luxu quodam ingeniorum, quàm viris senibusque convenire. Nam ad Dialecticum Cleanthi imminentem, *Desine*, inquit, *hunc grandem natu à seriis abducere: nobis juvenibus hæc propone.* Sentiebat, juvenes præparari per hæc talia & exerceri: viros & maturos in melioribus esse. Ceterùm acumnis laudem tulit & Seneca de eo pronunciat: *Chrysippus, penes quem subtile illud acumen est, & in imam penetrans veritatem: qui rei agendæ causâ loquitur, & verbis non ultrà quàm ad intellectū satis est, utitur.* Nota inibi & Brevitatem, & quamquam multa, non multis scripsisse: quod proprium ferè Stoicorum fuit. Vixit annos LXXIII. & statua ei ab Athenienſibus posita, in

I. De Finib.

Diogen. in Vitâ.

Ibid.

Ibid.

Ibid.

I. De Benef. c. IV.

Diog.

Diog.

I. De Benef. c. III.

Digitized by Google

Ceramico. quam; quia fermè a vicino equite occuleretur, Carneades Κρὺ ἱππεα appellabat. Cicero ejus meminit: *Statua est in Ceramico Chrysippi, sedentis porrectâ manu.* Non ergo mirum, occultum fuisse & oppansum ab equite, quia *sedentem*, ut solent docentes: & aliàs etiam tenui atque infirmo corpusculo fuit. Pausanias, *Chrysippi Solensis statuam locat in Gymnasio, quod Ptolomæum à conditore dicitur, haud longè à foro.* Ergo *Ceramicum interiorem* accipi hic magis est. Ad alios eo. AVD. Verbum interpono. quî Dialectica illa Chrysippi (nam observavi) sic in pretio, cùm Aristotelis jam esset? quâ nobis quidem nihil videtur perfectius aut acutius. LIPS. Nobis. alia olim judicia: nec nos in morte omnium Chrysippi operum sententiam feramus. Sequitur, & excipit

De Finib. I.

Lib. I.

ZENO *Sidonius*, de quo Diogenes in Zenone, cùm plures fuisse hoc nomine notat: *Quintus*, inquit, *Chrysippi discipulus, qui libros quidem paucos scripsit, sed complures reliquit discipulos.* Eusebius, ubi Chrysippum nominasset, addit: Τὸν μὲν δὴ τούτου μαθητὴν καὶ διάδοχον τῆς σχολῆς Ζήνωνα φασὶν ἐπιχειρῆσαι περὶ τῆς ἐκπυρώσεως τοῦ ὅλου: *Nam hujus* (Chrysippi) *discipulum & SVCCESSOREM Zenonem, ajunt dubitasse super universi conflagratione.* De hoc ipso Suidas, & dubitatum de patria ostendit: *Zeno Dioscoridis filius, Tarsensis: ut verò quidam, Sidonius, discipulus Chrysippi Tarsensis, Philosophi Stoici, & successor.* Ab eodem doctore

Lib. XV. Præpar. Evang.

DIOGENES, cognomento *Babylonius.* non quia verè ibi natus, sed à vicino & notiore loco sic dictus. Laërtius: *Fuit & Diogenes Stoicus ex Seleucia oriundus: sed Babylonius, ob viciniam, cognominatus.* Chrysippi auditor fuit: *magnus & gravis Stoicus* Ciceroni insignitus. Factum ejus, philosopho & Stoâ dignum, in Seneca: *Diogeni Stoico de Ira cum maximè differenti adolescens protervus inspuit. Tulit hoc leniter ac sapienter: Non quidem, inquit, irascor, sed dubito tamen an irasci oporteat.* Stoicum agnominat tantùm; & sic sæpè in Stobæo, atq; hunc puto. Romæ fuit, legatus, de quo Cicero: *Lælio & Scipione adolescentibus, Stoicum Diogenem, & Academicum Carneadem, video ad Senatum ab Athenienſibus legatos esse missos: qui cùm reip. nullam umquam partem attigissent, essetq; eorū alter Cyrenæus, alter Babylonius; numquā profectò scholis essent excitati, neq; ad illud munus electi nisi in quibusdam principibus* (Romanis) *temporibus illis fuissent studia doctrinæ.* Sed addo etiam Carneadem hunc discipulum Diogenis ejus fuisse. Et

In Vitâ Diog. Cynici. Cic. I. De Divinat. III. De Offic. De Stoicis cap. XXXVIII. IV. Tusc. IV. Acad. Quæst.

ipſe

Digitized by Google

Ex ipso Cicerone: *Cùm aliquid ejusmodi incideret* (relatorium & spinosum) *sic ludere Carneades solebat: Si rectè concluxi, teneo; sin vitiosè, minam Diogenes reddat. ab eo enim Stoico Dialecticam didicerat.* Huic auditor successorque fuit

ANTIPATER *Sidonius.* quem Laërtius in Zenone, atque alibi, nominat. De disciplina à Diogene, Cicero auctor: *Aliud Diogeni Babylonio videri solet, aliud Antipatro discipulo ejus, homini acutissimo.* Atque alibi in primis Dialecticis recenset: *Duo vel principes Dialecticorum, Antipater & Archidemus, opiniosissimi homines.* Attollit & Seneca: *Antipater, inter magnos sectæ hujus* (Stoicæ) *auctores.* Nominat & Epictetus, velut inter Triumviros: & Plutarchus hoc quoque ad notitiam viri prodit: *Stoicus Antipater, quia non valebat neque volebat pedem conferre cum Carneade, scribebat autem & libros implebat suis in eum refutationibus, κραλαμοβόας, quasi Calamo-clamator dictus est cognomento.* Quòd calamo scilicet inclamaret, voce mutus esset. Reperio & *Antipatrum Tyrium*, item Stoicum: qui Catoni Uticensi in adolescentia doctor, atque adeò in contubernio Romæ fuit. Plutarchus in vita Catonis hoc prodidit: estque ille de quo Cicero: *Antipater Tyrius Stoicus, qui Athenis nuper est mortuus.* Verius autem, hunc diversum à priore esse: sicut & *Antipatrum Tarsensem*, quem inter illustres Stoicos Strabo nominavit. An non iste sit, quem Cleanthis γνώριμον, id est *discipulum*, Clemens Alexandrinus fecit? Primo illi successit

PANÆTIUS, ille inclytus, & inter vertices. de quo Cicero: *Posidonii doctor, discipulus Antipatri, Panætius.* Rhodius patriâ fuit: quod Strabo notavit, ejusque majores inter belli duces, aut Athletas. Magni eum fecit idem Cicero, ornavitque elogio: *Panætius Princeps, meo quidem judicio, prope Stoicorum.* Iterùm: *Homo in primis ingenuus & gravis, dignus illa familiaritate Scipionis & Lælii.* Enimvero Scipio ille Africanus posterior, ita virum æstimavit & amavit, ut domi habuerit, nec à se dimiserit, etiam cùm ad res aut bella iret. Cicero: *Historiæ loquuntur, P. Africani, in nobili illa legatione, quam ante Censuram obiit, Panætium* UNUM *omninò comitem fuisse.* De qua ipsa re Plutarchus: *Missus Africanus ad res regum inspiciendas, Alexandriam venit. Comitabantur eum amicus* UNUS, *philosophus Panætius, servi quinque.* Diu vixisse apparet. nam Cicero ex Posidonio tradit, *triginta totos annos superfuisse, postquam libros De officiis* edidisset. Seneca nominat aliquoties, sed tantùm.

III. De Offic.

IV. Acad.

Epist. XCI. Lib. III. Diss. XXI.

De Garrulitate.

II. De Offic.

Lib. XIV.

I. De Divin. Lib. XIV.

IV. Acad.

IV. De Finib.

IV. Acad.

In Apoph.

III. De Offic.

Posi-

Digitized by Google

POSIDONIVS, discipulus prioris, ut dixi: *Apameæ* in Syria natus. Alius ab isto est, item Stoicus, qui * *Alexandrinus* Diogeni agnominatur: ævo anterior, & Zenonis ipsius auditor. Sed hic nostro nobilior, & Senecæ laudatus: *Posidonius, ut meæ fert opinio, unus ex iis qui plurimum Philosophiæ contulerunt.* Ciceroni: *Vidi in podagræ dolore vel omnium maximum Stoicorum Posidonium.* Quidni laudet? inter doctores eum habuit, & Rhodi operam dedit. Nam inibi vixit plurimùm, remp. rexit, scholasque habuit, etsi alibi natus: Strabo: *Ποσειδώνιος δὲ ὁ πολιτεύσατο μὲν ἐν Ῥόδῳ, καὶ ἐσοφίσατο. τὴν δ' Ἀπαμέως ἐκ τῆς Συρίας: Posidonius Rhodi remp. administravit, & Sapientiæ studia docuit, in Syriæ tamen Apameâ, natus.* Idem vixisse circa suum ævum ostendit, laudatque: *Ἀνὴρ τῶν καθ' ἡμᾶς φιλοσόφων πολυμαθέστατος*: *Vir philosophorum nostri ævi pluriformiam doctissimus.* Narrat Cicero, Pompejum e Syria redeuntem, deflexisse Rhodum (addit Plinius, *percuti de more fores à lictore vetuisse, & fasces januæ submisisse eum, cui se Oriens Occidensque submiserat*:) deflexisse, inquam Rhodum: & cùm decumbentem, graviter podagra ægrum, repperisset, doluisse quòd audire eum non posset. Sed Posidonium non tulisse, ut frustrà tantus vir venisset, itaque dixisse, cum dolore interpellante pugnantem, & subinde exclamantem, *Nihil agis dolor, quamvis sis molestus, numquam confitebor te malum esse.* Hæc magni & Stoici animi, diversa ab iis quæ in Fragmento ejusdem Ciceronis alibi: *Vidi in dolore podagræ vel omnium maximum Stoicorum Posidonium, nihilo ipsum, quàm Nicomachum Tyrium hospitem meum, fortiorem.* Sed cave Ciceronis ea censeas; imò alterius (ut in Dialogis) philosophos oppugnantis & fugillantis: an non ipsius Hortensii? Qui Rhodi pariter eum viderit: etsi Romæ etiam potuit, si verè Suidas, *Posidonium Romam, ducente M. Marcello venisse.* Hoc verò magis assidet, quàm cum Scipione Africano vixisse: etsi in Athenæo palàm scriptum. Nam ubi Strabonem Geographum laudasset, addidit ad ævum ejus notandum, *Non ita recentem scriptorem esse, quippe qui scribat in libro* VII. *Geographiæ, cognovisse sese Posidonium illum Stoicum philosophum, qui Scipioni Carthaginis domitori adhæsit, convixitque.* Hæc sunt nimia mira: nec de *Posidonio*, sed *Panætio* certa. Itaque id nomen omninò reponendum, nisi latum & ridicularium errorem Athenæus erravit. Potuit autem Strabo noviisse Panætium, qui ad ultimum senium venit, adolescens.

* De quo & Suidas. Epist. XCI. Ex Fragm. libri de Philosophia.

Lib. XIV.

Lib. XVI. II. Tusc.

Lib. VII cap. XXX.

In Hortensio.

Lib. XIV.

Tamen

Digitized by Google

Tamen hodie in Strabonis hæc non legas, nisi fallor. Hic est porrò Posidonius, cujus moderatio, non eruditio solùm laudatur, judicio Stoicus: & ideò aliquando dissentiens, ut qui *jectam deserere maluerit* (Galenus de eo) *quàm veritatem*. Atque ista ferè successio est ad Augusti ævum: neque ultrà quæro. Addam è Sidonio Imagines & habitudines quorumdam. Nam ille in epistola quadam, ait *per gymnasia vel pritanea pingi Zenonem fronte contracta, Chrysippum digitis propter mensurarum spatia laxatis, Cleanthem propter utrumque corrosis*. Invenies inibi & de aliis Philosophis, sed ego meos excerpsi. De *Zenonis fronte*, non mirum. severus & subacerbus fuit, supercilioſus. Zenodotus in Epigrammate: Lib. IX. Epist. II.

Ζήνων σὺν πολιῷ σεμνὸς ἐπεσκυνίῳ:
Cum cano augustus Zeno supercilio.

Denique in proverbium ivit, *Stoicum supercilium*: & *Stoica gravitas*. De Chrysippi *digitis constrictis*, dissentire Cicero videatur, qui facit *sedentem, porrecta manu*. Sed potest pansa manus esse, & digiti cohærere, etsi non inflecti. Qui tamen habitus vix ad *numeros*, in quibus complicari variè solent: ad quos palam Sidonius non hîc tantùm refert. Nam & alibi, *Chrysippi numeros, & Euclidis mensuras*, ita jungit. An ad Soritem igitur hæc spectant, cui Chrysippus inventor, & illum numerosum adsensum vel detensum? Dicas ex eodem Sidonio: Lib. IV. Epist. III. Carm. XXIII.

Non hunc, si voluit rotare rythmos,
Quidquam proposito virum morari
Chrysippus potuisset ex acervo.

Adde & Scholiastem Persii in illud, *Inventus Chrysippe tui finitor acervi*. Sed ut de mea mente dicam, longinqua satis hæc Sidoniana sunt: magisque obvium, ad Dialecticam & subtiles breveſque conclusiunculas ejus referri. Id enim *digiti adstricti* notare; & item manus porrecta, disputantem potest. Simile in *Cleanthis corrosis digitis*. Neque hic, inquam, assentior. quid enim singulare ille in Numeris aut Spatiis? & cur digiti ab iis corrosi? Vide an non ad diligentiam & intentionem viri magis referas: notumque per eam, *rodi ungues*. An & ad attritos digitos ab antlia obiter adspectum? cogitetur. Sidonius idem alibi: Carm. I.

——*arroso quidquid sapit ungue Cleanthes.*

Digitized by Google

DISSERT. XII.

Alii aliquot clari Stoici, & præsertim qui in Senecæ scriptis.

AVD. Alios omittis, in Tabellâ & Indice positos? juvet noviſſe. Sæpiculè enim lego, & nomina occurrunt: neque ævo aut notis aliis ſemper diſtinguo. LIPS. Ad laborem addis: ſi gratum tamen, exſequar, & ſpero profuturum.

PERSÆVS eſt à latere primus, quem vides è ſchola Zenonis fuiſſe: atque ego è patria etiam addo. Nam & ipſe *Cittiéus*. Qua in re luſit apud Athenæum Bion Boriſthenites: qui conſpecta ſtatua ejus æneâ, in qua inſcriptum, PERSAEVS ZENONIS KITTIEYΣ: *ipſe etraſſe ſcriptorem dixit, faciendumque διὰ πινάκιος*: quod eſſet, *Zenonis famulus*. Scilicet, quod in Diogene eſt, verè famulatum Zenoni tradunt, libroſque deſcripſiſſe & alia miniſteria obiiſſe: etſi poſteà ad Antigonum regem rediit, à quo donatus Zenoni fuerat. Apud iſtum (regem dico) ſapientiæ peramantem, & titulo ſuo dignum, in gratia fuit, atque etiam ad rem civilem & militarem promotus. Nam Acrocorintho eum præfecit, à qua arce Corinthus ipſa, imò Peloponeſus, pendebat: ſed parùm felici exitu, cùm aſtu Arati Sicyonii capta arx fuit, & Perſæus ipſe ejectus, vel, ut quidam, interfectus. Ejectum, Plutarchus refert, qui etiam dictum ejus poſtea narrat, cum differente quodam, *Solum ſapientem belli ducem eſſe*: ſubjecit, *Ea nobis olim hæc viſa, ex Zenonis ſcitis; ſed mutavi, & juvenis Sicyonius* (Aratum ſignabat) *aliter me condocefecit*. At interfectum, Pauſanias clarè. *Aratus*, inquit, *cùm Antigonus Acrocorinthum cum valido præſidio obtineret*, καὶ ἄλλους τε κρατήσας μάχῃ διέφθειρε, καὶ Περσαῖον ἐπὶ τῇ φρουρᾷ τεταγμένον: *cùm alios pugna victos interemit, tum ipſum cuſtodiæ præfectum Perſæum*. Iterat hoc ipſum poſteà: Ἄρατος, inquit, καὶ Σικυώνιοι φρουρὰν εἶχον τῆς Ἀκροκορίνθου τὸν πάνυ ἐξηλλαγμένον, καὶ ἀνεῖλεν ὁ Περσαῖον ὑπὸ Ἀντιγόνου τεταγμένον ἐπὶ τῇ φρουρᾷ *Aratus & Sicyonii præſidium Acrocorinthi totum ejecerunt, & interfecerunt Perſæum ipſum ab Antigono præpoſitum*. Athenæus hæc talia narrat, illudens Philoſophaſtro, & ait eum, *dum aſſiduis compotationibus indulget, arcem ipſam cum Corintho amiſiſſe; illum, qui anteà in ſuis ad Zenonem Dialogis contenderat, Omnia rectè facere ſapientem, atque unicum belli ducem eſſe*. Atque ipſe Plutarcho propior, ἐκπεσεῖν dumtaxat, *excidiſſe* eum ſcribit, non inte-

In Arato.

Lib. II.

In Achaic. I.

Lib. IV.

Digitized by Google

interiisse. Scripsit *Dialogos Conviviales*, ex eodem Athenæo: & parùm seria quædam alia certè parùm ipse. Cicero hunc nominatum voluit: *Perseus Zenonis auditor, eos dicit habitos Deos, à quibus magna utilitas ad vitæ cultum esset inventa.* Et mox: *Perseus Cittiéus.* Sed ubique *Persæus* rescribendus, quia constanter Græci Περσαῖον dicunt. 1. De Nat. deor.

ERILLUS, sive potiùs *Herillus*, qui omnia ad scientiam revocavit, & eam unum Bonum esse. Cicero aliquoties meminit: & Diogenes satis dicet, qui seorsim descripsit.

ARISTO *Chius* à patriâ, item inter Zenonis γνησίους Lib. VI. id est *discipulos*, philosophantium linguâ. Hunc Athenæus, ex Timone Phliasio, describit *Zenonis auditorem, sed adulatorem & assclam Persæi*, jam dicti, *quia Antigono regi amicus erat.* Cicero aliquoties memorat, & à Zenone suo abisse ostendit. Nam *Aristo Chius*, inquit, *præfractus, ferreus, nihil bonum, nisi quod rectum & honestum est, esse dicebat.* Sed explicat magis, & addit: *Aristonis explosa sententia est, dicentis nihil differre aliud ab alio, nec res esse ullas, præter virtutes & vitia, inter quas quidquam interesset.* Itaque *Media* omnia sustulit, nec in iis momenta ulla, quæ Zeno censuisset. Sed plura de ejus dogmate Diogenes, in fine Zenoniæ vitæ. Seneca virum nominat alibi hoc *Chi* cognomine, alibi *Stoici*: & ex ipso liquet eumdem esse. Etsi alii etiam *Aristones*, & duo quidem Peripatetici. In Hortēs. ex Fragm. IV. De Finib. Epistola LXXXIX. & XLIV.

ATHENODORUS *Solensis*, quartus in Tabulâ discipulorum Zenonis est. Diogenes inter inclytos & præcipuos nominat: aliquoties & Seneca noster (etsi absque cognomine) sed puto istum. Alioqui & alii hoc nomine fuêre. duos quidem Strabo suggerit, & Stoicæ item sectæ. *Tarsus Ciliciæ*, inquit, *edidit duos Athenodoros, quorum alter Cordylio cognomento, vixit cu M. Catone, atq; apud eum obiit: alter Sandonis filius, quem & Cananita à pago quopiam appellant, qui magnos honores à Cæsare Augusto, cujus doctor & familiaris fuerat, consecutus in patriâ rediit, eamque turbatam ordinavit & rexit.* De M. Catone quòd ait, *Uticensem* accipies, nam & diffusius hoc paullò in vitâ hujus Plutarchus denarrat. *Cato*, inquit, *incensus studio doctrinæ cùm audisset Athenodorum Cordylionem cognomine, in Stoicis excellentem, Pergami agere, ætate jam grandē, atq; eum regum & principum plurium amicitiâ aut cōtubernia refugisse; arbitratus nihil se nunciis aut litteris profecturū, supto in duos menses jure legationis liberæ, ipsus in Asiā rvit, fretus virtutibus suis, qui* De Trāq. cap. III. Epist. X. & alibi. Lib. XIV.

Digitized by Google

bus præda ea cederet. Quod factum, & expugnatum virum ac de sententiâ, post aliquot sermones, dejectum secum in castra duxit, ovans ac triumphans, ut re præclarissimè gesta, splendidius justiusq; quàm Pompejus aut Lucullus de regibus aut regnis, quæ tunc maximè capiebant aut vastabant, Nota Pergami egisse: & ergo * *verisimile* esse illum, de quo Diogenes: *Athenodorum Stoicum Pergamenæ bibliothecæ præfuisse, inibi libros Zenonis interpolasse, sublatis quæ invidiam aut infamiam vulgo habebant. Sed deprehensum, ipsum in periculo fuisse*: & an ea quoq; causa, cur facilior Catoni fuerit abducenti? Tres igitur Athenodori Stoici, & omnes Cilices: ultimus autem Plutarcho in Apophthegmatis nominatus, & Dioni in rebus Augusti.

* *probabiliter.*

In Zenone.

SPHAERUS Cleanthis discipulus, etsi Zenonem quoque audivit. *Bosphorus* ei patria, & de vita ac scriptis ejus pauca seorsim Laërtius: quem est videre. Cicero

IV. Tusc. unà notâ commendat: *Definitiones superiores erant Sphæri, hominis in primis bene definientis, ut putant Stoici.* Plutarchus Cleomenis Spartani illius præceptorem

In Agide & Cleom. facit, & ad gloriam hunc inflammasse.

De ZENONE *Sidonio* suprà dixi: neque enim firmiter scio, quis in schola Chrysippo successerit.

In Zenone. De ZENODOTO, ex Laërtio Diogenis discipulum fuisse.

Est APOLLONIVS & ASCLEPIODOTVS: ille Straboni, hic Senecæ aliquoties dictus.

* *Græcis quidem nam Latinis fere* Archidemus.

Sed postremi hi parum nobiles: duo sunt extra ordinem dicendi. Prior ARCHIDEMVS, sive ARCHED, ut * plurimùm scriptus. Hunc Diogenes satis crebrò nominat, & quidem inter primores Stoicos, quibus jus censendi. Tarso Ciliciæ ortum Strabo significat: si tamen

Lib. XIV. de isto. *Et incolæ*, inquit, *tantum curæ ardoris que erga sapientiæ & variæ doctrinæ studia habuerunt, ut vel Athenas vel Alexandriam superaverint, & sicubi inclytæ & frequentes etiam sunt Scholæ. Viri illustres ex eâ prodierunt, Antipater, & Archidemus, & Nestor, Stoici.* Epictetus sæpiùs nominat, sed semper ut inter vertices, & qui

Lib. II. Dissert. IV. & XVII. vulgo sic censeretur. Etiam noster Seneca: *Exclamanti alios opponam cum quibus litiges, Posidonium & Archidemum.* Cicero de eodem: *Duo vel principes Dialecticorum, Antipater & Archidemus.* De isto, an alio, Plutarchus? cujus verba, ubi ostendit multos voluntarium exsilium elegisse: Ὁ δὲ Ἀθηναῖος Ἀρχίδημος εἰς τὴν Παρθυαίων χώραν, εἰς Βαβυλῶνι τὴν Στοϊκὴν ἀγωγὴν κατάλιπεν: *Atheniensis, Archidemus, in Parthorum regionem se transferens, in ipsâ Babylone* STOICAM SVCCESSIONEM *reliquit.*

Lib. III. Dissert. II.

Ep. CXXI.

IV. Acad.

De Exsil.

Digitized by Google

quit. Notabile, etiam Parthos huic sectæ insertos: & magnum viri ardorem, qui ivit, docuit, fecit. Dubitavi an idem esset: imò non videtur, cum illo Strabonis certè, qui *Tarsensis*, non *Athenensis* fuit. An diversi *Archidemus*, & *Archedemus*?

Alter quem volui suggestum, est SOTION. Debui Senecæ caussa, cui doctor ille fuit. Nam ita in epistola quadam, ubi præteritos annos recolit: *Modò apud Sotionem philosophum puer sedi.* Iterumque: *Non pudebit fateri, quem mihi amorem Pythagoræ Sotion injecerit.* An ergo Pythagoreus fuit? vix credam: sed non alienum ab ea abstinentia, fortasse & aliis magnanimi viri scitis, aut instituris. Sitne hic, quem Diogenes & Athenæus citant, libris *De successione Philosophorum*: quem Stobæus, *De Ira*: non admodum memem, vereor ut ille antiquior sit: magis inclinem esse, quem Plutarchus circa suum, id est Senecæ ævum, fuisse ostendit. In libro, De pietate fraterna: Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τῶν νεοτέρων φιλοσόφων Ἀπελλωνίου ὁ Περιπατητικὸς ἤλεγξε καὶ ἀπόπτα, δόξαν ἀκοινώνητον εἶναι, Σωσιπατρικῶτερον ἀδελφὸν αὑτῷ ποιήσας καὶ ἐνδοξότερον: *Sed & RECENTIORUM philosophorum Apollonius Peripateticus reprehendit & refutavit qui dixerat, Gloriam esse incommunicabilem, quippe juniorem fratrem Sotionem illustriorem quàm seipse reddidit.* Tangit aliquod factum circa fratrem, nobis ignotum. Satis de *Stoicis* nobilioribus: nunc caussam nominis hujus breviter etiam dicam. Zenò in *Porticu* docuit, quæ *Pisianactæa* olim dicta, posteà picturis variè à Polygnoto decorata, nomen illud ποικίλης sive *Variæ* accepit. Inde igitur nomen, & λαῦ τοῦς, littera mutante & augente, Στωϊκοὶ appellati. Bono omine pinxit ille; & * πολύγνωτος hanc *Porticum*, & *Porticenses*, ut Latinè sic reddam, orbi terrarum factos scimus.

Ep. xlix.

Epist. LVIII.

Diog. in Zen init. Plutarch. in Cimone, Harpocration in *Polygnotus* Pausan. Persius Sat. III. ibi Schol. *multisonam & nobilem* ad nomen *Pictoris* alluſum.

DISSERT. XIII.

Cynicos originem Stoicis dedisse, & Dogmata ferè convenire. Illis ex professo laudati.

ANTEA *Zenonii* appellabantur etiam: & cur non *Cynici*? nam revera sunt pænè iidem. Itaque & ortum Stoicæ, sunt qui Antistheni adscribant, *Cynicæ* eidem conditori. Diogenes apertè: Δοκεῖ δὲ καὶ τῆς ἀνδρωδεστάτης Στω-

Digitized by Google

Στωϊκῆς κοινότητος. *Videtur & virilis illius Stoicæ sectæ princeps auctorque fuisse.* Quidni videatur? dogmata consentiunt, in vita & cultu aliquid mutant. Itaq; Poëta rectè:

Et qui nec Cynicos, nec Stoica dogmata curat
A Cynicis tunicâ distantia:

sive quia veste & habitu differebant; sive quia verecundia tantùm, & tegebant Stoici, quæ illi in aperto audebant. Sanè, ut Diogenes ait, κοινωνία ἐστὶ ταῖς δύο ταύταις αἱρέσεσιν ἐκείνη. ὅτι καὶ τὸν Κυνισμὸν εἰρήκασι συντόμου ἐπ' ἀρετὴν ὁδόν. *communio & societas quædam est his duabus sectis, unde & Cynicismum dixerunt brevem ad virtutem viam.* Qui *dixerunt*? Ipsi Stoici. Atq; adeò Zeno definivit, τὸν σοφὸν ἀνδρὶ κυνικῷ. εἶναι γὰρ Κυνισμὸν σύντομον ἐπ' ἀρετὴν ὁδόν. *Sapientem Cynicum debere esse atq; Cynicismum, compendiariam ad virtutem viam.* AUD. Ita mihi Stoicos tuos laudas? & Cynicos etiam facis? Apage sordes illas, & impudentiam. mihi Cicero inclamat: *Cynicorum natio tota ejicienda est. Est enim inimica verecundiæ, sine qua nihil rectum esse potest, nihil honestum.* LIPS. Cicero, id est vulgus: hic quidem · frustra autem de Sapientia loquimur, si ad illum judicem imus. Primâ fronte qui Cynica adspicit, tecum dicet: qui restat & inspicit, munditias, pudorem, decus, virtutem inveniet & laudabit. Itaque breviter exploremus: & quidem ab ipso nomine, quod in ludibrium aut probrum trahunt. Ajunt à *canis impudentia* sic dictos, quia naturæ in publico obsequuntur, ingerendo, egerendo, atque etiam inferendo, animalis illius exemplo. Quod Empiricus abnuat, qui ubi Canem laudavit à sagacitate aut prudentia, *quòd commoda appeteret, incommoda vitaret; mala agnosceret, & mitigaret; sed & justum, memorem, gratum esse; animosum, & malis infestum*: addit, *inde factum videri, ut Philosophi quidam* (Cynici) *se hujus animalis cognomine commendarint.* Benè. quid enim tam proprium Cynicis, quàm bonos tueri & favere, malos invadere & allatrare? Laërtius & aliam caussam suggerit: *Docebat*, inquit, *Antisthenes in Cynosarge gymnasio, haud procul à portis: unde & Cynicam sectam dictam sunt qui opinentur. Ipse quidem appellabatur ἀπλοκύων: simplex & ingenuus Canis.* In nomine, hoc est: dogmata autem si videas recto animi oculo, quid culpes, imò quid non suspicias & admirêre? *Virtutem sufficere ad Beatam vitam. Eam in rebus factisque esse, non verbis. Sapientem sibi satis esse: ejus enim omnia. Nihil ei novum videri: Regem esse: non ad legem, sed virtutem vivere. Sola bona pulchra; mala, turpia.* Denique *Finem homini secundùm virtutem vivere.* Non hæc alta, & puri æthereique

In Menedemo.

Diog. in Zenone.

1. De offic.

Lib. 1, Pyrrhon. cap XIV.

Digitized by Google

animi & judicii dicas? Sed nemo meliùs veriusque legitimum Cynicum (falsos insuper habemus) descripserit, quam magnus ille Epictetus, in Dissertatione huic rei propriâ, quam περὶ Κυνισμοῦ, *de secta Cynica*, indigetavit. In compendio, & ordine aliquo dabo, quæ ille, Stoico suo more, calidè aut confusè. *Cynicus*, inquit, EXPLORATOR *quidam est, & velut* LEGATUS *a Iove ad visendas res humanas. Diogenes ille, inter capita ejus sectæ, post Chæronensem cladem ad Philippum regem perductus fuit, ut speculator. Statim fassus est, & Sum hercules, inquit, sed suæ ambitionis, sævitiæ, & luxus. Itaque monet & inclamat liberè, quæ bona, quæ mala sint demonstrat, appetenda, fugienda; & elatâ manu, velut tragica scena conscensa, homines miseriarum suarum, & vitiorum admonet, ab iis q; ad meliora (quantum in ipso est) compellit. Idem est* PUBLICUS DOCTOR & PÆDAGOGUS *generis humani, instruit simul ac castigat. Idem* MEDICUS & *velut* ÆSCULAPIUS *quidam: qui statim demonstrare possit, & illos si curatione sua utantur sanos fore, & suam valetudinem in argumentum proferre. Convenite omnes, inquit, qui e pedibus, è capite, qui febri laboratis, convenite cæci, amentes; ac videte me ab omni malo expertem & salvum. Denique Dominus &* REX *est sceptro & diademate à Deo ornatus: qui tales facere pollicetur sibi audientes. Ut sciatis, ô mortales, vos felicitatem & tranquillitatem, ubi non est, quærere: ecce ego exemplum à Deo vobis sum missus. Non rem habeo, agros, domum; non uxorem, liberos, familiam; imò nec stragulum, aut tunicam, aut aliud vasculum. Videtis tamen quàm sanus sim? facite mei periculum. Nihil habeo, nihil egeo, ne cupio quidem: non hominē non locum, non oblectationculam, sicut pueri Vindemiæ dies aut ferias. Ecquid mihi deest? nonne sine metu sum? nonne liber? Quando quisquam me in vovendo frustratum vidit? quando in vitando? Quando deum vel hominem aliquem incusavi? Quomodo autem alacer & erectus incedo? quomodo cos tracto & convenio, quos vos timetis? nonne ut mancipia? Quis me conspecto se* REGEM ET DOMINVM *suum videre non putat? Hæc ago, hæc curo: sicut eum oportet,*

Ὃς λαὸν τ' ἐπιτηδεύσαιτο, καὶ ἄλλα μέμηλεν:

Qui populos moderetur, & ampla negotia curet.

Atq; hæc liberè omnia, sine trepidatione aut respectu: quippe qui sole puriorem mentē conor circumferre. Non habeo satellites, gladios, pompas ive terriculamenta ista externa: eorum loco BONA CONSCIENTIA *datfiduciam mihi & potestatem. Non ipse reprehendendus, in alios incurro; verecundiâ ubique ornatus, & Honesti amore, illud*

Lib. III. Dissert. XXII.

Lib. IV. Dissert. VIII.

Iterùm è III. Dissert. XXII.

Ex Hom.

illud sine lege aut pœna colo. Ceteri parietibus, januis, velis teguntur: ego sub dio, in propatulo ago, omnium oculis & inquisitioni expositus, Deo me probo. Atqué hæc cùm facio, evenit ut malè audiam, imò vapulem: quid mirum à pueris aut fatuis, & qui tangi ulcera sua nolunt? Ego verò affectum aut curam non muto, aut mitto: dum vapulo, eosipsos QVI VERBERANT DILIGO, *tamquam pater omnium, tamquam frater. Neque animo solùm ita firmus & constans sum, sed corpus sufficit: & illo ipso doceo, tenuem, & frugalem victum vires augere, adeò non lædere sanitatem. Quid calorem, frigus, incommoda? nihil. Ecce circumfero corpus meum, ut Diogenes, nitidus, pi· guis, benè habitus: credite oculis sensibusque vera dici.* Hæc & plura (utinam audire fas!) germanus ille Cynicus: de fucis, nullus hîc sermo. Neque nego in summo istos esse, ideoque vicinos lapsui, aut faciles trahilire. Seneca noster signatè scripsit: *Hominis naturam Stoicos* VINCERE, *Cynicos* EXCEDERE. Ita est: quidquid supra Stoicos, modum pænè suprà est: sed nec inutile, in una parte sic esse, ut ad modum deinde ducant. Diogenes agnoscebat, & fatebatur, *imitari se choros magistros: qui tonum leviter* EXCEDERENT, *sed ut reliquos revocarent ad concentum.* Pulcherrimè. sint magnæ istæ animæ, quæ omnia externa calcent, despuant: & aliquid in rigore fortassis excedant, ut mollitiem nostram vincant. Ecce in Seneca exemplum *Demetrii*: qui aut familiaris illi, aut doctor fuit, & plerisque item melioris nimi aut studii Romæ notus, & carus. De quo ille quàm honorificè! *Demetrius Cynicus, vir meo judicio magnus, etiam si* MAXIMIS COMPARETVR. Et meo hercules, ex iis quæ de ipso sparsim lego. Nam & Tacitus laudabiliter meminit: & noster iterùm effusâ, sed ex animi sensu, laudatione: quis enim mendico aduletur? noster inquam: *Demetrium, quem mihi videtur rerum natura nostris tulisse temporibus, ut ostenderet nec illum à nobis corrumpi, & nos corripi posse, virum* EXACTÆ, *licet ipse neget,* SAPIENTIÆ, *firmæque in his quæ proposuit constantiæ. Eloquentiæ verò, quæ res fortissimas deceat, non concinnatæ, nec in verba sollicitæ, sed ingenti animo. prout impetus tulit, res suas prosequentis.* Sed & alibi profitetur, *Demetrium* VIRORVM OPTIMVM, quem, inquit, *mecum circumfero* (in comitatu habeo) *& relictis conchyliatis, cum illo* SEMINVDO *loquor, illum admiror. Quidni admirer? vidi nihil ei deesse.* Sapis Seneca, plus unâ horâ tibi ille conferet, quàm alii multis annis. *Nihil,* inquit, *deest.* Imò omnia

De Brev. Vit. c. XIV.

Laërt. in Diog.

VII. De Benef. c. I.

Ibid. c. VIII.

Ep. LXII.

de:

Digitized by Google

desunt, si rem spectas, si animum, nihil. Iterùm noster: *Ego certè aliter audio, quæ dicit D. metrius noster, cùm illum vidi* NUDUM, *quanto minùs quàm* STRAMENTIS *incubantem? Tunc enim non præceptor veri, sed* TESTIS *est.* Da aures aliquid è nostro sæculo accommodanti. *Cappucinos* istos quos dicimus, veræ virtutis, patientiæ, inopiæ, & (quod antiquis defuit) pietatis exemplar, quis sine animi aliquo motu & impulsu videt? quis non vel visos conferre ad eadem illa putat? ego censeo: & tales omninò Cynicos fuisse: excipio Pietatem, ut dixi, & Verecundiam: quarum illam ævum illorum abnuit, hanc institutum. Carpere enim & corrigere volebant: atque ore & animo ad eam rem opus. Sectam vides: altam simul & abjectam, nihil populare, nihil splendidum, imò nihil externum spectantem & sectantem: ideoque paucis seriò, neque diu probatam. Certè Sidonii jam ævo deliquerant, scribitque in enumeratione Sectarum: Epist. xx.

EXCLVSI *propè jam Cynici, sed* LIMINE *restant:*

id est, adeò pauci, & sic pulsi, ut in limine hæreant ad egressum. Omitto: propriè enim Stoicos non tangunt.

DISSERT. XIV.

Contra Stoicos; & quæ iis objici solita.

AVD. At ego *Stoicos* tuos tango, si linguam mihi laxas. Laudas, & huc vocas: quàm multi revocant? Hodie plerique omnes: & ludus ac jocus tu atque ego simus, qui hîc sumus. Sed & inter priscos, quam multi graves! & gravia quædam istis objiciunt, aut imponunt. Vis pergam dicere? LIPS. Me lubente. nam rectè olim Comicus:

Ἀλιτηρὸν ἀκροατὴς ἀσυστόφ καθήμενος:

Molesta res est, fatuus auditor sedens.

Ostende capere te: & aliquid interfare, *ut* (Cælii olim dicto) *duo simus.* AVD. Ergo facio, & dico objici iis ista. Zenoni primùm, primo auctori, æmulationem & invidiam, quæ originem dederit dissensioni, & Sectæ. In Academicis erat, id est Platonicis: Polemonis auditor: his incidit cum Arcesilâ condiscipulo, inge-

Digitized by Google

ingenioso viro: ab ipso & priscis discessit, & *novam hæresim*, ut Varronis verbis dicam, *novo paxillo suspendit*. Fecit simile ille alter, à calore contentionum, ut fit, & *Novam Academiam* excitavit. Tuus quid? novam *Porticum*, inauditum anteà nomen. Et rem si scrutaris, vix in ea pugna, sed in verbis formulisque fuit.

III De Fin. Cicero: *Zeno quoq; eorum princeps, non tam rerum inventor fuit quàm verborum novorum.* Iterùm: *Advena quidam, & ignobilis verborum opifex.* Itaque quæ alii adhuc *Bona Fortunæ aut corporis*; hic *Producta* maluit dicere: quæ illi *Mala* ejusdem generis, hic *Rejectanea*: & talia complura. Totum etiam dicendi genus obscurum aut tenue: nihil pro copiâ, dignitate, aut luce antiquorum.

V. Tusc. III. De Fin. Idem Cicero (& quis melior hic judex?) *Stoicorum non ignoras quàm sit subtile, vel spinosum potiùs, disserendi genus.* Alibi: *Vellunt de spinis, atq; ossa nudant.* Iterumque: *Pungunt, quasi aculeis, interrogatiunculis angustis: quibus etiam qui assentiuntur, nihil commoventur animo: & iidem abeunt, qui venerant.* Sed & alii, ab hac causa, irrident

IV. De Fin. Ibid. Apud Athen. III. Apud eund. lib. XIII. τὰς ἐκ τῆς ποικίλης Στοᾶς λογαρίσια: *illos è variâ Porticu sermunculos.* Et Comicus quispiam:

Ἄκουσατ' ὦ Σκάπις, ἱππεῖοι λέγω,
Λόγων ὑπερεξίπτεις:
Audite Porticenses, nugivenduli,
Sermonis arbitri & censores.

Sed verba omitto, quæ compta à philosopho non requiri scio, nec florem illum orationis: tamen docere apta, & animis illabi: ergo rem videamus. Ea ipsa aut tenuis, aut alta nimis & superba. Tenuis, in divisiunculis, distinctiunculis: quibus crebris valdè & non necessariis utuntur. Superba in dogmatis, quæ fastum ubique & ventum habent. *Dolorem non malum: Sanitatem non bonum: Sapientem Divitem, Regem, Deo parem esse.* Inde contumacia, & sui amor, aliorum contemptus: nec privatorum tantùm, sed magistratuum, Principumque. Olim objectum, cùm nota hæc secta, &

XIV. Ann. viguit: ut Rubellio Plauto apud Tacitum, quòd *assumpsisset Stoicorum* ARROGANTIAM *sectamq; : quæ* TURBIDOS *& negotiorum appetentes facit.* Accedit augendæ huic superbiæ, quòd & super hominem, & nimia quædam jactant: *Sine affectibus esse: Injuriam non accipere: Scire omnia, non opinari:* & plura, quæ *Paradoxorum* titulo præscribunt. Denique & austeritas quædam, vel potiùs acerbitas, è dogmatis eorum innasci animis

III. De Nat. Deor. solet: Ciceroni quoque notatum, qui alibi ait *Asotos ex Aristippi, acerbos è Zenonis schola exire.* Itaque, ut con-

Digitized by Google

concludam, nimia omnia in hac parte videntur, & præter ceteros sapere dum studuerunt, à verâ, id est modestâ, Sapientiâ excidisse. Placet autem illud Euripidis.

——— ἐ γὰρ ἐν᾽ ἀζήμιον,
Γνώμῃ μὲν εἶναι τοῖς σοφοῖς λίαν σοφόν:
——— *non vel hoc nocuâ vacat,*
Si mens ineſt ſapientibus ſapiens nimis.

Placet & hoc Tertulliani, *Noſtram inſtitutionem de Porticu Solomonis eſſe*: ut tuâ hac Chriſtianis quidem non ſit opus. Quæ viſa, dixi: ſiquid liberiùs aut fortaſſe vaniùs; hoc refelle, illud ignoſce. Præſcript. adverſ. Hæret.

DISSERT. XV.

Pro Stoicis: atque ordine illa rejecta.

AVDIVI equidem, & ad utrumque promptus ſum; libertati ignoſcere, imò gratiam habere, & vanitatem (nam ea certè dictis ineſt) refutare. Illud dixi, & factum eſt: hoc jam adnitar, & neſcio an cum magno fructu. Vinnam & frangam tot præjudicia? Fatum ipſum adverſum? Nam Stoici à mille ampliùs annis nulli, & non niſi in ſcriptis ſunt: ac gloriæ & vitæ ſuæ curſum videntur peregiſſe. Neque herculeſ revoco: paucas reliquias melioris illius ſæculi ſi tuemur, ſatis eſt: & hoc fine ſcito ſcutum & defenſionem à me ſuſceptam. Satis etiam triumphat Veritas, ſi apud paucos bonoſque accepta: nec indoles ejus eſt, placere multis. Videamus, & à capite refellamus. Ajebas Zenonem æmulatione motum à Polemone & prioribus abiiſſe: quo argumento? Cicero dicit. Cicero? nempe Academicus, & ex profeſſo igitur Stoicorum hoſtis. Hoc hîc, & mox, valeat: quia pleræque criminationes tuæ teſte illo, non teſte, nituntur. Æmulatio impulit, qui magis quàm Ariſtotelem, Carneadem, Epicurum, alios, qui in tot ſectas ſtatim à Socrate & Platone ſunt ſciſſi? Atqui primus ille quidem, cum applauſu etiam noſtro, ſcripſit: *Amicum Platonem, amicum Socratem, ſed magis Veritatem eſſe*: cur Zenoni non idem jus? Eſt profectò, neque aliud, quàm illaipſa Veritas impulit ad diſſentiendum. Non enim philoſophos, opinor, ut pecudes eſſe volumus: qui ſequantur tantùm antecedentium gregem *Multum egerunt, qui ante nos fuerunt* (ait Seneca) *ſed non peregerunt*. Peregerunt? quàm abeſt? *Multum adhuc* Ethic. ad Nicom. Epiſt. LXV. Idem Ep. LXIV.

Digitized by Google

adhuc reſtat operis, multumque reſtabit: nec ulli nato poſt MILLE SÆCVLA *præcludetur occaſio aliquid adhuc adjiciendi.* Audis eundem illum noſtrum? vera dicit: & ſuperior ac noſtra ætas fidem fecit, facietque. Ergo omitte hoc de Æmulatione: quod tamen ſine culpa etiam amplectimur. habuerit & habeamus ipſi hanc honeſtam, quę ad cognitionem veri ducat. At, inquis, verba innovavit tantùm. Innovaſſe fateor: tantùm, nego. Quiſdni innovarit, in rebus quibuſdam novis! *Datur venia* (ait Apulejus) *novitati verborum, rerum obſcuritatibus ſervienti.* Quid ſi rerum novitatibus? non venia tantùm, ſed laus eſto. *Producta & Rejectanea* quæ in exemplum adfers, neceſſaria fuêre: nec ſine iis explicari ſatis aut conſtitui ſcientia Bonorum Malorumque potuit, id eſt philoſophiæ caput. Plura talia ſunt. in * loco dicenda. Atqui ſpinę & aculei in illorum ſcriptis. Deus bone! hodie hæc dici & objici ab iis qui Ariſtotelem, & novellos Ariſtoteléos, legunt? Ac de veteribus Stoicis, non tu non ego nimis ſcimus: de Seneca & Epicteto, aperto ore dixerim, roſeta mihi illorum ſcripta videri, præ Lycéi dumetis. Sed ſint ſubtiles & acuti, in philoſophis hoc culpæ deleges, quod laudi debebas. At Cicero etiam audiendus eſt, qui *pungere eos interrogatiunculis* dicit: *animos non commovere.* Itáne *pungere*? agnoſco: verè faciunt, & velut ſtimulis, ac pugiunculis quibuſdam ſententiarum, penetrant animos ac pervadunt. Sed *non movent.* quid igitur eſt movere, ſi hoc non eſt? Vis mi Cicero, ut ad conciones veniant, affectus miſerabiliter moveant, clamores excitent & plauſus? Mare hoc non tentant, nec fluctus in eo ſuſcitant: contenti ſingulis & privatis lectoribus, iiſque quietis & intentis. Hunc talem mihi da: numquam à lectione duorum, quos dixi, ſurget, niſi commotior, & Honeſti quodam ardore ſuccenſus. Hæc eſt eloquentia philoſophis decora: in quos propriè convenit, quod Menelao ſummus vatum adtribuit:

Παῦρα μὲν, ἀλλὰ μάλα λιγέως:
Pauca quidem, verùm argutè.

Non enim eſt philoſophia, ut noſter Seneca veriſſimè ſcripſit, *populare artificium, nec oſtentationi paratum: in* REBVS, *non in* VERBIS *eſt.* Et Fabius, bono judicio, de ipſis noſtris: *Minus indulſerunt eloquentiæ Stoici veteres: ſed cum* HONESTA SVASERVNT, *tum in* COLLIGENDO PROBANDOQVE PLURIMVM VALVERVNT: REBVS *tamen magis, quàm (id quod ſanè non quæſiverunt) oratione* MAGNIFICI. O bona, ò non retractanda judi-

De Deg. Platon.

* Lib. II. Diſſert. pænult.

Lib. x.

Digitized by Google

judicia! Honesta suaserunt, probando valuerunt, rebus magnifici fuerunt: & hæc eloquentia est, qua gloriantur. Quam Brevitas etiam decet: adeoque non abnuit Zeno aut excusat, ut cuidam objicienti *Brevia esse ejus dicta. Omnino*, responderit. *nam & syllabas philosophorum, si id posset, breves esse optem.* Mens copiosa & exuberans sit, sermo temperet & adstringat. Sed de Verbis satis. Rem etiam accusas. Quid autem? universè duo, Tenuitatem, & Superbiam. De Tenuitate, haud satis capio. subtilitatem si vis & accurationem in Dividendo, & addam etiam Definiendo: vindicamus & jactamus, super omnes qui philosophiam attigerunt. An modum non servasse, hoc vis? possunt esse quædam, aut videri nobis talia: parum firmiter tamen judicanda, è paucis istis sparsisque reliquiis scriptorum. Omitte hoc igitur, negandum ea facilitate, qua affirmatur. De Superbia majus est, & colorem aliquem è paucis eorum scitis habet: sed colorem. Magni animi eos fuisse, & ad alta ac magna duxisse, profitemur: & quis damnet, nisi qui Virtutem ipsam, & generosum illud Honestum, damnet? Eò, non aliò, vocant: hoc sublime, splendidum, illustre constituunt: hoc omni verborum sententiarumque honore adaugent. At *Dolorem non malum* dicunt. O viles animæ! quid ergo? cum Epicuro *Voluptatem unicum Bonum, & illum Malum* dicemus? calcari ab homine hæc humana, & pedibus subjici, sine superbia non vultis? Mihi ea contingat, & stare in Virtutis illa arce securum, super Dolorem, Lætitiam, Spem, Metum, & turbines istos animorum. At *Divitem & Regem* dicunt Sapientem. Quem ergo potius? Crassum, aut Pacorum, aut Neronem? Hæc * alibi explicanda sunt, sapientissimè dicta: nec nisi ab ignaris aut stultis ridenda. Simile, quòd *Affectus, Injuriam, Opinionem* à vero Sapiente (nota, vero) arcent: semihorulæ spatio approbanda tibi, imò admiranda. Sed quid est? damnare malumus, quàm discere: & *veteres avias*, ut ille ait. displicet *à pulmone revelli.* In scholis non hæc dicuntur, aut discuntur: ergo sine inquisitione rejicimus, & illos quoque, siqui docere conantur. Addebas de *Contumaciâ* gravem objectionem, & hanc ex arbore ista esse fructum. Non agnoscimus: etsi objici jam olim, hoc scimus. A quibus autem? ab improbis aut servilibus animis: quibus displicet, quidquid probum, erectum, & honestum est. Tales nostros esse & conspici in sententiis, in consiliis; nihil gratiæ, nihil metui dare; omnia ad Iusti normam dirigere; ultrò fatemur:

* Lib. III. in Paradoxis.

Digitized by Google

& hanc Libertatem, non Contumaciam, cenſemus. Utinam hodie in Regum Principumque conſiliis ſint! utinam in tribunalibus? non pœniteat ejuſmodi Tuberonum aut Catonum. Sed Seneca audiatur, hoc ipſum diluens: *Errare mihi videntur, qui exiſtimant philoſophiæ* (huic Stoicæ) *fideliter deditos*, CONTUMACES *eſſe*, *& refractarios*, *ac* CONTEMPTORES MAGISTRATUUM *& Regum, eorumve per quos publica adminiſtrantur. E contrario enim, nulli adverſus illos gratiores ſunt: nec immerito. Nullis enim plus præſtant, quàm quibus frui tranquillo otio licet.* Nota & hoc de *Otio*: quod pleriqúe ſanè philoſophorum amplectuntur: apti reipublicæ, ſed non omni; neque adverſis ventis vela ſolvunt. Iterumque Seneca, de hac criminatione; *Scio malè audire apud* IMPERITOS *ſectam Stoicorum, tamquam nimis* DURAM, *& minimè Principibus Regibuſque daturam bonum conſilium. Sed* NULLA SECTA BENIGNIOR LENIORQUE *eſt, nulla amantior hominum, & communibus attentior: ut cui propoſitum ſit, uſui eſſe aut auxilio, nec ſibi tantùm, ſed univerſis ſinguliſque conſulere.* O hæc admitte! & unà illud diſce, lenes & mites eſſe, communium bonorum cupidos, nec ut Epicuréos, unius ſui curam agentes. Quomodo non ſint, quibus hoc inter prima dogmata, *Cives ſe mundi eſſe? Totum hunc orbem, patriam?* Itaque & illud imbibunt,

Non ſibi, ſed toti genitos ſe credere mundo.

Epiſtola LXXIII.

11 De Clement c. v.

Quæ ſatis refellant hoc de *Contumacia* aut aliorum *Contemptu*: atque unà, quod de *Acerbitate* in extremo dicebas. Sed calumniosè dicebas Ciceronem hoc ſcribere, quod non ſcripſit. Neque enim ille, *acerbos exire è Zenonis ſcholâ*, definivit: ſed *poſſe exire* (verba vide:) & quis id neget? non magis, quàm è Dialecticorum ſchola, Sophiſtas; è Juriſconſultorum, rabulas; Medicorum, carnifices. Neque illi hæc docent: ſed deliquia ſunt pravè capientium, utentiumque. Hîc ſimile. Zenonis ſchola, quę tota Virtutis eſt, ſeveros, non molles facit; aſperi aut acerbi ſiqui prodeunt, vitio illorum & humani ingenii fit, facilè ad confinia declinantis. Clauſula tua erat, de *Modeſtia*. Dii boni, quis magis amat? quin ſi tota Sapientia nobis detur, cum adjuncta Superbia: ſpernamus hoc contubernium, & nolimus jungi.

DIS

Digitized by Google

DISSERT. XVI.

Iidem laudati: & quid in partibus Philosophiæ præstiterint: deque iis vel adversariorum elogia.

SED scutum defensionis satis ego prætuli, & sinistrâ sum usus: lubet etiam dextrâ, & veris eos laudibus exornare. Philosophiam si examinamus; nemo abnuet, tres in eâ partes esse, *Logicam*, *Physicam*, *Ethicam*: & qui in singulis, aut omnibus emineant, esse laudandos. Sed in omnibus, ratum. & verè hoc ac scitè Plutarchus: *Quosdam philosophantium* AVIBUS *similes videri, qui levitate quâdam & ambitione ingenii elati alta petunt, & Physica scrutantur tantùm. Alios* CANIBUS, *qui laniare & vellicare avidi, soli Logicæ adhæresunt, ut pelli, & in eâ rixantur, & mentem ad ulteriora non mittunt.* Profectò mi adolescens sapiens ille scriptor (talis est, etsi Stoicis parùm æquus) rem attigit: & in hodiè philosophis an non sæpè obtineat, te judicem addico. At Stoici nostri omnes partes complexi animo & scriptis sunt: *Logicam* sic accuratè Chrysippo præsertim præeunte, ut in modo peccasse modestis judiciis possint videri. Repete memoriâ quæ * antè in Chrysippo dixi. Jam in *Physicâ* profectò regnant: & maximè in sublimi illâ & principe ejus parte, quæ Deum & divina tangit. Quis de illo, de istis, id est Fato, Providentiâ, Geniis, subtiliùs, uberiùs, veriùs scripsit? Ne invidia sit dicere, non omnis philosophorum manus, si in unum conferatur. Atque hæc omnia tamen ad *Ethicam*, vel nè nostram partem, & germanæ Philosophiæ finem, diriguntur: nec aliò lectorem suum ducunt, nisi ad Honestum & ad Virtutem. Quanti in istâ sunt! quàm alti & erecti! quàm omnia humana calcant aut spernunt, & hominem supra hominem tollunt! Lege paucos eos libros, qui exstant, vel Senecæ vel Epicteti: Virtutem ipsam scripsisse vicas, & semina salutarium monitorum ubique sparsse. Ubique, nam & in eo vera istorum gloriatio est: *Non est quod exigas Repetita aut Excerpta.* CONTINUUM *est apud* NOSTROS, *quidquid apud alios excerpitur. Non habemus ista* OCULIFERIA, *nec emptorem decipimus, nihil inventurum cùm intraverit, præter illa quæ in fronte suspensa sunt. Quocunque miseris oculum, id tibi occurret quod eminere posset, nisi inter paria legeretur.* O quàm vera hæc, de ipso inprimis qui dicit, asserantur! Ubique

De Profectu in Virt.

Differt. 2.

Sen. Epist. xxxiii.

Digitized by Google

altæ, acres, ferientes quædam sententiæ sunt, & utilissima monita aut medicamenta animorum. Jam verò ad *Civilem* etiam doctrinam, quæ Reges Principesq; tangit, istos maximè iviſſe & præiviſſe, ſcriptorum illorum Indices mihi dicunt. Vide, ſodes, apud Laertium vel Zenonis libros, vel Cleanthis, & Chryſippi: ſtatim occurrent, tituli, *De Republicâ*, *De Legibus*, *De Concilio*, & talia quæ ad regimen aut tutelam faciunt generis humani. Quid diſſimulandum eſt? divina Providentia, priuſquam lucem Sapientiæ plenam, miſsâ ipsa Sapientia (id eſt, Filio) nobis ſpargeret; hos tales præmiſiſſe videtur, ut ſcintillas ejus allucerent, & errorum vitiorumque Cimmerias quaſdam tenebras arcerent. Unum eſt, in quo cautè legendos audiendoſque fateor: altitudo ſenſuum aut decretorum, interdum nimia, & quæ imbecillitatem hanc noſtri generis videtur ſuperare. Seneca Epiſt. CXVI & objicit ſibi, & rejicit: licet audiamus. *Nimis alta promittitis, inquiunt, nimis dura præcipitis. Nos homunciones ſumus, omnia negare nobis non poſſumus.* Reſpondet deinde: *Vitia noſtra, quia amamus, defendimus: & malumus excuſare illa, quàm excutere. Nolle in cauſsâ eſt, non poſſe prætenditur.* Vide ne in multis hoc verum ſit, & nimia videantur, quia nos in deliciis aut vitiis nimii ſumus. Sed eſto, ſint prælta: quid vocari ad ea nocet, non perventurum? Ut is qui exemplar ſibi proponit, emendatiſſimum cupit, etſi infra illud conſiſtet: tale hîc eſt, audiamus optima, audeamus optima, etſi imbecillitate hac inſitâ retrahemur. † Lib. II. Diſſert. VIII. De Conſt. ſap. cap. I. Sed de iſto * alibi: nunc quòd dixi, adfirmo, magnanimam & altiloquam hanc totam Philoſophiam eminenter eſſe. Noſter alibi egregiè: *Tantum intereſſe inter Stoicos, & ceteros ſapientiam profeſſos, quantum inter* VIROS ET FÆMINAS. *Sanè* robur ubique habent, virtutem & virum præferunt, ac formant. Ideoque Epiſtolâ LXXXIII. idem Seneca pulcherrimo elogio dixit, FORTISSIMAM ET SANCTISSIMAM SECTAM. Quid autem alii? etiam qui diſſentiunt, nec diſſentiunt. Audi Plutarchum, ex In Cleomene. profeſſo Academiæ addictum: Ἔχει τὸ Στωϊκὸς λόγος ὡσεὶ τὰς μεγάλας καὶ ἐξ ἀρχῆς φύσεις ἐπισφαλὲς καὶ ὀλισθηρόν. βαθεῖ δὲ καὶ πρὸς κέρατι μέλῳ ἅψηται, μᾶλλον εἰς τὸ ἀκρότατον ἀγαθὸν ἐπιδίδωσι? *Habet Stoica doctrina, ſi in magnam & acrem naturam incidit, aliquid lubricum & anceps: ſin autem cum gravi & miti ingenio temperetur, magnos impetus dat ad verum bonum & Virtutem.* Oraculi hoc ego vice habeo, in aliâ & ſuperbâ naturâ Stoam non fore uſui; in aliâ & modeſtiore, ſaluti. At Ciceroni expreſſam vo-

cem

Digitized by Google

cem quam pænè omiseram? Ille sæpè eorum insectator, alibi è pectore loquitur: *Licet insectemur istos* (Stoicos) *metuo ne* SOLI PHILOSOPHI *sint*. Quid ais mi Auditor? ecce glorioſa nobis teſtimonia ab adverſariis, qui illinc ſtant, & hinc dicunt. IV. Tuſc.

DISSERT. XVII.

Exempla magnorum virorum, qui in hac hæreſi, etiam Chriſtianorum.

ET verò quot magnos viros habeam dicere, qui ſenſu aut profeſſione Stoici fuerunt? Senſu quidem (nomen enim & ſecta nondum inventa) ille princeps ingeniorum Homerus: ita palàm, ut ego mirer Senecam diſſentire vel ambigere, in hac mihi re judicii non rectum. Verba ejus ſunt: *Homerum philoſophum fuiſſe perſuadent; cum hiſipſis, quibus colligunt, negent. Nam modò Stoicum illum faciunt, Virtutem ſolam probantem, & ab Honeſto nec immortalitatis quidem pretio recedentem.* Addit deinde, ab aliis in Epicuri, aliis Academiæ caſtra deduci. Sed deduci: ô Seneca: ille huc, & ad nos ibat. Potéſtne aliquid magis Stoicum, quàm quæ de Fato ſic palàm & ſæpè ſcribit? quæ ſecta hoc ita habuit, præter iſtam? Jam de Affectibus reprimendis aut tollendis, vis in ſapiente Vlyſſe exemplum? Ecce ad uxorem venit, ab annis viginti non viſam, & ſemper ſuſpiratam: quid facit? in lacrimas ſolvitur, ſinum & collum invadit? Imò ille gaudium & indomitum ipſum amorem domat: aſpicit tacitus, Epiſtola. LXXVII.

Ὀφθαλμοὶ δ' ὥστε κέρα ἕστασαν, ἠὲ σίδηρος:

Atque oculi ſtabant, ut cornu, vel quaſi ferrum.

Numquam eum verſum legi, quin Stoici illius veri, immoti ἀπαθοῦς imago mihi ſubveniret. Jam reliqua Vlyſſéis tota, quid niſi Virtutis, Conſtantiæ, Fidei ſchola eſt? Ubi externa ulla approbata, aut quæſita? quis non labor pro Honeſto fortiter ſuſceptus, & toleratus? Alia in eo multa ad hanc ſectam (alibi dabimus:) ſed eruenda ſunt; & ſub cute illa, ut ſic dicam, verborum, latent auri hæc metalla. Jam Socratem quis non fontem & caput Sapientum profitetur? atqui ille totus eſt noſter. Audi vel hæc ejus, apud Platonem: Ὦ φίλε Πάν τε καὶ ἄλλοι ὅσοι τῇδε θεοί, δοίητέ μοι καλῷ γενέσθαι τἄνδοθεν. τὰ ἔξωθεν δὲ ὅσα ἔχω σοὶ εἶναι μοι φίλια. πλούσιον δὲ νομίζοιμι τὸν σοφόν: O amice Pan, & vos alii Dii hîa præſides, *date mihi pulchro bonoque* INTRORSUS *eſſe:* In Phædone.

Digitized by Google

esse: EXTERNA *autem, quæcumque habeo, cum illis interna consentire & conspirare*: DIVITEM *porrò existimem* SOLVM SAPIENTEM. Ex fide, & non pro causâ loquamur: nónne in istis pauculis breviarium vel summarium Stoicę doctrinæ? mihi sic videtur. *Pana* invocat: quid nisi *Universum*, id est Mundum, & quem Stoici (in Physicis explicandum) pro visibili Deo habent? Invocat & *Deos præsides* suę terrę: particulares Genios, his illisque locis Stoicorum scito adsignatos. Deinde dogmata, *Interna sola bona esse*, & sola optanda: *Externa* hactenus, ut *illis consentiant*, id est serviant & ancillentur. In extremo Paradoxum illud nobile horum, *Solum divitem Sapientem*. Ito aliquis, & neget in hac porticu Socratem includi. Omitto alia plura, in suis locis, atque ipsâ Paradoxorum classe recensenda. Ergo duo illi summi, sunt nostri: accenseo *Sophoclem & Demosthenem*, non vanis aut levibus etiam argumentis, quę in progressu sermonis se pandent. Addo *Strabonem* Geographum, insignis judicii & prudentiæ virum: addo, ipso profitente & nomen ultrò dante. *Philonem* è Judęis poteram: & quid aliud libri titulus clamat, Πάντα σπουδαῖον εἶναι ἐλεύθερον; *Omnem sapientem liberum esse*? nam & hoc inter scita inopinata nostrorum circumferri, non ignoras. Et plura in eo seriò & judicio notavi, in quibus Stoicissat: etsi Platonissare eum communis fama tulit. Sed nec Plato ipse à nostris alienus, imò plurimùm noster, siquis factionis expers arbitratur. Ad Romanos venio. ibi procerum illa manus *Tuberones*, *Catones*, *Varrones* occurrunt: ibi *Thraseas Pætus*, *Helvidius Priscus*, *Rubellius Plautus*, *C. Plinius*, noster *Tacitus*: & uno verbo dicam, prima ferè ingeniorum & dignitatum. Ipse *M. Antonius* Imperator, quo nihil melius aut laudabilius, in hoc albo nomen signat. Et quàm paucos etiam nomino, præut res & multitudo fuit? nimia. adeò ut Sextus Empiricus clarè asserat, suo, id est illo ipso M. Antonini ævo, *plures fuisse qui Stoicam sectam sectarentur; quàm qui aliam quamcumque*. Neque interiorem ego caussam arbitrer, quàm hanc copiam, cur nostri Christiani jam invalescentes, minùs æqui in istos fuisse videantur aut inclinati: quare? quia & multitudine urgebant: quare etiam? quia auctoritate & vitâ premebant, quæ apud alias sectas soluta aut & improba conspiciebantur. Quamquam ita alieni nostri, non ut sectam maximè, sed sectatores, eorumque pervicaciam spernerent, tardos aut refractarios lucem admittere divinitus

Digitized by Google

nitus jam oblatam. Alioquin ipsa illa ætas habuit inter culmina religionis, qui à sensibus multis Stoicis non abiverunt. *Arnobium* possim dicere, & magis *Tertullianum*, ingenio etiam Stoicum & severum. Quid magnum illum *Pantænum*, Alexandriæ sacrorum doctorem, & antistitem? Hieronymus de illo apertè: *Pantænus Stoicæ sectæ philosophus, ob præcipuam eruditionis gloriam missus est in Indiam, ut Christum apud Brachmanas, & illius gentis philosophos prædicaret.* Optimè ab optimis illis factum: philosophus ad philosophos missus, Stoicus ad Brachmanas, nec opinionibus quidem nimis dissidentes. Et fructum verò ingentem fecit, laudemque rettulit: & mox Alexandriam rediens in eâ obiit, cùm Scholæ illic nobili plures annos præfuisset. In qua succedere sibi voluit *Clementem Alexandrinum*: illum, cujus totiugam doctrinam Ecclesia etiamnunc admiratur & fruitur, in libris qui exstant. Quiipse quàm sæpè Stoicus est, & dogmata eorum sacris nostris aptat? audies in locis, si pergis me audire. Meritò aptat. nam Hieronymi illius, sanctioris an doctioris viri, sententia est, de tabella & scripto recitanda: STOICI NOSTRO DOGMATI IN PLERISQVE CONCORDANT. In Isai cap. lx. Concordant? ita: & quod sequitur, occultè ad nostrum dogma & ad pietatem ducunt. Sine fuco dicam, mihi eveniisse: & audio magnum illum *Carolum Borromæum*, stirpe, sacrâ purpurâ, virtute maximè clarum, sæpè fassum Epicteti se libris motum & monitum ad contemptum rerum humanarum, amorem divinarum veniisse. Itaque, ut concludam, apage dicere aut credere de *Porticu Salomonis*, & quod ab ea abducimus: nos verò inducimus, & sana ac sobria mens non aliter his utetur.

DISSERT. XVIII.

Seorsim Seneca laudatus, Scripta ejus maximè, & purgata etiam obiter à calumniis Vita.

SED heus, cùm præmiserim magnos, qui in ea secta fuerint, non vel duos maximos omisi, *Senecam* & *Epictetum*? AUD. Observavi, & tacitus requirebam LIPS. Dabo. Distuli enim, non omisi: & velut Triarios quosdam claudere volui hoc agmen. O rara Sapientiæ lumina! ô cara mihi nomina! quos audacter dixerim,

Digitized by Google

superasse in hac *Morali* præsertim parte pertractanda,

Τοὺς ὄντας, τοὺς τ' ἐσομένους, καὶ τοὺς πρὸ τοῦ ὄντας.

Quot sunt, quotquot erunt, & quotquot inantè fuerunt.

Non sunt manes laudati unculæ, aut voces: vis rem tibi approbem, & utriusque dotes breviter & velut digito signem? Fiat, audi: de Seneca primùm, quem multi boni que amant; oderunt aut contemnunt aliqui, sed hac ipsa nota, mihi non boni. Sit libertas hujus judicii. & experimento didici, qui Virtutem ipsam solidè non amant aut æstimant, vix istum. Et hercules, quòd nos amamus, & quòd producimus: est ob istam, quam scriptis suis ille ornavit & asseruit, si quisquam ab omni ævo. Plura sanè ingenii monumenta sunt, aut fuerunt: *Poetica*, *Oratoria*, *Physica*: sed *Ethica* eminent, quæ utinam solida atque integra ad nos venissent! Sed libri *Exhortationum* perierunt, item grande opus *Moralium*, alia pluscula: sufficiunt tamen gloriæ quæ exstant, & inter omnia ejus argumenti palmam, coronam, regnum poscunt. An ex vero, aut affectu sic judicem, vide. Tria sunt, quæ huc me ducunt, *Verba*, *Res*, *Tractatus*: omnia in eo jure laudanda. *Verba*, selecta, propria, significantia: imò quæ plus aliquid semper dicunt, quàm dicunt. Qui proprius quidam ejus Genius videtur, ut in parcimonia verborum mira ἐμφάσεις, atque efficacia sit; in brevitate, claritas & splendor. Sunt allusiones imagines, translationes, crebræ & pænè continuæ: quæ delectant simul & docent, & in rem animum, atque extra rem mittunt. Est cura, non affectatio, decor, non comptus; tractata oratio, non torta. Est & compositio quædam, & viriles numeri: sed ut structuram agnoscas, mollitiem abnuas; & pugnæ atque arenæ omnia, non delectationi aut scænæ parata. Jam in ipsa brevitate & stricto dicendi genere, apparet beata quædam copia. fundit verba, etsi non effundit; fluit, non rapitur; amni similis, torrenti dissimilis; cum impetu, sed sine perturbatione se ferens. Denique, ut felices arbores, quarum præcipua dos est fructum ferre, flores & folia tamen habent: sic iste, quem fructus caussa legimus & colimus, oblectationem adfert pariter, & Venerem cum Minervà jungit. Audebo & hoc edere? vel sermonis atque eloquii caussâ aliquis eum legat: sed absit. & Res magis trahat. *Res*, quam illustrem & sublimem, utilem & salutarem, ubique promit. Omnia ejus scripta, etiam ubi ex professo non videtur agere, quid nisi generosum illud Honestum spirant? quid

Digitized by Google

quid nisi aliis inspirant? Caput somnis Boni fontemque Deum, quàm sæpè, quàm fortiter, inculcat atque asserit! ejus Providentiam, & nostri curam! potentiam, sapientiam, justitiam, & quidquid tale vel Sacra dicant! illi & Fato nos parere, & quietos volentesque sequi, quoties monet! in ordinem redigi, ab Ordine hoc rerum, quem ille ab æterno descripsit! Jam Affectus, id est origines malorum, quis acutiùs aperit, quis acriùs castigat, adductiùs coërcet? Metum, Spem, Lætitiam, Dolorem, quàm temperat, minuit, tollit? Ipsa Vitia asperè ubique invadit & exagitat, Ambitionem, Avaritiam, Libidinem, Luxum, ceteras animorum pestes. Imò hæc tantâ sæpè acrimoniâ, ut modum non tenere dicas, & odio atque ira (sed, dii boni, honestis) auferri. Denique in unius Virtutis admiratione & commendatione deditus, Externa omnia spernit atque abjicit; & totum illud splendidum, sed fallax, Fortunæ regnum conculcat. O pura, & cælo digna mens, & ad cælum alios subducens! miramur te, & sequimur: quisquis cum attentione tamen legit. Et si quis aliter potest? Tantus ubique vigor & calor est, (ut de *Tractatu* nunc addam) sic omnia animata & spirantia: ut excitari vel ignava & jacentia ingenia necesse sit, & tepida aut frigida calere. Imò non scripta legere, sed verba audire; nec imaginem ejus in libris, sed ipsum hominem oculis sensibusque usurpare videamur. Felix calor, rarus calor! & quem audacter dicam, vix in alio reperias, è Græcis Romanisque. Quanti autem ad fructum, & ad motum animorum, hoc est? Abite à me tepidi, aut isti *χαμαιπετεῖς (cum Pindaro) λόγοι: quibus vix affici, certè impelli non possim; tentari, non suaderi. Sicut enim facem frustrà ad accendeudum admoveas, nisi accendam: sic sermonem ad excitandum, nisi vegetum & calentem. In nostro est, & non fallor: arsit illi animus cùm scripsit, ab animo stilus, à stilo nos: excipio tantùm, siquis ut lepores, apertis oculis, animo dormitante legit. Quod de *patre Sextio* olim ipse scripsit, justissimè de ipso nos usurpemus: *Quantum ubique vigoris est, Dii boni, quantum animi! quod* NON IN OMNIBUS PHILOSOPHIS *invenias.* Non hercules: ô Seneca. *Quorumdam scripta clarum tantum habent nomen: cetera, exsanguia sunt. Instituunt, disputant,* CAVILLANTUR: *non faciunt animum, quia non habent.* Illi tales: quid noster? *Cum hunc legeris, dices: Vivit, viget, Liber est,* SUPRA HOMINEM EST, *demittit me plenum ingentis fiduciæ.* Hæc igitur Scripta ejus sunt,

* *humi repentes sermones.*

Epistol. LXIV.

Ibid.

Digitized by Google

Sen. de vita Beatâ c. XVIII.

sunt, & his cauſſis probanda, aut miranda. At, inquiunt, *vita* diſſenſit. Vetus convicium: *hoc per capita malignissima, & optimo cuique inimicissima, Platoni objectum, objectum Epicuro, objectū Zenoni.* Quid tamen reſpondemus? communiter primò. *Omnes isti dicebant, non quemadmodum ipsi viverent, ſed quemadmodum vivendum esset.* Non Senecam, exemplar proponimus; ſed Scripta ejus, doctrinam. Et quid tamen peccavit? duo, iſtis arbitris. Nam de Adulterio obiciunt, tum de Aulâ opibuſque. Videamus, & illum culpę, ſi non calumniæ (quis hanc reprimat?) liberemus. Juliam Germanici filiam in matrimonio Vinicii agentem, polluiſſe dicitur: atque ea illi cauſſa, vel prętextum, exſilii fuit. Dicitur? à quo? Meſſalinâ. quâ illâ? quâ nihil impudentius aut impudicius Roma tulit: à qua accuſari, laudari eſt; laudari, in ſuſpicionem culpæ venire. Et hæc audimus? Utinam pars illa hiſtoriæ exſtaret, quâ Tacitus acta ejus temporis narravit! de re conſtaret, quam nunc maligni jactant, nos reſpuimus, utrique haud firmis argumentis. Eſt eſto, peccaverit: ſed ſemel. hominem fuiſſe non diffitemur: emendaſſe hoc conſtat? cur vetera & ſepulta eruantur? Quiſquis es, in te deſcende: non eſt aut fuit ſemper illa puritas, quam in alio is exactum. Atquin ad aulam etiam venit. Et quis philoſophis eâ interdixit? utinam plures veniant! utinam aſſiduè veniant! & magis, utinam conſiliis regant ac moderentur! Felicem populum Romanum, ſi Nero audiviſſet, ut cœperat: & quid primis ejus annis laudabilius fuit? ſcito autem, à Senecâ doctore & directore eos fuiſſe. At enim Opes in eâ congregavit. Miri homines! in aliis Opes, in aliis Inopiam accuſant: & in hac Ambitionem, in aliis Avaritiam agnoſcunt. Diſcant. *Nemo Sapientem pauper-*

Ibid. c. XIII.

tate damnavit. Habebit Philoſophus amplas opes, ſed nulli detractas, nec alieno ſanguine cruentas: quarum tam honeſtus ſit exitus, quàm introitus. En conditiones, legeſque, quibus Sapientia opes permittit: Honeſtè quærantur, aut veniant; honeſtè expendantur, abeantque. Noſter an non fecit? à Principe accepit; & plura alii, meritis ejus non pares. Quis autem,

Quis, influentis dona Fortunæ abnuat?

Ibid. XXI.

ait Seneca alter, & noſter: *Non ſe ſapiens indignum ullis fortuitis muneribus putat. Non abiget illa à ſe, ſed abeuntia ſecurus proſequetur. Divitias quidem ubi tutius Fortuna deponet, quàm ibi, unde ſine querela reddentis receptura eſt?* Receptura? etiam cùm non petet. Vide noſtrum, & ſtupe, ad Neronem venientem, & acceptas omnes

opes

Digitized by Google

opes magno animo refundentem: *Jube*, inquit, *eas per procuratores tuos administrari, in tuam fortunam recipi.* Nec *me in paupertatem ipse detrudam: sed traditis, quorum fulgore præstringor, quod temporis hortorum aut villarum curæ seponitur, in animum revocabo.* Ecce Sapientem, qui opes in domum, non in animum admisit? qui habet, non habetur; *habet sed tamquam leves & avolaturas; nec ulli alii, nec sibi graves.* Hæc quæsitio, aut possessio: exitus earum quis fuit? Liquet mihi, Senecam non nisi in alienum ferè fructum habuisse. *Donavit aut bonis, aut iis quos facere potuit bonos. Donavit cum summo consilio, dignissimos eligens: ut qui sciret, tam expensorum, quam acceptorum rationem esse reddendam.* Et fama publica nónne de liberalitate ejus fuit? è quâ poëtæ hauserunt, scripseruntque:

Apud Tac. XIV. Ann.

De Vitâ Beat. c. XXIII.

Ibid.

Nemo petit, modicis quæ mittebantur amicis
A SENECA:

Iuvenal.

magna ostendit missa. Et alius:

Pisones, SENECASQUE, *Memmiosq;*,

Martial.

inter exempla decantatæ liberalitatis. Et verò quomodo ipse uteretur, in illâ perpetuâ frugalitate & modestiâ vitæ? Vix verisimila, sed vera sunt, quæ de se ipse scribit: atque audi. *Inde mihi* (ab Attali schola) *quædam permansere. Inde ostreis boletisque* IN OMNEM VITAM *renunciatum est. inde* IN ONNEM VITAM *ungento abstinemus: inde* VINO *caret stomachus: inde in* OMNEM VITAM *balneum fugimus.* Et statim: *Laudare solebat Attalus culcitam, quæ resisteret corpori: tali utor* ETIAM SENEX, *in qua vestigium apparere non possit.* Describit & alibi hanc frugalitatem vitæ, an verius austeritatem dicam? *Culcita in terra jacet, ego in culcita. Ex duabus penulis altera stragulum est, altera opertorium.* Iterùm alibi: *In frigidam descendi, panis deinde* SICCVS, *& sine mensâ prandium, post quod non sunt lavandæ manus.* Atque ipse hæc tantum? Tacitus apertè: SIMPLICI VICTV, *& agrestibus pomis, ac, si sitis admoneret,* PROFLVENTE AQVA *vitam toleraße.* Quæ ista sunt? quam admiranda in illis opibus, in Aula & purpura? Placeamus nobis: vix hodie in ista pietate, & ejus præmiis, qui religiosam vitâ profitentur, sic vivunt. Vix? imò non vivunt. Quis in omnem vitam vino abstinet? quis pane sicco contentus est? quis aquâ? & tali culcita? Et ut sint, paucos esse opinamur, aut scimus. Abite ergo, quod ad Opes attinet, calumniæ: habuit, non habuit; aliis, non sibi; benè admisit, benè emisit. At Dio de luxu aliquid, & de *Mensis Citreis* (si commemini) *quingentis*. Ego non credo, hominem qui illam ipsam in orbibus istis insaniam sic liberè

Epistolâ CVIII.

Epistola LXXXVII.

Epistola LXXIV.

XV. Ann.

Digitized by Google

rè ſcriptis taxavit, eamdem impudenter uſurpaſſe. Aliquid amplius? nec ſcripſiſſe Dionem ita credo. Exſtant quidem in Epitomâ ejus, à Joanne Xiphilino: ſed non ex Dionis adfirmatione, ut equidem opinor: & ſenſu; ſed alicujus Suillii, aut conſimilis, qui apud Dionem objecit. Bonus Xiphilinus ut aſſerta habuit, ab illo inſerta: & ut aliter, quis bona mente admittet! Si hoc etiam de adulterio Agrippinæ; etiam de flagitio in Neronem & quæ pudet vel propalare. Enimverò ubi Tacitus, ille accuratus, ille fidus, talem aliquam vel ſuſpicionem jecit? Ipſe Dio quomodo non propria laude & teſtimonio refellat? nam ſcribit alibi, totidem his verbis: ὁ δὲ Ζενίκιος ὁ Ἀ[illegible], ὁ παίπας μᾶλλον καθ' ἑαυτὸν Γάμαιος, πολλοὺς δὲ καὶ ἄλλους σοφίᾳ ὑπερέβαλε: *Annæus Seneca, ille* OMNES SVI ÆVI ROMANOS, *multos etiam alios exteroſque* SAPIENTIA EXSVPERANS. O Deus, ô Fides! ille talis, & tanta ſapientia, vitiis ſic omnibus, aut maximis, ſit pollutus? Deme illam, aut hæc adimis: non ſunt in eodem contubernio neque jugo. Itaque nos quidem ſpernimus iſtas omnes falſimonias, & quæ ſine alia adſtructione, *ſola magnitudine mendacii, fidem quærunt*. Vitam etiam omittimus, de qua vix propoſitum erat dicere: & alibi opportuniùs ac decentiùs fiet: Ad *Scripta* redeo, quæ nos tangunt: vitam fuiſſe bonam velim, hæc ſcio eſſe, & bono quodam humani generis edita, ac propagata. Mirum dictu, ſed obſervatu dignum. infinita periiſſe, ævi injuria, veterum illorum & ſacrorum monumentorum: ſed tamen in omni ferè ſcientia ea facta reliqua, quæ inſtruere ſatis, & explere juſtum deſiderium noſtrum poſſent. Divina Providentia eſt, & in Seneca agnoſcimus: quem rigidę Virtutis magiſtrum, unum pro omnibus, Deus dedit, & unà cum ſacris noſtris Doctoribus voluit prælucere. Quidni cum illis? pænè unum ex illis, ſi ipſis hoc credimus: & Tertullianus *ſæpe noſtrum*, Auguſtinus *Apoſtolis familiarem*, Hieronymus pænè *Sanctorum numeris* ivit inſertum. Frontonis, nobilis olim oratoris, & Plutarchi, ut volunt, nepotis, elogio claudimus; *Senecam ſic univerſos exterminare errores, ut* AVREA *videatur* SÆCULA REFORMARE. *& Deos ab humano genere exſulantes, ejus operâ revocatos, hominibus contracta ſocietate miſceri.* O per illum fiat! & pravum hoc ævi ac ſordidum depurgetur, humile erigatur, & Deo denique per virrutem jungatur, ſed ipſo illo Deo adjuvante & dirigente.

Lib LIX.

Satisber. VIII. Polyrat.

DIS-

Digitized by Google

DISSERT. XIX.

Epictetus item laudatus, verbis parcius, largiter judicio & admiratione.

DE Seneca habes clarum aliud sidus se ostendit, *Epictetus*: ævo, non merito, posterior: & Scriptorum pondere, si non numero, comparandus, vita præponendus. Ille vir totus à se & a Deo, nihil à Fortuna fuit. Origine vilis, & inter servos; corpore claudus ac debilis; mente nobilissimus, & inter omnis ævi lumina refulsit. Ipse de se Epigrammation hoc scripsit:

Δοῦλος Ἐπίκτητος γενόμην, καὶ σάματι πηρός,
Καὶ πενίην ἴρις, καὶ φίλος ἀθανάτοις.
Servus Epictetus fum natus, corpore claudus
Irus pauperie, deliciæ fupeum.

* Ipse, inquam, sive de ipso alius: sed confessionem ingenuam vides, & generosum in fine additum, de *amicitia divina*. *Natum Hierapoli, Phrygiæ oppido*, tradunt: Romam traductum *servisse servitutem* (si id nomen in hanc virtutem cadit) *Epaphrodito Neronis, qui fuit à custodia corporis illi Principi: claudum autem, e destillatione in eam partem corporis illapsâ.* Hæc ferè Suidas: Agellius etiam, qui virum admiratus est, *pulsum Roma edicto illo barbarico Domitiani, quo Philosophos omnes ab urbe relegavit: & in Epiri Nicopoli diem ultimum obiisse.* Ajunt ad *Marci Antonini Imperatoris* tempora durasse: quod ita Suidas prodidit, & Antoninum *Philosophum* accipimus. nam *Pius* ille, Titi prænomen gessit. Hoc ideò observo, quia consideratione aliqua eget: & à Neronis morte, ad initia Marci Antonini, sunt anni admodum *nonagintaquattuor*. Quomodo ergo sub Nerone; nisi puer planè, vixerit? Et Epaphrodito tamen servisse (sed fortasse post Neronem) ipse etiam indicat, & jocosè ejus meminit 1. Dissertationum, quas Arrianus digessit, cap. XIX. De conditione aut ævo ejus, hactenus scio: vita emendatissima fuit, & planè ad scitum, quod in ore habebat, Ἀνέχου καὶ ἀπέχου, *Contine, & abstine*. Item hostis ficorum, qui Philosophos habitu & verbis præferrent, vita degenerarent: quos ille appellitare solitus, Φιλοσόφους κυδὸ & πρόσωπον, μέχρι & λίχνους: *Philosophos fine fatis, dictorum tenus.* Unica anus in ministerio ei fuit, unica lucerna fictilis (hoc domesticum omne instrumentum) ad divinas illas

† *Ita Agellius, qui ipsi tribuit in Antheogia, Leonidæ.*

Lib XV. cap. XI.

Agel XVII cap. XIX.

Digitized by Google

illas lucubrationes: quæ lucerna à morte ejus * *mille drachmis* væniit, in memoriam heroïsci illius & honorem. Scripta, ut tetigi, pauca exstant: *Enchiridion* sanè egregium, & Stoicæ moralis philosophiæ velut anima: item *Dissertationes*, quas obiter in via, domo, schola habuit, ab Arriano collectæ & digestæ. Neque omnes etiam exstant: in Agellio & Stobæo reperies. quæ hìc requiras. Sed, Deus bone, acrem & altum in iis spiritum! accensum animum, & Honesti amore ardentem! Nihil in Græcis, aut fallor, tale exstat; à duabus illis notis dico, Acrimonia & Ardore. Tironem aliquem & rudem veræ Philosophiæ, vix afficiat aut tangat: proficientem aut profectum incredibile est quàm excitet, & cùm pungat ubique, tamen etiam delectet. Genus stili concisum, fractum est, & quod indolem subitarii sermonis habet: sed docta interveniunt sæpè, semper salutaria, & non est qui bonam Mentem magis aut trahat aut formet. Ego senecionem illum numquam lego, nisi cum interno animi motu: & quod Homero proprium, pluris facio cùm relego, semper ut novum, & cùm repetivi repetendum. Idem fac. gratiam monitori habebis; majorem illi doctori. Nunc vale, cras redi.

* *Ter mille* in Luciano Adu. Indoct.

Digitized by Google

JUSTI LIPSI

MANUDUCTIONIS AD STOICAM PHILOSOPHIAM LIBRI SECUNDI

DISSERTATIO PRIMA.

Sine Philosophiâ homines Pueros, Rudesque esse: per eam Viros, Studiosos, Eruditos.

AUD. Ecce me, animi alacer & fidens ad te venio, disciplinæ causâ. Valdè me heri excitasti: & cum Homero,

Ὦρινάς μοι θυμὸν ἐνὶ στήθεσσι φίλοισι:

Ipsum animum mihi commovisti in pectore caro.

LIPS. Gaudeo, quia ad honesta, imò salutaria. Et jam seriò hoc agis, & posita prætexta, in Viros vis transscribi? AUD. Modestiùs de me sentio, & inter Adolescentes scio censeri. LIPS. Quid si inter Pueros? Ita res est. & quamdiu animus præceptis his Sapientiæ nondum imbutus, quid nisi *simillimi pueris sumus*, ait Seneca, *quibus omne ludicrum in pretio est*? Vide quàm isti nuces, talos, trochos affectent atque æstiment: ita nos honores, opes, famam, quid nisi lusus? Sicut qui in theatro fuerunt perfusoriè oblectati, ubi finem ludicrum habet, & adsurgunt, cum morsu abeunt, adeò solido nullo gaudio aut fructu: sic in his vitæ studiis aut voluptatibus est, cùm fugerunt, imò cùm fugiunt, angunt. Idem in pueris, cùm à lusu cessant. Ampliùs, ut illi ad larvas aut personas trepidant, & familiares etiam, si in iis conspiciantur, fugiunt: Epist. cxv.

Digitized by Google

sic nos naturæ aut rationi non alienæ, umbrâ & opinione malorum territi, vitamus aut fugimus, sine caussâ trepidi aut inepti. Denique Lucretii verbis:

— ut pueri trepidant, atque omnia cæcis
In tenebris metuunt: sic nos in luce timemus
Interdum, nihilo quæ sunt metuenda magis, quàm
Quæ pueri in tenebris pavitant, fugiuntque futura.

Et videsne igitur pueros esse? & *quod illis Minusculis, hoc nobis quoque Majusculis pueris evenire?* Ita enim recte appellemus istos, *quibus etiam post juventam canosque Puerilitas est. An quidquam istis profecerunt, quibus animi mala sunt, audique in majus errores? qui à Pueris magnitudine tantùm formaque corporum, differunt? cetera, non minùs vagi incertique, voluptatem sine dilectu appetentes, trepidi, & non ingenio, sed formidine quieti.* Profectò sunt Pueri: *qui contra indolem juniorum, sola occasione præcedentis ætatis intumescunt*: ratione aut sapientia parùm aut nihil ab iis discreti. Benè olim Varro: *Sed neque vetulus canterius, quàm novellus melior, nec canitudini comes Virtus.* Ergo tu adnitere, incredibile gaudium sensurus *cum puerilem animum deposueris, & te* IN VIROS; *philosophia transscripseris. Adhuc enim* (ut illa Senecæ subjungam) *non* PUERITIA *in nobis, sed quod gravius est,* PVERILITAS *remanet: & auctoritatem habemus senum, vitia puerorum.* AVD. Boni, & mihi quidem grati, sed non pro vulgo hi sermones. LIPS. Stoicorum sunt, id est verè philosophantium: si huc te das, quid reflectis oculos, & ad vulgum spectas? Diogenem illum Cynicum, in hac sententia, audi, qui interrogatus, *Ubinam Græciæ Viros vidisset bonos? Viros hercle, ait, nusquam: Lacedæmone tamen Pueros vidi.* Et vis alium Stoicum sermonem? neque inutiliter ingeram, nam, ut rectè Epictetus, Ἀρχὴ τῆς παιδεύσεως, ἡ τῶν ὀνομάτων ἰδιοποίησις: *Initium Doctrinæ, nominum consideratio.* Iidem, dico, Stoici, hos Pueros & rudes, Stultos habebant, nullius, bonæ rei aut spei: at qui jam inciperent & adlubescerent, quique *Sapientiæ* se darent, hos *Studiosos*, & *Studere* dicebant; qui autem pervenissent *Doctos & Eruditos*. Passim ille sermo (si quis observat) in eorum scriptis. ut Seneca Lucillio suo: *Cùm te tam obnixè rogo ut* STVDEAS; *meum negotium ago.* Quibus studeas? *Sapientiæ*, quæ una utile & animo profuturum studium est. Iterùm idem: *Tempus nullum est parum idoneum* STVDIO *salutari.* Et alibi: *Philosophiam* STUDIUM *esse Virtutis: sive ut alii,* STUDIUM *corrigendæ mentis.* At qui jam progressi

Sen. epist. xxiv.

De Constant. Sapient. cap. xii.

Sidon. ep. vii. lib. viii.

Sen. epist. iv.

Laërt. in Diog.

Epistola xxxiv.

Epistola lxxii.

S

Digitized by Google

& in metâ hujus ſtudii, ii *Eruditi*, & Græco verbo, Epiſtolâ LXXXIX. πεπαιδευμένοι ſeu παιδευτικοί. Ita Poſidonius apud Senecam: *Unum diem hominum* ERUDITORUM *plus patere, quàm imperiti longiſſimam ætatem.* Cave de alio, quàm Sapiente capias: ſicut illud Epicteti, apud Arrianum: Μόνους τοὺς πεπαιδευμένους ἐλευθέρους εἶναι: *Solos* ERUDITOS *liberos eſſe.* Quid Propertius, cùm ſcripſit,

Qualis & hæc DOCTI *ſit poſitura Dei:*

nònne Stoicâ hâc linguâ uſus? mihi videtur: neque in Deum hoc alio ſenſu, quàm *Sapientiæ*, conveniat. Facit bellè ad iſta, quòd *Unum Bonum eſt, Scientia: unum Malum, Imperitia*: Socraticis aſſertum.

DISSERT. II.

Philoſophiæ aliquot definitiones Stoicæ; una etiam Platonis: atque ea breviter explicatæ.

AT ego igitur ad hoc *Studium*, ad hanc *Doctrinam*, jam præibo: trepidè ſatis. nonne enim per viam clauſam, & diu teri deſitam? & ſcriptores plerique omnes, qui muniverunt, malo fato obierunt: paucæ reliquiæ alibi, & in Seneca noſtro ſcintillæ ſunt, quæ prælucent. Colligemus, jungemus: & Deum veneror, ut ad excitandum bonum aliquem animorum ignem. Age, ab ipſis carceribus: ac primùm quid *Philoſophia*, & quotuplex, tum *Sapientia* videamus. *Philoſophiam fuêre*, ait Seneca, *qui aliter atque aliter definirent. Alii, Studium illam Virtutis eſſe dixerunt: alii, Studium corrigendæ mentis: à quibuſdam dicta eſt Appetitio rectæ rationis.* Sed & alibi aliter: *Quid Philoſophia*, inquit, *niſi vitæ Lex eſt?* Sunt omnes à Stoicis, qui verbis, non re, variarunt. E Plutarcho ferè intelleges, qui Epiſtolâ LXXXIX. Ep. XCIV ab iiſdem Stoicis definiri facit φιλοσοφίαν, ἄσκησιν τέχνης ἐπιτηδείου: & addit intellegentiæ cauſſâ ἐπιτήδειον δὲ τέχνην, μίαν τὴν καθαίρουσαν τὸν δρῶντα: *Philoſophiam eſſe, Studium artis conventientis. Conveniens autem, unam & ſupremam Virtutem.* Ait, *Artis* eſſe ſtudium. Ita Cicero: *Philoſophia ars vitæ.* Quæ autem ea *Conveniens*? ipſa *Virtus*, ut addit Plutarchus: & ſic *Sapientiam* paſſim Stoici appellant. Quo ſenſu in Diogene, *Poſidonius* dicetur *duas poſuiſſe Virtutes, Contemplativam & Activam. alii tres, Rationalem, Naturalem, & Moralem.* Et Cicero, ea lingua: *Princeps omnium Virtutum eſt Sapientia, quam* σοφίαν *Græci vocant.* Et quod ad Εὐπαθείαν vocem, iterùm Stoiciſſans Cicero: *Sapientia eſt conveniens actio* quod referre etiam De Placit. Phil. initio. In Zenone. I. De offic.

Digitized by Google

xvi. De Finib. * Dissert. xv. * Infrà Dissert. xvi. xvii. De Placit. Phil. init. Adversus Ruffin. v. Strom. In Phædone. In Theæt. De Philosophia. Phædone. De Brevit. Vit. vii. Epist. xxvi.

etiam ad finem Zenonium possis: de quo * statim. Ergo, *Studium Virtutis*, idem est quod *Artis conveniens tis*: addo etiam, quod *rectæ Rationis*. Nam *Recta ratio*, non aliud quam *Natura*, ad quam virtus dirigitur, & quæ Finis est huic vitæ. * Postea magis intelleges. Denique *Studium corrigendæ mentis*, éstne aliud à Virtutis? Atque ea ipsa, *Lex vitæ*. Sed & est alia definitio, si non Stoicorum, digna ipsis: *Philosophiam* esse μελέτην θανάτου: *meditationem mortis*. Platoni eam Plutarchus tribuit: & sanè est in ipso, sed Pythagora tamen inventore. Hieronymus: *Primus Pythagoras dixit, Philosophiam meditationem esse mortis: cottidie de carcere corporis nitentem educere animæ libertatem.* Tribuit & Socrati quidem Clemens Alexandrinus: & interpretatur, *avellis a sensibus, & purâ mente rebus se applicare*, sed addit, & *Pythagoram hoc voluisse quinquennii silentio, ut scilicet à rebus sensilibus aversi, nudâ mente Deum contemplarentur.* Ipse Plato interpretatur, *corporis fugam* significari, & *animum in se collectum*. Quia reverà, ut alibi ait, *Philosophus quæ in civitate geruntur aut gesta sunt, ignorat; imò vix viâ ad forum aut curiam tenet*: ἀλλὰ τὸ μὲν τοῦ σώματος μόνον ἐν τῇ πόλει κεῖται καὶ ἄνεισι καὶ ἐπιδημεῖ. ἡ δὲ ἀληθινὴ, ταύτης πάλαι ὑπεκδραμοῦσα σμικρὸν, καὶ ὑβρίζουσα, πανταχῆ φέρεται, καὶ Πίνδαρον, τά τε γᾶς ὑπένερθε, καὶ ὅσα ἐπουράνια μετρεῖται ἐρευνῶν τε καὶ γεωμετρῶσα, καὶ πάσαν πάντη φύσιν ἐρευνωμένη: *sed revera corpus ejus tantùm in civitate agit, aut potiùs peregrinatur; mens autem & cogitatio, hæc omnia parvi, aut nullius æstimans, quacùmque fertur (cum Pindaro) terræ infera, & cæli supera pervadens ac dimetiens, & omnem ubique naturam curiosè investigans.* Quæ ita breviter à Platone etiam expressit Apulejus: *Philosophum oportet nihil sic agere, quàm ut semper studeat Animam Corporis consortio separare: & ideò existimandum, Philosophiam esse mortis affectationem, consuetudinemque moriendi.* O salutaris hæc definitio, & monitio! etiam illo sensu, ut ultima & postuma meditemur; & vivamus morituri, iterumque victuri. Præit & huc Socrates apud Platonem: Κινδυνεύουσι γοῦν ὅσοι τυγχάνουσιν ὀρθῶς ἁπτόμενοι φιλοσοφίας λεληθέναι τοὺς ἄλλους, ὅτι οὐδὲν ἄλλο αὐτοὶ ἐπιτηδεύουσιν, ἢ ἀποθνήσκειν καὶ τεθνάναι: *Quicunque Philosophiæ studium rectè & verè sunt amplexi, etsi nesciunt hoc alii, aliud nihil cogitant & student, quam abire & mori.* Denique Seneca eò aspicit: *Vivere totâ vitâ discendum est. & quod magis fortasse miraberis,* TOTA VITA DISCENDUM EST MORI. Idem alibi. *Egregia res est, mortem condiscere.* MEDITARE MORTEM: *qui hoc dicit, meditari libertatem jubet.*

DIS-

Digitized by Google

DISSERT. III.

Divisio Philosophiæ communissima, in Dogmaticam, Academicam, Scepticam. Quid singula? & Academia divisa.

DIVISIO ejus subjungenda est, atque ea multiplex. Primaria & maximè generalis est: *Philosophiam* triplicem esse, *Dogmaticam, Academicam, Scepticam.* Dogmatica est, quæ *Decreta* & sententias (id δόγμα Græcis) ponit, & admit aliquid abnuitque. *Academica*, quæ incerta omnia facit; aut quædam tantùm Probabilia; integra semper judicandi potestate. *Sceptica*, quæ ipsa illa Probabilia tollit, nihil definiens, nec hoc ipsum Nihil definire. Dicam distinctè, & maximè de duabus istis: quia Seneca & Stoici nostri sæpè tangunt: & res est, quæ lucis eget. Dicam autem à capite. Quintuplex *Academia* à Sexto Empirico, & ante eum à Tullio facta: *Vetus, Media, Nova, Philonia, Antiochea.* Vetus est, cui Socratem & Platonem auctores faciunt: à quibus illa εἰς ἑκάτερα ἐπιχείρησις *instructio in utramque partem disserendi*, manavit. Cicero ad Aristotelem refert, *& is*, inquit PRINCEPS *amplexus consuetudinē, de omnibus rebus, in contrarias partes disserendi.* Quod negamus, & liquet Socratem instituisse, hunc fortasse auxisse. Nam cùm prisci omnes, *Barbari, Pythagorici, Græcanici*, ad id tempus, Physica, Mathematica atque alia Philosophiæ tractassent tantùm: & dogmata, ratione magis quàm ratiocinatione usi, prompsissent: primus Socrates *Logicam* excoluit & adhibuit, & dissertationem induxit, quasi explorationem veritatis. Itaque de se fatetur μηδενὶ ἄλλῳ πείθεσθαι, ἢ λόγῳ: *Nulli alii quam Rationi, se credere.* Et hanc *non sermone longo, sed interrogationibus se reperire. Ideoq; fungi se officio velut obstetricis, & tentando rogandoque aliorum sententias fœtum in lucem educere.* Denique, *Nihil se scire*, ἢ ἕν γε, ἢ ὡτὸν διαρεῖν, φησὶ τοὺς ἄλλους ποιεῖν διαρεῖν: *neque aliud, quàm se ambigere, & alios reddere ambigentes.* Denique, profiteri se unum τῶν ἡδέως ἐλεγχθήσεσθαι, ἥδιον δὲ ἐλέγξαι: *eorum, qui libenter redarguerentur, pariterque arguerent.* Vides in istis verè διαρετικὸν sive Academicum? Sed tamen cum modo: & multa ponit asseritque. & rerum *Scientiam* fatetur, earum certè quæ νοητὰ sunt, id est sub Intellectum cadunt: sicut *Opinionem*

in Critone. Alcibiad. Theæt.

Menone.

Gorgia.

Digitized by Google

in his quæ ἀδιάφορα, id est Sensu capienda. Platonem in Timæo super his vide. nam omnia exsequi longum: nec in Socratis aut Platonis sententia tenebræ admodum aut tricæ. Hæc Speusippus, Xenocrates, reliqua Platonis schola tenuit, usque ad Arcesilam: nisi quòd Aristoteles aliquid mutavit de *Idéis* (quæ Platoni sunt τὰ νοητά) & earum vicem *Universalia*, quæ vocantur, induxit. Atque ista igitur *Vetus* Academia, bono judicio *Dogmaticis* accensenda: sed temeritate assentiendi spreta, & cautione inducta. At *Media* illa, ivit longiùs: quæ ducem Arcesilam habet, *ignorantiæ* (ut Lactantius ait) *magistrum*. Nam is turbator in benè adhuc constituta Philosophia exortus, *Nihil sciri* adfirmavit, *nec illud quidem ipsum, quod Socrates sibi reliquisset*. Itaque famosam illam Ἐποχὴν (*assensus retentionem*) induxit: & Dogmata nulla ipse posuit, & omnia aliorum oppugnavit. Secuta est *Nova*, Carneade auctore, qui de Arcesilæ rigida illa, & contra sensum omnem ac consuetudinem pertinacia, remisit aliquid & laxavit. Nam ille ἀκαταληψίαν quidem omnia posuit, id est *Nihil percipi posse*: sed à rebus tamen Verum Falsumque non sustulit; à nobis tantùm κριτήριον sive *artem judicandi* ac discernendi. Cicero de ipso & assectis: *Verè esse aliquid non negamus, percipi posse negamus.* Et alibi: *Non enim sumus ii, quibus nihil verum esse videatur, sed qui omnibus veris falsa quædam adjuncta esse dicamus, tantâ similitudine, ut nulla insit certa judicandi & discernendi nota.* Itaque hac re ab Arcesilâ abivit, negante *Verum aut Falsum* esse: item aliâ, quod etsi Assensum retineret, non tamen *Probabile* aliquid, aut contrà, negabat, id est πιθανὸν non tollebat, Arcesilæ factum. Cicero: *Reliqui Carneades ejusmodi visa* (φαντασίας) *quibus ad actionem excitemur: item ea quæ interrogati in utramque partem respondere possimus, sequentes tantummodo quod ita Visum sit, dum sine Assensu.* Plura & ipse Cicero, & Plutarchus adversus Colotem. Quarta, *Philonis* fuit, quem à Carneade & ejus discipulo, suo præceptore Clitomacho, abisse, Cicero aliique testantur: qua parte, haud satis liquet. Videtur tamen propiùs ad *Veterem* & Platonicam accessisse, nec *Epochen* plenè servasse, cùm *Sapientem opinari non prohiberet*. Numenio ita scriptum. Sed & *comprehendi quædam* posse ajebat: etsi non Stoica illa & certa phantasia, cui similis alia obrepere non possit. Quinta, *Antiochi*, qui Philonis auditor, Evidentiæ ac Sensuum causam suscepit, & re ad Stoam se transtulit, Academici tamen nomine

Lib. III. cap. VI.

Cic. I. Academ.

In Lucul.

Numen. apud Euseb. XIV. Præparat. Evang.

IV. Acad.

Apud Euseb. XVI.

Digitized by Google

mine retento. Itaque Academiam Veterem visus est instaurasse, etsi de *Criterio* cum Stoicis sentiebat: imò (ait Cicero) *si perpauca mutavisset, germanissimus Stoicus.* IV. Acad. Ejus sententiam totam, ex iis quæ Vario apud eumdem Ciceronem disserit, est videre. *Sceptici* supersunt, quibus Pyrrho dux & auctor fuit. Eorum sententia, Τὰ πράγματα ἴσης ἀδιαφορίας, καὶ ἀστάθμητα, καὶ ἀνίγκλητα. Διὰ τοῦτο μήτε τοῖς αἰσθήσεσιν ἡμῶν, μήτε ταῖς δόξαις ἀληθεύειν ἢ ψεύδεσθαι. Διὰ τοῦτο οὖν μηδὲ πιστεύειν ἀυτοῖς δεῖν, ἀλλ' ἀδόξαστους, καὶ ἀκλινεῖς, καὶ ἀκραδάντους εἶναι, περὶ ἑνὸς ἑκάστου λέγοντας, ὅτι οὐ μᾶλλόν ἐστιν, ἢ οὐκ ἔστιν, ἢ καὶ ἔστι, καὶ οὐκ ἔστιν, ἢ οὔτε ἔστιν, οὔτε οὐκ ἔστιν: *Res ex æquo indifferentes, incertas, injudicabiles. Ideò nec Sensus, nec Opiniones nostras Verum aut Falsum dicere. Ergo nec ipsis Fidem habendam, sed Opinationis expertes manere nos debere, sine Inclinatione, sine Motione: de quâque singulâ re dicentes, Non magis est, quàm non est: itemque, Est, Non est, neque Non est.* Plures istorum voces in Sexto Empirico (quicumque is fuit. quidam Plutarchi ex sorore cognatum censent. sed quicumque, ingenio & argutiis validus.) in illo, inquam, etiam istæ: Οὐ μᾶλλον τοῦτο, ἢ οὐχί. Item Οὐδὲν ὁρίζω. Item, σκεπτόμενος ἀμεταπτῶς: *Non magis hoc, quàm illud. Nihil definio. Considerans persevero.* Itemque, Παντὶ λόγῳ λόγος ἰσοστάσιος κεῖται: *Omni rationi ratio oppositа reperitur.* Ex quibus facilè quid senserint, aut potiùs non senserint, dijudicare,: cùm propria illorum affectio sit, Ἀπρεπία, *Nulla motio aut devergium, in hanc illamve partem.* Ex quo & Ἀφασία sequitur: id est, *Nulla dictio* aut *Affirmatio:* cùm omnia æquali rationum pondere librentur. Itaque ab *Academica* dissentire palam vides, *Veteri* quidem & *Nova* aut *Novis*: à *Media* Arcesilæ, ægrè abjungas, & qui introspexêre, verum Pyrrhonem illum adfirmarunt Tamen Sextus, similitudinem fassus, aliquid differre in eo vult: quòd Arcesilas *Epochen* bonum esse dicat, malum *Assensionem*, idque secundùm Naturam: Pyrrhonii minimè, sed κατὰ τὸ φαινόμενον, *secundum id quod apparet.* Plura si voles, adfatim in Sexto, atque etiam Laertii *Pyrrhone* habes. Aristocles apud Euseb. lib. XIV.

Digitized by Google

DISSERT. IV.

Quem usum Academia aut Scepsis habeat: quem & abusum; ac Seneca quædam illustrata.

AUD. Non mehercules, non requiro; vel istorum, pænè dicam, tædet. Ad istáne tam absona, & Rationi Sensuique adversa, homines venisse? Ades Varro, tecum proclamo:

Postremò nemo ægrotus quidquam somniat
Tam infandum, quod non aliquis dicat philosophus.

LIPS. Molliùs, & parciùs. *Veterem* Academiam ratione non rejicias, nec *Novam* quidem Carneadis, Senecâ auctore. Imò eò pænè vocat: *Disputare cum Socrate licet, cum Carneade dubitare.* Et verò si Naturam nostram, id est infirmitatem & caliginem, seriò videas: quid magnum præsumere est, aut adfirmare? Maximos viros ea res jam olim ad confessionem ignorationis adduxit, atque adeò Veri desperationem. Quid si Homerum ipsum caput sibi habent? volunt certè: & Arcesilas *Homerum ante omnes æstimabat* (Laërtii verba) *cujus adeò studiosus erat, ut semper ante somnum aliquid ex eo libaret. Manè verò cùm surgeret, pariter: & cùm lecturus, ajebat, Ad amasium se ire.* Pyrrho similiter; qui illa divinitus ab Homero dicta semper nostrâ fragilitate aut parvitate amplectebatur, ut cùm homines *Muscis* aut *Avibus* adsimilavit, Inprimis illum ejus versum adsiduè in ore habebat:

Οἵη περ φύλλων γενεὴ, τοίη δὲ καὶ ἀνδρῶν:
Tale quidem genus est hominum & foliorum.

Sed & Hesiodum advocabant, atque ista:

Κρύψαντες γὰρ ἔχουσι θεοὶ νόον ἀνθρώποισι:
Mentem celarunt mortalibus immortales:

quasi à Deo nubes & tenebræ nobis circumfusæ. Jam & Democritus *in profundo veritatem demersam* dixit: Anaxagoras, Empedocles, Parmenides talia, & ipse Socrates Aporeticorum pater. Atque ut si in domum tenebrosam veniisses, inquiunt, in quâ aurum, argentum, stannum, plumbum confusè positum: sublato eorum aliquo, existimare possis te aurum apprehendisse, non tamen scire, etiamsi verè ita esset: sic in magnâ hâc mundi domo, queri veritatem falsis mixtam, & in tenebris non discerni. Itaque inter fines istorum est (aut esse debeat) Modestia, & animum exsultantem componere, & à temeritate atque errore continere. Neque vita aut actione communi se excerpunt:

De Brevit. Vit. c. XIV.

Cic. Academ. I.

Nam

Digitized by Google

Nam Academicis placuit (ait D. Augustinus) *homini scientiam non posse contingere, earum dumtaxat rerum, quæ ad Philosophiam pertinent.* At in ceteris humano quodam more agunt & *Apparentiam* sequuntur: etsi tale esse, ut apparet, non plenè assentiuntur aut adfirmant. Fames & sitis impellit? edunt, bibunt. Lex jubet piè agere, Deos colere? faciunt. Consuetudo artes & scientias tractat? accedunt, omnia lustrant, ineunt, tantùm suspensi & cohibentes. Enimverò & hæc laus dètur, labore, ingenio, memoriâ supra omnes pænè philosophos fuisse. Quid? nonne omnia aliorum scita tenere debuerunt & inquirere, si potuerunt refellere? res dicit. Nonne rationes varias, taras, subtiles invenire ad tam receptas, claras, certas (ut videbatur) sententias evertendas? Nonne & in promptu, ac velut numerato, habere quidquid scripsissent tot diversi auctores, aut dixissent? Profectò admirandi sunt in triplici hac parte, si attendis: neque non finis etiam eorum altus & laudabilis, qui est Ἀπραξία, sive *Imperturbatio*, & ut ne ulla re sensibus objecta moveantur. Ego verò audacter eloquar, non sic abjiciendos esse: modum tantùm tenuissent, nec disputandi studio ablati extra fines fuissent. Quin & Seneca requirere eos videtur, & dolere quòd periissent. Nam jamnunc, ejus ævo, publicè nulla hæc schola. *Tot familiæ*, inquit, *Philosophorum sine successore deficiunt. Academici & Veteres & Minores nullum antistitem reliquerunt. Quis est, qui tradat præcepto Pyrrhonis?* Ubi duplicem modò Academiam agnoscit, *Minorum* nomine omnes post Platonicam illam comprehendens: & Pyrrhoniam tamen sive *Scepticam* ab iis distinguens, Quamquam idem dubitare tolerat, pertinax illud Scientiæ negandæ studium damnat. *Audi*, inquit ad Lucilium, *quantum mali faciat* N MIA SVBTILITAS, *& quàm infesta Veritati sit. Protagoras ait, De omni re in utramque partem disputari posse ex æquo: & de hac ipsa, An omnis res in utramq; partem disputabilis sit. Nausiphanes ait, Ex his quæ videntur esse, nihil magis esse, quàm non esse. Parmenides ait, Ex his quæ videntur, nihil esse in universum. Zenon Eleates omnia negotia de negotio dejecit: ait, Nihil esse. Circa eadem fere Pyrrhonii versantur, & Megarici, & Eretrici, & Academici, qui novam induxerunt scientiam, Nihil scire. Hæc* OMNIA *in illum* SVPERVACVVM STVDIORVM *liberalium gregem conjice. Illi nihil non profuturam scientiam tradunt, hi spem scientiæ eripiunt. Illi non præferunt lumen, per quod aries dirigatur ad verum: hi oculos mihi effodiunt.* Pulcherrima & justissima censura, nec appello aut oppo-

VII. Quæst. Nat. c. ult.

Epistol. LXXVIII.

Digitized by Google

no. An non magis explico? nam quædam non prompta, fortasse & intricata. Ait, *Protagoram, de omni re in utrumque disputasse.* Est ille Sophista, à Platonis Dialogo clarus, cujus sententia ab eodem hæc refertur, & refellitur. A'ρκεῖν ἑκάστῳ εἰς φρόνησιν *Sufficere sibi quemque ad sapiendum.* Ratio: τὸ γὰρ δοκοῦν ἑκάστῳ, τοῦτο καὶ εἶναι, καὶ ἀληθές: quod Cicero vertit; *id cuique verum esse, quod cuique videatur.* Itaque *Criterium* tollebat (ait Empiricus) *& omnes opiniones ac visiones veras esse: quia Veritas sit ex iis quæ referuntur ad aliquid; cui autem apparuerit, statim ad illum refertur.* Indè vox ejus: Πάντων χρημάτων μέτρον, ἄνθρωπος: *Omnium rerum mensura, homo*; Itemque: Πάντων εἶναι ἀληθῆ: *Omnia vera esse.* Ex his de Protagora Abderita liquet: etsi Senęca sententiam ejus magis ad Pyrrhoniam conformat. Effert & Plutarchus paullò aliter, in Colotem, initio. Sed addit de *Nausiphane, Nihil magis esse, quàm non esse.* Sunt ipsa Pyrrhonis: & cur non eum advocavit? Nam ab isto doctore suo Nausiphanes hausit. Commemorat Diogenes in Pyrrhone: & Sextus initio librorum, *Epicuri doctorem* fuisse, à *quo ille, ut videretur* ἀντιδιδακτικός, *dissenserit, famam ejus & nomen etiam obterens, & πνεύμασι passim, id est* Pulmonem (quasi *Exsensum*) *appellans.* Tertium de *Parmenide*, *Nihil esse, in universum.* Si vera hæc lectio, dixerim respectum ad illud Parmenidis, Οὐδαμῇ οὖναι τὸ μὴ ἐόν: *Nullo modo esse quæ non sunt:* Platoni bis terque, illo auctore expressum, & refutatum. Quo voluisse videtur, mea & æterna illa solum esse: hæc visibus subjecta & fugacia, nec verè esse. Sed arbitror interpolata ista: & verba hæc, *ex iis quæ videntur*, pravè è superiore linea translata: itaque delenda. Tum ampliùs, cùm in optimo meo Codice nulla sit negativa illa, *Nihil*, legendum, *Parmenides ait, esse unum Universum.* Nam periit, aut latuit ista vocula, in principio sequentis. Res quidem ita habet: & est germana ipsa sententia, imò verba Parmenidis: Ἕν, τὸ πᾶν: *Unum universum.* Seneca adfirmat, cùm statim hoc repetens, ait, *Parmenidi nihil esse, præter unum.* Plato clarissimè, de Melisso & Parmenide: Ἕν ἱστὰς λέγουσι τὸ πᾶν: *Unum stabile dicunt Universum.* Iterumque de iisdem: Ἕν τε πάντα ἴσι, καὶ ἵστασιν αὐτὸ αὑτοῦ, οὐκ ἔχον χώραν ἐν ᾗ κινεῖται: *Omnia iis unum sunt, atque id stat in seipso, cùm locum non habeat ubi moveatur.* Duplex igitur sententia, & *Unum omnia*: & item *Immobilia*, quod Plutarchus alibi iisdem adsignat. Qui idem hoc, de quo Seneca, diffusè explicat, & defendit libro contra Colotem Epicuræum. Summa est, *Parmenidem*

cum

In Theæt.

Eod. Dial.

IV. Acad.

Contra Mathem. cap. De Criterio

In Sophi.

In Theæt.

De Placit. phil. 1. c. XXIV.

Digitized by Google

cum Socrate, sed ante eum advertisse δοξαστὸν, *Opinabile, in Natura esse; itemque* νοητὸν, *Intellectuale. Illud in motu assiduo, & variare, & atteri & nasci: hoc minimè, & constans ac perpetuum idemque esse. Ideò verè Esse dici, & Unum esse: est q; proinde ac si dicat,* τὸ ὂν ἓν: *Unum ens.* Ita Plutarchus, nec valdè ab hoc sensu Pythagoréi abeunt, qui *eorum quæ per se intelliguntur genus constituunt, Unum.* Quod in Sexto Empirico legi: & in eodem hanc sententiam non Parmenidi, sed Nausiphani adscribi. *Nausiphanes*, inquit, *dogma erat, Universitatem esse unũ.* Ille *Nausiphani*, Plato alibi *Xenophani & Eleaticis* assignat: Ἅπαντα εἶναι φαμὲν τὰ λεγόμενα: *Omnia quæ dicuntur, unum esse.* Quid Euclides, à quo Megarici? Ἓν τὸ ἀγαθὸν εἶναι, τὸ δ' ἀντικείμενον τοῦ ἀγαθοῦ, μὴ εἶναι. *Unum Bonum esse: & Bono oppositum, nec esse.* Quod in eamdem viam sensus venit. Jam sequitur de *Zenone Eleate*, qui *omnia negotia de negotio dejecit: ait enim, Nihil esse.* Verba suspecta sunt. & Pincianus monuit, à plerisque libris suis illa, *de negotio*, abesse. In meis repperi, fateor: tamen interpolata hæc censeo, legendumque: *omni à negotio dejecit*: sive placet, *omni de negotio*, quod in quibusdam scilicet libris scriptum, ansam dedit utrumque ponendi, ut fit, & corrumpendi. Sententia est. Zeno Eleates molestia nos liberavit, & omni inquisitione: nam ait, Nihil esse. Sed hæc mira, & eximiè fatua aut sapiens sententia. nec mihi nunc capienda. An ad contemptum rerum rettulit, Nihili hæc (non tamen Nihil) esse? velim, & sic laudem, non solùm tolerem. Si aliter, & de ipsa existentia; elleboro hæc egent. Ceterùm Zeno Eleates nusquam tale, apud Laertium quidem: ubi dogmata ejus diversa, sed nec alibi commemini legisse. Viderit Seneca. Illud in Sexto consimile adnotavi, de Gorgia Leontino: *Is librum*, inquit, *scripsit de eo Quod non est, in quo constituit tria capita. Unum quidem & primum, Quod nihil sit: alterum, Quod etsi sit, comprehendi ab homine non possit; tertium, Etiam si possit, non tamen efferri aut enunciari.* Heu vana! & ut cum Seneca redarguam, *Quid ergo nos sumus? quid ista, quæ nos circumstant, alunt, sustinent? tota rerum natura umbra est, aut inanis aut fallax. Non facilè dixerim, utrum magis irascar illis, qui nos Nihil scire voluerunt; an illis, qui ne hoc quidem nobis reliquerunt, Nihil scire.*

Adu. Mathem.

In Sophista.

Adu. Mathem. c. de Criterio. Ad de Pyrrhon. Hyp. 11. c. 11 Ibidem.

DIS-

Digitized by Google

DISSERT. V.

Alia Philosophiæ divisio, in Contemplativam & Activam: iterumque singula divisa.

ABITE omnes, qui in *Academia* hac tali, aut juxtà estis: nobis *Dogmatica* placet, & pro ea Philosophiam jam dividemus. Est igitur duplex, *Contemplativa*, aut *Activa*: atque id ex præscripto Naturæ. *Natura enim*, ait Seneca, *ad utrumque nos genuit, & contemplationi rerum, & actioni.* Itaque ex ejus & Stoicorum mente, *Philosophia & Contemplativa est, & Activa; spectat, simulq; agit. Erras enim, si illam putas tantùm terrestres operas promittere: altius spirat. Totum, inquit, mundum scrutor, nec me intra contubernium mortale contineo, suadere vobis ac dissuadere contenta. Magna me vocant, supraque nos posita.* Contemplativam autem dicimus cui sola ea, ut præcipua quidem, finis. Nam hoc addo, quia *plurimum discriminis est*, ait Seneca, *utrum aliqua res propositum, an propositi alterius accessio sit. Tam alterum sine altero non est, nec ille sine Actione contemplatur; nec hic sine Contemplatione agit.* Igitur mixta ferè; sed tamen in altera, Contemplatio sive Scientia præcipuè petitur, in ista, Actio sive Efficientia ipsa. Dividitur à Peripateticis *Contemplativa* in tres partes: *Theologiam, Physiologiam, Mathematicam. Theologiam* (aliis est *Prima philosophia*, à dignitate) dicunt, in superis rebus deditam, quæ corpore & materia carent; ut sunt Deus, Genii, Animus, & quæ adhærent. *Physiologiam*, in iis quæ materia constant, & sensu percipiuntur; ut Animalia, Plantæ, Lapides, & quæ adjuncta. *Mathematica*, quæ in rebus quidem sine corpore, sed in corpore tamen consideratis: ut sunt Numeri, Soni, Figuræ, cælestes Motus. Itaque hæc singula, singulas iterùm scientias gignunt; dividuntque *Mathematicam* in *Arithmeticam*; quæ numeros; *Musicam*, quæ Sonos; *Geometriam*, quæ Figuras; *Astrologia* quæ superos illos Motus spectat. Jam *Activa* pars dicitur, cui finis præcipuus & fructus Actio est, quæ tripliciter item dividitur, in *Ethicam*, *Oeconomicam*, *Politicam*. *Ethica* est, quæ mores, vitam, regimen singulorum hominum considerat & format; *Oeconomica* (*Familiarem* ego verterem) quæ domus cujusque & familiæ; *Politica*, quæ civitatis totius aut societatis. Ecce divisionem & membra totius Philosophiæ: nec tenuius opus est, aut expediat, qui *dividi illam*, auctore Seneca, *non concidi, utile est. Id vi-*

De Vita Beat. cap. XXI & XXII. Ep. XCV.

De Vita Beat. cap. ult.

Epist. 89 Lxxxix.

tii

tii habet nimia, quod nulla divisio. Simile confuso est, quidquid usque in pulverem sectum est. Itaque fuêre etiam, qui breviùs partiverunt. ut Apuleius: qui *Naturalem, Intellectualem, Rationalem, & Moralem* agnoscit, & Platoni singulas eximiè adscribit. Easque hausisse ait, *Naturalem ab Heraclitici*, *Intellectualem à Phytagoréis, Rationalem atque Moralem ab ipso Socratis fonte.* Ubi observes *Intellectualem* præcipuè ab eo dici, *Theologiam* nobis appellatam: nisi quis *Mathematicam* malit. Sed alia etiam divisio parcior est, Senecæ sic exposita. *Philosophiæ tres esse partes dixerunt, & maximi & plurimi auctores: Moralem, Naturalem, Rationalem. Prima componit animum; secunda rerum naturam scrutatur; tertia proprietates verborum exigit, & structuram, & argumentationes, ne pro vero falsa surrepant.* Ait, *maximos auctores* sic tribuisse. Quos illos? Zenonem & Stoicos suos intellegit: & *sic Primum divisisse Zenonem Cittiéum*, Laërtius scripsit: & Plutarchus adstipulatur. Nam illa prima & uberior, à me posita, ferè Peripateticorum fuit. Sed ait etiam in *tertiâ parte, proprietates verborum & structuram ab eâ exigi*: quod scilicet ad *Rhetoricam* referetur, quia Stoici *Logicam* in duas partes dividebant, *Rhetoricam & Dialecticam*. Addo, ipsam hanc triplicem partitionem in Macrobio esse, sed diverso, ne erres sensu. Nam fine Commentarii in Somnium Scipionis: *Cùm sint*, inquit, *totius Philosophiæ tres partes, Moralis, Naturalis, & Rationalis: & sit Moralis, quæ docet morum elimatam perfectionem: Naturalis, quæ de divinis corporibus disputat; Rationalis, cum de incorporalibus sermo est, quæ mens sola complectitur: nullam de tribus Tullius in hoc Somnio prætermisit. Nam illa ad virtutes amoremque patriæ adhortatio, quid aliud continet nisi instituta Moralia? cum verò de sphærarum modo, de magnitudine siderum, & circis cæléstibus, cinguliſque terréstribus, & Oceani situ loquitur; Physicæ decreta commemorat. At cùm de motu & immortalitate animæ disputat, cui nihil constat inesse corporeum, cujusque essentiam nullus Sensus, sed sola Ratio deprehendit; illic ad altitudinem Philosophiæ ascendit.* Ubi palàm vides, *Rationalem* esse, *Intellectualem* antè nobis dictam. Atque ita idem Macrobius alibi: *Philosophiæ illi cce habetur augustior, ubi de Rationali parte, id est incorporeis disputat.*

De Dogm. Plat.

Epistola LXXXIX.

In Zenon. De Plac. phil. l. c. 8.

Lib. II. ult.

VII. Satur. cap. V.

DIS-

Digitized by Google

DISSERT. VI.

Logicam omitti à quibusdam. De dignitate singularum: & Ethicam usu fructuque certe eminere.

ATQUE ista igitur Macrobiana divisio, *Logicam* illam communi sensu dictam omittit; quam & alii non partem, sed instrumentum Philosophiæ dixerunt. *Epicurei etiam*, ait Seneca, *duas partes Philosophiæ putaverunt esse, Naturalem atque Moralem; Rationalem removerunt. Deinde cùm ipsis rebus cogerentur ambigua secernere, falsa coarguere, ipsi quoque locum, quem de Iudicio & Regulâ appellant, alio nomine, Rationalem induxerunt.* Epistolâ LXXXIX.

Diogenes hoc ipsum, & divisam ab Epicuro Philosophiam tradit in *Canonicam, Physicam, Ethicam. Canonicam autem esse, quæ aggressiones & aditus ad opus habet, uno libro ab eo tradita, qui Canon inscribitur.* In Epic. Quamquam & Stoicorum aliqui hanc partem *Logicæ* faciebant; & dividebant (Laërtius auctor) εἰς ῥητορικὴν καὶ εἰς διαλεκτικήν· ἔνιοις δὲ καὶ εἰς τὸ ὁριστικὸν, τὸ περὶ κανόνων καὶ κριτηρίων: *In Rhetoricam & Dialecticam; aliqui autem & in Definitivam, quæ est de Regulis & Iudiciis.* In Zen. Sed persequi hæc omitto, & Annæi monito, non tenuiter nimis partiri, aut etiam interpretari. Illud addo, Stoicos variâ imagine usum aut dignitatem harum partium expressisse, Εἰκάζουσι γὰρ ζῴῳ τὴν φιλοσοφίαν. ὀστοῖς μὲν καὶ νεύροις τὰ λογικὰ ἀποσκευάζουσι, σαρκὶ δὲ τὰ ἠθικὰ, ψυχῇ δὲ τὰ φυσικά: *Assimilant enim Animali Philosophiam, ossibus ac nervis, Logicam; carneis partibus, Ethicam; animæ, Physicam.* Diog. in Zenone. Iterumque aliâ imagine; Εἰκάζουσι τὸ ᾠὸν, τὰ μὲν ἔξω κέλυφος, εἶναι τὰ λογικά. τὰ δὲ μετὰ ταῦτα, τὰ ἠθικά. τὰ δὲ ἐσώτατα, τὰ φυσικά: *Cum Ovo comparant, cujus exteriora & testæ, sunt Logica; proxima, id est albumen, Ethica; intima, sive vitellus, Physica.* Adde tertiam; Εἰκάζουσιν ἄγρῳ παμφόρῳ. τὸν μὲν περίβλημα φραγμὸν, τὰ λογικὰ. τὸν δὲ καρπὸν, τὰ ἠθικά. τὴν δὲ γῆν, ἢ τὰ δένδρα, τὰ φυσικά: *Cum Agro. & sepem circumjectam, esse Logicam; fructus, Ethicam; terram & arbores, Physicam.* Vis & quartam? ἢ πόλει καλῶς πεπτισμένῃ, καὶ τῷ λόγῳ διοικουμένῃ: *Cum urbe, benè munita, & ratione administrata.* Quomodo nec enim aliter accommodat. Puto, muros Logicam; cives, Physicam; leges & mores, Ethicam esse. Ex Diogene ista; & verior ut fideliter ab eo exscripta. Sextus Empiricus in quibusdam arguit, & probabiliora mihi dicit. Nam de *Ovo*, ait, *Vitellum, Ethicam referre; Albumen*

Digitized by Google

men, quod est alimentum vitelli, Physicam. Iterumque in Animali, Sanguini & carnibus, Physicam; Animæ, Ethicam æquiparavit, & monuit à Posidonio Stoico hoc esse. Utrobique vides digniorem Ethicam censeri, & cum optimâ parte conferri; quod planissimè verum est, & pro communi sensu Stoicorum. Nam hanc illi magnificant, & super alias extollunt; imò, cum Cynicis, reliquas pænè tollunt. Noster Seneca; *Non mehercules nimis ad rem existimo pertinere, ubi dicta sunt quæ regunt Mores, persequi cetera; non in remedium animi, sed in exercitationem ingenii inventa.* In remedium, inquit, quid enim aliud propriè Philosophia est, τὸ περὶ ψυχῆς ἁμαρτημάτων τὸ πάθος φάρμακον; *quam animi morborum & affectionum medicina?* aut ut cum Cicerone breviùs, *Sanitas animi?* Itaque aureum illud Pythagoræ: Κενὸς σοφίης φιλοσόφου λόγος, ὑφ' ὅτευ μὴ πάθεος ἀνθρώπου πάθος ἠρακάθη). ὥσπερ γὰρ ἰητρικῆς οὐκ ὄφελος, μὴ τὰς νόσους ἐκβαλούσης ἀπὸ τοῦ σώματος, οὕτως οὐδὲ φιλοσοφίας, εἰ μὴ τὰ τῆς ψυχῆς πάθεα ἐκκόπτει: *Inanis illius Philosophi & vana oratio, quæ nullam affectionem in homine curat. Ut enim Medicinæ nullus usus, nisi morbos à corpore depellentis, ita nec Philosophiæ, nisi mala animi amolientis.* Subtilis oblectans, alta esse potest; sed ut platani aut cupressi umbram & oblectatiunculam præbent, fructum non habent; sic censendum, ubi solæ illæ aliæ partes, hac omissâ.

Adv. Mathem.

De Benef. VII. c. 1. & Diog. in Zenon.

Plut. de inst. puer.

In Stob. Ser. LXXX.

Ego odi homines ignava opera, Philosopha sententia; ajebat olim Pacuvius. & cum eo Plato; Τὸ γὰρ βέβαιον, καὶ πιστὸν, καὶ ὑγιὲς, τοῦτο ἐγώ φημι τῷ ὄντι τῷ ἀληθινῷ φιλοσοφίαν εἶναι. τὰς δὲ ἄλλας δόξας, καὶ εἰς ἄλλα τεινούσας, σοφίας τινὰς καὶ δεινότητας, καμψόπολις οἶμαι ὥσπερ ἀγορὰ δοῦναι ἐθέλειν ὀνόματα ζητεῖν: *Constantiam, fidem, animi sanitatem, ego ajo veram Philosophiam esse. Alias autem quasdam, & aliò tendentes sapientias sive sollertias, si Elegantias & Argutias dixero, rectè censeam appellasse.* Audis ô meus? per Deum demitte; & peregrinari in alias juvet, in hac habitare. *Facere docet Philosophia, non dicere; & hoc exigit, ut ad legem suam quisque vivat.* Ideò scitè olim Cleanthes, *interrogatus, cur olim inter paucos philosophantium, plures quam nunc inclaruissent?* Τότε μὲν, ἔφη, ἔργον ἠσκεῖτο, νῦν δὲ λόγος: *Nam tunc opus ipsum exercebatur, nunc verba.* Utinam nec hodie fiat! sed *peccatur aliquid præcipientium vitio, qui nos docent disputare, non vivere; aliquid discentium, qui propositum adferunt ad præceptores suos non animum excolendi, sed ingenium. Ita* QUÆ PHILOSOPHIA FUIT, FACTA PHILOLOGIA EST, an & cum Platone dicam, facta * φιλοδοξία est?

Epist. x.

Sen. ep. xx. Stob. Ser. LXXX.

Sen. epist. CVIII.

De Rep. v. in fine.

* *Opinionis studium & Ambitio.*

DIS-

Digitized by Google

DISSERT. VII.

Discrimen Sapientiæ à Philosophiâ: & illius definitio; eáque obiter illustrata.

DEFINIIMVS Philosophiam, & divisimus; ad Sophiam sive *Sapientiam* eundum est, ab eâ distinctam. Quid opus monere? vix hercules, nisi quòd confundunt sæpè veteres: & iidem sedulò admonuerunt distingui. Confundit Plato, cùm definit: Ἡ δὲ φιλοσοφία, κτῆσις ἐπιστήμης: *Philosophia est acquisitio Sapientiæ.* Non censeo, sed *quæsitionem* studiumque. Item Aristoteles: cui est, ἐπιστήμη τ' ἀληθείας: *Scientia veritatis.* Quod de ipsâ Sapientiâ, verè, non affectione ejus, dicas. Ergo Stoici, quia crebra hæc mixtio, distinguunt: & ab iis Seneca. *Dicam inter Philosophiam & Sapientiam quid intersit. Sapientia, perfectum bonum est mentis humanæ: Philosophia, Sapientiæ amor & affectatio, Hæc ostendit* (sive *contendit*) *quò illa pervenit.* Simile Clemens Alexandrinus: *Sicut liberales artes*, inquit, *conferunt ad Philosophiam, quæ est earum domina; sic ipsa Philosophia ad Sapientiam.* & addit: Ἔστι γάρ ἡ μὲν φιλοσοφία, ἐπιτηδεύσις ἡ σοφία δὲ, ἐπιστήμη θείων καὶ ἀνθρωπίνων, καὶ τῶν τούτων αἰτίων: *Est enim Philosophia, studium & meditatio; Sapientia autem, scientia divinarum humanarumque rerum, & quæ earum sunt causæ.* Et Cicero non omisit: *Nec quidquam aliud est Philosophia, præter studium Sapientiæ: Sapientia autem, cognitio & scientia rerum divinarum & humanarum, caussarumque quibus hæ res continentur.* Seneca istis paria: nisi quòd de *Caussis*, in clausulâ, censet removendum. *Quidam*, inquit, *Sapientiam ita finierunt, ut dicerent eam, divinorum & humanorum scientiam.* Quidam ita: *Sapientia est, nosse divina & humana, & eorum caussas.* tum adjungit *Supervacua mihi videtur hæc adjectio, quia Caussæ divinorum humanorumque partes sunt.* Licebat dicere, & in *Scientiæ* verbo eas contineri. Ceterùm ipsæ istæ definitiones omnes Stoicæ sunt: & Plutarchus apertè tradit. Οἱ δὲ Στωϊκοὶ ἔφασαν, σοφίαν εἶναι θείων καὶ ἀνθρωπίνων ἐπιστήμην: *Stoici ajebant, Sapientiâ divinorum & humanorum scientiam esse.* Ac vides, pro Senecæ mente, omitti ibi Caussas. Sunt aliæ atque aliç definitiones, pro varietate effectuum quos producit: ut *Sapientia est, semper idem velle ac nolle.* Item, *Sapientia est liberale studium, quod verè*

In Euthydemo. — 11. Metaphys. cap. 1 — Epist. LXXXIX. — 2. Strom. — 11. De off. & IV. Tusc. — Epist. LXXXIX. — Sen. Epist. XX.

Digitized by Google

verè liberos facit: & plura ejusmodi, lectu & intellectu prompta. Illud notandum & excerpendum, quòd *Scientiam* eam definiunt: sive *Artem*, ut Seneca alibi: *Sapientia ars est, certum petit.* Aristoteles utrumque junxit, & dixit eam τέχνων τεχνῶν, ἢ ἐπιστήμων ἐπιστημῶν: *Artem artium, scientiam scientiarum.* Macrobius transsumsit: & ait, *rem consensu humani generis decantatam & creditam, Philosophiam artem esse artium, & disciplinam disciplinarum.* Quod interpretari vel per excellentiam licet, quòd super omnes emineat: vel à potestate, quòd formet omnes dirigatque. Seneca, de Sapientia: *Artificem vides vitæ, alias artes sub dominio habet. Nam cui vita, illi vitæ quoque ornamenta serviunt.* Est igitur *Scientia* propriè, quâ *Contemplatur*; *Ars* est, quâ *Agit*. Sequitur autem, *Divinorum & Humanorum* scientiam esse. O rem amplam, atque adeò arduam! Quidni sit? *Magna & spatiosa res*, ait noster, *est Sapientia: de Divinis Humanisque discendum.* Divina autem primò: si Felicitatem quærimus humanum scilicet finem. Theages: Ἀρχὰ μὲν καὶ αἰτία καὶ κριτὴν τὴν τῶν ἀνθρωπίνων δαιμονιωτάτην, ἃ τὸ θεῖον καὶ ἀμαυρότατον ἐπίγνωσις: *Nam principium, & causa, & regula est humanæ Felicitatis, cognitio præstantissimarum rerum & divinarum.* Atque etiam, si Veritatem quærimus; sine qua Sapientia non consistit. Ἀλήθεια γὰρ, ὥσπερ ἡ τ' ὄνομα δηλοῖ, περὶ θεὸν ποιεῖται τὴν ἐπιστροφήν, καὶ τὰ θεῖα τὸν ἀεὶ βίον: *Veritas enim, ut & Græcum nomen indicat, circa Deos versatur, & Deorum immortalem actionem.* Itaque duo Sapientia hic considerat, ipsum Deum, & ejus Opera, id est Mundum, quæque in eo: & uno verbo totam *Physiologiam*, quæ hoc *Divinorum* verbo continetur. Ita enim Seneca: *Sapientia* TOTIUS NATURÆ *notitiam ac* SUÆ *tradit. quid sint Dii, qualesque, declarat: quid Inferi, quid Lares, & Genii. Hæc ejus initiamenta sunt, per quæ non municipale sacrum, sed ingens omnium Deorum templum* MUNDUS *iste reseratur.* Observa *Totam Naturam* ab ea nosci, jam dictam: sed & *Suam*, id est Animum, & quæ circa illum, itemque Corpus. *Hoc jubet illa Pythicis oraculis adscripta vox, Nosce teipsum.* Frustrà illa omnia, nisi istud: & quem fructum igitur habet? hunc Platoni expressum: *Ut neque internæ* DIGNITATIS *amplitudinem ignoremus, divina in nobis parte neglecta; neque exteriorem* HUMILITATEM, *natura additam, ignorantes, vanè in ea extollamur.* Ad Magnitudinem animi vocat, sed per Animi cultum: ad Modestiam, per Corporis contemptum.

Ep. XXIX.

VII. Satur. cap. V.

Epist. XC.

Epistola LXXXVIII.

In Stob. Serm. I.

Iamblich. in Stob. Serm. XI. * περὶ τὰ ἀλλα ἢ περὶ τὸ θεῖον.

Epist. XC.

Sen. Consol. ad Marc. cap. XI. In Philebo.

Digitized by Google

DISSERT. VIII.

Verus Stoicorum Sapiens, in summo ab iis descriptus: ideoque irrepertus, nec id tamen sine causa, aut fructu.

QUID ergo? jam in animo mihi occurris: Omnia ista opus scire Sapientem? AUD. Certè occurrebam: aut potiùs jam pænè abibam, desperatione victus. Quis homa ullus, aut umquam, *Divina* omnia & *Humana* novit? non fuit, non erit: ideoque jure abhorreo altiloquam hanc Sapientiam & in præruptо
1. Post-phys. positam, quò non itur. LIPS. Solari te poteram Aristotelis verbis: qui cencet ἐπίστασθαι μάλα πάντα τὸν σοφὸν, ὡς εὐδίκως, μὴ καθ' ἕκαστα ἰσχυρῶς τοῦτο ἐπιστήμας ἔχοντα: *Scire sapientem pleraque omnia, quantum fieri potest, non per singula scientiam eorum habentem*: sed, ut posteà addit τῇ καθόλου ἐπιστήμῃ *universali quadam scientia* contentum: Solari & Demetrii Cynici verbis, apud Senecam: *Plus prodesse si pauca præcepta Sapientiæ*
VII. De Benef. cap. 1 *teneas, sed illa in promptu tibi, & in Usu sint, quàm si multa didiceris, sed non habeas ad manum. Quemadmodum magnus luctator est, non qui omnes numeros nexusque perdidicit quorum usus sub adversario rarus est; sed qui in uno se aut altero benè & diligenter exercuit: nec enim refert, quam multa sciat, si scit quantum victoriæ satis est: sic in hoc studio* MULTA DELECTANT, PAUCA VINCUNT. Plura addit, quæ ad contemptum etiam Physiologiæ ire videntur, & in una scientia vitæ, id est Boni Malique, nos collocare. Sed ego verò his vel solatiis, vel effugiis, non utor: benè & verè diximus, Sapientem ea omnia, scire. Sed quem *Sapientem*? nimirum hunc Stoicum, id est perfectum, consummatum, cui Boni nihil abest cui Mali nihil adest. Qui eminet inter omnes,

Claudian. ——*velut altus Olympi*
Vertex, qui spatio ventos nubesque reliquit.

iterumque cum poëta,

Statius. ——*celsa qui mentis ab arce*
Despicit errantes, humanaque gaudia ridet:

Sen. epist. CXX. *qui non aliter quàm in tenebris lumen effulsit, advertitque in se omnium animos*: qui Plutarchi verbis, habet ἰσότητον ἀξιότητον *divinæ similem constitutionem*: sive Senecæ nostri, qui habet *imbecillitatem hominis, securitatem Dei.* Quem denique

E'e

Ἐρχόμενον ἀνὰ ἄστυ, θεὸν ὡς, αἰνήσουσιν: Homer. odyss. θ.
Urbe incedentem, numen velut, endotuentur.

Et quis finis elogiorum sit? atque ecce in ultimo sum mentitus. *Urbe incedentem*, & *adspici* feci: falsò, non est ille, ut verbo tibi dicam, nisi in descriptione, re non fuit. Plutarchus apertè, de Stoico Sapiente: Ἔστι δὲ τὸν ἀληθῆ οὐδαμοῦ γῆς, οὐδὲ χρόνων: *Est verò* NVSQVAM GENTIVM TERRARVMVE, *neque fuit.* Cicero: *Stoici eam Sapientiam interpretantur, quam adhuc* NEMO MORTALIS *est consecutus.* Iterumque alibi: *Quis Sapiens sit, aut fuerit, nec ipsos Stoicos solere dicere.* Hæc ego veriora arbitror, imò scio; quam quæ Seneca noster mitiora & gratiora auribus scribit. Nam interdum facit fuisse; interdum, sed fuisse. *Scis*, inquit, *quem nunc virum Bonum dicam, hujus secundæ Notæ* (è classe Proficientium, de quâ statim:) *nam ille alter* (primæ scilicet) *fortasse* TAMQVAM PHÆNIX *semel anno quingentesimo nascitur.* Atque hic aliquid etiam ambigens, alibi fortiùs adserit: *Non est*, inquit, *quod dicas, ita ut soles, Hunc Sapientem nostrum nusquam inveniri.* NON FINGIMVS *istud humani ingenii vanum decus, nec ingentem imaginem falsæ rei concipimus: sed qualem conformamus,* EXHIBVIMVS, *&* EXHIBEBIMVS. *Rarò forsitan, magnisque ætatum intervallis invenitur: neque enim magna, & excedentia solitum ac vulgarem modum, crebrò gignuntur: cæterùm hic ipse* M. CATO, *à cujus mentione hæc disputatio fluxit; vereor ne supra nostrum exemplar sit.* Ah mi Seneca, bona quidem mente ipse erras, aut nos inducis. Tam credulos autem esse? absit. Qualem describi Sapientem à vobis scimus, eum fuisse nemo Stoicorum dixit: *posse tamen esse*, omnes. Quod etiam hoc argumento colligebat Posidonius, quia *Socrates, Diogones, Antisthenes, magnos progressus fecissent, nec longè à vertice constitissent.* Itaque qui magis adniterentur, bonâ indole, bonâ disciplinâ, assiduo exercitio, posse pervenire. Nos Christiani abnuimus, & cum Platone sentimus: *eum, qui verè philosophatur, censere, nusquam aut numquam se puram Sapientiam, quàm* APVD INFEROS *consecuturum*: id est, corpore exutum, in puris illis beatisque locis, apud auctorem omnis Sapientiæ, & sui. Sed quo fructu igitur talis ille describitur, quem esse Natura abnuit? Dicam, in exemplum. Species & Idéa quædam illius Summi proponenda est, quò connitamur, non pertingere, sed accedere; neque assequi, sed æmulari. sicut Oratorem Cicero & Fabius formant, qui non fuit aut erit: sed nempe perfectio illa exprimenda est: sic nostri

De pugn. Stoic.
In Lælio.
IV. Acad.
Ep. 11.
De Constant. Sap. cap. VII.
Laërt. in Zen.
In Phæd.

Digitized by Google

Lib. xii. Sapientem. Ipse Fabius: *Quærentibus, an talis orator fuerit? respondebo, quomodo Stoici, si interrogentur. An Sapiens Zeno, an Cleanthes, an Chrysippus? ipsi respondeant, magnos quidem illos ac venerabiles: non tamen id, quod Natura hominis summum habet, consecutos.* Et verò invitat hæc grandiloquentia, & honestos quidem animos erigit ad honesta. Senecæ verba opportunè huc ducam: *Quid mirum, si non ascendunt in altum, ardua aggressi? Viros suspice, etiamsi decidunt, magna conantes.* GENEROSA RES *est, respicientem non ad suas, sed ad* NATURÆ *vires, conati alta, tentare, & mente majora concipere, quàm quæ etiam ingenti animo adornatis efficipossint.* Hìc desperat aut abnuit, quod antè adfirmavit.

De Vita Beat. c. xx.

DISSERT. IX.

Alter ab illo Sapiens, qualem Natura & Aevum dant. is Proficiens dicitur, ejusque discrimina.

ITAQUE non est ille *primæ notæ* in rerum naturâ Sapiens: nisi in scriptis & libris: est alius *secundæ*. Illum τέλειον & *Consummatum* vocant, hunc προκόπτοντα sive *Proficientem*: item *Studiosum* istum, ut dixi, illum *Doctum*. Seneca sæpè hoc discrimen ingerit, ut: *Hoc interest inter* CONSUMMATÆ *Sapientiæ virum, & alium* PROCEDENTIS. Nota & *Procedentis* hanc vocem, quasi in via progressi. Alibi: Nostrum vitium est, *qui quod dicitur de* SAPIENTE, *exigimus, & à* PROFICIENTE. Iterumque: *Aliud est* STUDIOSUS *sapientiæ, aliud jam* ADEPTUS *sapientiam.* Et denique alibi: *Diverso remedio utetur* SAPIENS, ASSECTATORQUE *sapientiæ.* Adde, quæ * suprà dixi de vocibus προκοπτόντων, & προπροκοπτόντων, itemque * τετυφλῶσθαι & τετυφλῶσθαι: huc spectant. Sed ut ad rem, ille primus igitur describitur, qualis esse debet, & in exemplum: alter, qui solet interim esse, sed in dispari etiam gradu. Nam Seneca alibi duo, alibi tria genera *Proficientium* facit. Duo, his verbis: *In ipsis Sapientiam Sectantibus magna discrimina esse, fateamur necesse est. Alius jam tantum profecit, ut contra Fortunam audeat tollere oculos, sed non pertinaciter. Alius in tantum, ut possit cum illa conferre vultum. Si jam pervenit ad summum, etiam fiduciæ plenus est.* Quæ sic legenda & distinguenda moneo (vulgo confusè:) quia postremum illum à vero sapiente hoc uno removet; quòd labi non possit, sed tamen timet. At qui jam in summo, nec potest nec timet, securus vide-

Epistola Lxxii.

De Vita Beat. cap. xxiv. De Constant. Sap. xcviii.

*Dissert. t *Incohatum.* Seneca vocat Ep. Lxxi. Epist. Lxxi.

Digitized by Google

videlicet sui. Ex his aliis ejus verbis discas, ubi tria genera facit. *Inter ipsos*, inquit, *Proficientes sunt magna discrimina. In tres classes, ut quibusdam placet, dividuntur. Primi sunt, qui Sapientiam nondum habent, sed jam in vicinia ejus constiterunt. Qui sint hi quæris? qui omnes jam Affectus ac Vitia posuerunt: quæ erant complectenda, didicerunt: sed illis adhuc inexperta fiducia est. Jam ibi sunt, ubi nemo est retro lapsus, sed hoc illis de se nondum liquet. Iam contigit illis bono suo frui, nondum confidere. Secundum genus est eorum, qui & maxima animi Mala, & Affectus deposuerunt; sed ita, ut possint in eadem relabi. Tertium illud genus, extra multa & magna vitia est, sed extra omnia.* Sunt pluscula, quæ addit: hęc intellgentiæ sufficiunt, nec superfluere indoles mea amat. Illud moneo, in eodem Seneca alibi, *genus tertium eorum* poni, *qui Sapientiæ alludunt; quam non quidem contigerunt, in conspectu tamen, & velut sub ictu habent. Hi non concutiuntur, nec defluunt quidem: nondum in sicco, jam in portu sunt.* Sed minùs accuratè ibi distinguit, ut videre est, miscetque ipsum sapientem: tamen *Genus hoc tertium*, primum illud *Proficientium*, quod diximus, assidet & tangit. En tibi discrimina, nam planè Imperitos ac rudes, nullo hîc loco habemus. Enimverò & primus ille Ordo infrequens, nec scio an Zenonas, aut Cleanthas admittat: in reliquis aliquid spei est & animi, ad perveniendum. Imò de *Tertio* cogitemus *benè nobiscum ageretur, si in hunc admittimur numerum. Magna felicitate naturæ, magnaque & assidua intentione studii secundus occuparetur gradus: sed nec hic quidem contemnendus est color tertius.* Ego te & me voveam hîc esse; effugisse multa & magna vitia; & doctrina atque exercitio ad ulteriora niti.

Epistola LXXV.

Epistola LXXII.

Sen. epist. LXXV.

DISSERT. X.

Doceri Sapientiam, & disci: neque à Deo & naturâ tantùm esse. Omnibus etiam offerri.

DOCTRINA, inquam. Nam Cynici olim, & nostri sanxerunt: Ὅτι διδακτὸν ἀρετή; *Quod virtus doceri possit.* Hoc ideò firmandum, quia alii aliter; & pars est, aut inter initia, Stoicæ doctrinæ. Nam fuêre qui à Deo esse dicerent; fuêre qui à Naturâ. A Deo, Plato interdum assererere videtur, atque inseri eam (ita alibi loquitur) θείᾳ μοίρᾳ, καὶ θεοῦ: *divina sorte, sine animi opera.* Imò & Protagoram sedulò refutat Socrates, censentem doceri posse. Etsi Plato non semel

In Menone. In protagorâ.

Digitized by Google

it in alia, & Disciplinam (quorsum aliter tot libri ejus? admiscet. At quidam à Naturâ petebant, ut dixi, atque ita Trogus: *Scythis Naturam dare, quod Graci longa sapientiæ doctrina, præceptisque philosophorum, consequi nequiverunt.* Declamator etiam Quinctilianus argutè: *Ego mores* NASCI *puto, & propriam cujusque naturæ virtutem. Alia forsitam discuntur, quædam experimentis cognoscenda sunt; boni mores constant voluntate.* Et verò Seneca ipse adfitetur, *quosdam sine subtili institutione evasisse probos, magnosque profectus assecutos, dum nudis tantum præceptis obsequebantur.* Et Curii, Fabricii, Coruncani, nonne tales fuêre? Profectò *quidam ex hominibus egregiam sortiti indolem, in ea quæ tradi solent, sine longo magisterio pervenerunt: & honesta complexi sunt, cum primum audiverunt.* Quæ ita verè dici, etiam ex Stoico sensu, fatemur: sed hos tales plenè & planè Sapientes esse, non item admittamus. Ratio consummata talem facit, consummari autem sine Doctrinâ (Dei opera excipimus) non potest. Ut plenè hæc intelligas, habe. Non excludi aut Deum, aut Naturam, à Stoicis: sed Doctrinam tamen ad perfectionem, itemque ad facilitatem adjungi. Ecce Natura semina Bonæ mentis nobis ingenuit, fomites, & scintillas: quæ in aliis magis minusque elucent, ut est animi temperies: sed tamen opinionum pravitate, in omnibus hoc à Natura rectum jam corruptum est: ideoque Doctrina adjuvandum, instaurandum, depurandum. Non enim ut Sol ipse nubes objectas dissipat sua vi, & perrumpit: ita hic est: adjutorio opus, directione & exemplo. Cicero: *Justos quidem Natura nos esse fatos. tamen autem esse corrúptelam malæ consuetudinis, ut ab ea tamquam igniculi exstinguantur. Natura dati, exorianturque & confirmentur vitia contraria.* Quòd si ad Naturam vivere liceret, negat idem alibi, *quidquam esse, cur quisquam rationem & Doctrinam requireret.* Itaque facile ad Sapientiam iterdicunt, quia est sequi Naturam. Fabius hoc rectè: *Brevis est institutio vitæ honestæ beatæque, si credas. Natura enim nos ad optimam Mentem genuit: adeoque discere meliora volentibus promptum est, ut verè intuenti illud magis mirum sit, malos esse tam multos.* Rectè, inquam: sed & illud ex eodem subsera tur, *Virtutem etsi impetus quosdam à Natura sumit, tamen perficiendam Doctrinâ esse.* Hæc sunt germanè Stoica. ignículos, scintillas, semina, impetus ad Virtutem habemus: ut ipsam habeamus, excitanda illa velut flatu Rationis sunt & Disciplinæ. Et Aristoteles ita verissimè Οὐκ ἄρα ἐκ φύσεως, οὐδὲ παρὰ φύσιν ὑπάρχουσιν αἱ ἀρεταί. Neq; à natura igitur neque

Lib. II.

Declam. CCLXVIII.

Epist. XCV.

Ibid.

I. De Legib.

II. De Finib.

III. Inst. cap. ult.

II. Ethic.

Digitized by Google

neque præter Naturam inseritur virtus. Seneca noster: *Omnibus Natura dedit fundamenta semenque virtutum:* OMNES *ad* OMNIA *ista nati sumus: cùm irritator accessit, tunc illa animi bona, velut sopita excitantur.* Irritator autem est Doctrina, quæ Scientiam Boni Malique dividit, & ne in eligendo aberres facit. Bonum Natura vis? malum vitas? ecce hoc tale re & ratione est, illud opinione. *Artis igitur est,* quod ait Cicero, *ad ea principia, quæ à Natura accepimus, consequentia exquirere: donec id, quod volumus, sit effectum.* Virtus amata nobis omnibus, Natura est, Honestum optabile: sed non facies utriusque statim nota. Tamen levi, ut dixi, conatu & manuductione aperitur. Zeno ipse in quadam epistola: Epist. xcv. v. De Finib. Ad Antigonum.

Φύσις δὲ ἀγχίνοις μέτριον ἄσκησιν προσλαβοῦσα, ἐπὶ τὴν ἀφόβως διδάσκηται, ῥᾳδίως ἔρχεται πρὸς τὴν τελείαν ἀπόληψιν τῆς ἀρετῆς:

Bona Natura mediocrem Exercitationem nacta, & Præceptorem candidè docentem facilè venit ad perfectam virtutis comprehensionem. Hęc nostri. quid Academici? paulò diversi eunt. Nam pro Platonis sensu hæc Apulejus: *Hominem ab stirpe ipsa neque absolutè bonum, nec malum nasci: sed ad utrumque proclive ingenium esse. Habere quidem semina quædam* UTRARUMQUE *rerum, cum nascendi origine copulata quæ educationis Disciplina in alteram debeant partem emicare.* Semina, ecce, & ipsi agnoscunt: sed in quo discrimen? quod illi ea in *utrumq;* valere volunt, bonum malumque: nostri, in bonum tantùm. Nam Natura ipsa semper iis bona. Hinc illa verba, quæ & antè attigi: *Nulli præcluſa est virtus, omnibus patet, omnes admittit.* Et Stoicum dogma Galeno positum, & exagitatum: Ἅπασι πρὸς ἀρετὴν ἀνθρώποις πέφυκε κτῆσιν ἐπιτηδείως ἔχειν: *Omnes homines ad Virtutem comparandam aptos esse & idoneos.* Quod ille negat, & *corporum temperiem* vult inspici, ut alius alio magis minúsve sit; imò non sit. Argumento etiam utitur; Si à Natura, inquit, virtus, & opinione dumtaxat depravamur: cedò, quis primos homines infecit, cùm nondum aliena malitia fuit? A se ergo habuerunt. Atque hoc ita urget, ut Posidonium etiam, magnum illum Stoicum, hic verò victum desciviſſe ab iis dicat, & cum Academicis sensisse. Nescio. argumento tamen responderi vel ex Seneca nostro poterat, & non calumniosè occurri. Nam dicant nostri, *Primos illos homines, quamvis egregia illis vita fuerit, & fraude carens, non fuisse tamen Sapientes.* Intellege, ad perfectum Sapientes. *Non enim negaverim,* inquit, *fuisse alti spiritus viros, & ut ita dicam, à diis recentes: sed quemadmodum omnibus*

De Philosophia. Sen. De Benef III. cap. XVIII. In libello, Quod animi mores corp. temp. seq. Epist. I.

indoles fortior fuit, & ad laborem paratior, ita non erant INGENIA *omnibus* CONSVMMATA. *Non enim dat Natura virtutem*: ARS *est, bonum fieri.* Mihi videatur res sic confici. Fatemur paullatim opinionibus sensibusque alienis, aut exemplis, depravari homines: sed & ante illa qui fuerunt, non habuêre Naturam perfectam: & turbidum in ea aliquid aut nubilum, Doctrinæ radio depurandum & illustrandum. Nisi sit; potest aberrare Ratio, & bonum quidem cupere, sed capere etiam malum. Quid, quòd à Materia prima incentivum aliquod mali est? de quo in * Physiologia videndum.

* Lib. I. cap. XIV.

DISSERT. XI.

De Notionibus, quæ ad Doctrinam faciunt. Quid, & quotuplices ea, accuratè dictum.

AVD. Capere in parte hæc videor: solidè & plenè, si de *Igniculis* istis & *Seminibus* magis aperis & diducis. LIPS. Non me extra rem & lineas tu ducis? Tamen sequor, ut sequi me etiam liberè & libenter possis. Audi. Igniculi isti non aliud, quàm inclinationes, judicia, & ex iis notiones sunt, à recta in nobis Ratione. Scito enim Stoicis placere, partem in nobis divini Spiritus esse mersam, id est illamipsam Rationem: quæ si in suo loco & luce luceat, tota pura, sincera, recta, divina sit: nunc corpore, velut carcere, clausa coërcetur, & opinionibus agitatur aut abducitur: & tamen retinet originis suæ flammulas, & Verum Honestumque per se, & sua indole, videt. *Istæ* flammulæ, sive Igniculos mavis dicere (Græci ἀπυθήσεις, ζώπυρα, σπινθηρίδια appellant) exserunt se & ostendunt in sensibus quibusdam, aut judiciis, quæ omni hominum generi ferè, & optimæ cuique naturæ eximiè, sunt insita aut innata. Id Græci ἔννοιας sive *Notiones* vocant, item προλήψεις *Anticipationes*: & quia passivæ, atque insitæ, κοινὰς καὶ ἐμφύτους, *Communes* & *Ingeneratas* agnominarunt. AVD. Benè, sed cur *Igniculos*, aut *Scintillas*? LIPS. A Stoicorum id quoque sensu: quibus purior hic Animus est ignis, posteà docendum. Sed de re ipsa, *Communes* sunt, & agnitæ vel admissæ hominibus, ideoque Plutarchus librum titulo præscripsit, περὶ κοινῶν ἐννοιῶν *De communibus notionibus*: idque adversus Stoicos, quos vult evertere eas suis Paradoxis, aut oppugnare; audiendum mihi adhuc, non credendum. Atque ut ali-

Digitized by Google

ut aliquid dimundam de Notionibus (pauci capiunt) quo easiplas principia & fundamenta Stoicis Scientiæ ac Sapientiæ esse. Cicero ex eorum mente : *Ipsum hominem Natura non solum celeritate mentis ornavit, sed etiam Sensus tamquam satellites adtribuit ac nuncios, & rerū plurimarum obscuras nec satis apertas Intellegentias incohavit, quasi* FUNDAMENTA *quædam* SCIENTIÆ. dicit hic *Intellegentias*, & alibi etiam *Notitias* : quæ consonant scilicet *Notionibus*. Sed ait *obscuras & incohatas*: alibi *adumbratas*, item *complicatas, involutas*: quia Doctrinæ ductu atque opera dirigendæ, & in lucem scientiamque evocandæ sunt. Idem Cicero : *Notionem appello, quod Græci tum ἔννοιαν tum πρόληψιν dicunt. Ea est* INSITA *& antè percepta* (an *præcepta*) *cujusq; formæ cognitio, enodationis indigens.* Vides *insitam* ? vides *enodationis indigentem* ? Duplici Græco nomine adficit, & parum distinguit : fecerunt illi, & Ἔννοιαν ipsam duplicem ponebant, φυσικὴν καὶ τέχνικην, *Naturalem & Artificialem.* Illam, quæ esset τὸ καθόλου : *Universalis* quædam, & *universalium*, ut Notitia Equi, Albi, Nigri: quæ opera sensuum fit, ut dicunt, ἀπὸ τεχνικῆς τινος, *sine adminiculo artis.* Alteram, ἣ γίνεται δι' ἡμιθέους διδασκαλίας καὶ ἐπιμελείας : *quæ fit opera industriæ & doctrinæ nostræ.* Sub his etiam illas vulgares & cottidianas Notiones comprehendi scito, quæ impressa Phantasia quaque stabili gignuntur: sed & nostræ illæ huc reducantur. Et est sanè omnium magnus ad Scientiam vel Sapientiam usus : adeò *ut sine hoc* (Cicerone adstipulante *(nec intellegi quidquam, nec quæri, nec disputari possit.* Itaq; idem ille inter beneficia Naturæ ponit, quod *comprehensionem dedisset, quasi normam scientiæ, & principium fuit: unde postea Notiones rerum animis imprimerentur, è quibus* NON PRINCIPIA SOLUM, *sed latiore quædam ad* RATIONEM *inveniendam viæ reperiuntur.* Hæc in Academicorum libris binis, qui hodie exstant : & in iis germanissima ferè Stoicorum decreta. Quomodo autem, & quibus velut gradibus ad Scientiam ducant idem optimè expressit: *Mens ipsa*, inquit, *quæ sensuum fons est, atq; ipsa sensus, naturalem vim habet, quam inscendit ad ea, quibus movetur. Itaque aliqua Visa sic arripit, ut his statim utatur: aliqua sic recondit ..... è quibus Memoria oritur. Cetera autem similitudinibus constituit: ex quibus efficiuntur Notitiæ rerum; quas Græci tum Ἐννοίας tum προλήψεις vocant. Eo cùm accessit Ratio, argumentiq; conclusio, rerumq; innumerabilium multitudo tum & perceptio eorum omnium apparet, & eadem Ratio profecta ab his gradibus ad Sapientiam pervenit.* Omnia

I. De Leg.

In Topic.

Ilut. de Placit. IV. c. XI. & Laer. in Zenone.

IV. Acad.

I Acad.

IV. Acad.

Digitized by Google

titè, & velut ex profeſſo doceat, adfert: quæ breviter examinanda ſunt, & illuſtranda. Ait, *Mentem ipſam.* Ita
De Placit philſ. nam ea *Phantaſias* ſive *Viſa* recipit, id eſt ἡγεμονικὸν Animæ: Plutarcho ex Stoicorum mente diſertim ſcriptum. Deinde, *eam moveri.* nempe ab impreſſa Phantaſia: & videtur ad Chryſippi verbum mentemq; reſpexiſſe, qui Phantaſiam non τύπωσιν τῆς ψυχῆς, *impreſſionem in animo*, ut Zeno? ſed ἑτεροίωσιν, vocabat, aut interpretabatur, id eſt *Mutationem.* Pergit Cicero, *aliqua Viſa ſic arripi ut ſtatim utatur:* ubi diſtinguit Viſa ſive Phantaſias, in *Præſentaneas* & *Manentes.* Illas, quæ momentaneæ ſunt, & pereunt; iſtas, quæ *reconduntur*, ut
Lib. Quod Deus immutab. ait: & reliqua ejus ſenſus deſunt. Supplenda facilè, ex aliis, qui *Manentem* Phantaſiam, volunt *Notionem* eſſe. Ita enim præter Plutarchum, Philo Judæus: Ἔννοιαν τὴν διαπεπονημένην. Διάνοιαν δὲ, τὴν νοήσεως διῳδευμένην τέλειον τύπον: *Notionem eſſe, reconditum conceptum: Deliberationem, ejuſdem certam prolationem.* Sed amplius Cicero: E *quibus Memoria oritur.* Quæ Græcis eſt μνήμη & hanc illi μόνιμον καὶ ἐπικὸν τύπωσιν dicunt; *ſtabilem & habitualem impreſſionem.* Deinde, *Cetera autem ſimilitudinibus conſtituit.* Quis? an Memoria? non puto: nec ſic Stoici. Imò
Plut. De Placit. illis poſt Memoriam? Ἐμπειρία ſuccedit, *Ars* ſive *Uſus* & definitur, Τὸ τῶν ὁμοειδῶν πλῆθος: *multitudo Memoriarum conſimilium*, quod Cicero poſtea tangit, ſed parùm (ſi hæc ſincera omnia) diſtinguit. Deinde, *effici ex iis Notitias rerum.* Neque hic ordo pro Græcis, qui hodie quidem exſtant, aut mihi ſint viſi: qui *Notitias* & *Memoriæ* & *Arti* antemittunt. Clauſula eſt, *accedere Rationem*, & ad *Sapientiam pervenire*, quod veriſſimum eſt: & idem Ci-
II. De Nat. deor. cero ſeſe explicet: *Primum eſt intelligentia, deinde conſequentium rerum cum primis conjunctio & comprehenſio: ex quo videlicet, quid ex quibuſq; rebus efficiatur, idque Ratione, concludimus, ſingulas q; res definimus: ex quo Scientia.* Nimirum Dialecticæ quodam ductu λόγῳ τῷ λογικῷ utentes, *Ratione & Ratiocinatione*, certum comprehendimus, & Notiones illas ſtabilimus. Habes de quæſito: an aliud deſideras? AUD. Supperaddi de *Artificialibus*, quę noſtra opera producantur, quomodo id fiat? LIPS.
II. De Finib. Cicero ille idem tangit: *Cùm rerum Notiones in animis fiant, ſi aut Uſu aliquid cognitū ſit, aut Conjunctione, aut Similitudine, aut collatione rationis: hoc quarto, quod extremum poſui: Bonorum notitia eſt facta.* Senecam id illuſtret, qui Lucilio quærenti, *Quomodo ad nos Boni Honeſtiq; notitia pervenisſet?* Reſpondit, *Hoc nos docere Natura non potuiſſe. Sed nobis* (Stoicis) *videtur*, inquit, *Obſerva-*
Ep. cxx. *tio*

Digitized by Google

tio collegisse, & rerum sæpè factarum inter se Collatio, per analogiam nostro intellectu & Bonum & Honestum judicante. Et plusçula ibi vide: sed magis Laertium vide: qui plenius hæc & ex asse tradit. *Eorum quæ noscuntur*, inquit, (id est, *Notitiarum*) *alia per Casum aut Incidentiam* (περίπτωσιν) *noscimus, alia per Similitudinem, alia Analogiam, alia Transpositionem, alia Compositionem* (Cicero *Conjunctionem*) *denique alia per Contrarietatem.* Exempla deinde dat singulorum, in ipso videnda: neque his minutis mihi censeo insistendum. Illud utilius moneo, *Notiones* in præstanti naturâ explicatiores esse, & facilè Rationis judiciique opera educendas: quod quibusdam evenisse, ante Artem Scientiamque natam, pænè sit fatendum. Item, Usum earum magnum esse ad omnem vitam & virtutem; si eadem Judicii bonitate rebus applicentur. Epictetus hoc monet atque ingerit: *Cave*, inquit, *Notiones singulis rebus temerè & vanè accommodare.* Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ αἴτιον τοῖς ἀνθρώποις πάντων τῶν κακῶν, τὸ τὰς προλήψεις τὰς κοινὰς μὴ δύνασθαι ἐφαρμόζειν ταῖς ἰδίαις μέρεσι: *Hæc est* CAUSSA *mortalibus* OMNIUM MALORUM, *non posse* COMMUNES NOTIONES APTARE SINGULARIBUS. Notabilis sententia, an oraculum: & vult hoc dictum, quod ipse diffundit. Ecce Notio est in animo, *Mala vitare, Bona sequi*: at cùm ad facta venitur alias notiones tibi formas, *Hoc & illud malum, bonumq; esse*: quæ re ipsa non sunt, & sic principio bono, in finem pravum desinis, & ipse te fallis. Communis autem illa Notio, duce Ratione ad vera bona malaque, certò & sine errore, aptanda erat: non ad ista, quæ Vulgus aut Opinio tibi dictant.

In Zenon.

Lib. III. Dissert. c. XVI.

DISSERT. XII.

Doctrinam duplicem esse, Dogmaticam & Paræneticam: utraque laudata.

SED ut in gradum viamque reponamur, à qua leviter tamen discessimus: vides Sapientiam doceri & Igniculos Notionesque ad eam ducere: sed à quo & quomodo etiam doceri? Ab ipsa Philosophia, ut liquet: atque id via duplici, *Decretorum*, & *Præceptorum*. Illam Græci Δογματικὴν appellant, hanc παραγγελτικὴν: nos reddere *Decretoriam* & *Præceptoriam* possimus. Apta divisio, nam sicut ipsam totam bipertitam fecimus, *Contemplativam* & *Activam*: utrique ecce parti ductorem suum damus, & (Senecæ verbis) *Contempla-*

Digitized by Google

Ep. xciv. *templationem Institutio tradit, Actionem Admonitio.* Institutio, id est *Decreta.* neque enim ulla ars sine iis est: quæ alii, *Axiomata, Enuntiata* aut *Effata* appellant: Sen. Ep. xcv. Stoici Δόγματα, *quæ nobis vel Decreta licet appellare, vel Scita, vel Placita!* Apuleius etiam *Consulta* vertit. Quid ea sunt? generalia quædam capita, & velut leges, ad quæ reliqua omnia Doctrinæ vel examinentur, vel referantur. Siquid ab his dissidet, improbum & adulterinum habeo: si quid convenit, agnosco, & tamquam tessera data, in jus commilitii admitto. Ea certa, firma, rata sunt: &, ut in ipsa militia Aquilæ aut *Signa*, omni vi propugnanda. *Decreta* (ait Stoicus Cicero) *Philosophi* IV. Acad. *vocant* Δόγματα, *quorum nullum sine scelere prodi potest. Cum enim Decretum proditur,* LEX VERI RECTIQUE Ibid. *proditur.* Agnosci descriptionem? Iterumque idem: *Decretum stabile, fixum, ratum esse debere, quod movere nulla ratio queat.* Sunt ergo κύριαι quædam δόξαι, *dominantes & eximiæ sententiæ,* quæ reliquum totum agmen ducant. Valdè iis opus. & sicut in mari sidera certa notamus, ad quæ cursus dirigatur, etsi alia atque alia velificatione? sic in notionum aut actionum multiplici varietate, omnia ad hęc illustria velut sidera dirigenda, si ab errore tueri volumus hunc cursum. Et verò nisi generalia quædam ista sint, quę singulorum certitudo aut rectitudo erit? aut *quis poterit de parte suadere, nisi qui* Sen. Ep. *summam totius vitæ prius complexus est?* Hoc pater, hoc xciv. maritus, dominus, civis, benè honesteque faciet. Itáne? dic mihi priùs & suade, quid sit Bonum Honestumque. Vive frugaliter, innocenter, castè: sic debes. Deboc? doce priùs, Naturæ hoc meæ convenire, & ad eam esse. Alioqui unde fides tibi, dictuique sit? auctorem desidero. Sicut drachmam argenti aurive siquis profert, boni quidem, sed quæ imaginem aut signum Principis non præfert, recusare eam jus & mos est: sic bonum etiam monitum suspectum habere, ut monetam, quod Principis alicujus Decreti signo se non probat. Addo, quòd vis magna, etsi occulta, est in Decretis, sed quæ paullatim se exserit, ubi cultorem est nacta. Uti semen, quamvis exiguum, in bonam terram jactum, diffunditur & se explicat, & multiplicem fructum profert: sic in bono ingenio Decretum. Denique Præcepta viam & ortum his debent. *Hoc interest,* ait Seneca, *inter Decreta Philosophiæ & Præcepta, quod inter elementa & membra. Hæc ex illis dependent; illa & horum causæ sunt & omnium.* Ep xcv. Ergo hujus partis dignitatem fructumque tenes cape & alterius. Absit enim ut hæc spernamus, etsi dignitate

Digitized by Google

gnitate postponimus: imò quidam, usum solùm intuiti, ante ea censebant. Sanè *antiqua Sapientia nihil aliud, quàm facienda & vitanda præcepit: & tunc longè meliores erant viri.* Nimirum, ut plena sit Doctrina, jungenda sunt utraque: & sicut ipsa Contemplatio atque Actio, individuo contubernio sociandа. *Et discas oportet, & quæ didicisti agendo confirmes:* quorum illi Decreta, huic Præcepta conducunt. *Nam quamvis argumentis collectum sit, quæ Bona, quæ Mala sint: nihilominùs habent Præcepta partes suas: & Prudentia, Justitia, Officiis constant: Officia autem Præceptis disponuntur.* Quod si imbecilla, id est Proficientia adhuc ingenia consideres: nescio an non major & præsentior erit usus Præceptorum. Nam à subtilibus illis, aut altiùs petitis abhorrent: proximè alludentia admittunt. Jam quædam, etiam sine probatione, illabuntur animis: dici & suggeri ea satis est, Naturâ ipsâ audientis inclinante. *Omnium enim honestarum rerum semina animi gerunt, quæ Admonitione excitantur: non aliter quàm scintilla, flatu levi adjuta, ignem suum explicat.* Ecce, cùm audio, *Tempori parce, Te nosce, Abstine & contine*: numquid rationem aut Decretum aliud requiram? minimè. Nam hæc talia *cum ictu quodam audimus, nec ulli licet dubitare aut interrogare, Quare? adeo etiam sine ratione ipsa veritas ducit.* Sicut scaturigines aquarum in agro aut horto meo si habeam, utor & irrigo, nec primos ultrà fontes inquiro: ita hîc licere aliquis dicat. Tamen tutiùs meliusque, ut dixi, jungere, re etiam & indole, si consideras, conjuncta. *Quid enim interest inter Decreta Philosophiæ, & Præcepta, nisi quod illa generalia præcepta sunt, hæc specialia?* sed tamen utraque res præcipit, atque adeò utraque etiam juvat: sed occultiùs illa, apertiùs ista. Sicut manuum, pedum, & membrorum usus in aperto est, & sensibus incurrit: in abdito cor & spiritus illi sunt, qui motum & impetum hunc donant: sic de Præceptis dicere possis, palàm juvare, latenter Decreta. Ego verò & aliâ similitudine rem ingeram, & simul Ordinem dicendorum. Sicut in arbore Radicem habes, ex eâ Truncum, ex his Ramos, deinde ramulos aut Flagella: sic in Philosophia scito, primum aliquod Decretum instar Radicis habere, proximum ut Truncum, minora ut Ramos; denique copiam illam Præceptorum succedere & ex iis surgere, verè Flagella ad animos erigendos & incitandos.

Ibid.

Ibid.

Ep. XCIV.

Ibid.

Ibid.

Ibid.

DIS-

Digitized by Google

DISSERT. XIII.

De Fine, sive Ultimo Bonorum: & quis ille sit?

ORDIAMUR igitur ab ipsa Radice, id est *Fine*: : à quo pendent omnia, ad quem referuntur omnia: & qui velut parens & rector quidam est Decretorum. *Finem* Græci τέλος dicunt, paullò aliter in Philosophiâ, quam vulgò: ubi effectionem perfectionemque rei significat: ut in Homero, ac priscis. At primus Plato Philosophiæ adjunxit, & restrinxit: pro eo, quod in vita ultimum appetimus. Ideoque Cicero passim vertit & appellat, *Ultimum*, *Extremum*, *Summum*. Necessaria hæc cognitio: & Plato idem censuit, *inutilem omnem scientiam, imo noxiam, sine notitiâ Optimi finis.* In Thæet.

Quid Aristoteles? ejus scitum: Ἆρ' οὖν καὶ πρὸς τὸν βίον ἡμῖν οὕτως ἔχει τέλος μεγάλην ἐχὲ ἰσχὺν, καὶ καθάπερ τοξόταις σκόπου ὄντος, μᾶλλον ἂν τυγχάνοιμεν τοῦ δέοντος: *Enimvero ad vitam etiam utilis, & magnum momentum habet cognitio Finis. atque ut sagittarii, qui scopum habent, magis quod oportet assequamur.* 1. Ethic. Nicom. cap. 11.

At Cicero: *Quid est in vita tantopere quærendum, quàm quis sit Finis, quod extremum, quod ultimum, quò sint omnia bene vivendi rectèque faciendi consilia referenda?* 1. De Fin.

Seneca noster: *Proponamus oportet Finem summi boni, ad quem nitamur, ad quem omne Factum nostrum Dictumque respiciat, veluti navigantibus ad sidus aliquod dirigendus est cursus.* Epist. xcv.

Pulchrè atque alibi caussam hanc stultitiæ & malitiæ nostræ asserit, ignorare aut non assiduè eum meditari. Lucilio suo: *Quoties quid fugiendum sit, aut quid petendum, voles scire: ad Summum bonum, & propositum totius vitæ respice. Illi enim consentire debet, quidquid agimus, non disponet singula, nisi cui jam vitæ suæ Summa proposita est. Nemo, quamvis paratos habeat colores, similitudinem reddet, nisi jam constet, quid velit pingere. Ideo peccamus, quia de partibus vitæ omnes deliberamus, de totâ nemo. Scire debet quid petat ille, qui sagittam vult mittere: & tunc dirigere, & moderari manu telum.* Ep. Lxxi.

Clarè, acriter, & suo more: imagine etiam ultima, ad illam Aristotelis accedente. Sed hic igitur Finis talis, quid est? Definiunt Stoici: Οὗ ἕνεκα πάντα πράττει καθηκόντων, αὐτὸ δὲ οὐδενὸς ἕνεκα: *Cujus caussa omnia officia aut rectè facta fiunt, ipse autem nullius.* Stob. Ecl. Ethic.

Sive etiam: Ἐφ' ὃ πάντα τὰ κατὰ βίον πρακτέ-

Digitized by Google

πρωτίστως καθηκόντως ἀναφορὰν λαμβανόμενα ἀνήκειν δ' ἐπ' ἄλλο: *Ad quem omnia rectè convenienterque facta referuntur: ipse ad nullum.* Cicero hoc ab iis sumpsit, & convertit: *Extremum, omnium philosophorum sententiâ, tale esse debet, ut ad id omnia referri oporteat, ipsum autem nusquam.* Definitur & brevissime: Ἔσχατον ὁρικῶς: *Ultimum appetendorum.* Quæ mens est ejusdem Tullii, cùm *Fines bonorum* libris suis inscripsit: quia istud Bonum, reliquorum est extremum. Observa autem τὰ καθήκοντα sive *Officia*, his finitionibus inferi, valdè pro Stoico sensu: & miror virum doctissimum, qui Stobæum vertit, utrobique hoc verbi neglexisse. Nam eo significant, Finem suum ultimum esse, *Convenienter vivere Rationabili Naturæ.* Itaque Archedemus explicabat ὁμολογίαν Zenonis, (de qua statim) πάντα τὰ καθήκοντα ἐπιτελοῦντα ζῆν. *Omnia Officia perficientem vivere.* Nam *Officium* definiunt, *quod Ratione factum sit*: itemque, *Actionem*, *Naturalibus constitutionibus convenientem.* Agnoscis igitur in eo & *Rationem*, & *Naturam*: quæ utraque dux ad *Beatitudinem*, & *Felicitatem.* Ea enim consensu est Finium Finis, sive ut Aristoteles scite, Τέλειον Τέλος: *Perfectus Finis.* Τέλειον Τέλος, inquit, ἐστὶν, ὃ προαιρούμεθα πρὸς μηδενὸς ἕτερον πρᾶσδεόμενοι, Ἀτελὲς δὲ, ὃ προαιρούμεθα πρᾶσδεόμενοι καὶ ἕτερον, οἷον δικαιοσύνης μόνον προαιρούμενοι. πολλὰ πρᾶσδεόμεθα, τὴν δ' εὐδαιμονίαν εὐδενὸς ἕτερον: *Perfectus Finis est, quo potiti nihil petimus ultrà vel egemus: Imperfectus, qui cùm obvenit, etiam egemus. Veluti, Justitiam adepti, plura volumus: at Felicitatem jam nihil.* Itaque hæc est, quò vota nostra eunt, parentum ducunt; omnes homines, omnis sexus,

I. De Fin.

Magn. Ethic. I. c. II.

——— *navibus atque*

Horat.

Quadrigis petimus Benè vivere.

Sed discrimen hic tenue Stoici ingerunt; καὶ τὴν μὲν εὐδαιμονίαν λέγουσι σπουδαῖον σκοπεῖσθαι, τέλος δὲ εἶναι, τὸ τυγχάνειν τῆς εὐδαιμονίας: *& Felicitatem dicunt ut Scopum proponi; Finem verò esse, Felicitatem assequi.* Nec male, vere enim, ut in sagittando, Scopus ille omnibus proponitur: cùm tetigi, mihi applico, & Finem sum adeptus.

Stob. Ecl.

DIS-

Digitized by Google

DISSERT. XIV.

Eum esse, Secundum Naturam vivere: & varia super hoc interpretatio.

ALVD. Jam feriamus, obsecro, si potest: aut certè collineemus, & eò dirigamus. Explica, inquam, & præi, quâ viâ aut arte hunc Scopum tangam. LIPS. Breviter id potest, & consentiente pænè veterum sensu. Nam Plato, & omnis Academia illa vetus, *nulla in re alia, nisi in* NATURA, *quærendum esse illud Summum bonum, quo omnia referrentur, docebant* Idem Cynici, atq; alii plusculi, de quibus communiter Philo, ille Judæus: Τὸ μὲν ἀκολουθίᾳ φύσεως ζῆν, εὐδαιμονίας τέλος εἶναι οἱ ἀρχαῖοι: *Consequenter Naturæ vivere, Felicitatis finem dixerunt illi prisci.* Quid nostri Stoici? alta & crebra hoc voce. Ut Seneca: *Idem est Beatè vivere, & secundùm Naturam.* Item: *Propositum nostrum est, secundum Naturam vivere.* Itemque: *Quod inter* OMNES *Stoicos convenit, rerum Naturæ assentior. Ab illa non deerrare, & ad illius legem exemplumque formari, Sapientia est.* Tum definiendo adjungit: *Beata est ergo vita,* CONVENIENS NATVRÆ SVÆ. Quod ipsum est Stoicum scitum & dictum: Τέλος εἶναι, τὸ ὁμολογουμένως τῇ φύσει ζῆν: *Finem esse,* CONVENIENTER NATVRÆ VIVERE. Epictetus hoc non semel extulit: Συμφώνως τῇ φύσει ζῆν: *Conformiter, sive Concorditer Naturæ vivere.* Vis & poëtam audire, pro hoc sensu & verbis? Horatius:

Vivere NATVRÆ *si* CONVENIENTER *oportet.*

Sed & alius succinit:

——hæc duri immota Catonis
Secta fuit, servare modum, FINEMQVE *tenere,*
NATVRAMQVE SEQVI.

Cic. de Academ.

Libro περὶ φύσεως.

De Vit. Beat. c. VIII. Ep. V De Vit. Beat. c. I. I.

Lucan. I.

Plures testes se offerunt: dimitto. satis isti evincunt: utinam & liquidò satis declarent. Quid enim est *Convenienter Naturæ vivere?* Hìc dissidium & pugna. atque adeò ut decantata illa καλάληψις velut pomum aliquod Eridis, in medium à Zenone jacta, Arcesilam alienavit, & Academicos armavit: ita hæc Finis constitutio & explicatio, acre Stoicis bellum in Peripateticos, Epicuréos, alios, excitavit. Quid facimus? industriè simul & cautè inquiramus, & an non Senecâ nostro duce? qui communiter caussam aberrantium à vero aperit: & tu hoc primum audi. *Quid est,* inquit,

* *Comprehensio.*

Digitized by Google

in quo hic erratur? Cum omnes Beatam vitâ optent quod instrumentea ejus pro ipsa habent, & dum illâ petunt, fugiunt. Nam cũ summa beatæ vitæ sit solida tranquillitas, & ejus inconcussa fiducia: solicitudinis caussas colligunt, & per insidiosum iter vitæ non tantũ ferunt sarcinas, sed trahunt. Ita longius ab effectu ejus, quod petunt, semper abscedunt, & quo plus operæ impẽdunt, hoc se magis impediunt. Quod evenit in labyrintho properantibus, ipsa illos velocitas implicat. Divinantia, imò divina verba. Quid aliud olim & nunc plerosque à recto Fine vel intellegendo, vel apprehendendo, abstrerruit; quàm vilium & inæstimabilium aliquot rerum æstimatio & amor? Ita Voluptatem alius, Indolentiam, Opes, Valetudinem, externa omnia, aut facere aut juvare Felicitatem voluerunt: & hæc esse inter CONVENIENTIA NATVRÆ. De aliis loquor? inter ipsos Stoicos controversæ mentis hęc verba: & Epictetus ille fidus Veri interpres & assertor, hoc inter ardua maximè habet. *Τί οὖν θαυμαστόν ἐστιν*; inquit, *τοῦτο τὸ βούλημα τῆς φύσεως: Quid admirabile igitur?* (non *Chrysippum intelligere aut Zenona*) *sed istud, Nosse voluntatem Naturæ.* Videamus, sive audiamus, si placet, primùm consulares aliquot velut Senatores: & quidem sententias suas recitantes ex tabella. In Stobæi Eclogis, ita censent: *Τὸ τέλος μὲν Ζήνων ἔφησε τὸ ὁμολογουμένως ζῆν. τοῦτο δ' ἐστὶ καθ' ἓνα λόγον καὶ σύμφωνον ζῆν, ὡς τῶν μεγίστων* *ζώων κοινοῦσθαι μετοικειούντων. Οἱ δὲ μετὰ τοῦτον ὡς τὰ μάλιστα βροτῶν ἔφασαν: ὁμολογουμένως τῇ φύσει ζῆν. τοῦτο μὲν οὖν Κλεάνθης ἀπὸ τοῦ Ζήνωνος μᾶλλον ἐξέκλινε τὸ ὡς ἂν ἕν τι τῶν ἀρίστων ὑποτίθεσθαι, τῇ φύσει. ὅθεν ὁ Χρύσιππος σαφέστερον βούλεσθαι ποιῆσαι, ἐξηγούμενος τὸν τρόπον τοῦτον, Ζῆν κατ' ἐμπειρίαν τῶν φύσει συμβαινόντων. Διογένης δὲ εὐλογιστίαν τὴν τῶν κατὰ φύσιν ἐκλογήν, καὶ ἀπολογήν. Ἀρχέδημος δὲ πάντα καθήκοντα* *ἐπιμελῶς *ζῆν: Finem Zeno ita edidit, Convenienter vivere, quod est, secundum unam rationem & concordem sibi vivere: quasi animalia variantia aut pugnantia infeliciter agãt. At qui post secuti, expresse & distincte magis extulerunt. Convenienter naturæ vivere: cum censerent minus, quàm pro re, Zenonium illud dictum esse. Sanè Cleanthes primus, cum ejus sectam locumque susceptisset, adjecit, Naturæ. Chrysippus deinde hocipsum clarius volens reddere, ita extulit: Vivere secundum peritiam eorum, quæ Naturâ eveniunt. Diogenes porrò, rectam rationem ac judicium in eorum, quæ secundum Naturam sunt, electione aut rejectione. Archedemus denique, Vivere omnia officia curantem.* Hæc ibi. In Clemente Alexandrino &

Ep. XLIV.

I. Dissert. XVIII.

* Forte. ζωων.

* Ex Diog. ἐπιμελ.

eadem, & curdam alia, aut aliter: quæ juvet excerpere, & componere ad mutuam lucem. Ζήνων ὁ Στωϊκὸς τέλος ἀγαθὸν, τὸ κατ' ὁμολογουμένως τῇ φύσει ζῆν. Κλεάνθης δὲ, τὸ ὁμολογουμένως τῇ φύσει ζῆν, ὡς τῆς ἰδίας ἑκάστου φύσεως συμβαινόντων ζῆν· ὁ γὰρ τῇ ὅλῃ φύσει συνεπόμενος ἐστὶν εὐδαιμονεῖν· ὅπερ ἐστὶ καὶ πᾶσι τοῖς σπουδαίοις συμβαίνειν. Ποσειδώνιος δὲ τὸ τέλος ἐτίθετο τὸ θεωρητικόν τινα τάττειν τὸν βίον. 11. Strom.

& quædam leviora, aut longinquiora. Illa sonant: *Zeno Stoicus Finem censet, Secundùm virtutem vivere. Cleanthes, Convenienter Naturæ vivere, in recta ratione ac ratiocinatione. quod in electione eorum, quæ secundum Naturam sunt, positum arbitratur. Antipater, ejus auditor, in iis quæ sunt secundum Naturam assidue, & sine lapsu eligendis, abjiciendis autem contrarius. Archedemus, eligentem vivere ea quæ secundum Naturam sunt maxima & præcipua, nec posse ea transilire. Panætius, vivere secundùm appetitiones insitas à Naturâ. Posidonius, vivere contemplantem Universorum veritatem & ordinem.* In quibus dissensum alibi per te notes ab illis Stobæi, magis tamen certò & fideliter (meo judicio) exscriptis. Laertius quidem propiùs istum accedit. cujus habe item verba. Nam in re istâ capitali, cur judicia verbatim non conquiram, & consignem? Ille sic igitur: Πρῶτος Ζήνων τέλος εἶπε, τὸ ὁμολογουμένως τῇ φύσει ζῆν, ὅπερ ἐστὶ κατ' ἀρετὴν ζῆν· ὁμοίως δὲ καὶ Κλεάνθης, καὶ Ποσειδώνιος καὶ Ἑκάτων. Πάλιν δὲ, ἴσον ἐστὶ τὸ κατ' ἀρετὴν ζῆν τῷ κατ' ἐμπειρίαν τῆς φύσει συμβαινόντων ζῆν, ὥς φησι Χρύσιππος. Ὁ δὲ Διογένης τέλος φησὶ τὸ εὐλογιστεῖν τὸ ἐν τῇ τῆς φύσεως ἐκλογῇ. Ἀρχέδημος δὲ τὸ πάντα τὰ καθήκοντα ἐπιτελοῦντα ζῆν: In Zen.

Primus Zeno Finem dixit. Convenienter Naturæ vivere, quod est, Secundum virtutem vivere. Similiter Cleanthes, Posidonius, Hecato. Iterumque, simile est & consonat, Secundum virtutem vivere, illi secundum peritiam Naturæ eventientium vivere; ut ait Chrysippus. Diogenes autem, Finem ait esse plane, recte ratiocinari & dirigere in electione eorum quæ Naturæ consentiunt. Archedemus omnia officia implentem vivere. Hæc si cum Stobæanis confers, illustres illa & approbes: etsi in aliquo etiam dissensu.

DIS-

Digitized by Google

DISSERT. XV.

Prima Zenonis sententia explicata, de Convenientia vitæ.

SED quid te moror? sententias vides, elige: mihi satis, viam signasse his velut astris. AUD Satis? * μηδαμῶς μηδαμῶς, ut hoc cum Platone efferam. Nam ego per me qui eligam, aut viam inistam, in qua variasse & vacillasse culmina illa video? Tuam facem spectо, & MANVDVCTIONEM exspectо: quia mihi hic (ingenuè fateor) tenebræ & chaos. LIPS. Allucebo & dirigam igitur, ut copia ingenii aut judicii mei erit. *Stobæana* illa si ordine videmus & illustramus; credo haud magno opere desideratum aliquid iri. Nam alia etiam huc aptabimus, & ducemus. Ajebat apud eum, quicumque scriptor: *Finem Zenonis esse, ὁμολογουμένως ζῆν: convenienter vivere*, quod alibi idem brevius etiam dixit, τὸ ὁμολογουμένως *Convenientiam* ipsam. De *Natura*, negat fortiter addidisse: & mihi persuadet, etsi communis traditio repugnat. Sanè Cicero pro eo est, apud quem Stoicus Cato: *Summum hominis bonum positum est in eo, quod ὁμολογίαν Stoici, nos appellemus Convenientiam, si placet.* III. De Finib. Nudè & solitariè hoc effert: etsi alibi aliter, sed hic profectò veriùs fideliusque. Quid igitur est hæc ὁμολογία? Non aliud, quàm per Virtutem conveniens consentiensque sibi vita, eadem semper in sensu, & (nisi impeditur) actu. Seneca: *Virtus* CONVENIENTIA *constat. Omnia* Ep. LXIV. *opera ejus, cum ipsa concordant & congruunt.* Iterumque: *Accedat, ut perfecta virtus sit, æqualitas, ac tenor vitæ per omnia* CONSONANS *sibi: quod non potest fieri, nisi rerum scientia contingat, & ars, per quam divina & humana noscantur.* Hoc Sapientis proprium, hoc Felicitatis fundamentum & argumentum. Seneca: *Licet relinquam* Ep. XX. *definitiones Sapientiæ veteres, hac possum contentus esse. Quid est Sapientia? Semper idem velle, atque idem nolle.* Quid si autem prava aut falsa velim? respondet: *Licet* Ep. XXXI. *exceptiuncula illam non adjiciam, ut Rectum sit, quod velis. Non potest cuiquam semper idem placere, nisi Rectum.* Atque iterat hoc alibi: *Non contingit tranquillitas, nisi* Ep. XCV. *immutabile certumque judicium adeptis: ceteri, decidunt subinde, & reponuntur, & inter omissa appetitaque alternis fluctuantur. Si vis eadem semper velle, Vera oportet velis.* Itaque Sapiens ad unam aliquam, regulam se componit. Sen. *& sine actionū dissensione, vita ejus unius quasi coloris est.* Ep. XX.

* *Neutiquam, nequaquam.*

Digitized by Google

Hoc planissime, ille apud Stobæum, ita interpretatus est: dum vult esse, κατ' ἕνα λόγον καὶ σύμφωνον ζῆν: *ad unam rationem & consentientem vivere*: additque *infelices illos, qui dissident sibi & pugnant*. Et bona fide, non potest certior nota utriusque. *Nisi Sapienti sua non placent: omnis Stultitia laborat fastidio sui.* Itaque vide mihi illum compositum semper & placidum, cum pace & concordia animi, erectum sed modestum, & cum mansuetudine magnum. Hunc autem, quid? *Cottidie nova vitæ fundamenta ponentem, & novas spes etiam in exitu incohantem.* Nam ubi firmitas ista, & rectitudo judicii, substrata non est: quid mirum inædificata vacillare, aut ruere? *Inter cetera mala hoc habet Stultitia, semper incipit vivere.*

1b. Ep. 12.

Epist. XIII

Ibid.

Epist. XX. Atque ut idem noster ait: *Stultis numquam velle aut nolle decretum est. Variatur cottidie judicium, & in contrarium vertitur. Itaque plerisq; agitur vita* PER LUSUM. Socrati, opinor, hoc tribuitur: Ὁ μὲν Πολλὰς τῇ μορφῇ, ὁ δὲ ἀνδρειότερος τῇ ψυχῇ πανταχοῦ ἐκέκτητο ἀρετάς): *Proteus quidē formā, indoctus autem* (id est stultus) *animum ad singula mutat.* Et Seneca ajebat, *Vitā per lusum plerisq; agi*: nónne tales isti sunt? *Quidā alternis* (ait idem) *Vatinii, alternis Catones sunt, & modò parùm illis severus est Cursus, parū pauper Fabricius, parū frugi & contentus vili Tubero. Modo Licinii divitius, Apicium cænis, Mæcenatē deliciis provocant. Maximum indicium est* MALÆ MENTIS FLUCTUATIO, *& inter simulationem virtutum amoremq; vitiorum, assidua jactatio.* Quid, quod nec corpore consistunt?

Stob. Ser. IV.

Epist. CXX.

Luca. III. *Tanta mali tamquam moles in pectore constat.*

Itaque plerosque istorum videas,

Quid sibi quisque velit, nescire & quærere semper:
Commutare locum, quasi onus deponere possit.

Nimirum interna ratio & motio est: domi & in animo nihil inveniunt, quod placeat, atque ideò

Hoc se quisque modo fugit. at quod scilicet, ut fit,
Effugere haud potis est, ingratis hæret, & angit.

Atque hæc satis pro Zenonia sententiâ, si tamen firmiter est illa. Utrumque, utilis hæc explicatio: quam monitione consigno. *Profice, & ante omnia hoc cura, ut* CONSTES TIBI. *Quoties experiri voles, an aliquid actum sit, observa an eadē velis hodie quæ heri. Mutatio voluntatis indicat animū natare aliubi atque aliubi apparēre, prout tulit ventus. Non vagatur, quod est fixum & fundatum.*

Sen. epist. XXXV.

Epist. CXX Denique, ut idem alibi: *Magnam rem puta,* UNUM HOMINEM *agere.* Quò Divus Ambrosius noster respexisse videtur, & valdè approbasse: *Vetus dictum est, Adsuescet* VNVS *esse, ut vita tua quamdam picturam exprimat eamdem servans semper imaginem, quam acceperit.* DIS-

Lib. x. ep. LXXII.

Digitized by Google

DISSERT. XVI.

Altera Cleanthis sententia item explicata, de Convenientia cum Naturâ Communi.

SED jam in Stobæanis altera sententia propalatur, magno & verendo auctore, Cleanthe. Is censebat, manca & parum plena ista Zenonis, addendumque *Naturæ*: ut sit, *Convenienter Naturæ vivere*. Egregia & digna illo sententia: quæ usqueeò obtinuit, ut communis censeatur Stoicorum. Et quidni firmum sit hoc scitum? *Natura duce*, ait Cicero, *errari nullo pacto potest*. Et hortatur alibi: *Naturam, optimam ducem, tamquam Deum sequi, eique parêre*. Ais tu, *tamquam Deum*? imò planè ipsum Deum. Nam hæc mens in Cleanthis, opinor, illis verbis: & videamus. In Laertio lego: φύσει δὲ Χρύσιππος μὲν ἐξακριβῶν, ἢ ἀκολούθως δεῖ ζῆν τῷ τε καθόλου καὶ ἰδίως τῷ ἀνθρωπίνῳ, ὁ δὲ Κλεάνθης τῷ καθόλου μόνον. οὐδὲν γὰρ φύσει ἀκολουθεῖν δεῖν, κακίᾳ δὲ τῷ ἐπὶ μέρους: *Naturâ, cui conformiter oportet vivere, Chrysippus exaudit, & Communem, & propriè Humanam. Cleanthes autem, solam Communem suscipit, cui parendum sit, non autem hanc Particularem.* Vides alterum de utraque Naturâ capere, hunc de illâ tantùm. Nec aliter profectò Cleanthes sensit, vir (quod ex Fragmentis adstruo) pius, & debitus unicè in divinis. Quid igitur est illa *Communis Natura*? Deus. Hoc * alibi docendum uberiùs, hîc ponimus, & assertores tamen etiam damus. Seneca in verbis suprà, ubi de Fine: *Rerum Naturæ adsentior*. Rerum natura, non est alia ab hac Communi, sive Deo. Clemens Alexandrinus: Οἱ Στωϊκοὶ τὸ ἀκολούθως τῇ φύσει ζῆν, τέλος εἶναι ἐδογμάτισαν, τοῦτο δὲ ἐστὶ μετὰ ἀρετῆς βιοῦν, ἐκλεκτέας οὔσης: *Stoici secundùm Naturam vivere Finem esse decreverunt*, DEI NOMEN IN NATURÆ *decore commutantes*. Quid vis planius? sed & Epictetum audi: Καίτοι αὐτὸς μὲν ὁ τῶν ἀγωγίμων λόγος πολὺ φιλοσόφων, λιαν ἐστὶν ὀλίγος. Τί δὲ ἐγὼ μακρὸν εἶπον, ὅτι τέλος ἐστὶ τὸ ἕπεσθαι θεοῖς: *Atquin ipse præcipuus philosophorum & velut antesignanus sermo, brevis admodum est. Quid enim longum dicere, Finis est*, SEQUI DEUM? Sanè brevis sermo, & verè magni compendii, id est fructus. Dic autem ô bone, quid est Sequi Deum? Τῷ αὐτοῦ γνώμην ὑποτάσσειν τῇ διοικούσῃ τὰ ὅλα, καθάπερ οἱ ἀγαθοὶ πολῖται τῷ νόμῳ τῆς πόλεως: *Mentem suam submittere gubernanti omnia Menti, sicut boni cives Legi civitatis*. Optimè de *Lege*. quid enim aliud *Communis*

1. De Leg. De Senec.

* In 1. Phys. Dissert. v.

11. Strom.

1. Diss. xx.

1. Dissert. cap. xii.

Digitized by Google

illa *Natura* est, quàm universa quædam Lex & Ratio, toti mundo, & partibus ejus inserta? Chrysippus apud
In Sen. Laërtium sic explicat. *Naturam*, inquit, *sequi oportet*, ἀδύνατον εἰσηγεῖσθαι τινὰ, ἣν οὐ παραβαίνει οὐδὲν ὁ νόμος ὁ κοινὸς, ὅστις ἐστὶν ὁ ὀρθὸς λόγος διὰ παντὸς ἐφικνούμενος, ὁ αὐτὸς ὢν τῷ Διΐ καθηγεμόνι τῆς τῶν ὄντων διοικήσεως ὅλης: *nihil eorum faciendo, quæ vetat atque abdicat Communi illa lex, id est Recta Ratio per omnia permeans: quæ ipsa est in Jove hoc, principe & rectore omnium quæ sunt* Itaque ipsa illa Divina Ratio,
In Phyſt Diſſert. VII. De mundi opific. Mundi ἡγεμονικὸν (de quo *alibi) est cui subjici monemur: etiam à Philone. *Principium librorum Moysis*, inquit, *mirabile, quod mundi opificium habet*: ὡς ὁ κόσμος τῷ νόμῳ, καὶ ὁ νόμος τῷ κόσμῳ συμφωνεῖ· καὶ ὁ νομίμως ἀνὴρ καὶ πολίτης ἔσται κοσμοπολίτης, τῆς τοῦ βίου πρᾶξεις ἀνακυλινδούσης πρὸς τὸ βούλημα τῆς φύσεως ἧς πράξεως ἀπολαύων: *tam quam Mundus Legi, & Lex Mundo consonet ac consentiat: itemque vir legis observans, quam primum mundanus civis est, ad Naturæ voluntatem arbitriumque actiones suas dirigat: per quam Naturam universus hic Mundus gubernatur.* Pulchrè profectò, & accommodatè. Moyses, inquit, ille magnus & divinus legislator, à Mundi conditione orditur. quid ita? ut ostendat Legem, quam laturus est, à Mundo pendêre: & virum bonum ac legitimum, veluti civem, huic Mundanæ legi debere parêre: id est Naturæ, omnia gubernanti. Sed & altera hìc sententia: Deum sequi, id est per Virtutem (quà homini datum) assimilare & imitari. Sed de hac Sequelâ mox pluribus dicam: nunc in istâ Obedientiâ & voluntatis submissione
Ep. CVII. De Vit. Beat. c. XV maneamus, quam Seneca quoties ingerit? *Hic est magnus animus*, inquit, *qui se* DEO TRADIDIT. Alibi: *Sapiens quidquid evenerit, sciet* LEGEM ESSE NATURÆ, *habebit in animo illud vetus præceptum*, DEUM SEQUI. Iterumque:
Ibid. *Quidquid ex Universi* (id est Naturæ) *constitutione patiendum est, magno excipiatur animo. Ad hoc sacramentum adacti sumus, ferre mortalia: nec perturbari his quæ vitare nostræ potestatis non est. In regno nati sumus,* DEO PARERE *Libertas est.* Quid autem Epictetus? caput hoc Sapientiæ habet, nec est frequentior in alia monitione. In ipso
Cap. XCI. VIII. Enchiridio, id est Breviario & alveario virtutum: Δεῖ σαυτὸν οὕτω διακεῖσθαι, τὸ πλῆθος τῶν ἄλλων, καὶ ἄκεκτον πᾶσι τοῖς γινομένοις, καὶ ἀκωλύτῳ ἔχειν, ὡς ὑπὸ τὰ ὄμματα γινόμενος ἐπιπλυμένους: *Oportet seipsum ita conformare, ut* DIS PAREAMUS, *& acquiescamus in omnibus quæ eveniunt, &* VOLENTES SEQUI, *ut quæ ab optimâ mente fiant & prosciscantur* Et exclamat alibi: Α'ὶ μῶλοι, φίλοι τὸ γινόμενον, περίπλεον ἦδ' ἡγεμὼν ἢ ὁ Διὸς βουλή, ἣν ἐγώ, σοφιστὴς μὰ
Lib. III. Diſſ. VII.

Digitized by Google

καὶ ἀκίνητος· εἰκάτω, σωθήσομαι, ὁρμήσω, ἀπλῶς σωθήσομαι: *Semper magis volo, id quod evenit. Melius enim arbitror quod Deus vult, quàm quod ego. Adjungar & adhærebo illi, velut minister & assecla: cum illo appeto, cum illo desidero, & simpliciter atque uno verbo,* QVOD DEVS VULT VOLO. O in cælo nata, atque illinc profecta verba! ò ego tecum Epictete sic afficiar! ausim ad Deum sublatis oculis dicere? Ὀπῆ χρῶ μοι λοιπὸν, εἰς ὁ ἂν θέλῃς, ὁμογνωμονῶν σοι, ἵσος· εἰμί. πᾶσιν ἀφορμητέον τῶν σοι δοκούντων, ὅπου θέλεις, ἄγε, ἵνα θέλῃς ἐκεῖσε πορεύσῃς. Ἄρχειν μοι δίδου, μὴ ἐνδοιάσειν, μὴ φροντίσειν, πείσεσθαι, πλανεῖσθαι; ἐγώ σοι ὑπὲρ ἁπάντων τούτων, ὡς τοὺς ἀρίστους λογισόμεθα: *Utere me in reliquum, ubi lubet, & ut lubet. mente tecum consentio, æquanimus sum, nihil recuso omnium, quæ tibi videbuntur. Quocumque me voles, ducito; quam vestem lubet, circumdato. Magistratum me gerere vis? privatum esse? manere, fugere, in pauperie, in opibus agere? Ego non assentior tantùm, sed in his omnibus apud alios te defendam & tuebor.* Divine senecio! iterùm exclamo: nec ego sine motu animi hæc tam perfectæ Sapientiæ lego. Sed in Cleanthe, à quo cœpit hic sermo, desinat. Ejus versus, in eodem Epicteto, huic sententiæ:

Idem. II. Diss. XVI.

Ἄγου δέ μ', ὦ Ζεῦ, καὶ σὺ γ' ἡ πεπρωμένη,
Ὅποι ποθ' ὑμῖν εἰμὶ διατεταγμένος.
Ὡς ἑψόμαι γ' ἄοκνος. ἢν δὲ μὴ θέλω,
Κακὸς γενόμενος οὐδὲν ἧσσον ἕψομαι.

Enchir. c. LXXVII. sed confusè ibi legendi.

Quos Seneca noster ita vertit:

Duc me parens, celsique dominator poli,
Quocumque libuit. nulla parendi est mora.
Adsum impiger, fac nolle, comitabor gemens,
Malusque patiar, quod pati licuit bono.

Atque addit: *sic vivamus, sic loquamur.* Faciamus, mi Auditor, & ad sequentes interpretationes jam eamus.

DISSERT. XVII.

Tertia sententia Chrysippi, de Naturâ Propriâ, id est Ratione.

AUD. An non verè sequentes, id est sequiores illæ erunt? Nam hæc mihi primaria: perplacet, nec mutabo. LIPS. Neque opus, aliter potiùs, quàm aliud dicent: tamen audi, quæ delectet etiam aut juvet audisse. Chrysippi mens erat, πρῶτα οἰκεῖα φύσει Humanam Naturam, capiendam etiam esse. Credo & Tullii, in his verbis: *Sic est faciendum, ut contra* VNIVERSAM *Naturā nihil contendamus, & eā tamen conservatā,* PRO-

I. Of.

Digitized by Google

PRIAM *sequamur*. Quæ ea est? in nobis *Ratio*. *Quid autem est Ratio?* (ait Seneca) NATVRÆ *imitatio*. *Quid est Summum Bonum? Ex Naturæ voluntate se gerere*. Iterùm alibi: *Quid Ratio hæc exigit? rem facillimam, Secundùm naturam* SVAM *vivere*. Vides omnia consentire bellè, & velut concinere? Communis Ratio, Natura est, ut diximus: ejus pars hæc nostra, & in parvo isto mundo inclusa. Chrysippus ipse: Μέρη γὰρ ἐσμὲν αἱ ἡμέτεραι φύσεις τῆς ὅλης: *Partes enim sumus nostræ Naturæ, illius Communis & Universæ*. Noster Seneca: *Omne hoc quod vides, unum est*: MEMBRA *sumus corporis magni*. Quæ talia (nam sæpè occurrunt) eò spectant, quòd pars illa *Divini spiritus in hoc corpore sit, inclusa*: quam Rationem appellamus. Hic Stoicorum communis sensus est, * alibi ponendus & explicandus. Sed bonam nempe RECTAMQVE hanc Rationem intelligimus, Divinæ illi conformem, non erroribus aut opinionibus turbatam. Appellant nostri, *Perfectam, Absolutam, Consummatam*: quid ita? quia Doctrina nempe perficitur, & quod incohatum in ea à Naturæ notiis erat, consummatur. Suprà tetigi: & Senecam pro ista nunc re audi. *In homine optimum quid est?* RATIO. *hac antecedit animalia, Deos sequitur*. RATIO *ergo* PERFECTA, *proprium hominis* BONVM *est*. Et mox addit: *Ratio* RECTA *&* CONSVMMATA, FELICITATEM *hominis implevit*. Iterumque: *Cùm sola* RATIO PERFICIAT *hominem* (id est, perfectè bonum faciat) *sola* RATIO PERFECTA BEATVM *facit*. Ad ipsam germanissimam hæc omnia Chrysippi mentem. A qua nec longè abit, imò adsidet, quòd *Diogenes* (Babylonius, puto) Zenonis ὁμολογίαν *interpretabatur*, εὐλογιστίαν δὲ τὴν κατὰ φύσιν ἐκλογήν, καὶ ἀπαλογήν: *Rectam Ratiocinationem, in electione aut rejectione eorum quæ ex Natura*. Nam hæc Stobæus itemque Laërtius *Diogeni* apertè adscribunt: nec Clementi accesserim (in suprà verbis) qui *Cleanthem* facit hæc censentem. Malè, malè, imò non scripsit hoc Clemens, sanè doctus & accuratus, sed depravavit ætas aut exscriptor. Certò asseram, ex eo quod sequitur: *Antipater ejus discipulus*. Itáne ille *Cleanthis* fuit? imò *Diogenis*, ut in hesterno * Sermone ostendi. Itaque omnino de ipso *Diogene* hîc Clemens scripserat, concorditer cum jam dictis: sed deliquium & hiatus nunc est: notandus, ne notetur ille. Sed de hac εὐλογιστίᾳ, etiam Plutarchum accipe, contra Stoicos: *qui ajunt*, ut inquit, εἶναι μὲν ἀγαθὸν, διὰ λόγου ἐκλογὴν καὶ φύσιν: *Esse tiam Boni, electionem rationabilem, juxta Naturam*. De eadem Epictetum: Τί ἐστὶν ἀγαθὸν καὶ ἀνθρώπου;

Ep. LXVI.
Ep. XLI.
Lært. in Zenone.
Sen. alibi. * III. Physiol. Dissert. VIII.
Ep. LXXVI.
Ibid.
Lib. I. Manud. Dissert. X.
I. Dissert. cap. II.

Digitized by Google

οὐκ ἔχω σοι ἄλλο εἰπεῖν ἢ ὅτι ποία αἵρεσις τῶν φαινομένων : *est Bonum hominis? Non habeo aliud tibi dicere, quam talis electio Visorum.* Qualis? ex Ratione. Non enim quæcumque electio proba: & ut idem ait, ἄλλῳ δὲ ἄλλο προσπίπτει εὔλογον καὶ τὸ ἄλογον, καθάπερ καὶ ἀγαθὸν καὶ κακὸν ἄλλῳ ἄλλο, καὶ συμφέρον καὶ ἀσύμφορον : *Aliud alii incidit probabile aut Improbabile sicut & Bonū aut Malū, Utile, Inutile.* Ideoq; & ad discernendum μάλιστα παιδείας δεόμεθα, ὥστε μαθεῖν δ' ἐν- Ibid. λόγως καὶ ἀλόγως κρίνειν ἔοικεν ἐπὶ μέρους οὐσίας ἐφαρμόζειν, συμφώνως τῇ φύσει. *Doctrina maximè egemus, ut judicium habeamus de Probabili atq; Improbabili, atq; id rebus singulis accommodare possimus* CONVENIENTER NATVRÆ. Audin'? doctrina, id est Philosophia opus ad Rationem formandam, & ut Seneca loquebatur, PERFICIENDAM, quo fine? isto nostro, & ut CONSONET semper NATVRÆ. A- page enim hìc opiniones, atque *ipsum Bonum*, ait Cicero, *non est in Opinionibus, sed in Natura. Nam ni ita* I. De Le- *esset, Beati quoque Opinione essent: quo quid duci potest* gib. *stultius?* Verissimè. in Natura, inquam, illa duplici, Communi & Nostra. Est quidem vetus versus:

Non est beatus, esse qui se non putat: In Sen. Ep. 11.

atque etiam verus, fateor: quia Sapienti de sua beatitudine constat, nec scientiam solùm, sed fiduciam ejus habet: tamen & hic noster verus,

Non est statim beatus, esse qui putat.

Quid enim, ait Seneca, *si Beatum se dixerit ille turpiter* Ibid. *dives? ille multorum dominus, sed plurium servus? Beatus sua sententia fiet?* Minimè. *Non enim quid dicat, sed quid sentiat, refert: nec quid uno die sentiat, sed quid assiduè.* Memento super *Convenientiâ*, quæ primò diximus.

DISSERT. XVIII.

Quarta sententia, de vitâ ex Virtute: quæ prioribus consonat: atque omnes cum Veritate.

QUARTA etiam sententia sive interpretatio, *Secundùm Virtutem vivere.* Ea quoque verbis dissidet, re est ipsa cum priore. Nam ita Cicero explicat: *Stoicis* II. De *Finis est, Consentire Naturæ. quod esse volunt è* VIRTV- Finib. TE, *id est honestè vivere.* Quid igitur hoc est Cicero? perge: *Quod ita interpretantur, Vivere cum intelligentia earū rerum quæ Naturâ eveniunt; eligente ea, rejicienteq; contraria.* Nónne agnoscis Chrysippi verba? Ζῆν κατ' ἐμπειρίαν τῶν, φύσει συμβαινόντων. Sunt ipsa, quæ Cicero vertit: atque

Digitized by Google

una ibi consensum vide. *Intellegentia* ista sive *Peritia*, ex
v. De Fin. *Ratione* est: atque ea ad *Virtutem* ducit. Cicero iterùm: *In homine summa omnis Animi est, & in animo Rationis: ex qua Virtus est, quæ* RATIONIS ABSOLVTIO *definitur.* Imo non solùm ex Ratione Virtus, sed ipsa ea est. Sene-
Ep. lxxvi. ca: *Homini Summum bonum, Ratio est: hanc si perfecit, laudabilis est, & finem Naturæ suæ attigit. Hæc* RATIO PERFECTA, VIRTVS *vocatur.* Philo Judæus pulchrè:
Περὶ ἀναιτίας. Τοῦτο δή ἐστι τοῖς ἄριστα φιλοσοφήσασι, θεσπέσιον τέλος, τὸ ἀκολούθως τῇ φύσει ζῆν. γίνεται δ', ὅταν ὁ νοῦς εἰς τὸν ἅπαντα τοῦ θεοῦ λόγον βαλὼν, καθ' ἕκαστον ἐξάπτηται ἀρετῆς ἰλαθεὶς, καὶ ἐν ἑκάστῃ λόγῳ βαλὼν, καὶ ἕπεται θεῷ: *Hoc illud est apud eos, qui optimè philosophati sunt* (nota obiter elogium super Stoicis) *decantatum Ultimum bonorum,* CONSENTIENTER NATVRÆ *vivere. Quod fit, cùm Animus semitam* VIRTVTIS *ingrediens, per vestigia ductumq; RECTÆ RATIONIS ambulat, id est,* SEQVITVR DEVM. Quid uberior sermo meus clarius aptiusque toti rei dixerit? Virtus Rationem sequitur, hæc Naturam, ista Deum. Etiam aliquid ambigis? AVD. Ut liberè dicam, super *Convenienția* hac *Naturæ*. Nam quomodo ex eâ Virtus, quæ ad Vitia palàm ducit? & cottidie nobis, qui ad illam adnitimur, cum istâ est pugna. LIPS. E prioribus hæc cepisse debebas, & de quâ *Naturâ* sermo, tamen
v. De Fin. aperiam clariùs, & lumen inferam latenti in nobis Naturæ. Neque enim omnino malè Cicero: *Mirabiliter occulta est Natura, neq; perspici, aut cognosci, statim patet.* Scito igitur: Virtutem non esse quidem in illis primis
Cic. 1. De Leg. Naturæ conciliationibus, sed tamen ex illis: *& esse in animis quasi Virtutum igniculos & semina, quæ adolescere si liceret, nec à pravis opinionibus, ceu spinis succrescentibus, suffocarentur, ipsa nos ad Beatam vitam perducerent.* Reverà enim sicut membra nobis data ad talem, & talem, decentem motum vel usum: sic *Appeti-*
III. De Finib. *tio animi, quæ Græcè ὁρμὴ dicitur, non ad quodvis genus vitæ, sed ad quamdam formam videtur data: itemq; Ratio, & Perfecta Ratio.* Ex iis dico seminibus, in animo & Ratione sparsis, Doctrinâ collectis, vitæ illud genus exsurgit, *non quodlibet, sed quod* CONVENIENS *consentaneumq; dicimus*: id est, ex Virtute. Imò verò idem scriptor audaciùs, & planè pro Stoicis: *Non esse quemquam*
I. De Leg. *gentis ullius, qui ducem Naturam nactus, ad Virtutem non possit pervenire.* Ita noster Seneca proclamat: *Virtus*
Epist. 2. *secundùm Naturam est, Vitia inimica & infesta sunt.* Iterumque: *Nulli nos vitio Natura conciliat, nos illa integros liberosque genuit.* Quod tamen modificandum est, de prima illa & in Ratione insita: quę vim suam nec in

malis

Digitized by Google

malis planè amisit. Argumentum? Ecce *adeo gratiosa est Virtus, ut insitum etiam malis sit, probare meliora.* Ideoque non difficillimus ad eam reditus: & *insanabilibus* (ait Seneca) *ægrotamus malis; ipsaq; nos* INRECTUM *genitos Natura si emendari velimus, juvat.* Hæc illi, hæc nostri Sophi nónne sonant? Hieronymum audi: *Homo Natura bonus, voluntate factus est malus.* Quod in primogenio illo obtinet, à quo vitam propagine duximus: sed quid? planè igitur ipse aut nos facti mali? Negat additque: *Est tamen in animis nostris* NATURALIS *quædam, ut ita dixerim,* SANCTITAS, *quæ velut in* ARCE *animi præsidens, exercet Boni Maliq; judicium.* Rationem eum dicere, palam est. de quâ & Augustinus: *Non est in homine penitus exstincta scintilla Rationis, in qua factus est ad imaginem Dei.* Ea præit, clamat, & velut tacita lex est Virtutis. Iterùm Hieronymus: *Hujus legis meminit Apostolus, quam omnibus hominibus insitam, velut in quibusdam* TABULIS CORDIS *scriptam esse testatur.* Sanè validam: adeò ut primi illi parentes, ea * sola, lege nondum scripta, sint servati. Idem: *Nec illud parvum argumentum est ad comprobandum* NATURÆ BONUM *quod primi illi homines, per tot annorum spatia, absque ulla admonitione Legis fuerunt, non quia Deo creaturæ suæ aliquando cura non fuerit, sed quia se talem sciebat fecisse Naturam, ut eis pro lege,* AD EXERCENDAM JUSTITIAM SUFFICERET. Similia alii Doctores nostri: qui consensu damnant Manichęorum vecordiam, duplicem Naturam statuentium, *Bonam Malamque*: illam *Spiritualem*, hanc *Carnalem.* Abite. nos iterùm cum Seneca: *Consummatur hominis Bonum, si id adimplevit, cui nascitur. Quid enim ab illo Ratio exigit? rem facillimam, Secundum Naturam* SUAM *vivere.* Nota *Suam*, id est Chrysippi *Propriam.* Quam tamen fatendum est, Dei quodam munere aut faventiâ, in aliis illustrem magis esse, aut certè se ostendere, nec tam densa velut caligine circumseptam: quibus Doctrina citiùs infunditur, Virtus adiscitur, cottidie notandum. Ideò Socrates olim *interrogatus, Qui Felices?* Respondit: Οἷς τὰ φέρτατα ἀγαθὰ, τὰ λοιπὰ ἀφθονία: *Quibus optima Præstans, & Ratio adest.* Omnino ita. nihil in vitâ, boni sine eâ bonâ: &

—— ut in fabrica, si parva est regula prima,
Omnia mendosè fieri, atque obstipa, necessum est.

Sen. De Benef. IV. cap XVII II. De Ir. cap. X II.

Ad Demetriad. De Virginib.

XXII. De Civit. c. XXIV.

Ubi suprà.

Gratiâ Dei non exclusâ. Ibid.

Ep. XLI.

Digitized by Google

DISSERT XIX.

Has sententias ad Dei sequelam ire, & ducere: atque illum esse primarium Finem.

JAM absolvimus de *Naturæ sequelâ*, id est Dei: & ô tu ille ipse Deus, quàm hæc inter se, & cum vero, consentiunt! Tu magnus, ille, Natura *Communis* es: parvus hic in nobis, *Propria*. AUD. Sicne hunc appellas? LIPS. Jam suprà tetigi: & Stoici ita passim. Seneca: *Animum bonum & rectum, quid hunc aliud voces,*

Ep. XXXI. *quàm* DEVM *in humano corpore hospitantem*? Iterumque: *Bonus vir sine* DEO *nemo est*: hoc interno. Pulchrè, in

Ep. XLI. Stoicis scitis, Laërtius: Εὐδαιμονία δὲ ἐστὶ τοῦτο τὸν ἔχειν δαίμονα ἐν ἑαυτῷ, ὅταν πάντα γίνηται κατὰ τὴν συμφωνίαν παρ' ἑκάστου δαίμονος, πρὸς τὸν τοῦ ὅλου διοικητοῦ βούλησιν: *Esse hoc ipsum Beati*

In Zenon. *hominis Virtutem, cùm omnia fiunt conformiter consentienterq;* DEMONI *sive Genio, qui singulis adest, atq; id ex arbitrio & voluntate* SVPREMI *gubernatoris*. Pone mihi aliquem Sacrorum nostrorum præsidem: quid in hac re verius altiusque dicet? Atque hoc etiam ante nostros

Clem. Alex. II. Strom. & Sextus Empir. adv. Math. Plato: qui aperit, quis item ille *Dæmon*. Definiebat enim Εὐδαιμονίαν, τὸ δαίμονα ἔχειν: *Felicitatem, Genium habere felicem*. Quem illum? Δαίμονα δὲ λέγειν, τὸ τῆς ψυχῆς ἡμῶν ἡγεμονικόν: *Genium autem dici, animæ nostræ* PRINCIPALE; id est Rationem. Nec alio sensu, opinor, ante eum (suave enim hæc ab antiquissimis petere) Democritus:

Apud Stob. Εὐδαιμονίη ψυχῆς οὐκ ἐν βουκολίαισιν εἶναι, οὐδ' ἐν χρυσῷ πολλῷ· ψυχὴ, οἰκητήριον δαίμονος: *Felicitas non in armentis, vel auro multo habitat. Anima est, domicilium* DÆMONIS. Vides igitur & hunc Deum dici: eumque cùm altero maximè, audiendum esse, ac sequendum. Quàm pium, quàm utile hoc dogma! quàm facit ad vitæ non sanitatem solùm, sed sanctitatem! Duplicem enim sensum habet hæc Affectatio: priorem, de Audientia, sive patientia, id est ut Dei Rationisque jussis ubique obtemperemus. Alterum, de Assimilatione, ut ejus per virtutem imitatores simus. Prior ille apertus est, & in prioribus satis adstructus: hic occultior, Clementem Alexandrinum habet adsertorem. Ille, ubi de hoc ipso Stoicorum Fine; dilaudat, & consonum divino dogmati ita facit: Φησὶ γὰρ ὁ νόμος, Ὀπίσω κυρίου τοῦ θεοῦ ὑμῶν πορεύεσθε, καὶ τὰς ἐντολὰς μου φυλάξητε. τῷ γὰρ Ἑπομένοντι ὁ νόμος Ἀγαθύνειν ὀνομάζει *Ait enim Lex, Post Dominum Deum vestrum ambulate, & mandata ejus servate.* ASSIMILATIONEM *utique* LEX ASSECTATIONEM *appellat.*

Digitized by Google

lat. Iterumq; *Aperte dicit Apostolus, Imitatores mei estote, sicut & ego Christi, ut illud efficiatur: Si vos mei, ego autem Christi, Christus verò Dei: DEO ergo* ASSIMILARI, *quoad potest,* FINIS *est Fidei.* Atque hic est ille decantatus Platonicorum Finis: quem doctor eorum & antistes (Plato) non uno loco ingerit, asseritque. Nam *Felicitatem* ὁμοίωσιν τῷ θεῷ definit: *Deo assimilationem*: & hanc ponit τὸ τῷ ὁσίῳ καὶ τῷ δικαίῳ, μετὰ φρονήσεως: quid nisi, in duplici Virtute primaria, *Pietate & Justitia*, quas *Prudentia* temperet & gubernet? Verba ipsa auro digna, viliore hoc liquore scribantur: Τὸν δὲ θνητὸν φύσιν, καὶ τόπον τὸν τόπον, τὸ κακὸν περιπολεῖ ἐξ ἀνάγκης. διὸ καὶ πειρᾶσθαι χρὴ ἐνθένδε ἐκεῖσε φεύγειν ὅτι τάχιστα. φυγὴ δὲ, Ὁμοίωσις θεῷ, κατὰ τὸ δυνατόν. ὁμοίωσις δὲ, δίκαιον καὶ ὅσιον μετὰ φρονήσεως γίνεσθαι: *Mortalem hanc naturam, & hunc inferum locum Malum circumstat necessariò & adhæret. Ideò conandum, quam celerrimè hinc illuc fugere: fuga autem, Dei assimilatio, quatenus potest. Assimilatio porro, Iustum & Sanctum cum Prudentiâ esse.* Observa, *quatenus potest.* Quidni addat sequi, non assequi datur: atque ita Homerus:

In Phileto, & alibi.

——— μετ' ἴχνια βαῖνε θεοῖο:

——— *Divi vestigia pressit.*

Odyss. 1. & alibi.

Pressit dico, sed longo intervallo: longo? immenso abjunctus, pusillus hic, finitus, mortalis, ab illo maximo, infinito, æterno. Tamen imitatione aliquâ, & *quatenus potest*: Jamblicho etiam cautè adjectum. Εὐδαίμων, inquit, ἐστὶν ὁ θεῷ καὶ τῷ δικαίῳ ὅμοιος, λιτὸς, ἁπλοῦς, καθαρὸς, ἐξαρτημένος ἀπὸ τῆς ἀνθρωπίνης ζωῆς: *Beatus est, qui Deo pro viribus suæ est similis, perfectus, simplex, purus, à vitâ hac humana abjunctus.* Itaque idem Plato ajebat, ἐλπὶς τῷ λόγῳ εἶναι. Τὸ μὲν μεῖζον καὶ πρῶτον, τὸ αὐτοῖς ὑπάρχον τοῖς εἰδέσι· τὸ δὲ μεῖον ὁμοίως, καὶ τὴν ἀπ' αὐτοῦ δεχόμενον ὁμοιότητα· ὅπερ αὐθρώποις γίνεται, τοῖς μεταποιουμένοις πρὸς τὴν ἀλήθειαν φιλοσοφίας: *Duplicem finem esse. Unum Communicabilem & Primarium, qui est in ipsis Idèis. Alterum, qui ab eo participat eiq; communicat, & similitudinem ab eo capit. Quod fit in hominibus, qui vindicant sibi & asserunt Virtutem, & veram Philosophiam.* Deus igitur, & in illo Idéæ, Primarius Finis: alter & noster, Virtute & Sapientia referre. Atque illud est, θεωρητικὸν ἀγαθὸν, *Contemplativum Bonum*: quò *Fuga* illa à corpore tendimus. Alterum, est πρακτικὸν καὶ πολιτικὸν, *Actuum & Civile*, quod in hominem cadit. Apulejus simile dictum voluit, sed verbis quæ velum (an & vitium?) habent. *Una Beatitudo est, cum ingenii nostri præsentia tutamur, quæ perficimus: alia, cum ad perfectionem vitæ nihil deest,*

Clem. Alex. lib. II. Strom.

De Philosophia.

ipsa-

ipsaq; sumus Contemplatione contenti. Utrarumq; autem Felicitatum origo ex Virtute manat, & ad ornamentum quidem Ingenialis loci, id est Virtutis, nullis extrinsecus eorum, quæ Bona dicimus, adminiculis egemus: ad usum autem Vitæ communis, corporis curâ, & eorum quæ extrinsecus veniunt, præsidiis opus est. Cetera concinnasse mihi videor: in primis illis verbis hæreo, nisi quid Cicero facit & subvenit: *Summum bonum est in ingenii præstantiâ, quam Virtutem vocamus.* Neque lubet hic insistere: magis, cum eodem Apulejo, pro re nostra eloqui: *Sapientem, pedisequum & imitatorem Dei dicimus, & sequi arbitramur Deum, id est λεγ..* AVD. Ita mihi quidem sequi Deum detur, ut hęc præclara, augusta, sancta: & unde ad profanos illos delata, aut illapsa? LIPS. Utrumvis. vel delata à Superioribus olim Sacris: vel illapsa, non sine Deo commovente. Clemens ille, quem sæpè advoco, velut pararium & conciliatorem utriusque (Divinæ & Humanæ) Philosophiæ: ille, inquam, ita censet. *Plato*, inquit, *hæc dixit.*

IV. De Fist.

II. Strom. & adde Augustin. De Civ. VIII. c. XI.

Εἶτε καὶ συνδραμὸν πως τῇ δόγματι ἡμῶν ἀπὸ μεγάλας φύσεως, καὶ μικρᾶς παθῶν, ἀσχολοῦσι πως περὶ τὰ ἀλλότρια: εἶτε καὶ θεῖόν τινα λόγον ἀποδεξάμενος, εἴτε μᾶλλον ἀπὸ ἀνθρώπων: *Sive fortè concurrens cum Divinæ legis doctrina: (solent enim* MAGNÆ NATVRÆ, *& ab & affectibus vacuæ,* SAGACITER COLLINEARE *& sæpe* TANGERE VERITATEM:) *sive idipsum è Sacris oraculis hausit, utpote qui semper omnes doctrinæ cupiens sitiensque fuit.* Quæ postrema passim de Platone scripta, inspexisse libros nostros, delibasse, & in usum suum, an humani potiùs generis dicam, transtulisse. Sed & prior sententia probabilis, imò mihi certè proba. Illustrat ejusmodi æthereas aliquot mentes Deus, & fecit ab ævo, faciet-que in ævum. Nam Platonem omitto. Pythagoram quis in diversa regione, & ante eum, ipsum hoc dogma docuit: Τέλος εἶναι, ὁμοίωσιν θεῷ: *Finem esse, Deo assimilationem?* Quis? illeipse Deus. Sed jam finio de *Fine*, in Homeri divino (ita dicendum est) versu:

Οὔ κε θεοῖς ἐπιπείθῃ: μάλα τ' ἔκλυον αὐτοῦ.

Iliad. a.

Quod breviter & rotundè efferam: *Deum audi, audiendus.* Fac; & Felicitatem hìc atque alibi habes.

DIS-

Digitized by Google

DISSERT. XX.

Solam igitur Virtutem sufficere ad Beatitatem: nec Externa aut Fortuita requiri.

RAdicem Decretorum panximus: ecce *Truncum* ab eo adsurgentem, *In sola Virtute Summum Bonum esse*: imo *Solam illam, Bonum esse*. Hæc dictio est, quæ fortem & virilem hanc Sectam ab aliis mitioribus aut mollioribus abjungit: quæ à terrâ, corpore, externis omnibus, ad animum, ad interna & æterna ducit. Dii boni, quantum hic dissensus, & contentionis? Agmine toto philosophi, & maximè Academici veteres, in quibus hac parte Aristoteles, incurrunt. Nam Epicuréos, & totum id genus, omitto: quibus vel auditu exitiabile est hoc dogma. Nobis, bono sensu, bonum, optimum videtur: & sive cum Seneca, *maximum instrumentum Beatæ vitæ esse*: sive cum Catone Tulliano, *contineri eo non magis disciplinam Stoicorum, quàm vitam fortunasque nostras*. Videamus, & ipsum nudè primùm ponamus, sine colore aut commendatione. *Summum Bonum est, quod Honestum est: & quod magis admirere, Solum Bonum est, quod Honestum est.* Ecce, utrumque illud habes, à me positum: & priore adfirmato, alterum sponte consequetur. In *sola* dixi. Quidni? *Summum Bonum in Animo constituamus: obsolescit, si ab optima nostri parte ad pessima transit. Non est summa Felicitas nostra in carne ponenda. Videsne, ut reliqua omnia bono suo constent? vitem fertilitas commendat, sapor vinum, velocitas cervum. In homine quid est optimum? Ratio, hac antecedit animalia, Deos sequitur:* ergo ibi ejus Bonum: ergo in Virtute. Itaque hominem, recto judicio, ea sola parte æstimemus, qua homo est: cetera in exiguo, aut nullo, in hoc tribunali habeamus. Secundò. Bonum quærendum assignandumque, quod nostri arbitrii sit, & quod casu non adimitur, aut datur. Talis est sola Virtus. *Nam qui alia Bona judicat, venit in Fortunæ potestatem, alieni arbitrii fit.* Itaq; ut ibi qui in hostili regione versantur, circumspiciunt, timent, agere avidi, aut patisanxii: sic isti, qui alibi hoc Bonum quærunt, palpitantibus, ut sic dicam, præcordiis vivunt; aut sollicitè quærentes, aut magis custodientes. Et quale istud Bonum meum est, quod mihi non adscribam? quod industria, scientia, exercitatio mea non peperit? *Nihil stultius, quàm aliquem eo sibi placere, quod*

Ep. LXXIV III De Fin. b.

Sen. Ep. LXXI.

Sen. Ep. LXXIV.

Ep. LXXVI

Sen. Ep. LXXIV.

Ibid.

Digitized by Google

quod non fecit. Tertiò, Nec data permanent; velut depositæ apud nos sunt; & abitura. At Bonum illud verum, solidum certumque est: quod nulla vis excutit, casus aut fraus subducit. Vide mihi, si ab iis Felicitas, angorem nostrum. Habere satagimus, non adepti dolemus, adepti timemus: movent erepta, solicitant eripienda. *Quemadmodum aves etiam inanis fundæ sonus territat; ita isti non ad istum tantùm exagitantur, sed ad crepitum.* Dii deæque; ubi igitur Libertas illa & Securitas, promissa Sapienti? Numquam consistent, Epicteti illo scito subverso: Τῶν ὄντων τὰ μὲν ἐφ' ἡμῖν, τὰ δὲ οὐκ ἐφ' ἡμῖν: *Rerum alia in nobis, alia extra nos sunt. In nobis, Appetitio, Declinatio, & Virtus Vitiumq;. Ex extranos, Corpus, Possessio, Gloria, Magistratus.* Et addit: Τὰ μὲν ἐφ' ἡμῖν, ἐκ φύσει ἐλεύθερα, ἀκώλυτα, ἀπαραπόδιστα. Τὰ δὲ οὐκ ἐφ' ἡμῖν, ἀσθενῆ, δοῦλα, κωλυτά, ἀλλότρια: *Quæ in nobis, sunt Natura sua libera, non prohibenda, non impedienda; quæ extra, imbecilla, servientia, prohibenda, aliena.* O quàm magna, quàm paucis, Sacrorum quodam ritu dicit! Examina, & caput Sapientiæ in istis habes. Sapiens inter viros est, quibus tuta & quieta placent: pueri ad ludos, & ludorum missilia, currunt. Stat Fortuna & ea spargit: aliquis calcatur, opprimitur, ejicitur, pauci sine noxa capiunt, & nec illa ipsi integra aut salva. Quartò, Ad indignos, illorum quoque judicio, quàm sæpè ista eunt? leno opes, meretrix formam, improbus magistratum, latro valetudinem & robur habebit: & Bona hæc dicam, quæ sæpè, imò plurimùm, in malos tribuuntur? Quintò, Animalia alia beatiora nobis, si ab his censemur. Certè corporis pleraque dotes, majores aut firmiores in iis conspiciuntur. Quid quòd cibi, potus, Veneris voluptate faciliùs & sinceriùs fruuntur, sine pudoris aut pœnitentiæ metu? Sextò, Virtutes pereant, si ea sententia vivit. An ego Fidem, Justitiam, Fortitudinem colam; & inopinata illa bona, opes, famam, gratiam, ipsam vitam relinquam? Incidunt enim hi casus: & sæpè aut ab his abeundum est, aut illæ deserendæ. Quod ut fiat: parum promptè & à respectantibus fiet, quasi ob majus bonum minora; sed tamen bona, omittentibus. Septimò, de ipso Deo & Providentiâ malè existimemus necessum est, si hæc Bona. *Quia multa incommoda justis viris accidunt: & item, quia quidquid nobis dedit, breve & exiguum est, si compares mundi totius ævo.* Ita ingrati divinorum munerum interpretes erimus: & cur huic, cur hoc, dedit & non dedit? At qui illud Summum, solum etiam bonum habet: resistit, & ut plenus acquiescit, quia ultrà non

Ibid.

Enchir. c. 1. & 11.

Sen. Ep. LXXIV.

est

ut à Fine nostro argumenter, *Naturam sequi*, id est *Deum* volumus: at solâ Virtute (ut Stoicè loquar) Deus censetur: externa certè ista non habet. Quòd si ea Bona: itáne ipsi illi Bono non damus? aut homo felicior erit, cui hæc & illa damus? Plura dici possunt: & quædam obduci, scio: sed nobis propositum Decreta explanare magis, quàm adfirmare. Etsi hîc quid dubitem? sicut Solem illum, cùm ortus est, videmus

Convestire sua perfundentem omnia luce,

convestire, sed & demulcere: ita hic dixerim, fulgorem ejus sententiæ statim honestiores quasque animas pervadere, & persuadere. Itaque vetus ea, non novitia est. Brachmanes apud Indos (quorum hodie genus & nomen perseverat) censebant: ἀγαθὸν δὲ καὶ κακὸν μηδὲν εἶναι τῶν συμβαινόντων ἀνθρώποις. ἃ γὰρ αὐτοῖς τοῖς αὐτοῖς τὰ μὲν ἀχθηδόνας, τὰ δὲ αὖ χαρᾶς, οὐκ εἰκὸς ἐνυπνίοις ἴσους εἶναι. *Bonum aut Malum nihil esse eorum, quæ hominibus accidunt aut eveniunt. non enim fore, ut iisdem alii angerentur, alii lætarentur, somniorum similes conceptus habentes.* Strab. l. xv.

Quid Cynici? apertè, Ἀρκεῖν τὴν ἀρετὴν πρὸς εὐδαιμονίαν, μηδενὸς προσδεομένην, ἔτι μὴ σωματικῆς ἰσχύος: *Sufficere Virtutem ad Beatam vitam, nullo indigentem, nisi Socratico robore.* Quam additiunculam interpreter, requiri tantùm constantem Sapientiam, & sapientem Constantiam, ad viri illius exemplar. Ipse Plato ita sensisse quibusdam visus: & *Aristo Stoicus* (ait Clemens) *tres libros olim scripsit, hoc titulo,* Ὅτι κατὰ Πλάτωνα, μόνον τὸ καλὸν ἀγαθόν: *Quòd juxta Platonem, solum Honestum Bonum.* v. Strom. Sed Hebræi, & nostri etiam, non aliter. Quæ mens, nisi ista, Psalmographi regis? *Beati immaculati in viâ*: virtuti adjuncti, vitiis alieni. Ps. cxviii. Quæ ejus filii? *Venerunt mihi omnia pariter cum Sapientiâ, & innumerabilis Honestas per manus illius.* Sap. c. vii. Planissimè hoc dictum, quod Comicus etiam noster, voluit:

Virtus omnia in se habet, omnia adsunt bona
Quem penes est Virtus. Plaut. Amphitr.

Et alibi Hebræus sapiens; *Beatus vir, qui in Sapientiâ moratur.* Jam de nostris, Clemens audiatur: Ναὶ μὰ, μόνον τὸ καλὸν ἀγαθὸν, οἶδεν ἡ βάρβαρος καὶ φιλοσοφία, καὶ τῶν θρεπτῶν αὐτάρκη πρὸς εὐδαιμονίαν. ὁπλίσκια αὐτὴν. Τοῦτο, δέδωκα πρὸ ὀφθαλμῶν σε τὸ ἀγαθὸν, καὶ τὸ καλὸν, τὴν ζωὴν καὶ τὸ θανατεῖν. ἔκλεξαι τὴν ζωήν. Τὸ γὰρ ἀγαθὸν, ζωὴν καλεῖ, καὶ καλὸν τὸν τοῦτο ἐκλεγόμενον. Ἀγαθὸν δὲ καὶ ζῶντι τίθησι, τὸ φιλόθεον εἶναι: *At qui Solum bonum Honestum esse, novit & Barbara* (id est Judæa & nostra) *Philosophia: itemque, Virtutem sufficere ad Felicitatem, ubi dixit: Ecce dedi ante oculos tuos bonum & Malum, Vitam & Mortem, elige Vitam.* v. Strom.

Digitized by Google

Deut. xx. *Nam Bonum quidem Vitam appellat, & Honestam ejus electionem. Vtriusque autem Finis idem. Dei amantem & colentem esse.* Denique addit: Ταῦτα θρυλοῦσιν οἱ Στωϊκοί: *Hæc jactant assidue Stoici*: ut videas eum nostris istis Sacra patriare. Quid autem Ambrosius? Sæpè etiam Stoicus, ut observavi. hîc quidem palàm: *Nihil Bonum*, inquit, SCRIPTURA, *nisi quod Honestum, asserit: Virtutemque in* OMNI RERUM STATU *beatam judicat quæ neque* AUGEATUR *corporis Bonis; vel externis, neque* MINUATUR *adversis.* An potuit Zeno capitalia ista Dogmata disertius efferre? Et vides, quid sentiant & consentiant nostri.

II. Offic. cap. III.

DISSERT. XXI.

Aliquid in hac re contra Academicos: & non venire in Boni nomen Externa.

Sen. Epist. LXXIV. MAGNIFICA igitur, atque etiam vera ista sententia: teneamus, sciamusque *Unam hanc esse viam ad tuta vadenti, & Externa despicere, & Honesto contentum esse.* AUD. Inclino equidem, sed Academiæ veteris auctoritas etiam retinet: cui visum, *In una quidem Virtute positam Beatam vitam, non tamen Beatissimam; nisi adjungerentur & Corporis bona, & cetera ad virtutis usum idonea.* Et hercules rationem habere sententia videtur. Nonne enim *Naturam sequi* consentimus, in via hac Felicitatis! Atqui Corporis bona, sive in Toto eo, ut Valetudo, & Robur; sive in Partibus, ut Sensuum integritas, Pedum celeritas: illa, inquam, omnia & singula commendat conciliatque mihi Natura. Jam Externa bona, Usui virtutis an non palàm necessaria, aut certè commoda, & decora? Itaque meritò eorum adjectio, Beatæ vitæ adjicere videatur; & detrahere, detractio. Sicut in acervo majus aut minus est, tot modiis additis sive dempris: & manet tamen acervus: ita hîc. LIPS. Non nescimus hæc & Academicorum, & Peripateticorum esse: qui, ut noster ait, *longè lateque Felicitatis humanæ terminos ponunt.* Ille idem de iis: *Xenocrates & Speusippus putant, Beatum vel sola Virtute fieri posse: non tamen Vnum bonum esse, quod Honestum est.* Id est, alia etiam Bona venire in numerum, & pondus addere, & attolere vel deprimere Felicitatis hanc lancem. Itaque *Sapientem quidem beatum: summum tamen illud Bonum*

Cic. I. Academ.

De Benef. V. cap. III.

Ep. LXXXV.

Ep. XCII.

Digitized by Google

Bonum non assequi, nisi illi & naturalia instrumenta respondeant. Quid, quòd inter ipsos Stoicos aliqui in hanc partem eunt, aut vergunt? *Antipater, inter magnos sectæ hujus auctores, aliquid se tribuere dicit Externis, sed exiguum admodum.* Ita vides, facilè nos homines à vulgo aut opinione abduci, & cottidiano velut contactu etiam Sapientiæ studiosos attaminari. Quid autem veri illi nostri? obniti resistunt, & nulla Bona, præter Animi, agnoscunt. Nam si semel hęc admittis, & vel rimam leviter aperis: quis finis aut modus erit; agmine irrumpent, & minima momentum poscent & facient in Beata vitâ. Facient? jam fecerunt. Aristotelem audi: Ἀ'δυνατόν, ἢ οὐ ῥᾴδιον, ἐκ πολλὰ πρὸς τὴν ἀκρόασιν ὄντα πολλὰ δὲ καὶ πρόσθεν τῷ πάσῃ δι' ἐργασίας, ἢ διὰ φίλων, ἢ πλούτου, καὶ πολιτικῆς δυνάμεως. Ἐ'στιν δὲ τὰ μὲν ἀφορμαί, ἃ παιδευτὰ τὸ μακάριον, οἷον εὐγένεια, εὐτεκνία, κάλλος· Οὐ πάνυ γὰρ εὐφυοῦς, ὁ τὰ ἴδια πανταχῆ, ἢ δυσχρὴς, ἢ μικρὸς ἢ ἄπαις: Ethic. ad Nicom. I. cap. VIII. Fieri non potest certè ægrè, *ut bona aliquis faciat sine instructo & apparatu. Multa enim velut per organa facienda sunt, amicos, opes, civilem gratiam aut potentiam. Qui autem aliquibus carent, maculant & fœdant Beatitudinem: ut qui Nobilitate, qui Prolium copia aut bonitate, qui Forma. Non enim planè felix est, facie turpis, ignobilis, aut solitarius & improlis.* Deus bone, Nobilitatem, Proles, Formam etiam, venire in hunc censum? Da veniam Lycéum, & tu ejus antistes: parum generosi aut viriles sunt isti sermones, ut sint veri. At enim plenam Felicitatem quærunt, & cui nihil absit. Nos una. An non talis est, quam fecit Virtus? *Hæc nihil vacare patitur loci: totum animum tenet, desiderium omnium tollit: sola satis est. Omnium enim bonorum vis & origo in ipsa est.* Quid minuta hæc congeris, quæ melius aliquod altiusque ingenium vel sine doctrinâ contemnat? *Non potest in hac claritate Solis scintilla habere momentum.* Simile de Valetudine, atque illis Corporeis dico. animi & Virtutis adspectu, *tam pusilla esse, ut non conveniat illis Boni nomen.* Quid autem Fortunæ? magis: & *nihil Bonum nobis videtur: quo quis & malè uti possit.* Ambigua illa sunt, & dubiæ, ut sic dicam, sanitatis: nec *nisi cum honestè administrata sunt, Bona esse incipiunt.* Quam multi viribus, opibus, forma, in suam alienamque perniciem sunt usi! At enim, *Secundum naturam* sunt, ut ajebas. Fateor: atque ideò etiam; si non expectam, peram. *Quidni? non quia Bona sunt, sed quia secundum Naturam sunt: & quia Bono à me judicio sumuntur. Quod erit malis tunc Bonum? hoc unum, bene eligi.* Vade illa notanda: non sunt, sed fiunt Bona: à benè eli-

Sen. Epist. LXXIV.

Ep. XCII.

Ep. CXVIII

Epist. CXX.

Ep. CXVII

Ep. XCII.

Digitized by Google

Ep. CXVIII De Philos. e gente & utente: id est à Prudentiâ meâ & Virtute, q. ; sola *perfectum Bonum est, cujus contactu alia quoque Bona fiunt.* Neque aliter alibi Plato censuit, pro cujus mente Apulejus: *Corporum sanitatem, Vires, Indoleniam, cæteraque ejusmodi Bona extraria, item Divitias, & quæ Fortunæ commoda dicimus, ea non simpliciter Bona nuncupanda esse. Nam siquis ea possidens usu se abdicet, ea sibi inutilia erunt: siquis autem eorum usum converterit ad malas artes, ea illi etiam noxia videbuntur.* Et contrà est, in iis quæ mala corporis aut externa censentur: quę Bona bonus animus facit. Ille est, ait Sallustius *dux atq; imperator vitæ mortalium, qui ubi Virtutis viâ ad gloriam grassatur, abunde pollens potensque est, neque Fortunæ eget.* Agnoscis hæc Stoica? reponit: *Corporis & Fortunæ bonorum uti initium, ita finis est; omniaque orta occidunt & aucta senescunt. Animus incorruptus, æternus, rector humani generis, agit atque habet cuncta, neque ipse habetur.* O rectæ & erectæ voces (audacter dicam) præ multorum, qui Philosophi titulum inscribunt! audiamus: & cum Helvidio (apud alterum Historicum) *doctores Sapientiæ sequamur, qui sola Bona quæ Honesta, Mala tantùm quæ Turpia: Potentiam, Nobilitatem, cæteraque extra Animum, neque Bonis neque Malis adnumerant.*

Tac IV. Histor.

DISSERT. XXII.

Quæ igitur Bona? atque ea subtiliter, & Στοιχῶς divisa.

AUD. Audiamus, qui tamen firmiter & securè possumus, nisi distinctè Bona Malaque noriuus? Ea, meo animo, tibi explicanda sunt, & finibus suis limitibusque claudenda. LIPS. Æquum oras, etsi *Ethicorum* hic propriè locus est: tamen notare hic opus, aut in his sequentibusque natare. Socrates ille olim *hanc* SUMMAM *dixit esse* SAPIENTIAM, BONA MALAQUE DISTINGUERE. Verè, quia sine eâ notitiâ, nec illa appetere aut sequi recto pede liceat, nec hæc fugisse. Itaque quod apud Homerum ille gloriatur:

Sen. Epist. LXXI.

— νοέω τε, οἶδα τε ἕκαστα·
Ἔσθλά τε καὶ τὰ χέρηα·
— *novi & scio* SINGILLATIM
Quæ Bona, quæ Mala sint.

monitum & exemplum Sapienti est, quid præstet. Faciamus igitur: ego pro copiâ captuque meo definiam, dividam singula, & subjiciam ut in tabellâ. Τὸ ἀγαθὸν ait

ait Laërtius, φασὶ δὲ μὴ ἀγαθὰ εἶναι, τὰ δὲ πρακτὰ, τὰ δὲ ἀδιάφορα : *Eorum quæ sunt dicunt* (Stoici) *alia* BONA *esse*, *alia* MALA, *alia* NEUTRA. Satis laxè, *Quæ sunt*: restringo ad hanc materiem, id est, quæ in Vita & Moribus sunt, aut circà. Quid igitur BONUM? Seneca: *Finivit hoc alius, alio modo. Quidam ita. Bonum est, quod invitat animos, quod ad se vocat. Huic statim opponitur: Quid si invitat quidem, sed in perniciem? Scis quàm multa Mala, blanda sint.* Respondetur: *Verum & Verisimile inter se differunt ita. Quod Bonum est Vero jungitur: non est enim Bonum, nisi Verum est. At quod invitat & allicit ad se facie, Verisimile est: surrepit, sollicitat, attrahit. Quidam ita finierunt: Bonum est, quod appetitionem sui movet: vel, Quod impetum animi ad se tendentis movet. Et huic idem opponitur, multa enim impetum animi movent, quæ petunitur petentium malo. Melius illi, qui sic finiverunt. Bonum est, quod ad se impetum animi, secundum Naturam movet.* Cicero variè etiam definit, aut tangit definiri: *Bonum*, inquit, *si opus fuisset, definisses, aut Quod esset naturâ appetendum; aut Quod prodesset, aut Quod juvaret.* Quæ prima definitio cum ultimâ Senecæ in re consentit: sicut & alia quam Cato apud eum prodit. *Boni*, inquit, *definitiones paullum opido inter se differunt, & tamen eôdem spectant. Ego assentior* * *Diogeni, qui Bonum definierit, id quod esset Natura absolutum.* At aliæ Stoicorum, cum ultimis Ciceronis ferè conveniunt: & Laërtii hanc habe. Ἀγαθὸν δὲ κοινῶς μέν, τὸ ὄφελος· ἰδίως δέ, ἧττι τελεῖον, ἢ ἐκ τοιούτου ὠφελείας: *Bonum communiter est quod Utile: proprie autem, sive ipsum istud, sive ab eo non diversum.* In quibus verbis *Utile* dicunt ipsam *Virtutem*: *non diversam, Hominem bonum*, aut *Amicum.* Sed nota igitur & character Boni præcipuus, Prodesse. Ita Clemens germanissimus sæpè Stoicus: Τὸ δὲ ἀγαθὸν, ᾗ ἀγαθόν ἐστιν, οὐδὲν ἄλλο ποιεῖ, ἢ ὅπερ ὠφελεῖ: *Bonum igitur, quâ Bonum, nihil aliud quàm prodest.* Quod in Deo videre est, summè Bono, & juvante semper Patre. Et quia igitur Utile, hinc illæ aliæ definitiones ab effectu: *Quod ad se invitat: Quod sit expendum*, & tales. Alia etiam mox in Laërtio: Ἄλλως δ', ὅταν ἰδίως ὁρίζωνται, τὸ ἀγαθὸν, τὸ τέλειον κατὰ φύσιν λογικόν: *Aliter vero & sic definiunt proprie Bonum, Quod absolutum sit secundum Naturam partis Rationalis.* Est superior ipsa Diogenis, nisi quòd de *Rationali* additum, rei explicandæ aut terminandæ. Nam simpliciter *Secundum naturam* si dicas: videatur cavillo locus, & in Infantibus eiam Bonum esse. Hoc negant. Seneca huc ducendus: *Quid est secundum Naturam? quod contingit &*

In Zen.

Epist. CXVIII.

II. De Fin.

III. De Fin.

* *Babylonio*

Sext. Empiric. Adu. Math. & Pyrrhon. Hypoth. III. cap. XX.

Lib. I. Pædag. C. VIII.

Digitized by Google

Epist. ult. *protinus nato, non dico Bonum, sed initium Boni,* (illa semina, de quibus dictum.) Pergit. *Atqui non magis infans adhuc Boni capax est, quàm arbor. aut mutum aliquod animal. Quare autem Bonum in istis non est? quia nec* RATIO. *Oh hoc in infante quoque non est, nam & huic deest. Est aliquod Irrationale animal; est aliquod, nondum Rationale; est Rationale, sed imperfectum. In nullo horum, Bonum: Ratio istud secum adfert. Quid ergo inter ista, quæ retuli, distat? Numquam erit Bonum in eo, quod irrationale est: in eo, quod nondum Rationale est, tunc esse Bonum non potest: in imperfecto, jam potest este Bonum, sed non est.* Vis breviter hæc me complecti? In *Irrationali*, ut Bruto, numquam Bonum est: in *nondum Rationali*, ut Puero, jam non est: in Imperfecto, ut adulto, sed indocto, jam potest esse, sed non est. quare? quia (iterùm

Ibid. Seneca) *hominis Bonum non est in homine, nisi cum in illo* RATIO PERFECTA *est.* Anteà satis diximus de *Consummata* & *Absoluta Ratione*: quæ sola dux ad Bonum, id est Virtutem. Et jam ex istis vides, cur in Definitione additum, *partis Rationalis*. Atque hic subsisto: pergo autem, an retræno gressum, & regredior? Ostendunt enim se & offerunt *Divisiones* aut *Distinctiones*: quæ pro Stoico quidem sensu, nescio an pro tuo sint: tenuia quædam aut subtilia, ut verum fatear: non tamen futilia aut inutilia, si quis rectum pedem aut mentem ad illa profert. Age, ponamus obiter & lustremus: eligamus etiam, si quid ad nostrum illum (*Senecam* scis me dicere) aut priscos auctores, qui hodie in manibus, facit. Multiplex & intricata Divisio est (Stoicorum propria hæc acumina:) sed ego disponam & sejungam, quæ tenebras aut confusionem habeant mixta. Videsis, & patienter, si non libenter hæc audi. Prima distinctio:

BONUM trifariàm dicunt:

I. *A quo Utilitas*: ut est Virtus. Græcè efferunt: ἀφ' οὗ συμβαίνει ὠφελεῖσθαι: *atque, hoc, ut à prima caussa.*

II. *Per quod Utilitas*: ὑφ' οὗ συμβαίνει ὠφελεῖσθαι: ut iterùm *Virtus*, & ampliùs *secundum eam Actiones.*

III. *Quod potest Utile esse.* sive, uno verbo, *Utibile*: τὸ οἷον τε ὠφελεῖσθαι: ut dicta jam duo, itemque *Amicus, Vir bonus, Dii & Dæmones.*

Vides quæ *Bona*, & quo sensu graduque dicantur: ex quibus *Virtus* omnia permeat: permeat? imò & contactu suo omnia facit. Nam illa οἷον πηγὴ ἴσχει χάριν: *fontis vicem habet*; ab eâ rivi & aquæ, & quidquid irrigat,

Digitized by Google

irrigat, humectat, & à se atque ex se fœcundat. Hæc ista è Stobæanis colliges, & Sex. Empirico: licebat & ex Laertio, nisi multia in eo legerentur. Verba ejus: Α'υτὸν τὸν τέλον λέγειν, καὶ τὸ μετέχον αὐτοῦ ἀγαθόν, ἰσχάδος λέγεσθαι. οἷον, τὸ ἀγαθὸν ἀφ' οὗ συμβαίνει *** οὗς τέλος πρᾶξιν τοῦ καθ' ἕξιν τοῦ. ὑφ' οὗ δ', ** οἷς τὸ πᾶν ἀγαθὸν τὸ μετέχοντα τοῦ ἕξιν: *Ipsam Virtutem, & quod ejus participat trifariam dicunt. Ut, Bonum à quo contingit ** sicut Actionem secundum Virtutem. Per quod ** uti Virum bonum consortem Virtutis.* Itane *trifariam*? atqui bifaria tua est divisio, nec ultrà. Ipsa exempla peccant: & ubi notulas posui, scito defectus esse, facilè è jam dictis explendos. Altera Divisio. In Zen.

BONORUM alia
I. *In Animo*: ut *Virtutis, Boni habitus, & laudabiles actiones.*
II. *Extra eum*: ut *Amici, Discipuli*, & similia.
III. *Neutra*: ut *Viri probi, & virtutes adepti.*

Hęc quoque Divisio ex Stobæo, & Sexto: itemque exempla. In istis variare aliquid Laërtius videtur, præsertim in extremo: an explicare? Tu eum vide. Tertia Divisio, sive sub-divisio.

BONORUM quæ IN ANIMO, alia
I. *Affectiones esse*: ut *Virtutes omnes.*
II. *Habitus, non affectiones*: ut *studia.*
III. *Neutra*: ut *Actiones secundum Virtutem.*

Hęc in Stobæo: iterùm Laërtius aliter, & in ordine aliquid turbat. Τῶν, inquit, περὶ ψυχὴν ἀγαθῶν τὰ μὲν εἶναι ἕξεις, τὰ δὲ οὐ. Ἀγαθὸς, ἢ δ' ὅτι ἕξις ὅτι ἀγαθός. Ἀγαθοὺς μέν, καὶ φίλους. ἕξεις δὲ ἃ ἐπιστήμας. ὅτι ἕξεις, ὅτι ἀγαθοὺς καὶ συνεχεῖς. *Bonorum in animo alia sunt Habitus, alia Affectiones* (sive quis mavult, *Constitutiones*) *alia Neutrum. Constitutiones, Virtutes; Habitus, Studia; Neutrum, Actiones.* Quarta Divisio:

BONORUM alia
I. *Finalia*, Græcè τελικὰ: ut *Gaudium, Fiducia & ex virtute actiones.*
II. *Efficientia*: ut *Prudens vir, & Amicus.*
III. *Utrumque*: ut *Vitutes omnes.*

Iraque Stobæus; & cum eo Cato apud Ciceronem. *Sequitur illa divisio ut Bonorum alia sint ad illud Vltimum pertinentia* (sic enim appello, quæ τελικὰ dicuntur) *alia autem Efficientia, quæ Græci ποιητικὰ alia Utrumque. De Pertinentibus, nihil est Bonum, præter Actiones honestas; de Efficientibus, nihil præter Amicum; sed & Pertinentem & Efficientem, Sapientiam volunt esse, Nam quia Sapientia* III. De Fin.

Digitized by Google

est conveniens Actio, ex illo Pertinenti genere est; quod autem honestas Actiones affert & efficit, ideo Efficiens dici potest. Discrimen aliquod in exemplis vides: præsertim ultimo, sed nempe Sapientia Virtus est, & contrà. Rationem etiam illam Tullianam ex Stobæo licet illustrare: Ἀ. ὁ ἀρετὰς πᾶσαι καὶ ποιητικαί εἰσιν ἀγαθῶν, καὶ τελικαί. καὶ μὲν ἀπηρτισμέναι τῶν κατορθωμάτων, ἢ συμπληρωτικαί, μέρη αὐτῶν γινόμεναι; *Virtutes omnes sunt Efficientia & Pertinentia Bona. Efficientia, qui gignunt faciuntque Felicitatem; Pertinentia, quia eam implent, cum partes ejus sint.* In Laërtio hæc ipsa: sed iterum cum defectu, qui appâret inquirenti. In ultimis est (ut compendi faciam recitare:) Ποιητικὰ δὲ καὶ τελικὰ εἶναι ἀγαθά.* καθὸ μὲν ἀπαρτίζουσι τὸν κατορθώματα, ποιητικά εἰσιν ἀγαθῶν. καθὸ δὲ συμπληροῦσιν αὐτὸν, οἷον μέρη αὐτοῦ γινόμενα, τελικά: *Efficientia & Finalia esse Bona.* * *Quatenus enim perficiunt Felicitatem, Efficientia esse: quatenus complent eam, ut ejus partes, Finalia.* Inserenda vox: ἀγαθὰ. ἀρεταί: *Virtutes.* Senecæ etiam locus est, qui huc faciat: *Sed ut removeas illa, quæ aut Summa bona sunt aut summorum Efficientia*: & in isto genere Virtutes habet. Ex hac igitur divisione lucem iis demus, & simul discamus, primò & verè bono non nisi Virtutes esse, alia ex communione. Ita Justitia Bonum est, non quia Virtutem habet: ipsa est enim Virtus: ἀλλὰ τῷ αὐτὸν καθ' αὑτὸν (Clementis verba) καὶ δι αὐτὸν ἀγαθὴν εἶναι: *sed quod ipsa per se, & ex se bona est.* Deinde secundariò, Justum esse, Bonum; quia ex eâ manat participatque. Ideò ridere libeat quæstiunculam in Seneca; *An verum sit, quod Stoicis placet, Sapientiam Bonum esse; Sapere, Bonum non esse.* Et ratiunculas dat, quas piget reponere. Quin tu & illi seriò loquimini. Bonum esse, quia adfine & consors illius Boni? Prima divisio nostra rem conficiet: pro meo quidem sensu. Satis de BONIS: etiam MALIS, quia eadem ista inverte, & quadrant omnia, *Definitiones, Divisiones, Exempla.*

Ep. CIX.

Ep. CXVII.

DISSERT. XXIII.

Quæ Adiaphora, sive Neutra? quæ in iis Producta, & Rejecta? aliáque tenuiter inquisita.

TRANSEO ad tertium membrum, quod NEUTRA continebat: id est, neque *Bona*, neque *Mala*. Hoc illud est, in quo confligunt & gradum conferunt Academici ac Peripatetici cum Stoicis: qui ista ipsa BONA appellant, sed modificantes, *Bona Corporis aut Externa*: nostri pernegant, nec nisi *Neutra*, *Media*, *Interjecta* cie-

Digitized by Google

creberrimè *Indifferentia*, ea dicunt. Diligentissimè hanc partem percoluerunt: tum ob dictam pugnam, tum quia Aristo Chius, Pyrrho & adsectæ, aliam ἀδιαφορίαν *Indifferentiam*, inducebant: qui ita in solâ Virtute & Vitio omnia ponebant, vt rerum dilectu sublato, *cetera pro nihilo haberent: & inter optime Valere, & gravissime Ægrotare, nihil prorsus dicerent interesse.* Idem in Pauperie, Opibus, aliisque externis: quorum nihil esset alteri præ aut post-ponendum. Fatua, & tamen pervicax sententia: contra quam etsi Cicero ait *jampridem desitum esse disputari*; tamen post illum profectò vixit, imò floruit, & *Sexti Empirici* subtiles libri super eâ exstant. Quid quòd Favorinus Gallus philosophus, Hadriani ævo, in hac secta fuit? qui usque eò *Epochen produxit, ut negaret vel illud intellectu comprehendi, Solem esse.* Ob hos igitur & tales, Stoici *Adiaphora* curiosè & subtiliter examinarunt: & varias Divisiones ac Discrimina dederunt. Iterùm te convenio, indulge, & patienter, vel sectæ & Senecæ causâ, hæc audi. Primò notant,

Cic. II. De Fin. & alii.

Ibid.

Galen. contra Acad.

ADIAPHORA bifariàm dici:

1. *Quæ nec Bona, nec Mala sunt: neq; ad Felicitatem aut Infelicitatem conducunt*, ut *Sanitas, Opes, Gloria*, & similia.
2. *Quæ nec Appetitum, nec declinationem movent* (Græci significanter, μήτε ὁρμὰς μήτε ἀφορμὰς κινητικὰς: ut *Pares in capite capillos habere, aut impares.*

Ita Laërtius. & Stobæus. At Sextus, *trifariàm* vult dividi: & præter duos modos dictos, hunc inferit: *Adiaphorum, ad quod quidem fertur Appetitio, sed non magis ad hoc quàm illud, ut, Drachmis duabus positis charactere & nitore paribus, cùm alteram oporteat eligere & velim, non magis ad hanc quàm ad illam feror.* Parvi hoc est; illud moneo, Senecam discrimina duo dicta tangere, atq; ipsum inibi exemplum. *Est & horum, quæ appellamus Media, grande discrimen. Non enim sic Mors Indifferens est, quomodo Vtrùm capillos pares habeas: Mors inter illa est, quæ quidem non sunt, tamen habent Mali speciem.* Moneo ampliùs, de solo priore genere sermonem nobis esse; id est, de iis, quæ Felicitatem, aut contrà, tangunt; quæque Græci dicunt, τὰ μεταξὺ τῶν ἀγαθῶν καὶ κακῶν: *interjecta & media inter Bona Malaque.* Ad fines enim alterutrius veniunt, & speciem eorum habent; re autem ipsa οὔτε ὠφελεῖ οὔτε βλάπτει; *neq; juvant, neq; lædunt*: ergo verè sunt *Neutra.* De his igitur videamus, iterumque dividamus. Sunt enim ADIA-

Ep. LXXX II.

Stob. Laert.

Digitized by Google

ADIAPHORA, alia
I. *Secundùm Naturam*: ut *Sanitas, Robur, Sensuum integritas.*
II. *Præter Naturam*: ut *Morbus, Imbecillitas, Mutilatio.*
III. *Neutra*: ut *Imaginatio* talis, aut *Visum*

Iterúmque: *Secundùm aut Præter Naturam*

ADIAPHORA, alia
I. *In Animo*: ut *Ingenium.*
II. *In Corpore*: ut *Sanitas.*
III. *Extrà*: ut *Liberi.*

Ex his, *Animi* semper præferenda *Corporis*: & hæc iis, quæ *Extrà*. Iterùm: & præcipui usus Divisio autem

ADIAPHORA alia sunt
I. *Producta, quæ Æstimationem habent*: ut *Ingenium, Sanitas.*
II. *Rejecta, quæ Deæstimationem*: ut *Stupor, Morbus.*
III. *Neutra, qua non hanc non illam*: ut *Digiti motus,*

Hæc sunt illa olim celebrata Προηγμένα καὶ Ἀποπροηγμένα Zenonis. Has enim voces primus ille huic rei producit & apposuit: ut Differentiam inter ipsa Indifferentia aperiret. Quid enim? Mors & Vita eadem. aut æstimatione eâdem? Opes & Inopia? Valetudo & Morbus? Igitur Stoico more divisit subtiliùs: & quædam Προηγμένα dixit, Latinè Cicero *Producta* sive *Promota*, ad verbum; ad sensum, *Præposita* sive *Præcipua*, quia eminent, & in eligendo aliis anteponuntur.

III. De Fin. Adversa autem istis dixit Ἀποπροηγμένα, quæ idem Cicero (pro sensu, non pro voce) *Rejecta*. Caussa horum

Cic. ibid. nominum, ex ipso Zenone, hæc est. *Ut*, ajebat, *nemo dicit in regiâ Regem ipsum quasi productum esse ad dignitatem* (id enim est προηγμένον) *sed eos qui in aliquo honore sint, quorum ordo proximè accedit ad regium Principatum: sic in vitâ, non ea quæ primario loco sunt, sed quæ secundo προηγμένα nominentur.* In Stobæo ipsa, nisi fallor, Zenonis verba: Οὐδὲ τὰ προηγμένα εἶναι προηγμένα, διὰ τὸ τὴν μεγίστην ἀξίαν αὐτῶν ἔχειν. Τὸ δὲ προηγμένον τὸν δεύτερον χώραν καὶ ἀξίαν ἔχον, συνειστήκειν πως τῇ τῶν ἀγαθῶν φύσει. διὸ καὶ οὐ παντὸς προηγμένου ἐστὶν τὸν σπουδαῖον, ἀλλὰ † τὸν μὴ αὐτὸν τιμιώτατον: *Nulla Bonorum inter Producta esse, habent enim maximam dignitatem. At Productum secundum locum & dignationem obtinet, & quadamtenus Bonorum naturæ accedit. Nam nec in Aula Regem produci aut Promoveri dicimus, sed eum qui proximum ab eo locum habet.* Quæ igitur sunt ista *Producta*? Laërtius breviter: Προηγμένα, τὰ ἀξίαν ἔχοντα: Ἀποπροηγμένα, τὰ ἀνάξια: *Producta quæ Æstimationem habent;*

‡ Ita hæc lego.

Digitized by Google

habent: *Rejecta*, *quæ Deæstimationem*, *sive Non æstimationem*. Itaque opponuntur. Cicero declarabit, in persona Catonis: *Indifferentium alia Æstimabilia esse*, *alia Contra*, *alia Neutrum*, *Quæ æstimanda*, *eorum in aliis satis esse causse quamobrem quibusdam Anteponerentur: ut in valetudine*, *integritate sensuum*, *vacuitate doloris*, *divitiis gloria*: *alia autem*, *non esse ejusmodi*. *Item quæ eorum*, *quæ Nulla æstimatione digna essent*, *partim satis habere causse quamobrem rejicerentur*: *ut dolorem*, *morbum*, *sensuum amissionem*: *partim Non*. *Atque hinc exortum esse illud*, *quod Zeno* προηγμένον, *contraque quod* Ἀποπροηγμένον *nominaunt*. Divisio est clara, & magis e Stobæo. Τῶν ἀξίων ἐχόντων, τὰ μὲν ἔχειν πολλὴν ἀξίαν, τὰ δὲ βραχεῖαν. ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ἀναξίων ἐχόντων, ἃ μὲν ἔχειν πολλὴν ἀναξίαν, ἃ δὲ βραχεῖαν. τὰ μὲν πολλὴν ἔχοντα ἀξίαν, προηγμένα λέγουσι. τὰ δὲ πολλὴν ἀναξίαν, ἀποπροηγμένα: *Æstimabilium alia multam æstimationem habent*, *alia pauxillam*. *Similiter De æstimabilium alia multam non-dignationem*, *alii pauxillam*. *Quæ multam Æstimationem*, *Producta dici*: *quæ multa De æstimationem Rejecta*. Planè hæc cum Cicerone consentiunt: an Cicero ipse alibi secum? Nam scribit, item ex Zenonis scito: *Quæ nec Bona nec Mala sunt*, *ex iis quædam Secundum naturam dicebat*, *alia naturæ Contraria*, *alia Media* sive *Neutra*. *Quæ Secundum naturam*, *ea Sumenda*, *& quadam Æstimatione dignanda dicebat*: *contraque Contraria*. *Neutra autem in medio relinquebat*, *in quibus nihil ponebat momenti*. *Quæ essent Sumenda*, *ex iis alia Pluris esse Æstimanda*; *alia Minoris*. *quæ Pluris*, *ea Præposita appellabat*: *Rejecta autem*, *quæ Minoris*. In his verbis ultimis palam *Rejecta* (ea sunt Ἀποπροηγμένα) ponit inter ea quæ *Secundum Naturam*, quæ *Sumenda*, & *Æstimanda*, & si *Minoris*. Ego parum hæc capio, & sunt ex diametro prioribus adversa: tu vide. Fateor aliquid in Sexto pro hac mente videri, ut Latina quidem versio est. nam Græca nidi nunquam. Ibi ista: *Stoici ex Indifferentibus alia ajunt* προηγμένα *Promota sive Præposita*. *alia* ἀποπροηγμένα *Remota sive Rejecta*. *Et illa esse*, *quæ sufficientem habent dignitatem*, *ut Sanitatem*, *Divitias Ista*, Rejecta) *quæ non habent sufficientem dignitatem*: *ut Paupertatem*, *Morbum*. *Neutra autem*, *ut est Extendere digitum aut contrahere*. Ita ibi quidem Sextus: an satis considerate, aut vere? Nam si illa *Rejecta*, quæ *pauxillam*, ut Stobæus, *dignationem habent*: quo numero Sexto est *Dolor*, *Morbus*: quid igitur quæ *Non-dignationem* habent? quæ illa, aut quo loco, quo titulo erunt? Nam *Dolor* & *Morbus* certè sunt ista, & *Contra naturam* & *Rejicienda*. Itaque aliter, & verius alibi idem Sextus; *Præcipua esse*, *quæ satis habent*

1 11. De Finib.

1. Acad.

Pyrrhon. 111. cap. xxiv.

Digitized by Google

Adv. Mathem. *dignitatis*: *Rejecta, quæ satis indignitatis.* Et vix ambigo, in priore ejus loco in Græcis ita fuisse: πολλῷ ἀξίαν, & πολλῷ ἀναξίαν: aut quidem esse debuisse. De Cicerone igitur, ne aliis, ne sibi, ne vero pugnet, videndum, annon & is locus vitiosus aut potiùs mutilus, & ad hanc sententiam reformandus. Ego opinor. Sed quæ est hîc Ἀξία, vel Ἀναξία? Laërtius dupliciter definit: & posterior nobis apta. Ἀξίαν τινὰ μίσθωμα πρὸς δυνάμει ἀγαθοῦ, συμβαλλομένη πρὸς τὴν φύσιν εἶναι: *Æstimationem, esse meam quamdam facultatem & usum, conferentem aut convenientem ad vitam secundum naturam.* Et Dexæstimatio igitur, contrà Verti *Æstimationem*; & ita, ut notare potuisti, Cicero: at Seneca noster *Pretium* hoc dicit. Ita etiam alibi: *Indifferentia habere in se aliquid Pretii: & esse alia aliis potiora.* Iterumque: *Corporum bona, in totum non sunt Bona. his Pretium quidem aliquod erit, cæterum Dignitas non erit.* Non ecce vertere voluerunt *Dignitatem*, etsi poterant: quam propriam verè Bonorum, id est Virtutis, asseruerunt. Sunt autem hæc ipsa *Producta* & *Rejecta*, quæ aliter *Commoda* & *Incommoda* Latini dixerunt; Græci εὐχρηστα & δύχρηστα. Seneca: *Alia est Commodorum conditio, alia Bonorum. Commodum est quod plus Usus habet, quàm molestiæ: Bonum est sincerum, & ab omni parte innoxium.* Nota de *Usu*, & ad Græcam illam vocem adspectum. Cicero Caussam nominis paullò aliam suggerit: *Res quas nos* (Academici) *Bonas dicimus, Zeno concessit, ut haberentur aptæ, habiles, & ad naturam accommodatæ: fateriquc cæpit sapientem* COMMODIUS *esse, si ea quoq; habeat:* Seneca de iisdem iterùm? *Commoda sunt in vita & Incommoda, utraque extra nos.* Quid ais? *extra nos*, ergo illa *Corporis*, Commoda non sunt? Sunt hercle. sed *extra nos*, id est Animum, primam & pænè totam nostri partem. Iterumque idem: *Bona illa sunt vera, quæ Ratio dat: cetera opinione Bona sunt. Itaque Commoda vocentur, & ut nostra lingua loquar, Producta.* Vides palàm, eadem cum Productis esse, Ciceronem adde: *Commoda & Incommoda. ita enim εὐχρηστα & δυχρηστα appello.* Et quare ea sic Zeno? quia χρείαν, *Usum*; non autem ὠφελειαν *Utilitatem*, haber. Plutarchus Zenonios irridens: Ἀπὸ τῆς σὺν αἰρετὸν, οἷον εἶναι τὴν σὺν ὠφελείᾳ, καὶ ἀσύμφορον, εὐχρηστα δι.: *Sumenda, non Expetenda; Apta naturæ, non Bona; Inutilia, tamen Commoda.* Ubi ampliùs observes Stoicorum in vocibus cautionem aut dilectum: & *Sumi* Indifferentia, non *Expeti*: quod est Virtutis. Cicero:

De Vit. Beat. c. XII.

Ep. LXXXVII.

IV. de Fin.

Ep. XCII.

Ep. LXXIV

VI. De Finib.

IV. De Fin. *Quæ illi* (Academici) *Bona dicerent, Præposita esse, non Bona: & Sumenda potius, quam Expetenda.* Iterùm: *Duo*

nobis

Digitized by Google

nobis opera pro uno Stoici reliquerunt, ut alia Sumamus, alia Appetamus. Iterumque: *Valetudinem bonam Expetendam negant esse, Eligendam dicunt.* Seneca ex hac formula locutus: *Sumpturum me si detur Electio, Sanitatem & Vires.* Non locutus alibi: *Commoda tamen illa esse, & Expetenda, non negamus.* Minimè verò *Expetenda*: & Stoici tui culpent. Cicero planissimè: *Itaque illa* (Commoda) *non dico me Expetere, sed Legere: nec Optare, sed Sumere: contraria autem, non Fugere sed quasi Secernere.* A Stobæo etiam hîc aliqua lux, qui universè profert, πάντα δὲ τὰ κατὰ φύσιν, λαμβάνεσθαι· πάντα δὲ τὰ παρὰ φύσιν, μὴ λαμβάνεσθαι: *Omnia* (Indifferentia) *quæ secundum naturam, Sumenda esse: quæ contra non Sumenda*, sive ut Cicero *Rejicienda*. Ita enim de iisdem Stoici: *Exsilium & publicationem bonorum, Rejicienda esse, non Fugienda.* Supra dixit, *Secernenda*. Zeno ipse, apud Athenæum τὴν μὲ δόξαν (ita legendum, non ἡδονὴν) καὶ τὴν φυγὴν ἀπεῖπε: *Optationem aut Fugam istorum abdicat*: quid ergo τὴν χρῆσιν προηγμένων (sic item leges) ποιεῖσθαι προσέταττεν, ὅπως μηδὲν τὸ ἀβλαμμένον πρὸς πᾶσαν διάθεσιν τῆς ψυχῆς ἴσχῃ: *uti illis cum judicio & antecedente notitia jubet, & metus aut admirationis expertem animum erga talia habere.* Plura hæc possim: sed dic ore libero, an jamnunc non fastidis? non, inquam, tenuia hæc, aut & *περίεργα tibi visa? AUD. Si verum amas, visa. Et ô graues illos Zenonas & Cleanthas, per hæc dumeta incedere, & in his verborum, ut sic dicam, præstigiis hærere? Quid enim aliud, quàm nominum quædam proelia, ne dicam illudia, ista sunt? Non *Bona*, sed, *Producta*: non *Mala*, sed *Rejectanea*. In re igitur consentis? eodem loco & pretio, quo alii, habes? Verba versas & dissimulas, sed ægrè expedis, & flexu ad eamdem metam venis. Cicero sæpè hoc iis objicit: & noster etiam Augustinus: qui hæc omnia *verborum certamini, non rerum examini, censè deputanda.* Meo animo, ista si non fidem, gravitatem sectæ detrahunt; & vellem abstinuisse.

Ibid.

Ibid.

Epist. xcii

III. De Finib. in extremo.

Lib. vi.

*Curiosa & superuacua.

IX. De civit. c. iv.

DISSERT. XXIV.

Non esse has Logomachias, aut Periergias: & ad rem voces istas facere, idque obiter ostensum.

LIPS. Quid si ego temperasse velim? nimia acumina non amo: sed temperasse, non abstinuisse. Mihi tamen ad rem facere videntur ipsa hæc verba, & aut frænum cupidini, aut stimulum dare. Nihilne interest, utrum

utrùm *Bona*, an *Producta* appellem? Si *Bona*; incitor, & præsumo jam appetenda. Sin autem *Producta*; disco fines Boni tangere, sed judicio debere induci. Ipsâ voce igitur admoneor, non nimis & statim inhiare. Idem in iis, quę *Mala* vulgò dicunt: ipsi *Rejecta*: intellego non nimis fugienda esse; & interdum, si Virtutis in iis materies, appetenda. Ciceronis illa non audio: *Qui doces paratiorem me ad contemnendam pecuniam fore, si illam in re-*
IV. De Fin. *bus Præpositis, quàm si in Bonis duxero? fortioremque in patiendo dolore, si eum asperum & difficilem perpessu, quàm si Malum dixero?* Imò doceam hoc, Cicero: & verba incitamentum animis dant, aut coërcitionem. Eadem etiam doctrinam. quo enim fine alioqui nomina, nisi ut res intelligatur? Et benè Plato ea rerum δηλώματα, *notificationes* esse dixit. Itaque idem ait: Ὀνόματος ἐφέστηκε ἐστὶν αὕτη, ἥτις ἐστὶν ὀρθότης οἵαν ἐστὶ τὸ πρᾶγμα: *Nominis rectitudo illa est, ut qualis res sit, ostendat.* Quid tu igitur
In Cratylo mihi Bona appellas, quæ nec te judice planè talia sint? mala esse possint? Zeno vitavit, & *Media* dixit, & ostendit à Virtute aut Vitio, ab Usu vel Abusu, decus aut dedecus iis advenire. *Omnis enim res*, ait Seneca,
Ep. LXXX II. *quod non habuit decus, addità Virtute sumit. Cubiculum lucidum dicimus, quod idem obscurissimum est nocte. Dies illi lucem infundit, nox eripit: sic istis, quæ à nobis Indifferentia dicuntur, divitiis, viribus, honoribus, regno: & contrà, morti, exsilio, malæ valetudini, dolori, Malitia aut Virtus dat Boni vel Mali nomen.* Itaque divitiis malè utor? malæ fiunt: benè? bonæ. Sed hoc etiam disco, rem tam ambiguam cautè custoditeque habendam. Nimias non appetam; quia ut ferrum facilè ad rixas aut pugnam irritat, sic ad vitia opes. Impediunt etiam, & velut sarcinæ aut laciniæ sunt ituris ad Bonam mentem. Socrates olim: Αἱ μὲ ποδήρεις ἐσθῆτες τὸ σῶμα δηλοῦσι, αἱ δὲ διαπεπλεγμέναι καὶ ποικίλαι τὰς ψυχὰς ἐμποδίζουσι: *Vestes longæ & talares corpora, opes autem nimiæ animos impediunt.* Bona similitudo, & Apuleio placuit concinnè usurpare: *Fortunam, velut tunicam, magis concinnam, quam longam probare.* Itaque sapiens habet, non adversat: & verè
Apolog. χρήματα non κτήματα ea facit. Sed nec ab illis se æstimat: dumtaxat, si Mens bona adest, dixerit,

Μακάριός ἐστι κἂν ὁλίγα ἔχῃ:

Beatus est, qui Mentem & unâ Opes habet.

Imò beatus, qui solam etiam Mentem habet: etsi cum eâ & illas mallet. Neque enim *Eligere* ab eò amovemus. *Appetere* tantùm damnamus. Nam ille quidem
Sen. De Vit. beat. c. XXV. opes, vires, honores, *totum Fortunæ regnum despicit: sed*

ex

ex illo tamen, si dabitur electio, meliora sumet. Idem fortiter & ex animo clamabit:

Laudo manentem. si celeres quatit
Pennas, resigno quæ dedit, & meâ
Virtute me involvo, probamque
Pauperiem sine dote quæro.

Audis? dotem habeat Virtus, non habeat, ipsam ambit & amat: nec accedere ei aut decedere per externa quidquam putat. At hæc talia animis inprimenda, ne vitio Zenoni vertatur nomina apposita inveniſſe, & quæ ostendant aut liberent à populari errore. Diffundi ista possint, dies contrahit: & ecce, dum loquimur,

—— ἥλιος ἤδη, καὶ ἐπὶ κνέφας ἦλθε:

Jam sol occidit, & venêre crepuscula noctis.

Vale & vade igitur, cras, sodes, redi.

JUSTI

Digitized by Google

JUSTI LIPSI MANUDUCTIONIS AD STOICAM PHILOSOPHIAM LIBRI TERTII DISSERTATIO PRIMA.

Ingreſsio ad Sermonem. Aliquid contra Spem & Metum: ad Decreta deinde tranſitus factus.

AUD. Numquid pergimus in Sapientiæ hac via? Valdè opus eſt, & cottidie audimus quæ turbent aut dejiciant, niſi ab illa firmemur. LIPS. Quæ tu iterùm triſtia, ô cum Homero, *μακάρτι κρειών? AUD. Nam antea bellum fuit, nunc & rebellio acceſſit: ac miles noſter jus faſque imperii omne exuit & calcavit: audiſtin'? Annibal in ſomniis olim *Serpentem* vidit, qui *Vaſtitatem Italiæ* denunciabat: ego vigilans meæ Belgicæ hanc ipſam. Quo loci ſumus Lipſi? *quam prendimus arcem?* LIPS. Hanc Philoſophiæ, ut ajebas: in quam pedem cœpimus ferre. Quo enim alio fine & fructu, niſi ut in hæc talia nos firmet? Pythagoras olim (cujus ego ſingula Sententiarum fruſta, gemmas habeo:) ille inquam ſcitè; Ὥσπερ ἰατρείας τὰς τῶν σωμάτων νόσους ὠφελεῖ· μὴ τὰς ἐκ τῆς ψυχῆς κακὰς ἀφαιρῆται: *Sicuti Medicinæ nullus uſus fructuſque eſt, morbos à corporibus non deppellenti; non item Philoſophiæ, niſi vitia ab animo.* Et quę vitia? cùm alia, tum præcipuè eorum fomites aut fontes: *Spem* & *Timorem.* Alternis inter hæc jactamur, avidi ſemper aut trepidi: & à caſibus Fortunæ ſuſpenſi. Benè Seneca:

Stulti

Status, rebellorum.

Prob. Ser. Lxx.

Digitized by Google

Stulti vita ingrata est, trepida est, tota in futurum fertur. Epist. XV. Quare ingrata? præsentia enim aut præterita in numerum aut lucrum non veniunt: nec sistimus, sed semper prominemus. Quare trepida? quia & *majora vero timemus; & antequam timenda, timemus.* Permittimus deinde nos affectui, Ratione ullâ revocante, auferimur: & *sic vertimus terga, quemadmodum illi, quos pulvis motus fugâ pecorum exuit castris.* Quid ergo? inquies. nihil providebo, aut præcipiam? Non hoc suadeo. Timere te, non providere vetor, vexari, non vitare. Imò verò hac ipsâ ad Securitatem te viâ ducam: quam videor præclusisse. *Si vis omnem solicitudinem exuere; quidquid vereris ne eveniat, eventurum utique propone, & quodcumque illud est malum tecum ipse metire, & timorem tuum taxa.* Audis? timorem tuum exues, omnia timendo. Sed addidi, *metiendo* etiam & *taxando.* Nam quale illud est, quod eveniet; verum, an imaginarium malum? Si verum; in me est fugere, nec invitus ad Vitium impellar. Sin autem à Fortunâ aliquid, & ista vulgi mala: jam heri didicimus, Mala hæc non esse. AUD. Didicimus: sed re & effectu exserere, & sic se gerere, ô Herculis ille labor! LIPS. Socratis, & qui eum sequi volunt. Cur autem non facias? Non enim ut aves, quæ canere aut loqui doctæ nihil ultra voces sciunt: sic nobis Philosophia discenda aut habenda. Apage. sed illa animo induenda est: atque etiam *circumdanda est, velut mexpugnabilis murus, quem Fortuna multis machinis lacessitum non transit.* Antisthenes olim hoc monebat: Τείχη περιβαλέσθαι δεῖ τοῖς ἡμῶν διαλογισμοῖς: *Muros construendos animi nostri sensibus, nullâ vi expugnandis.* Et quos muros? illos *Decretorum*, de quibus heri diximus: quæ si bene imbibis, servas, exerces, Dii boni. quid te levium istorum lædat? In theatris ille cum plausu dixit:

Epist. XV.

Sen. Epist. XIII.

Ibid.

Ep. XXIV

Sen. Epist. LXXXII.

Laërt.

——*nam si Regnum à me Fortuna atque Opes*
Eripere quivit, at Virtutem non quiit.

Et vides generosas, & ut sic dicam, Stoicas voces etiam in vulgus cadere, & excipi ac probari? Quæ igitur in nobis, & manu nostrâ sunt, curemus: hæc alia, quid nisi Deo permittamus? Et fidenter quidem permittamus. Nam cum Socrate, Ἐμοὶ δὲ γέ μοι δοκεῖ οὐ λίαν ἄτοπον εἶναι ἡμᾶς τοὺς ἡμετέρους ἐπιμελεῖσθαι καὶ ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους ἐπιστήμονας τῶν τοῖς θεοῖς ἐπιμελητῶν: illud mihi apte dictum videtur, *Deos esse nostrûm curatores, & nos velut possessionem aliquam Deorum esse.* An igitur sua, imò suos neglegant? Confide, & certum animi robur indue adversus hæc incerta. Quid fiad Spem

Plato in Thædone.

Digitized by Google

Plut. Sym. pos. IV. c. IV. etiam te vocem? Philosophi olim fuêre, qui *omnia in ista ponebant*, eamque σωτηρίαν καὶ βίου *censebant: continere maximè & conservare vitam*; ideoque *Epistlici* Græcè sunt dicti. Neque destrictè sectam damnem: si non sola Spes, & semper admittenda, sed cum Metu utiliter temperetur. *In secundis nemo confidat, in adversis*

Sen. III. Quæ. Nat. *nemo diffidat: alternæ vices sunt rerum.*

Et subtexta malis bona sunt, lacrimæque sequuntur

Manilius. *Vota, nec in cunctis servat Fortuna tenorem.*

Nosse & attendere hanc inconstantiam, constanti etiam viro dignum, & ab ea in Decreto illo firmari SEQUI DEUM. Sed quid in Publicis moramur? an non magis ère nostra, ad nos redire? Socratis perpetuum monitum:

Ὅ, τι ἔχει τὸ μεγάλειον κακὸν τὸ ἀγαθόν τι τίνει;

Quid propriâ tibi in æde Bonique Malique geratur.

Hoc jubebat attendere, in una eâ curâ curiosum esse. Faciamus, & ad *Decreta* nostra redeamus: quorum *Radicem* heri vidimus & *Truncum*. Jam ex illo ecce *Rami* & *Ramuli* adsurgunt, mira serie nexi. Proprium hoc Stoicorum, vincire omnia, & quasi anulos nectere in catena: ut non ordo solùm, sed ordo sequela & cohæsio sit rerum. Tullii super ea re judicium: *Hercules fatendum est quod sentio:* MIRABILIS *est apud Stoicos* CONVEXTUS *rerum. Respondent extrema primis, media utrisque, omnia omnibus. Quid sequatur, quid repugnet, vident: & ut in Geometriâ prima si dederis, danda sunt omnia.* Hæc causa, cur apud eumdem Cato *Consectaria* appellet. *Consectaria me*, inquit, *Stoicorum brevia & acuta delectant*, quia nempe mutuò sese consequuntur, & devincta hærent: ipsum illud grande argumentum Veritatis. Nam falsa discordant. Sed ad rem eamus.

V. De Fin.

III. De Finib.

DISSERT. II.

Distinctio Decretorum. Contra Paradoxa aliquid, & pro iis.

Decreta igitur duplicia reliqua mihi video, *Passiva* & *Propria*: ut sic distinguam, docendi causâ, & appellem. Priora illa, quæ passim in philosophantium scholis ferè obtinent, ista, quæ peculiaria hujus sectæ, habent contradictionem. Illa, nec lucem nec probationem nostram valdè desiderant; ideoque tutò seponam. Ista utrumque poscunt, & prævaricer in suscep

Digitized by Google

fuscepta causa, si omittam. AIX enim, ut sic dicam, Stoicorum est in istis. Nam decantata illa *Paradoxa* intellego: quæ ita ipsi Stoici dixerunt, non (ut Plutarchus objicit) μετ' ὀκνηλίας, ἐξεκυσιν τ ἀπορίαν, *sponte & ultrò confessi absurditatem:* sed quia præter opinionem multorum sunt, & audita novitatem vel admirationem habent. De comm. Notion.

A quo effectu Cicero *Mirabilia*, vel *Admirabilia* vertit. *Mirabilia Stoicorum*, inquit, *quæ Paradoxa nominantur.* Alibi: *Paradoxa Stoici, nos Admirabilia dicamus.* Neque aliter vertit: at Seneca *Inopinata*, aptè sanè ad verbum, sive sensum. *Illa quæ videmur*, inquit, *Inopinata omnibus dicere, Paradoxa Græci vocant.* Sunt igitur præter opinionem, at non veritatem, ut in re videbis. AVD. Illáne te dicere, quæ vulgò jactantur, imò & ridentur, *Solum sapientem regem, divitem, pulchrum:* & hæc ista? LIPS. Hæc ista, & plura. AVD. Atqui Cicero jam ea exsecutus est: & ne sic quidem approbavit. Quid approbaret? fatetur ipse ut *Levia vina esse: quæ magis gustata, quàm potata delectent.* Iterumque alibi: *Magnificè primò dici, considerata minùs probari.* Quid ita? quia aut falsa palàm sunt, si in formulâ manes: sin ad ea declinas, vulgatum aliquid, neque magnum, dicis. Ipse hoc tuus Seneca agnoscit: apud quem aliquis ad Stoicos: *Magna promittitis, & quæ ne optari quidem, nedum credi possint. Deinde ingentia locuti, cùm negastis pauperem esse Sapientem; non negatis solere illi & servum, & vestem, & tectum, & cibum deesse. Cùm Sapientem negastis insanire; non negatis & alienari, & parum sana verba emittere, & quid quid vis morbi cogit, audere. Cùm Sapientem negastis servum esse; iidem non itis inficias, & vænum iturum, & imperata facturum, & domino suo servilia præstiturum ministeria. Ita sublato altè supercilio, in eadem quæ ceteri descenditis, mutatis rerum nominibus.* Audis, Lipsi, ipsum illum nostrum doctorem? & pro ejus hac mente iterùm Cicero: *Paradoxa, primâ specie admirationem, re explicatâ risum movent.* Itaque sunt velut gryphi, qui per lusum proponi solent & involvi, tum explicari. Ac tui quidem judicii res esto: sed tamen vide, an non melius cum Plutarcho, hæc omnia εἰς τ τῶν ἰώλων καὶ ψυχρῶν ἀγρεὰν, *in evanidorum ac frigidorum classem*, abjici ac relegari. LIPS. Duo videris dixisse, cur ego abstineam de his dicere: quòd & Cicero jam fecit, & frustrà etiam fecit: tum quia in re, calcanda magis hæc videntur, quàm attollenda. Quid ad prius, brevis & vera responsio: Ciceronem pauca è multis (sex in universum) nec ea præcipua tractasse. Oratorio etiam quodam more tractasse: quod

IV. Acad.

IV. De Finib.

Ep. LXXI.

IV. De Finib. Ibid.

De Constant Sap. cap. III.

IV. De Finib.

De commun. Notion. adv. Stoic.

quod aliter solet, & debet fortasse, in his Scholis. Ad alterum, ipsis rebus magis mox respondero, quàm verbis. Quid enim communiter ea dilaudem vel approbem? per singula eundum est, & judicii quadam lance examinanda & libranda sunt. Pauca tamen etiam nunc ad illa tua non testimonia, sed adversariorum convicia, licet. Quid enim aliud Cicero aut Plutarchus, quàm Academici, id est ex professo Stoę nostræ hostes? At ille ait, ut *levia vina* esse. Levia? acria & generosa verissimè ego dixerim: atque ut illa frigus vel languorem stomachi; sic hæc animi excitare, demissa. Nam gustare, parum est: potare & demittere, inquam, opus, si vim & vigorem sensurus es talium Decretorum. Sed tum, inquis, vulgatum aliquid dicunt. Vulgatum? falsum est: omnia illorum supra vulgus, an non hæc, quæ supra philosophorum etiam vulgus? Fatemur, siqua nimis elata, vel ut in fidibus intenta fuerunt, remitti interdum interpretatione, & ad concentum reduci: sed tamen ita, ut sublimia maneant, & generoso semper Honesto purpurata. Chrysippus hoc animosè: Δεῖ γὰρ τὸν σπουδαῖον ὑπερβολὴν τοῦ μεγέθους, καὶ τοῦ κάλλους, πλάσμασι ἀνεκφράστοις ὁμοῖα λέγειν, καὶ ἐκ τοῦ ἀνθρώπου τὸ ἀνθρωπινώτερον φύσει: *Propterea, ob excellentem & magnitudinem, & pulchritudinem, videmur* FABULIS *similia dicere, neque pro homine, aut humana ista natura loqui.* Audin'tu confessionem? *Gryphos* objicis: iste scit & *Fabulas* objici: sed & causlam verissimam addit. Magnitudo & pulchritudo rerum, atque unà verborum est, quæ habet attonitos: sed quos? viles nempe & ignavos, & qui à terrâ suâ non surgunt. Sunt enim παράδοξα μὲν, καὶ ἀπίθανα καὶ ὁ Κλεάνθης ἤλεγεν, ἀ μὴν οὐκ ἄλογα: *inopinata, ut Cleanthes ajebat, sed non falsa.* Quòd si in verbis aliquid involuti vel ambigui; explicari, quæ invidia est? Hoc est quod Seneca fatetur: *A consuetudine quædam, quæ dicimus, abhorrent: deinde alia via ad consuetudinem redeunt. Negamus injuriam accipere Sapientem: & tamen qui illum pugno percusserit, injuriæ damnabitur. Insanire omnes Stultos dicimus: nec tamen omnes curamus elleboro.* Item inter alia dicimus, Omnia esse sapientis. Quid ergo? tuum & tuum tibi eripio? moderor. & communi etiâ sensu ac consensu verum id ostendo. Talia in aliis, singillatim mox clarandа. Nec enim lubet diutiùs, ut in prolusione, ventilare unum Ciceronis testimonium, ubi ex animi sententiâ, non pro Academico loquitur, addam. *Mihi*, inquit, *ista Paradoxa quæ appellantur,* MAXIME *videntur esse* SOCRATICA LONGEQUE VERISSIMA. Vis aliquid luculentius? vetera

Apud Plut. de Contrar. Stoic.

De Benef. II. c. XXV.

Præfat. in Parad.

à S

à Socrate facit, id est ipso Sapientiæ capite: & cum veritate ex asse consentientia. Pleraque (non ausim, omnia) ita sunt: videamus, &——*tu te dictis præbere memento.* AUD. Ne mone. non magis Telemachus, apud Homerum, illis Minervæ. Contrà siquid dixi, id factum

Non tam certandi studio, quàm propter amorem,
quod discere aveo, & te audire.

DISSERT. III.

I. Paradoxum positum, & explicatum, Sapientes omnes pares esse.

DIXIMUS igitur, omissis *Passiuis* sive *Communibus*, *Inopinata* hæc *Decreta* explicatum à nobis iri: id que eo ordine, quo quidque eorum *Trunco* suo (lubet enim non abire ab hac imagine) proximè adhæret. Vt ex ipso grandiores primò *Rami*, tum *Ramuli* ex istis adsurgent & enascuntur: sic *Decreta* majora, & ex iis minuscula video suboriri. Illa igitur præmittam, & in confusis etiam ordinem aut eruam aut instituam, quà potest. Primum *Paradoxum* esto, *Sapientes inter se pares*: quod Academiæ & Lycéo oppositum scito. Origo proxima illi à *Trunco*, *Solum Honestum Bonum esse*: ut jam videbis. Ego ita effero, duce Senecâ nostro: *Quicumque fuêre Sapientes, pares erunt & æquales.* Cicero paullò aliter *Sapientes omnes summè beatos esse.* In idem convenit. qui enim in summo omnes ponit, hoc ipso in æquali. Noster: *Inter cetera hoc habet boni Sapientia: nemo ab altero potest vinci, nisi dum ascenditur. Cùm ad summum pervenerit, paria sunt. Non est incremento locus, statur. Numquid Sol magni tudini suæ adjicit? numquid Luna, ultrà quàm solet, procedit? Maria non crescunt, Mundus eumdem habitum ac modum servat. Extollere se quæ justam magnitudinem expleuere, non possunt.* Pulcherrimè, ut semper, & à cœlestium etiam exemplo. Sed ætiologia ipsa est in primario Decreto, quod dixi, *Honestum solum Bonum esse.* Si enim ita; ergo solum Beatum facit: si Beatum, ergo perfectè, & ut dihil desit. Nam Cicero hoc rectè: *Quid minus probandum, quam esse aliquem Beatum, nec satis Beatum? Quod autem satis est, eò quidquid accesserit, nimium est: at nemo nimiùm Beatus est, & nemo Beato Beatior.* Et noster doctor: *Illud absurdum est, quod dicitur* (ab Academicis) *Beatum futurum vel sola virtute, non autem perfectè Beatum: quod quemadmodum dici possit, non reperio. Beata enim vita*

Ep. LXXIX. IV. De Fin. Ep. LXXX. V. De Fin. Ep. LXXX-IV.

Bonum in se perfectum habet, inexsuperabile: quod si est, perfecte Beata est. Et statim: *Quemadmodum Summum, adjectionem non recipit (quid enim supra Summum erit?) ita nec Beata quidem vita, quæ sine Summo bono non est.* Plusçula ibi, & vide. Sed tria ecce hic opponi possunt, & solent: aut ab ipso *Bono* eam crescere, aut à *Tempore*, aut ab *Usu*. Singula videnda, & rejicienda sunt. Non à Bono, si in Virtute ponis: quia illa non intenditur aut crescit. Laertius inter scita Stoica: Δοκεῖ δὲ τῶν ἀγαθῶν ἐπ' ἀκρον εἶναι αἱρετὸν, καὶ μήτε ἄνεσιν μήτε ἐπίτασιν δέχεσθαι: *Videtur iis omne Bonum in summo expetendum, neque remissionem aut intentionem suscipere.* Seneca: *Sapientia persuadebit, unum Bonum esse quod Honestum est, hoc nec* REMITTI *nec* INTENDI *posse, non magis quàm regulam, quâ rectum probari solet: quam si flectes, quidquid ex illâ mutaveris, injuria est recti. Idem ergo de Virtute dicemus: & hæc recta est, flexuram non recipit, rigida est, amplius intendi non potest.* Et paullò ante: *Idem esse dicebat Socrates Veritatem, & Virtutem: quomodo illa non crescit, sic nec Virtus quidem. Habet numeros suos, plena est.* Itaque Cicero benè concludit: *In Virtute sola & Honesto cùm sit Bonum positum: cumque nec Virtus, ut placet Stoicis, nec Honestum crescat: cùm id augeri non possit, in quo uno positum est Beatum esse: quò potest esse quisquam alius alio Beatior?* Æquales ergo omnes ab hac parte. At enim Naturalia vel Externa bona accedent, & augebunt. Antè hæc removimus: & nunc breviter. *Alius fortasse erit affabilior, alius expeditior, alius in eloquendo promptior sed illud de quo agitur* (Bonum verum) *quod Beatum facit, æquale erit in omnibus.* Accedant omnia illa Externa, nihil sunt præ Virtute: *& ut obscuratur & offunditur luce Solis lumen lucernæ; & ut interit magnitudine maris Ægæi stilla muriæ; & ut in divitiis Crœsi, teruncii accessio; & gradus unus in ea via, quæ est hinc in Indiam: sic cum sit is Bonorum finis, quem Stoici dicunt, omnis ista rerum in corpore sitarum æstimatio, spendore Virtutis & magnitudine, obscuretur, obruatur, atque intereat necesse est.* At enim *Tempus* ipsum igitur, quo fruar illo Bono, non adjiciet? non ero Beatior multos annos in possessione Virtutis, quàm si dies aut pauculas horas? Id quoque negant. Seneca: *Summum Bonum nec infringitur, nec augetur: in suo modo permanet, utcumque fortuna se gessit, sive illi senectus longa contigit, sive citra senectutem finitum est, eadem mensura Summi Boni est quamvis ætas diversa sit.* Imagine deinde hoc declarat. *Utrum majorem an minorem circulum scribas, ad spatii ejus pertinet, non ad formam: licet alter diu manserit.*

In Zen.

Ep. LXXI.

Ibid.

v. De Fin.

Sen Epist. LXXIX.

Cato apud Cic. III. De Finib.

Ep. LXXIV.

alterum statim obduxeris, & in eum, in quo scriptus est, pulverem solveris; in eadem utercque forma fuit. Iterumque universè: *Quod rectum est, nec magnitudine æstimatur, nec numero, nec tempore: non magis produci, quàm contrahi potest. Honestam vitam ex centum annorum numero, in quantum voles, corripe, & in* VNVM DIEM *coge, æquè honesta est.* Cicero pariter: *Qui Bonum omne in Virtute ponit, is potest dicere, perfici Beatam vitam perfectione Virtutis. negat enim Summo Bono adferre incrementum diem.* Et diffusiùs apud eum Cato: *Recta effectio, item * Convenientia, denique ipsum Bonum, quod in co positum est ut naturæ consentiat, crescendi accessionem nullam habet. Ut enim opportunitas non sit major productione temporis; sic hæc, de quibus dixi, non fiunt temporis productione majora. ob eamque causam Stoicis non videtur optabilior, nec magis expetenda Beata vita, si sit longa, quam si brevis: ut uterque simili. Ut si cothurni laus sit, ad pedem aptè convenire: neque multi cothurni paucis anteponerentur, neque majores minoribus: sic quorum omne Bonum Convenientia atque opportunitate finitur, nec plura paucioribus, nec longinquiora brevioribus anteponentur.* Iterumque noster Seneca, adversum Academicos: *Dicam quid sit, ex quo veniat hic error* (discriminandi Beatitudinem:) *nesciunt Beatam vitam unam esse. In optimo illam statu ponit qualitas sua, non magnitudo. Itaque in æquo est longa, & brevis? diffusa, & angustior; in multa loca partesque distributa, & in unum coacta.* Plura addit: vide. Plutarchus hoc ipsum ita, in Stoicis scitis, quæ carpit: Οὔπ ἀγαθὸν ὁ χρόνος σὺν αὐξῇ συναυξόμενον. ἀλλὰ κἂν ἀκμὴς λάβῃ ὥρας ψυχή, φέρομεν, εὐδαιμονίαν ἀπολήψεσθε τὸν αἰῶνα χρωμένην τῇ ἀρίστῃ, καὶ μακαρίως ἐν αὐτῇ καθεύδουσαν: *Quod Bonum tempus non augeat, si accedat: sed si quis vel punctiuncula horæ prudens fuerit, nulli concessurum in felicitate, qui vel longissimum ævum virtute sit fruitus: & beate in ea vixerit.* Carpit hoc ipsum, inquam, Plutarchus: sed quid mirum? nam ille inter eos, qui ex professo contrà sentiunt, & docent: de quibus jam addam. Nam de *Tempore* istud, ferè convenit cum *Usu*: etsi distinxi. An igitur nec ab *Usu* augetur Felicitas? Adserunt alii: & jam olim Pythagorei. Ex quorum schola Archytas definit εὐδαιμονίαν, χεῖσιν ἀρετῆς ἐν εὐτυχίᾳ: *Felicitatem, Usum virtutis, idque cum Successu.* Ecce, non Usum solum, sed Successum requirit: & valdè Felicitatem ad Externa porrigit ac nectit. Quis enim εὐτυχίαν illam sibi spondeat? imò addit: Τὰν χρῆσιν μὴ καὶ ἐπιτάμῳ ἐν ἁμῖν εἶμεν, ἢν δὲ εὐτυχίαν σὺν εἶναι: *Virtutem & Scien-*

II. De Fini b.

III. De Finib.

* De qua lib. III. Disserr. XV.

Ep. LXXV.

De Commun. Not.

Digitized by Google

Scientiam in nobis, ac nostrâ potestate, esse; Successum, non esse. Quod verè dicitur: ergo & illud, nec Felicitatem in nobis esse, pro Scholæ ejus mente. Quid autem Aristoteles? fortiter hæc defendit: & scribit: Τὴν εὐδαιμονίαν οὐκ ἐν κτήσει, ἀλλὰ χρήσει ἀρετῆς, οὐκ ἐν ἕξει, ἀλλ' ἐνεργείᾳ εἶναι: *Felicitatem non in Possessione, sed Usu Virtutis, neque in Habitu, sed Actione esse.* At nostri ex diametro repugnant, & *Zeno primus*, ait Cicero, *non Virtutis Usum modò, ut superiores, sed ipsum Habitum per se esse præclarum disseruit. Nec tamen Virtutem cuiquam adesse, quin eâ semper uteretur.* Vides ipsum *Habitum per se* laudari, & ab eo Virtutem censeri? Seneca noster: *Summum Bonum in ipso Judicio est, & Habitu optimæ mentis.* Atque alibi: *Quid est Virtus? judicium verum & immotum.* Quod est à Prudentiâ, & hæc à Scientiâ. Plutarchus inter Stoica: Τί ἐστιν ἀγαθόν; εὐδαιμονία. τί δὲ φρόνησις; εὐδαιμονία, ἢ ἐπιστήμη: *Quid est Bonum? non aliud quàm Prudentia. quid Prudentia? non aliud quàm Scientia.* Et quę hęc Scientia, quâ Seneca aperit: *Unâ re consummatur animus, Scientia bonorum ac malorum* IMMUTABILI. Imò Stoici *in solis Virtutibus inesse Scientiam*, STABILEM *atque* IMMVTABILEM *censent*. Nota sæpiùs de *stabilitate*. Nam, ut alibi noster: *Semel traditi Boni* PERPETVA *possessio est. Non dediscitur Virtus*: & plusculà addit. Firma igitur hæc Scientia. iterumque Seneca: *Beatum illud in uno loco positum est, in ipsa Mente, stabile, grande, tranquillum: quod sine Scientiâ divinorum humanorumque non potest effici.* Neque aliâ mente Socrates: Ἓν μόνον ἀγαθὸν εἶναι, τὴν ἐπιστήμην, ἓν μόνον κακὸν, τὴν ἀμαθίαν: *Unum solum Bonum, Scientiam esse; unum solum Malum insciti am.* Itaque in Habitu, in Scientiâ, in Mente est ipsa Virtus: etsi ut suprà Cicero, *utitur ea semper* Sapiens: nisi tamen vi, casu, aut caussâ impeditur. Quid tum, si mens & voluntas adest?

——— laudandaque velle

Sit satis, & numquam SVCCESSV *crescit Honestum*: ut Cato, apud Lucanum, * μάλα στωικῶς effert. Neque enim id Virtuti derogat, impediri: non magis quàm Soli, obnubilari. *Sicut illius vis & lux integra est, etiam inter opposita: eodem modo opposita Virtuti nihil detrahunt. non est minor, sed minùs fulget. Nobis forsitan non æquè apparet, ac nitet: sibi eadem est, & more Solis obscuri, in occulto viam suam exercet.* Optimè. non minuitur, sed minùs latè *funditur*: atque eò verbo in hac re utuntur. Cato apud Ciceronem: *Quamquam negent Stoici, nec Virtutes nec Vitia crescere, tamen utrumque eorum*

FVNDI

1. Ethic. Nicom. cap. VIII. & alibi.

I. Acad.

De Vit. Beat. c. IX.

Ep. LXXII.

De Commun. Not.

Ep. LXXVII. Cic. IV. Acad.

Epist. L. Ep. LXXIV.

Laërt. in Socr.

Lib. IX.

* *Valdè Stoicè.* Sen. Epist. XCII.

III. De Finib.

Digitized by Google

FVNDI *quodammodò, & quasi dilatari putant.* Fusionem eam Seneca explicat: *Virtus modo latius* FVNDITVR; *regna, urbes, provincias temperat; fert leges, colit amicitias, inter propinquos liberosque dispensat officia: modo arcto fine circumdatur paupertatis, exsilii, orbitatis.* Quid refert? ipsa eadem est: eadem? imò *æquè magna est, etiamsi in se recessit, undique exclusa.* Lumen in arcâ include, atque idem libera: nihil interest, nisi quòd aliis non lucet. *Non enim prohibentur opera Sapientis omnia, sed tantùm ad alios pertinentia: ipse semper in actu est.* Claudere igitur hoc licet apud Stobæum verbis: Πάντα τὰ καλὰ καὶ ἀγαθὰ ἀνδρὸς τελείου εἶναι, ἀλλὰ μηδὲ μᾶλλον ἀπολαύειν ἀρετῆς. διὸ καὶ πάντας ὁμοίως εἶναι τοὺς ἀνθρώπους τοὺς ἀγαθούς: OMNEM *Probum & Sapientem* PERFECTVM *esse, quia nulla Virtute destituitur: ideoque &* OMNINO *&* SEMPER *Bonos Beatos esse.* Si omnes perfecti: quod discrimen? *pares* igitur. Si omnino & semper beati: quæ additio, aut minutio? nulla.

Ep. LXXIV. Ibid. Sen Ep. LXXXV.

DISSERT. IV.

II. *Paradoxum. Virtutes pares, itemque individuas esse.*

EXCIPIT & adhæret alterum Paradoxum: *Virtutes inter se pares, atque etiam nexas esse.* Duplex igitur membrum: prius lustremus. *Pares,* quo sensu? omni, quem dixeris: id est; Virtutes, etiam diversas, pares esse: itemque unius illius rectè-facta; etiam diversarum actiones. Triplex igitur paritas: & Seneca satis aperit: *Virtutes inter se pares sunt: & Opera virtutum: & Homines, quibus illæ contigêre.* De *Virtutibus* inter se collatis, ecce, adfirmat: itemque seorsim de *Operibus.* nam de *Hominibus*, jamantè est dictum. Plutarchus cum Senecâ: Stoicis μήτε ἀρετὴν ἀρετῆς ὑπερίσχυσιν εἶναι, μήτε κατόρθωσιν κατορθώσεως: *neque Virtutem Virtute majorem esse, neque Rectè-factum Rectè-facto.* Cicero restrictiùs dicere videtur: *Omnia Rectè-facta æqualia*: sed sensus & mens ejus non discordat. Communiùs iterùm Plutarchus: Μηδὲν ἀγαθὸν μηδενὸς ἀγαθοῦ μεῖζον, μήτε λατέον: *Nullum omnimo Bonum majus, aut minus.* Itemque Laërtius: Πάντα τὰ ἀγαθὰ ἴσα εἶναι: *Omnia bona æquala esse.* Omnino hoc necessum, si priùs illud Paradoxum tuemur & tenemus. Cicero: *Pares esse Virtutes, nec Bono viro meliorem, nec Temperante temperantiorem nec Forti fortiorem, nec Sapiente sapientiorem posse fieri.*

Ep. LXVI. De Stoic. Contrar. IV. De Fin. De Commun. Not. III. Parad.

Digitized by Google

Quid ita? quia, inquit, *una Virtus est, consentiens cum Ratione, & perpetua constantia; nihil huic addi potest, quò magis sit Virtus; nihil demi, ut Virtutis nomen relinquat.* Ep. Lxv. Seneca eam ipsam caussam insistit & premit. *Una inducitur humanis Virtutibus regula: una enim est Ratio recta, simplexq;* Et statim infert: *Si autem Ratio divina est, & nullum Bonum sine Ratione est: Bonum omne divinum est. Nullum porrò inter divina discrimen est, ergo nec inter Bona.* Alia etiam caussa quod Virtus omnis perfecta sit; perfecto quid majus aut melius potest? Tam igitur Modestia perfecta, quàm Iustitia: & sic in aliis; & nulla aliam vincit, quia omnes in summa Bonitate. Cicero: I. 1. Parad. *Etenim si bene facta, Recte facta sunt: & nihil recto rectius; certe ne Bono quidem melius quidquam inveniri potest.* Seneca idem clariùs & efficaciùs: *Nihil invenies rectius recto: non magis, quàm vero verius, temperato temperatius. Omnis in modo est Virtus: modus certa mensura est. Constantia non habet, quò procedat: non magis, quàm Fiducia, aut Veritas, aut Fides. Quid accedere perfecto potest? nihil.* Ep Lxv. Itaque his rationibus, & quia Virtutes in se ipsas, non in materie considerant; easque, ut dixi, in summo: concludunt, omnia Bona paria, usque eò, ut par Virtus sit (Chrysippi dictum) *patriam fortiter servasse, & muscæ morsum viriliter sustinuisse, vel anum capularem continenter auersatum esse.* De Commun. Not. apud Plut. Rides tu? non convelles, si principia nostra non subvertis. Una est enim illa Boni, ut sic dicam, facies, undique & ubique formosa, ubi se ostendit: *ceterum multæ ejus species sunt, quæ pro vitæ varietate, & pro actionibus, explicantur: nec tamen minor fit, aut major ipsa.* Sen. Ep. Lxv Sol idem, & eâdem claritate, si per tenue foramen, aut patentem fenestram intravit: nec hunc patentem radium justè præferam alteri contractiori. Hæc Stoici. alii, atque inter eos Theologi nostri dissentiunt. & certè Virtutes specie distinctas, excellentiâ etiam disparant. ut Prudentiam, quæ in Ratione nobilissima parte propriè sita est, eamque perficit, nobiliorem Justitiâ volunt; hanc Fortitudini, istam Temperantiæ præferri. & uno verbo, ut quæque earum magis ad Rationem accedit, earumque participat, sic meliorem esse. At Virtutem ejusdem speciei, puta Temperantiam, non abnuunt, in se consideratam, non ratione ejus eorumve qui habent, eamdem paremque esse. Nam eos qui participant, aliter atque aliter dispositos, non ad eamdem ejus perfectionem venire. Quæ suo etiam sensu veritissima, Stoicorum non planè infringunt: qui nullum Bonum, nisi in perfecti

Vide Thomam 1. 2æ quæst. 66.

Digitized by Google

perfectione & summo agnoscunt. Sed partem alteram videamus: *Nexas Virtutes esse.* cui sententia subjicitur, unam qui habet, omnes habere. Non nimis hoc inopinatum est: & veteres etiam Philosophi vidêre. è quibus nonnulli, *unam Virtutem esse* centuerunt, *etsi multis insignitam vocabulis:* quæ Menedemi Eretrientis sententia fuit, & Aristonis Chii. Sunt qui & Zenonem eò trahant, auctore Plutarcho: quoniam scripsit, *Prudentiam, dum suum cuique tribuit, esse Justitiam; dum res eligit, Temperantiam; dum tolerat, Fortitudinem.* Sed qui negant, excusant eum * *Prudentiæ* nomine *Scientiam* intellexisse. Qui autem negant? Stoici, quorum hoc est (in Stobæi Eclogis:) Ἀρετὰς εἶναι πλείους, καὶ ἀχωρίστους ἀπ' ἀλλήλων: *Virtutes* PLURES *esse, atq; eas inseparabiles.* Quid enim de cohæsione opus quærere, si una modò sit? Sed quærebant, ut dixi, veteres: atque adeò Seneca quærendum, inter prima, censet. *Nihil agetur,* inquit, *si ignoramus quid Virtus sit: una, an plures: separatæ, annexæ, ac qui unam habet, cetera habeat.* Iterumque monet alibi: & quæramus, *quid sit Virtus: una, pluresne sint.* Enimverò & Apulejus in unitatem inclinat, ubi Platonica recenset: *Unimodam esse Virtutem: quod Bonum suapte naturâ adminiculo non indiget: perfectum autem cum sit, solitudine debet esse contentum.* Sed hoc nunc omitto: de re nostrâ, plures facimus, easque individuas, ut ibi una, sint omnes. Chrysippus ait: Τὰς ἀρετὰς * ἀκολουθεῖν ἀλλήλαις, ὡ μόνον τῷ τὴν μίαν ἔχοντα πάσας ἔχειν. ἀλλὰ τῷ τὴν μίαν ὅτιοῦν σπουδαῖον καὶ πάσας συνεργεῖν. ὅτι καθόλου πλείονος εἶναι, τὴν μὴ πάσας ἔχοντα ἢ τὰς ἀρετάς, ὅτι προκόψει πλείονα, ἢ τινὰ τῶν πάσας πραττόντων τὰς ἀρετάς: *Virtutes invicem comitari, non solum, quod qui unam habet, omnes habeat; sed quod qui * secundum unam aliquid operatur, idem secundum omnes: & nec virum perfectum, qui non omnes virtutes habeat, nec Actionem, quæ non fiat secundum omnes.* Totum hic dogma, & sententiam habes: quam duplicem etiam vides. Prior est, *sequise, ut unâ sint apud quemque unam.* Plinius ad Trajanum: *Didicimus quidem, cui Virtus aliqua contingat, omnes inesse* Quod Cicero variis locis, atque alibi ita affirmat: ut *Si unam,* inquit, *Virtutem confessus sis te non habere, nullam necesse sit te habiturum.* Ratio in Senecâ: quia *cùm semel animum Virtus induravit, undique invulnerabilem præstat. Non enim singula vitia, Ratio, sed pariter omnia prosternit, in universum semel vincit.* Sicut sol ille pariter oritur, & omnia illustrat. Hæc etiam nostri Doctores sensêre, ut Ambro-

Libro, de Virtute morali.

* Ut supra Differt. antecedente in Plutar.

Ep. xcv.

De Vit. Beat.

De Philos.

Apud Plut. De Contrar. Stoic.

* Ipsa per verba hæc in Laert. in Zenone. Adde Plutar. infrà Diss. xv.

II. Tusc.

Consol. ad Liv. c. xiii. vide.

Digitized by Google

1. Offic. c. XXVII. & 11. c. 12 in Luc. c. VI.

brosius: *Virtutes individuas esse, sed opinione vulgi sejunctas.* Alibi: *Connexæ sibi sunt concatenatæque Virtutes, ut qui unam habet, plures habere videatur.* Itemque Gregorius: *Una Virtus sine aliis, aut omnino nulla est, aut imperfecta est.* Nota posterius membrum. nam in eo error, quòd species & imago Virtutis alicujus solitariè sæpè

Lib. 1. Moral.

est: sed imago, & ut ille ait, *imperfectæ.* Ille ante eum Plato: ex cujus fontibus hausit Apulejus. *Imperfectas Virtutes*

De Philos.

(quæ sint, ibi vide) *semet comitari negat: eas verò quæ Perfectæ sunt, individuas sibi & inter se connexas esse.* Causa; quia ubi una aliqua Virtus perfecta (& de ea semper Stoici:) ibi & Ratio perfecta. quæ esse non potest, nisi ut vim & lumen suum ad alias etiam Virtutes extendat. Sententia altera in Chrysippo, *In opero & actione concurrere ac misceri.* Hoc ita Cicero: *Cum sic copulatæ connexæq; sint Virtutes, ut* OMNES OMNIUM *participes sint, nec alia ab alia possit separari: tamen proprium suum cujusq; munus est; ut Fortitudo in laboribus periculis q; cernatur, Temperantia in voluptatibus, Prudentia in delectu.*

V. De Fin.

Ep. LXV II. Et noster etiam doctor apertiùs: *Cùm aliquis fortiter patitur, omnibus Virtutibus utitur fortasse, cum una in promptu sit, maximeq; appareat, Patientia. Ceterùm illic est Fortitudo: cujus Patientia & perpessio, & Tolerantia rami sunt. Illic est Prudentia, sine qua nullum initur consilium: quæ suadet, quod effugere non possis, quàm fortissimè ferre. Illic est Constantia, quæ dejici loco non possit. Illic est* INDIVIDUUS *ille comitatus Virtutum. Quidquid honeste fit, una Virtus facit, sed* DE CONSILII SENTENTIA. Ergo hac quoque parte necti vides, quòd in Actione adminiculantur invicem & adsistunt. Est & tertius nexus, sed Peripateticorum, in Prudentia. In illo capite omnes conveniunt. Καὶ ἀνάγκη, Ait Alexander Aphro-

Lib. IV. Quæst. c. XXII.

disæus, ἀνελεῖν δρᾶ τὴν φρόνησιν ἔχοντα, φρόνησιν ἴσχυν. εἶτα ἐστὶ φρόνησις ἀρετὴ πρακτικὴ τῶν ἀνθρώπων φρονήσεως τοῦ κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον: *Necesse est habentem Virtutem aliquam Moralem, habere & Prudentiam. siquidem est Moralis Virtus effectrix eorum, quæ definita sunt à Prudentia & recta Ratione.* Denique Aristoteles ea mente ait: Οὐκοῦν ἔστιν ἡ προαίρεσις ἐξὴ ἀνθρωπίνης: *Electio non est recta, sine Prudentia: at* Virtus in Electione consistit. Habes secundum igitur Paradoxum, etsi membro isto altero vix tale. Nam & Philosophis aliis verum est, etsi vulgo novum aut vanum.

DIS-

Digitized by Google

DISSERT. V.

III. *Parad. Sapientem sibi parem, & in Gaudio semper esse.*

PARADOXVM ecce tertium: etiam de Paritate, seu potiùs Æquabilitate in uno Sapiente. Hunc constare sibi, in eodem semper animi statu & tenore censent: atque eo optimo & optatissimo, id est, *In gaudio semper esse.* Rem priusquam explicem, opus aliquid de verbo: quod tamen illi explicandę aptè, imò necessariò, adhibeatur. Augustinus: *Quas*, inquit, *Græci appellant* Εὐπαθείας *Latinè autem Cicero Constantias nominavit, Stoici tres esse voluerunt, pro tribus Perturbationibus in animo Sapientis, pro Cupiditate Voluntatem, pro Lætitiâ Gaudium, pro Metu Cautionem. Pro Ægritudine verò vel Dolore, negaverunt posse esse aliquid in animo Sapientis. Voluntas enim, inquiunt, appetit Bonum: Gaudium, de Bono adepto est: Cautio, devitat Malum.* Et paullò pòst: *Hæc illi sic loquuntur, ut Velle, Gaudere, Cavere, negent nisi Sapientem: Stultum autem, non nisi Cupere, Lætari, Metuere, Contristari.* Ita noster ille doctor: & puriter hausit è Zenonio fonte. Nam Laërtius paria aut eadem, nisi quòd pro *Lætitia*, ἡδονὴν *Voluptatem* nominavit. Videre in ipso potes: ego quæ propriè ad nostram rem, excerpam. Ait ergo, ἡδονὴν ἄλογον ἔπαρσιν ἐφ' αἱρετῷ δοκοῦσῃ ὑπάρχειν; *Voluptatem* (cum Augustino & Cicerone *Lætitiam*) *esse, sine Ratione elationem, in re quæ videatur expetenda.* Huic tria subjicit: κήλησιν, τέρψιν, ἀφύσιν: *Delinitionem, Oblectationem, Diffusionem.* Iterumque: *Voluptati Gaudium* opponi: sive, ut Græcè cum illo dicam, τὴν χάραν σύστασιν αὐτὴν τῆς ἡδονῆς, ἔναρ ἄλογον ἔπαρσιν: *Gaudium Voluptati adversum esse quod definitur, cum Ratione elatio.* Tria item huic subjicit, τέρψιν, ὑφεσιν, ἱλαρότητα: *Oblectationem, Hilaritatem, Tranquillitatem.* Etsi in voce τέρψεως hæreo, & spuriam aut supervacuam pronuncio: cùm jamantè in contraria parte (ἡδονῆς) habuerit sedem. Ergo vel delenda, vel pro eâ θάρρος: *Fiduciam*, subtituendum. Certè in Stobæo junctim hæc Sapienti lego attribui, χάρα, ὑφεσιν, θάρρος. His è Laërtio Tulliana ista consonant: *Cùm Ratione animus movetur, placidè atq; constanter, Gaudium dici; cum autem inaniter & effusè exsultat, Lætitiam, quam ita definiunt* (Stoici) *Sine Ratione animi elationem.* Sunt ipsa illa in Græcis. Neque

xiv. De Civ. c. viii.

iv. Tusc.

Digitized by Google

Ibid. c. Lvi i. que vana hæc distinctio, certè non inutilis: & Augustinus è Sacris etiam probat. *Non est gaudere impiis, dicit Dominus: tamquà impii Lætari potius possint, quàm Gaudere.* Noster Seneca huc facit: *Voluptatem (si ad nostrum Album verba dirigimus) rem infamem esse, & Gaudium nisi Sapienti non contingere. Est enim elatio animi, suis bonis virisque fidentis.* Nota, *Voluptati Gaudium opponi*, pro Laertii excerptis: itemque verba ea ad *Album*, vel ex *Albo* Stoicorum, sciteè dici. Est & definitio ipsa Gaudii, paullo fusior, quàm in Laertio, & quæ *Fiduciam* quoque (de qua monui) includit. Addit Seneca:

Sen De Vit. Beat. cap. iv. *Itaque Virgilius cùm dicit, —— & malæ mentis Gaudia: diserte quidem dicit, sed parum proprie, nullum enim malum Gaudium est.* Non herclè, neque malos sequitur: quia ex sola Virtute est: *in qua fundatum necesse est, velit nolit, sequatur hilaritas continua, & lætitia alta atque ex alto veniens, ut quæ suis gaudeat, nec majora domesticis cupiat.* Habes ipsum illud Gaudium plenè descriptum, si scrutaris. *Fundatum*, inquit, in rupe illa

Ep. xxiii Virtutis. Reliqua gaudia adventicia, & infirma sunt. atque *hæc quibus delectatur vulgus, tenuem habent ac perfusoriam voluptatem: & quodcumque invecticium gaudium est,* FVNDAMENTO *caret.* Iterumque alibi: *Fragilibus innititur, qui adventicio lætus est. exibit gaudium, quod*

Epist. xcvii. *intravit.* Aliter planè in isto est: & *illud ex se ortum fidele firmumque est, & crescit, & ad extremum usque prosequitur.* Ex se, inquit, ortum: id est ex Animo, in quo

Ep xxiii Virtus. Seneca suo Lucilio: *Nolo tibi umquam deesse Lætitiam, volo illam tibi domi nasci: nascetur, si modo intra te ipsum sit. Ceteræ hilaritates non implent pectus, sed frontem remittunt: leves sunt, nisi tu fortè judicas illum gaudere, qui ridet:* Animus debet esse alacer, & fidens, & *super omnia erectus.* Et statim: *Hoc gaudium, de quo loquor,*

Quod Bono Malum insid. *solidum est, & quod plus pateat* INTRORSUS. Philo Judæus: Ἐπὶ δὲ τοῖς ἐν ψυχῇ μόνοις ἀγαθοῖς ἡ αὐτάρκης χαρὰ καὶ ἀκατάληπτος εὐφροσύνη), εἰ ἐστιν ἐν πᾶσι σοφὸς χαίρει: οὐκ ἐν τοῖς περὶ αὐτόν: *Quia igitur in solis Animi Bonis genuinum & sincerum reperitur Gaudium, ideo* IN SE *quisque Sapiens gaudet, non in iis, quæ circa ipsum.* Ergo benè noster suprà dixerat, *Altum, & ex alto veniens*, itemque *continuum* esse. Idem alibi: *Aliquod potius bonum*

Ep. xxvii *mansurum circumspice: nullum autem est, nisi quod animus ex se sibi invenit.* SOLA VIRTUS *præstat gaudium* PERPETVVM, *securum: etiam siquid obstat, nubium modo intervenit, quæ infrà feruntur, nec umquam diem vincunt.* O pulchra & apposita imagine! Revera enim,

talis

Digitized by Google

talis est Sapientis animus, qualis mundi status super Lunam: Sen. Ep. LIX.

Perpetuum nullâ temeratus nube serenum.

Nam illa *pars mundi superior & ordinatior, nec in nubem cogitur, nec in tempestatem impellitur, nec versatur in turbinem; omni tumultu caret. Eodem modo sublimis animus, quietus semper, & in statione tranquilla collocatus, modestus, venerabilis, & compositus.* Postrema illa observa. nec enim Hilaria agitare Sapientem aut Saturnalia volumus: placidum & occultum illud Gaudium est, & cum gravitate, imò severitate conjunctum. *Mihi crede,* ait noster, *res severa est verum Gaudium.* Neque enim aliud est, quàm interior quies, & *pax & concordia animi, & magnitudo cum mansuetudine.* Quæ malis aut stultis absunt: ubi cupidines ipsæ sibi obstrepunt aut pugnant, & semper in eorum animis velut legiones aut castra. Seneca hanc quietem etiam explicabat suprà: *suis gaudere, nec majora domesticis cupere.* Est enim proprium hoc *Beati, præsentibus qualiacumq; sint contentum esse, amicumque rebus suis.* Atque ille idem *nunquam malis suis ingemuit, nunquam de fato suo questus est, fecit multis intellectū sui & non aliter quàm in tenebris lumen effulsit cum esset placidus, lenis, & humanis divinisque rebus pariter æquus.* Hic est ille animi status, quem Tranquillitatem etiam licet appelles. Seneca: *Quid est Beata vita? Securitas, & perpetua Tranquillitas.* Quæ finitio cum Democriti sensu convenit: cui εὐθυμία ista sive *animi Tranquillitas, est ipsa Beata vita,* ut Cicero alibi scribit. Iterūque *Democritus Summū Bonū εὐθυμίαν & sæpe ἀπαθείαν appellat: id est, animum terrore liberum.* Quod Stoici tamen abnuunt: nec finem hunc esse, sed fructum. Accessio, inquam est; atq; ita Laërtius, inter Zenonis dogmata Ἀρετὴν ἐπιδοτικὸν πρὸς τὴν χάριν καὶ τὴν εὐφροσύνην εἶναι: *Accessionem Virtutis esse Gaudium & Hilaritatem:* Etiam noster. *Tum illud oritur* ex (Virtute) *inæstimabile bonum, Quies mentis in tuto collocatæ, & sublimitas, expulsisque terroribus, ex cognitione veri Gaudiū grande & immotum, comitasque & diffusio animi: quibus delectabitur* NON UT BONIS, *sed ut* EX BONO ORTIS. Non ergo sunt ipsa Beata vita, sed adhærent, ut lux Soli: etsi efficere etiam illam sensu aliquo dicas, nempe ut sentias & fruare. Ita Ambrosius noster: *Beatam vitam efficiunt Tranquillitas conscientiæ, & Securitas innocentiæ.* Habes Paradoxum: nec id quidem nisi vulgo. Nam & Sapientia ipsa in Sacris loquitur: Ὁ δὲ ἐμὸς ἀκούων, κατασκηνώσει ἐπ' ἐλπίδι πεποιθὼς, καὶ ἡσυχάσει ἀφόβως ἀπὸ παντὸς

Sen. Ep. LIX.

Lucan.

Sen. De Vit. Beat. c. III.

Ibid. c. VI.

Ep. CXX.

Ep. XCII.

V. de Fin.

De Vit. Beat.

III. Off. c. I.

Cap XI.

Digitized by Google

πανδεγμονῆ: *Qui me audiet, habitabit in* SPE CONFIDENS, *&* QUI ESCET SECURE *ab omni malo.* Habes bonas has affectiones, *Securitatem, Quietem, Confidentiam*: & hanc postremam cum *Spe* temperatam (cui Metus semper inest) ne nimia sit, & exsulter.

DISSERT. VI.

VI. Parad. Sapientem vel in Tormentis Beatum esse.

QVARTUM Inopinatum dogma profero, *Sapientem etiam inter Tormenta Beatum esse.* Fortiter hoc fic efferimus: quidquid agmine in nos incurrant Pythagoréi, Academici, Aristotelici. *Nam quid certius potest esse, quàm ratione eorũ qui dolorem in Malis ponunt, non posse Sapientem Beatum esse, cum in eculeo torqueatur?* contrà autem, *eorum qui Dolorem in Malis non habent* (Stoicorum) *ratio certè cogit uti in* OMNIBUS TORMENTIS *conservetur* BEATA VITA. Imò verò, comparatione etiam facta, *Zeno negat Metelli vitam beatiorem, quàm Reguli.* Heu inopinata, heu oppugnata! Nam *quomodo*, inquiunt, *ista paria esse possunt, cùm alia optanda sint, alia aversanda?* Neque etiam Porticus tota neget Metelli vitam præponendam & sumendam esse. Perseverant tamen paria hæc esse, quia Bona sunt: nullum autem inter Bona (supra doctum) discrimen. Igitur *paria sunt Gaudium, & fortis atq; obstinata tormentorum Perpessio. In utroq; enim eadem est animi magnitudo: sed in altero remissa & laxa, in altero pugnax & intenta.* Tale aliquod discrimen alibi noster ingerit. *Non est quod existimes ullam esse sine labore Virtutem, sed quædam Virtutes stimulis, quædam frænis egent. Quemadmodum Corpus in proclivi retineri debet, in arduum impelli: sic quædam Virtutes in proclivi sunt, quædam clivum subeunt.* In illo genere sunt, Liberalitas, Temperantia, Mansuetudo; in isto, Patientia, Fortitudo, Perseverantia, & *quæcumq; duris opposita Virtus est, & Fortunam subigit.* Quid ergo? inquies. an non contra Naturam Dolor & Tormenta sint? fatemur. *Et estne aliquod Contra Naturã igitur Bonum? Minimè. sed illud aliquando contra Naturam est, in quo Bonum illud exsistit. Vulnerari enim, & subjecto igne tabescere, contra Naturam est: sed inter ista servare Animum infatigabilem, secundum Naturam est. Et ut, quod volo, breviter exprimam, materia Boni aliquando contra Naturam est, Bonum numquam*

Cic. III. de Finib.

Cic v. De Fin.

Sen. Ep. LXVI.

Ibid.

De Vit. Beat. c. XXV.

Ibid.

Ep. LXVI.

Digitized by Google

Bonum sine Ratione nullum est, sequitur autem Ratio Naturam. Verissimè. imò adeò Bona hæc sunt, ut etiam aliquando optanda. Quo modo? isto, ut *non incommoda optabilia sint, sed Virtus quâ perferuntur incommoda.* Ecce in exemplo: *tormenta abesse à me velim: sed si sustinenda fuerint, ut me in illis fortiter, animosè, honestè geram, optabo.* Miles pugnam at vulnera non optat, ob ipsa: sed gloriæ aut victoriæ mixta, optat. Itaque *non ultro præbebit se periculis fortis: neque etiam timebit illa, sed vitabit. Cautio illum decet, timor non decet.* Scit omnia hæc externa, quæ Mala appellantur, non nisi timidis timenda esse. Sentit tamen, atque etiam dolet. *Sensum enim hominis nulla exuit Virtus: sed non timet, & invictus ex alto dolores suos spectat.* Mucium Scævolam in igne tolerantem, imò gloriantem legisti, ictu non animo lapsum: tale in Sapiente.. Et maluisset tamen Mucius integra manu fortiter facere, quàm mutilata pati. *Totum Fortunæ regnum Sapiens despiciet; & tamen ex illo, si dabitur Electio, molliora sumet.* Sed toti rei intelligendæ adhibeatur & hæc distinctio. *Triplex,* ait Seneca, *Bonorum conditio est. Quædam, ut nostris* (Stoicis) *videtur, Prima Bona sunt: tamquam Gaudium, Pax, Salus patriæ. Quædam Secunda, in materia infelici expressa: tamquam tormentorum Patientia, & in morbo gravi Temperantia. Illa Bona directo optamus nobis; hæc si necesse erit. Sunt adhuc Tertia: tamquam modestus Incessus, ac probus Vultus, & conveniens prudenti viro Gestus.* Vides, cujusmodi Bona sint; sed Bona, imo & illis quæ lætam faciem habent paria. Suprà tetigi, sed iterandum est. *Quid ergo? jacere in convivio, & torqueri, paria sunt? Hoc mirum videtur tibi? illud licet magis admireris, jacere in convivio? Malum est: torqueri in eculeo, Bonum est: si illud turpiter, hoc honestè fit. Bona ista aut Mala non efficit materia, sed Virtus. Hæc ubicumque apparuit, omnia ejusdem mensuræ ac pretii sunt,* Et quid mirum nostros dicere, quibus nullum extra animum Malum est? ecce Epicurus ille Voluptatis magister, Doloris hostis, quas voces emittit? *Si uratur Sapiens, si crucietur, in Phalaridis tauro si erit, dicet, Quam suave est hoc! quam hoc non curo!* Atqui ipse adeò fecit, morti jam admotus. Seneca: *Quid porrò incredibile videtur, aliquem in summis cruciatibus positum dicere, Beatus sum? Atqui hæc vox in ipsa officina Voluptatis est audita.* BEATISSIMVM *inquit hunc & ultimum diem ago, Epicurus: cum illum hinc urinæ difficultas torqueret, hinc insanabilis exulcerati doloris ventris Quare ergo incredibilia hæc sunt apud eos qui Virtutem colunt: cum apud eosdemque reperiantur,*

Ep. LXVII Ibid. Ep. LXXV. Ibid. De Vit. Beat. cap. XXV. Ep. LXV I Ep. LXXI Cic. II. Tuscul. Ep. XCII.

Digitized by Google

apud quos voluptas imperat? Sed malignitas scilicet, aut potiùs imbecillitas est animi, hæc detractantis. *&* Ep. LXXII. *non putant fieri, quidquid facere non possunt: ex infirmitate suâ de Virtute ferunt sententiam.* At tu audi Salomonis vocem: *Cum audirent per sua tormenta* BENE SE- Sap. c XI. CVM AGI, *commemorati sunt Dominum, admirantes in* FINEM *exitus.* Causa, & Finis sunt, quæ hæc mitia, Sen. De Benef. IV. imò suavia faciunt: & *licet ipsum corpus plenum* BONA cap. XXII. CONSCIENTIA, *stillet, placebit illi ignis, per quem bona fides collucebit.* Audis *placiturum* quoque? ita: & apud poëtam Cato proclamat:

——GAVDET *Patientia duris:*
LÆTIUS *est, quoties magno sibi constat Honestum.*

sed nempe in *Bona conscientia*: & Christianus Doctor hæc consignet Ambrosius: *Non frangitur Sapiens dolo-* Lib. De Jacob. I. c. VII. *ribus corporis, nec vexatur incommodis: sed etiam in* RUMNIS BEATUS *manet Quia non in delectatione corporis, vitæ Beatitudo est; sed in* CONSCIENTIA PURA *ab omni labe peccati.*

DISSERT. VII.

V *Parad. Sapientem Apathem & Imperturbabilem esse. Plusculi hic de Affectibus.*

QVINTUM Inopinatum, & vel maximè oppugnatum: Ἀπαθῆ *sive Imperturbabilem, esse Sapientem.* Veteres & nostri exagitant, atque adeò irrident. & cum priscis pugna in eo consistit, quòd illi (Pythogoras, Plato, Aristoteles) τὸν σοφὸν μετριοπαθῆ εἶναι, ἀπαθῆ δὲ οὐκ εἶναι *Sapientem modice Affectibus tangi, non autem nullo modo tangi*, consensu edixerunt. Jam nostri, Affectus etiam admittunt plenius; nec qui, sed unde fint, quærunt: mox explicandum. At Stoici, *Affectus omnes,* Lactant. Instit. lib. VI. *quorum impulsu animus commovetur, ex homine tollunt.* cap. XIV. Atque ita D. Hieronymus: *Omnes Affectus tolli posse, om-* Adu. Pelag. *nesque eorum fibras, à Pythagora & Zenone Pelagianos hausisse.* De Zenone, fatemur: miramur de Pythagora, & hunc planissimè contrà sensisse, discipulorum ejus scripta docent. Theages Pythagoricus: Ἐπειδὴ ἡ ἀρετὴ περὶ πάθεα, τὰ δὲ παθέων ἡδέα καὶ λύπα ὑπέρκειται, φανερὸν ὅτι οὐκ ἐν τοῦτοις ἡ ἀρετὴ τὰ πάθεα τὰ ψυχῆς, ἡδέα καὶ λύπαν ἀφαιρεῖ πέπτωκεν· ἀλλ' ἐν τοῦ παθέος συναρμόζει. *Quoniam Virtus morum circa Affectus, &* Apud Stob. Serm. I. *Affectuum præcipui Voluptas & Dolor, liquet non in eo Virtutem esse, ut eximantur Affectus animo, Voluptas & Dolor: Sed ut modificentur, & temperentur.*

Plura

Digitized by Google

Plura huic rei addit: itemque Archytas ex eadem schola. Γίγνῃ δὲ τῶν παθέων ἀ ἀρετὰ, καὶ ἡμιτελέοντα πάλιν σφῶν αὐτῶν συνίστατται. ὥσπερ καὶ τὸ καλὸν ἁρμοσμένον ἐκ βαρέος καὶ ὀξέος καὶ μετρίου καὶ τὸ ὄλον δίκαιον ἐκ θερμοῦ καὶ ψυχροῦ καὶ τὸ ἰσόρροπον ἐκ βαρέος καὶ κούφου. ἐκ δὲ τούτων ἐν οὐδὲν δεῖ τὰ πάθεα τῆς ψυχᾶς· ὅτι δὲ ἀφέλιμον· ἀλλὰ συναρμόσασθαι πάντα τὸν λόγον ἔχειν τὰ δίκαια καὶ τὰ μέτρια. *Nascatur ex Affectibus Virtus, & nata cum illis consistat, sicut concinna modulatio ex acuto & gravi: item temperies, ex calido & frigido: iterumque æquilibrium è ponderoso & levi. Non igitur tollere Affectus oportet: id enim inutile: sed aptare ad id quod rationem Decori & Mediocritatis habet.* Et ipsa Peripateticorum sententia, nimis a Zenonis illâ diversa. Scio *Teletis*, qui inter Pythagoricos etiam censetur, quædam esse è libro περὶ ἀπαθείας. in quibus ista probari videtur. sed idem scio hunc Stilponis auditorem fuisse, & hac parte affeclam, nec è Pythagoréo istæc fonte hausisse. Sed ut ad rem igitur, Stoici tollunt Affectus: atque ita Seneca. *Utrùm satius sit Modicos habere Affectus, an Nullos, sæpe quæsitum est. Nostri* EXPELLUNT, *Peripatetici* TEMPERANT. & epistolâ ea tota hos refellit. Idem alibi: *Non diminutionem malorum in Bono viro intellego, sed Vacationem. nulla debent esse, non parva*: & plura etiam adtexit contra jam dictos. Disputatio longa est, & non hic retexenda: status tamen ferè caussæ in eo, an Affectus sint à natura? Esse Plato & Aristoteles volunt: ideoque non excindi, non esse, nostri: eoque tolli. Cicero benè hoc advertit: *Mihi*, inquit, *in tota oratione eâ, quæ pertinet ad animi Perturbationem* (ita πάθος ferè semper appellat) *una res videtur* CAUSSAM *continere, omnes eas esse in nostra potestate, omnes judicio susceptas, omnes voluntarias.* Sanè caussam continet, imò conficit: si enim ita, quis neget tolli? At enim aliter veteres, & nostri (Christiani) mox novarunt. quod ita idem: *Cùm antiqui Perturbationem animi ex homine* NON TOLLERENT, NATURAQUE *& Condolescere, & Concupiscere, & Extimescere, & Efferri lætitia dicerent, sed ea* CONTRAHERENT, *in angustumque deducerent: Zeno omnibus his quasi* MORBIS *voluit* CAVERE SAPIENTEM. *Cumque eas Perturbationes antiqui Naturales dicerent, & Rationis expertes, aliaque in parte animi Cupiditatem, in alia Rationem collocarent: ne his quidem adsentiebatur. Nam & Perturbationes* VOLUNTARIAS *[illegible]*, OPINIONISQUE JUDICIO *suscipi, & quantum Perturbationum arbitrabatur esse matrem, immoderatam quamdam Intemperantiam.* In paucis his verbis tota res

Ibid.

Apud Stob. Serm. CVI. vide.

Ep. CXVI.

Ep. LXXXV.

IV. Tuscul.

I. Academ.

posita, neque satis fortassis exposita : vis propiùs accedamus, & velut manu admota revelemus? AVD. Lubescit. nam firmiter cupio istud noscere de Affectibus, sæpè auditum nec plenè acceptum. LIPS. Fiat igitur, inspiciamus. Ait: NON TOLLERENT. Non certè. quid tollerent? utiles censebant, & à Natura ad Virtutem datas. Nam *sine iis* (ajebant) *languebit omnis actio, & vis ac vigor animi resolvetur.* Sine Ira, Fortitudo non erit, sine Metu, Prudentia; sine Cupidine, Temperantia; sine Lætitia, sensus amorque Virtutis. Dumtaxat igitur CONTRAHEBANT: id est, *detracto quod exundat, ad salutarem modum cogebant*: qui modus est ipsa Virtus. Avaritiæ da modum, Frugalitas est; Profusioni, Liberalitas; Ambitioni, Magnanimitas; itemque in aliis. Ac sicut bonæ plantæ in feraci agro, si neglegantur, silvescunt & horrescunt; cultura adhibita, utiles & fructiferæ fiunt: sic Affectus. Quis autem cultor? Ratio, ajebant: imò & rector, quæ velut frænis temperat, & exsultantes in angustiorem girum ducit. Amplius, dicebant NATVRA esse. nimirum insitos in parte *Irrationali* animi, quæ duplex est: *Concupiscens*, & *Irascens*: atque ex his sponte, sine operâ voluntatis emergère, & enasci. Imò & sedes iis suas adsignant in ipso corpore: *Lætitiæ in splene, Iræ in felle, Libidinis* (sive Cupidinis) *in jecore, Timoris in corde.* Qui ergo Affectus eos tollant, vitam ipsam ex animali, & partibus iis primariis, tollunt. Et sicut agrum sterilem habere nolis, sic nec animum, cui *Affectus, velut ubertas est naturalis. Ad quam cùm verus cultor accesserit* (libet enim hoc repetere) *statim cedentibus vitiis fruges Virtutis oriuntur.* Quæ quomodo erunt, si non illi? ubi victoriæ locus, sine adversario? laudi, sine lucta? Nam si virtus est, Iram cohibere: quomodo faciet, qui Ira caret? Si Cupiditatem refrænare; quæ coërcitio, ubi non quod coërceas? *Deus itaque, cùm hominem primum fingeret, mirabili Providentia, ingeneravit ei primùs istas animi Commotiones, ut posset capere Virtutem, sicut terra culturam: posuit que materiam Vitiorum in Affectibus, Virtutis in Vitiis.* Hæc illi. pergit Cicero ad nostros. Zeno, inquit, his omnibus QVASI MORBIS exuit Sapientem. Benè, *quasi*. non enim reverà Stoicis *Morbi* sunt, sed initia & causæ Morborum. Discrimen quod sit, Seneca in epistola quadam te docebit. Addit, CARERE voluisse Sapientem. Prorsus carere: non recidere, sed excidere; non regere, sed ejicere. Causæ multæ sunt: hæ præcipuæ. Primò, difficile est regere aut moderari amissos. *Imbecillis est primo omnis*

Sen. De Ira l. cap. VIII.

Ibid.

Lact. vi cap. xv.

Ibid.

Ibid.

Ep. LXXV.

Sen. Epist. CXV.

Affe-

Digitized by Google

Affectus, deinde ipse se concitat, & vires, dum procedit, parat. Ut equus incomitus, facile abripit rectorem. Quis nautæ suaserit aut approbaverit, ventis jactari, ut possit artem exercere? in tranquillo tutius erit. Ut in præceps lapsis corporibus nullum sui arbitrium est: rapiuntur: sic animus in libidinem, amorem, iram projectus, non sistit se ubi vult, aut cùm vult, sed quò non vult fertur. Deinde, Affectus si mali; etiam modici, modicum certè malum erunt: quis id apponit Sapienti? *Itaque falsa est ista mediocritas, & inutilis: eodemque loco habenda, quo si quis diceret, Modicè insaniendum, Modicè ægrotandum.* Tertia etiam ratio. si istis das locum, *quamvis exigui sint, in majus excedent. Numquam pernicioſa servant modum.* At enim sunt ut bonæ plantæ in agro. Bonæ? hoc nego: sunt plantæ, sed vepres, spinæ, rubi, nati ad delendam aut prohibendam omnem bonam frugem. Denique quies & tranquillitas, ut docuimus, Sapientem decet & sequitur: tu vis eum, ut mare aliquod asperum esse, assiduis Affectuum turbinibus agitatum? Careat igitur, si potest: atqui potest. Non sunt enim NATURALES, ut illi volebant, neque RATIONIS EXPERTES. Si enim à Naturâ, boni essent: quod etiam ipsi negant, sed ad Bonum dumtaxat ire. Deinde, quid *est Naturale, quod idem nimium esse possit?* at isti iidem resecant & circumcidunt, ut superfluentes. Tertiò, cur non iidem in omnibus, & pari modo? Meritò ergo, ob has aliasque causas dicimus, *non tam Naturâ insitos, quàm pravâ Opinione susceptos.* Ab hac iis origo: ideoque Zeno apud Ciceronem pergit asserere, VOLVNTARIOS esse, Quomodo? quia ab OPINIONE, ut sequitur: & (ut idem alibi) *nulla Naturæ vi commoventur, omnia quæ ea sunt Opinionis, ac Judicia levitatis.* Totidem ferè verbis Plutarchus de nostris: Τὰ παθη σύμπαντα τοῖς ἀνδρείοις φαύλας, καὶ δόξας ἀμολογῆσθαι, εἶναι: *Omnes Affectus omnino Judicia prava & Opiniones dicunt esse.* Nota istæc, quæ causam non continent solùm, sed obtinent. Nam si talia; profectò in *Rationali* parte animi sunt, non illa *Irrationali*: atque ita à Voluntate. Sed *Judicia* esse, etiam Chrysippus adfirmat, apud Galenum: Χρύσιππος μὲν οὖν ἐν τῷ περὶ παθῶν, λόγου τινὸς πλέκεται, κρίσεις τινὰς εἶναι τὸ λογιστικὸν τὰ πάθη: *Chrysippus in primo libro De Affectibus, demonstrare conatur Judicia quædam Rationalis partis esse Affectus.* Et addit de Zenone ipso paullò aliter: Ζήνων δὲ, οὐ τὰς κρίσεις αὐτὰς ἀπλῶς τὰς ἐπιγιγνομένας καὶ λύσεις, ἀπαίρειν καὶ τὴν ψυχὴν, εὐθέως εἶναι τὰ πάθη:

Ep. LXXXV.

Cic. IV. Tuscul.

Lactant. VI. c. XIV.

III. de Finib.

In libello, Utra animalia.

De Decret. Hippocr. & Platon. itemque Laert. in Zenone.

Digitized by Google

Zeno autem, non ipsa Judicia, sed Judiciis accedentes contractiones, & solutiones, elationes & collapsiones animi, esse censebat Affectus. Discrimen inter sectæ duos apices observandum, sed leve. Judicium sanè causla magis Affectuum videtur; isti, ipse effectus. Communiter tamen Chrysippi sententia obtinuisse videtur, quam & Cicero, ut receptam, profert: & Plutarchus. Iste enim ita: Τῶν φιλοσόφων οἱ μὲν πάθη λόγους πείθειν, ὡς πᾶσαν ἐπιθυμίαν, καὶ λύπην, καὶ ὀργὴν, κρίσεις οὔσας: *Philosophorum aliqui* (hi nostri) *Affectus Rationes faciunt, tamquam omnis Cupiditas, Tristitia, Ira, sint Judicia.* Iterumque idem alibi fusius explicat: Εἶτα δέ φασιν οὐκ ἐπεφθονηκέναι λόγῳ τὸ πάθος, ἀλλὰ δεῖν λέγειν καὶ φάσκειν, ἀλλ' ἐνδιδόναι λόγῳ τοσοῦτον ἐπ' ἀμφότερα, λαμβάνουσαν καὶ ἡμᾶς, οὐχ ὅπως καὶ ἐχθρὸν μισοδεσπότην, καὶ *σωφρονίσμα οὐ παιδὸς ἐστὶ ψυχῆς ὁ πίφυκε ἐπιθυμεῖν καὶ μίσους, ὀργίζεσθαι καὶ δειλίαν, φιλεῖν τε καὶ τὸ αἰσχρὸν ὑφ' ἡδονῆς, καὶ ταραττόμενον πάλιν αὖτ' ἐπαμῦναι καὶ ἐκκλῖναι ἐπιθυμίαν, καὶ τόδε, καὶ τοιαῦτα πάσχειν, δόξας εἶναι καὶ κρίσεις πονηρὰς καὶ περὶ ἃ γιγνόμενος τὸ ψυχῆς μέρος, ἀλλ' ὅλα ἐξ ἀμφοτέρων ῥοπὰς καὶ ἕξεις, καὶ συγκαταθέσεις, καὶ ὁρμὰς, καὶ ὅλων ἐνεργείας ἴσας οὔσας τὸ ὀλίγῳ μείζοσι λόγοις, ὥσπερ ἐπὶ τῶν παίδων ἐπιδρομικὸν τὸ μαγδαλιῶν καὶ τὸ σφοδρὸν ἐπισφαλὲς ὑπὸ ἀσθενείας καὶ ἀβεβαίου ἔχειν: *Sunt nonnulli* (nostri isti) *qui censent Affectum nihil diversum à Ratione esse, neque duorum esse hanc differentiam & dissidium sed unius Rationis conversionem ad utraque, quæ fallit nos & latet conversionis velocitate. Nos inquam, non advertentes quòd idem illud Animi sit natum Concupiscere, & Pœnitere; Irasci, & Vereri; ferri ad turpidinem per Voluptatem, & ferentem eamdem retinere. Nam cupiditatem, & Metum, & omnia hæc talia, Opiniones esse & Judicia prava, quæ fiunt non in una & sua aliqua animi parte, sed totius Hæmonici* (*Principalis*, id est *Rationis*) *inclinationes & concessiones esse, & consensiones & appetitus: atque universe, operationes quasdam in brevi mutabiles, sicut puerorum incursus vigorem & impetum invalidum ex imbecillitate habent.* Est verò & hæc tota descriptio & propalatio Stoici sensus. primùm, *non aliud à Ratione Affectum* esse: Ratione nempe pravâ, quæ Opinio dicitur. Item, *non esse duorum differentiam*: id est, in una Ratione hæc nasci, sed aliter atque aliter affectâ. Seneca lucem faciet istis, & capiet: *Non enim, ut dixi, separatas ista deductasque sedes suas habent: sed Affectus & Ratio, in melius pejusque mutatio animi est.* Ita enim vetus meus liber optime hæc scribit, & plane pro Plutarcho. Unus, inquit, animus atque una Rationalis pars, modò ad *melius* tendit,

De Genitura animæ.

*Sic lego.

1. De Irâ. cap. VIII.

Digitized by Google

dit, & *Ratio* dicitur; modò ad *pejus*, & est. *Affectus.* Sed addit Plutarchus, *falli nos velocitate conversionis*, quia scilicet non videtur sic subitò eadem pars velle posse, & nolle; ad voluptatem ire, & redire. Tamen ita est, inquit, & omnia ista in uno *Hegemonico* fiunt: additque voces Stoicorum in hac re sollennes, ῥοπὰς, εἴξεις, συγκαθάσεις, ὁρμάς. Imò & ordinem, qui est in Affectuum genitura & progressu. Primum enim est, *propensio* quædam, tum *admissio* & *cessio*, mox *consensio*, & denique *appetitus impetusque.* Exempli caussâ, *Visum* sive φαντασία objicitur, propendeo: sequitur *Notio* sive ἔννοια cedo & admitto; tum *Cogitatio* sive διανόησις, judico & consentio; denique *Incitatio* & ὁρμὴ est vehementior. Epictetus in Agellio (neque enim ipsa nunc exstant) breviùs hæc, sed tamen distinguit: *Visa animi, quas φαντασίας appellant, quibus mens hominis primâ statim specie accidentis animum rei pellitur, non Voluntatis sunt, neque arbitraria: sed vi quadam sua inferunt sese hominibus noscitanda. Probationes autem quas* * *συγκαθάσεις vocant, quibus Visa noscuntur ac dijudicantur, voluntariæ sunt, fiuntque hominum arbitratu.* Et plura addit, utiliter legenda. nec diversa ab his noster Seneca: *Ut sciας*, inquit, *quemadmodum incipiant Affectus, aut crescant, aut efferantur. Est primus motus non voluntarius, quasi præparatio Affectus, & quædam comminatio. Alter cum voluntate non contumaci. Tertius motus est jam impotens, qui Rationem evicit.* Primus quem dicit motus, est à Phantasia rei Bonæ Malæve objectæ: qua statim excitamur ad appetendum, aut aversandum. Hunc negat Voluntarium esse, sicut & Epictetus. prævenit enim inclinationem animi, & primi illi *Ictus* (ut alibi appellat) sive *Pulsus* (ut Agellius) *conditione quadam humanæ sortis eveniunt: ideoque etiam sapientissimis accidunt.* Atque ut ad Lucilium scribit: *Quædam sunt, quæ nulla Virtus effugere potest. admonet illam Natura mortalitatis suæ. Itaque & vultum adducet ad tristitiam, & inhorrescet ad subita, & caligabit si vastam altitudinem increpidine ejus constitutus despexerit. Non est hic timor, sed Naturalis affectio inexpugnabilis Rationi.* Nota hæc postrema: à Naturâ tales motiunculas esse. Quo sensu Senecam audio: *Qui negat omnes Affectus à quodam quasi Naturali fluere principio?* nempe ab istis motibus, quos Natura insevit, qui tamen, ut idem ait, *non sunt Affectus, sed principia præludentia Affectibus.* At alter jam Motus est, cùm *crescit Affectus*, ut noster ait, junctus *cum voluntate non contumaci*, quod fit scilicet, cùm motibus

Lib. XIX. cap. 1.

*Suprà, in Plutarchi verbis.

II. De Irâ cap. IV.

Ep. LVII. Sen. II. De Irâ, cap. II

Ep. LVII.

Ep. CXVI

II. De Irâ cap. II.

Digitized by Google

illis primis συγκατάθεσιν καὶ συμπάθειαν, *consentit, & opinione suâ approbat*: etsi haud plenè tamen se permittit, in gressu est, nondum in cursu. At tertius, *jam impotens*, & qui nos aufert. Is velut excursio est cum impetu, ut Plutarchus assimilabat: & noster eadem imagine, *Affectus non moveri tantùm, sed excurrere debet. Est enim impetus*: Id est, ὁρμή. Ista lucem, nisi fallor, dent Stoicorum Affectui: quem definitione nunc etiam aperiamus. Ea à Zenone duplex. Πάθος μέν ἐστιν, ajebat, ἡ ἄλογος καὶ παρὰ φύσιν κίνησις, ἢ ὁρμὴ πλεονάζουσα: quæ Cicero ita vertit, & eidem Zenoni inscribit: *Perturbatio est, vel aversa à recta Ratione, contra Naturam, animi commotio; vel brevius, Appetitus, vehementior.* Ait ἄλογος κίνησις: *irrationalis motio*, ad verbum; sed Cicero diducit & aptè explicat, *aversa à recta Ratione*. Est enim Rationis, sed pravæ. Absque hac interpretatione, Peripateticis etiam conveniat: qui ipsi definiunt, κίνησιν ἄλογον τῆς ψυχῆς, διὰ ὑπόληψιν κακοῦ ἢ καλοῦ: *Motum irrationalem animi, ob præsumptionem Boni, Malive.* Sed irrationabile aliud iis sonat: & abjungitur ab iisdem Zeno, cùm addidit, *contra Naturam* esse, negatum istis. Itaque & altera finitio Zenonia, *Appetitus vehementior*; interpretem Ciceronem habet, *qui longius discesserit à Naturæ constantia*: ut ostendat, aversum maximè ab eadem esse, id est à stabili illa & immutabili Ratione. Sed quòd *Appetitum* vertit, angustius est: & *Vitatio* vel *Fuga* etiam intellegenda. Nam ὁρμὴ hîc, quævis commotio vel incitatio: & ἀφορμὴ includit. Desino, & repeto: Affectus omnes in Rationali parte esse, ideoque cetera animalia iis carere, juxta Stoicos, *habere tamen similes quosdam illis impulsus*. Carere & Sapientem dicimus: sed quo sensu? non illo quem vulgus exaudit & exagitat, ut Sapiens nullas vellicationes aut morsus habeat: habet. *nec hoc dico, non sentit incommoda, sed vincit.* Alibi Seneca: *Non educo Sapientem ex hominum numero, nec dolores ab illo, sicut ab aliqua rupe nullũ sensum admittente, submoveo. Meminiex duabus partibus illum esse compositum. Altera est Irrationalis: hæc mordetur, uritur, dolet. Altera Rationalis: hæc inconcussas opiniones habet, intrepida est & indomita.* Ipsa tamen ista pars, in repentinis impulsibus, *sentiet levem quemdam tenuemque motum. Nam, ut dixit Zeno, in Sapientis quoque animo, etiam cùm vulnus sanatum est, cicatrix manet. Sentiet itaque suspiciones quasdã & umbras Affectuum, ipsis carebit.* En sententia nostra, non ea duritie aut immanitate, quâ censent. Est enim duplex *Apathia*, quam Lertius tangit, & distinguit: Φασὶ δὲ, inquit, εἶναι ἀπάθειαν

II. De Irâ cap. III.

Laërt. in Zen. IV. Tusc.

Sen. I. De Irâ. c. III.

De Prov. cap II.

Ep. LXXI.

Seneca. I. De Irâ, cap. XVI.

Digitized by Google

εἶναι τ σοφὸν, ἀλλὰ τὸ ἀνώμαλον τοῦτο. εἶναι δὲ καὶ ἄπαθον τ φαῦλον, ὡ ἴσως λεγόμενον τῷ σκληρῷ καὶ ἀτρώτῳ: *Ajunt Stoici Apathem sive Affectuum expertem esse Sapientem, ideo quia est stabilis & à lapsu remotus. Ajunt & stultum esse Apathem, quod valet ac si dicas, durum & immobilem,* Ep. IX. Duplex ista significatio etiam in Seneca. *Stilponi summum bonum visum est Animus impatiens. In ambiguitatem incidendum est, si exprimere ἀπάθειαν uno verbo jussit voluerimus, & Impatientiam dicere. Poterit enim contrarium ei, quod significare volumus, intelligi. Nos enim cùm volumus dicere, qui respuat omnis* MALI SENSVM; *accipiemur it, qui nullum possit ferre malum. Vide ergo num satius sit, aut invulnerabilem animum dicere, aut Extra omnem patientiam positum. Hoc inter nos & illos interest. Noster Sapiens vincit quidem incommodum omne, sed* SENTIT: *illorum* NE SENTIT *quidem.* Vult enim ibi discriminare Stilponis ἀπάθειαν à Stoicorum: & primùm de nomine quærit, possitne pro mente Stilponis Latinè *Impatientia* dici? Negat, quia planissimè in contrarium consuetudo loquentium ducat. Nam ejus mens, nihil pati aut sentire Sapientem: vulgi in eo verbo, vel levissima incommoda sentire, nec ferre. Ergo meliùs *Invulnerabilem*, inquit, aut *Extra patientiam positum* dicamus. Ceterùm non ita Stoicus Sapiens: qui sensum mali habet, sed ratione vincit. Ab hac ejus ἀπάθεια non ab illo ducta & dicta. Sed quod Seneca *Stilponi* istud adscribat, haud commemini alios facere: magis *Pyrrhoni*. Ita enim de isto Cicero: *Aristoni summum Bonum est, in* IV. Acad. *rebus mediis neutram in partem moveri: quæ* Α'διαφορία *ab ipso dicitur: Pyrrho autem, ea ne sentire quidem Sapientem, quæ* Α'πάθεια *nominatur.* Lib. VII. c. XIX. Nominat & Plinius: cujus verba toti huic rei. *Exit hic animi tenor (æqualitas) aliquando in* RIGOREM *quemdam, torvitatemq; naturæ duram & inflexibilem, Affectus q; humanos adimit: quales* ἀπαθεῖς, *Græci vocant, multos ejus generis experti: quodq; mirum sit, auctores maximos sapientiæ, Diogenem Cynicum, Pyrrhonem, Heraclitum, Timonem.* Hem, diutius his institi: sed nimirum involuta, pro virili meâ, evolvenda fuerunt. Quid restat, nisi videre an proba, aut certè probabilis, hæc sententia? Mihi videtur, in commodo illo & vero intellectu. nempe Sapientem, non esse rigidum, durum, extensum exortemque à dolore, metu, cupidine, lætitia: sed primis dumtaxat, incipientibusque. Sentiscere ea, & moveri quoque iis: sed rejicere, nec permoveri. Quid Academici ipsi in re aliud dicunt, quàm moderari, regere, &

Digitized by Google

in Rationem jus nullum habere? Ergo sperni, & coerceri: quod profectò nobis est tolli, illis coli. Augustinus hoc vidit; *Aut nihil, aut pænè nihil*, inquit, *distat inter Stoicorum, aliorumque Philosophorum, opinionem de Passionibus & Perturbationibus animorum. Utrique enim mentem rationemque Sapientis ab earum dominatione defendunt. & ideò fortasse dicunt Stoici, eas in Sapientem non cadere: quia nequaquam ejus Sapientiam, quæ utique Sapiens est, ullo errore obnubilant, aut labe subvertunt. Accidunt autem animo,* SALVA SERENITATE *Sapientiæ, propter ea quæ Commoda vel Incommoda appellant.* Igitur leve discrimen: cur tamen acribus altisque verbis terreri, si non obteri, eos nolunt? Philo Judæus etiam Moysis sapientiam huc advocat: qui, ut inquit ὅλον τὸν θυμὸν ἐκλιμάνῃ καὶ ἀκόπτειν τὰ ψυχῆς ἴδια δίκην μίσους παθῶν, ἀπὸ συνόλως ἀπαθείαν ἀγαπᾷν: *universam iram* EXSECARI & EXSCINDI *oportere censet ab Animo, non* MEDIOCRITATEM *Affectuum, sed* VACUITATEM *sive carentiam approbans.* Clarum & pulchrum nobis testimonium: tamen Christianis fortasse subvertendum. Lactantius quidem declamatoriè in istos: *Furiosi ergo Stoici, quia ea non temperant, sed abscindunt: rebusque à Natura insitis castrare hominem quodammodo volunt.* Iam & Hieronymus exsertè: *Adfectibus ad perfectum carere, juxta Stoicos possibile; juxta Peripateticos & difficile & impossibile. cui sententiæ* OMNIS SCRIPTURÆ SACRÆ *consentit auctoritas.* Et verò laxant Adfectibus fræna, sed bonis & à bona causa, nostri Doctores: in hoc etiam à Peripateticis dissoni, quòd nec Vitia semper censent, & temperari vetant. *Vitia dumtaxat fieri, si malè utamur Affectibus; Virtutes, si bene.* Amplius, concitatos & grandes esse posse, quidni? *Potest & qui graditur, errare; & qui currit, rectam viam tenere.* Itaque ostendi aliquid potest, *ubi non tantum modicum, sed vel punctum gaudere, vitiosum sit: aliud contra, in quo vel exsultare lætitiâ, minime crimmosum.* Prioris generis exemplum, *male affecto inimico gaudere:* alterius, *oppresso tyranno exsultare.* Causam igitur Affectuum finemque, non modum considerant, quod ita Augustinus: *In disciplina nostra non tam quæritur, Utrum pius animus irascitur, sed Quare irascatur: nec Utrum sit tristis, sed Unde sit tristis: nec Utrum timeat, sed quid timeat.* Addit exempla, *Irasci peccanti, Contristari pro afflicto, Timere periclitanti:* quæ omnia Virtutes nobis censentur. Interloqui velle videris: numquid requiris? AUD. Unum, in cursu, ut fit, sermonis, de INTEMPERANTIA te fugit dicere, quam Zeno apud Ciceronem

De Civ. IX. c. IV.

Lib. II. Allegor.

Lib. VI.

Adv. Pel. lib. II.

Lactant. VI. c. XVI.

Ibid.

Lib. IX. De Civit. c. V.

Digitized by Google

nem MATREM PERTURBATIONVM censebat. Quale id est? & an ea igitur etiam in Rationali parte? LIPS. Justè revocas: explicandum est, quis autem melius Cicerone eodem fecerit? cujus hæc alibi verba: *Omnium Perturbationum fontem esse dicunt* (Stoici) *Intemperantiam, quæ est, à tota Mente & à Recta Ratione defectio, sic aversa à præscriptione Rationis, ut nullo modo Appetitiones animi nec regi nec contineri queant.* Opposita est enim Temperantiæ, quæ iisdem est, Ἀπάθεια ὠὴ πάθος ἢ καθ' ὁρθὸν λόγον. ἢ, ἕξις ἀπαθὴς ἢ ἀδούλωτος: *Affectio insuperabilis eorum quæ sunt Rectæ Rationis, aut Habitus qui vinci à Voluptatibus non potest.* Ut ergo huic fundamentum & innixus est *Ratio*, & ab eâ recta *Judicia*: sic contrà, *Opinio* ibi & falsitas. *quæ omnem animi statum inflammat, conturbat, incitat*, assiduis Affectuum tamquam ventis.

IV. Tusc. Laert. in Zenon. Cic. ibid.

DISSERT. VIII.

VI. *Parad. Sapientem non opinari: itemque non ignorare: non fallere, non mentiri.*

SED ego opportunè gradum promoveo ad Paradoxum, ab illo velut nexum: quod est, *Sapientem non opinari.* Laërtius ita effert: Μὴ δοξάζειν τὸν σοφὸν τὰ ἐπιψευδῆ μὴ συγκαταθήσεσθαι μηδενί: *Non opinaturum Sapientem, hoc est Falso nulli unquam consensurum.* Stobæus Eclogæ: Ψεύδους δ' ὑπολαμβάνειν τὸν σοφὸν οὐδὲ πολὺ χαπὸ τοῦτο οὐδὲ ὅλως ἀκαταλήπτῳ τινὶ συγκαταθήσεσθαι. ὅτε τὸ μὴ ἁμαρτάνειν αὐτὸν, μηδ' ἀγνοεῖν μηδέν: *Falsum aliquid suscipere negant unquam Sapientem: neq; item ullâ re incomprehensâ assensum dare. quia neq; Opinatur, neq; Ignorat quidquam.* AUD. Satin' hæc à me intellegi, aut à te adfirmi? LIPS. Mihi clara videntur. AUD. Sapientem non opinari? LIPS. Nunquam. AUD. Omnia igitur scire? LIPS. Scire. AUD. Et nihil ignorare? LIPS. Nihil. AUD. Profectò, Juste Lipsi, hæc Paradoxa sunt: mihi non admittenda, tibi habeas. LIPS. Tibi, si capis. Species verborum percutit, & ipsa Opinio est quę te vexat: rem vide. Sapienti hæc tribuimus; nondum tibi aut mihi, uni alicui è vulgo. *Hunc* Zeno cum in exemplar formasset, Opinionem ab eo removit, id est Errorum Vitiorumque matrem. Zeno, inquam, primus. *Nemo enim superiorum*, ait Cicero, *non modo expresserat, sed ne dixerat quidem* POSSE HOMINEM NIHIL OPINARI: *nec solum* POSSE, *sed ita* NECESSE *esse* SAPIENTI. At Zeno fecit, ut addit: & ratio etiam comprobavit; Lactantio quidem judice.

IV. Acad. III. c. IV.

Digitized by Google

judice. *Rectè*, inquit, *Zeno & Stoici Opinationem repudiarunt. Opinari enim te scire quod nescias, non est Sapientis, sed temerarii potius ac stulti.* Et certè Opinioni omni contraria est Scientia. quod ita idem Zeno adstruebat. : *Siquid esset ita comprehensum, ut convelli Ratione non posset, Scientiam; sin aliter, Inscientiam appellabant. ex qua exsisteret etiam Opinio, quæ esset imbecilla, & cum falso incognitoq; communis.* Neque enim aliud est Opinio, quam aut falsa de rebus judicare; aut vera, sed infirmiter, nec Ratione sustultum. Stobæi Eclogæ: Διτ̃ὰς γὰρ εἶναι δόξας, τὴν μὲ ἀκαταλήπτου συγκατάθεσιν, τὴν δ' ὑπόληψιν ἀσθενῆ. τὴν δὲ ἀκατάληψιν εἶναι τ' ἐπὶ σφοδρᾶ λόγου πίστεως. διὸ καὶ τὸ ἀκατάληπτον πρὸ καταλήψεως καὶ συγκαταθέσεως, καὶ τ' ἀκατάπτωτον μᾶλλον εἶναι, καὶ μὴ πίπτειν εἰς τ' ἀμφοῖν κατάληψιν καὶ ἀδοξίαν, καὶ ἀπάθειαν.: *Duplicem esse Opinionem, unam rei incomprehensæ assensum, alteram, infirmam de re susceptionem. Has alienas Sapientis affectioni. quia inclinari ante rem comprehensam, & assentiri, in præceps & præcipitem magis convenit, neq; cadit in industrium, perfectum, & probum virum.* Cicero in verbis ultimis utramque tetigit, cùm *Imbecillam*, aut *Falso Incognitoq;* vicinam dixit. Sed quid igitur? numquam ea utitur? ita. sed citra assensum. Nam quàm multa Sapiens cogitat & disserit, de rebus superis inferisque, in quibus non sit certa comprehensio? de stellis, earumque motu, de cometis, de fulminibus: & uno verbo, qualia pleraque artibus comprehensa. Sed nimirum ita disserit, ut verisimilia, non vera censeat: & nisi, ubi firma & quæ convelli non possit, Ratio est, ἐποχῇ utitur, & sustinet assentiri. Scire se tantùm quæ fecit, sentit & profitetur: & hæc quoque scientia est, scire quid ignores. Quo sensu & illud splendidè efferunt: Οὐδὲ λανθάνει, αὐτόν τι: *Nihil eum latére.* sicut antea dictum mirabaris, *Nihil ignorare.* Quid ergo? omniscius, id est Deus? absit. Ille verò *divina & humana* scit, sed quatenus opus est, & potest: ceterùm ita omnia scit, & nihil ignorat, ut sciat semper aut scire se, aut ignorare. & hoc satis, ut vindicetur ab Errore. Ego verò amplius tibi addam, pauca scire Sapientem. Nam ea, in quibus nos elaboramus, & ob quæ Docti titulum inscribimus, ne *Scientias* quidem censent: propria & suo verbo ἐπιτηδεύματα, *Studia* appellant. Stobæus: Τὴν φιλομάθειαν, ἣν καθόλου τὴς ἐγκυκλίους λεγομένας ἴσχειν, Ἐπιτηδεύματα μὲ καλοῦσιν, Ἐπιστήμας δ' οὐ: *Musarum cultum & universè artes Liberales quas dicimus, Studia quidem appellant, Scientias verò minimè.* Eas tamen usui fatentur, & bonas etiam fieri, in bono viro, per Virtutem

Cic. 1. Acad.

Digitized by Google

immutatas, & ad Finem relatas. *Sed quid est* (ait Seneca) *quare existimes, non futurum Sapientem eum qui litteras nescit; cum Sapientia non sit in litteris?* Itaque curiosa Studia ab illo absunt. & pulcherrimè hoc Plato. *verum Philosophum Quinquertionis* (πιπτάθλῳ) *similem esse.* Εἴτι γὰρ ἀπαχῶς οὗτος ἐκείνου, οἷόν μὴ ὀκλαίειν μηδὲ πρὸς μόθον, μηδὲ εἰς τὴν ἀκρόσφαιρον μηδὲν ἀλλ' ἁπλῶς ἀπειρηκέναι. ὅστις δὲ τῶν ἄλλων τέχνην ἐπιμέλεται, τὸ αὐτὸ, καὶ τούτων ὁπόσα λείψεται, ὥσπερ οἱ δημιουργοὶ, καὶ τοῦτων μετρίως ἐφάπτεται: *Est enim revera talis, ut nulli rei uni serviat nec exacta diligentia unum aliquid elaboret. sic ut dum uni huic totum se impendit, reliquas res omittat aut deserat, ut solent in suo quisq; genere Artifices; sed magis* OMNES RES ARTESQUE MODERATE LIBET *& attingat.* Aureum dogma, & cupidis curiosisque ingeniis imprimendum. Itaque omitte arbitrari alti-aut vaniloquentiam hanc esse: tantùm, Paradoxum hoc temeritatem assensus removet, & Sapienti modestiam commendat. Neque enim aut ipse fallitur, aut fallit alios. & est hoc quoque inter Decreta: Ἀ̓ξιοῦλλες εἶναι τὰς σπουδαίους, φυλακτικοὺς τοῦ εἶναι ἐπὶ τὸ βέλτιον αὐτῶν παρεισάγειν δὲ τὸ ὑποκρίνεσθαι τὸ μὴ φρονεῖν μὲ ἀποκεκυφέναι. τὸ γὰρ ὑποκρίνεσθαι ἁμαρτάνειν ποιήσει, ἀπατᾶσθαι. πεφυκέναι δὲ τὸν σοφὸν τὸ πλάσμα τὸ τῶν ἄλλων: *Dolosos non esse Sapientes; sed simplices viros bonos: & cavere sine fuco, ne melius aut supra quàm sint, appareant, ex præparato mala sua occultantes & bona quæ sunt ostentantes. Tollere enim in voce fictionem omnem & in specie externa.* Imò vero τὸ εἰρωνεύεσθαι (& f. Socrati usurpatum) φαῦλον εἶναι φασι. δοκεῖ γὰρ ἐλεύθερον καὶ σπουδαῖον εἶναι τὸ μὴ εἰρωνεύεσθαι: *Ironiâ uti malum censent. nullum enim liberum & probum usurpare.* Amplius, pro hoc candore. Μὴ ψεύδεσθαι τὸν σοφὸν λέγουσιν, οὐχ' ὅτι πᾶσιν ἀληθεύειν. ἔστι γὰρ ὅτε καὶ τοῦ ψεύδεσθαι τὸ ψεύδεσθαι ὑπάρχει, οὐχ' ὅταν τοῦ διαψεύσεως τὸ ψεύδεσθαι λέγῃ, καὶ ἐπὶ πλείστων τοῦ πλησίον: *Non mentiri Sapientem dicunt, sed in omnibus verare. Non enim in eo mendacium esse, ut aliquis falsum dicat, sed cum quis dolo & fallendi proximos animo facit.* Cui Stobæano Electo adsonant hæc Sexti: *Sapiens habet verorum scientiam, & numquam fallit ac mentitur: eò quod non ex mala, sed ex bona, hoc proferat affectione.* Seu etsi vicina hæc, me abducunt: addo ex eodem Sexto interpretatiunculam primarii nostri Paradoxi. *Sapiens*, inquit, *judicium minimè aberrans habet, & est in omnibus divinus: propterea quod Non opinetur hoc est falso assentiatur.* En, mi Auditor, invidiosum illud & superbum, ut censebas, sed censebas, opinor. AUD. Censebam. nunc do manus, & vulgarem etiam nostram sapientiam putem & voveam huc adspirare. Nimis enim citò Opinionibus abducimur: & quid aliud ferè hodie no-

Ep. LXXVIII.

Ibid. Tectio.

Stob. Ecl.

Ibid.

Adverſ. Mathem.

Digitized by Google

strum discere, aut docere? Etiam in Externis rebus opiniones vexant, & graviora aut majora omnia veris ponunt. Inde Metus aut Dolores, spernamus, & ut floccos aliquos nivis ad Rationis solem liquefaciamus.

DISSERT. IX.

VII. *Parad. Sapienti nihil prater opinionem evenire.*

LIPS. Faciamus, tecum opto: etiam istud; quò nunc ducam, & quod priori item adhæret. Adhæret, an adversum est? videatur in prima verborum fronte, non autem sententiæ penetratione & inspectu. Est istud, *Sapienti præter opinionem nihil evenire.* Atqui negavimus eum opinari: quid ergo mirì hic est? Sed scito, in rebus incertis & sola opinione nexis, eam quoque Sapienti intervenire. Putat se hoc facturum, non facturum; illud eventurum, aut non: & quæ in vita cottidie, imò per momenta, occurrunt. Destinamus, proponimus, aggredimur, agimus: & eventu potimur, non potimur. Mens igitur nunc Paradoxi, Sapientem destinatione sua numquam excidere, semper illi succedsum, & Stoicorum verbo, * εὔροιαν esse: id est, fluere res ex voluntate. AUD. O illuc me duc! quid enim aliud hæc, quàm * εὐδαιμονία ipsa? LIPS. In eo sum: porro audi. Dogma eorum est, Μηδὲν πρὸς τὰς ὁρμὰς, μηδὲν πρὸς τὰς ὀρέξεις, μηδὲν πρὸς τὰς ἐπιβολὰς γίγνεσθαι τῷ σπουδαίῳ. Δῆλον δὲ μετ' ὀλίγων ἐροῦμεν, πόθεν παρείληπται, καὶ μάλιστα τοῦτο τὸ δόγμα. Ἀπροσδόκητον ἄρα τῷ σοφῷ οὐδὲν ἀπολείπεται: *Nihil præter voluntatem, appetitum, consilium, evenire Sapienti, quia cum exceptione omnia talia facit aut conatur, & nihil eorum quæ adversari possint non est ei præmeditatum & præsumptum.* Optimè, & verissima ratio. Ideo non fallitur neque frustra conatuum est, quia scit se frustra esse posse: neque res istas incertas, pro certis ullas habet. Omnia, inquam, *cum exceptione* (sic enim ista interpretanda sunt) aggreditur: quod ipsum in hac re Seneca hoster dicit. *Non mutat*, inquit, *Sapiens consilium omnibus his manentibus quæ erant, cùm sumeret. Ideo numquam illum Pœnitentia subit: quia nihil melius illo tempore fieri potuit, quàm quod factum est; nihil constitui, quàm quod constitutum est. Cetcrùm ad omnia* CUM EXCEPTIONE *veniet, Si nihil inciderit quod impediat. Ideo omnia illi succedere dicimus* (ecce εὔροιαν nostram) *& Nihil contra opinionem ac-*

Facilem fluxum & cursum.

** Felicitas.*

Stob. Ecl.

De Benef. IV. cap. XXXIV.

Digitized by Google

accidere: quia præsumit animo, posse aliquid intervenire, quod destinata prohibeat. Imprudentium ista fiducia est, Fortunam sibi spondere. Etiam vides, quam vèrè & salubriter hæc dicantur, ac doceantur? Mihi crede, inter fundamenta constantiæ & tranquillitatis est illud: *Semper de Fortuna cogitare, & sibi nihil de fide ejus promittere. Navigabo, nisi quid inciderit, & Prætor fiam, nisi quid obstiterit; & Negotiatio mihi respondebit, nisi quid intervenerit.* Animus qui hæc præcogitat seriò, atque imbibit, quàm in pacato atque æquo est? Facit Sapiens. ideoque (ut iterum interpreter cum Seneca) *Nihil ei contra opinionem dicimus accidere:* Quomodo? quia *non illum casibus hominum excepimus, sed erroribus: nec illi omnia, ut voluit, cedunt, sed ut cogitavit. In primis autem cogitavit, aliquid posse propositis suis resistere.* Quod cùm factum est, quidni facile ferat, quod præviderat? *Necesse est levius ad animum pervenire destitutæ cupiditatis dolorem, cui successum utiq; non promiseris.* At stulti, id est nos, contra. Spes & cogitationes longè mittimus, firmas & ferientes esse volumus: & cum lapsi sumus, stupemus. Inter miserias humanas sapientissimè Homerus recensèt:

Sen. De Tranq. c. XIII.

Ibid.

Ibid.

Οὐ μὲν γάρ ποτε φησὶ κακὸν πίσυρας ὀΐσειν,
Ὄφρ' ἔτι τῶ παρέχωσι θεοὶ καὶ γυῖα ἐρώῃ:

Odyss. Σ.

Quod non ulla putant adversa sibi eventura,
Quamdiu robur adest, & florida membra moventur.

At cùm evenerunt, collabuntur: & voces audimus, *Nesciebam hoc mihi restare.* Aliter Sapiens, qui *scit sibi omnia restare: & quidquid factum est, dicit, Sciebam.*

Sen. Ep. LXXVI.

Virgil.

——— *non ulla laborum*
O virgo, nova mî Facies INOPINAVE *surgit.*
Omnia præcepi, atq; animo mecum ante peregi.

Καὶ ὥσπερ οἱ εὐδίᾳ πλέοντες, καὶ τὰ πρὸς τὸ χειμῶνα παρεσκευασμένα ἔχουσιν· οὕτως οἱ εὐτυχίᾳ φερόμενοι, καὶ τὰ πρὸς τὴν ἀτυχίαν ἐπιτηδεύματα βοηθήματα: *Et sicut ii qui secundante cælo & vento navigant, etiam quæ contra tempestates usui sunt, parata habent: sic qui in prospera Fortuna sapiunt, etiam remedia adversæ illius expediunt.* Et quæ illa remedia? jam dicta: *Lætis non credere, omnem Fortunæ licentiam in oculis habere; tamquam, quid quid potest facere, facturа sit.* Ideò & illa affectio Sapientis propria, θαυμάζειν: *nil mirari:* sive quæ Naturâ & caussis occultis, sive quæ Fortunâ eveniunt. Scit multa in illius sinu non indagata, non indaganda, occulti; & in hujus non exspectata, non exspectanda.

Socrat. apud Stob. Serm. III.

Sen. Ep. LXXVIII.

Laërt. in Zenone.

Ergo

Digitized by Google

Ergo tollatur illa eventuum novitas: *nihil nobis improvisum esse debet. In omnia præmittendus est animus: cogitandumque, non quidquid solet, sed quidquid potest fieri.* Hominem ad humana paremus; & cum Sapiente, *assuescamus futuris malis, & quæ alii diu patiendo levia faciunt, nos diu cogitando.*

Sen. Ep. xci.

Ep. lxxvi

DISSERT. X.

VIII. *Parad. Sapientem sibi sufficere, sive, Se solo contentum esse.*

HABES utili interpretatione Paradoxum: nec minus istud. Nam adjungo, *Sapientem sibi sufficere*: quod Græci dicunt signatè & breviter, Τὸν σοφὸν αὐτάρκη εἶναι. Seneca extulit: *Sapientem seipso contentum esse.* Est à Socrate & Platone: atque ab illo expressum. Quæ vis huic dicto? illum sibi omnia esse; nec pendere ab homine alio aut rebus. Quomodo felix sit, & sui juris, si in alienum arbitrium demittimus, & catenam quamvis splendidam, catenam tamen, damus? Ille verò suus esto, apud se esto: etsi apud alios etiam velit, sed vel in solitudine possit. Vélit dico. nam Stilpo, Timon, & alii fuere, qui abducerent ab omni consortio, & ipsa amicitiâ: nobis aliter visum. *Nam illud quidem cum illis commune est, Sapientem seipso contentum esse: sed tamen & amicum habere vult, & vicinum, & contubernalem, quamvis sibi ipse sufficiat.* Sociale animal, homo est: & inter homines Sapiens: sed hoc discrimine à reliquis, quòd *quæ sibi desunt, non desiderat, sed non deesse mavult.* Exercete vult, cùm alias virtutes, tum hanc homini tàm propriam, & pœnè innatam. Itaque, *perperàm illi interpretantur, qui Sapientem undique submovent, & intra cutem suam cogunt. Distinguendum est, quid & quatenus vox ista promittat. Se contentus est Sapiens ad beatè vivendum, non ad vivendum. Ad hoc enim multis illi rebus opus est; ad illud, tantùm animo sano, & erecto, & despicente Fortunam.* Subduc illi cibum, non vivet: subduc amicos, vivet, & quidem beatè. *Qualis tamen fistura est illa vita, si sine amicis relinquatur, in custodiâ conjectus, vel in aliqua gente aliena destitutus, vel in navigatione longa retentus, aut in desertum litus ejectus? qualis est Jovis, cum resoluto mundo: paullisper cessante Natura, acquiescit sibi cogitationibus suis traditus.* Magnifica comparatio, & quæ placita etiam in hac re Epicteto.

III. De Rep.

Sen. Ep. IX

Ibid.

Ibid.

Ibid.

Aeto. *Homo amat quidem societatem & amicos*, inquit, ἀλλ' ἔδει πρῶτον δεῖν τὸ ἀγαθὸν ἐν ἑαυτῷ κατασκευάσαι ἔχειν, τὸ δυνατὸν καθ' ἑαυτὸν ἑαυτῷ δρᾶσαι, δυνατὸν αὐτὸν ἑαυτῷ συνεῖναι. εἰς ὁ Ζῆν αὐτὸς ἑαυτῷ σπουδαῖος, καὶ ἡσυχάζειν ἀφ' ἑαυτοῦ, καὶ ἀσμένως τὸ διάλειμμα τὸ ἐαυτοῦ εἶναι ἐᾷ, καὶ εὐπορίας γένηται πρὸς ἑαυτόν: *sed nihilo secius oportet & in hoc exerceri, ut possit sibi ipse sufficere, possit secum esse. Sicut Jupiter secum est atque agit, & in se acquiescit, & gubernationem suam mente agitat, & cogitationibus fruitur se dignis.* Et quæ solitudo est, ubi virtutes comitantur & adsunt? *Nullus angustus* aut solus *est locus, qui hanc tam magnam turbam capit: nullum exsilium grave, in quod licet cum hoc comitatu ire.* Denique, cum nostro Ambrosio, *in quâ solitudine non stipatur, quem vitæ Beata circumdat?* Itaq; frui & acquiescere in se potest. vix tamen volet. dico in solâ illâ solitudine: & hoc Senecæ clara verba volunt: *Se contentus est Sapiens, & tamen non vivet, si fuerit sine homine victurus.* Nota, sine *homine*, non sine *amico* tantum. Et sanè Stoicum hoc dogma: οὐδ' ἂν ἐρημίᾳ βιώσειε σπουδαῖος· κοινωνικὸς γὰρ φύσει καὶ πρακτικός: *Neque in solitudine vivet Sapiens: est enim naturâ socialis, & actuosus.* Nam multa, pro Stoico sensu, interveniunt, quæ non Beatam vitam, sed vitam tamen tollunt: de quibus infrà. Alioqui secessum à turbis, id est vitiis, absit ut damnemus, pabulum animi, imò delicias: & ubi frui fas puriore & sublimiore illâ meditatione.

Sen Cons. ſol. ad Helu. cap. 2.

Lib. 1. De vitâ Jacob. cap. ult.

Epiſt. 12.

Ὡς ἡδὺ, πᾶ μισοῦσιν τὰς φαύλας ἐρημίας!

Quam suave solitudo qui odit improbos?

Menandri

Et quàm compositæ mentis signum est, secum posse morari, & consistere? quod è vulgo nemo facit: quorum quisque se fugit. Ergo & hoc utile monitum amplectere. *Huc cogitationes tuæ tendant, hoc cura, hoc opta, omnia alia vota Deo remissurus, ut contentus sis temetipso, & ex te nascentibus bonis. Quæ potest esse Felicitas Deo propior?*

Sen. Epiſt. 22.

DISSERT. XI.

IX. *Parad. Omnia Sapientis: &, Solum divitem censendum.*

ET quî non sit contentus, cum omnia ipse habeat? Nam hoc etiam inter Inopinata jactatum, *Omnia Sapientis esse*: imo *Solum illum divitem* & uberem esse. Variis locis hæc efferuntur: & origo dicti à Cynicis, quorum erat: Αὐτάρκη εἶναι τὸν σοφὸν. πάντα γὰρ αὐτοῦ εἶναι τὰ ἄλλα: *Sapientem sibi sufficere. nam omnia aliorum, ejus esse;* Vides? non sua solum sibi, sed omnia omnium habet: &

Laërt. in Antiſth.

Digitized by Google

quid homini huic desit? Hæc Cynici illi jactabant ore, animo sentiebant: Cynici, nudi, inopes, vacui rerum omnium & copiarum. Placuit & Stoicis: sciveruntque, τῶν σοφῶν πάντα εἶναι: *Sapientum omnia esse.* Seneca, Cicero, alii ingeminant: sed ille noster alibi: *Unus est Sapiens, cujus omnia sunt, nec ex difficili tuenda.* Quo sensu autem? omnibus ergo sua eripit, & in se vertit? Non: absit. *Nihil prohibet, aliquid & Sapientis esse; & ejus, cui datum & assignatum est. Jure civili, omnia Regis sunt: & tamen illa, quorum ad Regem pertinet universa possessio, in singulos dominos descripta sunt, & unaquæque res habet possessorem suum. Ad Reges enim potestas pertinet, ad singulos dominium.* Ecce nodum solutum habes: & verè ac pulchrè. Tangit hanc distinctionem Laërtius: nam quis ambigit è Stoicis fontibus Senecam hausisse? tangit, inquam, in causâ ejus dicti. Παύπα τ σοφῶ, εἶναι. διδοκίνας γδ αὐτοῖς πανταλὲ ἐξουσίαν τ νόμων. τ ἢ φαύλων εἶναι πᾶσι λέγεσ), ὡς σχόπον τ τ ἀδίκων. ἄλλως μὲτ πόλεως, ἄλλως ἢτ χωρίων φασίν: *Omnia Sapientum esse. Datam enim iis omnimodam potestatem* (Senecæ vocem agnosce) *à lege. Stultorum autem quædam dicuntur, sicut & injustorum. atque aliter quædam respublicæ dicimus, quædam utentium.* Ergo omnia ejus sunt, non occupatione, sed animo: & universitas illi, non hæc singula mancipantur. O magnifica possessio! & quam ex facili regit ac tuetur. Fuetur, hoc ipso quòd intuetur. *Non habet mittendos trans maria legatos, nec metanda in ripis hostilibus castra, non opus est legione, nec equestribus turmis. Quemadmodum Dii immortales regnum inermes regunt, & illis rerum suarum ex edito tranquilloque tutela est: sta hic officia sua, quamvis latissime pateant, obit: & omne humanum genus, potentissimus ejus optimusque, infra se videt.* Neque verba hæc censeas: imò verba, qui eripiunt huic & sibi habent. Quis totum hunc orbem, id est tot agros, prata, silvas, flumina, lacus, maria, verbulo aut formulâ à me aufert. ? Cõneris quamvis, teneo: oculis, & certè animo, usurpo. *Derideas licet: ingentis spiritus res est, cùm Orientem Occidentemque lustraveris animo, cum tot animalia, tantam copiam rerum, quas Natura beatissime fundit, aspexeris; emittere hanc Dei vocem, Omnia mea sunt.* Itaque & hoc verè addidimus, *Solum Sapientem divitem esse*: * Socrati jam olim definitum. Quæ enim istæ Crassi aut Crœsi divitiæ? desunt multa, & optant. Noster minimè: & non unâ causâ ve aspectu titulum hunc jure habet. Plato adsignabat istas: *Divitem hunc solum, quippe cum thesauris omnibus pretiosiores solus videatur possidere Virtutes. quia etiam solus Sapiens opes potest in usibus necessariis regere, videri*

Laërt. in Zen.

De Benef. VII. c. III.

Ibid. c. IV.

Sen. De Benef. VII cap. III.

Ibid.

* Vide lib. I. Diss. XVII.

Apul. De Philosoph.

Digitized by Google

ditissimus debet. Pro quarum primâ aptissimè Philo Judæus: Ὁ δὲ σοφὸς οὐ πλούσιος, ἀλλὰ πάμπλουτος, οὐκ ἀφθόνοις καὶ γονίμοις, οὐ χρόνῳ παλαιουμένοις, καινουμένοις δὲ καὶ ἡσθῆσι, αἰεί, πρόφωρ ἀγαθοῖς μέσος: *Sapiens non dives solum, sed superfluens; ut qui semper delicietur inversetur que bonis uberibus & germanis, non ævo inveterascentibus, sed magis virescentibus florentibusque*: id est illis Animi, quas Virtutes vocamus. Etque ipsa ratio, quam Stoici nostri inter primas signabant, strictè sic & scholasticè apud Empiricum expressa: *Qui ea possidet, quæ sunt magnæ æstimationis & magni pretii, est dives: Virtus autem est magni pretii & æstimationis: soluſque Sapiens eam possidet: solus ergo est dives.* Altera erat ratio, *Sapientem solum uti.* An ille utatur, qui avariter recondit? ne habet quidem, si Platoni hoc credis scitè docenti, & distinguenti. Οὐ τοίνυν μοι δοκεῖ τὸν αὐτὸν εἶναι τὸν κεκτημένον καὶ ἔχοντα· οἷον, εἴ τις ἀπόπλουν πρεσβεύειν ὡς, καὶ ἐγκρατὴς ἂν εἴη, μὴ φορεῖ, ἔχει μὲν οὐκ ἂν αὐτὸν αὐτὸ, κεκτῆσθαι δέ γε φαῖμεν: *Non enim mihi idem videtur, Habere & Adipisci, ut, si quis vestem mercatus, tam in potestate habeat, non tamen ferat: haud dixerimus Habere illum, sed Adeptum esse.* An ille etiam utitur, qui stultè & prodigenter effundit? nihil, solus Sapiens habet, possidet, utitur, materiam virtutū.

Non huic sepositas infelix strangulat arca
Divitias.

quid ergo? --- *expositi census, & docta fruendi Temperies.* Sed præter has duas, tertia etiam ratio. Sapiens nulla re eget: ergo dives. Quid enim aliud *Dives, nisi à Divo* (ait Varro) *quia, ut Deus, nihil indigere videtur?* Quomodo? non enim petit. *Animus tuus oportet se judicet divitem, non hominum sermo, neque possessiones tuæ.* Audi poëtam:

Ex animo rem stare, æquum puto; non animum ex re.
Cuncta cupit Crœsus, Diogenes nihilum.

Et uter igitur ditior? *Brevissima ad divitias per contemptum divitiarum est via.* Quid me vocas ad ista supervacua? *An parum habet, qui non algeat, non esurit, non sitit? plus Jupiter non habet.* Acquiesce in istis, aut numquam acquiesces: acquiesce, inquam, *tantò beatior futurus, quanto collectior. Namque animi, ita ut corporis, sanitas expedita; imbecillitas lacinioſa est: certumque signum est infirmitatis, pluribus indigere.* Quid ergo? inquies: Sapiens nullo indiget: illud ipsum edere, bibere & quę Natura postulat, nònne potest abesse? Potest, nec ipse tamen indigere. Stoicum tibi hîc discrimen ingeram, in verbis quidem, sed quod rem explanet

De Plant. Noë.

Adverſ. Mathem.

In Theæt.

Cic. Parad. ult.

Auſon.

Sen Epiſt. LXII.

Ep. XCIX.

Apul. in 1 Apolog.

Digitized by Google

Plut de Commun. Notion. Chrysippus ajebat, ὡς ὁ διονῦ ὧν μὲν ἐνδεόμεθα οὐ φαῦλοι: *quod non egeant, sed indigeant mali.* At sapiens, ille Διῒ, ὧν χρείαν ἴσχει: *eget, & opus habet.* Seneca hoc ipsum tangit: *Volo tibi*

Epist. IX. *Chrysippi quoque distinctionem indicare. Ait Sapientem nulla re indigere & tamen multis illi rebus opus esse. contrà, Stulto nulla re opus est, nulla enim re scit uti, sed omnibus eget.* Etsi in verbo *Egere* proprietatem non servat, & Stulto tribuit quod Sapientis erat. Igitur *Indigere*, est non habere, & velle: atque id sine modo. Cicero: *Indigentia,*

IV Tuscul. *est libido inexplebilis*: quod Stoico sensu omnino scripsit.

Sen. Ep. XIV Verè ergo dicemus, *Eum maximè divitiis frui, qui minimè divitiis indiget*: id est avet aut cupit. Ob has ergo causas meritò ille Dives: quid si & ab alia, pro vulgi etiam mente? Nam ecce Dogma nostrum est: *Οἰκονομικὸν μόνον τὸν σοφὸν εἶναι, καὶ τὸν ἄρχοντα οἰκονόμον, εἶτε δὲ χρηματικὸν: Oeconomicum esse solum Sapientem, & bonum œconomum, & peritum pecuniæ faciendæ.* Quid ais? ad hoc dogma

Stob. Ecl. non turba concurrat? sinum pandat? Et tamen ita est, prudentia illa ejus propria, etiam ad externa ista omnia

In Apol. valet, cùm lubet, & usui censet uti. Socrates aptè: *Οὐκ ἐκ τῶν χρημάτων ἡ ἀρετὴ γίνεται, ἀλλ' ἐξ ἀρετῆς χρήματα, καὶ τἆλλα ἀγαθὰ τοῖς ἀνθρώποις ἅπασι, καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ: Quod non è pecunia Virtus nascatur, sed ex Virtute pecunia, atque alia omnia bona publice ac privatim hominibus obveniant.* Nonne Thales hoc satis docuit in claro exemplo? nam is cùm ostendere vellet, quàm facile Sapienti ditescere: prævisa feracitate olearum, fructus omnes coëmit, & solus compos, vendidit, vimque grandem pecuniæ paravit. Potest igitur habere Sapiens: sed quanto altius,

Sen. Epist. CXIX. nolle? calcat hæc superflua, & dumtaxat *divitiarum naturalium, est quæsitor acerrimus.* Fac idem Auditor: &

Ep. XVII. disce statim ac compendio dives esse. *Repræsentat opes Sapientia, quas cuicumque supervacuas fecit, dedit.* An non hæc Sacris etiam nostris consona? Clemens Alex-

II. Strom. andrinus dicit, & docet: *Ὅτι δὲ ὁ σοφὸς πάντα ἐστὶ, σαφῶς μεμύηκε λόγιον, Διόλι ἐλεήσει με ὁ θεός, ἐπὶ μοι πάντα ἐστὶν ὁ θεὸς ἐν ἐπιγνώσει δηλώσει, δι' ἃ δεῖ πάντα γίγνεσθαι, καὶ τοῖς ἀξίοις τὰ ἐπηγγελμένα δοῦναι: Quod autem omnia sint Sapientis, aperte Scriptura indicat dicens, Quoniam Deus mei misertus est, mihi sunt omnia. Unum enim oportere expeti ostendit, per quod facta sunt omnia & iis qui digni sunt promissa tribuuntur.* Ecce in vera Sapientia divitiæ, & in animo ad Deum, summum atque unum bonum, verso. Sed vis ipsas

Lib II. de Amam. Stoicorum voces, atque etiam sensa? Ambrosius: *Salomon ait, Ejus qui fidelis est, totus mundus divitiarum. Quanto prior Salomon, quàm Zenon Stoicorum magister, atque*

auctor

auctor sectæ ipsius? Quis autem fidelis, nisi Sapiens? Et statim: *Sed dicas: Quomodo Sapientis totus mundus? Quoniam ipsa Natura dat illi sortem omnium, etiamsi ipse nihil possideat. Domina est & possessor, Sapientia: quæ sua putat Naturæ munera: nec ullis* INDIGET, *etiamsi desint ei ad victum necessaria. Namq; Musicus organa aut Medicus medicamenta etiamsi non habeat; habet tamen eo ipso quo possit his uti, etiamsi ad tempus eorum usus non suppetat.* Bone doctor salve, non ipsa Poricus sonet magis germanas Zenonis voces. Observastin' autem & de *Indigentia*: etiam sine *possessione sortem* habere? Hæc vera sunt. *Stulta mortalium avaritia possessionem proprietatemq: discernit, nec quidquam suum credit esse, quod publicum est.* Sapiens aliter: qui publicis ut privatis fruitur, privatis ut publicis. *Sapientia omnium mater est, & ipsa orbem terrarum possidet.* Abrahamo illi *data est omnis terra*: sed quando? postquam à Lotho discessit, id est *vitiis & deflexione morum.* O magnæ igitur, ô veræ opes! veniamus in partem. Ego conari aut facere me fateor: & istos agros, silvas, hortos, fontes, statuas, tabulas, & quidquid Natura aut Industria instruit, oculis & cogitatione usurpo ut mea: pascor suaviter & sinceriore gaudii fructu, vel horulæ spatio, quàm Domini inscripti anno aut annis.

Sen. Epist. Lxxii.

Sap. vii. Gen. xiii Ambr. ii. de Abrah.

DISSERT. XII.

X. *Parad. Solum Sapientem liberum, ceteros omnes servos censeri.*

ATQVE idem ille Sapiens non *Dives* solùm, sed *Liber*, ceteris omnibus *servis*. Conviciari tibi videar? non est propositum, sed vera effari. Scitum igitur hoc Stoicorum: *Nisi Sapientem, liberum esse neminem.* Græcè efferebant: Οτι μόνος ὁ σοφὸς ἐλεύθερος, καὶ πᾶς ἄφρων δοῦλος: *Quod solus Sapiens liber, & omnis Sultus servus.* Diogenes ponit, & caussam apponit: Μόνον τὸν σοφὸν ἐλεύθερον· τοὺς δὲ φαύλους, δούλους. εἶναι γὰρ τὴν ἐλευθερίαν, ἐξουσίαν αὐτοπραγίας· τὴν δὲ δουλείαν, στέρησιν αὐτοπραγίας: *Solum Sapientem liberum; omnes malos, servos. Esse enim Libertatem non aliud, quàm potestatem agendi quæ velis: Servitutem contra, privationem ejusmodi actionis.* Hoc ipsum paullo fusius Epictetus: Ἐλεύθερός ἐστιν, ὁ ζῶν, ὡς βούλεται, xv. Dissert. cap. i. ᾧ ἔστι μὲν αὐτῷ κωλῦσαι, οὐκ ἐθέλει δὲ, οὐδὲ βιάσασθαι: *Liber est, qui vivit ut vult, quem neque cogere est, neque prohibere, neque vim adferre.* Sed fusissimè Cicero, & rei illu-

Cic. in Parad v. In Zen.

Digitized by Google

ſtrandæ. *Quid eſt enim libertas? poteſtas vivendi, ut velis. Quis igitur vivit ut vult, niſi qui recta ſequitur? qui gaudet officio? Cui vivendi via conſiderata atque provisa eſt? qui legibus non propter metum paret? qui nihil dicit, nihil facit, nihil cogitat denique, niſi libenter ac liberè?* Ita liquet, Sapientem ea parte Liberum, qua Virtutem amplectitur volens, alacer: ab ipſo Honeſto, non à lege aut metu inductus. Quid jam, cùm Vitia ſpernit, & calcat? cum magno animo clamat: *Non ſum imperata facturus. jugum non recipio: imò, quod majore virtute faciendum eſt, excutio. Non eſt molliendus animus. ſi voluptati ceſſero, cedendum eſt dolori, cedendum labori, cedendum eſt paupertati. Idem ſibi juris in me eſſe volet & ambitio, & ira.* Ecce, quot dominos ille jam effugit? adde libidinem, avaritiam, alia vitia: turbam habebis, ut vero nomine dicam, tyrannorum. Miſerum mancipium, qui his ſubjicitur! erectum & liberum, qui evaſit! Nam breviter ſanè & expreſsè dictum eſt: *Quæ eſt vera Libertas? innocentia.* Sed & in Fortunam Sapiens attollit animum, & ab ea ſe facit immunem. Qui ad omnem ejus motum caſumque trepidat, ſuſpenſus vota facit, quidni ſervitutem, & quidem aſperam anxiamque, ſerviat? At illa eſt vera *Libertas, nulli rei ſervire, nulli neceſſitati, nullis caſibus, Fortunam in æquum deducere.* Quomodo hoc fiet? Epictetum audi, & ſequere præeuntem: Προσκαπιζάχα μὲ τὸν ἐμὸν τὸ θέλειν μ' ἐλεύθερον πυρέσσειν; κἀγὼ θέλω. θέλει ἐμεῦ ἐνίσπη; κἀγὼ θέλω. θέλω μὲ τυχεῖν τινός; κἀγὼ βούλομαι. μὴ θέλῃ; βούλομαι ἀπαναγκάζειν θέλω ἵνα μὲ κωλύσῃ; δύναται οὐδένα τοῦ ἐμοῦ φαινόμενον, ἢ ἀναγκάσαι, ἢ μᾶλλον, ἢ τὸ Δόξαι: *Conſtitui & confirmavi voluntatem meam divinæ. Vult me febricitare? & ego volo. aliquid aggredi? volo. potiri? volo, non potiri? nolo. mori? volo. Quis jam igitur prohibere me aut cogere, præter voluntatem, poteſt? non magis, quàm ipſum Deum.* O vera, & firma libertas, ſervire Deo! Sed eſt & quarta ratio: non Fortunam ſolùm dominam, ſed nec Corpus ferre. *Nam hoc, animi pondus ac pœna eſt. premente illo, urgetur, in vinculis eſt: niſi acceſſit Philoſophia, & illum reſpirare rerum Naturæ ſpectaculo juſſit, & à terrenis demiſit ad divina. Hæc Libertas ejus eſt, hæc evagatio: ſubducis interim ſe cuſtodiæ in qua tenetur, & cælo reficitur.* Agnoſcis & hanc Sapientis propriam, qui animo ad originem ſui ſemper tendit. Nos imitemur: & *aliquando ex hac fæce evadamus in illud ſublime & excelſum: ubi vera quillitas nos manet, & expulſis erroribus vera Libertas* Hoc nomen eſt, quod omnes ad ſe allicit: pro quo arma

olim

9. Parad.

Sen. ep. LI.

In Dial. Hadriani & Epicteti.

Sen. Ep. LI.

III. Diſſ. cap. XXVI.

Sen. Epiſt. LXV.

Ep. LXXV.

Digitized by Google

olim & nunc capta: per sanguinem, per cædem quęsita, nos ad hanc, toto animo non admitemur? Et quâ viâ? Audi doctorem nostrum: *Philosophiæ servias oportet, ut tibi contingat vera Libertas.* Ep. VIII. Hoc unum illud *studium verè liberale est, quod liberum facit.* Quis enim alius ejus finis, quàm *animum nostrum in eam asserere libertatem, in qua à parente & auctore Deo productus fuit: ut neque formidet quidquam, neque ulla re doleat, neque ulli deteriori naturæ serviat?* Illa, inquam est, absoluta hæc, & compendio dicenda Libertas: *non homines timere, non Fortunam; nec turpia velle, nec nimia; in seipsum habere maximam potestatem.* Hanc Philosophia parat, Sophus habet. Vides dignitatem Paradoxi hujus, sed & veritatem. quam noster quidem Ambrosius totâ Epistolâ quâdam adstruit: & Augustinus breviter: *Bonus, etiamsi serviat, liber est; malus, etiamsi regnet, servus est. nec unius hominis, sed quod gravius est, tot dominorum, quot vitiorum. De quibus cum ageret Scriptura divina: A quo enim quis, inquit, devictus est, huic & servus addictus est.* II. Pet. II

Ep. LXXXVIII. Simplic. in Enchir. Epict. Sen Epist. LXXV. Epist. VII. IV. De Civit. c. III.

DISSERT. XIII.

I. *Parad. Solum Sapientem Regem esse.*

SED heus, jam mihi aures. lubet

Φυσᾶν ἢ σμικρᾶσιν αὐλίσκοις τέλη:
Canere atque flare non minutis tibiis.

Abite modica: sceptra & diodemata molior, & Sapienti nostra circumdo. Ego, an ipsa Virtus?

——*regnum & diadema totum* Horat.
Deferens uni,

qui se colit. Verè *tutum.* nam cetera illa casibus aut suffragiis subjecta: illud

Intaminatis fulget honoribus, Idem.
Nec sumit aut ponit secures
Arbitrio pòpularis auræ.

Age igitur, adstruamus, Stoicorum scitum est: Μόνον τὸν σοφὸν βασιλέα εἶναι: *Solum Sapientem Regem esse.* AUD. O mi doctor, quàm verè ista nomen vindicant, & *Inopinata* sunt? quid si stolida & fatua? Plutarchus ita habet, nec unus: & suaviter sane exagitat, præscriptione libelli, *Stoicos magis inopinata, quam poëtas effari.* Ut alia omittam, potest magis quàm illud? Dissimulavit aliquis regem, qui reipsâ esset, ut Homericus Vlysses: at isti quàm ineptè & falsò adsimulant? Comœdiam vel mimum aliquem luderę eos dicas: sed malè etiam sustinentes personam. Nam ecce prodit

Digitized by Google

ὁ ἀπὸ τ Στωϊς σοφὸς, βοᾷ μέγα τῷ κηκεμονικῷ, Ἐγὼ μόνος εἰμι βασιλεὺς, Ἐγὼ μόνος εἰμι πλούσιος· τὰς ἀρετὰς πολλὰς ἐπ' ἀθοτείας θύραις λέγων,

Δὸς χλαῖναν Ἱππώνακτι, κάρφος γὰρ ῥιγῶ
Καὶ βαρβαρίζω:

ille à Porticu Sapiens, clamans altum & intonans, Ego solus Rex sum, Ego solus Dives: & conspicitur interim ad alienas fores mussitans,

Da tegmen Hipponacti, namque frigeo,
Totusque contremisco.

Suntne hæc regia, nudum, algidum, famelicum, omnium inopem esse? LIPS. Sunt regia, mi Auditor, si alia, quæ dicam, adsint. Omitte sannas aut ludos: Plutarchum etiam, gravem & magnum virum, sed Academicum, & Stoicis destinatò hostem. Audi Ciceronem potiùs: *vere ista nomina omnia possidere Sapientem, quæ irrideri ab imperitis solent. Rectiùs enim appellabitur Rex, quàm Tarquinius, qui nec se, nec suos regere potuit.* Attende. duas cautlas tangit, cur justissimè noster Rex sit, quòd *Se* regat, & quòd *Alios:* quod profectò plenum & legitimum est Regnum. Tangit & Laërtius, ubi scitum hoc promulgat: Ὁ νόμος δὲ ἐλεύθερους εἶναι τοὺς σοφοὺς, καὶ τὴν βασιλείαν. τὴν Βασιλείαν δὲ χρῆν οὐ πολιτείαν, ἥτις περὶ μόνους τοὺς σοφοὺς ἐστὶν, κατά φησι Χρύσιππος: *Non solùm liberos Sapientes, sed Reges etiam esse: cùm sit Regnum potestas nulli obnoxia, quæ in solis Sapientibus consistat, ut ait Chrysippus.* Optimè Chrysippus, quis enim vitiis affectibusque superior, præter Sapientem? An ille mihi Rex erit, cui muliercula imperat? cui pecuniola, gloriola, alii animorum tyranni? *Refrænet priùs libidines, spernat voluptates, iracundiam teneat, coerceat avaritiam, ceteras animi labes repellat: tum incipiat aliis imperare, cùm ipse improbissimis dominis, dedecori ac turpitudini, parêre desierit. Dū his quidē obediet, nō modò Rex, sed liber habendus omnino nō erit.* Tragicus noster hoc dicet:

Rex est, qui posuit metus
Et diri mala pectoris:
Qui tuto positus loco,
Infra se videt omnia:
Occurritque suo libens
Fato, nec queritur mori.

En tibi Regem: non vitiis, non casibus, non morti ipsi, ut timeat, subjectum. Et an non pulchrius ampliusque hoc regnum,

quàm si Libyam remotis
Gadibus jungas, & uterque Pœnus
Serviat uni?

mihi

III. De Fin.

In Zen.

Cic. Parad. 5.

mihi videtur. Quid deinde in *Alios*? quàm jus suum exercet? *Sicut gubernator in navi, magistratus in civitate, imperator in exercitu, anima in corpore, mens in anima: sic verè princeps est Sapiens in genere humano.* Quod nisi à recto & verò abiisset, opinionum impetu ablatum: an etiam nunc alius ab illo imperaret? Etsi vel sic jus suum tenet. Prodeat mihi ille Sapiens, & apud ipsos purpuratos & diadematos se ostendat: profectò vereri, aut certè revereri videbis, illum pannosum & sæpè nudis scapulis. *Neque enim umquam in tantum convalescet nequitia, numquam sic contra Virtutes conjurabitur: ut non Sapientiæ nomen venerabile & sacrum maneat.* Vis in exemplo videre? Diogenes ille Cynicus, non pauper solùm ab opibus, sed à Fortunæ injuriâ servus, vænum à piratis expositus, interrogatur: *Ecquid scire profitereturr?* Egóne, Ἀνθρώπων ἄρχειν: *Hominibus imperare.* Et mox, cùm prætereuntem Xeniadem vidisset, ore ac vultu ingenuo: *Huic, inquit, me vende, nam hic Domino opus habet.* Et planè pro verbis & professione sua se gessit: docens, monens, imperans, ipsi, liberis, familiæ toti. Ac cùm amici paullò pòst advenissent, eum redempturi. *Minimè, inquit: abite fatui.* Οὐδὲ γὰρ τοὺς λέοντας δούλους εἶναι τῶν τρεφόντων, ἀλλὰ τοὺς τρέφοντας τῶν λεόντων. *Non enim leones servos esse nutrientium, sed nutrientes leonum.* Nam servi scilicet est, timere. Quid, cùm Alexander magnus ille Rex ad eum viseret: atque inter alia diceret, *Non me times? Quid enim es, inquit, Bonum an Malum? Dicente, Bonum: Quis ergo Bonum timet? inquit.* Et mehercules scio Alexandrum potiùs in animo timuisse, aut stupuisse, ad hunc magnanimum & à Ratione Regē. Quidni à Ratione? ita idem scitissimè *Xeniadi, qui se emerat, dixit:* Δεῖ πείθεσθαι αὐτῷ, εἰ καὶ δοῦλός ἐστι. καὶ γὰρ ἰατρὸς, ἢ κυβερνήτης, εἰ δοῦλός ἐστι, πειθόμεθα αὐτοῖς: *Oportere illum sibi parere, quamvis servo. nam & medicus, & gubernator, etsi servus, tamen iis paretur.* Meritissimò igitur à stultis omnibus Sapienti. Οὐ γὰρ ὅστις καθόλου τὸν περὶ βίον ἐπιστήμων κέκτηται, τί ἄλλο ἢ τὸ ἐπιτάττειν δεῖ τὸν δεσπότην; *Qui enim in universum vitæ degendæ scientiā est adeptus, quid aliud illum esse oportet nisi rectorem & Dominum?* Felix respublica, ubi erit: & verum tamen nostrum scitum, etiamsi non erit. An non tale, quod etiam Sacra approbant? Ita enim Clemēs: Πάλιν τε αὖ βασιλέα τὸ σοφὸν διδάσκων (ὁ θεὸς) τοὺς μὲν ἀμοφύλους ποιεῖ λέγεσθαι αὐτοῦ, βασιλεῖς δὲ ἀλλοφύλων ἐπὶ σὺν ἐμοὶ εἶ. ἐθνῶν σὺν ἐμοὶ ἡγούμενος τὸ ἀχθοφόρον, ἀλλ' ἔθνη σοι ἀρεῖται, ὑπὸ κονίαν τοὺς πολεμίους: *Et Sapientem Deus docens esse Regem, facit alienigenas ei dicentes: Rex à Deo tu es in nobis. cùm scilicet*

Philo de Abrah.

Sen. ep. XIV.

Laërt. in Diog.

Ibid.

Ibid.

Arrian. Dissert. III. c. ult.

11. Strom.

Gen. XXIII.

Digitized by Google

scilicet sponte & suapte voluntate, propter admirationem virtutis, subderent se illi. Salve igitur & vive, ô vere noster Rex!

Stat. in Silv.

Vive, Midæ gazis & Lydo ditior auro,
Troïca & Euphratæ supra DIADEMATA *felix!*
Quem non ambigui fasces, non mobile vulgus,
Non leges, non castra tenent. qui pectore magno
Spemque metumque domas, vitio sublimior omni,
Exemptus Fatis.

DISSERT. XIV.

XII. *Sapientem Deo parem: Paradoxum, atque etiam Paralogum.*

AUD. Valdè in altum sustulisti Sapientem: non potest scandere, nisi ut hominem transcendat. LIPS. Audebo hoc etiam dicere? nostri faciunt: sed dicam, non asseram, & à Modestia, id est matre Sapientiæ, non abibo. Vereor ut illi, cùm clamant, *Sapientem Deo parem.* Ah, quæ non dicam æquiparatio, sed comparatio est? Tamen faciunt: & audiendæ voces vel Senecæ nostri: *Sapiens ille plenus gaudio, hilaris & placidus, inconcussus, cum Diis* EX PARI *vivit.* Alibi: *Hoc est Summum Bonum, quod si occupas, incipis Deorum* SOCIVS *esse, non supplex.* Iterùm eadem voce: *Dei* SOCII *sumus & membra.* Sive apud Stobæum Chrysippi: Παάντως δὲ δαιμονίους εἶναι τοὺς ἀγαθοὺς, καὶ τῷ δαιμονίῳ μὴ διαφέρειν τὸ θείας δαιμονίας, μηδὲ τῷ ἀμερμήτου, ὁ Χρύσιππος φησὶ, καὶ μηδὲ ἀίδιον εἶναι, μήτε κακὸν, μήτε συμβολίζειν τῷ Διὸς δαιμονίαν τὴν σοφὴν εὐδαιμονίαν. *Omnino & plenè beatos esse homines, qui sunt Sapientes, & Felicitatem hanc ac Securitatem nihilum à divina differre, Chrysippus ait. Et nulla parte optabiliorem, meliorem, augustiorem illam Jovis Felicitatem hac humana esse.* Quid etiam pleraque sanctus ille Epictetus? Det mihi aliquis hominis *Animum*, inquit, *qui nulla re frustretur, aut lædatur, qui non irascatur, non invideat, non æmuletur.* Denique, quid opus ambagibus? Da mihi τὸν ἐξ ἀνθρώπου ἐπιθυμοῦντα γενέσθαι θεὸν, καὶ ἐν τῷ ἀγγείῳ, τοῦτ' ἔστι τῷ Δία κοινωνίας ἐπιδιδόντα: *Deum ex Homine fieri cupientem, & in corpusculo isto mortali* SOCIETATEM *Jovis agitantem*: id est, da mihi istum Sapientem: dabo tantum, & talem. AUD. lædunt ista vel audita Lipsi, etsi non demissa: quid recenses? LIPS. Mecum tolera, neque enim probamus. neque abnuimus,

Ep. LIX.

Ep. XXXI.

Ep XCII.

II Dissert. cap. XV.

Quin vanus stolidis hæc talia finxerit error:

sed

sed error, cujus fontem etiam liceat inquirere, & tum claudere vel damnare. Magniloquentiæ hujus omnis origo, quòd unam eamdemque Virtutem in Homine & Deo ponunt. Seneca: *Quæris quæ res Sapientem efficit? quæ Deum.* Si igitur ille & ille ejus compotes; ille per industriam, ille per naturam: pares in eo sunt, quo laudantur. Chrysippus apud Plutarchum: Ἀρέσκει γὰρ αὐτῷ τὸν σπουδαῖον τὸν Δία μηδὲν Δίωνος, ἀφελεῖσθαι τὸν ἕτερον ὑπὸ τοῦ ἑτέρου τὴν ἀρετὴν τὴν Διὸς καὶ τὴν Διωνος, σφοδρὸν ὄντα, ὅταν ἐπιτείνῃς μηδὲν τυγχάνοντα πλεονάζοντος: *Virtute siquidem non superare Jovem Dionem, sed & æqualiter juvari invicem Jovem & Dionem, cum Sapientes sint, quando alter alterum moveri sentit.* In eodem illo fundamento hæc Epicteti nixa: Κατὰ μὲν τὸν λόγον καὶ τὴν ἀξίαν τὴν πρὸς τοῦτον, οὐδὲν μικρότερόν ἐστιν οὐδὲ μεῖζον ἡ μείζων καὶ ἐλάττων, οὐδ' ὕψει κρίνεται, ἀλλὰ δόγμασι: *Quod ad rationem mentemque attinet, ô homo, nihilo deterior aut inferior Diis ipsis es: Magnitudo enim Rationis neq; longitudine* (sive *diuturnitate*) *neq; altitudine diiudicatur, sed solis Decretis.* Seneca his paria: *Solebat Sextius dicere, Jovem plus non posse, quam Bonum virum. Plura Jupiter habet, quæ præstet hominibus: sed inter duos Bonos, non est melior, qui locupetior, non magis, quam inter duos, quibus par scientia regendi gubernaculum est. meliorem dixeris, cui majus spectosiusq; navigium est.* Heu, radunt & ista meas aures, fateor: sed *insanientem* hac parte *Sapientiam*, vel ad Senecæ lucem pervideamus. Primum igitur, eorum confessione, discrimen est in Potentiâ sive Opulentia: quia Jupiter certè plus posset potestque. Alterum, quod notant, in Diuturnitate. Seneca: *Jupiter quo ante edit virum Bonum? diutius Bonus est.* Alibi idem: *Bonus ipse, tempore tantum à Deo differt.* Iterumque alibi: *Sapiens vicinus proximusq; Diis consistit, excepta mortalitate, similis Deo.* Cicero etiam Stoicissans: *E Virtutibus vita beata exsistit, par & similis Deorum, nulla re, nisi immortalitate, qua nihil ad bene vivendum pertinet, cedens cœlestibus.* Fatetur ecce, (quis autem ambigat?) de Immortalitate: sed excusat & rejicit, quasi nec augendo esset. Ita & Seneca: *Quemadmodum ex duobus Sapientibus qui senior decessit, non est beatior eo, cujus intra paucos annos terminata Virtus est: sic Deus non vincit Sapientem felicitate etiamsi vincat ætate.* Atque alibi etiam elatiùs: *Quid inter te* (Sapientem) *& Deos interfuturum sit, quæris? diutius erunt. At mehercule magni artificis est, olausisse totum in exiguo. Tantum Sapienti sua, quantum Deo omnis ætas patet.* Et vis culmen stultitiæ? superaddit: *Est aliquid, quo Sapiens antecedat Deum, ille natu-*

Ep. LXXVII.

De Commun. Not.

Differt. I. c. XII.

Ep. LXXIII.

Ibid.

De Provid. cap. I.

De Constant. Sap. c. VIII.

II De Nat. deor.

Ep. LXXIII.

Ep. LIII.

Digitized by Google

naturæ beneficio, non ſuo ſapiens eſt. Ecce res magna, habere imbecillitatem hominis, ſecuritatem Dei. Sunt aliæ alibi tales voces: abhorreo & deſpuo: & ah mei Stoici, quàm à recto per elationem iviſtis? Melius mode-
Stob. Ser. 1. ſtiuſque Pythagorici, è quorum ſchola Archytas; Διαφέρει ὁ θεὸς ἀγαθοῦ ἀνθρώπου ἀγαθοῦ, ὅτι θεὸς μὲν ὢν μόνος τελείαν καὶ ὁλοσωμίαν ἴσχει ἰσχὺν ἀπρόσιτον καὶ ἀπαθῆ τᾶς θνατᾶς φύσιος, ἀδαμὰς καὶ ἄλυτον δυνάμιν ἀνυβρίστως ἄτρυτον πίπτουσαν καὶ ἀνυπόδωτον, ὡς πρὸς αἰωνίαν ἐργων ἐπιμέτρησίν τε καὶ μεγαλοπρέπειαν. ἄνθρωπος δὲ μόνος τᾶς θνατᾶς τὰ φύσιος κεκτημένος μείονα ταύτας πίπτας, ἔστι δ' ὅτε καὶ διὰ ἀγαθὰν ἀμετρίαν, καὶ διὰ συνήθειαν ἰσχυρὰν, καὶ διὰ φύσιν μοχθηρὰν, καὶ διὰ ἄλλας αἰτίας πολλὰς, ἀδυνατεῖ καθ' ἅπαν γλισχρῶς παντελείαν ἀγαθοῦ: *Differt Deus a viro bono, quod Deus quidem non ſolum puram & fece omni liberam Virtutem habet, ac labe affectuum humanorum; ſed quòd etiam vim ac facultatem ejus infatigabilem, & ſimul liberam neque obnoxiam poſſidet, ad æternorum ſcilicet operum majeſtatem & decorem reſpondentem. Homo autem, non ſolùm ipsâ conſtitutione mortalis naturæ minorem illam habet, ſed interim etiam ſive ob bonorum intemperiem, ſive conſuetudinem validam, ſive naturam pravam, aliaſque cauſſas, non poteſt omnino ad culmen illud veri Boni pertingere.* Hæc vera, hæc ſana ſunt, præ tumore illo & vaniloquentiâ Stoicorum. Quos an excuſare tamen leviter non fas eſt? Homines toti in Virtute, & ejus ſplendore oculos præſtricti, divinum cenſebant quidquid ea tinctum eſſet. Atque utinam *Divinum* tantùm, & in ea voce manſiſſent! ferremus. ut illa Homeri, θεοδίκας, θεοείκελοι, ἰσόθεοι: quæ magnis viris adſignat. Ferremus, inquam: imò laudaremus, ſenſu quem in alio ſcito Stoico video & amplector.
Laert. in Zeu.
Nam ajebant, θείους εἶναι τοὺς σοφούς. ἴσχει γάρ τι καὶ ἀνθρώποις οἰκεῖον θεόν: *Divinos eſſe Sapientes. nam habere in ſeipſos quodammodo Deum.* Habent, habent: & *nulla ſine Deo mens bona eſt.*
Sen. Ep. LXXIII.

DIS-

Digitized by Google

DISSERT. XV.

XIII. *Parad. Sapientem omnia recte facere, etiam Digitum exserendo. Sine peccatis esse.*

SUNT jam & alia quædam ab eodem isto Elationis fonte orta, & noscendi, non probandi caussa, edisferenda. Tale hoc Inopinatum: Πάντα δ' ποιεῖν τ σοφόν: *Omnia recte facere sapientem.* Quod cum adstrictione aliqua sive interpretatione, capiendum: ἃ ποιεῖ, δῆλον: *nimirum, quæ facit.* Οὐ γὰρ ὅπου ἂν λόγου πρὸς δ' ποιεῖν τ αὐλητὴν, ἢ κιθαριστὴν, σιωπᾶν φυλάττεσθαι δ' ἐπὶ τὰ μὴ πρὸς τὴν αὐλησιν, τὰ δὲ πρὸς τὴν κιθαρισιν· τ αὐτ τρόπον πάντα δ' ποιεῖν τ φρόνιμον, καὶ ὅσα ποιεῖ, καὶ ἃ μὲν διὰ καὶ ἃ μὴ ποιεῖ, τὸ γὰρ πρὸς λόγον ὀρθὸν ἐπιτελεῖν πάντα, καὶ οἷον καὶ δρέπειν, περὶ ὅλον ἅπαν τ εἶναι τίχνην: *Sicut cùm dicimus Tibicinem vel Citharœdũ omnia recte facere, simul exaudimus ea nempe quæ ad Tibiæ vel Citharæ tractationem pertinent: ita omnia recte facere Prudentem, quæcumq; facit, non hercules etiam quæ non facit. Nam omnia ad rectam Rationem facere eum ac dirigere, id est Virtutem: quæ ars est ad omnem vitam spectans.* Repetit alibi Eclogarius idem dogma: sed hoc ad fidem & sensum ejus sufficit, ex illo quidem. Plutarchus addendus est: Οἱ Στωϊκοὶ, inquit, μήτε λ φαῦλον δρεπτ De aud. Poet. σθαι, μήτε κακία χρηστὸν ἀξιοῦσιν· ἀλλὰ πάντας μὲ τὸ πᾶσιν ἁμαρτάνειν εἶναι τ ἀμαθῆ, περὶ πάντα δὲ καὶ κατορθοῦν τ ἀστεῖον: *Stoici neq; Malo ullam Virtutem in esse, neque Vitium viro Bono censent: sed omnimodis illum quidem & semper peccare, hunc autem omnia recte facere.* Consonat & illud, quod idem alibi: *Alexandrum, in quo omnes Virtutes permixtæ, confirmasse* Στωϊκὸν ἐκεῖνον λόγον, ὅτι παῦ ὁ ἂν δρᾷ De Fort. σοφὸς, κ πᾶσαι δρετὴν συεργεῖ. κ μία μὲ, ὡς ἔοικεν, δρετὴ Alexand. ἀφορμὴν ἐνεργείας παράξασα ἑκάστης, παρακαλεῖ ἧ τὰς ἄλλας, κ συ orat. 1. τείνει πρὸς τὸ τέλος: *Stoicum illum sermonem, Quod quidquid facit Sapiens ex omni Virtute facit. Et una quidem velut in principiis est & pugnat cujusque actionis, sed advocat alias, & conjungit ad suum finem.* Iterum Stobæana Electa: Τὸ ἀγαθὸν ἄνδρα τέλειον εἶναι λέγουσι, διὰ τὸ μηδεμίας ἀπολείπεσθαι δρετῆς: *Virum bonum perfectum esse dicunt, ideo quod nulla Virtute careat.* Atque hinc ortum illud minutum etiam Paradoxum, *Nec digitum temere ab eo exseri.* Quod in Epicteto ita legitur: Ἡ φιλοσοφία Enchir. φησὶν, ὅτι οὐδὲ τ δάκτυλον εἰκῆ ἐκτείνειν : *Philoso-* cap. ult. *phia dicit, quod nec digitum temere extendere oportet.* Persius

Digitized by Google

sius omnino adspexit, qui multa Stoica miscere solitus

Sat. v. * Vulgò Nil ne gando.

* *Ni tibi concessit Ratio, digitum exsere, peccas.*

Ita enim lego: & est sententia, Ratio nisi tibi suaserit agere, quidquid agis, peccas. Huc, inquam, referendum est: non ad Gladiatores, qui victi digitum tollunt, cum Scholiaste. Planissimè cum Persio (nostrâ lectione) Clemens Alexandrinus: Οὐδὲ τὸ δάκτυλον, ὡς ἔτυχε, σαλεύων τῷ σοφῷ ἐπιτρέπει, ὡς ἐμολογοῦσι, οἱ Στωϊκοί: *Nec digitum fortuitu agitare Sapienti* CONCEDIT RATIO, *ut Stoici dicunt.* Quod usqueèo producunt, ut ipsa illa agitatio Bonum iis sit, & *Utile* etiam: quia id ex naturâ omnis Boni. Irridet Plutarchus, ut solet, sed nos docet:

11. Pædag. cap. x.

D. Commun. Not.

Α᾽ν εἷς σοφὸς ὑποδήσωται εὐτόλμητον τὸ δάκτυλον φησὶν ἡμῖν, οἱ κῆ τῷδ᾽ οἰκουμένῳ σοφοὶ πάντες ὠφελοῦνται: *Si unus Sapiens ubicumque digitum protendat prudenter, omnes in orbe terrarum Sapientes juvantur.* Atque huic igitur scito adhæret alterum: Α᾽ναμαρτήτους τοὺς σοφοὺς τοῦ ἀσφαλεστάτους εἶναι: *Impeccabiles Sapientes esse, quia labi non possunt.* Quod à Cynicis transumptum video: quorum effatum, τὸν σοφὸν, ἀναμάρτητον: *Sapientem sine peccato*, imò *impeccabilem esse.*

Laërt. in Zen.

Laërt. in Mened.

DISSERT. XVI.

XIV. *Parad. Sapientes soli inter se amici soli amare gnari.*

SED & hoc præter communem sensum addatur, *Solum Sapientem amicum esse, & amare.* Noster Annæus effert: *solus Sapiens scit amare, solus Sapiens amicus est.* Epictetus hoc item numerat inter ea, quæ Philosophi * συνδοξολογοῦσιν, & Dissertationem unam huic rei donat. Ratio huic dicto, quòd nemo nisi Bona amat: solus ea Sapiens novit & discernit: solus ergo amat. Cicero: *Hoc primum sentio, nisi in Bonis amicitiam esse non posse*: Bonum autem, eumdem *Sapientem* ille ipse intelligit & appellat. Seneca: *Inter Sapientes tantum amicitia est: ceteri, non magis amici sunt, quàm socii.* Laërtius & rationem addit: Λέγεσθαι δὲ καὶ τὴν φιλίαν τὸ μὲν οἷς τοῖς σπουδαίοις εἶναι, διὰ τὴν ὁμοιότητα: *Dicunt* (Stoici) *amicitiam in solis Bonis esse, idq; ob similitudinem.* Bona ratio, & Quinctiliano Declamatori pulchrè asserta: *Jungit amicitias similido morum, nescio quomodo inter se animorum lumina* (ita lego) *vident & agnoscunt. nec quisquã amere in altero potest, nisi quod tacitus probat.* Veras autem hic amicitias intelligimus, non vulgares istas, infidas, incertas, & quas

Ep. Lxxxi.

* *Præter opinionem dicunt.*

Lib. ii. c. xxii. de Amicit.

De Benef. vii. c. xii.

In Zen.

Declam. cclxxxii.

nostri

Digitized by Google

noſter *Temporarias* alibi vocat. A tempore enim & eventis pendent: felicium illorum adſeclæ, adverſantium deſertores. Non, inquam, has tales.

Οὔνομα δ' ἔρρει δ' οὐκ ἔχουσι, οἱ φίλοι,
Οἱ μὴ ἐπὶ τοῖσι συμφοραῖς ὄντες φίλοι:
Nanique illi Amici nomen, haud rem vindicant,
In ſorte triſti qui fidem non exhibent.

Quas igitur? Laertio ex Zenone deſcriptas. Φασὶ δὲ φιλίαν κοινωνίαν εἶναι τοῦ βίου, χαριζομένων ἀλλήλοις φίλοις, οἷς ἐνδέχεται: *Dicunt Amicitiam communionem quamdam eſſe omnium quæ in vita, aut ad vitam, amicis ſq; nos uti tamquam nobis ipſis.* Duo igitur continet: Rerum communionem & conſortium, itemque Perſonarum. Utrumq; junxit pariter Pythagoras jam olim, qui, ut Timæus ait, πρῶτος εἶπε, κοινὰ τὰ φίλων εἶναι, καὶ φιλίαν ἰσότητα: *Primus dixit, Communia omnia amicorum eſſe: & Amicitiam, Æqualitatem.* Hoc ultimum bellè concinnavit Iſidorus Peluſiotes: Ἰσότης, φιλότης Seneca: *Conſortium inter nos rerum omnium facit amicitia: nec ſecundi quidquam ſinguli eſt, nec adverſi. In commune vivitur* Cicero: *Eſt autem amicitia nihil aliud, niſi omnium divinarum humanarumque rerum, cum benivolentia & caritate, conſenſio.* Credo Stoicam & hanc finitionem eſſe: quamquam nec alii diſſentiunt philoſophorum. Ariſtoteles ἐρωτηθεὶς τί ἐστι φίλος, ἔφη, μία ψυχὴ δύο σώμασιν οἰκοῦσα: *interrogatus, quid eſſet amicus? reſpondit, Una anima duobus corporibus incluſa.* Scitè, & ſcimus hoc ipſum tamen Sidonius: *Animæ duæ, animus unus* Dilucidiùs Cicero: *Ultimum in amicitia, ut unus fiat ex pluribus.* Noſtri, id eſt Stoici, valdè hoc intendunt: & volunt etiam præferri commoda & ſalutem amici, poſponi ſua. Ita amor alienus ſupra illum noſtri ſit: quòd alii contentè negant. Sed Seneca apertè: *Sapiens amicos ſibi comparet: ſæpe præferat.* Et iterùm: *In quid igitur amicum paro? ut habeam pro quo mori poſſim, ut habeam quem in exſilium ſequar, cujus me morti opponam & impendam.* Iterumque alibi: *Amicitiæ illius veræ, cū qua homines moriuntur, pro qua moriuntur.* Nónne hoc palam eſt, alium plus ſe amare? Et negat tamen Cicero etiam ubi Stoicè multa diſſerit: *Ne optandum quidem eſt in amicitia, ut me ille plus, quam ſe amet: ego illum plus, quàm me. Perturbatio vitæ, ſi ita ſit, atque officiorum omnium conſequatur.* Iterumque in perſonâ Catonis: *Quamquam in amicitia alii dicant æquè caram eſſe Sapienti rationem amici, ac ſuam; alii autem, sibi cuique cariorem ſuam: tamen hi quoque poſteriores fatentur, alienum eſſe à juſticiâ, detrahere quid poſte-*

Laërt. in Pythag. Lib. III. Ep. CXLV. De Amic. Lib. IX. Ep. V. Epiſt. IX. Ep. VI. III Tuſc. III. de Fin.

Digitized by Google

de aliquo, quod sibi assumat. Mollis, nec Catone satis digna oratio; etsi dissensus fortasse in hac re aliquis Stoicorum. Sed profectò qui Virtutis, id est amicitiæ, vim videt, & amat: illam omnibus, etiam sibi, meritò præfert, ut demus, quòd non amicum. Fides ejus vinculum est: & quid miri, pro eâ homines mori? Utilitatis caussa illam adscisci, Epicuréi asserunt. nostri reclamant, & tenent *per se expetendam*, quare? quia secundum Naturam est. *Nam ut aliarum nobis rerum innata dulcedo est, sic amicitiæ.* Satis de ista: de Amore breviter, qui est seiparandus. Seneca: *Amas me, amicus non es. Quid ergo? hæc inter se diversa sunt, imo dissimilia. Qui amicus est, amat: qui amat, non utiq; amicus est.* Hoc notandum, ut Plutarchi quædam capiamus, imò & rejiciamus, acriter Stoicos incusantis: qui censebant, *è Sapientibus, etsi pulchri essent, neminem amandum, aut amore dignum esse, contrà juvenes etsi malos & stultos, eoque, quòd sequitur, turpes, amandos tamen. quæ ipse amor desinat, simulac Sapientes sint facti.* Hæc ille clamat: *præter communes notiones esse, & absurditatis omnis participantia videri.* Ne nimis, ô bone. Minus est Amor, quam Amicitia: & ideò illo etiam Stultos dignantur, ista non nisi Sapientes. Et quos tamen Stultos? adolescentes bonæ spei, & Sapientiæ jam alludentes. Ipsa hæc illorum verba, contra te, tibi debemus: *Θήρα γάρ τις φασὶν ἔσται ἔρως ἀτελοῦς μὲν, δὲ φυοῦς δὲ μεμιγμένῃ πρὸς ἀρετήν*: *Aucupium enim quoddam vel venatio est Amor, adolescentis quidem imperfecti, sed bene nati.* Audiantur & Zeno & Chrysippus, é quibus Laërtius hæc prompsit: *Καὶ ἐρασθήσεσθαι τὸν σοφὸν τὸν νέον, τὸν ἐμφαινόντων διὰ τῶν εἰδῶν σφόδρα πρὸς ἀρετὴν δύφυΐαν, ὡς φησι Ζήνων ἐν τῇ πολιτείᾳ, καὶ Χρύσιππος ἐν τῷ περὶ τοῦ σπουδαίου βίου*: *Et amaturum Sapientem adolescentes illos, qui in vultu præferant indolem generosam ad Virtutem: ut Zeno in Republica, & Chrysippus in Vitis scripserunt.* Quis damnet hæc aucupia: ô capiantur, & sapere incipiant, amari desinant. Ille enim finis: & *Amorem* ipsum definiunt. *Εἶναι ἐπιβολὴν φιλοποιΐας, διὰ κάλλος ἐμφαινομένου.* Quæ Cicero vertit: *Stoici Sapientem amaturum esse dicunt, & Amorem ipsum, conatum amicitiæ faciendæ, ex pulchritudinis specie, definiunt.* Ecce Amor ad Amicitiam illicium est, sed primo ad virtutem: ideoque solius Sapientis. Cynici olim: *Ἐρασθήσεσθαι δή. μόνον γὰρ εἰδέναι τὸν σοφὸν, τίνων χρὴ ἐρᾶν*: *Amaturum quoq; solum enim scire Sapientem, quos opporteat amare.* At ecce redeo in memoriam Apuleiani loci, qui valdè huc faciebat, nisi

Sen. Ep. 12

Ep. xxxv.

De Commun. Not

IV. Tusc.

Laërt. in Antisth.

Digitized by Google

nisi exscriptores vitiassent. Verba sunt: *Bonos omnes oportet inter se amicos esse, etsi sunt minùs toti: & potestate ipsa, qua mores eorum sectæque conveniunt, amici sunt habendi. Paria quippe à similibus non abhorrent. Unde inter solos Bonos fidem amicitiæ esse constat. Sapientia Boni amatorem adolescentem facit, sed eum qui probitate ingenii sit ad artes bonas promptior. Nec deformitas corporis talẽ poterit abigere appetitũ. nãcùm ipsa anima cõplacita est, homo totus adamatur.* Priora illa, planè nostra sunt & Stoica, id est Socratica, ut Cicero ajebat: etiam sequentia, si emendas, & me arbitro debes. Nam quid hoc est, *Sapientiam facere adolescentem Boni amatorem?* ergo jam *Sapiens* ille est? *amat Bonum* & Sapientem? imò amatur, & verba eò censeam vertenda. Faciamque: *Sapientia Bonum amatorem adolescentem facit, sed eorum, qui probitate ingenii sint ad artes bonas promptiores.* Sunt ipsa jam dicta: & quod statim legitur: *Eum qui sit ignarus Bonorum, cupitorem ejusmodi rebus esse:* negatione insertâ scribendum: *non esse.* Ita videtur: si aliter, abeat, nec noster esto. De Philos.

DISSERT. XVII.

Pluscula simul Paradoxa. Solum Pulchrum, Nobilem, Civem, Magistratum, Vatem, Rhetorem, & plura esse.

SED an non tædio jam tot * *Paradoxologiæ* sunt? contraham, & junctim, non tamen mixtim, quasdam dabo. Quasdam, vel eximias: & quæ plenam apud ipsos Stoicos vix habeant fidem. Talis hæc ista: * *Inopinata sententia.*

SOLUM SAPIENTEM PULCHRUM ESSE. Cato apud Ciceronem: *Rectè etiam appellabitur Pulcher, animi enim lineamẽta sunt pulchriora, quàm corporis.* Sex. Empiricus *Stoici aperte dicunt, qui Prudentiam protulerint, solos esse Pulchros, solos Divites, solos Sapientes.* Ratio illius: *Qui est dignus amari, est pulcher: Solus sapiens amari dignus: solus igitur pulcher.* Senesa hæc tangit & profert, sed colorẽ magis allinit: *Errare mihi visus est,* inquit, *quidixit: Gratior est pulchro veniens è corpore Virtus.* III. De Fin. Ep. LXVI.

Nullo enim bonestamento eget: ipsa & magnum sui decus est, & CORPUS SUUM CONSECRAT. Addit jocosè de Clarano suo condiscipulo, cujus ingenium malè habitabat: sed, inquit, *cæpit Clarianum nostrum insuere, formosus mihi videtur, & tam rectus corpore, quàm est animo. Potest ex casa vir magnus exire: potest & ex deformi humilique cor-*

Digitized by Google

corpusculo, formosus animus ac magnus. Quis vel è vanis istis amatorculis abnuat? qui affectus suos donant ingenio & lepori sæpiùs, quam formæ. Si huic tantùm: cur non tabula ametur? Itaque sciamus, *non deformitate corporis animum fœdari, sed pulchritudine animi corpus ornari.* Ibid. Vides mulierculas interdum personam sumere, & Saturnalitiis ludis fœdam, aut & virilem, faciem induere? non moveris, qui scis interiorem aliam esse. Hìc simile. tegmen non aspicio: quod latet, splendidum & cæleste prænovi. Græcorum vox opportuna καλὸν, quæ in De Civ. IV. cap. XXIII utrumvis valet, & *Bonum Pulchrumque* notat: quia recto judicio hæc juncta. *Consuetudo Scripturæ est* (ait Augustinus) *etiam speciosos corpore, Bonos vocare.* Vera dicit, & à caussâ jam dictâ. Altera Paradoxologia:

SOLUM SAPIENTEM NOBILEM. A Cynicis translatum: quorum erat, Τὸς αὐτὸς εὐγενεῖς τὸς καὶ σοφίτας: De Com. Notion. *Eosdem nobiles, qui & Probi essent.* Tenuerunt Stoici, ut alia, & definiebant Εὐγένειαν, ἕξιν τοῦ γένους, ἢ ὁικεία προκοπὴ ἐις ἀρετήν: *Nobilitatem, habitum à genere, aut institutione, aptum ad Virtutem.* Itaque sive innatus is habitus, sive insitus à doctrina esset, solos Nobiles qui haberent. Quid jam autem?

SOLUM CIVEM, MAGISTRATUM, PRÆTOREM, JUDICEM ESSE SAPIENTEM. Plutarchus: Τὸς σοφὸς μόνος βασιλεῖς, πλουσίους, καλὸς, καὶ πολίτας, καὶ δικαστάς: *Sapientes solos Reges, Divites, Pulchros, Cives & Judices.* In Zen. Laërtius: Ὁ μόνος δίκαιος ἄρχειν, δικαστὰς καὶ ῥητορικὸς μόνους εἶναι: *Prætereà, ad magistratus, ad judicia, ad oratoriam solos aptos esse.* Ubi & explicatio aliqua dicti ejus est: nimirum solos illos perfectè & benè munia hæc posse obire. Nam ut Zeno ajebat: Ἐγκωμίου δεῖ τὸν ἄρχοντα περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν, μηδένα δὲ τῶν φαύλων ἐπίστασθαι τοῦτο: *Noviſſe oportet magistratum Bona ac Mala, quod nemo Stultorum potest.* Quæ eadem ratio ad *Judicem* trahenda, etiamque ad *Civem.* qui Bonus & utilis civitati quomodo erit, legibus & rectoribus obediens, IV. Acad. sine hac notitia? Potest & alio sensu. quia negant Respublicas ullas aut Civitates, nisi quæ sint Sapientum. Cicero hæc irridens aut spernens: *An illi umquam dicerent* (Academici veteres) *Sapientes solos Reges esse? solos Divites, Formosos? omnia, quæ ubique essent, Sapientis esse? neminem Consulem, Prætorem, Imperatorem? nescio an ne Quinquevirum quidem quemquam, nisi Sapientem? solum Civem, solum Liberum? Insipientes omnes Peregrinos, Exsules, Servos, Furiosos? Denique scripta Lycurgi, Solonis,*

Digitized by Google

Duodecim tabulas noſtras non eſſe Leges? nec Urbes denique aut Civitates, niſi quæeſſent Sapientium? Plura hic habes ejuſce generis, ſed à dicto fonte. Leges illæ tales non ſunt verè Leges, quare? quia *Lex eſt recta ratio imperandi atque vetandi, inſita à Natura*: tales non ſunt illæ. Jam *Civitas eſt Cœtus hominum jure ſociatus*: ſi leges aut jura non ſunt, quomodo civitas? ad idem illud redimus. Sed ubi igitur Sapiens ille civis eſt? in magna hac & ſua urbe, id eſt Mundo. Pergimus:

SOLUM ORATOREM, POETAM, DOCTUM, VATEM, SACERDOTEM, uno verbo, omnia eſſe. Stobæus: *Μόνον δὲ φασι τὸν σοφὸν καὶ μάλιστα ἀγαθὸν εἶναι, καὶ ῥητορα, καὶ ἀλληλικὸν, καὶ κριτικόν*: *Solum ajunt Sapientem Vatem* BONUM, *& Poëtam, & Rhetorem, & Dialecticum, & Criticum eſſe.* Nota, *Bonum*: eſſe poſſunt aliquatenus, quod ad artem; non Boni quod ad uſum, atque etiam perfectionem. Nam in omnibus illis artibus judicium & Conſilium neceſſaria; quæ deſunt Stulto. Strabo: Lib. II. *Οἱ παλαιοὶ φιλοσοφίαν τινὰ λέγουσι τὴν ποιητικήν. οἱ δὲ ὑμέτεροι καὶ μόνον ποιητὴν ἔφασαν εἶναι τὸν σοφόν*: *Antiqui dicunt Philoſophiam quamdam eſſe Poëticen: at noſtri* (id eſt, Stoici *etiam ſolum Sapientem dicunt Poëtam.* Quid mirantur? nonne & vulgò *Oratorem* definiunt *Virum Bonum, dicendi peritum*? At bonus ille, eſt Sapiens. Jam de *Sacerdote*, in Laërtio & Stobæo habes. quis autem ab illo alius *Pietatem* colit; quę eſt *ſcientia divini cultus*? nec ſine ea *Sacerdos* eſt: ergo talis nemo Stultus. Breviter. revocanda hæc omnia ad unum illud principium, *Omnia rectè facere Sapientem*: de quo dixi. Athenæus, ſive alius apud eum, ſubſannat: *Στωϊκὸν δὲ* Lib. IV. *δόγμα ἐστὶν, ὅτι πάντα τὸν σπουδαῖον σοφὸν καὶ φρονιμον ἀρετῶν*: *Stoicum dogma eſt, quòd omnia rectè faciet Sapiens, etiam lenticulam condiet.* Ita, ita, & hanc condiet, ſi lubebit: & quid ampliùs, *Sartor* & *Sutor* erit.

——— *non noſti, quid pater ille*
Chryſippus dicat? Sapiens crepidas ſibi numquam Horat. I. Sat. III.
Nec ſoleas fecit: ſutor tamen eſt Sapiens. quò?
Ut quamvis tacet Hermogenes, cantor tamen, atque
Optimus eſt modulator.
——— *ſapiens operis ſic optimus omnis*
Eſt opifex

Igitur poteſtate hæc omnia eſt, ſi non facto. An non & facto ille Hippias olim, qui *omnia quæ ſecum habebat*, Apul. II. *nihil eorum emerat, ſed ſuis ſibi manibus confecerat*? veſtes, calceos, annulum, gemmam ſcalpram, ampullam, ſtrigilem. Jam Poſidonius, & vulgo Stoici, Florid.

Digitized by Google

Sen Epist. 90 hoc. *omnes artes, quibus in cottidiano usu vita utitur, volunt à Philosophiâ inventas* : Fabricam, & ejus ferramenta; metallariam artem, textoriam, pistoriam. *Quæ omnia, inquit, Sapiens quidem invenit; sed minora, quàm ut ipse tractaret, sordidioribus ministris dedit.* Etsi Senecæ nostro contrà videtur, & indigna hæc Sapiente: neque *abduxisse ab illis artibus, sed omnino non venisse.* Satis hæc ista, & fructum Dissertationibus nostris, non risum captamus.

Ibid.

Ibid.

DISSERT. XVIII.

Paradoxa item mixta: Non injuriâ affici, non Insaniâ, non Ebrietate.

ADDIDIMUS igitur Sapienti magna, parva: quædam ab eo & removenda sunt: illaipsa præter vulgi sensum. Ut,

SAPIENTEM NON ACCIPERE INJURIAM. Stobæana: Λέγεται γὰρ τὸν σοφὸν καὶ ἀνύβριστον εἶναι. ἀδὲ ὑβρίζεσθαι φησὶ, οὐδ' ὑβρίζειν, οὐδὲ τὸ τὴν ὕβριν ἀδικεῖν εἶναι κοινωνικωτάτους τε καὶ φιλοις : *Ajunt Sapientem injuriæ exsortem esse, ut quæ nec capiat eam, nec inferat. Esse enim Injuriam, injustitiam quamdam cum dedecore aut damno conjunctam.* Hanc igitur non infert, quod clarum est, juvare tantùm natus: sed neque infertur, quia non admittit aut advertit, & suâ virtute nixus, spernit ac rejicit infamiam omnem sive damnum. Breviter, sed fortiter, Seneca: *Quid ergo? nemo erit qui lacessat, qui tentet? Nihil in rerum naturâ tam sacrum est, quod sacrilegum non inveniat. sed non ideò divina minùs in sublimi sunt, si exsistunt, qui magnitudinem multùm ultra se positam non icturi petant. Invulnerabile est, non quod non feritur, sed quod non læditur.* Et totum libellum, elegantem sanè & alti spiritus, in hanc rem scripsit. Socraticum dogma, & Apulejus etiam sic expressit? *Sapientem non solùm inferre, sed ne referre quidem oportet injuriam. Non enim eam contumeliam putat, quam improbus faciat: sed eam non putat, quam patientia firmiter toleret. Quia quidem Naturæ lege in animo ejus sculptum sit, quòd nihil horum possit nocere, Sapienti, quæ opinantur ceteri Mala esse.* Prima sunt pro jam dictis: ultima eò spectant, Infamiam, Calumniam, & hæc talia non magis Mala esse; quam Famam aut Adulationem, Bona. Addo,

De const. Sap. c. III.

De Philos.

SAPI-

Digitized by Google

SAPIENTEM NON INSANIRE. Huic vis subest, qui semel bonus Sapiensque, semper esse: nulla vi aut casu Virtutem eripi. Sed diffidebant in eo ipsi Stoicorum apices. Καὶ μὴν τὸν ἀριστὸν Χρύσιππον ἀποβαλεῖν φησὶν ἔνιαχοῦ τὴν ἀρετήν. ὁ μὲν, ἀποβλητὴν, διὰ μέθην καὶ μελαγχολίαν. ὁ δὲ, ἀπροσόλητον, διὰ βεβαίους περιλήψεις: *Virtutem Chrysippus amitti aut sperni posse ait; negat Cleanthes, & firmam hærere. Ille amitti, per Ebrietatem, aut Atrabilio sum morbum: iste, nec per illa, ob constantes manentes q; comprehensiones.* Cleanthis sententia placuit Senecæ, & palàm exprimit in istis: *Eò majore animo ad emendationem nostri debemus accedere, quod semel traditi Boni* PERPETUA POSSESSIO *est. Non desciscitur Virtus. Contraria enim Mala in alieno hærent: ideò expelli & exstirpari possunt: fideliter sedent, quæ in locum suum venerunt. Virtus secundùm Naturam est.* Et statim: *Virtutes receptæ exire non possunt.* Ad Chrysippèa, facilis responsio. non enim in actione est Virtus: nec si illa impeditur, ejicitur ista. *Suprà doctum: & Laërtius antè aliquid pro hac sententia: Τὸν σοφὸν δ' μανίαις ποτὲ παρεῖναι διὰ μέθην καὶ τὴν φαυλότητα τὴν μανικὴν, διὰ μελαγχολίαν, ἢ λήθην, ἢ ὡς τὰ ἄκρα τῶν λόγων, διὰ τὸ ἀνθρώπινον φέρειν: Non insaniturum Sapientem. Incidere ei posse quidem Visa aliena & absona, per atram bilem aut delirium, non secundum rationem in eligendo, sed* praeter *Naturam.* Aliquid etiam tale in sequenti Paradoxo præcogita,

Laërt. in Zenone.

Epist. 1.

*Diss. III. hujus libri

* Vel etiam. *A natura:* nempè imbecillâ, & succumbente.

SAPIENTEM NON INEBRIARI; quod ita in Laërtio Οἰνωθήναι μὲν, ἢ μεθυσθῆναι δὲ: *Vino obrutum iri quidem non ebrium tamen futurum.* Quid ita? ratio in Stobæanis: Οὐκ εἶναι τὸν μεθυσθησόμενον τὸν νοῦν ἐγκαταλιπεῖν δὲ μέθην ἀμοιρεῖν περιέχει, λέγουσιν εἶναι τὸν σοφὸν τὸ οἶνον (ita legendum) εἰς μεθύνει δὲ τὸ ἀναμάρτητον ἀμοιρεῖν: *Non posse Ebrium fieri, mente præditum. nam Ebrietatem aliquid peccati habere & addere, atque esse delirationem à vino: in nullo autem peccare Sapientem.* Hoc dictum volunt, posse turbari vino, & facere ebriis solitæ non tamen esse Ebrium, quia in mente non destinaverat, & ea in recto firma perseverat. Ut Senecæ verbis (etsi ad paullò aliam rem aptatis) hìc utar: *positione quidem mentis, & habitu tranquillus est, eventu non est.* Sed huic tamen nostro, non placet hoc Zenonium dogma (eò enim adspicit:) & epistolâ totâ suggillat. Posidonium etiam rejicit, interpretantem *Ebriosum* pro *Ebrio*: quasi hoc Zeno voluisset, non solere neque amare Ebrium fieri. Meritò rejicit: alia mens est, & quam dixi. Sed nec hanc approbat, imò impugnat: *Nam si,* inquit, *argumentaberis, Sapientem multo vino inebrie-*

Ep. LXXIV.

Ep. LXXIII.

Ibid. in fine Epist.

Digitized by Google

briari, & retinere rectum tenorem, etiamsi temulentus sis: licet colligas, nec veneno poto moriturum, nec opio sumpto dormiturum, nec elleboro accepto, quidquid in visceribus hæ-bit, ejecturum. Sed si tentantur pedes, lingua non constat: quid est, quare existimes, in parte sobrium esse, in parte ebrium? Da veniam doctor, hic parum firmiter argutaris. Quid hoc est, à corpore ad animum argumenta ducere? Fatemur corpus vim vini passum, & mentis instrumenta, Sensus: negamus mentem ipsam, in se sanam. Ipse paullò antè dixisti, *Virtutem non expelli, aut amitti*: hoc retine. Quid, quod Socraticum est, bibere nec mergi; Plato de eo: Σωκράτης ὅτε παρὰ Ἀγάθωνι πίνοι εἰς ἐπιφάνειαν, ὥσπερ ἀναστρεφόμενος, παίζων ἐκφέροι τὸ κῶμος ἅπαν· ἔφη, Σωκράτη μεθύοντα ἰδεῖν πάντα ἐφέρετο ἀνθρώπων: *Socrates in convivio, bibere haud promptus, sed quando adsideretur, omnes superabat, & quod maximè mirabile, Socratem ebrium nemo homo vidit unquam.* Viden' Sapientem & bibere multum, & mente constare? AVD. O callide! non ea mens, quæ tua, Platonis. etiam sensibus constitisse Socratem, vult adfirmatum. Sed heus, non & talem ego Socraticum hodie novi? LIPS. Sile, sile: disce hoc. & Zenonem à potione alium non fuisse. ὃς ἐρωτηθείς, πῶς τί, φησὶ, μὴ μεθύει ὁ τὸν πότον διαπεπονηκώς; ἔφη, καὶ οἱ θέρμοι πικροὶ ὄντες, ἐξερχόμενοι γλυκαίνουσι: *qui interrogatus, quomodo, cùm austerus ingenio esset, in vino & potu diffunderetur? Nam & lupini, inquit, etsi amari, macerati & perfusi dulcescunt.* Quid tu Seneca? suades ipse, *nonnunquam usque ad ebrietatem veniri, non ut mergas nos, sed ut deprimas?* Audi. hoc fit Sapienti ebrio: multum, non malè bibit; & serenandæ mentis caussâ, non turbandæ. Si autem hoc; à casu est, non ab instituto. ideoque ne culpa.

In Convivio.

De Tranq. cap. ult.

DISSERT. XIX

Duo alia Paradoxa, atque etiam Paraloga nobis: Non ignoscere, Non misereri.

ATQVE hæc parva fortasse, an & prava quædam subjungo? Nostro & Christiano sensu ita sunt: aut valde necessum est flecti interpretatione, & emendari. Tamen videamus. Primum,

SAPIENTEM NON IGNOSCERE. Stobæana: Φασὶ μηδέποτε συγγνώμην ἔχειν, ἢ νομίζειν τὸν ἁμαρτηκότα μὴ παρ' αὐτὸν ἁμαρτηκέναι, πάντων ἁμαρτανόντων. ὧν ἕνεκα τὸν ἴδιον κανόνα. διὸ καὶ ὀλίγους λέγειν τοὺς μὴ συγγνώμην ἔχειν τοῖς ἁμαρτάνουσι: *Ajunt*

Digitized by Google

numquam veniam dare aut ignoscere Sapientem: cum ex-istimet, qui peccarit, non contra aut præter mentem peccas-se, omnibus scilicet peccantibus propriâ malitiâ. Idcoque & rectè dici, veniam non indulgere peccantibus. Vult dictum, veniam non mereri, nisi qui ignari peccassent: nemo facit: nemo ergo meretur: neque Sapiens donat. Cicero hoc inter immania Stoicorum, sed apud populum, damnat: & causam tamen aliam ejus apponit. *Fatetur aliquis se peccasse, & ejus delicti veniam petit? nefarium est facinus, ignoscere. At leve delictum est. Omnia peccata sunt paria.* Eò trahit ecce, quòd minoribus ignoscere soleat: talia non habent nostri, qui omnia æquant. Pro Murenâ.

Seneca iterùm rationem aliam: *Venia*, inquit, *est pœnæ meritæ remissio. Ergo ei ignoscitur, qui puniri debuit: Sapiens autem nihil facit, quod non debet, nihil prætermittit quod debet. itaque pœnam, quam exigere debet, non donat.* II. De Clem. c. VI. & VII.

Dura & inhumana ista, inquiunt. Da aures Senecæ mitiganti: Sapiens quidem veniam non dat: *sed illud, quod ex venia consequi vis, honestiore tibi viâ tribuit. Parcit enim Sapiens, consulit, & corrigit. Idem facit quod si ignosceret, nec ignoscit: quoniam qui ignoscit, fatetur aliquid se, quod fieri debuit emisisse.* Satis intricatè hoc ille: sed mox explicat, parcere ob causas. illi ob ætatem; alii ob errorem, & quia in vino lapsus est; alii ob causam culpæ, in specie sepè honestam, *quæ omnia*, inquit, *non Veniæ, sed Clementiæ opera sunt.* Adde, quæ addit. Huic adsidet: Ibid. Ibi

NON MISERERI SAPIENTEM. Cicero ponit: *Neminem misericordem esse, nisi stultum & levem.* Laertius: Ἐλεήμονά τε μὴ εἶναι, συγγνώμῃ τε τῷ μὲν δι. μὴ δὲ πλείονας τοὺς ἐν ἔθει ἁμαρτάνοντας κολάζειν: *Misericordes non esse, veniamque nulli dare. neque enim præterm ittere constitutas à lege pœnas.* Quæ ratio Justitiam spectat: quasi contra eam esset, remitti aut omitti pœnas. At Seneca noster, ubi ex professo hoc tractat, aliam etiam dat, & magis coloratam. Nam si pœnæ non remittendæ, ubi Clementia? Ipse igitur, *Misericordiam vitium dicit*; etsi *plerique ut virtutem laudent, & Bonum hominem vocent, misericordem.* Quare vitium? quia circa Clementiam quidem posita est, sed extra modum: sicut Crudelitas, circa Severitatem. *Quid autem est? ægritudo animi, ob alienarum miseriarum speciem. Ægritudo autem in Sapientem virum non cadit.* Plura ibi, & lege. at Cicero pulchè etiam, & aliter, ex Stoicorum sensu damnat. *Cadit in eundem & Misereri & Invidere, nam qui dolet rebus alienis adversis, idem rebus alicujus secundis dolet.* Divus Pro Mur. II. De Clem. c. IV. & V. III. Tusc.

Digitized by Google

De animi. cap XIX.

Nemesius hoc ipsum: *Ægritudinis species sunt quatuor, Stupor, Molestia, Invidia, Misericordia. Invidia, ægritudo quæ ob alterius secundas suscipitur: Misericordia, quæ ob res adversas.* Quid inhæreo? cùm ad examen ventum est, vereor ut verbi, non rei sit hæc pugna. Nam Seneca fatetur, *non misereri quidem, quia non sit sine miseriâ* (unde & nomen:) *sed omnia quæ, qui miserentur, dolentes facerent; hunc facturum alacri animo, ac libenti. Succurret alienis lacrimis, dabit manum naufrago, exsuli hospitium, egenti stipem. At faciet ista tranquillâ mente, vultu suo.* Numqua hîc durities aut inhumanitas est? Itaque exclamat noster, *Malè audire apud imperitos sectam Stoicorum, tamquam nimis duram.* At hercules, inquit, *nulla benignior leniorque est, nulla amantior hominum, & communibus bonis attentior: ut qui propositum sit usui esse & auxilio, nec sibi tantùm, sed universis singulisque consulere.* Hæc ita dicta & accepta non offendant fortasse: Christiani tamen nostri veteres vel verbi illius aversionem damnarunt. Augustinus: *Misericordiam, Stoicorum est, solere culpare: sed longè melius & humanius, & piorum sensibus accommodatius Cicero, in Cæsaris laude, locutus est, ubi ait: Nulla de virtutibus tuis nec admirabilior, nec gratior misericordiâ est.* Clemens item Alexandrinus: Ὁ δὲ ἁλιτ⊙, οὐχ ἡ τυὶς, τῶν φιλοσόφων ὑπολάβωμεν, λύπη ἐπ' ἀλλοτρίοις συμφοραῖς· μισῶ δὲ, φησὶν εἰκῆ, οὐδὲ ὁ Περιπατητικὸς λέγων. Ἔλεον γάρ, φησὶ, θύειν, καὶ θυσίαν· *Misericordia non est, ut quidam philosophi* (Stoici) *censuerunt, Ægritudo ex alienis malis: sed magis divinum quiddam est, sicut Prophetæ loquuntur. Misericordiam enim, inquit, volo, non sacrificium.* Negat Ægritudinem esse: & sanè pulcherrimè definire mihi visus Gregorius Nyssenus: *Misericordiam esse, ergà adflictos cum dilectione conjunctam affectionem.* Sicut enim Inhumanitas aut Durities ab Odio; sic Misericordia à Caritate caussam & originem habet, imò est ipsa. Sed ait Clemens, *Divinum quiddam* esse. nam & Deus quid magis usurpat? quid magis etiam poscit? Ideoque obtinuit, ut quamquam *Pietas* Dei cultus sit, & intellegi soleat: *tamen more vulgi* (ait Augustinus) *hoc nomen etiam in operibus Misericordiæ frequentetur. quod ideò, inquit, arbitror evenisse, quia hæc fieri præcipuè Deus mandat, eaque sibi vel præ sacrificiis placere testatur.* Sed & apud veteres satis, bonosque scriptores, *Pietas*, & *Pius*, pro miti & miseranti.

De Civ. lib. cap v.

Lib. De Beat. tid.

De Civit. x. cap.

DIS-

Digitized by Google

DISSERT. XX.

Paradoxum singulare, Omnes stultos insanire: & Omnia vitia in omnibus.

QVÆ ad *Sapientem* spectabant Inopinata, pleraque peregi: superant, quæ ad *Stultum*. Nam & hîc multa, nec multa nobis sunt: qua pangenda, & capienda ferè omnia, ex jam dictis. In Sapientem quidquid expetit, in istum pariter: sic ut mures, & adversa omnia ponas. In paucis exemplis ostendam, & reliqua inquisitioni tuæ permittam. Primum esto, oppositum nostro primo: STULTOS OMNES *ex æquo stultos*, id est, PARITER INSANIRE. Cicero inter pauca illa sua locandum censuit, proscripsitque: Ὅτι πάντες οἱ ἄφρονες μαίνονται: *Omnes stultos insanire*. Laërtius: Πάντας τοὺς ἄφρονας μαίνεσθαι. ἐπεὶ γὰρ φρενίμους εἶναι, οὐκ ἂν τὸν ἴσον τῆς ἀφροσύνης μανίαν πάντα ἀφιέναι: *Omnes stultos insanire. neque enim prudentes esse, sed per æqualem stultitiæ insaniam omnia facere*. Ætiologia ista spectat ad Paritatem peccatorum: sicut anteà Virtutum: atque ut Sapientes ex æquo Boni, nemo plus minusve, sic Stulti æqualiter Mali, id est, insani. Nam Insania Sapientiæ opponitur. Discreta ergo hæc duo, Stultus & insanus? sunt. ex Ambrosii mente, *Stultus est qui nihil sapit, & stulta intelligit: Insipiens, qui mala sapit*. Etsi mallem, *Insanum* pro *Insipiente* posuisset. Ut magis pro re dicam, Stultus est qui imperitus, & Scientiam non habet; Insanus intelligitur, qui ex imperitia atque imprudentia malè facit, & stultitiam promit. Potestatem illa, actum hæc ostendit. E Cicerone hoc adstruas: *Stoici videbantur monstra dicere: nunc autem ista differunt. Omnes stultos insanire, ut malè olere omne cœnum: at non semper. Commove, senties*. Pauca verba, nec propriè ipsius: agnosco Porticum. sed sententia, pro illa nostra est: & Stultitiam velut cœnum esse, quod tætrum odorem vi habet; in motu & agitatione, effectu promit. Idem etiam Cicero paullò aliter (quid vetat idem & verè & variè dici?) exponit: *Omnes perturbationes animi, Morbos philosophi appellant: negantq; Stultum quemquam his morbis vacare. Qui autem in morbo sunt, sani non sunt: & omnium Insipientium animi in morbo sunt: omnes insipientes igitur insaniunt*. Hîc insipientes dixit Stultos: & puto verius, quàm Ambrosius suprà distin-

In Psalm. XLVIII.

IV. Tusc.

III. Tusc.

Digitized by Google

xit. Sed à morbo corporum, vocem docet ad hunc animorum translatam. Ajebat autem Laertius (notatti, aut debuisti) *æqualem stultitiam omnes insanire.* Quomodo? quia sicut Sapiens *omnia rectè facit*, doctum à nobis: ita *Stultus omnia malè.*

Pers. Sat. v. ——— *nullo thure litabis*
Hæreat in Stultis brevis ut semuncia recti.

Seneca: *Ut vos* (Stoici) *dicitis, Omnes stulti mali sunt: qui autem habet unum vitium, habet omnia.* Dicit & clarius:

De Ben. v. c. v. *Et cupidi omnes, & maligni omnes, & timidi omnes: adjice, & ambitiosi omnes, & impii omnes.* Dii boni, non est hoc convicium generi humano facere? Cicero populariter ita

Ibid. c. xvii. interpretatur: *Nos autem, qui Sapientes non sumus, fugitivos, exsules, hostes, insanos denique esse dicunt.* Sed mittamus

Pro Mur. coronam, soli sumus: itáne dictum injustè? Zeno & illa manus repugnant: οἷς δοίησι μηδὲν μεῖζον εἶναι δοιῆς κακίας· τοῖς δὲ πεφαντασμένοις μεῖζον δοιῆς καὶ κακίας ἕτερα λεγόντων τὸν σοφὸν· ὡς ἂν δύο φαῦλα ὄντα ἢ ἴσα ἢ ἄνισα ξύλα ἢ στρεβλὰ, ἢ τὸν μὲν ὀρθὸν ἢ ἄδικον· ἢ τὸν μὲν δικαιότερον, ἢ ἀδικώτερον· ἢ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὁμοίως: *quibus placet, nihil medium inter Virtutem esse: cum tamen Peripatetici medium interponant, Profectum. Sicut enim lignum rectum aut curvum est; ita hominem justum aut injustum, idemq; in ceteris.* Hic cardo rei vertitur: malos aut probos omnes esse: nullo medio: & Sanos igitur aut Insanos. Horatius satis contentè hoc adfirmat, & aliâ similitudine item suadet:

Laërt. in Zen.

II. Sat. II. *Quem mala Stultitia, & quemcumq; inscitia veri*
Cæcum agit, Insanum hunc Chrysippi porticus & grex
Autumat. hæc populos, hæc magnos formula Reges,
Excepto Sapiente, tenet. nunc accipe quare
Desipiant omnes, æquè ac tu, qui tibi nomen
Insano posuere. velut silvis, ubi passim
Palantes error certo de tramite pellit;
Ille sinistrorsum, hic dextrorsum abit: unus utrique
Error, sed variis illudit partibus: hoc te
Crede modo insanum. nihilo ut sapientior ille,
Qui te deridet, caudam trahat.

Ecce ait omnes Insanos, etiam illos qui hoc docent: id est Zenonem, Cleanthem, Chrysippum: qui in profectu quidem sunt, sed nondum in certa via: ideoq; in errore.

IV. de Fin. Apud Ciceronè alia etiam similitudo. *Nihil adjuvat præcedere & progredi in Virtute, quo minùs miserrimus sit, antequam ad eam pervenerit: quoniàm in aquâ nihilo magis respirant qui jam ad summam eam appropinquant, quàm qui sunt in profundo: & quoniam catuli, qui jam despecturi sunt*

Digitized by Google

cæteri æq; ut ii qui modò nati. Platonem quoq; necesse est, quoniam nondum videbat, æquè cæcum animo, ac Phalarim fuisse. Et refellit ibidem, aut conatur: sed nos sensa nostrorum exsequimur. Pro quibus & Empiricus: *Ex Stoicorum sententia in Stultorum numerum referuntur Zeno, Cleanthes, & Chrysippus, & ceteri ex sectis: quilibet autem Stultus tenetur ab ignoratione.* Plutarchus ex professo ista aperit & damnat, libello *De Profectu in Virtute*: atq; inter plura ait. *Stoici*, inquit (eos enim intellegit, etsi nec nominat) πολλὰς ἀπορίας ἐμπεπλήκασι φιλοσοφίᾳ μεγίστης, τὸ εἰς μίαν ὁμαδὸν κακίαν πάσας ἀνθρώπους καὶ ἴσον ἐμπλέκειν καὶ μιγνύειν ἀπολείπουσι γὰρ ἐν ἀφροσύνης. λέγω δὲ πάλιν ἄμεμπτον καὶ πεπαιδευμένον ἐκ ἀφρονεῖν καὶ ἐσφάλθαι, ἔτι δὲ μηδένα ἁπλῶς ἁμαρτάνειν τὸ παράπαν ὁμοίως πεφύκοτα καὶ δεδιωμένον ἅπαντας: *multis controversiis scrupulisq; referserunt philosophiam. uno autem vel maximo, quod in unam æqualitatem Vitiis omnes includunt, excepto Sapiente. Unde ænigma redditur illa, quæ dicitur, Profectio: ut quæ parùm differebat ab imprudentia extrema, & eos qui non omnibus affectibus morbisque omnino liberi sint, æquè infelices habent, atq; illos qui nullo soluti.* Atq; addit deinde, eos istos à seipsis refelli, qui *dum in scholis*, inquit, *clamant, parem injustitiam esse Aristidis & Phalaridis, improbitatem Melitæ & Platonis: in vita tamen & rerum usu illos declinãt & vitant, ut detestabiles; his adhærent, & audiunt, & fidem habent.* Hæc isti acriter, & cum colore, quem tamen nostri diluunt. Nam primũ, etsi omnes in vitiis, non tamen eodem modo: & quidam (ut qui progressum fecêre) facilius possunt emergere, quàm illi qui in fundo. Ita negabat Zeno Platonẽ, *si Sapiens non sit, esse in eadẽ caussa: quâ tyrannum Dionysium, huic, mori optimum esse, propter desperationem Sapientiæ; illi propter spem vivere.* Deinde non tam eminentia in omnibus vitia, quod Seneca noster optimè it explicatum. *Stultus*, inquit, *omnia vitia habet: sed non in omnia naturâ pronus est. Alius in avaritiam, alius luxuriam, alius petulantiam inclinat. Itaq; errant illi, qui interrogant Stoicos, Quid ergo? Achilles timidus est, Aristides injustus? Fabius temerarius? Mucius proditor? Camillus desertor? Non hoc dicimus, sic omnia Vitia esse in omnibus, quomodo in quibusdam singula eminent sed malũ ac Stultum nullo vitio vacare, nec audacem quidẽ timoris absolvimus nec prodigum avaritia liberamus. Quomodo homo omnes sensus habet, nec ideò tamen omnes homines aciem habent Lynceo similem. sic qui Stultus est, non tam acria & concitata habet omnia, quàm quidam quædam. Omnia in omnibus Vitia sunt sed non omnia*

Adverſ. Mathem.

Cic. IV. Tuſc.

VI. de Benef. c. XXVI. & XXVII.

VI

Digitized by Google

omnia in singulis exstant. Adde, quæ de Cæno supra dixi: vi & natura sua semper fœdum, sed odorem exserit concitatum. Atque hæc mira satis aut nova videri, quid negem? aut quomodo aliter *Inopinata* sint? sed tamen nexa inter se esse, & defendi (siquis intendat) posse, habeo certum. Enimverò si suprà, etiam nostrorum suffragatione, dictum, *Virtutes junctas, & qui unam habeat, habere omnes*: contrarium quidni verum, *Vitia juncta & nexa esse?*

DISSERT. XXI.

Item singulare Paradoxum, Peccata æqualia esse.

PLURA de *Stultis* liceat persequi: non libet, manud uxi & prævi, quî fiat. Addo decantatum, sed & damnatum Paradoxum: ἴσα τὰ ἁμαρτήματα ἴσα: ÆQUALIA PECCATA *esse*. Cicero: *Placet Stoicis omnia peccata*
IV. Acad. *esse paria.* Idem alibi amplificat & extendit: *Omnia*
Pro Mur. *peccata esse paria. omne delictum, scelus esse nefarium: nec minùs delinquere eum, qui gallum gallinaceum, cùm opus non fuerit, quàm qui patrem suffocaverit.* Laërtius ponit, & unà cauſſam: Ἀ ῥίσκεσθαι δὲ αὐτοὺς ἴσα ἁμαρτήματα. εἰ γὰρ ἀληθὲς ἀληθοῦς μᾶλλον οὐκ ἔστι, οὐδὲ ψεῦδος ψεύδους ἧττον οὐδὲ ἀνάπτης ἀνάπτης, οὐδὲ ἁμάρτημα ἁμαρτήματος. καὶ ὁ ἐπὶ τριάκοντα στάδια ἀπέχων Κανώβου, καὶ ὁ ἐπὶ σταδίους ἑκατὸν ἴσως ἐστὶ τοῦ αὐτοῦ μέρους. καὶ ὁ Κανώβου ἔνδον καὶ ὁ πλέων καὶ ὁ ἐλαττόν ἀμαρτάνων, ἐν ἴσῳ ἐστὶν οὐκ ἐστὶν οὖν τοῦ αὐτοῦ ἁμαρτάνειν: *Placet Stoicis æqualia peccata:. Ut enim Verum Vero magis tale non est, neq; Falsum Falso: ita nec fraus fraude, nec peccatum peccato. Namq; qui centum stadiis Canopo abest, & qui uno, pariter non sunt in Canopo: sic qui parvum vel magnum delinquit, pariter abest à recto.* Duplex adfirmatio. prior à natura rei. omne enim Bonum, Verum est: omne Malum, Falsum; atqui hæc æqualia; ergo & ista. Deinde, à simili. quicumque loco aliquo aut metâ abest, paùxillo aut longinquo; tamen abest: omne vitium à Bono abest: ergo eâ parte pariant. Apud Ciceronem, assertio etiam alia. *Peccata paria, quonam modo? quia nec Honesto quidquam*
IV. de Fi. *honestius, nec Turpi turpius. Perge porrò. nam de isto magna dissensio est: illa argumenta propria videamur. Ut, inquit, in fidibus pluribus, si nulla earum ita contenta numeris sit, ut concentum servare possit; omnes æquè incontentæ sint: Sic Peccata quia discrepant, æquè discrepant: paria sunt igitur.* Sed & aliud simile. *Ut gubernator æque peccat, si palearum navem everterit, & si auri: item æquè peccat, qui parentem, & qui servum injuria verberat.* Invidi-

Digitized by Google

vidiosa hæc, non solùm scruposa videntur. quid ? inter paricidam, & gallicidam non discrimen ? Qui tamen animum peccandi videt : & ab eo peccatum : æqualis ubique malitia, est in materiâ inæquali. Areopagitæ olim puerum interfecerunt, cui ludus erat hirundinum oculos configere. videbant enim pravum illud institum, & ad hominum exitium erupturum : necaverunt igitur in herbâ. Talis malitia, in omnibus malis. Discrimen igitur nullum ? inquies : & cur leges faciunt, atque aliter aliterque puniunt ? Imò aliquod est, nunc dicendum. Primùm, Ἴσα ἐστὶν τῶν ἁμαρτημάτων, εἶναι τινας τὸ ἀνυγιὲς διαφορὰς, καθόσον τὰ μὲν ἀπὸ σκληρᾶς δυσπάθειας γίνεται, τὰ δὲ οὔ : *Æqualia cùm sint peccata, tamen differunt in isto, quòd alia à pravâ & vix sanabili affectione proveniunt ; alia minimè.* En discrimen, à patrante : alterum ab eo in quem patrant, aut circa quod patrant. Parentem vides ? plures tibi in eum adspectus & vincula Natura & Ratio injecit : quæ cùm solvis, in pari malitiâ plus aut pluries peccas. Externum igitur aliquid est, quod discriminat, non in te situm. Cicero in hac re : *Nihil igitur interest, patrem quis necet, an servum ? Causa hæc, non natura distinguit. nam & parenti nonnumquam adimi vita sine scelere potest, & servo non potest. Illud tamen interest, quod in servo necando semel peccatur ; in patre, multa. Violatur is quipiocreavit, qui aluit, qui erudivit :* MVLTITVDINE PECCATORVM *præstat, eoque majore pœnâ dignus est.* Audiantur & Stobæana Electa (atque ea pleraque, ut odoror, è Chrysippo sunt:) audiantur: Ἴσα δὲ πάντα λέγουσι τὰ ἁμαρτήματα. οὐκ ὄντι δὲ ὅμοια : *Æqualia quidem Peccata omnia, non sunt tamen similia.* Valdè hoc nota ; & quæ addunt. *Feruntur enim & manant omnia ab uno Malitiæ fonte, judicio in omnibus peccatis eodem, id est pravo : sed per causam externam, circa quam judicia perficiuntur, dissimilia reddunturPeccata* (καὶ ποιότητι) *in* QVALITATE. *Sicut, omne mendacium est æquè mendacium : ut si dicant Nox est, cum Dies sit ; aut Centaurus vivit & exsistit : illud potest, hoc non potest : ideoque magis mentiar, quàm in illo. Sic in Peccatis, quæ omnia Mendacia dicas : & quatenus talia, perfecta & æqualia : non tamen in Qualitate eadem aut subjecto.* Talia quædam istîc legas : nec dubito quin Chrysippus atque illi (nam quamdiu hæc, & quàm ariter disputata ?) subtiliora alia dixerint, quibus lubet indaganda. Nobis sententia hæc damnata est, & inter errores habita olim Novatianorum. Ambrosius, atque alii

Hæc ex mente Stoicorum.

Stob. Ecl.

Parad

De Pœnit. c. 1.

Digitized by Google

alii Patrum notant: &, ut dixi, verè & severiter notant. Idem Divus Hieronymus: qui tamen finem & fructum ejus Dogmatis non celat. *Stoicorum quidem est,* De Instit. matris fa. inquit, *delicta omnia paria judicare, nec ullum inter Scelus & Erratum discrimen facere. Nos verò, etsi multum inter Peccata distare credimus; tamen* SATIS PRODESSE AD CAUTIONEM *dicimus, etiam minima pro maximis cavere. Non cito ad majora procedet, qui etiam parva formidat.* A Cicerone hoc est, qui in isto ipso III. Paradox. Paradoxo: *Hac sententia non modo verior, sed ne utilior quidem hominum vitæ reperiri ulla potest. Quæ vis est enim, quæ magis arceat homines ab omni improbitate, quam si senserint, nullum in delictis esse discrimen?* Est sanè vetus, si non vera, sententia, nata ante Zenonem natum. Palàm in Demosthene: Τὸ γὰρ ἀδικεῖν, καὶ τὸ ἀδικεῖν, III. Philip. κἂν ἐπὶ μικρῷ τις, κἂν ἐπὶ μείζονι ὦσιν βαίνειν, ταὐτὸν ἐν τῷ ἀνθρωπίνῳ λογισμῷ: *Psum & justum, sive in parvo aliquis, sive in majore transiliat, eamdem vim habet.* Germanum hoc Stoicum: & æquè extra lineam est, quisquis transivit.

DISSERT. XXII.

Sapientem sumere aliquando mortem posse, decere, debere: ex Stoico quidem decreto.

INTER Paradoxa numero, quod acriter & curiosè quæsitum assertumque fuit, An Sapiens sponte abeat è vitâ? Assertum à nostris dico: nec licere tantùm, sed debere. Causæ communes, quia Vita hæc inter Indifferentia est, itemque ipsa Mors: sumi igitur, non sumi posse, uti opportunitas erit. Sicut à convivio fatur possum surgere, & abire: ludum, cùm libet, relinquere: tale hìc esse. Epictetus: Ἐὰν δὲ ἐξίσῃ, ὅταν θέλῃ, ἐξελθεῖν, καὶ συμποσίου, καὶ μηκέτι παίζειν, ἐν παντὶ καιρῷ τοῦτο πάθοι; II. Diss. c. XVI. οὐχὶ δ' ὡς παιδίῳ ἀθυμεῖ; μέχρις ἂν ψυχομαχῇ τις: *cùm libet, à convivio discedere, neq; ultrà ludere: etiamne is manens afflictur & nauseat? non potiùs, ut ludo, interest quamdiu oblectatur?* Modus tantùm & occasio has res temperant: *neq; interest multum, mors ad nos veniat,* Sen. Ep. LXIX. *an ad illam nos. Illud imperitissimi cujusq; verbum falsum esse, tibi persuade: Bella res est, mori suâ morte.* Semper enim tua erit, & maximè quâ feceris. Quid? januam aliquis hanc mihi claudat ad libertatem? & nònne hæc (Libertas dico) finis aut fructus Sapientiæ est? torquebit aliquis, exabit, illudet, invitum? *Non serviam,* ajeEp. XXVI. bat puer ille Lacon, & præcipitem se dedit. *Qui mori dido-*

didicit, servire dediducit: supra omnem potentiam est, certè extra omnem. Quid ad illum carcer, & custodia, & claustra? liberum OSTIUM *habet.* Hoc est illud ostium, de quo Epictetus: Τὸ δὲ κεφάλαιον, μέμνησο, ὅλῃ ἡ θύρᾳ ἤνοικται μὴ χεῖρον τῶν παιδίων ἀλόγων· ἀλλ' ὡς ἐκεῖνα, ὅταν ἀνυποίς μὴ εἰσέρχῃ τὴ σχάγμασι, λέγε, ὅτι οὐκέτι παίζω. κἀγὼ σὺ, ὅταν σε φαντασίαι τινὰ εἶναι τοιαῦται, οἷαι, οὐκέτι παίζω, ἀπαλλάσσου: *Caput rei, memento, Quòd* JANUA *sit aperta. ne esto pueris timidior, sed ut illi, cùm aliquâ re non amplius delectantur, dicunt, Non ultrà ludam: sic tu, cùm talia aliqua videbuntur, dic, Non jam ludam, & desiste.* Januam dixi? lata imò *via* est. Statius ad Hemonidem, qui in ore Eteoclis se interfecerat: I. Dissert. c. XXIV.

Tu tamen egregius fati, mentisque nec unquam Lib. III.
Indignum passure situm. qui cominus ausus
Vadere contemptu regis; quaque ampla veniret
Direrras, monstrare viam.

Vis videre quàm lata? *Quocumq; respexeris, ibi malorum finis est. Vides illum præcipitem locum? illac ad Libertatẽ* Sen. De Irâ, III. c. XV. *descenditur. Vides illud mare, illud flumen, illum puteum? Libertas illîc in imo sedet. Vides illam arborẽ brevẽ, retorridã, infelicem? pendet inde Libertas. Vides jugulum tuũ, guttur tuum, cor tuum? effugia Servitutis sunt. Nimis mihi, inquies, operosos exitus monstras, & multum animi ac roboris exigentes. Quæris igitur, quod sit ad Libertatem iter?* QUÆLIBET *in corpore tuo* VENA. O limitem verè latum, & pænè, quidquid in orbe, complexum!

Hic alta rupes arduo surgit jugo,
Spectatque longè spatia subjecti maris,
Vis hanc petamus? nudus hîc pendet silex,
Hîc scissa tellus faucibus ruptis hiat,
Vis hanc petamus? hîc rapax torrens cadit,
Parteſque lapsi montis exesas rotat,
In hunc ruamus.

Et plura dic, non omnia ad exitum dices. Unam nascendi viam Natura dedit, mille moriendi. Igitur unam aliquam ingredi suadeat, sed consilio & caussâ. Nam *Sapiens vivit quantum debet, non quantum potest. Videbit ubi victurus sit, cum quibus, quomodo, quid acturus. Si multa occurrunt molesta, & tranquillitatem turbantia, emittit se: nec hoc tantùm in necessitate ultimâ facit, sed cùm primum illi cœperit suspecta esse Fortuna. Nihil existimat sua referre, faciat finẽ an accipiat.* Laërtius magis distinctè caussarũ quasdã aperit, inter Zenonia decreta: Ἐ'νιόν τε εἰ Ep. LXX.

φασιν ἐξάξειν ἑαυτὸν τῷ εἰδέναι τὸν σοφὸν, καὶ ὑπὲρ πατρίδος καὶ φίλων. καὶ ὁ σκληρότερος μέν ἀλγηδόνι, ἢ πηρώσει, ἢ νόσοις ἀνιάτοις: *Justè & cum ratione Sapientem eductorum se è vitâ dicunt; vel pro patriâ, & amicis; vel si in acerbis doloribus versetur, atque membrorum mutilatione, vel morbis ægrè curandis.* Triplicem dat causam, vel casum, pro Patria, & Amicis; in Animi itemque Corporis dolore. De prima, consentiunt hodie: videamus alias, imò & addamus. Nam & in ultima paupertate, mori invitant.

Ep. XVII. Dicit aliquis, *Necessaria deerunt? Primum deësse non poterunt, quia Natura minimum petit. Sed si necessitates ultimæ incidérint, exiliet è vitâ, & molestus sibi esse desinet.* Quid hîc Epictetus? fortiter, suo more atque indole:

I. Dissert. c. IX. Οὗτοι χορτασθέντες σήμερον, κἀγὼ δὲ κλαίοντες, ἐὰν τὰ ἄνωθεν, πεινῶν φάγομαι. Ἀνθρωπάδιον, ἂν χρῇς, ἔξεις, ἂν μὴ χρῇς ἐξελάσουσιν, ἢ θύρας: *Cùm hodie repleti fueritis, sedetis plorantes & solsciti, quid cras comesturi sitis. Mancipium! si habueris, habebis: si non habueris, obibis.* APERTA EST JANUA. At parentes & amici mei plorabunt. Plorent, modo ne tu; ignavi & mali sint, ne tu. Zenonis hæc sunt, hominis tetrici & odiosi? sunt Epicuri, cujus ipsa hæc gnome prodita: *Malum est in necessitate vivere; sed in necessitate vivere, necessitas nulla est.* Idem in molestiis &

Sen. Epist. XII. dolore. Diogenes olim asperè ad Speusippũ, morbidum, & in gestatorio sibi obvium: cùm iste prior dixisset: *Salve Diogenes: Tu vero, inquit, non salve, qui talis cum sis, vivere sustines.* Movit hominem, & contra sectæ suę decretum, paullò post mortem sponte sumpsit. Asperè quidem hoc Cynicus, ut dixi, sed sensu, quem & Fabius

Præf. VII. Instit. acutè expressit. *Nemo, nisi sua culpa, diu dolet.* Quid ergo? ignaviter statim in morbo, aut dolore, è vita fugiam? negant nostri: & pro iis Seneca distinguit. Audi, scrutare:

Ep. LVIII. *Morbum morte non fugiam, dum taxat sanabilem, nec officientem animæ: non afferam mihi manus, propter Dolorem. sic mori, vinci est. Hunc tamen si sciero perpetuo mihi patiendum: exibo, non propter ipsum, sed quia impedimento mihi futurus est ad omne, propter quod vivitur. Imbecillus & ignavus est, qui propter dolorem moritur: stultus, qui doloris caussa vivit.* Habes hîc capitalem, ut sic dicam, rationem caussamque moriendi: siquid externum tale erit: ut aut honestè aut utiliter vivere non possim. Honestè, negant Catonem potuisse; utiliter, Atticum, & tales, qui in extremo senio, aut morbo. Nam & Senectutem inter caussas habent. Noster: *De isto feremus sententiâ, an oporteat fastidire Senectutis extrema. & fine nõ expectari, sed manu facere. Propè est à timente, qui fatum suum ex-*

Ibid.

Digitized by Google

exspectat: sicut ille ultra modum deditus vino, qui amphoram exsiccat, & fæcẽ quoq; exsorbet. Sed mox ita decidit, & sententiam pronunciat: *Non relinquam senectutem, si me totum mihi reservabit: totum autem, ab illâ parte meliore. At si cœperit concutere mentem, si partes ejus convellere, si mihi non vitam reliquerit sed animam: profiliam ex* ÆDIFICIO PVTRIDO RVENTI. Animum senectionis nostri vides (talis jam erat, cùm hęc scripsit) sed, ô Deus, quàm vegeti ea parte & valentis! Musonius, aut quis alius, apud Stobæum ista ipsa pulchrè: *Sicut* E DOMO *exigi videmur, cùm locator, pensione non acceptâ, fores revellit, tegulas aufert, puteum obstruit: ita & hoc corpusculo pelli videor, cùm Natura, quæ locavit, oculos adimit, aures, manus, pedes. Non moror igitur amplius sed velut è convivio discedo, nihil ægrescens.* Hęc ratio in Senectute valet, aut etiam corpore per morbos jam affecto: & quid opus tergiversari, & differre, quod statim est futurũ? In pœnas, aut risum vivis: Serm. III.

Cur non ut plenus vitæ conviva recedis, Lucr. III.
Æquo animoque capis securam, stulte, quietem?

Quod nostri etiam longiùs, & ad res lætas, & corpus validum, producunt. Cato apud Tullium: *Sed cùm ab his* (quæ secundùm Naturam sunt) *omnia proficiscantur officia: non sine caussa dicitur, ad ea referri omnes nostras cogitationes, in his & in* EXCESSUM E VITA, *& in* VITA MANSIONEM. *In quo enim plura sunt, quæ* SECUNDUM NATVRAM *sunt, hujus officium est, in vita manere: in quo autem sunt plura* CONTRARIA, *aut* FORE *videntur, hujus officium est, è vitâ excedere. Ex quo apparet, & Sapientis aliquando esse officium, excedere è vita, cùm Beatus sit: & Stulti, manere in vita, cum sit miser.* Hæc germana sunt Stoica, sed obscurius dicta: an lux aliqua à Stobæo, id est Chrysippo, erit? Φασὶ δὲ καὶ τὸν ἐκ τοῦ βίου τοῖς σπουδαίοις καθηκόντως καὶ πολλοῖς τοῦτο ποιοῦσι, τοῖς δὲ φαύλοις μόλις ἐν τῷ ζῆν, καὶ εἰ μὴ μέλλοιεν ἕτερα σοφεῖν ἢ τὸν δοτὸν καθήκοντα. ἐν τῷ ζῆν, ὅτι τοῖς μὲν κακίαν ἐκβάλλουσι τοῖς δὲ καθήκουσι, καὶ τοῖς φύσει τὸ καθῆκον, μετρίως τοῦ ζῆν· τοῖς δὲ φαύλοις καὶ τοῖς ἀφύτοις τὸ ἐναντίον: *Ajunt* (Stoici) *interdum & exitum è vita Probis Sapientibusq; ex officio multimodis convenire; & contrà, Improbis Stultisque mansionem, etiamsi numquam curæ habituri sint esse Sapientes. Neque enim vel Virtutem retinere in vita, vel Malitiam ejicere: sed ex officio, vel non officio, æstimandam adjudicandamque esse Vitam, vel Mortem.* Lux tenuis, tamen aliqua: & radium etiam à Plutarcho addamus, qui miratur, si non hoc contra *Communes Notiones* dictum, Ἄνθρωπον, οἷ πάντα τἀγαθὰ παρεῖναι, καὶ μηδὲν εὐδεῖ πρὸς εὐδαιμονίαν καὶ τὸ μακάριον, τῶν τὸ ἄγαν ἐκτὸς ἀπολείπειν. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἐν ἄλλοις ἐπισκεπτέον. Ἐκεῖνο δὲ θαυμάζω, πῶς ἐνδέχεται τὸν ἐκ τοῦ βίου τοῖς σπουδαίοις καθηκόντως καὶ πολλοῖς τοῦτο ποιοῦσι, τοῖς δὲ φαύλοις μόλις ἐν τῷ ζῆν, καὶ εἰ μὴ μέλλοιεν ἕτερα σοφεῖν ἢ τὸν δοτὸν καθήκοντα. ἐν τῷ ζῆν, ὅτι τοῖς μὲν κακίαν ἐκβάλλουσι τοῖς δὲ καθήκουσι, καὶ τοῖς φύσει τὸ καθῆκον, μετρίως τοῦ ζῆν· τοῖς δὲ φαύλοις καὶ τοῖς ἀφύτοις τὸ ἐναντίον: III. de Fin. In Eclog. De Commun Not.

Digitized by Google

τύτῳ καθήκειν, ἐξαρκῆ ἑαυτόν. ἵτι δὲ, οἷ μηδὲν ἀγαθόν ἐστι, μηδὲ ἔσται ζῷ διὰ παντὸς, καὶ ζῷ δυσχερῆ, καὶ πάρεστι, καὶ παρεῖται διὰ τέλους, τύτῳ μὴ καθήκειν ἀπολιπεῖν τὸν βίον, εἰ μή τι ἄλλο τῶν ἀδιαφόρων αὐτῷ συμβαίνῃ): *Hominem, cui omnia Bona adsint, quique nullo indigeat ad Felicitatem, huic convenire vitâ discedere: contra autem, cui nèc Boni aliquid est, nec erit, gravia autem & Mala omnia adsunt, & ad finem aderunt, huic non convenire abdicare se vitâ, nisi aliquid* INDIFFERENTIVM *ei interveniat.* Non est, ô Plutarche, contra communem sensum, nisi illorum, qui hæc inter Bona aut Mala habent. Nobis sunt *Indifferentia*: & pulchrè philosophus quispiam super ipsa hac re differens, cùm *Mortem talem* dixisset: *Cur ergo non moreris?* injecit quispiam. Atque ille promptè, *Quia indifferens est.* Omnino, non statim Sapiens ad eam venit tristibus, lætisve rebus: sed *Officium* in consilio habet. Decet me vivere? vivo. Usus est? vivo. Nihil horum? non vivo. Læta me circumstant? sed tempestatem imminentem video: cur feram ultrà Spei aut Metus moras? *Illum lauda, & imitare,* ait Seneca, *quem non piget mori, cùm juvat vivere.* Neque rem magnam facies. quamdiu est istud vivere? hodie, cras, post mensem, annum e, icieris, unde non lubet exire. Ad summam, Vita est quasi tunicula. ut illam si me stringit & molesta est, abjicio; aut si etiam indecora est, exuo: tale in hac animi veste. Neque soli Stoici ista: Plato, qui adversarius validus censetur, ubi judicio maximè differit, istuc ferè abit. Inter leges optimæ illius reip. est hæc: *Quid si autem aliquis,* inquit, *maximæ propinquum & familiarem interfecerit? id est seipsum. Hunc talem damnamus, & probris afficimus, quæ sequuntur: si tamen fecerit, μήτε τόλεως ζημίας δικὴν, μήτε ἀτιμωθεὶς φυγῇ ἀφύλῳ συστέγῳ τύχῃ ὑπαχθῆς, μηδὲ αἰσχύνης ἕνεκα ἀπόρου καὶ ἀβίου μεταλαχὼν: neque civitatis decreto jussus, neque intolerabili aliquo & inevitabili Fortunæ casu adactus, neque ignominia pauperis & non sustentandæ vitæ adductus.* Vides exceptiones poni, quas ferè nostri: etsi magis (fatendum est) restrictas? Nam excipit *Damnationem publicam,* qualis in Socrate, & Seneca fuit: excipit *Graves casus*: excipit extremam *Paupertatem & ignominiam*: ad quæ capita, reliqua ferè trahas. Culpat dumtaxat eum, ὃς ἀγχόνῃ τινὶ καὶ ἀνανδρίᾳ δειλίᾳ ἑαυτὸν δίκην ἀδίκου ἐπιθῇ: *qui ignaviâ, & timidi animi imbecillitate injustam sententiam in se tulerit, exsecutusque sit.* Et nos herclè damnamus. Sed quàm multi alii ad * αὐθαίρεσιν istam monitis vel factis ducunt? Ajax apud Sophoclem:

Epist. Liv.

Lib. IX. De Leg.

* *Sui interfectionem.*

Αἰχρὸν

Αἰχρὸν γὰρ ἄνδρα τοῦ μακροῦ χρήζειν βίου,
Κακοῖσιν ὅστις μηδὲν ἐξαμάσεται):
Nam turpe vitam diutinam viro peti,
Malis eum quæ liberatura haud fiet.

In Ajace flagellif.

Et post pauca ejus sententiæ:

Ἀλλ' ἢ καλῶς ζῆν, ἢ δι' ἧς πέφυκέναι
Τὸ, δίχθη χρεών.
Sed aut honeste vivere, aut statim mori
Generosum oportet.

Quid Plinius ille verò *Terram matrem etiam venena, nostri misertam, instituisse* credi vult: ut scilicet, *facillimo hausti, illibato corpore, & cum toto sanguine exstinguerentur, nullo labore, sentientibus similes.* Et herclè jam olim viri primarii, atque ipsi Reges, venena ad manum habere soliti, ad hunc subitum aliquem usum. Livius: REGIO MORE, *ad incerta Fortunæ, venenum sub custode promptum.* Ecce & ministrum è fidis, huic custodiæ. Neque nescio infinitos usurpasse: quid tamen? Abstinentia sive Inedia mitior meliorq; videri possit: siquid fas in mala re bonum dici. Illa lentè, & sine vellicatione aut pugna, quam venena adferunt, & septimo ferè die tollit. Plinius: *Homini non utique* (id est, non certò & semper, etsi plurimùm) *septimo die letalis Inedia: durasse & ultra undecimum plerosq;, certum est.* A robore & constitutione interna hoc pendet. Sicut in Azano Basa Turcico, qui nostra memoria Algerio in Africa præfuit, is supra modum benè habitus & pinguis, de medicorum sententia abstinere cœpit: eoque paullatim produxit, ut septem totos dies inediam ferret, sine noxa: imò macresceret, id est revalesceret in multos deinde annos. Exempla autem, qui se subduxerint è vita, si vel magnorum tantùm virorum adferam: quis finis sit? aut quid factius faciam? rationibus enim in hac re, aut irrefragabili certè auctoritate pugnandum sit: ut est divina: & hæc damnat. Omitto igitur, duobus contentus, quæ sunt culminum ipsorum Porticus nostræ. Zeno jam nonaginta octo annos natus, cetera valens atque integer, cùm è scholâ veniens pedem offendisset lapsusque esset: manu terram pulsans, Euripidéum illud occinit, Ἔρχομαι, τί μ' αὐδᾷς; *Venio, quid appellas me?* & domum regressus sponte vitam posuit. Cleanthes, ulcere in ore nato, cùm suasu medicorum abstinuisset se cibo biduum, meliusque jam factum esset: iisdem ad cibum revocantibus, abnuit: *nec majore viæ parte confecta, se rediturum.* Ita inedia obiit. Hæc pro Stoicorum sensu dicta sunto, quibus placita interim spontanea hæc ἐξαγωγή, plenè & liberè, sed pro illorum.

Lib. II. c. LXIII.

Lib. VII. cap. ult.

Digitized by Google

DISSERT. XXIII.

Decretum hoc rejectum, & ostensum non licere, non debere, mixtis rationibus testibusque.

AUD. Heus tu, an non aliquid inclinas? LIPS. Absit: respuo. Quòd accuratiùs dixerim, candidè & magno à me animo factum. Causæ prævaricari numquid debui? & pleraque omnia igitur attuli, nec dicta iis subduxi: quia vincere constitui, non circumscribere. Ecce enim omnes istos aliosque colores una Veritatis spongia jam ibo detersum. Audi, & intende. Ajo plerisque omnibus priscæ & veræ Sapientiæ, sententiam hanc damnatam. Homero in primis: apud quem hoc votum exprimitur,

Odyss. λ. Βουλοίμην κ' ἐπαρ᾽ ἄροτρον ἐὼν θητευέμεν ἄλλῳ
Ἀνδρὶ παρ᾽ ἀκλήρῳ, ᾧ μὴ βίοτος πολὺς εἴη,
Ἢ πᾶσι νεκύεσσι κατοικιδίοισιν ἀνάσσειν:
Eligam ego, vel in agris vivens inservire
Pauperem apud dominum, cui nec sit copia victus,
Quam functus functis dare jura, atque imperitare.

De Senect. Item magno Pythagoræ. qui *vetat* (ait Cicero) *injussu Imperatoris, id est Dei, de præsidio & statione vitæ discedere.* Quid Platoni & assectis? communis hæc assertio, *Piis omnibus retinendum esse animum in custodia Corporis, nec injussu ejus, à quo ille est datus, ex hominum vitâ migrandum esse: nec munus humanum, adsignatum a Deo, defugisse videamur.* Et Apuleius inter illius dogmata: *Sapiens corpus non relinquet invito Deo. Nam etsi in ejus manu est mortis facultas, & quamvis sciat se terrenis relictis consecuturum esse meliora; nisi perpetiendum istud lex divina decreverit accersire tamen eum mortem non debere.* Sicut enim quos magistratus in carcerem aut custodiam dedit, nisi ejus venia non exeunt: si faciunt, pœnam sibi adaugent: ita siquis velut furtiva discessione è vita abit, non vitari miseriam, sed cumulari. Talis enim anima metu, dolore, odio fecisse id videtur; quas passiones secum aufert, & his velut sordibus infecta, non venit ad liberos purosque illos locos. Virgilius Platonissans:

Cic. in Somn. Scip.

De Philos.

Proxima deinde tenent mœsti loca, qui sibi letum
Insontes peperêre manu, lucemque perosi
Projecêre animas. quàm vellent æthere in alto
Nunc & pauperiem, & duros perferre labores?

Una dumtaxat mors licita, atque adeò laudata; illa, cùm

cùm Anima corporeas illecebras, adhuc in corpore constituta, contemnit, & soluta illis vinculis cælo & sideribus meditatione insertur: de qua sentimus, cùm dicimus, *Philosophiam mortis studium esse.* Talia, & plura, Platonici: jam Aristoteles, palàm hanc spontaneam mortem damnat: atque id ratione. Ait enim tantum abesse, ut viri fortis aut magnanimi talis exitio sit, ut contra timidi & ignavi. Verba ejus: Τὸ δὲ διὰ πενίαν ἢ ἔρωτα, ἢ τι λυπηρὸν, ἀκρατοῦς μᾶλλον ἢ ἀνδρείου· ἀπρακτικὸν γὰρ τὸ προαιρεῖσθαι τὸν θάνατον, ἵνα φεύγῃ κακόν: *Mori ob inopiam, aut amorem, aut aliud molestum non est fortis viri, sed timidi. Mollities enim, fugere difficilia & aspera, neque mortem, ut bonum sustinet, sed malũ fugiens.* Euripide Herculem loqui consimiliter facit. III Ethic. ad Nicom. c. VII. & ad 1 undem. lib. III.

Ἐγὼ ψέγω δὴ, κἂν πρὸς οὐ κακοῖσιν ὤν,
Μὴ δειλίαν ὄφλω τινὸς, ἐκλιπὼν φάος.
Τοῖς συμφοραῖς γὰρ οὔτις ἐστὶν ὑφίστασθαι,
Οὐδ' ἀνδρὸς ἂν δυσαγὲς ὑπομεῖναι βέλος:

Consideravi ego, malis etsi obrutus,
Ne quis timorem, vitâ abire, censeat:
Nam qui malis subsistere haud quaquam est potis,
Nec ille contra tela subsistat viri.

Et apud Curtium pulchrè: *Fortium virorum est, magis mortem contemnere, quàm odisse vitam. Sæpè tædio laboris, ad vilitatem sui, compelluntur ignavi: at virtus nihil inexpertum omittit. Itaque ultimum omnium mors est, ad quam* NON PIGRE *RE satis est.* Est ergo Ignaviæ: quid, quod Sævitiæ etiam est? Immergis in te ferrum, aut venenum: & id quod alteri factum horreas, in te promptè usurpas. Varro ad hos tales: Lib. V.

Quamnam te dicam esse feram,
Qui manu corporis fervidos
Aperis lacus sanguinis,
Atque vitâ te levas Ferreo ense?

Adde injustitiam. Quæ enim lex divina aut humana permittit innocentem tollere? quæ indemnatum tollere? Si tu alium, culpæ & pœnæ, vel te judice esset: qui magis te poteris? Egregiè Augustinus: *Hoc fecit illa, illa sic prædicata Lucretia: innocentem, castam, vim perpessam Lucretiam Lucretia insuper interemit. Proferte sententiam leges, judicesque Romani.* Denique dicam & Sultitiæ esse. Quis enim nescit, impetu hoc sæpiùs & furore quodam, & fervida impatientia, quàm consilio aut deliberatò fieri? Quinctilianus attestabitur: *Non fiunt ista, nisi subitò: nec quisquam (præsertim nulla gravi præcedente causa) spiritum ratione deposuit.* Postremò, an I. De C. V. cap XIX. Declam. CCXLIV.

Digitized by Google

non contra Naturam est: nec ipse Zeno diffitebitur, Mortem esse inter ea quæ illa rejicit & adversatur. Est inquam ita *Indifferens*, ut tamen inter *Apoproegmena* sive *Rejectanea* sit. Ne sit mala, tamen habet mali speciem: & *sui cuique amor est, & conservandi se permanendique insita voluntas, atque aspernatio dissolutionis*: cur igitur, quod aspernandum erat, sumis? Cur tantum momenti in aliis illis *Indifferentibus* ponis, ut ad hoc tam triste decurras? Augustinus bellè vobis hîc insultat: *Quæ Mala Stoici*, inquit, *miror qua fronte Mala non esse contendant; quibus fatentur, si tanta fuerint, ut Sapiens ea vel non possit, vel non debeat sustinere, cogi eum mortem sibi inferre, atq; ex hac vita emigrare.* Misera Beatitudo, quæ desinere & exstingui ob Indifferens aliquod debeat. Itaq; ipsi Stoici, modestiores sæpè & sapientiores voces spargunt à Vero adacti. Epictetus alibi fervidorum istorum vota aut tædia commemorat: *Epictete, nos corpusculi hujus vinculis adstringi diutius non possumus: cibum potumque dando, dormiendo, lassi sumus. Nonne Mors mala non est? nonne cognati deorum sumus, atque inde venimus? Sine tandem liberari compedibus istis, atque illuc redire. Hîc latrones, fures, judicia sunt, & quos tyrannos vocant: qui potestatem sibi in nos sumunt ob hoc corpusculum, & quæ adhærent. Sine ostendamus eis, quàm nihil in nos habeant juris. Libet, libet, abire.* Hæc isti: quid autem ipse? *Mihi verò dicendum est*, inquit: *Ἄνθρωποι σκοπεῖσθε τὸν Θεὸν, ὅταν σκοῦν σημάνῃ τὴν λύσιν ὑμῖν ἀφῇ τῆς ὑπηρεσίας, τότε λύεσθε πρὸς αὐτόν. Ἐως δὲ τοῦ παρόντος ἀνάσχεσθε ἐνοικοῦντες τῇ τούτου χώρᾳ, ὡς οὗ ἐκεῖνος ὑμᾶς ἔθετο. ὀλίγον πάνυ χρόνον ἔτι ὀνησιφόρων, καὶ ῥᾳδίως τοῖς οὕτω διακειμένοις:* Homines *sustinete, Deum exspectate, donec ille signum dederit, & solverit vos hoc ministerio: tunc ad eum redite. Nunc autem in præsenti tolerate æquo animo, & incolite regionem istam, in quâ vos collocavit. Enimverò* EXIGUUM TEMPUS HUJUS INCOLATUS, *& facile nec grave iis, qui sic sunt affecti.* O verè hîc Epictetum! id est, divinum. Sed & Seneca noster sæpè temperat: *Vides quosdam*, inquit, *optantes mortem, & quidem magis quàm vigari solet vita. Nescio utros existimem majorem nobis animum dare: qui deposcunt mortem; an qui hilares eam quietique opperiuntur. quoniam illud ex rabie interdum ac repentina indignatione fit; hæc ex judicio certo tranquillitas est.* Alibi talia notes: sed etiam alia: neque in unâ parte constiterunt. Sed quid lusoria hæc tela spargo? decretoriis opus est. Deus, Deus inquam, vetat injussu suo abi-

Sen. Epist. LXXXI.

De Civit. XIX. c. IV.

I. Differt. cap. IV.

Ep. XCI.

Digitized by Google

abire : quid disputamus, aut nugamur ? Vox ejus Sacris nostris prodita. *Non occides* : quem ? non te, non alium : & scito illum vitæ dominum tantùm, qui dedit. Itaque patientiæ exempla infinita apud nos sunt : & vita in molestiis transacta ; & tormenta tolerata ; & mors ipsa ob pietatem obita, sed obita, non sumpta. Atqui exempla etiam alia, dicet quispiam. Sampson ille, per quem mira Deus operatus, non se ruinâ domus, cum aliis oppressit? Razias Judæus, se gladio percussit, ne in hostium potestatem veniret, & mox de muro dejecit, denique & intestina manibus suis sparsit ? quod Sacra ita narrant, ut speciem probantium habere videantur. Respondeo, de Sampsone, nihil sine Deo, imò jussione ejus factum. Instinctus hic fuit : & *spiritus latenter hoc jusserat* (Augustini verba) *qui per illum miracula faciebat*. Simile idem ille Doctor in virginibus censet, quæ mortem sumpsisse, ne violarentur, leguntur. Ut in Sophronià, quæ Maxentii libidinem repulit, gladium in se admisit: ut in Pelagià, quæ flumine ultrò mergi, quàm à milite pollui, elegit. Monitum aut jussio Dei hîc quoque præsumenda : & *quis obedientiam in crimen vocet ? quis obsequium pietatis accuset*? De Raziâ, haud æquè promptum definire est. Factum ejus probum ? ambigitur, neque Sacra dicunt, nisi *Nobiliter* & *Viriliter* fecisse: *Benè* aut *Laudabiliter* non dicunt. Et fatendum est, Judæos posteriores à moribus gentium paullatim aliquid sumsisse. à quibus certè fuit, quòd tam crebræ illæ sui cædes leguntur in excidio Judææ atque urbis, quod Josephus descripsit. Enimverò cum Augustino tutò definimus : *his exceptis, quos vel Lex justa, vel ipse fons Justitiæ Deus jubet occidi; quisquis hominem, vel seipsum, vel quemlibet occiderit, Homicidii crimine innecti*. Et nulla tamen, inquies, exceptio est ? Quid igitur si Magistratus aut Princeps mortem mihi indicat, non possim aut debeam exsequi? Fuêre enim, & sunt tempora aut regiones, quibus id fiat. Sub Tiberio, Nerone, Domitiano, commune mittere Tribunum aut Centurionem, & *extremam necessitatem denunciare*. Siquis parêret, & mortem occuparet ; manebant testamenta, justa funeris, *pretium* (ait Tacitus) *festinandi*. Sin autem ; ecce carcer, carnifex, laqueus, Gemoniæ, fiscus. Apud Japanes etiam hodie usitari ajunt, ut Rex offensus nobilium alicui mandet, *Abi, ventrem tibi scinde* : & ille pareat, faciatque. In his igitur talibus, ecquid dicendum ? Primùm, quid Stoici, videamus : nam & illi hîc aliquid decernunt. Seneca :

II. Mach. cap. XIV.

I. De Civ. c. XX1. & XXVI.

Ibid.

Ep LXX.

Digitized by Google

Ep. Lxx. *Aliquando, etiamsi certa mors instabit, & destinatum sibi* SUPILICIUM *jerit, non commodabit Sapiens* POENÆ *suæ manum. Stultitia est, timere mortis mori. Veniet: qui occidat: exspecta, quid occupas alienum negotium?* Propior neganti hic videtur: sed Statium, cum distinctione tamen aliquâ, etiam admittit. *Non possis*, inquit, *de re* IN UNIVERSUM *pronunciare. Multa enim sunt, quæ in utramque partem possunt trahere. Si altera mors cum tormento, altera simplex & facilis: quidni huic injicienda sit manus? Quemadmodum navim eligam navigaturus, domum habitaturus; ita mortem utique, qua fugam è vita exiturus, meliorem.* Definit ecce, eligi posse & debere viam ejus mitiorem: & ipse à Nerone mori jussus, fecit. Quid autem nostri hic Theologi? firmiter nescio, & audio in Scholis dissentire. Si tamen verè dicimus Legem & Magistratum posse occidere: cur non etiam tali & tali modo, vel manu? Cùm mihi jubent, cur non paream? Jubeant, dico; nam aliud fortasse, si tantùm permittant. Enimverò & hoc evenit, ac quæri potest.

Valer. II. cap. VI. Ecce Massiliæ olim, *cicutæ venenum publicè custodiebatur, quod daretur ei, qui causas Senatui (id enim Senatus ejus nomen erat) exhibuisset, propter quas mors esset illi expetenda.* Illi rudiebant, cognoscebant, definiebant. Idem in Græciâ alibi, & insulâ Cæo. Quid igitur? an illis approbantibus, qui jus vitæ necisque in me habent, licebit? Non opinor, nec enim ipsi adigunt, sed euntem te ultrò non sistunt. Decreto tuo comites, non auctores se præbent. Sed omitto. & satis habeo universè docuisse. Mortem arbitrii nostri non esse: nec Stoicis me, hac parte, suffragium dare. Eamus porrò.

DISSERT. XXIV.

Conclusio, & ad Exercitium adhortatio: cui tria adjumenta vel instrumenta data, Exempla, Conversatio, Examen.

QUò autem? nam ad metam venimus, nec super Decretis plura mihi video dicendum. Hortandus tantùm es, in animum dicta admittere, ad usum & opus exserere, id est facere fructum. AUD. Admittere hæc, tuo quoque judicio, alta sæpè nimis & grandia? LIPS. Admittere. sed cum hac prænotione, talia interdum esse: bono tamen & utili quodam fine. Exemplaria quædam ista perfectæ Virtutis sunt: adnitere, citrà consistes. Cicero hoc, ad Catonem: *Mihi videntur præceptores vestri*

Digitized by Google

stri & Virtutis magistri fines officiorum paullò longius Pro Mur.
proculisse: ut eum ad ultimum animo contendisse mus: sibi * Italege
*tamen ubi oporteret, * consisteremus.* Contendamus, mi *fine negatione: quæ*
Auditor, atque etiam consultamus: numquam facturi, *malè in*
nisi Scientiæ Usum & *Exercitium* adhibemus. Sicut *quibusdam*
parum est audisse (ait Epictetus) *probas Drachmas ac-* *libris.*
cipiendas, falsas rejiciendas esse: sed *opus est* δοκιμαστικῇ καὶ ἀλογιστικῇ *Facultate probandi & dijcernendi*: ita haud in magno de Bonis Malisque auditis, tractanda 1. Dissert.
sunt & pernoscenda Usu; tum hæc fugienda, illa am- c. VII.
plectenda. Quid juvat ista omnis disertio & indagatio,
si ea tantùm? Οὐ γὰρ ὁ τοῖς λόγοις σοφὸς, ἵνα τοῦτο σοφὸς· ἀλλ' ὅστις γλῶσσαν μὲν ἀσκεῖ ἀκριβῆ, ψυχὴν δὲ ἄστατον καὶ ἀπαίδευτον· ἀλλ' ὅστις ὀλίγα μὲν ἀρετῆς φθέγγεται, πολλὰ δὲ οἷς σύνεσμεν ἐνδείκνυσι, καὶ τὸ ἀξιόπιστον τῷ λόγῳ ἀπὸ τοῦ βίου προστίθησι: *Non enim qui sermone sapit, is mihi sapit* (ait vir sanctus) *nec qui linguam disertam & volubilem habet, mentem autem inconstantem & indoctam: sed magis, qui pauca de Virtute disserit, multa autem factis ostendit, & fidem verbis suis ipsa vita conciliat.* Sed & cum Seneca monemus: *Pars virtutis Disciplina constat, pars* EXCITATIONE. *Et discas oportet; & quod didiceris, agendo confirmes.* Diogenes Cynicus dictitabat: Οὐδέν μοι δοκῶ τῶν ἀνθρώπων ἐν τῷ βίῳ χωλεῦσαι· ἀσκήσεως γὰρ τοῦτο ἔνδειξις. δύναται δὲ ἕκαστος καὶ ἐγκρατῆσαι: *Nihil omnino in vita, sine* EXERCITATIONE *rectè perfici, hanc autem posse omnia evincere.* Veram nimirum nec militem, nec athletam, nec in ulla re artificem, solis præceptis, sine ista præstes: non item in Sapientia, quæ ars est vitæ. *Zeno Stoicus* (apud Clementem) *dictitabat, malle se unum videre Indum qui sponte flammis absumatur, quàm omnes de Patientia audire & discere probationes.* Quòd si aliena facta sic movent & juvant, quid tua? Tria autem ad Exercitium utiliter instituendum conducent, *Exempla, Conversatio, Examen.* Exempla, & à veteribus licet sumere, quos jure miramur: atque etiam è nostris aut novis deerunt, quos in tali re imitere. *Opus est iis, ad* Sen. Ep.
quos mores nostri seipsi exigant: nisi ad regulam, prava xi.
non corriges. Sed *Conversatio* juvabit maximè: de quâ Seneca: *Nulla res magis animis honesta induit, dubioque & in* Ep. xcv.
pravum inclinantes revocat ad rectum, quàm bonorum virorum conversatio. Paullatim enim descendit in pectora, vim præceptorum obtinet, frequenter audiri, aspici frequenter. Occursus mehercule ipse Sapientium juvat: & est aliquis, quod ex magno viro vel TACENTE *proficias.* Quid imò juvabit ille ipse vel cogitatus, Nã & Senecę hoc mo-

Gregorii Theologi.

II. Strom.

ni-

nitum admitte: *Aliquis vir bonus eligendus est, ac semper ante oculos habendus, ut sic tamquam illo spectante vivamus, & omnia tamquam illo vidente faciamus.* Sicut Pædagogum pueris damus, qui ducat & coërceat: sic
Ibid. tener adhuc *animus aliquē habeat, quem vereatur, cujus auctoritate etiam secretum suum sanctius faciat.* Neque aliud signum certius progressionis in Virtute & profectus,
Ibid. quàm Bonos sic amare & admirari. *Qui sic aliquem vereri potest, citò erit verendus.* Ac tertium, auxilium, *Examen* est; super omnia efficax, meo animo, & salubre. Dupliciter adhiberi potest, *Ab aliis, & A sese.* Ab aliis, ut sicui doctores ac magistri sunt; aut siquo in cœtu talis disciplina. Uti olim apud Indos sapientes, quos Gymnosophistas dicebant. de quibus Apuleius:
I. Florid. *Igitur ubi mensa posita, priusquam edulia apponuntur, omnes adolescentes ex diversis locis & officiis ad dapem conveniunt. Magistri perrogant, quod factum à lucis ortu, ad illud dici, bonum fecerint? Hic alius se commemorat inter duos arbitrum dilectum, sanata simultate, amicos ex infensis reddidisse: inde alius, sese parentibus quippiam imperantibus obedisse: alius, aliquid meditatione suâ repperisse, vel alterius demonstratione didicisse. Qui*
Cic de Senect. *nihil habet afferre cur prandeat, impransus ad opus foras extruditur.* O pulchrum institutum! & numquid vel apud Christianos, melius possit? Sed ubi hoc non est, ad Pythagoréum illud transeundum: & *quid quoq; die dixeris, audiveris, egeris, vesperè commemorandum.*
Laërt. Pythag. Hoc est, *Apud te*, quod dixi Examen instituere, & ipsum tibi velut censorem aut judicem ferre.

Πῦ παρέβλω; τί δ' ἔρεξα; τί μοι δέον οὐκ ἐτελέσθη;

Sen. De Irâ III. c. XXXVII. *Quid prætergressus? quid gestum in tempore? quid non?* Faciebat hoc P. Sextius, laudatus nobis anteà vir, *ut consummato die, cùm se ad nocturnā quietem recepisset, interrogaret animum suum; Quod hodie malum tuum sanasti? cui vitio obstitisti? quâ parte melior es?* Et noster ille Seneca, in aulâ, in conjugio, in studio semper aut negotio, quod miremur, usurpavit. *Utor*, inquit, *hac potestate, &* COTTIDIE *apud me causam dico. Cum sublatū est lumen, & conticuit uxor moris mei jam conscia, totum diem meum scrutor, facta ac dicta mea remetior. Nihil mihi ipse abscondo, nihil transeo, quare enim quidquam ex erroribus meis timeam, cum possim dicere, Vide ne istud amplius facias: nunc tibi ignosco.* O vel hoc argumento virum bonum, virum magnum! & qui non scripsit sensitq; solùm talia, sed fecit! Nos quoque, tu meus:

&

Digitized by Google

& Examen hoc, ſtimulum & protelum Virtutis, cotidie adhibeamus. *Quid enim pulchrius hac conſuetudine, excutiendi totum diem? qualis ille ſomnus, poſt recognitionem ſui, ſequitur! quam tranquillus, altus, ac liber! cùm aut laudatus eſt animus, aut admonitus, & ſpeculator ſui cenſor q; ſecretus judicat de moribus ſuis!* Et in his monitis te dimitto: Sapientiam, & doctores ejus ama, & me, qui conatus eſſe. *Ibid.*

APPROBATIO.

TRES iſti ad Stoicam Philoſophiam Manuductionis libri, quatenus A. Senecæ facem præferunt, utiliter inprimentur. In cujus tamen Senecæ & ſimiliter philoſophantium lectione eſt ita verſandum, ut inconcuſſa interim fide teneantur quæ de Beatitudine ſcripta reliquit B. Auguſtinus lib. 19. de Civit. Dei cc. 4. & 25. VI. Mart. M. DC. III.

Guil. Fabricius Noviomagus, Apoſtolicus ac Archiducalis librorum Cenſor.

JUSTI

Digitized by Google

Digitized by Google

JUSTI LIPSI
PHYSIOLOGIÆ STOICORUM
LIBRI TRES:
L. ANNÆO SENECÆ,
ALIISQ. SCRIPTORIBUS ILLUSTRANDIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

AD ILLMUM ET EXCELLMUM

PRINCIPEM

D. PETRUM ENRIQUEZ,

COMITEM FONTANUM,

GUBERNATOREM DUCATUS MEDIOLANENSIS.

QUOD jamdiu destino, & debeo facere, ut publicè, monumentum aliquod gratitudinis meæ in te exstet, id nunc, cum bono Deo, efficiendi occasio nata videbatur. Edebam ista ad ANNÆI SENECÆ lucem: scriptoris, qui Hispaniam vestram ingenio, si quisquam veterum, & salutaribus scriptis illustravit: ac videbar jure ad Hispanum item Principem iturus, præsertim eum, qui virtutem & generosum illud Honestum amaret: quod Seneca scriptis suis unicè hominum animis inseruisset. Itaque mitto, & tibi consecro partem, quæ PHYSIOLOGIAM continet: in quâ & sublimia quædam de Deo, Fato, Providentiâ reperies. ad quæ mirari liceat humanum ingenium, sine adminiculo Sacrarum litterarum, assurrexisse. Grata, ut spero habebis: ego quidem semper in animo infixa tua beneficia, quæ, cùm feliciter hîc apud nos imperares, plenâ manu in me contulisti. Studia & ingenium meum excitasti, vel irrigasti, & perfusum me largiter fateor benignitatis tuæ FONTE. Sunt vetera quidem ista, sed eò cariora: & *bonis meritis*, ut quispiam ait, *cum ætate dignitas & pondus accedit.*

Sicut

Digitized by Google

Sicut parentes magis magisque in dies veneramur & amamus; fratres, etsi æquales, leviùs: ita beneficia antiqua sanctiora sunt, etsi præsentia suaviora. Enimverò & tota Belgica tibi debet, æternumque debebit: quam tu in arctissimis rebus, & medio ardore duplicis belli, prudentiâ, & virtute, & addo felicitate, explicasti, & respirare jussisti pænè oppressam. Neque defendisti solùm, sed fines protulisti, & opida recepisti vel adjecisti, quæ recipi, adjici, vix in votis nostris, certè in spe non erat. Sed hæc alibi opportuniùs meliúsque dicentur: nunc quod instituì, munus meum vides; ab animo utique commendandum, ut alia desint: & tu facies, pro ceterâ tuâ benignitate, Illme Princeps. Lovanii, III. Kal. Martias, ∞. Ioc. IV.

AD

Digitized by Google

AD LECTOREM

HABES & *hæc* PHYSIOLOGICA, *Lector, eâdem fine & cautione, quâ priora. Itaque illîc dicta & hîc puta. Sunt nova quædam aut inopinata hodie, scio: sed an ideò calcanda? Disputatione tamen non libuit attollere: & quædam poterant: sed posuisse mihi satis fuit: & ipsa Stoicorum sensa explicasse. Quædam & improba sunt, non nego: ac cum Livio,* transscribo equidem plura, quàm credo: *sed Sole religionis nostræ sepositò, & hæ stellæ poterant lucere. Alia verò sublimia & magnifica sunt,*

Et quæ non fricti ciceris probet, aut nucis emptor:

sed ii qui pleno pectore sapiant, & ad honesta toto impetu eant.

Κορινθίοις δ' ὁ μίμφιτος τὸ Ἴλιον. *Corinthiis vero Ilium haud irascitur.*

Ego justam à te rem oratum volo: ut hæc ad Senecam, *tum ad verum aptes: & illum sic ames, ut hoc non deseras: atque ita diu salve.*

Digitized by Google

INDEX
DISSERTATIONUM
PHYSIOLOGIÆ
STOICORUM.
LIBRI PRIMI

DISSERT. I. *Aditus in sermonem. aliquid de ordine in docendâ Philosophiâ, juxta Stoicos. Placere quibusdam, & nobis, à Physicis ordiri.* 833

DISS. II. *Physica laudata. Naturam communem & nostram eò ducere: fructum etiam invitare.* 835

DISS. III. *Physicæ partitio. & à Principiis ordiendum videri, primumque à Deo & divinis, quæ pars Theologia Naturalis dicta.* 837

DISS. IV. *Duo rerum Principia Stoicis esse, Efficiens & Patiens: illud, Deum; hoc, Materiam.* 839

DISS. V. *Eaipsa, Naturas appellari: sed eminenter, Deum. Itemque Mundum in hoc nomen venire.* 841

DISS. VI. *Definitio Communis Naturæ, id est Dei. Ignem esse, & dici Stoicis, atque etim priscis.* 843

DISS. VII. *Aliæ definitiones Dei, in quibus, Spiritus, Animus, Mens, Ratio dicitur, & per omnia diffundi.* 846

DISS. VIII. *Mundum ipsum Deum etiam Stoicis dici, sed propriè tamen ejus Animam.* 848

DISS. IX. *Obscura aut impenetrabilis Dei notitia: sermones ancipites: attribui tamen quædam rectè à Stoicis, & primò Unitatem.* 851

DISS. X. *Eumdem Bonum & Beneficum esse, & hanc velut propriam ejus notam, & nomen.* 153

DISS. XI. *Denique Deum Providum & curatorem omnium esse, atque etiam singulorum. Qui aliter, rejecti.* 855

DISS. XII. *E Providentiâ Fatum consequi. quid illud? & quomodo libertatem Deo non tollat.* 685

DISS. XIII. *Objectiones contra Providentiam & Boni-*

Digitized by Google

Bonitatem Dei: quæsitumque primò, Unde Naturalia mala? 852

Diss. XIV. *Secundò quæsitum, Unde Interna mala, id est Peccata? Stoicos etiam à Fato & Deo removere: & quomodo.* 865

Diss. XV. *Alia responsio nostra, & firmior, super istis. Distincta Mala supplicii, & delicti: & quibusque suus auctor assignatus.* 869

Diss. XVI. *Tertiò quæsitum de Malis Externis: & responsum. Videri etiam minima illorum à Deo esse.* 871

Diss. XVII. *Triplex objectio contra Fatum: ordine solvuntur singulæ.* 874

Diss. XVIII. *Genios etiam esse, Dei & Providentiæ ministros: eorum genera, & sedes: ac de Heroibus primò, Laribusque.* 877

Diss. XIX. *De Geniis propriè dictis, Bonis Malisque. Singulis eos esse, item locis, & regionibus: & eorum curæ aut operæ.* 880

Diss. XX. *Pluscula etiam De Geniis. De origine, de malitiâ, de varietate munerum: & quædam huic rei è Sacris.* 88

Diss. XXI. *De Loco Dei obiter. qui ubique est, sed conspicua tamen sede in Cælis.* 892

LIBRI SECUNDI

Dissert. I. *Anteloquium. de Morte aliquid, & eam cogitationem utilem ad vitam & robur animi esse.* 895

Diss. II. *Materia prima, alterum Principium, descripta. Æternam esse; Non augeri, non minui, Non item pati.* 897

Diss. III. *An non plura Principia? & de Idéis dictum, eæque assertæ.* 900

Diss. IV. *De corpore, quid Stoicis? latè accipi, & omnem essentiam includere. Quædam etiam eorum, pro nostris scholis & sensis, nugamenta.* 902

Diss. V. *Deum & Materiam Corpora esse Stoicis: & quatuor dumtaxat propriè Incorporea.* 905

Diss. VI. *De Mundo optimo maximoque corpore, Varia vocis significatio, Differt ab Universo: quid Totum Stoicis? itemque de Vacuo.* 907

Diss. VII. *Definitio Mundi. Civitatem dici itemque Templum: eæque imagines explicatæ.* 910

Dss. VIII. *Factum esse Mundum à Deo, causâ*

Digitized by Google

hominum: & breviter, quomodo sit factus. 913

Diss. IX. *In Vacuo Mundum librari. Verè natum videri: & quare forma ejus circitet.* 917

Diss. X. *Animal eum esse, sensu & Ratione præditum. Partes ejus libatæ. Ipsam Animam Deum esse.* 919

Diss. XI. *Divisio Mundi prima, & secunda. Elementa quattuor esse, & in se invicem commutare.* 922

Diss. XII. *De Elemento Ignis, sive Æthere. Stoicis Ignem ibi statui: atque illum, aut in illo, Deum.* 925

Diss. XIII. *Æthæris præstantissimum Solem videri: regem siderum: & esse Mundanæ animæ ἡγεμονικὸν. De Lunâ additum.* 927

Diss. XIV. *De Astris in genere. Rotunda esse, ex æthere conflata: ideoque ignea, & Vaporibus pasci. Eadem futurorum conscia.* 930

Diss. XV. *Aër, & ejus divisio, primò Frigidum Stoicis esse.* 935

Diss. XVI. *Aqua, & præcipua ejus pars Mare. Id Terram circumit, init, subit, vinculum ejus & irrigatio.* 936

Diss. XVII. *Duplicem Oceanum esse, eumque Terram quadrifariam partiri, ex sensu veterum, haud prorsus vano.* 939

Diss. XVIII. *De Terrâ. Matrem dici, & Animal. unde sustentetur firmeturque.* 944

Diss. XIX. *Stabilis ea, an moveatur? itemque de Novo orbe, sive Americâ, an Veteres gnari fuerint?* 946

Diss. XX. *Unus, an plures Mundi? idem an æternus? esse, & non esse.*

Diss. XXI. *Dupliciter interit, Aquâ & Igne. Primùm, de Aquâ sive Cataclysmo.* 953

Diss. XXII. *De Ignis interitu, qui Ecpyrosis dicta. Quando, Quomodo, Qua gratiâ fiat?* 955

Diss. XXIII. *Christianos etiam hujus sententiæ, sed divisæ esse: item Epicureos. & Heraclitum ante omnes: neque omnes tamen Stoicos.* 960

Diss. XXIV. *De Tempore adtextus. quid, & quam breve, aut nihil, sit: tenendum utiliter & asserendum.* 962

LIBRI TERTII

Dissert. I. *Vestibulum & ingressus. De occupationibus aliquid; & inter eas quoque philosophandum.* 965

Diss. II. *Hominem parvum Mundum esse: & breviter*

Digitized by Google

ter ejus præstantia. 967

Diss. III. *Nosce teipsum, hoc, sine utiliter editum.* 968

Diss. IV. *De primo Hominis ortu variantes sententiæ. Stoicorum approbata, & explicata.* 971

Diss. V. *Homines primi an majores, & paullatim deinde minores? atque obiter an Gigantes?* 975

Diss. VI. *E Semine Homines propagari; & illud definitum. Viri genitabile habent, non item fœminæ: & de vi Spiritus.* 977

Diss. VII. *Semen tamen corpus modò Stoicis producere, & Animæ receptaculum parare. ipsam extrinsecus insinuari, idque post Partionem.* 980

Diss. VIII. *E Cælo & Æthere Animum advenire, à Stellis, ab ipso Deo: & plusculà sublimiter, ac nimis, à Stoicis dicta.* 983

Diss. IX. *Ipsum itaque Animum æthereum Ignem esse, simul etiam Spiritum.* 986

Diss. X. *Animam à partu Stoicis venire: sed verius nobis, à formatione fœtus.* 987

Diss. XI. *Eam longævam, non Æternam iisdem neque omnes etiam, & trepidè aut ambiguè loqui.* 989

Diss. XII. *De migratione Animarum in corpora. Plures ita sensisse, non tamen Stoicos.* 992

Diss. XIII. *Animam corpus Stoicis esse, itemque Tertulliano.* 993

Diss. XIV. *Ubi anima separata? & quid agat? In Luuæ orbe, aut circa esse, ac contemplari.* 994

Diss. XV. *De Remmiscentiâ Animæ, aut Memoria, cùm à corpore abivit.*

Diss. XVI. *Divisio Animæ Varronis, & ea breviter explicata.* 999

Diss. XVII. *Alia Stoicorum divisio uberior, itemque Senecæ. utraque explicata.* 1001

Diss. XVIII. *Principale Animæ Quid, & Ubi sit? in Corde Stoicis poni.* 1003

Diss. XIX. *Aliquid de præstantiâ Animi, & ad ejus cultum adhortatio.* 1005

JUSTI

Digitized by Google

Digitized by Google

JUSTI LIPSI
PHYSIOLOGIÆ STOICORUM
LIBRI PRIMI

DISSERTATIO PRIMA.

Aditus in sermonem, aliquid de ordine in docenda Philosophia, juxta Stoicos. Placere quibusdam, & nobis, a Physicis ordiri.

MANUDUCTIO tua nupet me AD STOICAM PHILOSOPHIAM duxit: nondum in ipsam, & in aditu ac vestibulo videor hærere. Lustro animi oculis sublime, pulchrum, ædificium: ecquid inducis, & interiora illa das usurpare? LIPSIUS. Pænè æquum petis: in viâ posui, & jure perducam. Sed & otium nunc ac feriæ: quas ubi meliùs utiliusque, quàm in hoc studio ac meditatione, tecum ponam? Aristotelem memini scribere: Ἀνδρείας μὲν καὶ καρτερίας δεῖ πρὸς τὴν ἀσχολίαν, φιλοσοφίας δὲ πρὸς τὴν σχολήν: *Fortitudine & toleran-* VII. Polit. cap. XV. *tia in negotio opus esse, Philosophia in otio.* Pulcherrimè, ubi res & opus, exserenda sunt quæ Philosophia docuit, & robur animi ostendendum: ubi quies & cessatio, illa usurpanda, & præceptis ejus parandi atque instruendi velut ad aciem sumus. Sed tu ecquid vacuus, & avidus? AVD. Vacuus? vasculum vides inane, & optimi liquoris tamen capax. Avidus? vix somnus mihi quietus, ita turbat hoc desiderium & cupido. Gratificare, exple, & siste. LIPS. Sede, & sedabo hanc sitim: pro meâ quidem copiâ, & captu. Nam ardua, sed ita me Deus, pulchra, splendida, augusta aggredimur: quæ autem cum Lucretio,

Digitized by Google

Jam tibi de summâ CÆLI RATIONE, DEUMQUE,
Disserere incipiam, & RERUM PRIMORDIA *pandam.*

Hæc enim Philosophia, & præsertim Physiologia, promittit. Scis porrò & audisti, trina esse Philosophiæ membra: *Logicam, Physicam, Ethicam*: ordine tractanda: sed quo, dubitatur. Laërtius Stoicos ipsos dissentire inter se ait: & *quosdam mixtim has Partes* (alii *Locos*, alii *Species*, quidam *Genera* appellarunt) *tradere ac docere, qui censent etiam inter se confusas mixtasque esse. Alii dividunt*, inquit, *& primam Logicam statuunt ac docent; dein Physicam; postremò Ethicam ipsam: quæ sententia est Zenonis, Chrysippi, Archidemi. Alii autem ab Ethica incohant, ut Diogenes; alii hanc secundo loco constituunt, ut Apollodorus. Porrò autem Panætius & Posidonius à Physica initium sumunt.* Hæc in Laërtio ita leges, parte una ambigenda, quæ est de *Chrysippo*. Nam ipsa ejus verba in Plutarcho habes, ubi *Ethicam secundo loco* tradi vult, ut Apollodorus; non autem *tertio*, ut hîc Laërtio scriptum. Sed plerique tamen *Physicam* ultimo loco statuunt: & in ipsa Physica locum de *Diis* ultimum: διὸ καὶ πλατὺς (ait Chrysippus) ἐκκάλεσται τὰς τῶν θεῶν δόξας: *ideoque & Teletas* (ea vox Græcis *Fmem* significat, itemque *Sacrorum initiationes, & ritus*) *appellarunt, traditiones de Divinis.* Hæc ita illi: nobis in dissentiu, Panætii & Posidonii, magnorum auctorum, sententia placeat, & consentiam scitamque *Physica* primo loco tradi. Pueriscne? non mehercules: sed qui paullùm maturiores ad disciplinam hanc accedunt. Voluptas in ea parte major, idonea ad alliciendum & tenendum; dignitas etiam major, & splendor, admirationi excitandæ; denique animi præparatio & cultus, ad *Ethicam* cum fructu audiendam. Itaque ut de *Logica* ambigere aliquis jure possit, an non præeat; sic de *Ethica*, vix debet. In *Logica* enim manifestior ratio, quòd acuit animos, & ad Veri Falsique discrimen & judicium format: imò & viam modumque Scientiæ sternit. Itaque, ut verum fatear, aliqua ejus notitia, sed summaria, utiliter præmittatur: cætera seponi possunt, imò & argutiæ multæ abjici aut deponi. *Quæ dementia est, supervacua discere, in tanta temporis inopia?* Nos autem eam hîc insuper habemus, Auditor; quia & Aristoteléa illa accurata imbutum te scio; & in Stoicas spinas non lubet nunc ingredi, cùm in tristitia hac temporum suavius aliquod pabulum animo conveniat, reficiendo & erigendo.

In Zenone.

De Stoic. pugnis, init. o.

Ibid.

Sen Epist. xlx.

DIS-

Digitized by Google

DISSERT. II.

Physica laudata. Naturam communem & nostram eò ducere: fructum etiam invitare.

POTESTNE autem suavius, honestius, utilius isto *Physicorum*? Natura totum sinum suum effert, & pandit: supera, media, infera; cælum, terras, ignem, aquas, aëra; quidquid iis continetur, Deum, Genios, Homines; ad hæc spectanda & noscenda invitat. Quem enim alium, quàm te, id est Hominem? *Non habet Natura inter maxima operum suorum,* QUO *magis glorietur, aut* CUI *glorietur*: ut scitissimè Seneca dixit. Naturam dixi, intellego Deum. Epictetus: *Ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον ἐποίησεν θεατὴν ἑαυτοῦ καὶ τῶν ἔργων τῶν αὐτοῦ· καὶ οὐ μόνον θεατὴν, ἀλλὰ καὶ ἐξηγητὴν αὐτῶν*: *Deus hominem induxit in hunc Mundum, inspectorem & arbitrum sui, atque operum suorum: nec solum inspectorem, sed enarratorem.* Ita certè. magna hæc & pulcherrima moles, tot varia & magna per eam sparsa, hominis caussâ condita: homo autem, ut Deum norit, tum & ista, *ne tanta ejus opera sine teste sint.* Itaque invitat eò, ut dixi, atque adeò corpus & habitum nostrum huc direxit. *Ille certè vultus nostros erexit in cælum, & quidquid magnificum mirumque fecerat, videri à suspicientibus voluit.* Ipse etiam animus eò ducit, vagus naturæ, & varietate ac novitate rerum lætissimus. Ille in hoc corpore, velut in custodia clausus, premitur: nisi Contemplatio accessit, *quæ illum respirare rerum Naturæ spectaculo jubeat, & à terrenis dimittat ad divina. Hæc libertas ejus, hæc evagatio est: subducit interim se custodiæ, in qua tenetur, & cælo reficitur.* Cælo, atque etiam terrâ: cujus incola est: & totius mundi civis, nosse patriam suam avet. Quid incola? imò advena, & ut in magnum conventum ac Panegyrim qui veniunt, partim emunt, partim vendunt, honestissimi quique spectandi gratiâ fruuntur: sic iste ingenuus, & altæ orginis suæ memor, non emit, vendit, agellos, pecudes, ædes, magistratus; sed causssas magni conventus, & quæ in eo, inquirit: Quis mundum hunc condidit? quis administrat? quæ illa mira in aëre, tonitru, fulmen, venti? qui in cælo perennes & lucidi ignes? Mare cur vices suas fluendi refluendique habet?

De Benef. IV. cap. XXIII.

Sen De vit. Beat. c. XXI. Ep. XCIV.

Ep. LXV.

Digitized by Google

in terra quid est quod eam concutit & movet? Atque in hac inquisitione deinde mulcens quædam, & simul percellens, admiratio: quæ mater, ut sic dicam, Sapientiam parit. Plato: Μάλα φιλοσόφου τοῦτο τὸ πάθος, τὸ θαυμάζειν, οὐ γὰρ ἄλλη ἀρχὴ φιλοσοφίας, ἢ αὕτη: *Valdè Philosophi illa affectio est, Admirari: neque alia origo & initium Philosophiæ, quam ista.* Nobilis discipulus, ab eo: Διὰ τὸ θαυμάζειν οἱ ἄνθρωποι καὶ τὸ πρῶτον ἤρξαντο φιλοσοφεῖν: *Propter Admirationem, homines olim & nunc Philosophari cœperunt.* Itaest. ab illa inquirere in causas rerum cœperunt; & repertis, ipsa desiit: secutusque pulcherrimus Philosophiæ fructus, *Nil admirari.* Ab inquisitione enim cognitio & Veritas: *quâ nullus animo suavior est cibus.* Seneca noster appositè: *Quod erit pretium operæ? quo nullum majus est,* NOSSE NATVRAM. *Neque enim quidquam habet in se hujus materiæ tractatio pulchrius, cùm* MVLTA *habeat futura* VSVI, *quàm quòd hominem* MAGNIFICENTIA *sui desinet: nec mercede, sed* MIRACVLO *colitur.* Et mehercules in ipsa ea cognitione alii etiam fructus, ut Seneca tangit. Qui? duo præcipui, Modestia, & Magnanimitas, quos Cicero porrigit & revelat. MODESTIAM *quamdam,* inquit, *rerum cælestium cognitio adfert iis qui vident, quanta sit etiam apud Deos moderatio, quantus ordo:* & MAGNITVDINEM ANIMI, *Deorum opera & facta cernentibus.* Verissimè. nec ad Modestiam solùm ab illa moderatione componimur, sed etiam à comparatione nostri nostrorumque; & quàm vilia, fugacia, levia hæc omnia, præ illis augustis & æternis sint. Idem Cicero alibi de utroq; affectu: ERIGIMVR, *elatiores fieri videmur, humana despicimus; cogitantesque supera atque cælestia, hæc nostra, ut exigua & minima* CONTEMNIMVS. Tunc scilicet juvat, *inter sidera ipsa vagantem, divitum pavimenta ridere, & totam cum auro suo terram.* Et in ea deinde parte *terrarum orbem despicientem, angustum, & magna ex parte mari opertum, dicere: Hoc est punctum, quod inter tot gentes ferro & igni dividitur.* Quid autem, cùm homines videt varia & magna, ut putant, molientes? mercimonia, vadimonia, bella, agitantes? quid dicent nisi

It nigrum campis agmen?

Et revera, *Formicarum iste discursus est, in angusto laborantium.* Itaque mi Auditor, suavitate & fructu impulsi, huc eamus:

——— *cælum, mare, sidera, solem,*
Lunaique globum

In Theæteto.

Aristot. 1. Post-phys. cap. 11.

Lactant. 1. cap. 1. VI. Natur. Quæst. cap. IV.

IV. de Fin.

Senec. 1. Quæst. Nat. Præf. Ibid.

Ibid.

avidi

Digitized by Google

avidi luſtremus: & totum hunc Naturæ ſinum excutientes, opibus doniſque ejus, gnari gratique perfruamur.

DISSERT. III.

Phyſicæ partitio. & à Principiis ordiendum videri primumque à Deo & divinis. quæ pars Theologia Naturalis dicta.

AVD. Ah, fruamur. jam induc me, & oſtende. LIPS. Diffuſum & multiplex opus eſt: ſed ordine & compendio contrahemus. Stoicorum partitio hæc fuit, ex Senecâ: *Naturalis pars Philoſophiæ in duo ſcinditur, Corporalia & Incorporalia. Utraque dividuntur in ſuos, ut ita dicam, gradus. Corporum locus in hos primum, in ea quæ Faciunt, & quæ ex his Gignuntur. Gignuntur autem Elementa.* Epiſtola LXXIX. Iraque duplex erat tractatio, *Corporum*, & *Non-corporum*. Ad Corpora ſpectant Principia, id eſt Senecæ verbis, *Quæ faciunt*; & deinde *Elementa*, quæ ſcilicet fiunt, & *ex his Gignuntur*. Elementorum nomine ipſe Mundus comprehenditur, qui quattuor his præcipuis membris conſtat: & reliqua minora deinde ex illis fiunt. *Non-corpora* autem ſunt Stoicis* (poſteà videndum) *Vacuum*, *Tempus*, *Locus*, *Categorema*, & ſiquid eſt tale. Sed ex Senecæ igitur verbis ordiri à Principiis debemus: & ratio eò ducit, à ſimplicibus ad compoſita facere gradum. Duo ea ſunt, *Deus* & *Materia*, quod ſtatim diducam: ergo à Deo ordiendum; quod faciemus cum bono ipſo Deo. Hæc pars *Theologia* Græcis dicitur, interdum *Prima Philoſophia*, aut ſimpliciter *Sapientia*, ab eminenti ſcilicet dignitate. Nam quid majus aut amplius, quàm Deum & divina intueri, agnoſcere? ipſum illum *Principem*, minores *Genios*, *Providentiam*, *Fatum*, & quæ adhærent? Eſt autem iſta Theologia, *Naturalis* antiquis dicta: quia vel aperit naturam iſtorum vel & cauſſas in vero, & in natura habet. Nam alioqui triplex iis fuit *Theologia*, Varrone apud Auguſtinum pulchrè diſtinguente, *Fabularis*, *Naturalis*, *Civilis*. *Fabularis, qua maxime utuntur Poetæ; Naturalis qua Philoſophi; Civilis, qua Populi.* Addit deinde, & partitè explicat: *Primũ genus quod dixi, in eo ſunt multæ contra dignitatem & naturam immortalium ficta. In hoc enim eſt*

*Lib. II. Diſſert. V.

VI. De Civit. cap. V.

ut

ut Deus aliquis ex capite, aliquis ex femore sit, alius ex guttis sanguinis natus: in hoc, ut Dii furati sint, ut adulta-verint, ut servierint homini. Deniq; in hoc omnia Dis attribuuntur, quæ non modò in hominem, sed etiam quæ in contemptissimum hominem cadere possunt. At secundum genus est, quod demonstravi, de quo multos libros Philosophi reliquerunt. In quibus est, Dii quid sint, Ubi, Quod genus, Quale, ex quonam tempore, an sempiternò fuerint: an ex Igne sint, ut credit Heraclitus; an ex Numeris, ut Pythagoras: an ex Atomis, ut Epicurus. Sic alia, quæ facilius intra parietes IN SCHOLA, *quàm extra* IN FORO *ferre possint aures. Tertium genus est, quod in urbibus cives, maximè sacerdotes, nosse atque administare debent. In quo est, quos Deos publicè colere, quæ sacra & sacrificia facere quemq; par sit.* Et clausula ejus, ac judicium: *Prima Theologia maximè accommodata est ad theatrum; secunda ad mundum; Tertia ad urbem.* Ex quibus liquet, ait Augustinus, illum palmam tribuere *Secundæ, quam pertinere testatur ad Mundum, quo isti nihil excellentius opinantur in rebus.* Observa de Mundo. quidni autem ad eum pertineat *Naturalis Theologia*, cum ipse *Natura* sit *rerum*; mox docendum; & Dii hanc sedem habeant, ac regnum? Itemque observa, *istos excellentius opinari*: quos *istos*? Stoicos proprie, qui Mundum etiam faciunt Deum. Ecce igitur Theologiam, de quâ nobis differendum, & primò quidem: sive quia *Deus* Stoicis inter prima Principia, ut dixi; sive quia dignitas hoc postulat, & primum summumque illud rerum inter prima dici. Priorem rationem etiam Cicero expressit: *Qui intelligentiæ Sapientiæq; se amatorem profitetur, necesse est* Sapientis intelligentisq; *Naturæ* (id est Mundi) PRIMAS CAUSSAS *conquirere: deinde* SECUNDAS *rerum earum quæ necessario movent alias, cum ipsæ ab aliis moveantur.* Ades igitur animo, & ad alta hæc atque divina, mecum transscende. Non enim, ut plerique alii Philosophi, pauca & tenuia de his Stoici, sed ubertim & accuratè scripserunt: & quamquam pauca exstent, tamen vel ex iis videbis & miraberis, quó mentem miserint, & quàm ad ipsus Veri sæpè metam. O quàm decet germanum Philosophum? qui, quantum potest, *animum deducit à corpore, & multum cum meliore ac* DIVINA *parte versatur: cum hæc querula ac fragili, quantum necesse est.* Itaque de illo verè dicitur:

De Universo.

Sen. Ep. LXVIII.

Mente Deos adiit, & quæ Natura negavit
Visibus humanis, oculis ea pectoris hausit.

Quidni autem adeat? illinc ortus, illuc redit: *& hoc habet argumentum divinitatis suæ, quod illum divina,*

Natur. Qu. l. I. in Præf.

Digitized by Google

delectent: nec ut alienis intereſt, ſed ut ſuis. Atque non capiet, inquies. Conabitur, & vel veſtigiis aliquid indagaſſe, quid aſſecutum eſſe? delectabit: Ariſtoteles hoc pulchrè: *Etſi res mortales iſtas inferaſq; , quod eæ propiores nobis & magis familiares ſint, pleniùs noſſe poſſimus: tamen* RES ILLAS SUPERAS *ſi vel* LEVITER ATTINGERE *datur, ob ejus notitiæ* EXCELLENTIAM, *illa ipſa levi* MAGIS PASCIMUR *& oblectamur, quàm ſi iſta univerſa norimus. Non aliter quàm amatoribus ſuaviuseſt, an ea ſuæ vel partem oculo delibare, quam aliarū tota membra corpusq; inſpicere.* Pulchrè, inquam: & tantum intereſt inter utraſque illas notitias, quantum inter humum & cœlum, hominem & Deum. Conemur igitur τὰ μὲ (ut cum Ocello dicam) τεκμηρίοις σαφέσι παρ' αὐτῆ φύσεως ἐκμαθόντες, τὰ δὲ καὶ λόγῳ, τὸ εἰκὸς ἀπὸ τῶν οἰκείων ἑκάστοις συλλογιζόμενοι: *alia quidem certis indiciis ſignisq; ab ipſa Natura diſcentes; alia opinatione etiã, Rationis auxilio, ad id quod probabile eſt intellectu ducentes, aſſequentes.* Nam certa & plena horum ſcientia, uni Deo convenit: quod Plato tibi dicat: Τὸ δὲ καὶ δοκεῖν τῷ ὄντι ὁ Θεὸς σοφὸς εἶναι, καὶ ἡ ἀνθρωπίνη σοφία ὀλίγου τινὸς ἀξία, καὶ οὐδενός: *Ita eſt.* SOLUS DEUS REVERA SAPIENS *habendus: &* HUMANA OMNIS SAPIENTIA, *in parvo, aut nullo eſt.* Itaque jam nunc ad Modeſtiam te meque voco; me differendi aut aſſerendi, te cenſendi vel aſſentiendi: & cum Ariſtotele præſcribo, NUMQUAM NOS VERECUNDIORES *eſſe debere quam cùm* DE DIIS AGITUR. O jure, ô meritò! *Si enim intramus templa compoſiti, ſi ad ſacrificium acceſſuri vidtum ſubmittimus, togam adducimus, & in omne argumentū Modeſtiæ fingimur: quanto hoc magis facere debemus, cum de ſideribus, de ſtellis, de Deorum naturâ diſputamus? ne quid temerè, ne quid imprudenter aut ignoranter affirmemus: aut ſcientes mentiamur.*

De part. anim. 1. cap. ult.

De Natur. Univerſi.

In Apolog.

Sen. VII Quæſt. Nat. cap. XXX.

DISSERT. IV.

Duo rerum Principia Stoicis eſſe, Efficiens & Patiens: illud, Deum; hoc, Materiam.

HABES de Theologia: ordiamur, & quidem à *Principiis* primis. Ea differunt ab *Elementis*, quod clarum eſt: etſi Seneca etiam hac voce viſus comprehendere in hiſce verbis. *Ipſe Elementi locus, ut quidam putant ſimplex eſt: ut quidam, in Materiam & Cauſſam omnia moventē, & Elementa dividitur.* Itaque quidam unâ voce & loco utraque illa Principia comprehendebant: alii

Epiſt. LXXX X.

Digitized by Google

alii aliter, quibus Stoici, opinor, noſtri accedebant.

Eadem Stob. in Phyſic. cap. XII I. & Plutarch. 1. De Plac. cap. II.

Nam Laërtius, inter Stoica: Διαφέρειν δὲ φασι τὰς ἀρχὰς, τῆς στοιχείας. τὰς μὲν γὰρ, εἶναι ἀγενήτους, καὶ ἀφθάρτους. τὰ δὲ στοιχεῖα, τῆς τοῦ συμπαντὸς φθορᾶς. Ἀλλὰ καὶ συμμίγα εἶναι τὰς ἀρχὰς καὶ ἀμέρφους. τὰ δὲ μεμορφωμένα: *Differre ajunt Principia & Elementa. nam illa, genituræ & corruptionis eſſe expertia; hæc autem, in Universi conflagratione interire. Item* * *corpora ſed informia eſſe Principia; hæc autem formas ſuſcipere.* Clarum eſt, neque aliter Plato & Ariſtoteles cenſuerunt. Elementa prius aliquid habent, & ipſa è Principiis oriuntur: at Principia ideò dicta, quia nihil iis prius, & cauſſam ut ſint præbent aliis, cauſſam ipſa non agoſcunt. Variis varia ſunt, & vis ulla in re major, quàm in hoc capite, diſſenſus: ſed Stoici duo ea ponunt, *Agens* & *Patiens*: ſive Deum, & Materiam. Laërtius: Δοκεῖ δὲ αὐτοῖς ἀρχὰς εἶναι τὰ ὅλα δύο, τὸ ποιοῦν, καὶ τὸ πάσχον. τὸ μὲν οὖν πάσχον εἶναι, τὴν ἄποιον οὐσίαν, τὴν ὕλην. τὸ δὲ ποιοῦν, τὸν ἐν αὐτῇ λόγον τὸν Θεόν: *Videtur Stoicis duo eſſe univerſorum Principia, Efficiens & Patiens. Et Patiens quidem, qualitatis exſortem eſſentiam, Materiam: Efficiens autem, Rationem quæ in ipsa*

Ep. CXV. *eſt, ſive Deum.* Seneca item diffusè: *Dicunt, ut ſcis, Stoici noſtri, duo eſſe in rerum natura, ex quibus omnia fiant: Cauſſam & Materiam. Materia jacet iners, res ad omnia parata, ceſſatura ſi nemo moveat: Cauſſa autem, id eſt Ratio, Materiam format, & quocumque vult, verſat: ex illa varia opera producit. Eſſe ergo debet aliquid Unde fiat, deinde à Quo fiat: hoc Cauſſa eſt, illud Materia.* Et ſtatim: *Quærimus quid ſit Cauſſa? Ratio faciens, id eſt Deus.* Iterumq;: *Nempe univerſa ex Materia, & ex Deo conſtant.* Cicero: *Naturam dividebant in res duas: ut altera eſſet Efficiens, altera autem quaſi huic ſe præbens, ex qua efficeretur aliquid. In eo quod Efficeret, Vim eſſe cenſebant: in eo quod Efficeretur, Materiam quamdam: in utroque tamen utrumque. Neque enim Materiam ipſam cohærere potuiſſe, ſi nulla Vi contineretur; neque Vim ſine aliqua Materia. Nihil eſt enim, quod non alicubi eſſe cogatur.* In quo tamen opinio ſive error vetus notandus, cenſentium Materiam ſimul Deo æternam, nec alterum ſine altero fuiſſe. Obſerva etiam, *Naturam ſic dividi.* quod Platonicum eſt, itemque Stoicum: & in illorum

De Dogmate Plat. dogmatis Apulejus: Τὰς οὐσίας: *quas Eſſentias dicimus (ſive Naturas) duas eſſet ait Plato, per quas cuncta gignantur, Munduſque ipſe. quarum una, cogitatione ſola*

In Platone *concipitur (Deus:) altera, ſenſibus ſubjici poteſt, quæ eſt* Materia. Itemque de eo Laërtius: Δύο τῶν πάντων

Digitized by Google

ἀπείρων ἀρχὰς, Θεὸν καὶ ὕλην. ὃν καὶ νοῦν ὀνομαζόμενον, καὶ αἰτίαν: *Duo rerum omnium Principia Plato statuit, Deum & Materiam; quem illum etiam Mentem appellat, & Causſam.* Hæc autem vetus, & ab ipſo Homero eſt opinio, ut cenſent, qui *Proteum, & Eidotheam induxit allegoricè: primam quidem & principem cauſſam* (ipſa vox dicit) *Proteum appellans: quæ autem in ſpecies vertitur Eſſentiam, Eidotheam.* Quid Thales; *Mentem & Aquam* Initia poſuit: recta interpretatione, Deum & Materiam. Pythogoras idem: cui Μονὰς, *Unio*, eſt Mens ſive Deus; Δυὰς, *Binio*, Materia. Simile in pleriſque aliis, ſi lubet examinare: & veritas hæc multis innotuit.

Odyſſ.

Empir. aduerſ. Mathem.

DISSERT. V.

Eaipſa, Naturas appellari: ſed eminenter, Deum. Itemque Mundum in hoc nomen venire.

DIXIMUS *Eſſentias* ſive *Naturas* duas eſſe: quod uberius paullo diducendum eſt, & mens ac ſermo hîc Stoicorum explicanda. Lactantius præeat: *Stoici Naturam in duas dividunt partes: unam quæ Efficiat; alteram, quæ ſe ad faciendum tractabilem præſtet. In illa prima eſſe Vim faciendi; in hac Materiam, nec alterum ſine altero eſſe poſſe. Ita iſti uno Naturæ nomine res diverſiſſimas comprehenderunt,* DEUM *&* MUNDUM, *Artificem & Opus, dicuntque alterum ſine altero nihil poſſe, tamquam Natura ſit Deus Mundo permiſtus. Nam interdum ſic confundunt, ut ſit Deus ipſa Mens mundi, & Mundus ſit corpus Dei.* Habes ferè quæ Cicero ſuprà, ſed paullò magis explicata: videſque & Deum *Naturam* dici, & Materiam. Sed illum maximè, quatenus tamen inſertus eſt Mundo, & molem hanc animat, continetque. Laërtii iſta mens: Φύσιν πότε μὲν ἀποφαίνουσι τὸν συνέχοντα τὸν κόσμον, πότε δὲ τὸν φύσιμον ἐξ οὗ γίνεται: *Naturam modo dicunt, eam quæ Mundum continet; modò illam quæ gignit producitque ſuper terram.* Prima illa dictio, eſt noſtra: & Cicero palàm huc adſpexit, imò vertit, cùm ſcripſit: NATURA *eſt igitur quæ* CONTINET *Mundum omnem, eumque tuetur: atque ea quidem non ſine ſenſu atque ratione.* Sine ſenſu quomodo poſſit, cùm ipſa ſit illa *ſentiens & intelligens*, id eſt Deus? Idem ſcriptor: *Mundum & ejus partes Naturam ſentiente teneri, in qua Ratio perfecta inſit, quæ ſit eadem ſempiterna. Quam vim animum eſſe, dicunt Mundi, eam*

Lib. VII cap. III.

In Zenone.

II. De Natur. deor.

Digitized by Google

eamdemq; esse Mentem Sapientiamq; divinam. Vides clare, hanc Naturam, Mentem esse Dei & Rationem, uno verbo Deum: quid enim in illo, nisi nostrâ distinctione, distinctum? Seneca: *Quid aliud est Natura, quàm Deus, & divina Ratio, toti mundo & partibus ejus inserta?* Et alibi causam etiam appellationis adjungit: *Vis Deum & Naturam vocare? non peccabis. est enim ex quo nata sunt omnia.* Lactantius ponit hoc, & approbat: *Melius igitur Stoicorum omnium* ACUTISSIMUS SENECA, *qui vidit nihil aliud Naturam esse, quàm Deum.* Ipsum hoc Plinius, plurimùm sanè Stoicus: *Declaratur Naturæ potentia, idq; esse quod Deum vocamus.* Et iterùm: *Hic est Deus, per quem intelligitur eadem, & parens rerum omnium & magistra, Natura.* Sed in verbis Lactantii etiam erat, *Mundum à Stoicis Naturam vocari.* Quod verum est, ut in Senecâ: *Quocumque venerimus, eâdem rerum Naturâ utendum est.* Plinio: *Idemque mundus rerum Naturæ opus, & rerum ipsa Natura.* Quid ita? quia Mundus & à Deo prima Naturâ factus est; & ipse illi insertus, facit Mundum dici Deum. Confundunt igitur, ut Manilius, obscuriusculo aliter versu:

IV. De Benef. c. VII.

II. Quæst Natur. cap. XLV.

Lib. II. cap. IX.

Lib. II. c. VII.

Consol. ad Helu. c. VIII.

Lib. II. cap. I.

Materiæq; datum est cozi, sed cogere Mundo:

quod est, Materiam pati; Deum agere, qui dicitur & Mundus. Atque eadem ista Natura rerum, *Communis* etiam Stoicis dicitur, ut à Particulari cujusque rei abjungant. Sic Seneca: *Duo nos pulcherrima, quocumq; movebimur, sequentur, Natura Communis & propria Virtus.* Chrysippus apud Plutarchum: Ὁ γὰρ ἡ κοινὴ φύσις, καὶ ὁ κοινὸς τῆς φύσεως λόγος, οὗ δὴ τοὺς ἀνθρώπους λέληθεν. *Quod si aliqua Communis Natura, & Communis etiam ipsius Naturæ Ratio, nec Antipodas quidem latet.* Observa. Communis est Natura, atque etiam Ratio in ea Communis, quæ omnia digerit & format. Longè enim Stoici nostri ab illis, qui brutam aliquam & sine sensu Naturam statuebant, omnia gignentem ac conservantem. Inter quos Strato Physicus nobilis, apud Lactantium: *Habere Naturam in se vim gignendi & minuendi, sed eam nec sensum habere ullum, nec figuram.* Idem magnus ille Hippocrates videtur censuisse. Ἀνεύρεσιν, inquit, ἡ φύσις αὐτὴ ἑωυτῇ ἐφόδους, καὶ οὐ δαιμονίως: *Invenit ipsa sibi Natura vias non ex ratiocinatione.* Et iterùm: Ἀπαιδεύτους ἡ φύσις, οὐδὲ ἓν οὐδὲν μεμαθηκὸς ἐς ἔργα ποιεῖν: *Indocta est Natura, ex seipsâ gnara eorum quæ facere debet.* Profectò hi tales Divinitatem concutiunt aut evertunt: & *cum vellent persuadere*, ait Lactantius

Lib. D: Ita c. X.

VI. Epidem.

Digitized by Google

tius, *nihil esse divina mente perfectum, Naturam dixerunt esse rerum omnium matrem: quasi dicerent, omnia sua sponte esse nata.* Et de iisdem ipsis: *Probabile est, inquiunt, Materiam rerum & habere & habuisse Naturam suam & vim.* Quasi igitur in ipsa Materia tale insitum quod produceret: sed brutum & sensus expers, ut Materia ipsa. Quod refellit idem egregiè: *Quam vim potuit habere, nullo dante? quam Naturam, nullo generante? Si habuit vim, ab aliquo eam assumpsit: à quo autem assumere, nisi à Deo potuit?* Sed & Plato ostendit, olim sic fuisse qui desiperent plures. Τοῦτο τῶν πολλῶν δόγμα, inquit, καὶ ἔθνος, τὴν φύσιν πάντα γίγνεσθαι ἀπὸ τινος αὐτομάτης, καὶ οὐδὲν διανοίας φύσεως: *Hoc multorum dogma est, Naturam omnia gignere sua sponte & vi, & sine Ratione aliqua producente.* Quid autem tu Plato? Ego verò assero, inquit, ὅτι μετὰ λόγου τινὸς ἐπιστήμης θείας, καὶ ἀπὸ θεοῦ: *quod cum Ratione fiant, & divina Scientia, & ab ipso Deo.* Iterumque alibi: Τὴν φύσιν μετὰ λόγου, καὶ σὺν λόγῳ καὶ νῷ, ἅπαντα διακοσμεῖν: *Naturam juxta Rationem, & cum Ratione ac Mente, cuncta adornare.*

Lib. III. c. XXVII.

In Sophista, & x. De Legib.

In Philebo

DISSERT. VI.

Definitio Communis Naturæ, id est Dei. Ignem esse, & dici Stoicis, atque etiam priscis.

SED quæ est igitur Stoicis ista Natura, & quomodo definitur? Habes apud Laërtium: Δοκεῖ δὲ αὐτοῖς τὴν μὲν φύσιν εἶναι πῦρ τεχνικὸν, ὁδῷ βαδίζον εἰς γένεσιν· ὅπερ ἐστὶ, σπερματικοὺς λόγους καὶ τεχνοειδεῖς: *Censent ipsi Naturam esse ignem artificialem, via progredientem ad generationem, quod est, Spiritus ignis & artis similitudinem præ se ferens.* Ipsa hæc finitio Zenoni tribuitur à Cicerone: *Zeno Naturam definit, ignem esse artificiosum, ad gignendum progredientem via.* Quare *Ignem*? quia Stoici vim & vitam omnem Mundi, atque ipsum adeò Deum in igne ponebant, imò Deum esse. Sed ignem non quemcumque, non hunc nostrum corruptorem & corruptibilem; sed *artificiosum*: id est, artificem atque opificem, condentem ratione & velut arte, vegetantem ac servantem. Dixi *velut arte*, & Laërtius benè interpretatur: simile dumtaxat aliquid in eo spiritu ignis & artis esse. Cicero hoc explicat: *Artis enim maximè proprium esse creare & gignere: quodque in operibus nostrarum artium manus efficiant, id multo artificiosius Naturam.* Itaque dicitur ab iisdem *Natura, magistra artium*

In Zen.

II. De Natur. deor.

Ibid.

Cicero pluribus locis.

Digitized by Google

reliquarum: item, *provida & sollers*: denique, *quâ nihil potest esse callidius*. Ideoque iidem Stoici plurimùm generationi rerum *Rationem* præficiunt, & sic loquuntur. ut Seneca. *Quæ Ratio mersa & confusa diduxerit.* Iterùm: *Incorporalis Ratio ingentium operum artifex.* Quia scilicet artifice hac Ratione administrante Deus è confusi & rudi Materie omnia formavit. Hæc igitur Natura: atque adeò hæc est Deus. Semel enim & seriò hoc dísce, Ignem istum & *Naturam* ἐξόχως & eximiè, suprà Materiam, dici; eumdemque Deum: & fieri omnia ab illo, atque etiam (ita locuti nostri suprà, si observasti) ex illo. Nihil enim est sine mixtione hac aliqua Ignis. Itaque Stoici iidem hanc dictam definitionem tribuunt etiam Deo. Plutarchus & Stobæus apertè: *Deum Stoici dicunt εἶναι πῦρ τεχνικὸν: ὁδῷ βαδίζον ἐπὶ γενέσεις κόσμου, ἐμπεριειληφὸς πάσας τὰς σπερματικὰς λόγους, καθ' οὓς ἕκαστα καθ' εἱμαρμένην γίγνεται: esse ignem artificiosum, via vadentem in generatione Mundi, continentem intra se omnes seminales rationes, juxta quas singula Fato deinde fiunt.* Ait, ἐπὶ γενέσεις: quod tamen in Athenagorâ, ubi eadem hæc descriptio, legitur, ἐπὶ γενέσεις: *in generationibus*, quod non rejicias, imò eligas pro Stoicâ mente, qui plures Mundos, alium post alium, à conflagratione constituebant. Dicit & *Mundi*, non rerum singularium *generationem*: quia primarium Dei opus illud est, & in eo, occultis Fati seminibus, singularium rerum ortus abortusque, & quod adhæret, incluſi. Nam Ignis ille *complectitur*, inquit, *in se rationes omnes seminales*: id est, rerum omnium Idéas, sive exemplaria formasque, ut Plato appellat. Sed nostri *Seminum* comparatione magis utuntur: quia inclusa in iis & occulta, quæ mox producuntur. Placuit & Trismegisto hæc imago. *Vides*, inquit, *agricolam, semen in terram projicientem, ibi frumentum, ibi hordeum, ibi aliud? Tale est Deus, qui in cælo quidem seminat immortalitatem, in terra mutationem, in universo motum & vitam.* Ecce seminales *Rationes*: & ipsâ eâ voce Damascenus noster utitur & agnoscit: Πάντων, inquit, ἄρχων, καὶ πάντων τὰς λόγους τῶν ὄντων, τὰς αἰτίας, ἐν ἑαυτῷ φυλάττων: *Deus omnium auctor est, & omnium quæ sunt Rationes in se & causas jam antè habet.* Ipse, inquam, & habet & continet: ideoque benè è Stobæo & Athenagorâ ἐμπεριειληφὸς protuli: etsi in Plutarcho ἐμπεριειληφὸν editur, *continentis*, ut ad *Mundum* referatur. Ultimum deinde erat, *juxta eas rationes Fato omnia*, quæ est implexa series causarum, & rebus insita, *fieri* suis & temporibus proferenda: de quâ dictum locis alibi

De Vit. beat. cap. XXII.

De Resurrect.

Cap. XIV.

De Orthodoxa fide, cap. XIII.

Digitized by Google

alibi & dicendum. Jam hæc, opinor, capis. AUD. Capio, non etiam probo. nam quis Deum ignem censeat, aut quæ ratio huc duxit? LIPS. Neque nimis tamen hæc aliena à Ratione, imò à Religione nostrâ censeo, cui dicto ista alludit: non enim dicam, assentit. De Ratione, movit eos quod à calore aut igne omnem vigorem aut vitam viderent, ut tetigi; in ipso etiam Animo nostro acrimoniam & sensum. Itaque jamdiu antè Parmenides & Hippasus dixerant, *principium rerum Ignem esse*: quid nisi Deum? Heraclitus etiam apertiùs, Deum definivit, τὸ ἀΐδιον πῦρ ἀίδιον: *Ambientem & circulantem ignem æternum*, id est astra & ætherem. Homerum etiam eò trahere possis, qui θεοειδὲς πῦρ *divinum ignem* ideò dixisse videatur. Nam Hippocrates quidem apertissimè: Δοκεῖ δέ μοι ὁ καλούμενος θερμὸν, ἀθάνατόν τε εἶναι, καὶ πάντα, καὶ ὁρᾶν, καὶ ἀκούειν, καὶ εἰδέναι πάντα τὰ ὄντα καὶ τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι: *Videtur mihi id quod Calidum, sive Ignem, dicimus, immortale esse, & intelligere omnia, & videre, & audire, & scire omnia præsentia & futura.* Potest aliquid, ante natos Stoicos, magis Stoicum? Tribuit enim Æternitatem, * Sensus, Intellectum, Scientiam & Præscientiam. Neque dissimilia Plinius de Deo: *Quisquis est*, inquit, *Deus, totus est sensus, totus visus, totus auditus, totus animæ, totus animi, totus sui.* Quid mirum tota hæc in eo esse, à quo sic largiter dimanant, partita omni ævo in omnes? Sed profanos ut omittam, sacri scriptores huc etiam eunt. Liceat Ter-maximum inter eos recensere, cujus philosophia valdè cum Mosaicâ (in multis quidem) consentit. Ille passim Deum φῶς, sive *Lumen*; & Dei filium, φωτεινὸν λόγον *Lucidum verbum* appellat. Ille autem Stoicorum ignis Lux & Splendor veriùs est, cum calore tamen, quàm densus aliquis Ignis. Enimverò ipse Moyses imaginem istam Deo donat: & *apparuisse sibi* scribit, *in rubo ardente*; Israëlitis præviisse, *in columna ignis*; sed & *Ignis consumens* alibi appellatur. Quid, quòd facer ille Spiritus in Apostolos vênit & se ostendit, *in Linguis igneis*? Non quòd Ignem Deum dicamus, absit: sed quòd illæ *divinæ proprietatis* (verba Dionysii Areopagitæ) *inter hæc, quæ sub oculos cadunt, plurimas imagines habeat.* Itaque Stoici haud nimis absurdi, si divinitatem illi dederunt: quod & consensu pleræque gentes, velut naturâ præeunte, fecerunt, qui Vestam scilicet & ignem perpetuum coluerunt. De quo scripsimus aliquid in Syntagmate *De Vestâ*.

De Princip.

* Mallès quàm supra de Naturâ.

Cap. IV. de Divin. Nom.

Digitized by Google

DISSERT. VII.

Alia definitiones Dei, in quibus, Spiritus, Animus, Mens, Ratio dicitur, & per omnia diffundi.

AT verò cautiùs etiam & veritati propiùs Stoici locúti, cùm Deum definierunt non *Ignem*, sed *Spiritum Igneum*. Ita enim Posidonius, cujus hæc verba in Stobæo: Θεός ἐστι πνεῦμα νοερὸν καὶ πυρῶδες, οὐκ ἔχον μορφὴν, μεταβάλλον δὲ εἰς ἃ βούλεται, καὶ συνεξομοιούμενον πᾶσιν: *Deus est Spiritus intelligens & igneus, formam ipse non habens, sed in omnes se vertens, & omnibus assimilans.* Ait *Spiritum* esse, & quidem *intelligentem*: quis hæc abnuat? addit *Igneum*, & sensu aliquo feras, ut sit in illo puro & æthereo igne. Sic enim & Democritus: Θεὸν εἶναι νοῦν ἐν πυρὶ σφαιροειδῆ: *Deum esse mentem in igne sphærico.* Et Plato apud Justinum Martyrem, Deum locat ἐν τῇ πυρώδει οὐσίᾳ: *in ignea substantia.* Addit. *Formam non habere* verissimè: & huc Lactantius adspexit, dum scripsit: *Stoici negant ullam formam habere Deum.* Sed quamquam ipse formam non habeat, non certè ullam aspectabilem, tamen omnes formas format, atque in iis se ostendit. Ipsa hæc Posidonii ita Trismegistus: Μίαν μὲν οὖν ἰδέαν ἔχει θεὸς, ἥτις ἐστὶν ἰδία αὐτοῦ, ἥτις τοῖς ὄψεσιν οὐχ ὑποπίπτει, ἀσώματος· καὶ πάσας μὲν τὰ σωμάτων σχήματα: *Unam quidem Idéam & formam Deus habet, quæ propria est ejus, sed quæ humanis adspectibus non subjicitur, ut quæ sit incorporea: & omnes tamen formas per corpora ostendit.* Itaque benè dicitur, Deum nemo vidit: &, omnes in omnibus cottidie vident. Sed redeo ad *Spiritum*, ne crassulos ita fuisse Stoicos opinemur. Idem igitur Posidonio jamantè Zeno dixerat, Θεὸν εἶναι πνεῦμα, διῆκον δι' ὅλου τοῦ κόσμου: *Deum esse Spirium, pertinentem per totum Mundum.* Quod tamen Cicero vertit: *Rationem quamdam, per omnem Naturam pertinentem*: & ipsa hæc adtribuit Zenoni. Nam *Rationem* aut *Spiritum* dicas, haud interest, aut leviter interest; sicut si *Animum*, *Animum*, *Mentem* (nam & sic appellant:) nisi quòd illa nobilior Animæ pars, *Animus*, *Mens*, *Ratio* magis suevit vocari. Ita enim iterùm hoc ipsum aliter Cicero, sed Pythagoræ adscribit: *Deum esse Animum, per Naturam rerum omnem intentum & commeantem.* E quo totidem verbis Minutius Felix eleganti illo Dialogo transscripsit. Est igitur hæc omnia: & sic Virgilius:

Cap. XI.

1. De Nat. deor.

Ibidem.

SPI-

Digitized by Google

SPIRITUS *intus alit, totamque infusa per artus*
MENS *agitat molem.*

Et Cicero: *Mundum esse Sapientem, & habere* MENTEM, *quæ & se & ipsum fabricata sit & omnia moderetur, moveat, regat. Mundum*, inquit *fabricata est*: scimus, sed quod præit, *& se fabricam* esse, quo sensu verum erit? Nam Mens quidem illa æterna: nisi velit: in exustione Mundi, hanc Mentem confusam cum Materie sedem & splendorem nondum habere; fabricare ea sibi & disponere in condito jam mundo. Sed simplicius fortasse scribi: *quæ & ipsum fabricata.* At his etiam nominibus Julius Firmicus, juratissimus Stoicus, Deum describit: *Mens illa divina, Animusque cælestis per omne mundi corpus, in modum circuli collocatus, & nunc intrinsecus positus, omnia regit atque componit: & propria originis generatione conceptus, se ad creanda & conservanda omnia, ignita & sempiterna agitatione perpetuat.* Quæ verba rebus fœta & gravida, aperienda & educenda leviter in lucem sunt. *In modum circuli* collocat: quia in Æthere *Principale* hoc (mox dicendum) ponunt. Addit, *intrinsecus & extrinsecus* esse, id est, in Mundo, & extra eum in Vacuo ferri: atque ut Seneca loquitur, *opus suum intrà & extrà tenere.* Deinde, *propria originis generatione conceptum*: quod sanè illa Tullii adfirmat, aut explicat, & jam nil mutemus. Ita enim & Seneca in Fragm. XII. Conceptus & genitus, sed à se dici potest: quia in Chao, ut dixi, cùm in Ignem omnia versa, & ipse deinde Ignis in Aquam (*infrà explicando) opus habet sese educere, & puritati pristinæ asserere, atque ita quodam sensu, generare. Sed ut in re pergam, hisipsis vocibus Seneca afficit, & Jovem appellat *Animum ac Spiritum mundani hujus operis*, & quare omnia ista? quia ire volebant & commeare per omnia, atque ut verbis illorum dicam (in Laërtio) εἰς ἅπαν κόσμον μέρη διήκειν τὸν νοῦν, καθάπερ ἐφ' ἡμῶν τὴν ψυχήν: *per omnia Mundi membra Mentem pertinere, ut in nobis hanc Animam.* Nota, nota. est magni hujus Mundi sua quædam Anima, ut in parvo hæc nostro: atque illa rector est, & Deus. Est Academicorum vetus sententia, & ponit ita Cicero: *In Natura sentiente Ratio perfecta ineste: quam vim Animum dicant esse Mundi*: & adsignificat Stoicos tenuisse. Cleanthes quidem & Oenopides ex iis, apud Stobæum: Θεὸν εἶναι τὸν τοῦ κόσμου ψυχήν: *Deum esse mundi animum.* Et Lactantius universè: *Ita Stoici interdum confundunt, ut Deus sit ipsa Mens Mundi, & Mundus corpus sit Dei.*

IV. Acad.

Lib. I. Mathes.

I. Natur. Quæst. in Præfat.

* Lib. II.

I. Acad.

Digitized by Google

DISSERT. VIII.

Mundum ipsum Deum etiam Stoicis dici, sed propriè tamen ejus Animam.

ET sanè Stoici sæpè sic loquuntur, etsi parùm sanè; atque adeò ipsum Mundum, hoc adspectu, faciunt Deum. Manilius:

— VIVERE *mundum*
Et RATIONIS *agi motu: cùm* SPIRITUS *unus*
Per cunctas habitet partes, atque irriget orbem,
Omnia pervolitans, CORPUSQUE ANIMALE *figuret.*

Vult Animal esse Mundum, Ratione regi, Spiritu vegetari & irrigari. Hoc jamantè Plato: Ζῶον ἔννουν ὁ κόσμος, καὶ λογικὸν καὶ ἔμψυχον: *Animal est Mundus, & Rationale & Animatum præditum.* Posidonius Stoicus: Κόσμος ἐστὶν ἔμψυχος καὶ αἰσθητικός: *Mundus, natura animata & sentiens.* Talem igitur naturam, dicebant Deum. Iterùm Manilius:

Lib. I. *Qua pateat Mundum divino numine verti,*
Atque IPSUM *esse* DEUM,

XV. de Præpar. Evang. Didymus apud Eusebium: οἱ Στωϊκοὶ δὲ ὅλον τὸν κόσμον, σὺν τοῖς μέρεσιν αὐτοῦ, προσαγορεύειν θεόν: *Stoici totum Mundum, cum partibus ejus, appellant Deum.* Ipsa hæc

Ep. XCIV. noster Seneca: *Totum hoc, quo continemur, & unum est, & DEUS est: & socii ejus & membra sumus.* Iterumque

Epistolâ XCVII. alibi: *Totum hoc, quo divina & humana conclusa sunt, unum est:* MEMBRA *sumus corporis magni.* Et Lactantius

Lib VII. cap. III. eos refutans: *Nam si hæc omnia quæ videmus,* DEI MEMBRA *sunt, jam insensibilis ab his constituitur Deus.* Multa enim in Mundo scilicet, aut plurima, sine sensu. Tamen hanc sententiam iterùm Seneca asserit:

II. Quæst. cap. XLV. *Vis Deum Mundum vocare? non fallèris. ipse enim est totum quod vides, totus operibus suis inditus, & se sustentans vi sua.* Itaque pro hoc sensu, in parte vera Tertulliani scriptio: *Platonici & Stoici corporalem statuunt*

Apolog. c. XLVII. *Deum*: scilicet Mundum. Etsi Plato primam Mentem magis pro Deo agnoscit, Deo, inquam, primo. Ita Seneca in fragmento quodam, apud Augustinum: *Ego feram aut Platonem, aut Peripateticum Stratonem: quorum*

VI. De Civit. cap. X. *alter* (Plato) *Deum sine corpore fecit, alter sine animo?* Plato enim supremam Mentem architectricem agnoscit, liberam & secretam ab omni contagione mortali; atque ut Cicero loquitur, *Deum statuit ἀσώματον, incorporeum*: at Strato eumdem sine Animo, id est Natu-

ram

Digitized by Google

ram hanc rerum & Mundum, sine Mente gubernante. Hæc sententia Stratonis est, quam Manilius tangit:

At neque terra patrem novit, nec flamma, nec aër,
Aut humor, faciunt que Deum per quattuor artus,
Et Mundi struxêre globum, prohibentque requiri
Ultra se quidquam.

Idest, Sive quattuor elementa non habent auctorem & originem, ipsa sunt & faciunt juncta Deum, nec alium præter se, aut supra se, habent. Sed ad Stoicos, quia igitur Mundus Deus, dabant etiam ei globosam formam. Seneca: *Si rotundam illis,* QUALEM DEO, *dederint formam.* Idem in Claudium ludens: *Dic nobis, qualem Deum istum fieri vultis? Stoicum? quomodo potest* ROTUNDUS *esse, ut ait Varro, sine capite, sine præputio?* Observa hæc postrema, jocose in Epicuréos dicta, qui Deum faciebant humanâ specie: at Stoici negabant, & animal quidem esse, ἀλλ' οὐκ ἀνθρωπόμορφον: *sed non humanâ aliquâ formâ.* Hæc est sententia, quam neque nos, neque item Plutarchus sanam habet: & iis objicit, οὐ θεὸν ἀρχὴν ὄντα, σώματι τοιούτῳ καὶ τοσούτῳ τὸ ὑλῆ πυκνότητι, ἢ τραχηλόν, ἢ δὲ ἀπλῆν, ἢ δὲ ἀσύνθετον, ἀλλ' ἐξ ἑτέρου τινὸς καὶ δι' ἕτερον ἀποφαίνουσι: *quòd Deum, qui principium est, Corpus tamen intelligens & Mentem in materia faciunt; atque ita non purum, neque simplicem, neque incompositum, sed ex alio & per aliud constituunt.* Tamen Varro mitigare & ad veritatem magis flectere videtur, si benè exaudimus. Pulchra hæc ejus in Augustino: *Varro de Naturali Theologia præloquens dicit,* DEUM *se arbitrari* ANIMAM MUNDI: & *hunc ipsum* MUNDUM *esse* DEUM. Sed discrimen deinde addit, quod valdè velim notes. *Sicut hominem sapientem, cùm sit ex Animo & Corpore, tamen ab Animo dicimus sapientem; ita Mundum Deum dici ab animo, cùm sit ex Animo & Corpore.* Hoc vult, Mundum à se aut per se non esse Deum; tantùm à parte meliori, id est Mente illâ æternâ, quę tamen insita Mundo, ut illa aliqua in Homine. Non igitur Mundus ἀπλοῦς & suâ naturâ, Deus, sed ᾧ μεταδοσιν ut dicunt Græci, & quia communicat & participat illam Mentem. Tale omnino etiam Chrysippus, apud Tullium: *Vim divinam in Ratione esse positam, & universæ naturæ Animo atque Mente: ipsumque Mundum Deum dici, & ejus Animi fusionem universam.* Id est, Primò quidem & verè Deus est Ratio sive Mens: secundariò tamen & Mundus, per quem Animus ille se *fudit*, & cui infudit. Seneca eò collineat: *Quid est Deus?* MENS *universi. Quid est Deus? totum, quod vides, & quod non vides*

Epistola XCIV.

VII. De Civit. cap. VI.

I. Quæst. in P. æt.

Digitized by Google

vides totum. Primò & hìc Mens eſt Deus, ſecundò hæc Mentis ſedes & univerſi moles. Triſmegiſtus etiam da-
Cap. VIII. riſſimè : Δεύτερος Θεὸς, ὁ κόσμος, ἡ ζῶον ἀθάνατον : *Secundarius Deus, Mundus, & animal immortale.* Et ſubjicit pulcherrimè : Πρῶτος γὰρ πάντων, ὅπως καὶ ἀΐδιος, καὶ ἀγένητος, ἡ δημιουργὸς τῶν ὅλων, Θεός : *Primus enim omnium, revera eſt Deus, ille æternus, & ingenitus, & omnium conditor atque opifex.* Itaque & Stoici ſæpè ſic attollunt, & à corpore Mundi iſto avellunt. ut Se-
1. Quæſt. in Præf. neca : *Quid inter naturam Dei & noſtram intereſt? noſtri melior pars eſt Animus : in illo* NULLA PARS EXTRA ANIMUM. Sed & ſuperiora, quæ attuli, eódem eunt : ſequamur. Nam quod illos longiùs duxit, & induxit, hoc fuit, quòd ſociabant hunc Animum
Lib VII. cap. VI. cum Mundo, ut partem, & formam : at nos ſcimus cum Lactantio, *Divinum Spiritum eſſe ubique diffuſum, eoque omnia contineri : nec tamen ita, ut Deus ipſe, qui eſt incorruptus, gravibus & corruptibilibus miſceatur elementis.* Continetur rebus, non confunditur ; format eas,
Cap. XVI. non forma ; animat, etſi non anima. Benè, ut plæraque, Damaſcenus : Αὐτὸς ὁ Θεὸς πάντων ἁπλῶς ἐστιν, καὶ πᾶσι μεταδίδωσι τοῦ εἶναι τοῖς οὖσι, καὶ τὴν ἑκάστου ὑπαρξιότητα καὶ δύναμιν : *Deus ipſe omnia pervadit, ſed ſine mixtione, & omnibus vim & efficaciam ſuam participat, ſed pro cujuſque aptitudine & capeu.* Con-
1. De Plac. c. VII. cludimus denique, & in parte tuemur Stoicos Plutarchi hiſce verbis : Θεὸν καὶ κόσμον, καὶ ἄστρα, καὶ τὴν γῆν λέγουσι· τὸν δὲ ἀνωτάτω πάντων, τὸν ἐν αἰθέρι : *Deum Stoici dicunt, & Mundum, & Stellas, & Terram ; ſed* SUPREMUM *illum*, MENTEM *in æthere.* Ipſa eſt intima mens eorum, alia poſſe dici Deos, & divinitatem communicare : ſed unum, verum, ſummum eſſe *Mentem* : atque eam in *Æthere.* Non enim otioſus hoc quoque audi. quia Principale iſtud Animæ, ſive Græcis ἡγεμονικὸν, in Æthere ſedem habet. Etſi cum aliquo inter eos diſſenſu.
Lib. II. cap. VI. nam *vulgò Stoici*, ait Laertius, *Ætherem faciunt mundi ἡγεμονικὸν, at Poſidonius Cælii, Cleanthes Solē.* Cleanthis opinio placuit Plinio, qui ſcripſit : *Mundi totius Solē eſſe Animū, ac planiùs* MENTEM : *hunc* PRINCIPALE (agnoſce τὸ ἡγεμονικὸν) NATURÆ REGIMEN *ac numen credere decet, opera ejus æſtimantem.* Neque hæc tamen ita lævè capies, quaſi ipſa illa ſint Deus ; ſed, ut dixi, domus ejus & ſedes : ut arx iſta capitis Mentem noſtram (Platonicis quidem) habet. Tertullianus calumniam, liceat dicere, Zenoni ſtruxit, cùm
Adverſ. Marc. I. cap. XIII. impingit, *Aëra & Æthera deos ſtatuiſſe.* Numquam, illo quidem ſenſu, fecit : neque, opinor, Chryſippus, etſi

Cicc,

Digitized by Google

Cicero etiam de illo, quòd *disputarit Æthera esse eum, quem homines appellant Jovem.* Imò in æthere, & rem dixisti. De Nat. deor.

DISSERT. IX.

Obscura aut impenetrabilis Dei notitia: sermones ancipites: attribui tamen quædam rectè a Stoicis, & primò Unitatem.

VIDES Animam Mundi igitur Deum iis esse: atque illam Ignem, aut verius in Igne. Quod Philo etiam Judæus prorsus haud abnuit, distinguitque: Τὸν τῶν ὅλων ψυχὴν θεὸν εἶναι, νῷ ἴνοικον: *Universi Animam Deum esse quodam intellectu.* Quo? quia nos & omnia vivimus, & movemur, & sumus in Deo. Siquid verbis aliter dixerunt, abeat: & miremur in viâ, & sic prope metam Veri fuisse: nec insultemus in communibus Orbis tenebris non perveniisse. Quis enim à se, & ingenii solius luce, videat & noscat illum *infinitum, immensum, & soli sibi quantus est notum?* Imò verò, ait Damascenus argutè, τοῦτο μόνον αὐτῷ καταλῆπτόν, ἡ ἀκαταληψία καὶ ἀκατάληψία: *Solum hoc ejus comprehendi potest, quòd comprehendi non potest.* Et hoc Seneca vidit, & fortiter extulit: NEMO NOVIT DEVM. *multi de illo malè existimant impunè.* Quin & caussas alibi inquirit, & promit: *Sive illis tanta* SUBTILITAS ET CLARITAS *est, quantam consequi acies humana non potest; sive in sanctiori secessu* MAJESTAS *tanta delituit.* Piæ & bonæ rationes: addo & tertiam è Damasceno: *Cognitio eorum est quæ Sunt; at Deus super ipsum Esse Est: ergo & supra atque extra notitiam, quia supra Essentiam.* De natura itaque ejus propria omittamus, nec ipsi Christiani ejus gnari, nisi quatenus divinæ litteræ nos docuerunt, leviter & in gustum. Nam, ut iterùm Damascenus, ὅσα σωίφησιν ἡμῖν γνῶναι, ἀνεκάλυψαν· ὅσα δὲ σὺκ ἐδωκάμεθα φέρειν, σιωπήσαντες: *Quod ex usu nostro scire erat, aperuerunt; quod non tale, & ferre aut capere non poteramus, tacuerunt.* Iis igitur missis, magis quæ de ipso dici & attribui solent, lustremus: & per ea in amorem simul & admirationem ejus ducamur. Enimverò sagaces in istis Stoici, sed & veraces. Sunt autem trium ferè generum, quæ de illo usurpamus. primum negando, & ἐξ ἀφαιρέσεως, ut dicunt Græci: sicut cùm Infinitum, Immensum, Incorporeum dicimus. De Allegoriis. Minut. Felix. Ep. XXXI. VII Quæst. CXXXI.

Digitized by Google

nihil enim adstruimus, nec esse significamus, sed aliquid non esse. Alterum, κατὰ ἕξιν *juxta habitum*, ut cùm Dominum, Rectorem, Patrem appellamus: significantes tale agere, & taliter affectum esse. Tertium denique, quod κατὰ φύσιν *secundùm naturam* dicunt: cùm aliquid conamur ei insitum & amicum ostendere, ut Justum, Bonum, Sapientem esse. Primum genus tutissimum est, & admirationi, si non notitiæ, facit: alterum tenue, & non nisi à nostri, aut operum ejus, adspectu ductum: tertium conatur adire, sed arcetur; & aliquid circa naturam si non ipsam, libat. Plura in his talibus sunt, Stoicis etiam tractata: sed ego eximia tria tangam, quæ validè & utiliter adstruxerunt: *Unum* esse, *Bonum* esse, *Providum* esse. De primo, præiverant jam alii Philosophi, & pulchrè Pythagoras: qui non *Unum* propriè vult & *Solum* dici, sed μοναδα καὶ ἑνάδα: *Solitatem & Unitatem.* Optimè, non enim oportet specie accidentium de illo dicere, aut sentire: sed magis & deceat & doceat, ut substantiam efferri. Philo Judæus: Ὑπαρξίς ἐστιν ὁ ἐπιλαμβάνομαι αὐτοῦ· τὸ δὲ χωρὶς ὑπάρξεως οὐδέν: *Substantia est, quidquid de illo concipimus, & extra substantiam nihil.* Ergo Justitia magis Deus & Sapientia est, quàm Justus & Sapiens: etsi modulo nostri captus non damnamus sic loqui. Teneamus tamen illud Arnobii: *Quidquid de Deo dixeris, quidquid tacitæ mentis cogitatione conceperis, in humanum transilit & corrumpitur sensum: nec habet propriæ significationis notam, quod nostris verbis dicitur, atque ad negotia humana compositis.* Sed pergamus in re, & addamus; Stoicos quoque Deum unicè Unum sensisse, etsi nominibus piuribus affecerunt. Laertius inter Zenonia: Εἴτε σὲ δεῖ Θεὸν, καὶ νοῦν, καὶ εἱμαρμένην, καὶ Δία, καὶ ζῆνα, καὶ ἄλλα τε ἐπίθετα ἐπονομάζειν: *Unum quid esse Deum. sed tamen Mentem, & Fatum, & Jovem aliisque pluribus nomenclaturis solere efferre.* Hoc & Minutius noster Felix de iis attestatur: *Zeno*, inquit, *& Chrysippus, & Cleanthes, sunt & ipsi multiformes, sed ad* UNITATEM *Providentiæ omnes revolvuntur.* Aliter alii de Deo, sed de Uno omnes loquuntur & adfirmant. Multitudo autem illa nominum (non enim numinum) ortum habuit à vi aliquâ & peculiari affectu vel effectu, quem volebant expressum. Seneca: *Quacumque voles nomina propria Deo aptabis, vim aliquam effectumque cælestium continentia: tot appellationes ejus esse possunt, quot munera.* Sed ejus, & unius. Ecce (idem alibi) *Vis illum Fatum vocare? non errabis. hic est ex quo suspensa sunt omnia, causæ caussarum. Vis illum Providentiam?*

Quòd Deus sit immutab.

IV. De Benef. cap. VII.

II. Quæst. cap. XLV.

Digitized by Google

tiam? recte dices. est enim cujus consilio huic Mundo providetur, ut inconcussus eat, & actus suos explicet. Vis Naturam vocare? non peccabis. est enim ex quo nata sunt omnia, cujus Spiritu vivimus. Vis Mundum? ipse est enim totum quod vides, totus suis partibus inditus, & se sustinens vi sua. Atque idem loco priore subjicit eumdem esse *Liberum patrem*, & *Herculem*, itemque *Mercurium*: & quę talia Stoici è mythicâ historiâ ad mysticos sensus referebant: & operosè referebant, satis sibi in istis allegoriis, sive ut ipsi appellabant ὑπονοίαις, placentes & plaudentes.

Cicero: *Magnam suscepit molestiam, & minimè necessariam, Zeno primus, post Cleanthes, deinde Chrysippus, commentitiarum fabularum reddere rationem; & vocabulorum, cur quidque ita appellatum sit, causas explicare.* III. De Natur. deor.

Culpat & Lactantius Stoicos, *quod cùm non perviderint quid in vero sit, conentur fabulares Deos cum rerum naturalium ratione conjungere.* I. cap. XVII.

Et verò tenuia hæc plurimùm, aut infirma, & argutiis sæpè ridendis. Exemplum & gustum è Laërtio habe. Ὁ Θεὸς πολλαῖς ἐπωνυμίαις ὀνομάζεται, κατὰ τὰς δυνάμεις. Διὰ μὲν γάρ φασι, δι' ὃν τὰ πάντα. καὶ Ζῆνα καλοῦσι, παρὰ τὸν ζῆν αἴτιός ἐστιν, ἢ ἀπὸ τοῦ ζῆν κεχώρηκεν. | Ἀθηνᾶν δὲ, καὶ τὸν εἰς αἰθέρα ἀπτέον ἡγεμονικοῦ αὐτοῦ: *Deus pluribus nominibus appellatur, ut sunt potestates. Nam & Dia Græci dicunt, quod per eum sint omnia; & Zena, quatenus vitæ est auctor, vel quod per vitam transivit. Athenam etiam sive Minervam, quod in Æthere Principale ejus sit extensum.* O viri graves & serii! magis talia licebat agere, Sed in verbis Laërtii obiter moneo, quod legitur ἀπὸ τοῦ ζῆν κεχώρηκεν, falsum videri, scribendumque, τοῦ ζῆν. Duplex enim etymon adsignant, vel à *vita*, vel à *fervore*: atque hoc postremum de iis Athenagoras: Ζεὺς, ἡ ζέουσα οὐσία, καὶ ἡ κατὰ Στωϊκοὺς: *Zeus, fervens essentia, juxta Stoicos*: id est, Ignis.

DISSERT. X.

Eumdem Bonum & Beneficum esse. & hanc velut propriam ejus notam, & nomen.

UNum igitur jam Deum donant: sed qualem illum? dixi, *Bonum Providumque*. Quæ duo pluribus verbis, sed eódem ferè spectantibus, eximiè aperuit ille inter Stoicos eximius Cleanthes qui *Theogoniam*, sive *Deorum genituram*, inter alia scripsit. Versus sunt in Clemente Alexandrino (nam ver-

Digitized by Google

veribus pleraque ille usus) planè aurei, imò de Deo divini.

Εἰ δ' ἀγαθὸν ἱμερτὰς μ' οἷον ἔσ' ἄνυσι δίκᾳ.
Τεθμῷ μέσον, δίκαιον, ὅσιον, δίστοις,
Κρατοῦν ἑαυτᾶ, χρήσιμον, καλὸν, θέον,
Αὐχῆεν, ἀνύβριστον, αἰεὶ συμφέρον,
Ἄφοβον, ἄλυπον, λυσιπλεῖς, ἀναύδατον,
Ὠφέλιμον, ἀμέριστον, ἀσφαλεῖς, φίλον,
Ἔντιμον, ὁμολογούμενον . . . . . .
Εὐκλεῖς, ἄτυφον, ἐπιμελεῖς, πρᾶον, σφοδρόν,
Χρονιζόμενον, ἄμεμπτον, αἰεὶ ἀξιούμενον.
Ἀνελεύθερος πᾶς, ὅστις αὖς δόξαν βλέπει,
Ὡς δὴ πρὸς ἑσπέρης πυξάμενος καλὸν πρός.

Eos ita reddimus:

Si quale sit BONVM *rogas, ita accipe.*
Est ordinatum, justum, & est sanctum, pium,
Sui potens, commodum aliis, pulchrum, decens,
Rectum atque constans, semper autem conferens,
Expers metu, dolore, curis omnibus,
Juvans, benignum, stabile, amicum, amabile,
Honore dignum, confitendum . . . . . .
Et glorioſum, non superbum, quod gerit
Curam omnium, placens, & viribus valens,
Ævi vetus, culpæ inscium, semper manens.
Ah vilis ille, Opinionem qui adspicit,
Tamquam duce hac venturus ad Veri scopum.

Considera mi Auditor. sunt à profano sacri versus & sensus: ac negem aliquid tam sublime & augustum ab alio veteris ævi scriptum. Finis ipse & clausula quàm damnat non occultè receptas de Numine *opiniones*? vana illa gentilium, & à vero longinqua? Sed attributa ipsa & elogia si vides, quid uberius aut verius dici potest? Omnia autem in forma illa sermonis (observa) quâ substantiâ notatur, ut antè attigi: *Deum bonum, utile, justum.* Et cùm plusc ula sint, id quoque observes, omnia ferè ad duo hæc capita revocari, *Bonum*, *Providumq;*. Prima est ipsa Bonitas: quam quot nominibus describit, & inculcat? ἀγαθὸν, χρήσιμον, συμφέρον, λυσιτελὲς, ὠφέλιμον, φίλον, πρᾶον: atq; ipsũ Deũ initio *Bonum* appellat. Rectè, nam & Dionysius Areopagita consentit, PRIMARIVM & PECVLIARE *hoc Dei nomen esse: ipsamq; substantiam divinã, Bonitatem appellari.* Trismegistus pariter: Τὸ ἀγαθὸν εἰ μὴ τὸ εἶναι, εἰ μὴ τὸ μόνῳ τῷ Θεῷ, μᾶλλον δὲ, inquit, τὸ ἀγαθὸν αὐτός ἐστιν ὁ Θεός: *Bonum in nullo nisi in Deo esse. Imò verò ipsum*

De divin. nominib. cap. IV. Cap. VI.

BONVM

ONUM EST DEUS. Quare? quia Natura ejus Bonitas? nec po- De Ira II.
ſt aliter eſſe. Noſter Seneca: *Quædam ſunt, quæ nocere, non* c. XXVII.
oſſunt, nullamq; vim niſi beneficam & ſalutarem habent: Dii immortales. qui nec volunt obeſſe, nec poſſunt. NATURA *enim illis mitis & placida eſt, tam longè remota ab iena injuria, quàm à ſua.* Iterumque alibi: *Quæ cauſſa* Ep. XCV.
Diis *benè faciendi?* NATURA. *Errat, ſiquis illos putet nocere velle: non poſſunt, nec injuriam accipere queunt, nec facere.* Et vis argumentum Bonitatis certius, ùam quòd peſſimis, & in ſe ingratis, imò maledicis atue impiis, non ceſſant cottidiè benè facere? *Ecce ſceleitis Sol oritur, & piratis patent maria.* Quid amplius? Sen. IV. De Benef. c. XXVI.
eneficia ſua ignorantibus dare incipiunt, ingratis perſeerant. Ignorantibus? vide puericiam noſtram, fatebe- VII. De Benef.
s: bona percipimus, ante eorum ſenſum. Ingratis? c. XXXI.
eliquum omne ævum. Et quotuſquiſque agnoſcit, imò ogitat? quàm multi dubitant, diſputant, abnuunt? *t nihil ominùs, more optimorum parentum, qui male-* Ibidem.
ictis ſuorum infantium arrident, non ceſſant beneficia conerere de beneficiorum auctore dubitantibus. Omnibus, nquam, ſine diſcrimine: non aliter quàm Sol ille in proniſcuo lucet. Neque enim hîc, ut in theatris, ſparſio liqua eſt aut miſſilia, in paucos & apprehenſuros: eſt n omnes, eſt in immerentes, eſt in abnuentes. *Æquali enore bona ſua per* GENTES POPULOSQVE *diſtribuunt, u-* Ibid.
am ſortiti potentiam, PRODESSE. Atque hoc dogma ita roprium Stoicis, ut Tertullianus ab eo errorem Marcioiis derivet: *Inde,* inquit, *Marcionis* DEVS MELIOR, *e tranquillitate à Stoicis venerat.* Quia ſcilicet Deum emper Bonum iſti ſtatuebant, & nihil ab eo mali manae; Ponticus ille fatuè fabricandum alium ſtatuit, hujus uctorem. Fruſtrà, & longè à Stoicorum ſenſu.

DISSERT. XI.

Denique Deum Providum & curatorem omnium eſſe, atque etiam ſingulorum. Qui aliter, rejecti.

SED tertium inter Attributa erat, *Providentia*, Deo ſemper à Stoicis aſſerta, & Cleanthis etiam illis verbis nomine ἐπιμελοῦς itemque συμφέροντος inſerta. Aſſerta autem ab illis ſic crebrò, ſic validè, ut ludus ocuſque fuerint adverſariis: qui hanc, *fatidicam*

Anum

Digitized by Google

Anum Stoicorum appellabant. Sed ades noſtra Anus, ades, amanda nobis ſuper omnes Veneres, & Venerum Amores. Te aſſerimus, & cum Senecâ, *præeſſe univerſis Providentiam, & intereſſe nobis Deum.* Ita ſanè. gubernat & præeſt illud Numen; ſed adeſt etiam & interest, & ſcienter & cum inſpectione nos regit. Cicero: *Providentia Dei Mundum, & OMNES ejus PARTES ab initio conſtitutas eſſe, & omni tempore adminiſtrari.* Nota duo Providentiæ ab eo ſubjici, Conſtitutionem rerum, & Adminiſtrationem. Jungi enim hæc duo debent, & *Neceſſe eſt* (ait Damaſcenus) *eundem eſſe Conditorem rerum & Adminiſtratorem: neque poſſunt, aut debent dividi. Sic enim imbecillitati alteruter eſſet obnoxius; quaſi aut iſte Condere non poſſet, ille non Adminiſtrare & conſervare.* Sicut parentis boni eſt, & gignere prolem, & deinde alere atque educare: ita & magni illius noſtri. Cicero igitur hæc duo benè jungit, ex noſtrorum ſententiâ: *Materiæ univerſæ* FICTRICEM *ac* MODERATRICEM *eſſe divinam Providentiam.* Quis enim credit, ait Seneca, *ſive* CUSTODE *tantum opus ſtare, & hunc ſiderum curſum diſcurſumque fortuiti impetus eſſe?* Quis tamen credet, hæc tam pugnantia ſervare ordinem & ſtatum, niſi Rector ille ſit, *cujus conſilio huic Mundo providetur, ut inconcuſſus eat, actuſque ſuos explicet?* Sed vim hujus Providentiæ, & variantes etiam ſuper ea ſenſus, pulcherrimè Epictetus exſequitur, apud Arrianum: *Quod ad Deos attinet, ſunt qui negent ullum Numen eſſe. Sunt qui eſſe donent, ſed ignavum, incurium, & nulli rei providere. Sunt tertii, qui & eſſe, & providere, ſed non niſi magnis & cæleſtibus, terrenorum autem nulli. Quarti, & cæleſtibus & terreſtribus; ſed univerſis dumtaxat, non autem ſingulis & unicuique ſeorſim. At quinti, in qua parte Ulyſſes & Socrates, aſſerunt ſtatuuntque, Quod* TE O DEUS NEC IN MINIMO MOTU *lateam aut fallam.* Ecce pulchrum adſcenſum, & verè adſcenſum, à tenebris & impietate paullatim ad lucem & veritatem: quam quinta illa ſententia eſt amplexa: id eſt, noſtra. Ita enim & Platonici, & noſtri, omnia minima, maxima, Providentiæ (ſubjici: *nec ſine Ratione, quamvis ſubita, accidere.* Nihil eſt à caſu, ubi caſus maximè apparet: ſed occultum aliquid divini conſilii eſt, quo dirigunturs. Plato ſermoni ſuo toti de Diis hoc velut fundamentum præſtruit: Ως ἄρ' ἐν ἅπασι πάντων, σμικρῶν καὶ μεγάλων: *Quòd curent omnia, magna ea ſint aut parva.* Atque id ratione etiam ſcitâ docet alibi, his ferè verbis, aut ſenſu *Cùm Dii ſint, non convenire ut otioſi degant:* erg

De Provid. cap. I.

II. De Natur. deor.

III. De Nat deor.

De Provid. cap. I.

Sen. IV. Quæſt. cap. XLV.

I. Differt. cap. XII.

Senec. De Provid. cap. I.

In Epinom.

Lib. X. de Legib.

Digitized by Google

ergo res humanas. Cum autem omniscii sint, etiam minima videre & nosse censendum est, eaq; igitur curare. Quid nisi procul enim ab iis ignavia & inertia: nec minor potestas eorum in minutis, quàm in magnis: neq; indigna etiam majestate illorum hæc cura. Imo eam velut gradum ad majora illa habent. Optimè, & varia ac valida ratio in paucis verbis. Itaque apud Ciceronem Stoicè dicitur: *Non* III. De
universo generi hominum solùm, sed etiam singulis, à Nat. deor.
Diis immortalibus consuli ac provideri. Quid hominibus singulis? imò animalibus, imò animalculis & insectis: & iidem *Stoici* (idem Cicero) *Dei majestatem usque* IV. Acad.
ad apium formicarumque perfectionem deducunt. Si perfectionem, etiam curationem. Benè & hoc Damascenus: Πρόνοια ἐστὶ βούλησις Θεοῦ, δι' ἣν πάντα τὰ ὄντα τῶν πρέπόντων διέξαγωγὴν λαμβάνει: *Providentia est divina voluntas sive sententia, per quam* OMNIA QVÆ SVNT *convenientem ordinem & regimen habent.* Itemque Alexandrinus ille Clemens: Ἔστιν ἡ πρόνοια ἰδία, καὶ δημοσία, καὶ παιδαγωγός: *Est Providentia* PRIVATIM *&* PVBLICE, *&* VBIQVE. Est & in actibus singulis singulorum, ut Lactantius: *Curat hominum vitam Deus, ac* SINGVLORVM ACTVS *animad-* De Ira,
vertit. Nonne ipsum hoc est, quod suprà nostræ partis c. XVI I.
Epictetus, *Te Deus nec in minimo fallo?* Atque hæc cum ita habeant, quidam Fortunæ omnia transcribunt: *neque* I. Quæst.
hæc, (ait Seneca) *intra vulgum dementia est, sed* in Præf.
Sapientiam quoque professos contingit. Sunt enim qui putent, sibi ipsis animum esse, & quidem providum ac dispensantem singula, & sua & aliena: hæc autem Universum, in quo nos quoque sumus, expers esse consilii, & aut ferri Temeritate quadam, aut Naturâ nescientе quid faciat. Errant hîc profectò, mi Seneca, etiam sapientiam professi: nec Epicurus ille solùm, cujus nota deliria, & qui de Beata illa Natura profatur:

Immortali ævo, summâ cum pace fruatur,
Semota à nostris rebus, sejunctaque longè.

longè semota, atque adeò extra Mundum etiam projecta. Non ille, inquam, solùm: sed quod miremur, Plinius, ille in plerisque Stoicus germanus. At hîc Lib. II.
quàm degenerat: *Irridendum,* inquit, *agere curam rerum* c. VII.
humanarum illud, quidquid est, Summum. Et causam addit: *An tam tristi atque multiplici ministerio non pollui credamus, dubitemusve?* Ne dubitemus quidem, Plini, adeò non credamus. Quid enim censes, humano more quodam agere & curare, sollicitum, districtum, distractum, iratum? Erras. ille cum summâ quiete, & placidè egitans, hæc agit: ἀμερίμνως (ait Clemens)

Digitized by Google

VII. Stoic. Ἐξ ἀδιαιρέτου, οὐ μεριζομένου εἰς τόπους ἐστὶν, πανταχοῦ δὲ ὅλου παντός, καὶ μεταβαίνοντος μὲν οὐδαμοῦ, ἀδιεχόμενον δὲ, ὅλον νοῦς, ὅλος φῶς, ὅλος ὀφθαλμὸς, πάντα ὁρῶν, πάντα ἀκούων, πάντα εἰδώς: *non divisus, aut distractus, non transiens è loco in alium, sed ubiq; semper existens, & nusquam circumscriptus, totus mens, totus lux, totus oculus, omnia videns, omnia audiens, omnia sciens.* Et quàm pronum tibi hæc credere, si vel eadem his verba tua attendisses? *Quisquis est Deus (si Mundo est alius) & quacumq; in parte, totus est sensus, totus visus, totus auditus.* Talem & tantum cùm facias, quid metuis, cum Epicuro aliquo, pollui aut fatigari? Et tamen à Sapientiâ cùm hoc dogma spernas, Prudentiæ transcribis, & ais: *Deos curam agere rerum humanarum, credi ex usu vitæ est.* Imò ex ratione est, quàm, ut alios omittam, te quoque teste princeps ingeniorum, Homerus agnovit. Ille quàm non sæpè, sed ubique eam adstruit? Alibi, de Iove:

Odyss. N. v. 213.

——— ἔστι καὶ ἄλλοις
Ἀνθρώποισι ἰδεῖν, ἠδ' τίνυται ὅστις ἁμάρτῃ:

——— *mortalia facta*
Mortalesq; videt, delinquentes quoq; punit.

Ecce inspectionem, ecce & animadversionem. Quin idem apud eum Iupiter effatur:

——— μέλουσί μοι, ἀμφὶ θυηπόλοι περ:
——— *habeo curæ & pereuntes.*

Non potuit longiùs penetrare in adyta Providentiæ, quàm ut diceret, tunc quoque cùm pereunt non negligi à Deo; sed bono aliquo fine perire, aut denique se disponente. Plura in illo sublimi poëta sunt, omitto: & Stoicis hoc testimonium à Tullio attribuo, *Rationem de Providentia deorum ab illis* SANCTISSIME ET PROVIDENTISSIME *esse constitutam.*

III. De Nat. deor.

DISSERT. XII.

E Providentiâ Fatum consequi. quid illud? & quomodo libertatem Deo non tollat.

EST ita. & gradum ab hac ad *Fatum* convenienter profero; quia illud ab ista est, & valdè cum eâ nexum, imò innexum. Itaque ab ipsis Stoicis confunduntur hæc sæpè: si tamen discerni placet, sic fiet. Ut Providentia in ipso Deo sit scientia, vel sententia omnium; hæc distinctiùs lex ipsa & decre-

Digitized by Google

tum singulis datum. Itaque à Deo est istud, magis quàm in ipso. Addo, quòd illa velut Proconsul est, qui decernit & statuit; istud, velut lictor, qui sententiam illam facto promit, & omnibus propalat. Ita Apuleius, ex sententia Platonis: *Fatum esse, per quod inevitabiles cogitationes Dei atque incepta complentur.* Nota, *cogitationes*: Ita enim *Primam Providentiam* (summi Dei) definiebant Platonici, ut esset τοῦ ἀρίστου Θεοῦ νόησις εἴτε βούλησις, *supremi Dei cogitatio sive voluntas. Secundam* autem volebant dici *secundorum Deorum, cælum permeantium, per quam inferiora & mortalia omnia dispensarentur, generi cuique sive speciei ipsi tuendæ & servandæ. Tertiam* denique, *quæ Genios circa terram tangit, humanorum actuum arbitros & custodes.* Ita per gradus distinguebant, & ad nos derivabant: ut *prima Providentia Fatum contineret; secunda, ipsa esset Fatum; tertia, quod ex Fato esset.* Plutarchum, sodes, vide libello huic proprio: & Apulejo, qui ista conformiter, sed breviùs, lucem ab eo mutuare. Nos ad Stoicos imus, tot discriminum incuriosos. Ab uno Deo ista omnia; imò confundunt sæpè cum Deo. Seneca: *Vis illum Fatum vocare; non errabis. hic est, ex quo suspensa sunt omnia,* CAUSSA CAUSSARUM. Optimè, optimè. ratione tamen & intelligentiâ distinguimus, ut sæpè dixi. *Lex* est à Deo. ut ipse Seneca: *Omnia certa, & in æternum dicta Lege decurrere*: id est, Fato. Cicero: Omnia *æternæ Legis imperio* fieri. Plato, Ἀνάγκης νόμον, *Adrastiæ Legem* dixit. An non & Pindarus intellexit, cùm νόμον πάντων, βασιλέα, θνητῶν τε καὶ ἀθανάτων ἔχει: *Legem omnium Reginam, mortalium immortaliumque esse*; puto, intellexit. Et certò jam Manilius:

Plut de Fato.

De Dogm. Platon.

II. Quæst. Natur.

Del rovid cap. v. x. de Rep.

Sed nihil in tota magis est mirabile mole, Lib. I.
Quàm RATIO, *& certis quòd* LEGIBUS *omnia parent.*

Habes Providentiam, quæ *Ratio* est; & ejus prolem, Fatum, *Legum* nomine dictam. Homerus pulcherrimè. βουλὴ Διὸς ἔστατim initio operis:

——— Διὸς δ' ἐτελείετο βουλή:
——— *Jovis est perfecta voluntas.*

sive potiùs, *consilium & decretum.* Atque ô divinum vatem! qui caput hoc Sapientiæ humanæ (ita mihi videtur) statim operi præscripsit, suæ indicem vel testem. Narrabo, inquit, & canam hæc atque ista: iras, bella, funera: sed jam nunc prædico & moneo, ab hominibus ista, sed ex Dei voluntate, administrata. Neque enim quæ vel fortuita putantur, ab hac lege secludimus: neque incidunt ea ipsa, sed veniunt. *Causa pendet ex caus-*

Digitized by Google

ſa, PRIVATA AC PVBLICA *Longus ordo rerum trahit.*
Sen. De Provid. cap. v. Sophocles * μάλα Σοφικλῆς, id eſt περιφῆς:

Ε'γὼ μὲν οὖν καὶ ταῦτα, κεἰ τῷ πανὶ σοφί
Φάσκουσι δ' ἐν ἀνθρώποισι μαχεσαῖ θεοὶ,
Οὐ τῷ ξυμπάσχειν τὸ γνώμης φίλαι,
Κεἰσῶ τ' ἐμεῖσα χρηστὰ καγὼ ταῦτ':

Ego quidem igitur iſta, & alia item omnia,
Accidere nobis cenſeam Fato Deûm.
Quod ſiquis hæc in mente non probat ſua,
Ille alia teneat & ſequatur; iſta ego.

* valdè Stoicè, id eſt, graviter. Ajace Flagell.

Sed aiebat Seneca *Longum ordinem rerum* eſſe: quid ita? quia *cauſſarum implexa ſeries eſt*, ut idem alibi: ſive ut Stoici, apud Laertium: ἀϊτία τ' ὄντων εἱρομένη: *cauſſa rerum implicata.* quia ſcilicet εἱρμὸς quidam eſt, & *nexus ac catena.* Id quo ſenſu dicant, Chryſippus apud Agellium explicet, ſeriâ definitione: *Εἱμαρμένην εἶναι, φυσικὴν σύνταξιν τῶν ὅλων, ἐξ ἀϊδίου τῶν ἑλίττων τοῖς ἑλιττομένοις ἐπακολουθοῦντων, ἀμεταβόλου καὶ ἀπαραβάτου τάξεως τοιαύτης συμπλοκῆς:* *Fatum eſſe, naturalem compoſitionem univerſorum, ab æterno, mutuò ſeſe conſequentium, immutabili & inviolabili hac complicatione.* Obſerva & ſcrutare. eſt *Naturalis compoſitio*: nempe rebus inſita à Communi & primâ illâ Naturâ, id eſt Deo: ideoque & *Naturam*, Fatum appellant. Sed quia (noſtro intellectu) *Ratione* quadam & diſcretione Deus hoc facit, & applicat; plurimùm *Rationem* (uti ipſam *Providentiam*) dicunt. Vt cùm definiunt, *Εἱμαρμένην λόγον, καθ' ὃν ὁ κόσμος διοικεῖται:* *Fatum, Rationem ſecundùm quam mundus adminiſtratur.* Itemque diffuſiùs: *λόγον, καθ' ὃν τὰ μὲν γεγόνοτα γέγονε, τὰ δὲ γινόμενα γίνεται, τὰ δὲ γησόμενα γενήσεται:* *Rationem, per quam facta, ſunt facta; fiunt, quæ fiunt; fient, quæ fient.* Et diſcernentes deinde à Providentiâ: *λόγον τὸν τῶν κόσμῳ ὑπ' αὐτοῦ διοικουμένων:* *Rationem eorum quæ in Mundo Providentiæ adminiſtrantur.* Anteriorem cauſſam hic vides, & iſtam ex eâ natam aut ſubſequentem. Sed additur in Stobæanis: *Μεταλαμβάνει δὲ ὁ λόγος, τὴν ἀληθείαν, τὴν αἰτίαν, τὴν φύσιν, τὴν ἀνάγκην:* *Mutat interim* (Chryſippus) *& pro Ratione ſupponit Veritatem, Cauſſam, Naturam, Neceſſitatem.* Ut ſit Fatum nempe *Veritas, Cauſſa, Natura, Neceſſitas* eorum quæ ſic fiunt. Sequebatur, *Ab æterno.* Ita. nam in Dei mente hæc conſtitutio, & cum Æterno illo æterna. De *complicatione immutabili* additur: quod ad ordinem ſeriemque cauſſarum facit. Prima illa cauſa (Deus) alias atque alias ſubſerit, miro & incomprehenſo nobis nexu: ſic, ut quæ Fato eveniunt evenire per Naturam & Rationem videantur. Hæc eſt

III. De Benef. Lib. VI. cap. II. Laërt. in Zen. In Stob. Phyſic.

illa

Digitized by Google

illa Sapientia inscrutabilis : *à quâ est omnis modus, omnis species, omnis ordo, mensura, numerus, pondus : à quâ est, quidquid naturaliter est, cujuscumque generis est, cujuscumque æstimationis est : à quâ sunt semina formarum, formæ seminum, motus semmum atque formarum.* Quid opus perissologiâ? à quâ est, quidquid est: Peccatum autem ab eâ non est, quia nec est. Pelagus hoc, mi Auditor, imò abyssus, imò chaos, si ingrederis: & sic se habere potiùs, quàm quomodo habeat, scimus. Est igitur *series & connexio*, atque ea immutabilis: quia ab immutabili Deo. Ideoque & *Necessitas* cohæret : quæ soror est, ut sic dicam, & gemella Fati. Trismegistus: Πάντα δὲ γίγνεται φύσει καὶ εἱμαρμένῃ, τῷ δὲ ἐν τούτῳ ἱερεῖς θεοῦ οὐσίαι θεοῦ εἰσὶ, αὐτοκίνητοι τοῦ ἐπουρανίου θεοῦ. Δύο δὲ ἐστὶν ὑποφυεῖς δυνάμεις, ἀνάγκη καὶ εἱμαρμένη: *Omnia Naturâ & Fato fiunt, nec est Locus vacuus à Providentiâ. Est autem Providentia, in se perfecta Ratio cælestis Dei Cui duæ sunt cognatæ facultates, Necessitas & Fatum.* Pulchrè distinguit, & has ex illâ deducit. Quid ergo? inquiunt, Necessariò hæc sic fiunt? & nec Deus mutat? nec Deus. Asper initiò sermo, sed examinatus, Stoicorum etiam vero sensu mitescit. Voces quidem aspernamur, quæ dicunt : Τὴν πεπρωμένην μοίραν ἀδύνατόν ἐστι φυγεῖν καὶ θεούς: *Destinatâ sortem nec* DEO FAS *effugere.* Item :

Δοῦλοι βασιλέων εἰσὶν, οἱ βασιλεῖς θεῶν,
Ὁ θεὸς ἀνάγκης :
Sunt regibus servi, rex servus est Deo,
Deus Necessitati.

Etiam noster doctor : *Eadem Necessitas & Deos alligat : irrevocabilis divina pariter atque humana cursus vehit. Ille ipse omnium conditor ac rector scripsit quidem Fata, sed sequitur.* SEMPER PARET, *semel jussit.* Hæc talia, parùm decorè ex dignitate Dei dicta : etsi, ut tetigi, interpretatione ad verum liquidumque deducas. Hoc enim volunt, semel statuta Deum non mutare.

Finxit in æternum caussas; quâ cuncta coërcet
Se quoque Lege tenens.

Non quia imbecillitas aliqua in Deo sit, aut Fatum dominetur : sed quia placuit ei ita fare Decreto. Nimirum (ut noster Seneca) *imminutio majestatis sit, & confessio erroris, mutanda fecisse. Necesse est ei eadem placere, cui nisi optima placere non possunt.* Dic mihi, nonne *vir bonus* (quatenus bonus) *non potest non facere, quod facit? non enim erit bonus, nisi fecerit.* Simile (si quid tamen simile) in Deo: qui ut Deus, nihil mavult, aut mutat. *Magnum hoc argumentum est firmæ voluntatis, ne mutare*

Augustin. v. De Civit. cap. xi.

Ad Ammonem.

Herodot. i.

Philemon

De Provid. cap. v.

Lucan. ii

1. Quæst. Natur.

Sen. vi. De Benef cap. xxi.

Digitized by Google

quidem posse. Quod si aliunde eveniret, aut cogeretur; sanè impotentia esset. at jam *non externa* DEOS *coguns, sed sua illis* IN LEGEM *æterna* VOLUNTAS *est.* Itaque
Ibid. cap. XXI. non possunt videri non posse, quia nec volunt. An tamen non ista servitus est? minimè. Seneca egregiè: *Nec Deus ob hoc minùs liber aut potens est: ipse enim est Necessitas sua.*
1. Quæst. Natur. Vides pium sensum: nec fortasse aliter (apud germanos Stoicos) in totâ istâ re Fati fuit. Quod Augustino etiam arbitro dicam, qui rejecto *Fato Astrologorum,* infert:
V. De Civit. c. VIII. *At qui omnium connexionem seriemque caussarum, quâ fit omne quod fit, Fati nomine appellant* (ii sunt nostri:) *non multum cum eis de verbi controversiâ certandum atque laborandum est: quandoquidem ipsum caussarum ordinem & quamdam connexionem,* SUMMI DEI *tribuunt* VOLUNTATI. Addit alia, & alibi ex ipso Senecâ approbat hanc eorum mentem esse.
Eod. lib. cap. IX.

DISSERT. XIII.

Objectiones contra Providentiam & Bonitatem Dei: *quæsitumque primò, Unde Naturalia mala?*

AUD. Attenta equidem aure jamdiu bibo: sed quid si animo non nihil renitenti alibi, aut assensum certè retinenti? Nam sunt in istis spinæ vel aculei, qui pungunt: & das mihi operam in evellendis? LIPS. Curiosum ingenium hîc asperner, ut rem dicam: & cum
Lib. II. Fid. Orth. ca. XXIX. Damasceno moneam, Πάντα θαυμάζειν, πάντα ἐπαινεῖν, πάντα ἀνεξετάστως ἀποδέχεσθαι τὰ τῆς θεότητος ἔργα, κἂν φαίνηται τοῖς ἀθλίοις, διὰ τὸ ἄγνωστον εἶναι καὶ ἀκατάληπτον τὸ θεοῦ πλῶ πρόνοιαν: *Omnia admirari, omnia laudare, omnia* SINE INQUISITIONE *suscipere Providentiæ opera; etiamsi multis injusta videantur. quia scilicet ignota est, imò* COMPREHENDI *nobis* IMPOTENS *divina Providentia.* Audin' hoc, & tutius sanctiusque sic esse? Alioqui pelagus est, ut dixi: & cymbulam ingenii si immittis; fluctuabit, aut merget. AUD. Curiosam inquisitionem tecum abdico: sed quæ prima fronte omnibus occurrunt & obturbant, quæ culpa sit me attigisse, te reiecisse? Neque enim alio fine quæro: & favebo equidem Dei caussam agenti. Dic igitur, sodes. si à Providentia & à Deo omnia bona: unde Monstra, unde Venena, & Noxæ in isto orbe sunt? Unde in nobisipsis interna hæc verè mala, & Vitia ac pestes animorum? quis genuit,

nuit, quis sustinuit & servavit? Denique in ipsâ gubernatione, quanta iniquitas apparet? cùm boni tolluntur; aut premuntur; mali vivunt, vigent: & præmia ac pœnæ injustâ plurimùm lance pensantur. Hæc quantumvis sedatum ingenium excitent, compositum turbent: utique sic in oculos sensusque incurrentia, & cottidianis exemplis prompta. Removo obsecro, quamvis levi manu: & quod iterùm testor, pronum ad fidem me habe & sequentem. LIPS. Vetera moves, remota pleraque aliis, & * alibi ipsi mihi; certè in parte. Nunc tamen ordine, quia valdè vis, faciam: sed compendio, quà potest, & ut dicta non iterem, quod odi. Tria visus objicere Bonitati & Providentiæ, *Naturalia* mala, *Interna*, & *Externa*. *Naturalia*, quæ primò & per se à Naturâ videntur; eaque duplicia, *Rara* & *Vulgata*. *Rara*, quæ non viâ solitâ, nec semper, sed ob causam eveniunt: ideoque *Monstra* aut *Prodigia* vocamus. Ea ferè sunt, in *Excessu*, *Defectu*, *Mixtione*, *Modo*. *Excessu*, ut homo biceps, quadrimanus, tripes. *Defectu*, ut Unipes aut Unimanus. *Mixtione*, ut Homo porcino capite, Vitulus humano. *Modo*, sive in Magnitudine & mensurâ, magnâ nimis, sive parvâ: ut Gygas, ut Nanus; sive etiam in *Situ* membrorum partiumque, ut Caput in femore, Oculi in pectore: & uno verbo, quidquid extra communem ordinem legemque profertur. At *Vulgata* sunt, quæ semper & sua indole talia: & facta nataque videntur in malum aut noxam, ut sunt Serpentes, Feræ quædam, Venena, & quæ ejus sortis occurrunt. Hæc objicis, & jam olim alii: breviter & leviter refutamus. Primùm de *Ratis*: fatemur ea contra, aut præter, Particularem cujusque generis naturam esse, sed non contra Communem. Aristoteles: Ἔστι γὰρ τὸ τέρας τῶν παρὰ φύσιν, παρὰ φύσιν δὲ ἅπαν, ἀλλὰ τὸ ὡς ἐπὶ πολύ. παρὰ γὰρ τὸν ἀεὶ, οὐ τὸν ἐξ ἀνάγκης, ἀεὶ γίνεται παρὰ φύσιν: *Monstrum est aliquid præter Naturam, sed omnem, illam tantùm quæ solens & usitata est. Nam præter illam Sempiternam, & quæ ex Necessitate est, nihil omnino fit.* Hoc dicit, respectu cujusque speciei, Homo aut Vitulus talis, Monstrum & Malum videtur: Communem illam si adspicis, & Deum, non est, imò velut lusus aliquis ejus aut oblectamentum. Itaque ille idem scriptor hos appellat Naturæ quasdam παρεκβάσεις, *exerrationes* aut *excessus*: non aliter quàm in longo magnoque cursu, extra lineam leviter, nec indecorè, licet transilire. Et causas tamen hæc suas habent, faciles indagari: à Materie nimiâ, aut paucâ; sic aut sic dispositâ; à Gignentium adfectione aut habitu, in opere

* *De Consolat.*

IV. *De Generat. Animal.*

Digitized by Google

aut post opus. Plura sunt, non hîc inquirenda: sed Universum si spectes, mala aut fœda hæc negamus, imò in ornatum esse, & plenis perfectisque illis magis adgnoscendis. De *Vulgaris* autem, scio apud Ciceronem esse qui inclamet: *Cur omnia nostri causſa Deus cùm fecerit, tantam vim natricum viperarumque fecit? cur mortifera multa, multa perniciosa, terrâ marique dispersit?* E Sacris nostris prompta erat responsio: te faciente, ô homo, fecit. In primâ origine hæc omnia sine noxâ erant, nobis obnoxia: in Deum surrexisti, communem conditorem: ergo illa etiam in te, ut vindicatura, & à primâ suâ naturâ demutarunt. Sed pro communi etiam Philosophiâ hoc licet dicere: ista tam diversa, tam varia, facere & requiri ad ornatum perfectionemque magni Mundi. Mundi? etiam ad Dei potentiam sapientiamque notificandam. Potes tu illas Araneorum subtiles & intextas telas intueri, sine admiratione conditoris? potes viperæ colores, volumina, indolem? potes vel molestum illum & susurronem culicem, sine ipso hoc cogitationis fructu? At enim, ajebat, *nostri causſa Deus hæc fecit*: contrà nunc est, & nocent. Nostri? secundariò quidem, sed primùm, suâ. Gloriæ ejus hæc serviunt, mundo toti serviunt: nec solius hominis adspectum haberi, verecundè quidem petas. Tamen an non & ista humanis usibus se præbent? Omitto, quòd imperium in hæc tam aspera, & calidè nocentia, exercemus, & cuncta à natura nos fugiunt: sed vim etiam & usum occultum habere, prior & hæc ætas docuit, ac postera docebit. Ne stultè & properè damna: sed, ut Naturæ quidam peritus venator, indaga magis & inquire. Augustinus eò vocat: *Divina*, inquit, *nos admonet Providentia, non* RES INSIPIENTER VITUPERARE, *sed* UTILITATEM *rerum diligenter* INQUIRERE: *& ubi nostrum ingenium vel infirmitas deficit, ibi credere occulta: sicut alia, qua vix potuimus invenire. Atque hæc ipsa aut* HUMILITATIS EXERCITATIO *est, aut* ELATIONIS ATTRITIO. Pulcherrima clausula. quid vis ô homo? stuporem tuum divinæ Sapientiæ opponere? quidquid non capis, carpere? Demitte & inclina te potiùs: & scito arcana hæc Naturæ adyta, magno illi Pontifici adeunda tantùm: fortasse minoribus etiam sacerdotibus, id est Geniis, haud semper aperta. Quid nobis profanis? caligamus, & in primam illam Causſam frustrà oculos immittamus.

IV. Acad.

XI. De Civit. cap. XXII.

DIS-

Digitized by Google

DISSERT. XIV.

Secundò quæsitum, Vnde Interna mala, id est Peccata? Stoicos etiam à Fato & Deo removere: & quomodo.

SED *Naturalia* hæc in parvo sunt, nec nisi obstreperi opponant: *Interna*, id est verè Mala, magis angunt. Peccata & scelera sunt, fuerunt, & erunt: unde ea, si non ab omnium factore? Quin & Plutarchus Chrysippo objicit, dixisse: *nullam esse intemperantiam, nullam fraudem, cujus non sit Jupiter architectus.* Sed hæc vanè objici, & à parte non a judice dici, ex ipso Chrysippo liquet. Palàm ille detestatur: *& ad eos se applicat potiùs* (ait Cicero) *qui necessitate motus animos liberatos volunt.* Apud Ciceronem, sed & Agellium, excerpta etiam sunt eorum, quæ Chrysippus pro hac sententiâ scripsit: in adfirmatione certa, in explicatione involuta. Cicero ait, Causas eum distinguere *Perfectas & Principales*, aliasque *Adjuvantes & Proximas.* Secundùm illas igitur, principium quidem motus & actionis dari; sed talis talisque motus, à causis Proximis, id est à Voluntate & nobis. *Ut*, inquit, *qui cylindrum protrusit, dedit ei principium motus, volubilitatem autem non dedit: sic visum objectum imprimet in animo suam speciem, assensio autem erit in nostra potestate: eaque, quem admodum in cylindro dictum est, extrinsecus pulsa, quod reliquum est, suapte vi & natura movebitur.* Sed quod in *Viso* Cicero dicit, & hæret, parùm pro interiore ipsâ re videtur: & credo plura addidisse, quæ ævo exciderunt. Agellius magis accedit aut init, nisi fallor: & Chrysippea hæc sic compendio refert, hausta è libris ejus De *Providentia*, qui utinam exstarent! etsi nec Laërtius eorum meminit, notabili in hac parte defectu. Sic, inquam, refert: *Quamquam ita sit, inquit Chrysippus, ut ratione quadam principali necessario coacta atque connexa Fato sint omnia; ingenia tamen ipsa mentium nostrarum proinde sunt Fato obnoxia, ut* PROPRIETAS *eorum est ipsa &* QUALITAS. *Nam si sint* PER NATURAM *primitùs salubriter utiliterque facta, omnem illam vim quæ* EXTRINSECUS *ingruit, inoffensiùs tractabiliusque tramittunt. Sin verò sunt aspera, & insecta, & rudia, nullisque artium bonarum adminiculis fulta; etiamsi parvo, sive nullo, Fatalis incommodi conflictu urgeantur,* SUA *tamen* SCÆVITATE *&* VOLUNTARIO IMPETU *in assidua* DELICTA *&* ERRO-

De Fato. Cicero ibid. Lib. VI. cap. II.

Digitized by Google

RES *ruunt. Idque ipsum, ut ea ratione fiat,* NATVRALIS *illa, & necessaria, rerum consequentia efficit, quæ Fatum vocatur. Est enim genere ipso quasi fatale & consequens, ut malo ingenia peccatis & erroribus non vacent.* Additque ipsum illud exemplum, sive imaginem, de cylindro. Hæc si benè examinas, signatè ab illo & εἱρμῶς scripta: hoc colligas Chrysippum Fatũ in caussis primis constituere, ut qui talis & talis à naturâ & ingenio suo est, talia faciat excipiatque: qui alius, alia. Sed ipsum illud sic facere, à voluntate sit, quam tamen bonitas aut scævitas naturæ huc illuc inclinat. Ut lignum illud rotundum, sive turben, in pronum labatur suopte ingenio; quadrum non item, & resistat. Et addebat amplius, non debere *ferri audsirique homines aut nequam, aut ignavos, & nocentes, & audaces; qui cùm in culpa & maleficio revicti sunt, perfugiunt ad Fati necessitatem, tamquam in aliquod asylum: & quæ pessimè fecerunt, ea non* SVÆ TEMERITATI, *sed Fato attribuenda esse dicunt.* Hæc ex illo: ipsum, uti dixi & itero, utinam legisse fas nobis sit! Sed hæc non aliò (mihi quidem) videntur ire: quàm per NATVRAM, sine Deum (quæ prima caussa est) homines alios aliter factos, ideoque ad bona aut mala inclinare; sed tamen caussas illas primas & insitas temperari aut flecti leviter à VOLVNTATE posse, quæ inter proximas juvantesque censetur. Cùm ergo inclinamus; aut præmium nobis jure esse, si ad Bona; aut pœnam, si ad Mala. Manilius his interpres, aut adsertor. Omnia, inquit, Fato eveniunt:

Lib. IV.

Nec tamen hæc ratio facinus defendere pergit,
Virtutemve suis fraudare in præmia donis.
Nam neq; mortiferas quisquam minùs oderit herbas,
Quòd non arbitrio veniunt, sed semine certo:
Gratia nec levior tribuetur dulcibus esculis,
Quòd NATURA *dedit fruges, non ulla* VOLUNTAS,
Sic hominum menti tanto sit gloria major,
Quòd cælo gaudente venit: rursusque nocentes
Oderimus magis IN POENAM CULPAMQ. CREATOS.

Satis aperire mihi Stoicorum mentem germanus Stoicus videtur: etsi nimis fortasse ad fatalia sua astra nos ligat. Sed heus Chrysippe, si à Naturâ hæc constitutio aut devergium: Deum à malo quî excusas? quomodo non ille *Naturæ* auctor, atque ipsa Natura, malum malosque genuit, si tales fecit? Hoc caput est, & arx, ut sic dicam, caussæ, nunc adeunda & occu-

Digitized by Google

occupanda. Aio Stoicos Mali principium non in Deo, sed in Materia (quæ tamen Deo, ut ipsi aliique voluerunt, ævo æqualis, & æterna) in Materia, inquam, constituisse. Itaque cùm Deus homines aliaque faceret, omnia bona & in bonum finxisse: sed repugnantem aliquam vim & malitiosam in illa fuisse, atque esse, quæ aliò traheret: atque hinc *Interna*, atque etiam *Externa*, mala exstitisse. Valdè notabile, & vetus dogma: inter religionis etiam nostræ proceres decertatum. De Stoicis, Seneca apertè dixerit: *Utrum Deus quod vult efficiat, an in multis rebus illum tractanda destituant:* 1. Quæst. Natural. in Præf. *& à magno artifice* FORMENTUR PRAVA *multa, non quia cessat ars, sed quia* IDIN QUO EXERCETUR (Materia) *inobsequens artis est.* Nota, Materiam *inobsequentem*, & ab ea *Prava* esse. Plato sæpè hæc tangit, & huc transit: ut cum dixit Materiam, aut in ea Τοχλὼ, ἄτακτον, καὶ κακοποιόν: *Animam, incompositam & mali auctorem, sive maleficam.* iterumque: συμπαν καὶ ἀντίπαλον τῇ ἀγαθουργῷ φύσει: *adversariam & rebellem Beneficæ Naturæ*, id est Deo. Animam sive Vim in Materia dicit: neque enim ipsam per se vult malam, sed latens in ea aliquid, quod in generatione se exserit & promit. Imò duas *Mundi animas ab eo statui, natu jam grandiore, in Libris de Legibus*; *& cum diu fluctuasset, Beneficam ac Maleficam*; Plutarchus est auctor. Non abit ab hoc sensu etiam Trismegistus: De Isidè & Osir. Cap. XIV. Αὐτὸς τοῦ ποιοῦσθαι οὐδὲν κακὸν, οὐδ' αἰσχρὸν νομίζομαι. διὰ τοῦτο γάρ ἐστι διὰ παθητὰ καὶ τῇ φθορᾷ συνεπόμενα, ὥσπερ ἰὸς τοῦ χαλκοῦ, καὶ ὁ ἰὸς τοῦ σώματος: *Ipsi factori Deo nullum malum aut turpe adsignandum. nam hæ sunt affectiones generationis aßeclæ, sicut ærugo æris, sordes corporis.* Paria Tyrius etiam Maximus, inter Platonicos. Sermone huic argumento. Verba hæc pauca ejus habe: Καθάπερ οὖν ἐν ταῖς τῶν τεχνῶν χειρουργίαις, τὰ μὲν ἐκ τέχνης συντελούμενα δρᾷ, τοῦ καλοῦ ὀμοῦ τῇ τέλους, τὰ δὲ ἔπεται τῇ χειρουργίᾳ, ἐκ τέχνης ὄντα, ἀλλ' ὕλης πάθη, ἀτιμώρητος ἐξ ἄκμονος, καὶ ἐκ βαύκου σιδηρᾶς, καὶ ἄλλο ἐξ ἄλλης πάθος, ἀναγκαῖον μὲν τῇ χρήσει, οὐ συντελούμενον δὲ τοῦ τεχνίτου· ὅτως καὶ περὶ γῆν πάθη γίνεται, καλοῦμεν καὶ κακὰ ἀνθρωπίνων ἐμβολάς, οὐδὲ αἰτιατὸν καὶ αἰσχρὸν καὶ τὸν τέχνην, εἶναι δὲ ταῦτα τῆς ὅλου δημιουργίας ὥσπερ τινας ἰατρείας καὶ ἀναγκαίας φύσεις: Serm. XXV. *sicut in opificio manualium artium, aliud ipsa ars ex professo facit, intendens operis sui finem; alia consequuntur opificio, non artis opera, sed materiæ affectus (ut scintillæ ex incude silientes, ut fuligo è fornace, & aliud ex alia materia) quæ necessariò adhærent operæ, nec tamen artificis proposito: tale nimirum in his quæ circa terram eveniunt, quæqs incur-*

Digitized by Google

cursus humanorũ malorũ vocamus. In quibus innoxiã &
inculpatã artẽ censendũ, sed esse hæc Fabricæ totius Univer
si velut necessarias quasdam & consequentes naturas. Qu
ad *Externa* etiam aut *Naturalia* mala ex mente ejus ducas
De Provid. cap. 1. sicut & Senecæ ista: *Quare tamẽ Deus tam iniquus in di*
stributione Fatis fuit, ut bonis viris paupertatem, vulnera, &
acerba funera adscriberet? NON POTEST ARTIFEX MUTA-
RE MATERIAM. *hæc passa est.* Itaque, ut addit, languida &
ignava ingenia *inertibus nectuntur elementis; ut efficatur*
vir cũ curâ dicendus, FORTIORE FATO *opus est.* Neq; abnuit
in principiis Fati aliquid esse, id est in naturâ ipsa sing-
larum rerum quod huc aut illuc ducat: sed in malum,
Materie sic affectâ. Vetus, ut dixi, hoc dogma: & an no
Euseb. De Præpar. lib. XIV. Pythagoræ etiam? cujus illud traditur: *Τῶν ἀρχῶν τὴν μὲν*
μονάδα, θεὸν, καὶ τὸ ἀγαθόν· τὴν δὲ ἀόριστον δυάδα, καὶ δαίμονα
καὶ τὸ κακὸν εἶδε ἤτοι τὴν ὕλικὴν πλάθος: *Principiorum al*
terum esse Unionem, id est Deum & Bonum: alterum infi
nitum Binionem, id est Dæmonum, & Malum, circa quam
Materialis multitudo est. Sed & prisci aliquot in Eccles
nostrâ, sive extra eam, tenuerunt. ut Hermognes, Te
Cap. X. & alibi. tulliano oppugnatus: qui (ut hujus verba sunt) *Materiam*
æternam cum Creatore proponebat, ut Malum à Materia
non à Creatore deduceret. Oppugnavit & Maximus libell
ut apparet, docto & arguto: cujus magna lacinia Euse
De Præparat. Evang. lib. VII. cap. ult. bianæ vesti est inserta: & digna videri. Tangit hanc sen
tentiam & Arnobius, eruditus ille Afer; sed parùm for
titer rejicit, imò propior videtur adhærenti. Scribi
Lib. I. alibi: *Quid si prima Materies, quæ in quattuor rerum*
elementa digesta est, MISERARUM CAUSSAS *suis commi*
irritationibus involutas? Ita enim prisca lectio, ante
habenda editæ, *in rotationibus*: quia significat, aliquid
eâ esse occultum, quod mala provocet & irritet. S
quid tamen mutandum, *in rationibus* magis vellem
Hoc ibi, velut adsentiens: sed alibi spernit, & im
pugnat. *Mala ergo, dicitis, unde hæc omnia?* *Ex el*
mentis, inquiunt, & ex eorum inæqualitate, sapientes
Lib. II. *Quod quî fieri posset, ut quæ sensum & judicium non ha*
bent, malitiosa esse perhibeantur & noxia; aut non potiu
ille sit malitiosus & noxius, qui res pessimas, & nocen
tissimas futuras, in alicujus operis assumpsit affectum; e
rum est, qui adserunt, pervidere. Benè, dico, impu
gnat. quomodo enim bruta & insensa Materia sic pr
va? viditque Plato, & fugit: qui *Vim* in eâ & *Anima*
maleficam ponit. Tamen iterùm Arnobius judicium
se abdicat, & alibi fatetur liberè, Non liquêre. Qu
ergo nos? inquit: *malæ unde? Responsionis necessitas nu*
e

Digitized by Google

est. sive enim possumus dicere, sive minus valemus nec possumus: utrumque apud nos parum est: nec in magnis ponderibus duximus vel ignorare istud, vel scire, unum solum posuisse contenti: Nihil à Deo principe, quod sit nocens atque exitiabile, proficisci. Vides fluctuationem ejus in Mali causâ: assertionem tamen Boni semper & solùm Dei. Eodem libro.

DISSERT. XV.

Alia responsio nostra, & firmior, super istis. Distincta Mala Supplicii & Delicti: & quibusque suus auctor assignatus.

QUANTO autem clariùs hæc gentilis ejus, & ævo paullò anterior, Tertullianus ô magnum Ecclesiæ lumen, nisi caduca stella fuisset! Is distinctè admodum objectiunculis & Gentilium, & Hæreticorum, respondet, quorum adsidua ista, Unde mala Interna, aut Externa? Et Marcion ille famosus, ut elideret, duos Deos inducebat, Bonum & Malum: & utrumque, talium auctorem. Quod sumptum à Magis Chaldæorum aliquis dicat: quorum fuit, * *Duo principia rerum esse, Bonum Dæmonem, & Malum: quorum ille Jupiter sive Oromasdes, illorum lingua; iste Pluto, sive Arimanius diceretur.* Ab illis, inquam, propiùs & viciniùs hoc sumpserit, quàm à Stoicis; qui Materiam caussam Mali, sed non Deum, faciebant. Sed ad rem. in illum ita scribit: *Mala dicuntur, & Delicta, & Supplicia. Sed adhibitâ distinctione utriusque formæ, separatis malis Delicti & malis Supplicii, malis Culpæ & malis Pœnæ; suum cuique parti definimus auctorem. Malorum quidem Peccati & Culpæ, Diabolum; malorum vero Supplicii & Pœnæ, Deum creatorem. Ut illa pars, Malitiæ deputetur; ista, Iustitiæ, mala condentis judicia, adversus mala Delicti.* Optimè. Mala culpæ, verè mala, non sunt à Deo; mala pœnæ, dictione & opinione mala sunt (audacter dicimus) ab illo. Damascenum audi, Græcum Afro congruentem: *Duplicitur Malum dicitur. Naturâ, quod virtuti adversatur, & divinæ voluntati. Opinione, quod sensu nostro tale est: ut sunt calamitates, & adflictiones. Nam hæc in* SPECIE MALA, RE BONA *sunt, sapientibus conversionis & salutis caussa.* Addit deinde scitum corollarium: Γ'νοιο δὲ, ὅτι τῶν ἡμῖν ἄπιστ. Τῶν δὲ ἐκθεσίων

* Vide Plutarch. de Isid. & Osirid. Laërt. in Præfat. aliique. Lib. II. cap. XIV.

Lib. IV. cap. XX.

Digitized by Google

ἰχνεύειν κακὸν τὰ ἀκάκητα εἶναι ἔκγονα : *Sciendum, quòd & horum nos cauſſæ ſimus. Nam malorũ quæ à voluntate ſunt, hæc quæ contra eam, ſunt proles.* Quid poteſt verius aptiuſque? Externa mala tu accuſas? te potiùs & interna tua, quibus hæc provocaſti, & (illius metaphorâ) procreaſti. Ante ſanctum virum, quàm ſapienter hoc magnus ille Homerus? Apud quem Jupiter:

Odyſſ. α. Ὦ πόπoι, οἷον δή νυ θεοὺς βροτοὶ αἰτιόωνται.
Ἐξ ἡμέων γάρ φασι κακὰ ἰμμεναι, οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ
Σφῇσιν ἀτασθαλίῃσιν ὑπὲρ μόρον ἄλγε' ἔχουσιν:
Vah: quàm nunc homines injuſtè numina culpant!
Ex nobis namque eſſe mala ajunt, at ſibi ipſi
Nequitiâ propriâ, præter Fatum, mala gignunt.

Potuiſſe aliquem profundum hoc Providentiæ penetrare, ſi non à cæleſti aura provectum? *profectò* fuit. Stulti, inquit, mortales Deum inſcribunt cladibus auctorem: ſeſe debent. Non enim ille, niſi ob proprias eorum culpas, hæc immittit; nec Fato ſimpliciter, niſi adtexta cauſſę talis, deſtinavit. Punit, ſed quia peccarunt. Nexa hæc ſunt: & ideò Zeno noſter olim, ſervo in furto deprehenſo, cùm caſtigaret, atque ille reclamaret, *Fatale mihi erat furari: Et cædi, inquit.* Igitur non hęc Mala, ſed Opinione tantùm, ſive ut Seneca, *Specie.* Ita enim alibi: *Dii nec dant malum, nec habent: ceterùm ca-*
Epiſt. xcv. *ſtigant quoſdam, & coërcent, & irrogant pœnas, & aliquando* SPECIE MALI *puniunt.* Jam hæc capis, & adſentiris? AVD. Capio, adſentior: nec vel jus eſt in hos teſtes refragari. Tamen explicatiùs, quæſo, Malorum culpæ da auctorem. *Diabolum*, ajebas ex Tertulliano. Sed quid? an non & hunc Deus fecit? ergo malum, & mala. LIPS. Reſpondeo. Diabolum auctorem *ſui ſibi* mali fuiſſe, noſtri ſuaſorem. Quomodo? nam Deus hunc quoque bonum fecit primitus, ſed liberi ſui arbitrii & ſpontis: elegit autem malus eſſe. Itaque ſiquæris, Unde malum? cum Damaſceno dicam, Τῆς αὐτεξουσίου γνώμης
Lib. IV. cap. XXI. τῷ ἀφέλει εὑρεμα: *Spontaneæ* VOLVNTATIS *Diaboli inventum.* Ipſe ſibi, & ex ſe, fecit: ſi eo verbo in re nihili eſt utendum. Malum enim non eſt aliquid *quod Eſt*; haud magis quàm Tenebræ aut Cæcitas ſed dumtaxat privatio & deliquium boni. Et ind aptiſſima vece Latini *Delictum* dicunt. Ergo non pr priè dixerim *Factum*, aut *Productum*: magis admiſſu & inductum: ſicut luci tenebræ, Soli nox ſucc dit. Creationem igitur non quære: cauſſam pote atque ea eſt Voluntas. Auguſtinus ſubtiliter, ut ſ

Digitized by Google

let : *Mala voluntas est efficiens operis mali ; malæ autem Voluntatis efficiens, est* NIHIL. Iterumque : *Nemo quærat efficientem malæ Voluntatis. non enim est Efficiens, sed Deficiens : quia nec illa* EFFECTIO *est, sed* DEFECTIO. Tenebras nemo videt. silentium nemo audit : intelliguntur absentiâ contrariorum, quæ sunt. ita hîc, quod Malum est, non vides, neque propriè subsistit : neque omnino, ut verbo dicam, est. Ecce in exemplo. Formicatio actus est, & malus : subsistit & est aliquid, sed eâ parte non malus, quâ est amor, conjunctio, actio : eâ tantùm, quâ præter aut contra Deum ejusque legem exercetur. Itaque initium habet, Boni absentiam ; auctorem, Voluntatem ; incitatorem, Diabolum. Heu subtilia, & nostræ Theologiæ ! inquies. Sunt, & non sunt, nam & Plato, & Platonici sic adstruxerunt. Ille alibi, in oratione Lachetis: Lib. x De Rep.

Ἀρετὴ δὲ ἀδέσποτον. ὧ πολλῷ καὶ ἀπομάζων, πλέον καὶ ἔλαττον αὐτῆ ἔνεστιν ἕξει. αἰτία ἑλομένου· θεὸς ἀναίτιος : *Virtus dominum non habet, libera est. quam ut quisque colit aut negligit, plus minúsve ex ea habebit.* CAUSSA ELIGENTIS : DEUS *autem* EXTRA CULPAM. In arbitrio & voluntate utrumque est nostrâ, Vitus Vitiumque :

καὶ τὴν μοχθηρίαν (ait Tyrius Maximus) ἡ τῆ ψυχῆς ἐξουσία κυίσκει καὶ τῆ πλησφορεῖ : *& Malitiam libertas animæ & parturit, & parit.* Satis jam dedi Deum non auctorem: & cum Platone hoc claudimus: Ὁ θεὸς καὶ πάντα καὶ θεοῦ, πάντη ἄριστα ἔχει *Deus, & omnia quæ à Deo, semper & ubique* OPTIME *habent.* Iam Imæo.

DISSERT. XVI.

Tertiò quæsitum de Malis Externis: & responsum. Videri etiam minima illorum à Deo esse.

AUD. Et satis accepi equidem : sed de *Externis* malis levi sermone, & ut transiens, libasti. Non tanti sunt ? Atqui, Deus bone, quàm culpant ? Poëtæ Oratores, ipsi Philosophi inclamant, & ab hoc adspectu non Providentiam tantùm, sed Deum pænè tollunt. Juvenis aliquis obiit ? vir bonus, & vita dignus, obiit ? audi voces. XII. De Civit. cap. VI. Cap. VI.

——*ignoscite fasso*,
Sollicitor nullos esse putare Deos. Ovid. Symmachi lib. VIII.

Alterius : *Convalescæ, ne optimi Senatoris longa vexatio faciat fidem, Nihil curare cælestes.* Quid mulierecula, quæ è sepul-

sepulchro clamat? PROCOPE MANUS LEVO CONTRA DEUM, QUI ME INNOCENTEM CITO SUSTULIT. Quid ergo? melius erat *nocentem*? Iterùm alius: *Hæc maxima versatur Deorum iniquitas, quod optimum quemque non sinunt diutius.* Jam ubi boni jacent, mali florent & vigent: quot querelæ?

Quadrigar.

Marmoreo Licinus tumulo jacet, at Cato parvo,
Pompejus nullo: credimus esse Deos?

Jason ad Medeam, in scelere felicem:

Testare nullos esse, quà veheris, Deos.

sen. in Med.

Alius Tragicus:

Τολμᾶ κατειπεῖν, μή ποθ' ὑπ' οὐκ ὄντων θεῶν,
Καιρὸν δ' ὀτυχοῦντες ἐπαλλήλους μ' ἔχει:

Audeo profari: Suntne vel regnant Dei?
Namque improborum me attonat felicitas.

Iterùm poëta:

Manil. IV.

Quinetiam in felix Virtus, & noxia felix;
Et malè consultis pretium est, Prudentia fallit:
Nec Fortuna probat causas, sequiturque merentes;
Sed vaga per cunctos, nullo discrimine, fertur.

Feratur: quid deinde infertur?

——jamiam neque Dii regunt,
Neque profecto Deûm summus rex omnibus curat.

Non sit finis ejusmodi sermonum: quos impios scio, & exspuo: sed cogitationum umbras istas quis potest statim & fortiter pellere, nisi Ratione munitus? quam à te exspecto. LIPS. Ego verò transivi, ut ais, & attigi: quid enim opus dicta mihi aut aliis iterare? Olim in *Constantia* satis ostendi causas suas & justitiam hæc omnia habere, quæ in prima fronte alienissima ab eâ videntur. Quid ipse noster Seneca, nònne *proprio libello Providentiam* satis asseruit contra ejusmodi vellicationes aut morsus? Et pleræque istæ Affectuum voces sunt, non Judiciorum. Matrem tu illam audies, ut ratione loquentem, quæ amisso filio,

Atque Deos, atque astra vocat crudelia?

audies, sed ut matrem. Tale in aliis, qui de immatura aliqua morte queruntur: in qua sensus & rationis compotes gratulari & gaudere debebant. Nugatoria hæc sunt. At floret & dives est aliquis malus. Magnum! habeat sibi, in curam, angorem, ruinam. Pauper, bonus. Quid mali? nisi iis qui *hæc sola mala autumant, quæ non faciunt malos: & magis erubescunt* (ab Augustino mutuor) *si Villam malam habeant, quàm Vitam.* Alibi distinctiùs de caussis diximus: sed semel nunc & universè

III. De Civit cap. 1.

Digitized by Google

verſè, in iſtis omnibus opinione Malis, aut Punit Deus, aut Exercet. Punit malos aut junctos malis: exercet ſuos & firmat. Junctos dixi. nam ſæpè contagione quadam, ut mali bonorum, ſic boni malorum conſortes fiunt, utrique ob utroſque. Nec Homerus hoc neſcivit: qui de Græcis adflictis cauſſam reddit,

——ἐπεὶ οὐ νόμφιν, οὐδὲ δίκῃσι πάντες ἔσαν: Odyſſ. γ.
——*quia nec ſapientes, ſed neque juſti*
Omnes vivebant.

Audis, *omnes*? ob mixtos malos, malè fit igitur & probis: ſed ob probum aliquem finem. Auguſtinus: *Juſtis quidquid malorum irrogatur, non eſt* POENA *crimini, ſed virtutis* EXAMEN. Stringo, etſi in lato ad curſum campo: alia nos vocant. AUD. Ego tamen leviter teneo, aut tuus Seneca: hunc audi, & te indulge. Ille verò in his *Externis* non agnoſcere aut approbare Providentiam videtur: certè non ſemper. Verba ejus perpendenda: *Deos eſſe, qui* VNIVERSA *vi ſua temperant, qui humani* GENERIS *tutelam gerunt,* INTERDVM *curioſi* SINGVLORUM. Scis eum verba benè librata dare: quid hoc eſt, Deos *Univerſa* curare; *Generis* totius humani tutelam gerere, etiam *Singulorum*, ſed *Interdum*? Quid, inquam, niſi interdum neglegi & ſeponi? Conſequitur, quoquò te vertas: necaliud in mente ſenſit. Eſt nempe hoc quod Balbus ille Stoicus apud Tullium adfirmat, *Deum ſingulos homines curare*: ſed cum exceptione, quam addit: *Nec verò hoc ita refellendum eſt, ut ſi ſegetibus aut vineis cujuſpiam tempeſtas nocuerit, aut ſiquid è* VITÆ COMMODIS *caſus abſtulerit; eum, cui quid horum acciderit, aut invifum Deo, aut neglectum à Deo judicemus.* MAGNA DII CVRANT, PARVA NEGLIGVNT. *magnis autem viris proſperè eveniunt ſemper omnes res: ſiquidem ſatis à noſtris* (Stoicis) *& à principe Philoſophorum Socrate dictum eſt, de ubertatibus Virtutis & copiis.* Hæc illuc eunt, ut Deus inſuper habeat, & quaſi conniveat, dentur Externa, non dentur ſingulis, Bona ſive Mala: & ſatis, ſi Virtus adſit; in quâ unâ Felicitas & beatæ vitæ ſumma. Et Cotta in refellendo, prorſus hoc apprehendit *Singulos non curari* ſemper à Diis, ex Stoicorum ſenſu: in hac, dico, Externorum parte. Ubi ergo, Lipſi, Providentia tua omnium & ſingulorum? LIPS. Immota, nec hic Auſtellus turbarit. Seneca, & alii, aliquid vacillant; ſed non ut neſciri iſta à Deo faciant (non opinor) ſed patiente eo, & velut connivente evenire. In Materiâ hæc inſita erant, ut dictum eſt. Ideoque quadamtenus à Providentiæ lege exempt:

IV. De Civit. cap. III.

Epiſt. XCV.

II. De Natur. Deor.

Lib. III. extremo.

Digitized by Google

pta: si ita accipis, ut nolis immitti ea, sed permitti. Non aliud hìc video: imò illud video, Senecam toto libello *De Providentia* huic neglectui adversum, & ex destinato omnia, & consulto, & bono etiam nostro fieri. Sed jam ad planiora & minùs aspera.

DISSERT. XVII.

Triplex objectio contra Fatum; ordine solvuntur singula.

AVD. Nec nunc dimittam. In Providentiâ acquiesco, fluctuo etiam in Fato. Immobile dixisti: quomodo potest, triplici ista injectione? Primùm, Magia, & Genii inferi vel aërii mutant, aut incidunt: usu notandum, & Lucano alibi clarè scriptum. Deinde, Deus ipse mutat, qui precibus exoratur; & flectitur, atque adeò pœnitet: quod ipse in Sacris de se dicit. Tertiò, si pertendis omnino immutabile; Peccata ab eo non excludes, quidquid antè dixeris, & necessariò evenient ex Præscientiâ illâ divinâ. Has quoque nubeculas si pellis; ô te meum Solum, & fato mihi quoque datum ad animum serenandum! LIPS. De Fati serie diximus: tu quoque videris eam nectere, & catenam struere interrogationum. Solvamus tamen levi operâ; nec fortasse implicata nimis, quæ offers. De Magia, commemini sanè Lucanum scribere, ubi Thessala illa maga ad Pompeium filium:

——— *conciditur arti,*

Lib. IV. UNAM *cùm radiis presserunt sidera* MORTEM,
Inseruisse moras: & quamvis fecerit OMNIS
STELLA *senem, medios herbis* ABRUMPIMUS *annos.*

Hoc in singularibus fatis jactat, sed in Publicis, abdicat.

Nam simul à prima descendit origine Mundi
Causarum series, atq; omnia Fata laborent,
Si quidquam mutasse velis, unoq; sub ictu
Stat genus humanum: tunc, Thessala turba, fatemur,
Plus Fortuna potest.

Hæc poëta ille ita divisim, qui amat quidem Stoicus sæpè esse: in hac tamen sententia hæreo, nec temerè decido. Quid vult? singularia Fata ab æterno & à *prima origine Mundi*, ut loquitur, non definita? apparet: aut saltem seorsim causas suas habere, nec cum aliis imple-

Digitized by Google

mplexas. Itaque solicitari & moveri, sine confusione aut turbâ Universi. Aliter in Publicis; quæ plures tangunt, & pluribus nexa sunt & injuncta. Ista, dico, mens videtur: sed vana. Nam quantumvis subitum aliquid aut nopinatum à Magiâ intervenit (neque enim negamus:) nostro tamen sensu id fit, Deo jam antè visum & scitum. Talis, dico, illa subita caussa, inter medias est, & adjutrices illius Fati. Quod autem de Publicis ait, non mutari: id sanè verum, nec magis tamen minusve, quàm Privata: sed hoc singulare habent, quod noluerit minutos istos Genios hîc inseri, & totum illud notablle & nobile regimen sibi, aut altioribus Geniis, adservavit. Itaque mirum satis est, omnem Genialem collatam operam nihil in Regum consilia vel arcana, nihil in Judicum decreta aut pœnas: addo, parum aut nihil in rem nummariam, aut thesauros, posse. Vim illorum & subtilitatem si vides, quid facilius, quàm in cubicula Principum irrumpere, litteras tollere aut supponere? in arcam meam, aut Crassi potiùs alicujus penetrare, & vim pecuniæ auferre, clientulis suis largiri? Non possunt: refrænat benignus, & nostri curator Deus; ne si hæc talia faciant, magis ad se alliciant, & in barathrum secum trahant. Atque hoc de Magiâ igitur, ex vero si vides, non refellit Fatum: si ex Lucani sensu, dubito, & ne ille quoque voluerit (suprà dictum) cum patruo suo neglegi interdum res aut Fata *Singulorum*. Altera injectio, de Precibus, & Deum flecti ac mutari. Pro vulgo satis hîc loqueris, & altiùs ire te volebam, & prævivi. Quid? Deum tu censes mutare sententiam? irâ aut miseratione, humanum in morem, tangi? Immutabilis est: & Sacra quod sic loquuntur, pro captu nostro est, & figurato dumtaxat quodam sermone. Augustino hoc credes, sic scribenti: *Deus etsi dicitur statuta mutare (unde* TROPICA *locutione in Scripturis sanctis etiam pœnituisse legitur) juxta id dicitur, quod homo speraverat, vel naturalium ordo causarum gestabat*: NON JUXTA ID, QUOD SE OMNIPOTENS FACTURUM ESSE PRÆSCIVERAT. Item alibi: *Cùm Deus* MUTARE *dicitur voluntatem, ut quibus lenis erat, verbi gratia, reddatur iratus*: ILLI POTIUS, QUAM IPSE, MUTANTUR: *& eum quodammodo mutatum, in his, quæ patiuntur, inveniunt. Sicut mutatur Sol oculis sauciatis, & asper quodammodo ex miti, & ex delectabili molestus efficitur: cùm ipse apud seipsum maneat idem qui fuit.* Tale in Hieronymo, cùm ad hanc objectionem respondet: *At prædixit aliquid Deus*, addit: *Non enim prædixit, ut veniat, sed ne veniat: & ideo commi-*

XV. De Civit cap. XI.

XVII. De Civit. I.

In Ezech. c. XXII.

Digitized by Google

natur, ut convertatur ad pœnitentiam cui minatur. Et alibi planissimè cum Augustino : *Ad preces Ezechiæ & Ninivæ Dei sententia commutata est : non* VANITATE *judæu, sed eorum* CONVERSIONE *qui meruerant indulgentiam.* In Daniel. cap. 11.

Jam tertium quod opponebas, est à Præscientia Dei, quasi eventus alligante, & sibi adstringente. Id firmum cùm primò videatur, infirmissimum est inspectum & exploratum. Quâ Præscientiâ? nego in Deo esse. Non enim præscit propriè sed scit; nec prævidet, sed videt. Nostræ imbecillitatis verba sunt, qui tempora partimur, nec aliter intelligimus : Deo omnia juncta, nexa, unita, Præteritum, Præsens, Futurum. Omnia, inquam, in præsente & in oculis habet, & Æternitas illi est momentum. Imagine aliquâ hoc discrimen Maximus Tyrius ostendere voluit, comparatque *Divinam mentem Solis qui uno intuitu, quod ubique est lustrat : hominem Viatori, qui longâ morâ, & temporum intervallo hæc & illa videt, & non videt.* Tenuis comparatio, sed illustriorem unde fit dare? Itaque fæx & sordes nostri intellectus sunt, cùm argutamur de hac Præscientiâ : cogita autem verè Scientiam esse : & simul capies, quàm nulla necessitas ab ipsâ impressa. Ecce ego te in convivio potantem, saltantem, amplexantem : certò quidem video, nec fallor : numquid ergo caussam præbeo, aut cogo? Negabis, & hìc nega. Illud magis urgeat aliquis : An non vult igitur illa fieri? Vult, non vult: & distinguo. Est Voluntas in Deo, quæ Græcis Theologis κατ' εὐδοκίαν dicitur : id est, *voluntas juxta id quod libet, & placet* : atque ea est verè & propriè voluntas. Est altera κατὰ συγχώρησιν, *ex permissione & concessu* : quâ habet se in modum sinentis magis, quam assentientis. Illa prior in Bonis est aut Mediis : hæc altera in verè Malis, id est Peccatis, quia videt fieri, & patitur (quid enim illo invito fiat?) sed caussas medias liberas & sui juris fecit, nec immutat. Iterùm curiosulus : At potuit fecisse hominem in bono firmum, nec malo flexilem : cur non fecit? Stultè caussa à caussâ ipsâ petitur : aliquid tamen, ut homo, dicam. Liberum fecisse voluit, & decuit illum sublimem inter omnia animalia, illum Deo propinquum. Perfectus homo non erat, si liber non erat. Denique sic placuit, cui nisi optimum placere non potest : quid inquiris? Serm. 1.

Et quamquam præscierat (Tertullianus) *hominem malè instituciones suas usurum : quid tam dignum Deo, quàm gravitas, quàm fides institutionum qualiumcumque?* Sed gradum jam refræno. Providentia & Fatum verbis satis asserta sunt, magis seipsa cottidie factis. Teneamus utraque manu, simple- Adu. Marc. 11. c. VII.

Digitized by Google

plectamur toto animo, omnibus & singulis hæc intervenire. Homerus clamat:

--- Μοῖραν δ' οὔτινα φημὶ πεφυγμένον ἔμμεν ἀνήρων,
Οὐ κακὸν, οὐδὲ μέγαθλον, ὅτις τοκέων τὸ πάρος γε:

--- *Fatum ajo nullum vitasse virorum*
Pravum sive bonum, cùm primùm venit in orbem.

Quis fructus erit? Patientia, & Constantia. *Ad hanc legem animus noster aptandus est, hanc sequatur, huic pareat: & quæcumque fiunt* DEBUISSE *fieri putet, nec velit obiurgare* NATURAM.

DISSERT. XVIII.

Genios etiam esse, Dei & Providentiæ ministros. eorum genera, & sedes, ac de Heroibus primò, Laribusque.

DEUM supremum, & divina, vidimus: ad ministeria ejus imus, sive Genios, quos non auxilium (quid opus erat?) sed ornamentum, & testandæ bonitati, sive magnitudini, assumpsit. Atque etiam ordinem assumpsit. Nam cùm *Mundus Deorum hominumque sit civitas*, ut Stoicis placet: decorum & ordo voluit ubique eum coli; & ab iis, qui gradibus & dignitate distinguerentur. Plato & Platonici quàm multa de istis; sed mihi lubet & convenit in Porticu hærere: quæ ita definivit, Varronis verbis. *Mundum dividi in duas partes, Cælum & Terram. Et Cælum bifariam, in Æthera & Aera. Terram vero, in Aquam & Humum. Quas omnes quattuor partes Animarum esse plenas: in Æthere & Aere, immortalium; in Aqua & Terra, mortalium. A summo autem circuitu cæli, usque ad circulum Lunæ, Æthereas animas esse, Astra ac Stellas, eosque Cæleste Deos non modo intelligi esse, sed etiam videri. Inter Lunæ vero gyrum, & nimborum ac ventorum cacumina, Aereas esse animas: sed eas animo, non oculis, videri: vocarique Heroas, Lares, & Genios.* De Aquâ & Humo omittit, in quibus sunt mortale genus, Homines & Bruta. Hæc verò pulchra, & Varrone digna, examinemus, atque ad ea Stoicum præcipuè sensum aptemus. Dividit *Cælum* in *Æthera & Aera*. Ita enim nostri, nec nisi purissimum illum & cælestem ignem, non alium subtus

Apud August. VII. De Civit. cap. VI.

Digitized by Google

Lunæ circum agnoscunt. *Aëra* autem *Cæli* voce comprehendunt & Hebræi passim, quod è Sacris nostris est notum. Addit mox, *Eas omnes partes Animarum esse plenas.* Plenas? Æneæ Gazæi verbis hoc adstruendum est, pii & docti scriptoris. In Theophrasto.

Καὶ μὴν τοιρδὲ διαπέμων μεσὸς ὅλος ὑπ' ἐμοῦ μεστὸς· δὶ ὁ αἰθὴρ ἀγγέλων τε καὶ δαιμόνων πλήρης μὲν ἀέρος πλήρης δὲ πᾶς ἡ γῆ, πᾶσά τε θάλαττα, καὶ τὰ ὑπὸ γῆν πάντα. καὶ ὡς ἔφη τις παλαιὸς ἡμῖν σοφὸς, κύριον εἶδεν ὁυδὲ ἓν αἴθριον καὶ τεῖχα βυλεῦν: *At qui potestatum intelligentium* (id est, Spirituum) *plenù totum cælum, plenus æther angelorum & dæmonum, plenus aër, plena terrâ, & mare, & omnia quæ sub terra. Atque ut dixit aliquis* * *nostrorum Sapientum*, NIHIL VACUUM, UBI VEL CAPILLUM IN ÆTHERA AERAQUE JACIAS. Vera dicit. infinitæ, nostro sensu, myriades myriadum sunt, Bonorum Malorumque; Deo finitæ. Memini in veteri quopiam legere, *Non aëra æstate tam* PLENUM MUSCIS, *quàm Geniis esse.* Addit Æneas amplius: *Si Deus donet hunc Mundum decem millia annorum etiam stare, & homines vivere assiduè ac mori: numquam tamen Angelorum Dæmonumque numerum Animæ superstites possint æquare.* Pergamus in Varrone, qui ait: *A summo cælo ad circulum Lunæ Æthereas animas esse.* Paulò alia distinctio in Marciano Capellâ, qui *Deos, quos ignitæ substantiæ flammantisque suspicimus, ab ipso Æthere sphæræque superioris ambitu, usque* SOLAREM *circulum* deducit & locat: eosque *Deos* simpliciter, itemque *Cælites perhiberi & causarum arcana componere. Illic Jovem ipsum regnare. At* INTRA SOLIS MEATUM, *usque Lunarem globum, secundæ Beatitatis numina, supparisque potentiæ esse: per quæ Vaticinia, Somniaque, ac Prodigia componuntur.* Itaque & Genios ibi locat, non in Aëre; aliter ac nostri, & Plato ipse. Unde hauserit, non nunc quæro: ad meum redeo, qui in *Æthere Animas* ponit, *Astra ac Stellas.* Quod in parte Stoicum, atque etiam Socraticum, Sidera aut Animas, aut animata esse. Pergit: *At verò inter Lunæ gyrum, & nimborum ventorumque cacumina.* Observa. ergo tantùm in media aut supera Aëris regione *Heroas, Lares, Genios* locat? Apparet è verbis: si tamen satis plena Augustinus ea rettulit, aut exscriptor dedit. Nam ego hercules ambigo, & controverto: jure. Quid? *Genii* nulli in Aëre infero, & circa tetram? sunt verò, & innumeri: atque ipsi nostri omnes tutelares. Quid *Lares*, in Aëre supero? imò inferum istum colunt, atque adeò domos & focos. Denique communis opinio, qui de Geniali hac re scripserunt, totum Aëra iis assignat. Quid ergo in Varronis scripto aut sensu hîc sit, planè haut dixerim: exem-

‡ Aliquis è Patribus Christianis.

Lib. II.

Digitized by Google

exempla videamus. *Animas* ibi esse, quæ *vocentur Heroës, Lares, Genii.* Tria genera dat, situ etiam diversa. nam Heroës in supero Aëre, Lunæ vicini; Lares in imo, Terræ; Genii, per totum eum sparsi agunt. Licet autem distinctiùs dividere, *Geniorum* alios (communi nomine) *Animas* quidem esse, sed quæ aliquando in corpore fuerint: uti sunt *Heroes, & Lares.* Alios, præstantiore dignitate, qui semper à corporis compedibus ac nexibus liberi egerunt: ut sunt *Genii* proprie dicti. Et qui sunt *Heroes*? Alii nobis, alii Platoni, qui eos ἡμιθέους *Semideos* vocat, *ex Aquatanos*: quòd scilicet crassiore quadam substantiâ, quàm Genios Aëreos, constare ac confici censeret. Hos ἀπὸ τῆς ἥρας derivat, *quod ex amore immortalis Dei in fœminam aut immortalis fœminæ in virum, procreari videantur.* Cujus sententiæ & Hesiodus fuit, cùm scripsit:

In Epinomide.

In Cratylo.

Αὐδρῶν ἡρώων γένος ἱερὸν, οἱ καλέονται
Ἡμίθεοι:

In Ἔργοις.

Divinum genus Heroum, quos & vocitamus Semideos.

Alii ab ἥρως, id est *Junonis*, aliique ab ἥρα *Terræ* voce Heroas formant: quòd *Heram veteres* (ait Marcianus) *Terram dixerint*: quasi terrestres quosdam Deos. Atque ita Prisci Latini *Semones* dixerunt, velut *Semi homines* nam *Hemonem* illi *hominem* efferebant. Sed Augustinum pro Stoico sensu audiamus: *Herois nomen à Iunone dicitur tractum, quod Græcè Iuno ἥρα appellatur: & ideo nescio quis filius ejus Heros fuerit nuncupatus. Hoc videlicet, veluti mysticum, significante fabula, quòd Aër Iunoni deputetur, ubi volunt cum Dæmonibus Heroas habitare. quo nomine appellant alicujus meriti* ANIMAS DEFVNCTORVM. Apulejus consentienter: *Deos appellant* (hos minores) *qui ex hominum numero justè ac prudenter vitæ curriculo gubernato, pro numine* * *postea ab hominibus prædicti, fanis & ceremoniis vulgo admittuntur: ut in Bœotia Amphiaraus, in Africa Mopsus, in Ægypto Osiris, alius alibi gentium.* Plutarchus: *Stoici Heroas dicunt, τὰς κεχωρισμένας ψυχὰς τῶν σωμάτων: animas à corporibus abjunctas.* Nec tamen omnes: & restringit meritò Laërtius, inter Zenonia: Καὶ ἥρωας εἶναι, τὰς ἀπολελειμμένας ἐσθλαίων ψυχάς: *Heroas esse, relictas animas Sapientum.* Lucanus:

Lib. x. cap. xxi.

De Deo Socr. * Lego, postea *h minibus* prædicti.

Quódque pater terras inter Lunæque meatus,
Semidei manes habitant. quos ignea virtus
Innocuos vitâ, patientes ætheris imi
Fecit, & æternos animam collegit in orbes.

Digitized by Google

Plura nos, ubi de Animâ: libasse nunc satis est. Qui autem *Lares*? Seneca à Geniis separat: *Quid sint inferi, quid Lares, & Genii:* sed Apulejus clariùs aperit. *Animum humanum, exutum, & liberum stipendiis vitæ, hunc,* inquit, *vetere Latina lingua Lemurem reperio dictitatum. Ex hisce ergo Lemuribus, qui posteriorum suorum curam sortitus, pacato & quieto numine domum possidet, Lar dicitur Familiaris. Qui verò, propter adversa vitæ merita, nullis bonis sedibus in terra, vagatione, ceu quodam exilio punitur, inane terriculamentum hominibus, ceterum noxium malis; hunc pierique Larvam perhibent. Cum verò incertum est quæ cuique eorum sortitio evenerit, utrum Lar sit an Larva; nomine Manem* Deum (sic legendum) *nuncupant.* Nemo meliùs descripsit: etsi breviter etiam Marcianus Capella: *Lemures si vitæ prioris adiuti fuerint honestate, in Lares domorum urbiumque vertuntur: si autem depravantur ex corpore, Larvæ perhibentur ac Maniæ.* Ecce igitur duas *Animas*, quas in Aëre Varro locat: itemq; Capella, *sed superiorem partem esse Heroum, inferiorem Manium.*

Epist. &c.

Lib. II.

DISSERT. XIX.

De Geniis propriè dictis, Bonis Malisque. Singulis eos esse, item locis, & regionibus: & eorum cura aut opera.

AT jam *Genios* ipsos, quos distinximus à duplici priore genere, videamus. Unde ordiar, ubi desinam? nam verè licet dicere, adeò hæc Græcis Latinisque *frequentata & celebrata esse; ut nemo ea commemorare adortus sit, quin multo plura omiserit, quàm recensuerit.* Ingens copia rerum, & sensuum: nec miremur, quia certè ingens hoc Naturæ & arcanum ministerium, quod per omnia ejus membra se spargit, insinuat, penetrat; secundæ à primo Deo causæ, & quæ miranda nobis aut stupenda conantur cottidie, aut patrant. Magne & occulte Deus, tales etiam tui famuli: quos sine veneratione & metu vix est tangere, adstantes hîc nobis, spectantes, & arbitrantes. Date veniam: liceat cum pace vestra libare aut iterare dicta aliis: sed compendio & delectu, ut rei nostræ & sectæ convenientia videbuntur. Esse igitur tales, Stoici asserunt, eosque Græcè Δαίονας dici; & definiunt, θείας ψυχικὰς: *substantias animatas*: id est, Animæ in materie similes, usu & fine distantes. Pythagoras ante eos: Ἔστι πάντα τὰ μέρη ψυχῆς ἐμπλεα, ἐξ ὧν-

Apul.

Plut. I. De Plac. cap. VIII. Laërt.

Digitized by Google

τους, δαίμονάς τε, καὶ ἥρωας νομίζεσθαι: *Esse* TOTUM AERA *plenum animis: eaque & Dæmonas, & Heroas existimare.* Nam *Lares* Græci non distinguunt, imò, cum *Heroibus* confundunt: atque ita Glossæ, ἥρωας, *Lares*, non semel interpretantur. Sed *Dæmones* igitur illis hoc genus dicti. Quare? *aut quia sunt* δαήμονες (Macrobii verba) id est, scientes futuri; aut, ut Posidonius scribit in libris *quibus titulus est* περὶ ἡρώων καὶ δαιμόνων, *quia ex ætherea substantia parta* (lego *partita*) *atque divisa qualitas illis est; sive* ἀπὸ τοῦ δαΐφρονος, *id est* καταμεριστοῦ *seu* ἀπὸ τοῦ δαιομένου, *hoc est* μεριζομένου. Vides hominis Stoici (Posidonii) super verbo sententiam, quæ ferè est & Platonicorum: sed ipse ex *Æthereâ substantiâ* fingit, isti ἀέριον πλάσμα (ipse ita Plato) *Aereum genus* faciunt; non tamen ex *hac fæculenta & humida caligine conglobata corpora, sed ex illo purissimi Aëris liquido & sereno coalita.* En aliquod discrimen in materie. & Stoici consentienter reliquæ suæ doctrinæ ex *Æthere* formant, ex quo & Animas humanas. Sed hi sunt, quos Latini *Genios* dicunt. Tertullianus: *Nescitis Genios Dæmonas dici, & inde diminutiva voce Dæmonia?* Lactantius: *His spiritus sibi Geniorum nomen adsumunt: sic enim Latino sermone Dæmones interpretantur.* Festus etymon dat, *Genium esse Deum, qui vim obtinet rerum* * *genendarum.* Addit deinde: *Aufustius inquit, Genius est Deorum filius & parens hominum ex quo homines gignuntur: & propterea Genius meus nominatur, quia me genuit. Alii Genium esse putant, unius cujusque loci Deum.* Varia miscet: secernamus, & illustremus. Quin *Genius à genendo*, non dubium: sive quia genuit nos, sive, ut Apulejus, *quia nobiscum gignitur.* Aufustius ajebat, *Deorum filium esse*: quorum? imò unius Dei, Jovis. ex ipso Festo: *Tages Genii filius, nepos Jovis*, qui disciplinam aruspicii dedit. Igitur supremi Dei filius, & (nisi fallor) Varronis interpretatione Mundus. Augustinus: *Quid est Genius? Deus est, inquit* (Varro) *qui præpositus est ac vim habet omnium rerum gignendarum.* Subdit Augustinus: *Quem alium hanc vim habere credunt, quàm Mundum, cui dictum est, Jupiter omnipotens, pregenitor, genitrixque? Et cùm alio loco Genium dicit esse uniuscujusque Animum rationalem, & ideò esse singulos singulis: talem autem, Mundi animum, Deum esse: ad hoc idem utique revocat, ut tamquam Universalis Genius ipse Mundi animus esse credatur.* Haud dubiè in his doctissimi Varronis Stoica aliqua sententia est: & qualis? Genium duplicem esse: *Singularem*, Animum suum cuique; *Universalem*, Animum Mundi. Hic

1. Saturn c. XXIII.

In Epinom.

Apolog. cap. XXXII.

Lib II. cap. XIV.

* Ita leg. non gerendarum.

Digitized by Google

igtur Animus, sive *Incorporalis Ratio* (ut Seneca) *ingentium operum artifex*, Genius ille est à genendo. Nec ineptè *Dei filius*, quia ab eo est, & idem ipse. Itaque vides duplicem ab iis Genium statui: quod item à Capellâ. *Ex superiorum*, inquit, *Deorum arbitrio, & secundorum comitatu, & Generalis omnium præsul, & Specialis singulis mortalibus Genius admovetur, quem & Præstitem, quod præsit * gerundis omnibus, vocaverunt. Nam & populi Genio, cùm Generalis poscitur, supplicant; & unusquisque gubernatori proprio dependit obsequium.* Ubi tamen *Generalem* illum ad populos tantùm singulos, provinciasque: sicut *Specialem* ad homines, urbes, loca alia certa, videtur allegare. Sed Varroniana mens alia fuit: etsi apta & vera etiam hæc divisio, quosdam Geniorum sub illo magno Imperatore, velut Legatos aut Tribunos, populis regionibusque curare; alios iterùm quasi Centuriones, collegiis, opidis, vicisque; denique & gregales milites, singulis hominibus, locisque. Ita templum GENII PUCLICI, sive GENII P. R. scimus in Urbe fuisse: item Coloniis, suos Genios: ipsi Principi seorsim suum, grandiorem aliquem grandiori. Panegyricus scriptor: *Habes profectò aliquod cum illâ Mente divinâ, Constantine, secretum, quæ delegatâ nostri* DIIS MINORIBVS *curâ, uni se tibi dignatur ostendere.* Ostendere, per astitem & præstitem Genium aliquem digniorem. Nota superstitio, an adulatio vetus Romana, per Genium Principis religiosè jurantium. At nobis, inquit, Dii minores sufficiunt. Vulgatissima autem hæc sententia Genios, à natali die, cuique asserentium. Menander:

Ἄνθρωπε δαίμων ἀνδρὶ συμπαρίστατο
Εὐθὺς γεγονώς, μυσταγωγὸς τοῦ βίου:

Cuique Genius jungitur mortalium
Statim edito, moderator ut vitæ siet.

*Idcò & Græci τύχλν Geniam vertunt.

Epist. ex I. *Mystagogum* ille dixit, Seneca noster *Pædagogum*. Sepone inquit, *in præsentiâ, quæ quibusdam placent: Unicuique nostrûm Pædagogum dari Deum, non quidem Ordinarium; sed hunc inferioris notæ, ex eorum numero, quos Ovidius ait, de plebe Deos. Quibusdam* placere hoc ait: quibus? *Stoicis* suis. nam jungit: *Ita tamen hoc seponas volo, ut memineris majores nostros, qui crediderunt hoc, Stoicos fuisse. Singulis enim & Genium, & Junonem dederunt.* Genium nempe viris, Junonem fœminis: id erat, marem Genium fœminamque, pro sexu. Plinius: *Singuli ex semetipsis totidem Deos faciunt, Genios Junonesque adoptando sibi.* Itaque verè Lactantius: *Adhærent singulis hominibus,*

Lib. II. cap. VII.

Digitized by Google

nibus, & omnes hostiatim domos occupant. Quo tamen fine? jam dicto, ut curatores quidam essent, & inspectores. Hesiodus: Lib. II. cap. xv.

Τοὶ μὲν δαίμονες εἰσὶ Διὸς μεγάλου διὰ βουλὰς
Ἐσθλοὶ, ἐπιχθόνιοι, φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων:

Sunt Genii, ex mente & nutu Jovis omnipotentis,
Approbi, & in terris hominum genus accurantes.

Plato hunc talem vocat, φύλακα τοῦ βίου, καὶ ἀκοπλήρωτον τῶν αἱρεθέντων: *custodem vitæ, & adiutorem consummatoremque, quæ quisque elegisset.* In tabulâ Cebetis ingeniosâ, *Senex* depingitur *Genius, qui Vitæ adstat, Chartam unâ manu tenens* (è quâ salutaria Monita legat) *& alterâ quiddam veluti monstrans. Mandat autem ingredientibus, quid, ubi in Vitam venerint, faciendum sit, & cui viæ se committere debeant, si velint esse salvi.* Est ipsum dogma Stoicum: atque audi Epictetum. *Deus*, inquit, *nos curat:* ἀλλ' ἔδει γὰρ καὶ ἐπίτροπον ἑκάστου παρεῖναι τὸν ἑκάστου δαίμονα, καὶ παρέδωκαν φυλάσσειν αὐτὸν ἄνδρα, καὶ τίνα, ἀκοίμητον καὶ ἀπαραλόγιστον: *sed nihilominus* CURATOREM UNIQVE *addidit suum cujusque* GENIUM, *& custodiendum sibi commisit: atque eum, qui neo connivet aut dormiat, quique decipi non possit.* Sed & Zeno fatetur, εἶναι τινὰς δαίμονας, ἀνθρώπων συμπαθείαις ἐχομένους, ἐπόπτας τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων: *esse Dæmones quosdam, sive Genios, qui erga homines afficiuntur, sunt que* INSPECTORES *actionum humanarum.* Inspectores? usque eò, ut etiam forma humana se misceant, & singula ignoti ipsi norint. Homerus sapientiâ, quâ solet: I. Differt. cap. xiv.

Καὶ τισὶ ξείνοισιν ἰοικότες ἀλλοδαποῖσιν, Odyss. ρ
Παντοῖοι πολίεσσιν ἐπιστρωφῶσι πόληας,
Ἀνθρώπων ὑβρίν τε καὶ εὐνομίην ἐφορῶντες:

Atq; Dei, hospitibus peregrinis se assimilantes,
In specie diversâ, urbes atque oppida oberrant.
Et malefacta hominum, simul & benefacta, notantes.

Quid Plautus ille ab humili socco, nonne huc adsurgit? *Arcturum* sidus facit præloqui: In Rudente.

Ita sum, ut videtis, stella splendens, candida
Hic atque in cælo: nomen Arcturo est mihi.
Noctu sum in cælo clarus, atque inter deos:
Inter mortales ambulo interdius.
Qui est Imperator divûm atque hominum Juppiter,
Is nos per GENTES *alium alia dispărat,*
Hominum qui facta, mores, pietatem, & fidem

Digitized by Google

Noscamus; ut quemque adiuvet opulentia.
Qui falsas lites falsis testimoniis
Petunt, quique in jure abjurant pecuniam,
Eorum referimus nomina exscripta ad Iovem:
Cottidie ille scit, quis hic quærat malum.

Et plusçula, quæ comiter addit. Quamquam hi Genii magis alti & sublimes sunt, & velut exploratores quidam ab Æthere, & Prætorio ipso, missi. Sunt igitur Genii observatores aut adstites, nec sortis tamen affectusque unius. Alii enim Boni sunt, alii Mali. Atque hos Trismegistus πονηρὺς appellat, *Pravos*: κακοδαίμονας Plutarchus, & scriptorum vulgus. Clemens Alexandrinus: Ἐπ' αὐτοῖς τοῖς Φωκυλίδης, τοὺς ἀγγέλους δαίμονας καλῶν, τοὺς μὲν εἶναι ἀγαθοὺς αὐτῶν, τοὺς δὲ φαύλους, ἀλλὰ τούτων παρίστησιν. ἐπεὶ καὶ ἡμᾶς ἀποστάτας ποιοῦς πνεύματος: v. Strom.

Ἀλλ' ἄγε δαίμονες εἰσιν ἐν ἀνθρώποις, ἄλλοι ἄλλοι.
Ὁ μὲν, ἐπέχθηται κακὸν ἀνέρι ἐπιτυχεῖν:

Iam etiam Phocylides, Angelos vocans Dæmones, quosdam eorum Bonos, quosdam Pravos his versibus ostendit. Sicut & nos (Christiani) Desertores quosdam spiritus suscipimus? & notos habemus.

Miscentur Genii mortalibus, at diversi.
Hi quidem, ut à nobis clades & tristia pellant.

Quasi dicat, alii autem ut immittant adjuventq;. Atq; hi mali, culti etiam antiquis, sed ut *Vejoves*, ut *Læva* numina, & *quos* (Plinii verbis) *placatos trepido metu cupimus*; nec ut adsint, sed absistant. Homerus sæpè agnoscit:

—— κακὰ μήδετο δαίμων:
Odyss. μ. —— *Genius mala mente agitabat.*

Item: —— τίς τοι κακὸς ὦχετο δαίμων;
Odyss. ν. —— *malo quo dæmone es usus?*

Iterumque:

Odyss. λ. Λοίσατό με δαίμων αἶσα κακὴ, καὶ ἀθέσφατος οἶνος: *Læsit me dæmon malus, & mala copia vini.*

Satis de Privatis istis sive Singulorum Geniis: de Publicis aut Passivis aliquid addamus. AUD. Imò unum requiro tactum magis, quàm plenè dictum, de *Animo*, qui Genius suus cuique. LIPS. Attigi, perficiam. Apulejus: *Quedam significatu Animus humanus, etiam nunc in corpore situs, Dæmon nuncupatur.*

.... dsine hunc ardorem mentibus addunt
Euryale, an sua cuique Deus fit, DIRA cupido?

Igitur & Bona cupido animi Deus bonus est. Unde nonnulli arbitrantur, Εὐδαίμονας dici Beatos, quorum Dæmon bonus, * In Ma-

Digitized by Google

id est animus Virtute perfectus est. Quem nostra lingua, haud scio an bono, certè quidem meo periculo, poteris Genium vocare: quoniam is Deus, qui est Animus suus cuique, quamquam sit immortalis, tamen quodammodo cum homine genitur. Satis plenè atque etiam planè istic habes. Respexit Epicharmus: nuduct. lib. 1. Dissert. XIX.

Ὁ τρόπος ἀνθρώποισι δαίμων ἀγαθός, ὅτις δὲ νοῦς κακός:
Mores homini Genius bonus est, aut è diverso malus.

Etiam Heraclitus, cùm dixit, ἦθος ἀνθρώπῳ δαίμων: *quod Ingenium homini Genius sit.* Atque ita quidam *Socratis* illud *Dæmonium* celebre interpretantur: ut quoniam *Animus illi purus, & à corpore maximè abstractus fuit, facillimè audiret atque intelligeret monita Deorum.* Quamquam alii verè ad Privatum Genium ejus referunt, qui se ei conspicuum etiam dederit, paucis factum. Ammianus, de Constantio Imperatore: *Posthæc confessus est convictoribus proximis, quòd, tamquam desolatus, secretum aliquod videre desierit, quod interdum squallidius adfuisse sibi æstimabat. Et putabatur Genius quidam, tutelæ ejus appositus, eum reliquisse, citiùs digressurum. Ferunt enim Theologi, in lucem editis hominibus cunctis,* SALVA FIRMITATE FATALI, *hujusmodi quædam, velut* ACTUS RECTURA *Numina sociari: admodum tamen pauciſſimis visa, quos multiplices auxere virtutes.* Plut. & Cicero. Lib. XXI.

Dat deinde Homerum auctorem, in cujus libris Genii cum viris fortibus versantur, & loquuntur: item *Pythagoram horum adminiculis præcipuis enituisse, & Socratem, & Numam Pompilium, & superiorem Scipionem, & Marium, atque Octavianum.* Sed omitto *Speciales*, sive Privatos: aliud genus est quod *Generale* diximus, & publicè atque etiam privatim multiplices usus & pericula sui præbet. *Horum de numero curant, singuli, ut est cuique tributa provincia, vel Somniis * confirmandis, vel Extis fissiculandis, vel Præpetibus gubernandis, vel Vatibus inspirandis, Fulminibus jaculandis, cetera; adeo, per quæ futura prænoscimus.* Uno verbo, Magiâ totam isti suggerunt & administrant: nostris quoque Doctoribus scriptum. Ut Tertulliano: *Per hos Magi phantasmata edunt, etiam defunctorum inclamant animas, pueros in cloquium oraculi eliciunt, multa miracula circulatoriis præstigiis ludunt.* Ut Minutio Felici: *Magi quoque non tantùm sciunt Dæmonas, sed quidquid miraculi ludunt, per Dæmonas faciunt. Illis aspirantibus & infundentibus, præstigias edunt, vel quæ non sunt videri, vel quæ sunt non videri.* Deniquè vario prædictionum (sæpè fallaci) genere, *æmulantur divinitatem, dum furantur divinationem.* Pythagoras hoc Apul. * Lego, conformandis. Apolog. cap. XXIII. Tertull. cap. XXIX.

Digitized by Google

hoc quoque observavit, & prodidit: Ὑπὸ τῶν πέμπειν ἀνθρώποις τὰ πρόσωπα, καὶ τὰ σημεῖα, γόσους τε καὶ ὑγείας καὶ μόνον ἀνθρώποις, ἀλλὰ καὶ προβάτοις, καὶ τοῖς ἄλλοις κτήνεσι· εἰς πάντας γίνεσθαι τοὺς καθαρμοὺς, καὶ ἀποτροπασμοὺς, μαντικήν τε πᾶσαν, καὶ κληδόνας, καὶ τὰ ὅμοια: *Ab his immitti hominibus somnia & signa, atque morbos etiam & sanitates: nec solùm hominibus, sed pecudibus ac jumentis. Ad hos referri Lustrationes expiationes; ad hos Divinationem totam, & Omnia, & similia.* Tertullianus & his addicit: *Corporibus & valetudines infligunt, & aliquos casus acerbos; animæ verò repentinos, & extraordinarios per vim excessus.* Minutius: *Vitam turbant, omnes inquietant, irrepentes etiam corporibus occultè, ut Spiritus tenues, morbos fingunt, mentes terrent, membra distorquent.* Quid dicam poma, vites, fruges præcipitari ab iis, aut lædi? quid aliò traduci? quid pluvias, nimbos, ventos induci? & plurimùm mala, ab his scilicet malis. Sed bona etiam à bonis, si non provenire, promoveri, est confitendum. Artes præeunt, aut docent: & quædam humano ingenio numquam eruenda, ostendunt. In medicinâ, exempli caussâ, quis ambiget occultas multas herbarum vires ab iis proditas? quis Chemiam, novæ subtilitatis artem, his non deleget? & magis, quia ambiguam, & lædere aut fascinare etiam pronam. Quis Horologia ferrata illa, cum tot ponderibus rotisque repperit? quis Magnetem ad nauticum usum suggessit? quis Typographiam? quis Bombardas? Boni isti, aut alii: sed cum Apuleii cauta admonitione, ut *cuncta hæc fiant Cælestium* (imò *Cælestis* unius) *voluntate, & numine, & auctoritate; sed Dæmonum obsequio, & opera, atque cura.* In bonis, inquam, *Voluntate & Auctoritate* Dei; in aliis, permissione & concessu. Sustineo, & à vorticibus me removeo, ad ripam appello. AVD. Heus tu, neque ego auctor multa hic inquirendi: universè aliquid scire satis sit, vereri etiam totum genus aut revereri. Sed estne vitæ etiam aliquis in hoc fructus? LIPS. In illis de *Custodia* magnus, Epicteti verbis suggerendus. *O homines*, inquit, *sciote diligenti & præstanti cuidam Custodi unumquemque nostrûm esse commissos. Cùm igitur fores adduxeritis, & tenebras intus feceritis, mementote numquam dicere,* QVOD SOLI SITIS. *Non enim estis, non: sed* DEVS *intus est, & vester* GENIVS *intus est. Et quid lumine istis opus est, ut facta omnia vestra videant? nihil.* Quid autem? vitæ solùm curant, aut adsistunt? Imò Plato autumat, non solùm tunc *adesse, nemini conspicuos, omnium non modo actorum, verumetiam* *COGITATO-

Cap. XII.

Lib. I. Dissert. XIV.

Apul. *.

TATORUM *testes*: sed &, *ubi vita edità*, *remeandum est*; *eumdem illum*, *qui nobis præbitus fuit*, *raptare illicò & trahere velut custodiam suam*, *ad* JUDICIUM, *atque illic in causa dicenda adsistere: si qua commentatur*, *redarguere; si qua vera dicat*, *asseverare*. *prorsus illius testimonio ferri sententiam*. Quis homini hominum hæc suggessit, aut potuit, Sacrorum nostrorum arcanis sic alludentia, aut vicina? Miror hoc satis.

DISSERT. XX.

Plusculæ etiam De Geniis. De origine, de malitiâ, de varietate munerum: & quædam huic rei è Sacris.

AUD. Et ergo in totâ re habeo, quod mirer satis. Multa non multis (morem tuum novi) dixisti: recogitanda mihi in otio, aut ruminanda. Et pleraque hercule probasti: sed auctoritatem tamen Sacrorum nostrorum, in re hac sacrâ, non sæpiùs advocari; id quoque mirabar. Nam absque eâ, nec credens, ut sic dicam, credam. LIPS. Ergo alibi aliquid ambigis? prome: fortasse confirmabo. AUD. Ego verò. primùm in principio & conditu istorum Geniorum. Esse dixisti: sed quo auctore? quâ materie, aut sine eâ? & unde quibusdam hæc pravitas? Divisionem deinde dixisti, & munera: quid opus istis tot generum velut Adjuvis illi omnium potenti Imperatori? Per se numquid sufficit, publicè privatimque, Mens illa per omnia diffusa, omnia gubernare? Hęc oratus expedi; sicubi etiam hæsero, orandus. LIPS. Cymbam alligabam: solvis, & in fluctus iterùm deducis. Pareatur tibi, atque etiam argumento; quod tractare cùm cœpimus, pertractandum est. Quæris originem, & auctorem horum Geniorum. Auctorem? & quem, nisi illum omnium Deum? ipse condidit: ante orbem, & omne opus; an statim ab orbe; disputant Theologi: nam Sacra silverunt. Quòd ante hominem, id consentiunt: & Græci ferè etiam, quòd ante omnem creaturam. Ἔνεστι, ἢ πρῶτον, τὸν νοερὸν οὐσίαν κτισθῆναι, καὶ ὕστερον τὸν αἰσθητικόν: *Decebat enim primò Intellectualem substantiam condi, & tum denique Sensilem*: ut adstruit ex Gregorio Nazianzeno Damascenus. Condidit autem sola cogitatione: atque ea, opus illi fuit. De Materie deinde quæris. Theologiam nostram, id est veram, si attendis, non habent. Spi- De Fide lib. 1. cap. 111.

Digitized by Google

Spiritus & Animi sunt, incorporei. Si Platonicam corpora sunt, & quidem Aërea. haud longè a nubium concretione : nisi quòd *fila corporum* possident (Apulei scriptione) *magis rara & splendida, & tenuia usque adeò ut radios omnes nostri tuoris & raritate transmittant, & splendore reverberent, & subtilitate fruſtrentur.* Quid Stoici nostri ? etiam corpora, sed *Æthereа*, id est ignea, adsignant. Et id sanè convenientius nostris etiam Sacris.

Psal. CIII. Ecce rex Hebræus : Ὁ ποιῶν τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα, καὶ τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ πυρὸς φλόγα : *Qui facit Angelos suos* SPIRITUS, *& ministros suos* FLAMMAM IGNIS. Nec semel ita nominantur, aut comparantur : & Græcorum aliquis pulchrè πῦρ ἄϋλον, *Ignem immaterialem*, eos vocat. Nam agilitatem, levitatem, fervorem, lucem si vides : cum nullà rerum meliùs assimilentur. Hoc fateor, Aëreum sæpè aliquid circumdare & assumere; scilicet ut nobis appareant, aut aliquo vestigio se ostendant. *Sed tunc quoque* (notatum) cùm dissolvuntur, ignis aut sulphuris odorem aliquem sive signa ostentant. Sed de apparitione, *Chaldæorum Magi* asserebant, Εἰδώλων πλάσιν εἶναι τὴν ἀέρα, καὶ ἀπόρροιαν τινὰ ἀναθυμιάσεως εἰσκρινομένην τοῖς ὄμμασι τῶν ἐνθρώπων : *Imaginum*, sive *Dæmonum*, *plenum esse Aëra, qui velut fluxus quidam evaporationis, acutè cernentium oculis se insinuent.* Et Homerus eâ mente aliàs cum ἀϊόμεν πνοιή, *ventuli aura*, aliàs cum ὀμίχλη, *nebula tenuis*, comparavit. Sed & Magi hodie fatentur, & infelices fœminæ libidinis Genialis victimæ, tactu frigidos plurimùm esse : ab Aëre & vapore scilicet isto circumfuso. Sed & idem poëta conspici à quibusdam, non ab aliis qui adsunt, facit : quod Magi etiam volebant.

Laërt. in Præf.

Odyst. π

Οὐ γάρ πω πάντῃσι θεοὶ φαίνονται ἐναργεῖς ;
Non etenim apparent Divi cunctis manifesti.

Ubi illud mirabile, & ex Naturæ sinu excussum : Telemachum, qui aderat, Minervam non vidisse; Canes vidisse;

Ἀλλ' Ὀδυσῆος τε κύνες τε ἴδον ἠδὲ γάβησαν,
Κινυζηθμῷ δ' ἰτέηνον διὰ σάθμοιο φόβηθεν,

Vidit Ulysses, atque canes : hi nec latrabant,
Sed blando gannitu aliorsum diffugiebant.

Vides sensum numinis habuisse, & reveritos cum *gannitu*, non autem *latratu*, diffugisse. Et tale etiam hodie observatum, ad naturam sagacissimi animalis haud fruſtrà Hecatæ, id est Lunæ, Geniorum præsidi, attributi. Sed inhibeo : de Materie satis dixi. Quærebas ampliùs, Unde pravi etiam facti ?

Digitized by Google

um tibi oportuit. Litteræ ſacræ noſtræ tradunt, initio onos omnes (quomodo aliter à Bono Deo ?) conditos: ed in libertate arbitrii, ad faſtum & prava inclinaſſe, & Deo adverſantes, dejectos è cœlo, ſparſosque variè per anc machinam eſſe. Illud notabile, quod Damaſcenus it: Ἐκ τῶν ἀγγελικῶν δυνάμεων πρωτοστάτην τῆς πρώτης ἐξέως, καὶ τῆς γῆς τὴν φυλακὴν ἐγκεχειρισθέντα ὑπὸ Θεοῦ: *Ex ngelicis poteſtatibus, illum qui Præſes rectorque erat Terreſtris ordinis, & cui Terra à Deo cuſtodienda permiſſa rat:* illum inquam, Deo rebellaſſe, & cum ſuis a cœlesti elicitate, in hanc terram & tenebras decidiſſe. Tanquam lle non fuerit ſupremi (quod alii plerique Theologi) Orinis angelus, ſed hujus inferioris : & ideò in Terram uam relegatus, quam non curat nunc, ſed turbat. Athenagoras etiam, paullò altiùs philoſophatus, & ad * *Aniam Materiæ*, malorum cauſſam Platoni, adſpiciens etſi Chriſtianus, ita tradit. *Angelorum* inquit, *alii manſêre quaes à Deo facti erant; Boni, & munera ſua fideliter curantes; lii, res ſibi creditas proterviter habuerunt, & à Deo decerunt: Iſti fuerunt,* ὑπὸ τῆς ὕλης, καὶ τῶν περὶ τὸν οὐρανὸν εἰδῶν, ἁρπασθέντες, καὶ ὑπερηφανήσαντες περὶ τὸ πρωτεῖον τῆς στερεώσεως: *Materiæ & Fornarum inea Princeps ac Rector, & alii qui circa* * *primum firmamentum erant.* Iterumque poſteà vocat, τῆς ὕλης ἡγεμόνα. *Materiæ Principem: atque illum Dei bonitati, ſuâ rocuratione & adminiſtratione, adverſari.* Procedit longiùs, & ait: *quoſdam ex iſtis, captos amore virginum, & ibidine victos, defeciſſe. Ex quibus Gigantes, qui vocantur, nati ſint: eorumque Gigantum animæ, circa terram bverſantes, motus affectione ſque ſimiles parentum ſuorum dant.* Imò & Latini aliqui vetuſtiores in hoc ſenſu. ut Lactantius: *Deus Angelos miſit*, inquit, *ad tutelam culumque generis humani, ſed illos, cum hominibus commoantes*; DOMINATOR *ille* TERRÆ *fallaciſſimus paullatim d vitia pellexit, & mulierum congreſſibus inquinavit. Tum Cœlum ob peccata, quibus ſe immerſerant, non recepti, ciderunt in Terram. Sic eos Diabolus ex angelis Dei ſuos cit ſatellites ac miniſtros. Qui autem ſunt ex his procreaqui neque Angelis, neque Hominibus fuerunt, ſed mediam uamdam Naturam gerentes, non ſunt ad Inferos recepti, cut nec in Cœlum parentes ipſorum. Ita duo genera Dæmoum ſunt facta, unum Cæleſte, alterum Terrenum.* Ipſa ec talia Juſtinus Martyr, Clemens Alexandrinus, Eubius, Tertullianus, Sulpicius Severus : è quibus Euſeius etiam Poëtarum fabulam de Gigantum rebellio petit & ducit. Horum igitur ſenſu, duplex Dæonum lapſus, & diſcretis temporibus : alter, ſtatim

* Suprà, Diſſert. De Reſurrect.

* Terræ proximum.

Lib. II. cap. XV.

Digitized by Google

tim initio Mundi; alter iste, paullò ante Diluvium, ut narratio Moysis docet. Vides etiam istos palàm genituram Geniis adscribere, & fœminis jungere, eâque implere: aliis Theologis fortiter negatum. Exempla aut testimonia etiam hodie multa illuc eunt: rationes abnuunt, & Spiritus si sint, unde iis semen, & qua effundant? At corporati sunt, & Aërei, inquiunt Platonici. Sunto. quæ mixtio aut comprehensio inter tam dispares? non magis, quàm inter hominem & piscem. Tamen, ut tetigi, exempla nos turbant, & istæ cottidianæ Genialium libidinum victimæ, infelices mulierculæ, de mixtione & cœtu omnes asserunt: etiam de liberis aliquæ: & sunt in hac Lovanio urbe exempla. Quid dicam? pro me Plutarchus aliquid, qui judicio videtur censuisse: *Tam Gignere, quàm Gigni, alienum à Deo esse.* Exceptionem tamen, aut interpretationem aliquam adhibet: *fieri posse, ut vi alicujus occultâ, Materia principium fœtificum infundat, à quo moveatur illa & vertatur. Neque absurdum*, inquit, *autumo, si* NON HUMANO MORE *Deus congrediatur fœminæ & se jungat, sed* ALIIS *quibusdam* CONTACTIBUS, ET PER ALIA CONTRECTATIONIBUS *moveat & impleat mortale corpus* SEMINE DIVINIORE. *Neque mea est istæc sententia, sed Ægyptii Apim hoc modo concipere & parere tradunt, Lunæ contactu: atque adeò prorsus Deo cum mortali fœminâ consuetudinem donant: sed non contrà, nec admittunt virum mortalem Deæ fœminæ intium partus aut prolificationis præbere. quoniam Geniorum natura in Aëre, & Spiritibus, & Caloribus quibusdam, & Humoribus consistit.* Similia quædam idem scriptor, ubi de celebrato congressu Numæ regis, cum Egeriâ nymphâ: atque ait: *Ratio suggerit, Deum non equorum aut avium amore, sed hominum teneri: ideoque iis, qui excellenter boni sunt & virtute inclyti, nihil absurdum, adesse illum, & consortio jungi. At quod corpore etiam aut forma humana fruatur, capiaturque vel Deus vel Genius; difficile hoc quidem creditu est. Esse Ægyptii videntur non improbabiliter dicere,* οὐ γυναικὶ μίγνυσθαι ἀνδρὸς πνεῦμα κλωσθὲν ὑπὸ θείου, καὶ τινὰς ἐντεῦθεν ἀρχὰς γενέσεως, ἂν δὲ ἐν ἱερεῖ σύμμιξις ᾖ θεοῦ θειοτέρα μοίρας: *quod spiritus sive adflatus Dei mulieris partibus accedat & titillet, & principia inserat generationis; vim autem cum Dea congressum mixtionemque nullam esse.* Ista ille vir satis scitè: non ultrà à me scrutanda, aut protrahenda, quia aut fœda omnia, aut tenebrosa. Unum dixero, non opinari me. ullo retrò ævo, tantum co-

Quæst. Convivial. VIII. c. I.

De Numâ.

copiam Satyrorum & salacium istorum Geniorum se ostendisse; quantam nunc cottidianæ narrationes, & judiciales imò sententiæ, proferunt: quo infelicis sæculi fato? Sed ad ultimum quæsitum tuum veniò, quod erat, Cur auxiliares istos gubernationi Deus assumeret? Respondeo, non quia egeret, sed vellet: vellet autem, quia bonus, & *non contentus* (ait Damascenus) *sui contemplatione, fecit etiam quibus bene faceret, & qui bonitatis suæ participes essent, Angelos, Mundum, Homines.* Quid, quod decorum & ordo sic videtur postulare? Seneca rationem eam ingerit: *Deus, cùm primâ fundamenta molis pulcherrimæ jaceret, ut* OMNIA SUB DUCIBUS SUIS IRENT, *quamvis ipse per totum se corpus intenderat, tamen* MINISTROS *regni sui Deos genuit.* Genuit, id est fecit. Quid magis piè, pulchrè, & verè potest? nam & agnoscit sub initium conditos, ut Theologi ferè nostri. De multiplici autem divisione eorum, & munere, non turbet; turba esset, nisi esset. Imò verò Deus pulcherrimo ordine, & ut cujusque natura aut dignitas erat, sparsit per hoc corpus Universi: φυλάττοντας (ait Damascenus) ἑκάστην γῆν, καὶ ἔθνη καὶ τόπους διοικοῦντας: *curantes Terræ certas partes, præfectosque Gentibus, & locis.* Sacri nostri libri hoc ostendunt: & Hieronymus apertè: *Traditæ sunt Angelis ad regendum Provinciæ, quasi Judicibus ab Imperatore.* Rufinus: *Ab initio præfectæ quædam virtutum cælestium Potestates, quibus regeretur & dispensaretur mortalium genus.* Imò & singulis adsignati. Hieronymus in illud Evangelii: *Angeli eorum vident faciem Patris*; scribit: *Magna dignitas animarum, ut unaquæque habeat, ab* ORTU NATIVITATIS, *in custodiam sui Angelum deputatum.* Imò & ante ortum; ex Tertulliano, *Omnem hominis in utero serendi, struendi, fingendi paraturam aliqua utique Potestas, divinæ voluntatis ministra, modulatur.* Desino, hoc admoneo, pulchra quædam & digna legi, à *Trismegisto* super totâ hâc re scripta: qui Dæmones tamen istis adsignat, & sub eorum velut signis ordinat: mira & occulta alia, proprio libro, à *Michaële Psello*, qui ante annos paullò plus quingentos *Michaëlis Ducæ* Imperatoris doctor & institutor fuit. Is mira & recondita, ut dixi, tradit, auctore quodam *Marco*; qui diu & familiariter cum Geniis versatus, consultissimus talium habebatur. Si voles, vide.

Apud Lact. I. cap. IV.

In Ezech. c. XXVIII. Expos. Symbol.

Matth. XVIII.

De Animâ, c. XXXVII.

Digitized by Google

DISSERT. XXI.

De Loco Dei obiter, qui ubique est, sed conspicuum tamen sede in Cœlis.

EGo me abjungo. & vos boni malique Genii, favete, aut valete: ad Humana jam imus. AUD. Leviter me sistente, & super Dei sede & loco aliquid requirente. Genios disposuisti: hunc omittes? LIPS. Feci verò, ut condignum ipso erat: ubique dispositi: qui est intra omnia, qui extra omnia, sine loco, sine motu, semper. AUD. Atqui Stoicum nempe nunc agis, & hanc doctrinam revelas. LIPS. Ago, revelo. AUD. Aliena igitur ab eâ, quæ dixisti, & dicis. Tertullianum audi: *Stoici Deum extra Mundum statuunt, qui* FIGULI *modo* EXTRINSECUS *torqueat molem hanc: Platonici autem intra Mundum, instar Gubernatoris in navi.* Viden' palàm extra Mundum esse? LIPS. Dici, non esse: & à Tertulliano dici, atque hoc impingi Stoicis, planissimè nec dictum iis nec cogitatum. Quomodo possint? toties audisti, *Mentem per omnia commeantem, diffusam, omnibus insitam*: & quæ non opus iterare. Quæri sanè hoc solere ab aliis, non abnuo & Seneca ostendit: *Deus utrùm extrinsecus operi suo circumfusus sit, an toti inditus?* atque altera hæc pars, mens ipsa est Stoicorum. Planiùs etiam eidem expressa alibi: SOLUS EST OMNIA, *opus suum* INTRA ET EXTRA *tenet.* Quid potest clarius? Atqui Tertullianus apertè. quid ad rem? scio Patres illos parùm inquisitè sæpe aliquid adstruere, & sectarum decreta permiscere. In exemplo alio illustri. Theophilus Antiochenus Patriarcha, Tertulliani ævo ferè compar, ad Autolycum scribit: *Stoici, Deum esse in universum abnegant: aut si sit, asserunt eum nullius quàm sui, curam gerere.* O improvidentiam! non enim malitiam; & potest quidquam adversus eorum menti dici? Et ne errorem verbi putes, addit, *Hæc eadem Epicurum & Chrysippum dicere.* De Epicuro, scimus & agnoscimus; de Chrysippo, tam falsum, quàm Solem hunc nigrum esse. Sed ad rem præsentem. illi verò Deum ubique locant & inserunt, totum in toto, totum in partibus, partiumque partibus: usque eò ut Tatianus vetus scriptor, Zenoni objiciat, quòd eum etiam in cloacis & fetudinis constituat. Verba: Καὶ ὁ Θεὸς κατὰ δὲ τὸν Ζήνωνα ποιητὴς, οὐ μιαίνεται τι: καὶ ἀκάλυξι, καὶ ἐρίπυθρύσι καὶ μαγιπέδοις: *Et Deus juxta Zenonem malorum factor erit, si etiam in cloacis & vet-*

Apolog. cap. XLVII.

De Vit. Beat. c. XXI.

I. Quæst. Natural. in Præf.

Lib. II.

Adverſ. Gentes.

Digitized by Google

Tvermiculis, & nefandis operibus aliis infit & versetur. Tuâ veniâ Tatiane. ego non video hanc sequelam: nisi si vis nec minuta illa & sordida à Deo auctore esse. Atqui & Clemens Alexandrinus damnat; Deum istis inversari; & unà nostros. Οὐδὲ μὴν, inquit, τοὺς ἀπὸ Στοᾶς παραλείπομαι, ἀλλὰ πάσης ὕλης, καὶ ἀλλὰ τῆς ἀπιστίας, τὸ θεῖον ἀνάγειν ἐπιχειροῦσι τοῖς κοπρολοιμοῖς ἀτιχνῶς τὴν φιλοσοφίαν: *Sed nec Stoicos præteribo, qui Deum per omnem substantiam, etiam vilissimam pertingere ajunt: & valdè Philosophiam dehonestant.* Bono sensu, non puto. imò & Theologi Deum essentiâ, potentiâ, præsentiâ ubique, & in omnibus ponunt. Dicimusque audacter, cum Arnobio: *Proprium hoc Dei, complere* OMNIA *vi suâ, non* PARTILITER *uspiam, sed* VBIQVE *esse* TOTVM. Cum Damascено: Τὸ θεῖον ἀμερὲς, ὅλον ὂν ἁπλοῦν πανταχοῦ ἐστιν, καὶ ὅλον ἐν πᾶσι, καὶ ὅλον ὑπὲρ τὰ πάντα: *Divinum illud sine partitione, totum totaliter ubique esse, & in omnibus esse, & super omnia esse,* Iterumque: Τὸν Θεὸν πάντα πληροῦν ὑπάρξει τὸ πάντα εἶναι, καὶ συνέχειν τὰ πάντα: *Deum omnia implere, &* SVPER OMNIA *esse, &* OMNIA CONTINERE. Quæ verba satis palàm dicunt, quod & Stoici, illum *intra & extra suum opus esse.* Quomodo extra? in Vacuo, quod nostri ponunt, in loco dicendum. Vis magis non argutè, sed verè efferam? Deus est ipse sibi locus. Ecce ante Mundum conditum, cùm nihil esset, ubi Deus erat? apud se, & in se. Quid tamen? nonne etiam signatè in Cælo esse dicitur, ut suâ sede? Dicitur, & bono suoque sensu. Damascenus: Λέγεται δὲ καὶ τόπος Θεοῦ: ὅπου ἂν δηλῶ ἡ ἐνέργεια αὐτοῦ γένηται: *Dicitur & Dei locus ubi manifestatur magis operatio ejus & gratia, & gloria.* Tale est Cælum, ubi beati illi Spiritus, ubi beatorum animæ; & velut cumulus, & splendor, majestatis. Iterùm Damascenus: Λέγεται τοιγαροῦν Θεοῦ τόπος, ὁ πλείονα μεταλαγχάνων τῆς ἐνεργείας καὶ τῆς χάριτος αὐτοῦ. Διὸ καὶ ὁ οὐρανὸς θρόνος Θεοῦ: *Dicitur Dei locus, qui plurimùm ejus operationis participat & gratiæ: ideoque Cælum ei sedes.* Nec ineptâ comparatione Lactantius: *Videtur Mens, quæ dominatu corporis tenet, in summo capite constituta, tamquàm* IN CÆLO Deus. Est enim & ipse Stoicis, Mens Mundi. Quo adspectu Statius doctè:

Arcem hanc æternam, MENTIS *sacraria nostræ:*

Et Cælum nempe sic vocat ipse Jupiter, ubi ἡγεμονικὸν, illud; suprà dictũ. Sed nihil hoc tamẽ (absit, absit) Providentiæ ejus, aut & præsentiæ, in locis nostris inferis deroget: quod Aristoteles, Euripides, & tales alii videntur censuisse. Primus ille quidem apertè, in libello *De Mundo*, ubi vel maximè Providentiâ debebat adstruere, sic tamen sentit: *ut Deus sit in Cælo & loco illo summo, tum proximis*

In Paræneticо.

Lib. VII. complere

Lib. I. c. XVI.

De Opific. Dei. c. XV.

VII. Theb.

Digitized by Google

quibusque suum numen & vim participet, usque ad hunc locum & sedem nostram. Sed Terram & terrena, quàm longissime à beneficentia ejus & adminiculo abesse, ideoque ea hic ἀσθενῆ (verbo ponenda sunt) *τὴν δ' ἀσθένειαν τίνες, καὶ πόθεν μίαν παρέχειν; infirma, & male inter se haerentia aut congrua esse, ac multae perturbationis plena.* O mi sophe, ne dixeris. Deus ut hominem hunc neglegat, aut minus quàm caelis aut aëri intendat: cujus causâ omnia fecit? Aut Deus sic angustâ mentis acie sit, ut non nisi proxima videat curetque, longiùs sita paullatim neglegat? Inscitia hoc totum, aut impietas: & prisci sanè auctores

De Placit. II. c. III. objecerunt. Plutarchus: *Ἀριστοτέλης φησὶν οὔτ' ἔμψυχον τὸν κόσμον, οὔτε προνοίᾳ διοικούμενον: Aristoteles censet, neque animatum mundum, neque* PROVIDENTIA *gubernari.* Atticus apud Eusebium: *Ἀριστοτέλης μέχρι σελήνης τείνει τὸ θεῖον, τὰ λοιπὰ τοῦ κόσμου μέρη ἀπεσχοινισμένα τῆς θείας προνοίας: Aristoteles usque ad Lunam Deos colloeans, reliqua Mundi excludit à Providentiâ.* Tatianus, & alii Patrum nostrorum, culpant: etsi non apertè in libris qui exstant id scripsit; sed vel ex iis tamen hauritur. Omitto diducere: at Stoici quantò clariùs hoc totum, & sanctiùs? qui Deum videri omnia & omnes, & curare, atque etiam cogitationibus interesse voluerunt. Quid ipsos homines? attolli ad Deum, & patrem illum, servatorem, ac cottidie beneficum, laudibus precibusque venerari. Epicteti verba, quaeso audiamus, & stupeamus ad ea, an & rubeamus? utrumque.

Lib. I. Dissert. XVI. *Si sanissimus, quid aliud nobis agendum, & PUBLICE ET PRIVATIM, quàm Numen celebrandum, & laudandum, & gratias persolvendum est? Nonne & inter fodiendum, & arandum, & edendum, hymnus hic cantandus est Deo?* MAGNUS EST DEUS, *qui nobis instrumenta haec, quibus terram colimus, dedit.* MAGNUS DEUS, *qui manus dedit, qui vim deglutiendi, qui stomachum; qui efficit, ut latenter adolescamus, ut dormientes respiremus. Haec* SINGULIS *in rebus cantanda sunt; & hymnus divinissimus cantandus, quod intellectum rerum dederit, quod vim rationemque utendi.* Et mox, velut ex instinctu, proclamat: *Si luscinia essem, luscinia munus fungerer; si olor, oloris. Nunc, cum rationale animal sim, Deus mihi laudandus.* HOC MEUM MUNUS EST, *hoc facio. Neque* STATIONEM *hanc* DESERAM, *quoad licuerit,* VOSQUE *ad eamdem cantilenam hanc exhortor.* Claudam Senecae brevi, sed alti-loquio: MAGNUM

Apud Lact. lib. VI. c. XXIV. NESCIO QUID, MAJUSQUE QUAM COGITARI POTEST, NUMEN EST, CUI VIVENDO OPERAM DAMUS. HUIC NOS APPROBEMUS. Abi, indormi, aut invigila potiùs his verbis: habes quod rumineris.

JUSTI

JUSTI LIPSI

PHYSIOLOGIÆ STOICORUM

LIBRI SECUNDI

DISSERTATIO PRIMA.

Anteloquium. de Morte aliquid, & eam cogitationem utilem ad vitam & robur animi esse.

AUD. Ah, quàm oculis & animo volupe est, meliorem commodioremque te videre! LIPS. Paullò quidem, licebat addere. Nam ne erres, amice, etsi morbus abiit, languor etiam habet, & vacuum valdè virium me reliquit. AUD. Deus reddet, meo & publico voto: sed quando tu nobis reliqua sermonum, quos jucundè & utiliter serebamus? LIPS. Frontem etiam habes? & te hominem ad laborem ducere, cui levera quamvis castra dent commeatum? Laxem animum, vires instaurem, si Deo visum: & tum ludo huic, non ludo, me include. Nunc quidem aliæ mihi istis cogitationes sunt, aut curæ. AUD. Quæ illæ? LIPS. Mortuales, ut verbo te percutiam, neque nunc videor mihi bonâ fide ab Orci limine rediisse. AUD. Hæc sunt, à quibus abductum igitur te imus: pabula tui morbi, atræ illius bilis germina & fœtus. Pone ista de morte aut morbo etiam, & jam vales. LIPS. Túne dicis: Philosophiam igitur ponere me jubes, quam nuper definiebamus, *meditationem esse mortis*? Et verò mi adolescens, quid homini magis convenit, quàm hanc habere in animo & oculis, quæ semper imminet, & tacito quodam pede surrepit? Pone de morte, inquis. O quàm aliter sapientes! Vel Græcum illum audi: Οὐκ ἔστι τὸν σπουδαῖον ἡμέρας καλῶς βιῶναι, μὴ τὴν ἐπιοῦσαν φίλην ὡς ἐχόντα βιῶναι: *Non est præsentem diem* Musonius apud Stob. Serm. 1.

Digitized by Google

rectè transigere, nisi statuis eam quasi ultimam transigere.

Ep. LXI. Quid noster Seneca? vide, quàm consonet. *Id ago, ut mihi instar totius vitæ sit dies. Nec mehercules tanquam ultimum rapio, sed sic aspicio, tamquam esse vel ultimus possit. Hæc animo tibi hanc epistolam scribo, tanquam cum maximè scribentem mors evocatura sit.* Salutaria dicta, & sensa. Surgo, possum non ire cubitum: decubui, possum non exsurgere. Antverpiam eo, an domum redibo? ad hanc redii, an illam revisam? At, inquies, tristis hæc cogitatio super morte, & ipsam adducit. Falleris. Sapiens cum tranquillitate de eâ cogitat: non aliter, quàm in mari & navi, ventos & vela spectat, quibus fertur in portum: nec tamen ipsa cogitatio eum transfert. At hæc stultitia, & omnis error noster est. in fluctibus & inter undas jactari volumus; reformidamus, quò natura & ratione ducimur, pervenire. De Naturâ, scimus:

Omnes eodem ducimur, omnium
Versatur urna.

sed & de Ratione. quis ejus compos abnegabit? Quid nisi hîc jactationes, curæ, miseriæ, corporis atque animi dolores sunt? Ecce finem: quid reformidas? ecce portum: cur non intras? Sed revera ut ii qui in carcere sunt, elabi velint & possint, nisi custos teneat: sic in hac vita nos sistit ille velut commentariensis, Amor vitæ. Pellendus est; & ut possit, sæpè cogitandum, quod semel faciendum est. *Supervacuum forsitan putas id discere, quo semel utendum est? Hoc est ipsum, quare meditari debeamus. semper discendum est, quod an sciamus experiri non possumus.* Animus hoc modo fortior, vita emendatior, imò & lætior. quid enim tetreat aut turbet, quem

Sen. Epist. XXVI.

Lucan. *---ille timorum*
Maximus haud urget, leti metus?

Itaque, mi Auditor, non avoca à tam salutari meditatione: ipse potiùs eò veni. *Junior es, quid refert? non dinumerantur anni. Incertum est, quo te loco mors exspectet: itaque tu illam omni loco exspecta.* Philosophia autem, ut tetigi, eò ducet, & hanc meditationem, & ab ea robur, animo tuo indet. AUD. Quin tu igitur, mi Doctor, porrò me ad illam? Nam ducere cœpisti, sed in viâ etiam destituisti. LIPS. Morbus fecit, quod non ignoras: & nunc, etsi haud firmissimus, tamen cœptum spatium tecum decurram, & (Deus annuet) ad candidam calcem sistam.

Sen. epist. XXV.

DIS-

Digitized by Google

DISSERT. II.

Materia prima, alterum Principium, descripta. Aeternam esse; Non augeri, non minui; Non item pati.

DICEBAMUS igitur ante sex menses (hanc comperendinationem valetudo dedit) duo esse Stoicis rerum Principia, Deum & Materiam. De illo, quod licuit, diximus: hæc pervidenda est, & quæ ex iis fiant. Materiam ita notificat Laërtius, ex scitis Stoicorum: Οὐσίαν δὲ φασι τῶν ὄντων ἁπάντων τὴν πρώτην ὕλην. ὕλην δέ ἐστιν, ἐξ ἧς ὑποστατοῦ γίνεσθαι. κινεῖσθαι δὲ διχῶς, ὕσπερ τε καὶ ὕλην, κἂν τῶν πάντων, καὶ ἢ τῶν ἐπὶ μέρους. ἢ μὲν οὖν τῶν ὅλων, ὕπερ πλείων, ὕπερ ἐλαττόνων γίνεσθαι, ἢ δὲ τῶν ἐπὶ μέρους, καὶ πλείων ἢ ἐλαττόνων. σῶμα δέ ἐστι καθ' αὑτούς, καὶ περιγραπτόν. καὶ πάθητὴ δέ ἐστιν. εἰ γὰρ μὴ ἀπαθὴς, ἐκ τοῦ γινόμενα ἐξ αὐτῆς ἐμένετο. ἔνθεν κακῶσις, ὅτι τομὴ εἰς ἄπειρόν ἐστιν ἐκ ἄπειρον δέ φησιν αὐτὴν ὁ Χρύσιππος. ἔστι γάρ τι ἄπειρον, εἰς ὃ γένοιτ' ἂν ἡ τομή. ἀλλὰ καταλήκτος ἐστί: *Essentiam sive Naturam, omnium quæ sunt primam statuunt, Materiam. Materia autem est, ex qua quidlibet conficitur. Dupliciter autem dicitur & Essentia, & Materia; nempe Omnium, & Singulorum. Illa omnium, sive Universalis, neq; crescit neq; decrescit: illa Particularis contrà, augmenta & decrementa habet. Corpus autem est, secundùm Stoicos, atque item finita. Est & patibilis. nam si immutabilis; non ea quæ fiunt, ex eâ sint facta. Hinc & illud consequens, quòd sectio illius in infinitum fit. At non ipsam infinitam, Chrysippus dicit. Non enim est dare infinitum, in quod sectio cadat. Est autem continua.* Hæc ille strictè & caliginosè alibi: licet uberius clariusque nobis effari. Est, inquit, *prima essentia.* Sanè prima: unde alioqui Principium & æque primam æternamque eam faciunt, atque ipsum Deum. Zenonis verba reperio: Οὐσίαν εἶναι τὴν τῶν ὄντων πάντων πρώτην ὕλην, ταύτην δὲ πᾶσιν ἀΐδιον, ὔντε πλείω γεγονέναι, ὔντε ἐλάττω: *Essentiam omnium rerum primam esse, Materiam: atque eam totam æternam nec majorem nec minorem fieri.* Hæc consensu ferè veterum doctrina. Si enim nata factaque Materia, ex aliquo factam necessum est: atquin id ipsum Materia sit. Nam illud Democriti effatum omnes recepetunt: Μηδὲν ἐκ τοῦ μὴ ὄντος γίνεσθαι, μηδὲ εἰς τὸ μὴ ὂν φθείρεσθαι: *Nihil ex nihilo gigni, nihil in nihilum reverti.* Et tamen, quod mirere, Seneca dubitat, an Deus Materiæ auctor. Ita enim in Quæstionibus Naturalibus: *Quam utile existimas ista cognoscere & rebus terminos ponere? quantum Deus possit? Materiam ipse sibi formet; an datâ utatur?* Dubitat ecce, quod Christianos quosdam non est puditum

In Zen.

In Stob. Phys.

Ibid. lib. 11.

Digitized by Google

contrà adfirmare, & cum priscis Materiam æternare Ii fuere Marcion & Hermogenes hæretici, quos *Materiarios* ideò Tertullianus appellat. Sed Seneca etsi dubitat, non tamen ut Stoicus, quorum perpetuum hoc dogma, ut ferè philosophorum. Quos refutant apud * Eusebium Dionysius, Origenes, Philo, Maximus: * Tertullianus, & Lactantius, & Latini nostri passim. Æternam igitur statuunt: sed illam Primam & Communem. Ita enim Laërtius eam distinguit: *Duplicem esse, Omnium & Singulorum.* Illa Omnium, est hæc Prima; illa Singulorum, est Secundaria, in tale ac tale corpus formata. Quia igitur illa Prima æterna. additur: *neque crescere, neque decrescere.* Etsi enim diffusior aut rarior fieri potest, ut in Ecpyrosi cùm Vacuum omne implet: tamen ipsa non crescit, & extensio in modo est, non in essentia augmentum. Zeno: Ταύτην ἀΐδιον, ὑπ' οὐδενὸς γινομένην, ὅτι οὐδὲν ἐλάττων; τὰ δὲ μέρη πάντως ἐκ τοῦ ὅλου ἀφαιρεῖν, ἀλλὰ ἀλλοιοῦσθαι καὶ συγχεῖσθαι: *Illam æternam, neque majorem neque minorem fieri: at partes ejus non easdem manere, sed separari, & commisceri.* Separari, cùm interitus; misceri, ubi generatio consideratur. Nam totum hoc nasci aut perire, quid nisi formæ alius atque alius inductio est, Materiâ primâ permanente? Philosophorum scholis hæc decantata, sed & versibus poëtarum. Pythagoras apud Ovidium:

Nec perit in tanto quidquam, mihi credite, mundo,
Sed variat, faciemque novat. nascique vocatur
Incipere esse aliud, quàm quod fuit ante; morique,
Desinere illud idem.

Poëta alius:

Cedit enim rerum novitate extrusa vetustas
Semper, & ex aliis aliud reparare necesse est,
Nec quidquã in barathrum nec tartara decidit ima.

Versu ultimo vult dictum, nihil perire. Addit Laërtius, *Corpus juxta Stoicos esse.*] Ita lego in Stobæanis Eclogis: Οἱ Στωϊκοὶ σῶμα τὴν ὕλην ἀποφαίνονται: *Stoici corpus, Materiam dicunt.* At quomodo, nisi Forma accesserit sine quâ nec latitudinem, nec altitudinem, nec longitudinem habet? sine quibus non est Corpus. Respondeo, Stoicis latè corpus esse (de quo posteà) quidquid est. Deinde, Materiam eaipsa tria habere, sed non finita, nisi accedente Formâ, quæ circumscribit. Nec Platonici quidem alieni ab hac sententiâ, inter quos Plutarchus. Ὕλην, sive ἀκρωτήριον, οὐκ ἀσώματον, οὐδὲ ἀκίνητον, ὅτι ἄψυχον, ἀλλ' ἄμορφον μὲν καὶ ἀόριστον τὸ σωματικὸν ἔχουσι describit:

Ma-

Digitized by Google

Lib. VII. Præparat. Evang.
Adverſ. Hermog.
Lib. II. cap. 12.
In Stob. Phyſ.
XV. Metamorph.
Lucret.
De genitura Animæ.

Materiam aut chaos, non incorpoream, neque immobilem, neque inanimam, sed informe & inconditum illud corporeum habuisse. Iterumque: Τὸ πανδεχὲς καὶ ὑλικὸν, ὅπερ ἐστὶ, μέρος μὲν οὐκ ἐπέτηδε, καὶ διάστημα, καὶ χώραν. πάσας δὲ, καὶ μορφὰς, καὶ χαρακτῆρας μεταποιεῖ, οὐδὲν ἴδιον ἔχον: *Illud omnia capax & Materiale, magnitudinem quidem habebat, & intervallum, & locum; pulchritudinem vero, & formam, & figurarum modificationem requirebat.* Universè igitur corpus erat; tale & tale, designatui aptum, non erat. Apulejus Platoni haud aliam mentem, etsi aliis verbis, adtribuit. *Neque corpoream*, inquit, *Materiam, neque sanè incorpoream esse concedit. Ideo autem non putat corpus, quod omne corpus specie qualicumque non careat. Sine corpore vero esse non potest dicere, quia nihil incorporale corpus adhibeat: sed vi & ratione sibi eam videri corpoream.* Neque Aristoteles est in alia mente, qui *Materiam substantiam esse* adfirmavit: sed sensu quem Posidonius Stoicus aperit: Διαφέρειν δὲ τὴν οὐσίαν τῆς ὕλης τὸν ὕστερον, καὶ τῆς ὑποστάσεως, λόγῳ μόνον: *Differre substantiam quæ existit, à Materia, ratione & intellectu tantùm.* Sed pergit Laertius, *Atque item finita.*] Quod verum est: mundo enim clausa. Etsi infinitam etiam Platonici asserunt, alio adspectu. Apulejus: *Infinitam Materiam commemorat, quod ei sit interminata magnitudo. nam quod infinitum est, indistinctum magnitudinis habet finem.* Utrique rectè. Stoici, quia finiri potest, & finitur: Platonici, quia in se considerata (exempli caussa, ante mundi conditum) fines certos non habet. Sequitur, *Patibilem etiam esse.*] Male enim in Græco, ἀπαθῆ legitur, id est *impatibilis*: & vel ex sequentibus falsò. Illa verò afficitur; mutatur, cogitur à Deo, quà lubet.

Materiæque datum est cogi, sed cogere Mundo.

Denique *Principium* τὸ παθητὸν *Patiens*, à Stoicis appellatur. Plato Materiam ait, λόγον ἔχειν, θηλείας τινὸς καὶ μητρὸς, *rationem habere Fœminæ & Matris*: quod verum est, & concipit formas omnes, & tertium aliquid ex his parit. Amplius in Laertio: *Sectio illius infinitum est.*] Cicero pro toto hoc sensu: *Materiam esse, ex qua omnia expressa atq; efficta sint: eoq; etiam interire, non in nihilum, sed in suas partes, quæ infinite secari ac dividi possunt, cum sit nihil in rerum natura minimum, quod dividi non queat.* Et consentiunt Philosophi ac Geometræ; excipio. Epicuréos, quibus corpuscula quædam sunt individua, ideo ἄτομοι dicta. In ultimo, *Est autem continua.*] In Græco est, ἀπερίληπτος: nec scio cur *finitam* hîc verterit interpres. Ego putavi eum dicere, *indesinentem & continuam* esse: quia hoc

Ibid.

De Dogm. Plat.

VIII. Physic. VII. Metaphys. cap. III.

De Dogm. Plat.

I. Acad.

De Vit. Beat. cap. XXII.

quæ-

quærebatur Seneca : *Individua sunt, per quæ struitur omne id quod natum futurumque est, an continua eorum materia sit, & per totum mutabilis.* Iterumque idem: *Continua sit omnis & plena Materia, ex quæ cuncta gignuntur, an diducta, & solidis inane permixtum sit.* Vides quæsitum, & contra Epicuréos à nostris assertum : quibus Materia *Individua*, itemque *Diducta*, id est At omi esset.

Ibid. cap. XXXI.

DISSERT. III.

An non plura Principia? & de Idéis dictum, eaque asserta

SED hæc omittamus : illud magis quærendum, satisne plenè Principia Stoici dederint, neque alia associanda ? Nam Plato *Ideam* suggerat, Aristoteles suum *Idos* : ut *Privationem* (quæ Senecæ *Orbatio* est) nunc seponam, nec Peripateticis satis acceptam. Sed de *Idéa* aliquid videndum est; vel ad Senecæ nostri lucem. Ipse ita aperit : *Quid sit Idea, id est quid Platoni esse videatur, audi. Idea est eorum, quæ naturâ fiunt, exemplar æternum. Adiiciam definitioni interpretationem, quo tibi res apertior fiat. Volo imaginem tuam facere, exemplar picturæ te habeo, ex quo capit aliquem habitum manus quem operi suo imponat. Ita illa quæ me docet & instituit facies, à qua imitatio petitur, Idea est. Talia ergo exemplaria infinita habet Natura rerum* (id est Deus) *hominum, piscium, arborum* : *ad quæ quodcumque fieri ab illâ debet, exprimitur.* Satis clarè aperit Platonicum sentum, & sinceriùs sanè, quàm discipulus ejus Lycéo fecit. Ille enim Idéas sic accepit & prodidit, quasi extra Intellectum per se subsistentes, & agentes in Materiam, ut sigillum in ceram solet. Alii abnuunt. & Plutarchus clarè, τὰς Ἰδέας χωρὶς τῆς ὕλης, οὐ τοῖς νοήμασι μόνον ἀλλὰ καὶ τῇ οὐσίᾳ φασὶ τοῦ Θεοῦ ὑπάρχειν τὰ Νοητὰ, ὑφιστῶσας, ex Platonis mente describit: *Ideas separatas à Materie, in sensibus & cogitationibus Dei, id est Mentis consistere.* In Deo, inquam, Idéæ : & noster ita Seneca. *Hæc exemplaria rerum omnium Deus intra se habet, numerosque universorum quæ agenda sunt, & modos mente complectitur. Plenus his figuris est, quas Plato Ideas appellat, immortales, immutabiles, infatigabiles. Itaque homines quidem pereunt, ipsa autem Humanitas, ad quam homo effingitur, permanet.* Sed dices, ergo varia ista in Deo & diversa, qui totus unitas est, & simplicissima natura ? Nostro sensu, varia : sed in Deo una est Idéa & exemplar, in rebus singulis tamen disparanda. Trismegistus

Epist. LVIII.

Epist. LXV.

Digitized by Google

ſtus hoc vidit: Μίαν ἔν ἴδιαν, ἥτις ἐστὶν αὐτῷ ἰδία, ἥν ὡς ἄϋλον Cap. XI.
ἄϋλον ἐν ὑποστάσει ἀσώματον Θ., καὶ πάσας λόγῳ τῶν σωμάτων δείκνυσι: *Unam habet Idéam Deus, quæ ejus eſt propria, quæ nec oculis ſubjacet, ut pote incorporea: & omnes Idéas per corpora tamen oſtendit.* Audis? In corporibus Idéa variat, in Deo eſt una. Nec ita ut in loco ſita, quod idem Ter-
maximus amolitur: Πάντα ἐστὶν ἐν τῷ Θεῷ, οὐχ ὡς ἐν τόπῳ κεί- Ibid.
μενα: *Omnia ſunt in Deo, non ut loco ſita.* Quomodo igitur? ἐν διανοήσει φαντασίας: *in cogitatione incorporea.* Conſentiunt ſanè hæc cum Platone, atque adeò, cum Chaldæis, ſi fortè ab iis hauſit. Pſellus: Ἰδέας δὲ νομίζουσι, τοὺς μὲν ἐκ τοῦ πατρὸς νοήσεις, τοὺς δὲ τῶν καθόλου λόγους φυσικοὺς καὶ ψυχικοὺς καὶ νοητοὺς καὶ διὰ τούτων ἐξηρημένας τῶν ὄντων ὑπάρξεις: *Ideas cenſent, modò Patris cogitationes, modò Univerſi rationes naturales, animales, & intellectuales, modo etiam abſtractas à rebus ſubſtantias.* Sed & cum Veritate ipsâ conſentiunt, probè accepta. Dionyſius noſter Idéas agnoſcit, & definit ἀποφάσεις καὶ βουλήσεις τοῦ Θεοῦ: *præfinitiones & voluntates Dei* in rebus nempe condendis. Et certum, ſpecies in Deo rerum eſſe, ad quas formet. Boëthius:

——— *tu cuncta ſuperno* Lib. III.
Ducis ab exemplo: pulchrum pulcherrimus ipſe De Conſol.
Mundum MENTE *gerens, ſimilique in* IMAGINE *formans.*

Sed & Auguſtinus aſſeruit: *Sacrilegium quidem eſſe, exiſtimare quod Ideæ ſint extra mentem divinam. ſi tamen Plato*, inquit, *in ipſa poſuit, veras tum Ideas aſſeruiſſe, in Deo enim rerum omnium exemplar erat ab æterno. Joannis* I. *Quod factum eſt, in ipſo vita erat.* Neque ſanè Tertullianus damnat, etſi videri poſſit, De Animâ: ubi dum taxat Gnoſticos & Valentinianos rejicit, qui *Æones* ſuos, & alia deliria, è Platonicis Idéis pravè hauriebant. Sunt igitur Idææ: an & Principium? Platoni quidem. eoque *Originales rerum ſpecies* Macrobius; *Principales formas* Claudianus Mamertus dixit; & Auſonius *Datas formas*, id eſt rebus à Deo impreſſas. Nam ejus hunc Gryphum non aliter interpreter:

Quæſtion. xlvi.
Cap. xviii.
In Somm. I. cap. II.
De Stat. An.

In Phyſicis tria prima; Deus, Mundus, data Forma.

Tria Platonis principia ponit, *Deum*, *Materiam* (hanc per Mundum ſignat, qui ex eâ eſt) *Ideam*. Triſmegiſtus etiam amplius, Τὸ αἰχὶ τυπικὸν εἶδος, καθαρὸν τὸ ἀρχῆς τὸ ἀπερίγραπτον dixit: *Exemplarem Formam, prius principium ipſo principio interminato*: id eſt Materiâ. Ratione prius, quia in Deo eſt, & prævenit facienda. Seneca quæſitum tamen hoc oſtendit: *Utrùm Idea Materiæ priùs ſuperveniit, an Materia Ideæ?* Sed Mercurium illum rectè decîdiſſe arbitramur, & Idéam antevenire. Illud ta-

Cap. I.
Quæſtion. Natur. I. in Præf.

men

men non omitto, in Senecæ eo loco quosdam libros scribere: *Ratio Materiæ prius superveniat, an Materia Rationi*: quod Stoicum magis sit; & capis ex ante dictis. Sed Idéam igitur cum Senecâ admittat, & agnoscat: etiamne ut Principium? Non facit, neque Stoici: nec sane est opus. Deum enim cum ponant: quid Idéas seorsim apponant, quæ sunt in Deo? Neque iidem etiam *Formam* Aristotelis, sive τὸ εἶδος accensent: quamquam nec eam sane tollant. Quid sit, & ab Idéa differat, operæ putavit Seneca explicare. *Quid interfit quæris? alterum* (Idéa) *exemplar est, alterum* (Idos) *forma ab exemplari sumpta. Alteram artifex imitatur, alteram facit.* Plura addit, quæ non obscura sunt: eoq; omittenda. Sed hæc forma, cùm ad rem constituendam concurrat, faciatque maxime: cur non Principium Stoicis? Quia placuit iis prima Principia dare, & ante quæ nihil esset: quæque eadem æterna sint. At Formæ auctor Deus est, & nascitur assiduè ac perit. Vis inter seria etiam, quod rideas? Varro ut rem magnam, ut mysticam, religiosè aperit, se tria Principia apud Samothracas repperisse. *In eorum*, inquit, *simulacris, multis indiciis collegi aliud significare cælum, aliud terram, aliud exempla rerum, quas Plato Idéas appellat. Cælum, Jovem intellego; Terram, Junonem; Ideas, Minervam. Cælum, à quo fiat aliquid; Terram, de quâ fiat; Exemplum, secundum quod fiat.* Et tibi tria Principia, etiam Romæ in Capitolio consecrata. Quid si etiam in Circo? Tertullianus asserit, *trinas ibi aras Diis parère* MAGNIS, POTENTIBUS, VALENTIBUS. *Eosdem & Samothracas existimari.* Tres ibi, cum Varrone, nominat: etsi ipse Varro alibi duos tantùm agnoscat, *Cælum ac Terram* pariter interpretatus. Sunt isti *Cabiri*: de quibus Dionysius, Strabo, alii.

Epist. LVIII.

Apud August. De Civit. c. XXVIII.

De Spect. cap. VIII. IV. De L. L.

DISSERT. IV.

De Corpore, quid Stoicis? latè accipi, & omnem essentiam includere. Quænam etiam eorum, pro nostris scholis & sensis, nugamenta.

AT Principia cùm habemus, ad ea veniamus quæ ex his fiunt. Cicero: *Quod ex utroque fit* (Causa & Materia) *id jam Corpus, & quasi Qualitatem quamdam nominabant.* Quidquid igitur Materia habet, est in Corpus, atque idipsum definiunt, Σῶμα εἶναι τὸ τριχῆ διαστατὸν,

1. Acad. Laert in Zen.

Digitized by Google

σωτὸν, οἷς μῆκος, οἷς πλάτος, οἷς βάθος: *Corpus esse quod in tria dividitur, longitudinem, latitudinem, altitudinem.* Atque hæc sanè proprie Corpora sunt, pro aliorum etiam philosophantium sensu. At Stoici (notandum est) longiùs laxiusque hanc vocem tendunt: & communiter, quidquid omnino est, sic appellant. Ita non Genii solum & Anima (nam hæc iis materia sunt) sed Deus, & Materia, & Virtutes, Vitia, Affectus, & plura talia, Corpora dicuntur: quod Scholæ hodie rideant, sed sua hæc lingua iis fuit. Itaque Laërtius, post eam finitionem, addit: Τοῦτο δὲ καὶ σῶμα καλεῖ): *Atq; hoc solidum etiam Corpus vocatur:* quasi alia essent, extra eam agnominationem. Notare autem in Cicerone licuit, etiam *Qualitates* ea corpora appellari: quia scilicet ποιὰ, τὰ πως ἔχοντα, *qualia & qualitate affecta* essent. Itaque statim *Qualitatum alias Principes facit, alias ex iis ortas Principes, elementa ipsa: ex iis ortas, animantium formas, quæque gignuntur è terra.* Ubi palàm est, Corpora eum Simplicia intelligere, & Mixta. Etsi ab ipsis Corporibus compositis abjungunt etiam *Qualitates*, & Materiam faciunt subjectam, & Formarum eas vices habere. Plutarchus adversus eos: Καίτοι πανταχοῦ τὴν ὕλην, ἀεχὴν ἐξ ἧσπερ τὰ ἀκίνητον, ὑποκεῖσθαι τοῖς ποιότησι λέγοντες. Τὰς δὲ ποιότητας δὲ πνεύματα, ἕξεις δὲ καὶ τόνους ἀεροειδεῖς, οἷς ἂν ἐγγένοιτο μίξεσιν οἰκείοις ἅπτεσθαι καὶ χωρητίζειν: *Etsi ubique Materiam, per se inertem & immobilem, Qualitatibus subjici prædicant: Qualitates autem spiritus esse, aliqui vigores & intentiones quasdam aëreas, quæ partes, quibuscumque ingenerantur, formâ afficiant, & figurent.* Ecce Qualitates palàm Corpora: quidni? sunt enim *Spiritus, & aëreum* quiddam. Et vero *Qualitates* pro Formis Trismegistus etiam usurpat: Παλιὸν δὲ τὸν Ἴδιον τοῦ ποιεῖ ὁ πατὴρ ἐγκαταστίξας τῇ σφαίρᾳ, ὥσπερ ἄντρῳ κοσμήσαι, πάσῃ ποιότητι κοσμῆσαι βουλόμενος τὸ μετ' αὐτὸ ποιεῖ: *Affatim autem Idearum qualia Pater inseminans globo, tanquam in antro conclusit, omni qualitate exornare cupiens quod cum ipso erat quale.* Non aliud, quàm varietatem Formarum acceperim, quas Mundo Deus inseruit, petitas à primis Formis, id est Idéis. Atquin & hæc tales, ut dixi, corpora: quod Plutarchus dicit, & damnat. Ita enim contra istos: *Essentiam & Materiam subjici dicunt Qualitates autem rursus corpora faciunt. Implexa vero ista res. nam si Qualitates essentiam suam propriam habent ex qua dicuntur & sunt corpora: non quærunt essentiam aliam:* & plusçula, quę adjungit. Quin & Galeni libellus hodie, contra eosdem argumento & titulo: Ὅτι αἱ ποιότητες ἀσώματοι: *Quod Qualitates sint incorporeæ.* Nec de formis solum essen-

In Contr. Stoic.

Cap. VIII

Adverſ. Stoic. ſentialibus accipe, ſed de Virtutibus, Vitiis, Affectibus, atq; aliis, quæ Plutarchus enumerat item, & ridet. Ἄτοπα δὲ καὶ μάλα, ὡς ἀρετὰς καὶ τὰς τέχνας, οὕτω δὲ τὰς πάθας τὰς ὀρμὰς καὶ συγκαταθέσεις, σώματα ποιεμένους, τὸ μηδὲν φάναι κωλύειν, μηδ' ὑπάρχειν· τόπον δὲ λέγειν ἵνα τὸν τῆς ἀρετῆς συμπαίσαν καὶ λιπὼν, ἔπειτα τὸ ἡγεμονικόν: *Abſurdum autem nimis, Virtutes, Vitia,* ‡ Idem Tertull. De Anim. cap. VII. *Artes prætereà, omneſque Memorias, item Phantaſias, & Affectus, Appetitiones, Aſſenſiones, corpora cùm faciant, in nullo ea diſcere poſita eſſe ac ſubſiſtere: locum damnatas iis unum in corde exiguum, qui puncti inſtar ſit, relinquere, ubi animi item Principale eſt.* Sunt, fateor, in fronte hæc ridicula: ſed ſubtiles illi viri, & vel maximè Dialectici, cauſſæ aliquid habuerint ſic judicandi, nobis in ſcriptorum illâ raritate obſcurę. Chryſippus unus exſtaret, in aperto res eſſet. Sed benè an malè illi, *non nunc quæramus*: res quidem & ſenſus eorum prorendus eſt. Noſter Epiſt. CVI. Seneca ad Lucilium: *Non puto te dubitaturum, quin Affectus Corpora ſint*: & enumerat ſubinde *Iram, Ambitionem, Triſtitiã, Metum, Audaciam.* Quid tam diverſa in una illâ (ut Putarchus ſcripſit) *punctuali cordis ſede*? Non pugnent igitur? nam & vitam, ecce habent, atque adeò *Animalia* Ep. CXIII. eſſe affirmant. AUD. Haha, rideo: Animalia? LIPS. Audi Senecam: *Deſideras tibi ſcribi à me, quid ſentiam de hac quæſtione jactatâ apud noſtros, an Juſtitia, Fortitudo, Prudentia, cæteraque virtutes animalia ſint?* Et multis deinde adſtruit, animalia eſſe. AUD. Sunt, ſunt: quis abnuat? Vidéſne pictores, & id genus, Stoicis addicere, qui feminas etiam efformant? LIPS. Imò tu ſerium illorum argumentum audi. *Animum conſtat animal eſſe* (ait Seneca:) *cùm* Ibid. *ipſe efficiat ut ſimus animalia. Virtus autem nihil eſt, quam animus taliter ſe habens: ergo animal eſt.* O Achillem! cedite, fugite Trojani. Nec ſatis. Vitia etiam Animalia, quod ſequitur: etiam Artes, & Phyſica, & Dialectica: quid? etiam partes earum, *Enunciata, & Solæciſmus, & Syllogiſmus.* Vides *quàm multa* (Senecæ irridentis verba) *animalium millia habitent his anguſtiis pectoris?* Ex Epiſt. CVI. de *anguſtiis*, è Plutarcho ſuprà interpretare. Abjicit & alibi idem Seneca, & in vano aut levi habet. *Sunt*, inquit, *quæ ſcire magis juvat, quàm prodeſt, ſicut hoc, de quo quæris. An corpus bonum ſit?* Reſpondet deinde: *Corpus eſſe, facit enim: quod facit, corpus eſt.* Ubi & axioma illud Stoicũ obſerves, Quidquid facit, eſt corpus. Quâ eâdem illâ ratione Vox corpus adſtruitur, in Laertio: Σῶμα δ' εἶναι τὴν φωνὴν φησὶ Στωϊκός. πᾶν γὰρ τὸ ποιοῦν, σῶμα εἶναι ποιεῖ δὲ φωνὴ κατὰ τοὺς ἀποδιδόντας λόγους τῶν φωνούντων: *Corpus eſt Vox, ſecundũ Stoi-*

Digitized by Google

Stoicos. Omne enim quod facit, Corpus est: facit autem Vox, quæ à loquentibus ad audientes accidit. Quod tamen pleniùs diceretur, *Quidquid facit aut fit, est corpus:* id est, agit aut patitur. Ipse noster ita effert alibi, & Plutarchus inter Stoica: οὐδὲν ἀλλ' ἢ μόνα τὰ σώματα καλοῦσιν, ἅπερ ἐστὶ καὶ ποιεῖν καὶ πάσχειν: *Sola quæ sunt Corpora appellant: quoniam id quod est, facit aliquid, aut patitur.* Sed de Voce quod erat, etiam Epicuréi sic asserebant. ut Lucretius: Epist. civil.

Corpoream quoq; enim vocem constare fatendum est,
Et sonitum: quoniam possunt impellere sensus.

Plura, siquis volet, super hoc legat in Eustathio Homeri interprete, ad Iliados secundum. Nos ad Senecam, qui ajebat *Bonum* corpus esse. Quid ita? ratio. *Corporis bona, sunt corpora: corpora ergo sunt & quæ animi: nam & hic corpus est.* Profectò mira hæc Logica est, in nostris scholis non audita, non audienda. Sed rationem omitto, rem concutio. Certè Stoici, apud Sext. Empiricum, negant *Bonum* corpus esse, sed *Bonitatem.* Ait enim: *Veritatem nonnulli opinantur, & maximè Stoici, à Vero differre tribus modis, Essentiâ, Constitutione, Virtute. Essentiâ quidem, quia Veritas est Corpus. Verum autem incorporeum.* Amplius, *Nox, Dies, Vesper corpora sunt*: & quid verba ultrà facio? initio dictum repeto, Quidquid est, censent corpus. Adverſ. Mathem.

DISSERT. V.

Deum & Materiam Corpora esse Stoicis: & quattuor dumtaxat proprie Incorporea.

AUD. Fateor non invitum me hæc audire, etsi animo obhærenti. Si enim omnia hæc Corpora: cedò quid igitur Incorporeum est? an id solum, quod non est, ut Chimæra & Centaurus? LIPS. Et ego liberè fateor diutilè in hac inquisitione me fuisse, & obhæsisse. Seneca quidem expedire nos debeat, & cœperat, ubi divisionem *Corporum & Non-corporum* instituit: sed deseruit, & in vado reliquit. Verba ejus ista: *Naturalis pars Philosophiæ in duo scinditur, Corporalia & Incorporalia. Corporum locus dividitur in hos primùm gradus, in ea quæ Faciunt, & quæ ex his Gignuntur. Gignuntur autem Elementa. Ipse Elementi locus, ut quidam putant, simplex est: ut quidam, in Materiam & Caussam omnia moventem, & Elementa dividitur.* * *Superest ut Rationalem partem Philosophiæ dividamus.* Ecce institutam divisionem, & Ep. LXXXIX.

unum

Digitized by Google

unum caput exsequitur de Corporibus: alterum de Incorporeis nec verbo tangit. Consilio aut neglectu ejus omissum, an ignaviâ exscriptorum, non definio: sed hoc clarè haurio, ipsa prima Principia Corpora esse, *Materiam, & Caussam.* Et de Materiâ quidem jamantè satis firmavimus, * ubi de eâ dictum: sed Laertii etiam verba sunt, quæ de utroque principio evincunt. Inter Stoica, ubi ab Elementis ea dividit: Καὶ σώματα εἶναι τὰς ἀρχάς, καὶ ἀμόρφους: *Et corpora esse Principia, & formæ expertia.* Ubi tamen viri docti fidenter rescribunt: Καὶ ἀσωμάτους εἶναι τὰς ἀρχάς, *Et incorporea esse Principia.* Quod pro communi nostra philosophia verum fateor, abnuo de Stoicorum. Ipse enim *Deus* iis corpus, id est *Senecæ Caussa, omnia movens.* An non Corpus sit, cùm etiam Animal est? Ita enim idem Seneca dividit alibi *Corpus, in Animantia, & inanima; rursus Animalia aut Mortalia sunt, aut Immortalia.* & sub hac specie Dii ac Genii continentur. Neque aliter alii: unus modo nodus me ligat ab ipso Seneca injectus, qui alibi primam illam Caussam appellat *Incorporalem. Quisquis formator Universi fuit, sive ille Deus est potens omnium, sive incorporalis Ratio ingentium operum artifex, sive divinus Spiritus per omnia intensus.* Profectò hæc Ratio est Deus, aut Dei melior pars: & si illa incorporea; cur non Fatum, Providentia, Justitia Dei & Sapientia, & denique ipsa in nobis Ratio, pars illius? Vir opinor hoc Stoicè, sed potiùs Platonicè dictum: aut si est, seorsim à Deo & ab Igne eam nunc aspicit & avellit, non alibi factum. Certe Ratio *prima Caussa* est, atque ea palàm Corpus illi dicta. Est & axioma Stoicis certum: *Omne quod est, esse corpus*: an non Ratio est? Laertius: Σῶμα δέ ἐστι κατ' αὐτοὺς τὸ οὐσία: *Corpus est juxta ipsos Essentia.* Numenii liber citatur ab Eusebio: Οὐκ ἂν εἴη σῶμα τὸ ὄν, κατὰ τοὺς Στωϊκούς; *Quod non sit Corpus quidquid est, juxta Stoicos*: ubi eos scilicet refutavit. Sed & Tertullianus noster, hoc illorum dogmate imbutus. Animam, Angelos, Deum corpora facit: & alibi universè scribit, *Omne quod est, Corpus est sui generis: nihil est Incorporale, nisi quod non est.* Quo sensu Augustinus eum excusat de Deo & Angelis corporeis: quia *timebat*, inquit, *ne nihil essent, si Corpora non essent.* Neque Stoicorum nova hæc opinatio. prisci quidam philosophorum (Platone teste) ajebant *Justitiam, Prudentiam, itemque contraria, & μηδὲν εἶναι ὄντων, & πάντ' εἶναι σώματα: aut nihil eorum quæ sunt esse, aut corpora esse.* Tam latè igitur hâc significatione, quid mirere dicta à nobis omnia comprehendi? AUD. Cedo equidem, & dono: sed

Differt. II. supra.

Epist. LIX.

Consol. ad Helv. cap. VIII.

Lib. XV.

De Carne Christi.

De Genesi ad lit. c. ult.

In Sophist.

Digitized by Google

ſed quod injeci ecquid ſolvis? Ubi enim Incorporea, niſi in imagine? LIPS. Non hoc cenſe. ſunt reipſâ quædam, & reperiemus. Seneca palàm diviſit ſupremum illud τὸ ὄν: *Quidquid eſt, aut Corporale eſt, aut Incorporale*: & poſteà iterum ita dividit, ſed exempla non donat. Ergo aliquod Ens dicimus Incorporeum: & axioma illud ſuprà poſitum leviter reſtringendum eſt. Nam lego in Sexto Empirico: *Ex Incorporeis Stoici enumerant quattuor ſpecies, Id quod dicitur, Vacuum, Locum, Tempus.* Primum illud Græcè eſt (ex alio Empirici loco) τὸ λεκτὸν. Senecæ inde lux: *Video Catonem ambulantem: Corpus eſt, quod video. Dico deinde Cato ambulat, non Corpus quidem eſt quod nunc loquor, ſed enunciatum de Corpore. quod alii effatum vocant, alii Enunciatum, alii Edictum.* Ecce τὸ λεκτὸν variè interpretatur: & oſtendit eſſe quid, cùm verè dicitur: (ut, Cato ambulat, ſapit, deſipit:) nec tamen Corpus, ſed Incorporeum eſſe. Ab eâ re apud eumdem Senecam quæſtio, *Cum Sapientia ſit Corpus, an etiam Sapere?* & diſputat * εἰς ἀκατέρως: ſed non eſt profectò, pro dicto ſenſu. Plura in hac re non habeo, niſi illud Plutarchi etiam. iſtinc conſequi, σῶμα σώματος εἶναι τόπον, καὶ σῶμα χωρεῖν διὰ σώματος: *Corpus Corporis eſſe locum, & Corpus penetrare per corpus*: quod verum eſt, ſi Qualitates ſunt corpora, initiò dictum.

Ep. LVIII.

Ep. CXVII.

Ibid.

* *In utramque partem:*

Contra Stoic.

DISSERT. VI.

De Mundo, optimo maximoque corpore. Varia vocis ſignificatio. Differt ab Univerſo: quid Totum Stoicis? item que de Vacuo.

SED nos ad amœniora & ſimul graviora pedem promoveamus. E Principiis, Elementa & Corpora: ac præſtantiſſimum Corporum, Mundus. De cujus nomine obiter videndum eſt: tum & res inquirenda, & pro illorum ſenſu aperienda. Nomen vel Græcis, vel Latinis, ab ornatu eſt. nam & illi κόσμον dicunt, primo ejus nomenclaturæ Phythagorâ auctore. Id enim ita Laërtius: τὸ μὲν ὅλον πρῶτον ἀνόμασεν κόσμον: *hunc primum Cælum appellaſſe Mundum*: quod tamen alii ad Parmenidem, Zeno noſter ad Heſiodum refert. Galenus cum Laërtio: Πυθαγόρας πρῶτος ἀνόμασε τὸν τοῦ ὅλου σύστασιν κόσμον: *Pythagoras primus apellavit hunc rerum ambitum Mundum.* Idem de eo Plutarchus, & cauſſam etiam addit: ἐκ τῆς περὶ αὐτὸν τάξεως: *ab ordine*

Digitized by Google

qui est in illo. Ad *ordine* inquam, sive à toto *ornatu.* Plinius: *Quem κόσμον Græci nomine ornamenti appellaverunt, eum nos à perfectâ absolutaque elegantia Mundum.* Nam & muliebrem mundum obtinuit dici. Irrimegistus interiorem nomenclaturæ caussam dat: Cap. IX. Ἐπώνυμος κόσμος κέκληται, κοσμεῖ γὰρ τὰ πάντα τῇ ποικιλίᾳ τῆς γενέσεως, & plura quæ addit: *Merito Mundus sive ornatus dicitur, ornat enim omnia varietate generationis, continuatione vitæ, indefessâ operatione, & ordine genitorum.* Quæ ratio Mundum propriè spectat, quatenus facit aliquid, & est Deus. Isidori nova originatio est, imò vetus ex Varrone: Lib. XIII. *Mundus*, inquit, *quòd in sempiterno sit motu, ut cælum, sol, luna, maria. Unde & animalia Varroni videntur Elementa, quoniam per semetipsa, inquit, moventur.* An benè ex Varrone transscripserit, nescio: neque Elementa propriè Animalia, sed Mundum dixerit, ex Stoico & Platonico sensu. Vides ex his *Cælum* primò Mundum dictum, deinde Lært. in Zen. latiùs vocem se fudisse. Notant autem Stoici τραχέως λέγεσθαι τὸν κόσμον, αὐτόν τε τὸν Θεὸν, τὸν τῆς ἁπάσης οὐσίας ἰδιοποίον, ὃς εἶναι ἄφθαρτός ἐστι καὶ ἀγένητος, δημιουργὸς ὢν τῆς διακοσμήσεως, καὶ χρόνου ποιὰς περιόδους ἀναλίσκων εἰς ἑαυτὸν τὴν ἅπασαν οὐσίαν, καὶ πάλιν ἐξ ἑαυτοῦ γεννῶν. καὶ αὐτοῦ τε τοῦ διακοσμοῦντος τὸ ἀστέρων, κόσμον εἶναι λέγουσι. καὶ ἐπὶ τριῶν, τὸ σύστημα τούτων: *Tripliciter dici Mundum. Primò ipsum Deum omnis essentiæ opificem, qui incorruptibilis est & ingenitus, architectus ipsius Mundi, & post temporum aliquas periodos iterum in se absumens & vertens omnem essentiam, iterumque ex se gignens. Secundo, ipsam astrorum ordinationem, id est Cælum, Mundum dicunt. Tertio, quod fit ex utrisque.* Quæ postrema verba satis tenebrosa sunt: & ex quibus utrisque? ex Deone, & Cælo? ita textus sermonis suadet, sed re abnuente. Putem magis, *Ex Deo & Essentiâ*, id est Materiâ, eum velle dictum. Philo clariùs ista extulit: De immor. Mundi. Λέγεται ὁ κόσμος καθ' ἓν μὲν πρῶτον σύστημα ἐξ οὐρανοῦ καὶ ἄστρων καὶ εὐεκτικῆς γῆς, καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς ζώων καὶ φυτῶν. καθ' ἕτερον δὲ, μόνῳ οὐρανῷ. καὶ δὴ τρίτον, ὡς δοκεῖ τοῖς Στωϊκοῖς, διάταξιν ἄκρου τῆς ἐπιμελεστάτης οὐσίας τινὰ, ἣ διακεκοσμημένη ἐστὶ καὶ διακεκοσμημένου, καὶ τῆς κινήσεως φασὶν εἶναι χρόνου διάστημα: *Primo Mundus dicitur, compositio ex cælo & astris, terram ambientibus, & animantia ac stirpes. Secundo, solum ipsum Cælum. Tertio, ut Stoicis visum, Essentia quædam ad exactissimam perveniens duransque, sive digesta, sive indigesta, cujus motus intervallum Tempus esse dicunt.* Itaque tertia hæc sententia peculiaris Stoicorum est, quam ad *Deum* retulit Laërtius, ad *Essentiam* Philo: uterque rectè. Nam essentia illa tota, Deus est Stoicis: neque aliud quàm Seneca

& La-

Digitized by Google

& Latinis *Rerum natura*, vel *Communis Natura*, de quâ suprà dixi. Ea igitur, sive in Mundum formata sit, sive indigesta, est iis Mundis. Et hoc sensu doctissimè, ut solet, Ausonius *Mundum* pro Materiâ suprà dixit. Sed aliud igitur Stoicis κόσμος, καὶ ἀκοσμησία: sicut etiam τὸ πᾶν, καὶ ὅλον. Laërtius discriminat: Τὸ πᾶν λέγουσι, ὅ, τι κόσμος, καὶ καθ' ἕτερον τρόπον, ἴδιον ὂν τοῦ κόσμου καὶ τῆς ἐξωθεν κενοῦ συστήματος. ὁ μὲν οὖν κόσμος ὑπάρχει σωμάτων, τὸ δὲ κενὸν ἄπειρον: *Universum dicitur & Mundus; & alio modo, quod ex Mundo & exteriore Vacuo constat. Nam Mundus finitus est, Vacuum infinitum.* Itaque & Mundus etiam πᾶν sive *Universum* dicitur: sed magis erat, in scholis præsertim distingui. Plutarchus: Οἱ Στωϊκοὶ φασι διαφέρειν τὸ πᾶν, καὶ τὸ ὅλον, λέγοντες. πᾶν μὲν οὖν ἐστὶν τὸ σὺν κενῷ ἄπειρον· ὅλον δὲ χωρὶς τοῦ κενοῦ, τὸν κόσμον: *Stoicis differunt Universum, & Totum. Universum enim esse, cum Vacuo Infinitum, sine Vacuo Mundum.* Falsa hæc autem, rescribendaque πᾶν γάρ ἐστιν σὺν κενῷ ἀπείρῳ: *Universum enim esse, cum Vacuo infinito*: & ἀπὸ κοινοῦ advocanda vox, κόσμον. Rectè ita Stobæanæ Eclogæ: οἱ Στωϊκοὶ φασι διαφέρειν τὸ πᾶν, καὶ τὸ ὅλον. πᾶν μὲν γὰρ ἐστιν σὺν τῷ κενῷ ἀπείρῳ· ὅλον δὲ, χωρὶς τοῦ κενοῦ, τὸν κόσμον: *Stoici differre dicunt Universum & Totum. Universum esse, cum Vacuo infinito; Totum, sine eo, Mundum.* Atque hæc ita apertissimè etiam Empiricus, ubi de Toto. Hinc illud eorum effatum est, valdè Plutarcho exagitatum: *Universum, corpus non esse.* Quidni dicerent? Inane enim complectitur: neque id sanè est corpus. Itaque ipsius Plutarchi verbis hoc solvamus: Κενὸν γὰρ ἄπειρον ἐξωθεν τοῦ κόσμου ἐκβάλλοντες, ὅτι σῶμα τὸ πᾶν, ὅτι ἀσώματον εἶναι λέγουσι: *Vacuum enim infinitum exteriùs Mundo circumfundentes, neque Corpus Universum, neque Incorporeum adfirmant.* Cautè, & jure, ô Plutarche: & tu hîc atque alibi haud æquus arbiter eos culpas. Quâ Vacuum continet, corpus non est; quâ Mundum, corpus. Atqui non est Vacuum. Sanè quidem οἱ ἀπὸ Θάλεω φυσικοὶ (ut alibi tu scribis) μέχρι Πλάτωνος τὸ κενὸν ἀπέγνωσαν: *abusque Thalete Physici, ad Platonem, Vacuum ignorarunt*: quod fatemur, & ipse Plato ubique abdicat: sed qui Italicæ sectæ fuerunt, diu ante Platonem, Leucippus, Democritus, & ab his Epicurus, posuerunt. Atque illi quidem laxè, & ubique rebus mixtum: Stoici restrictiùs, ἐντὸς τοῦ κόσμου εἶναι κενὸν, ἔξωθεν δὲ οὐδὲ ἄπειρον: *in Mundo, nihil esse Vacui; extra infinitum illud esse.* Caussa statuendi, Conflagratio sive ἐκπύρωσις, quia Mundus in illud resolvitur, post istam. Quid, quod ipse Pythagoras τοσοῦτον εἶναι τὸ κενὸν ἐκτὸς τοῦ κόσμου, ὥστε διαπνεῖν τὸ ὑγρὸν· εἶναι γὰρ αὐτὸν πύρινον:

In Zen. — 11. De Placit. c. 1. — Adversi. Mathem. Cont. Stoic. — 1 De Plac. c. xvii. — Ibid.

Digitized by Google

Tantum Vacui esse extra Mundum, ut respirare cælum possit, esse enim ipsum igneum. Pythagoræ, inquam, hoc verius tribuetur, quàm ut ab eodem Plutarcho alibi, Aristoteli ipsi. Nam ille nimium quantum abhorret. Abhorreat, nos ponimus, & plures hodie etiam * Theologorum. Quid autem id est? quod est, & non est. Nam Cleomedis Stoici verbis: Ἀπλατές ἐστι καὶ τρίτον ἐπινοίᾳ, ἀσωμάτῳ τῷ ὄντι, καὶ καθαρῷ, καὶ ὄντι χάσμα ἔχοντι, καὶ ὄντι χάσμα διέχοντος, ἐντὸς ἐκ περιόντι, ὄντι κοσμικοῦ, ἄπλατες δὲ σῶμα διέχοντος οἷόν τε ὄντος: *Simplicissima ejus est conceptio, ut quod incorporeum sit & intactile, quod nec figuram habeat, neque figuratum sit, quod neque patiatur neque agat, tantum corpus suscipere aptum sit.* Atque idem ille in *Cyclicis* suis *Theoriis*, pluribus docet, reverà tale extra Mundum esse: atq; id infinitũ.

† Infrà Dissert. IX.

DISSERT. VII.

Definitio Mundi. Civitatem dici, itemque Templum: eaque imagines explicata.

SED nomina Mundi vidimus: nunc ipsum. & quid est tertiâ significatione Mundus? Chrysippus (apud Stobæum) definivit: Κόσμον εἶναι σύστημα ἐξ οὐρανοῦ καὶ γῆς, καὶ τῶν ἐν τούτοις φύσεων. ἢ, τὸ ἐκ θεῶν καὶ ἀνθρώπων σύστημα, καὶ τῶν ἕνεκα τούτων γεγονότων: *Mundum esse compagem è cælo & terra, & naturis quæ his continentur. Vel aliter: Compagem conventumque ex diis hominibusque, & quæ horum causâ sâsunt facta.* Utraque hæc etiam in Laërtio totidem verbis, sed Posidonio adscribuntur. In Eusebio prior, paullò uberiùs ponitur: Σύστημα ἐξ οὐρανοῦ καὶ γῆς καὶ θαλάττης, καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς φύσεων: *Compages e cælo, aëre, terra, mari, naturisque contentis.* Atq; ille idem alteram illam adjunxit: & causſam utriusque variantis dedit. Ὁ δὲ πρόσθεν πόλιν δικαίως λέγει, τό, τε οἰκητήριον, καὶ τὸ ἐν τούτοις πολιτευόμενον σύστημα· ὅτι καὶ ὁ κόσμος οἰκητήριόν ἐστιν ἐκ θεῶν καὶ ἀνθρώπων συνεστῶσα, τῶν μὲν θεῶν τὴν ἀμεσίαν ἐχόντων, τῶν δὲ ἀνθρώπων κατὰ τὴν ὁμοίωσιν. καινοτέραν δὲ τὴν ἀρχὴν τῆς κατὰ πόλεις λαβὼν τὸ λόγῳ μιλήσαν. ὅς ἐστι * φύσει νόμος: *Sicut enim*, inquit, *Civitas dupliciter dicitur, & ipsa sedes sive domicilium; & corpus incolarum civiumque: ita Mundus tamquam Civitas est, è diis hominibusque constituta. cujus dii quidem principatum & regimen habent, hominibus subjectis. Communionem autem inter utrosq; esse, quia Ratione participant, quæ natura Lex est.* Sunt pulchra & dignitatem Mundi exprimunt, & nostram, itemq; officium & munus. Imago

Lib. IV.

† Nec malè φύσεως *naturæ*. Utrumque verum est.

est,

Digitized by Google

est, quæ valdè placita Stoicis, & passim usurpant. ut Seneca, ad Marciam: *Intratura es urbem, diis hominibusque communem.* Cicero: *Universus hic Mundus una civitas, communis deorum hominumque, existimandus est.* Idem alibi: *Est enim Mundus quasi communis deorum atque hominum domus, aut urbs utrorumque.* Iterùm dico, sunt pulchra, alta, & quis non attollatur, atque idem vereatur, cùm Deum & Genios circum se, & supra se, cogitat inspectores, eosdemque rectores? Et parte alterâ, avaritiam contemnat, viles curas exuat, cùm, velut patriam & urbem, mundum sibi circumdat? Seneca: *Magno animo nos non unius urbis mœnibus inclusimus, sed in totius orbis commercium emisimus, patriamque nobis professi sumus Mundum, ut liceret latiorem campum virtuti dare.* Sanè *virtuti*, & maximè caritati ac curæ generis humani. Omnes unius urbis cives sumus. Cicero de Stoicis: *At quanta conantur? Mundum hunc omnem oppidum esse nostrum. Incendit igitur eos, qui audiunt Vides quantam rem agas? ut Circenis qui habitet, hunc omnem Mundum suum municipium esse existimet.* Et verò hanc communionis rationem Pontifici Iudæorum fuisse in animi oculis, Philo prædicat: Τὸν μὲν ἄλλων, inquit, οἱ ἱερεῖς ὑπὲρ ἰδιωτῶν καὶ φίλων καὶ πολιτῶν, μόνον εἰώθασι θεὸν τ' δίκαιον καὶ ὅσιον ἐπιλέγειν· ὁ δὲ τὴν ὅλων ἀρχιερεὺς, οὐ μόνον ὑπὲρ ἁπάσης ἀνθρώπων γενέσεως, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ τῶν ἀφύτων μερῶν, γῆς, ὕδατος, ἀέρος, καὶ πυρὸς, θεὸν τ' δίκαιον καὶ ἐπὶ δικαιοσύνῃ ποιεῖται, τὸν κόσμον, ὅπερ ἐστὶ πατρὶς ἀληθείας, παντελῆ εἶναι καὶ ἄμεμπτον νομίζων: *Cùm enim aliarum gentium sacerdotes, non nisi pro suis, & amicis, & civibus vota aut sacra faciant, summus Iudæorum Pontifex, non solùm po toto genere humano, sed & pro naturæ omnibus partibus, terra, aqua, aere igne, preces gratesque concipit: Mundum hunc existimans (uti revera est) patriam suam esse.* Fructum sententiæ vides: & adde alterum, de Exsilio; quod esse nullum potest sic animato. *Emetiamur enim quascunque terras, nullam invenire intra Mundum est, alienam nobis.* Sic igitur de Mundo Stoici: etsi *Cælum* etiam Civitatem, & quidem propriè, si Clementi credimus, volunt dici. Ille cùm cælestem civitatem in Sacris legeret, & rei suæ aptaret, addit: Λέγουσι καὶ οἱ Στωϊκοὶ, τὸν μὲν οὐρανὸν κυρίως πόλιν. τὸν δὲ ἐπὶ γῆς σύστημα οὐκέτι πόλιν. λέγεσθαι μὲν γὰρ, οὐκ εἶναι δέ *Dicunt & Stoici Cælum proprie civitatem esse, quæ autem hîc in terra sunt civitates, duci quidem, at non esse.* Quò ego Plutarchi reprehensionem spectasse arbitror, etsi verba in Græcis (meo quidem libro) corrupta aut manca sunt: Ἀλλὰ μὴν τὸ τεῖχος μὴ εἶναι πόλιν, καὶ πολίτας

Cap. XVIII 1. De Leg.

II. de Nat. Deorum.

Consol. ad Helu.

IV. de Fin.

De Monarchia II

Sen. ad Helu. c. 11.

IV. Strom. in fine.

Digitized by Google

De Commun. Not. τὰς ἀστέρας, εἰς ἃς λέγεται, καὶ φυλίτας, καὶ ἀρχοντας, ἔτι δὲ καὶ βουλευτὴν τὸν ἥλιον, καὶ τὸ ὕπατον καὶ ὑψούμενον ἢ ἀστεμφὲς: *Sed & ajunt, deorum domum* (putem enim scribendum, ἥν οἶκον) *esse civitatem, cives autem stellas, ad hoc etiam tribules, & magistratus: nempe Solem etiam Senatorem, & Hesperum Prytanim vel Ædilem.* Nisi magis tamen est legi τὸ κόσμου οἶκον, & concinnare divulsa: atque ad priorem imaginem de Mundo toto referre, cui Dii scilicet & cælites illi præsunt. Quem iterùm alia imagine, & magis augusta, assimilant etiam cum Templo. Seneca: *Totum Mundum deorum esse Templum, solum quidem amplitudine illorum ac magnificentia dignum.* Et alibi: *Per quæ non municipale sacrum, sed ingens omnium deorum Templum Mundus iste reseratur.* Cicero: *Homines tuentur illum globum, quem in Templo hoc medium vides, qui terra dicitur.* Ubi Macrobius appositè: *Quidquid humano aspectui subjicitur, Templum ejus vocavit qui solâ mente concipitur. ut, qui hæc venerator ut templa, cultum tamen maximum debeat conditori: sciatque quisquis in usum templi hujus inducitur, ritu sibi vivendum Sacerdotis.* Bona, bona postrema monitio: & Plutarchus accedat, *Templum esse hunc Mundum, sacratissimum quidem ac religiosissimum, in quod per ortum inducimur, spectatores non signorum surdorum & manufactorum, sed Solis, Lunæ, siderum.* Et addit, hæc *velut initia & mysteria quædam esse, tranquillo & læto nobis animo spectanda ac peragenda.* Philo denique Judæus claudat: Τὸ μὲν ἀληθέστατον ἱερὸν Θεὸς νομίζειν τὸ σύμπαντα κόσμον εἶναι, ναὸν μὲν ἔχοντα ἀμοίρατον τὸν ὅλων αἰθέρα, ἀναθήματα δὲ τὰς ἀστέρας, ἱερεῖς δὲ τοὺς ἐπιλήμενους αὐτῷ ἀγγέλους, ἀσωμάτους ψυχάς: *Templum Dei supremum, & verè tale, existimare oportet esse totum hunc Mundum. qui Sacrarium quidem habet, purissimam rerum Naturæ partem, Cælum; ornamenta, stellas; sacerdotes, administros potentiæ ejus angelos, incorporeas animas* Imagines habemus, aptas, & pro splendore ac dignitate Mundi, nec suprà. *Nihil enim omnium rerum* (ait Stoicissans Tullius) *melius est Mundo, nihil præstabilius, nihil pulchrius: nec solùm nihil est, sed ne cogitari quidem quidquam melius potest.* Vide ipsum totum, vide magnas parvasque partes: omnia *ita constituta sunt, ut neque ad usum meliora esse potuerint, neque ad speciem pulchriora.*

De Benef. VII. c. VII. Epist. XC. In Somnio. Lib. I. cap. XIV. De Trâq. animi. De Monarch. II. II. De Natur. deor. Ibid. infrà.

Digitized by Google

DISSERT. VIII.

Factum esse Mundum à Deo, caussa hominum & breviter, quomodo sit factus.

TANTI autem operis quis auctor? Nullus, ajunt quidam, & ab æterno fuit, æternumque erit. Alii qui factum statuunt, partim à Naturâ (ut Strato:) partim à Forte & Casu, ut Epicurus. Stoici verissimè, à Deo & Providentia esse. Passim ita: & Chrysippi, apud Lactantium, argumentum validum sanè extat. *Siquid est, inquit Chrysippus, quuod efficiat ea, quæ homo, licet ratione præditus, efficere non possit; id profectò est majus, & fortius, & sapientius homine. Homo autem non potest facere cælestia: ergo illud, quod hæc effecerit, superat hominem arte, consilio, prudentiâ, potestate. Quid igitur potest esse, nisi Deus?* Nec testimonia congero in sententiâ decantatâ: illud addam, *Quare, Quomodo, Ubi, Quando, Qualem* fecerit Deus? Quare? suâ, inquiunt, & hominum caussa. Neque enim altus ei finis fuit, quàm potentiæ & bonitatis designatio, in maximo optimoque opere sic ostensa. Cicero: *Quorum igitur caussâ quis dixerit effectum esse Mundum? Eorum scilicet animantium, quæ ratione utuntur. hi sunt dii & homines, quibus profectò nihil est melius.* Et de alterâ sanè parte, nostri Doctores consentiunt. ut Lactantius: *Vera est sententia Stoicorum, qui ajunt nostrâ caussâ Mundum esse constructum. Omnia enim quibus constat, quæque generat ex se Mundus, ad utilitatem hominis accommodata sunt.* Et singillatim ibi extequitur: quod ante eum Cicero accuratè, De Naturâ deorum. Neque Seneca id negatum voluit (haud ita veri & partium transfuga) cùm scribit: *Non enim nos caussa Mundo sumus: hiemem æstatemque referendi: juas ista leges habent, quibus divina exercentur. Nimis nos suspicimus, si digni nobis videmur, propter quos tanta movcantur.* Imò verò, ô bone, propter nos vel maximè ista mouentur: sed non solos: & hoc voluisti dictum. Dii quoque hic suas partes habent. Itaque alibi scribis: *Dii non per negligentiam nos genuêre, quibus tam multa genuerant. Cogitavit enim nos antè Natura quàm fecit.* Ita est. Providentia hominem, & pleraque ista homini fecit. Sed *Quomodo* fecit, & quæ compositio aut digestio molis hujus fuit? Zeno apud Laërtium ita prodit: Τὸν Θεὸν, κατ' ἀρχὰς καθ' ἑαυτὸν ὄντα, τρέπειν τὴν πᾶσαν οὐσίαν δι' ἀέρος εἰς ὕδωρ. καὶ ὥσπερ ἐν τῇ γονῇ τὸ σπέρμα περιέχει, ἅπερ καὶ τὸν θεὸν, σπερματικὸν λόγον ὄντα τοῦ κόσμου, ἴδιον δὲ ὑπολιπεῖν ἐν τῇ ὑγρᾷ, διὰ τὸ

De Irâ Dei cap. x.

II. De Nat. Deor.

De Irâ Dei cap. XIII.

Lib. II.

II De Irâ cap. XVII.

Lib. VI. De Benef. cap. XXIII

Digitized by Google

διέχειν αὐτῷ ποιῆσαι τὴν ὕλην, ὡς εἰς τὸν τοῦ ἐξῆς γένεσιν. Τὸ δὲ ἡγεμονικὸν αὖτον, ἐν τούτοις τὸν λόγον τοῦ κόσμου, πῦρ, ὕδωρ, ἀέρα, γῆν: *Deum in principio, cùm apud se esset, Essentiam omnem per aërem in aquam convertisse. Et ut in fœtu semen continetur, ita Deum qui seminalis Ratio mundi est, tale semen reliquisse in Humido, quod facilem aptamque operi Materiam præberet, ad rerum deniceps generationem. Deinde progenuisse primùm Elementa quattuor, ignem, aquam, aërem, terram.* Ait *in principio:*] ipsis Sacrorum nostrorum verbis. Ait, *cùm apud se esset.*] Piè & pulchrè. Deus sua perfectio, sedes, regnum:

Jul. Scal. *Cui esse sibi sufficit, efficitque cuncta:*

ut vir summus nostri ævi, in Carmine super Deo scripsit, planè divino. Deus sibi, & suum ei esse, sufficit: quidni? in ipso omnia, ipse omnia. Itaque frustrà, & pro humana imbecillitate istæ quæstiones, Quid faciebat, agitabat?

Epist. IX. Vel Seneca noster respondeat: *Jupiter resoluto mundo, & diis in unum confusis, paullisper cessante Naturâ,* ACQUIESCIT SIBI, *cogitationibus suis traditus.* Optimè. vis & ego aliquid audacter, sive argutè? Idem quod nunc facit, fecit. Erras, qui in Deo tempora disparas, omnia ei sunt in præsenti. Poëta Christianus olim, Claudius Victor:

Regnabatque potens in majestate creandi,
Et facienda videns, gignendaque mente capaci
Secula dispiciens: & quidquid tempora volvunt,
PRÆSENS SEMPER *habens, immensum mole beatâ*
REGNUM ERAT IPSE SUUM

An deerat occupatio, hæc quia fuêre, quæ sunt, & quæ instant contemplanti? Fergit Laërtius, *Essentiam omnem vertisse.*] Si de primo conditu intellegit, Materiam cape: sin de reparatione Mundi post exustionem, cape Ignem reliquum & in eo semina rerum. *Per Aërem.*] Ergo vel Materia, vel Ignis ille reliquus, Aëre tenuior. Et ita est. quoniam tradebant Stoici diffundi, vel totum Vacuum illud occupare. Contrahitur igitur sed gradatim, & habilis fit corporum generationi. Primò autem in Aërem, quia facillima ea mutatio ab Igne. Deinde, ait, *In Aquam.*] Hæc igitur proxima facies Materiæ, cùm elementa genita. Ideò vetus opinio, *Aquam principium rerum esse,* Thaleti adscripta. Quid Thaleti? Homeri ante illum fuit, apud quem legas

Iliad. ξ. —— ποταμοῖο ῥοῇσι
Ὠκεανοῦ, ὅς περ γένεσις πάντεσσι τέτυκται:
—— *fluvius magni*
Oceani, cunctis qui rebus præbuit ortum.

Vis aliquid clarius? iteratque alibi, & vocat Ὠκε-

Digitized by Google

Ὠκεανὸν τε θεῶν γένεσιν καὶ μητέρα τηθύν:

Oceanum Divis geneſim, matrem & nutricem.

Dii & Genii ex illo orti (nam & hi ex Materie) atque etiam vaporationibus ejus aluntur. Poſtrema autem ipſa verba, de *Matre & Nutrice*, Plato in Timæo adſumpſit, & Materiæ aptavit. Quin & Barbarica vetus philoſophia in hac parte. *Brachmanibus apud Indos*, ait Strabo, ἀρχὰς μὲν τῶν συμπάντων ἔφασαν, τὸ δὲ κοσμοποιὸν τὸ ὕδωρ: *alia rum omnium rerum alia principia, Mundi autem aqua.* Sed quarum rerum alia ſ credo ſingularum rerum, quæ ex Elementis; ut ad proxima principia hoc referatur. Jam & Ægyptii (Philo notat) τὸ ὕδωρ ἀφυρέοντες σαπιμάγμασιν, ἀρχὴν τῶν ὅλων γένεσιν εἶναι νομίζοντες: *Aquam eximiè coluerunt, principium Univerſi generationis eam cenſentes.* Sed pro totâ Stoicorum ſententiâ, Seneca audiendus: *Aqua, ait Thales, valentiſſimum elementum eſt. hoc fuiſſe primum putat, ex hoc ſurrexiſſe omnia. Sed & nos quoque* (Stoici) *aut in eâdem ſententiâ, aut in ultima ſumus.* Ultimâ, ex hac nempe omnia ſurrexiſſe. Quò cu cere & Manilium poſſis, imò debeas:

Seu liquor hoc peperit, ſine quo riget arida rerum Materies, ipſumque vocat, quo ſolvitur, Ignem.

De vitâ Moyſis 1.

III. Quæſt. Nat. c. XIII.

Lib. 1.

Inter variantes ſententias Mundi conditi, nec Stoicam omittit: & Sive, inquit, Aqua initium rebus fuit, in quam Materia ſe vertit: quæ deinde *vocat* (ita legerim, non *vorat*) ſive adhibet ipſum Ignem, qui deſtruit, & in varias formas mutat. Sive, qui ſolvit & deſtruit, in ἐκπύρωσιν. Neque aliud Stoici decantatum illud *Chaos* interpretabantur, quàm hanc *Aquam*: non illam Elementi. Philonem ita audi: Τὸ δὲ Στωϊκὸν ἔνιοι χάος τὸ ὕδωρ οἴονται εἶναι, διὰ τὸ χύσιν τινὰ μορφῆς ἀποιότητα νομίζοντες: *Quidam Stoicorum Chaos exiſtimant Aquam eſſe, à fuſione factum nomen arbitrantes.* Sed quid jam Aqua? pergit Laërtius: *Deum qui ſeminalis Ratio eſt relinqui in humido.*] De Deo enim hæc verba, ejuſque Ratione (etſi obſcuriuſcula ſunt) omnio capienda. Ita enim alibi ipſe Zeno: Διὰ τῆς ὕλης διήκειν τὸν θεὸν πάσης λέγων, ὃν ἔνιοι εἱμαρμένην καλοῦσιν, εἶον τὸν ἐν τῇ γονῇ τὸ σπέρμα: *Per Materiam* (ſic aqueam) *diſcurrere Univerſi Rationem, quam aliqui Fatum appellant, tamquam in fœtu ſemen.* Vides eamdem ibi imaginem, & ipſis verbis, uti hic ponitur. ſignificat autem, immobilem per ſe & inefficacem Materiam animari ab hoc Igne (illo qui Deus, & Ratio:) non aliter quam ſemen ejuſque ſpiritus & calor fœtum formant, augent, alunt. Notanda igitur & hîc λόγου vocula: quâ crebrò in hac Generationis re utuntur, ut Seneca: *Cauſſa autem, id eſt Ratio, Materiam format.* Iterùm: *Incorporalis*

Deimmortalitate Mundi.

In Stob. Phyſ.

Epiſt. LXV.

Digitized by Google

Consol. ad Helu. cap. VIII. *Ratio, ingentium operum artifex.* Ingentium, totius Mundi. Aut, *incorporalis*: quia mens ipsa Dei est, & animus, ut sic dicam, Ignis. Fatum interpretatur Zeno, alii Providentiam: & utrovis sensu poeta Manilius (germanus Stoicus) sæpiùs usurpat. Ut in ista re gignendi, Sidera & cælum, esse *Cælestis Rationis opus. Tale semen reliquisse.*] Ipsum Ignem, sive Calorem, qui Humido miscetur, vocat *Semen*: Ratione tamen illâ semper adjuncta. Plutarchus, adversus nostros: Τὸ κόσμον τὸ πῦρ λέγουσι σπέρμα εἶναι: *Mundi semen Ignem dicunt.* Alio verbo, sed eodem sensu, Aristocles apud Eusebium: Στοιχεῖον εἶναί φασι τῶν ὄντων τὸ πῦρ, καθάπερ Ἡράκλειτος. Ἔστι δὲ ἀρχὰς ὕλην καὶ θεόν: *Elementum rerum omnium Ignem dicunt, ejus principia,* Lib. I. 1. Acad. *Deum & Materiam.* Bene Aristocles. & Deus sive ipsa Ratio, ab hoc Igne disparanda. *Zeno*, apud Ciceronem, *statuit Ignem esse ipsam naturam, quæ quidque gigneret, & mentem atque sensus.* Qualis autem hic Ignis? non ut Cic. II. De Nat. deor. ille noster, qui cuncta disturbat ac dissipat: sed *vitalis ac salutaris, qui omnia conservat, alit, auget, sustinet, sensuque afficit*: qualem in sideribus videmus. Plura autem super tota hac re, ubi de Exustione mundi. Ultima Laërtii: *Gigni primùm elementa quattuor, ignem, aquam aërem, terram.*] Idem Laërtius posteà: Γίνεσθαι δὲ τὸν κόσμον, ὅταν τὸ πυρὸς ἡ οὐσία τραπῇ δι' ἀέρος εἰς ὑγρόν. εἶθ' τὸ πλεῖστον αὐτῆς συστὰν ἀποπλεσθῇ γῆ· τὸ δὲ λεπτομερὲς ἐξαιρεθὲν, καὶ πλεῖον ἐπαλίον λειωσθὲν πῦρ ἀπεργάσηται: *Gigni Mundum, cùm ex Igne* (qui exustioni reliquus) *Essentia vertitur per Aërem in Humorem. deinde crassior ejus pars fit Terra; quod tenuius, Aër, reliquum magis tenue, Ignis.* Sed hic *Aquam* omittit: anteà positam, & rectè. neque enim Materialis illa aqua sive humor, vere elementum Aquæ est, sed faciem dumtaxat ejus habet, multifariâ alioqui mixtione. Hæc igitur in brevi Stoicorum sententia, super rerum conditu: cum quâ val lè Trismegistus ille consentit. Δίγρις, inquit, ἁγιος ἐπέβη τῇ φύσει, καὶ πῦρ ἄκραφνὲς ἐξ ὑγρᾶς φύσεως ἀνωμαλὲς ὄγκος: *Ratio sancta* (sive *Verbum*) *Naturæ supervenit, & Ignis purus exsiluit ex Humida natura in altum.* Additque mox: Κινούμενα δὲ ἐκεῖνα, ἀλλὰ τὸ ἐπιφερόμενον πνεῦμα νοερὸν, λόγῳ εἰς ἃ κινεῖ: *Movebantur autem, à Ratione spiritali, quæ super ea ferebatur, ad audum.* Est sanè nostra hìc *Ratio*, est *Ignis*. Quid in ipso Moyse, rerum primordiis, nónne *Spiritus Domini ferebatur super Aquas?* Quibus profectò paria & Trismegistus, & Zeno supra, *Rationem per Materiam decurrere.* Quod Tertullianus alludit, an & ridet? *Stoici volunt, Deum sic per Materiam decucurrisse, quemodo mel*

Cap. I.

per

ver favos. Rideat : Metaphoram non indecoram, nec Sacris longinquam, ego putem.

DISSERT. IX.

In Vacuo Mundum librari. Verè natum videri: & quare forma ejus circitet.

QUomodo factus, quod satis sit, diximus: *Ubi* autem, & quo situ? *In medio Vacui*, ait Chrysippus apud Plutarchum: *atque hanc causam permansionis ejus esse, quod Essentia omnis in suis medium tendat.* Est ipsa sententia; quam damnatum it Epicurus, & ex eo Lucretius: De defect. oracul.

Illud in his rebus longè fuge credere, Memmi, Lib. I.
In medium summæ, quod dicunt, omnia niti:
Atque ideò Mundi Naturam stare sine ullis
Ictibus externis, neque quoquam posse resolvi
Summa atq; ima, quod in medium sint omnia nixa.

Damnat, sed parùm justè: & in Terra, quæ se sustinet, & undique in se redit, eadem ratio, neque alia, valet. Plutarchus etiam, dicto loco, irridet: quia Vacuum omne spernit. Non nos herclè, & cogitanti cuicumque aliquid Vacui extra Mundum, vel invito occurrit, quod præter antè dictos, etiam Philo Judæus palam adstruit, & in Scripturis *Abyssum* dici contendit. Quid Augustinus, an non *extra Mundum infinita spatia locorum* cogitari ostendit? Ut Stoicorum assertio neque tam singularis sit, nec ex facili aspernanda: imò Theologorum optimis etiam hodie propugnanda. Addamus, *Quando* fit factus: etsi apud Stoicos quidem nihil super ea re legi. Imò credo eos censuisse, *certum non esse diem* Lib. III. *hujus ortus*: quod Julius Firmicus tradidit, certus eorum adsecla & satelles. Tamen curiosa inquisitio huc quoque ivit, & Vere natum esse volunt, Sole in Ariete existente. Panegyristes ad Maximianum: *Divinus ille vestræ majestatis ortus ipso, quo illuxit, auspicio Veris illustrior, augustiore fulgens luminis claritate, quam cum* ORIGINEM MUNDI NASCENTIS *animavit.* Et statim: *O felix beatumque Ver novo partu! ô tempus, quo merito* OMNIA NATA *esse credantur! ô Kalendæ Martiæ, sicuti olim annorum volventium, ita nunc æternorum auspices Imperatorum.* Virgilius: XI. De Civ. cap v.

Non alios prima crescentis origine mundi
Illuxisse dies, aliumve habuisse tenorem
Crediderim. Ver illud erat, Ver magnus agebat
Orbis.

In

I Hexaëm. cap. v. In Carmine veteri: *Vere natus orbis est.* Divus Ambrosius & caussam addidit: *Inde oportebat mundi exordium capi, ubi erat opportuna omnibus verna temperies, unde & nascentis mundi imaginem annus expressit, ut post hibernas glacies, atque hiemales caligines, serenior soliso Verni temporis splendor eluceat.* Damascenus item in hac parte: Τέσσαρες πρὸ πάντων ἐστὶν ἀπὸ ἡλίου σωίσεις. καὶ ἀρχὴ μὲν ἡ ἐαρινή. ὁ γὰρ αὐτὴν ἐποίησεν ὁ Θεὸς, ὡς σύμπαντες. καὶ δηλοῖ τὸ μαζοὶ δὲ καὶ ἀνθοῦσι τῷ βλάστην γίνεσθαι: *Quattuor sunt à Sole anni tempora sive conversiones. Prima Verna, in qua Deus fecit universa, quod docet etiamnuuc florum in ea germinatio.* Verba Scripturæ adjicit: *Germinet terra herbam virentem, & facientem semen, & lignum pomiferum.* Et nónne probabile est amœnissimo, & maximè vegetabili tempore, cuncta cœpisse? cùm & animantes pleræque fætificant, & aliæ naturæ partes concipiunt aut parturiunt, ἀλόγως dicamus & ipsam totam peperisse. At sunt tamen qui fortiter abnuant, Hebræorum auctoritate confisi, quibus principium anni in Autumno fuit: ergo & Mundi. Non ultrà inquiro: cùm ad Sacrotum auctoritatem itur, Philosophiæ fines jam res egreditur, & ad Theologiæ abit: Hoc tertium potiùs, *Qualis* conditus, & quâ formâ? Rotundâ. Ita Stoici apud Laërtium: & caussa. Πρὸς γὰρ τὴν κίνησιν ἁρμοδιώτατον τὸ σφαιροειδὲς σχῆμα: *Nam ad motum talem figuram aptissimam.* Plures caussæ in Manilio:

Lib. I. *Hæc æterna manet, divisque simillima forma,*
Cui neque principium est usquam, nec finis, in ipso
Sed similis toto remanet, perque omnia par est.

Apta scilicet ea forma ad perpetuitatem motus: denique *Divis par*, ut ait, vel quia Astra sic spectantur; vel quia principio & fine caret, ut ipse Deus. Observa autem hic *Totum*, τὸ ὅλον, Stoico sermone, ut prædixi. In Platone ratio quoq; alia: *quod à quo animante* (Mundo) *omnes reliquos contineri vellet animantes, hunc ea forma figuravit, qua una omnes reliquæ formæ concludantur.* Et enim capacissima, est perfectissima ea forma. Et *iccirco* (ait explicans Apulejus) *perfectissimo & pulcherrimo Mundo* **imitar pulchræ & perfectæ sphæræ à fabricatore Deo quæsitum est, ut sit nihil indigens: sed operiens omnia coercensque contineat. pulcher & admirabilis, suique similis, sibique respondens.* Quod ipsum in capite humano Lactantius considerat: *quod Deus*, inquit, *orbi & globo simile formavit, quia orbis rotunditas perfectæ rationis est ac figuræ. Eo igitur Mens & ignis ille divinus, tamquam cælo, tegitur.* Ab hac sententiâ Homerum fuisse argumentantur, quod * ἀπείρονα γαῖαν dixerit: non magnitudine, sed figurâ, quæ finis est expers.

In Timæo.

* Id est, imago, forma.

De Opific. Dei. c. VIII

* infinitam terram.

DIS.

Digitized by Google

DISSERT. X.

Animal eum esse, sensu & Ratione præditum. Partes ejus libata. Ipsam animam, Deum esse.

ET Mundum quidem talem ac tantum vides, sed in externâ adhuc facie: nunc animi sensus ad interiora, id est ad *Animum* ejus mitte. Ita enim consensu Stoici, *sentientem eum, intelligentem, sapientem*: & quid te moror? *Animal rationale* esse. AUD. Hoc dicunt? repudio:

Et procul à vera hoc ajo ratione repulsum.

LIPS. Et ego tecum: sed quid judicare, priusquam audire properas? Intellige, & tum censeo. Et sententia hæc non illorum primitus, ne nescias; à Socrate & Platone est, qui protulerunt. Iste in Timæo, ut Cicero vertit: *Quapropter non est cunctandum profiteri, si modo aliquid investigari conjectura potest, hunc Mundum Animal esse, idque intelligens, & divina Providentia constitutum.* Et sæpius iterat, & inter * νόεια dogmata habent sectatores. † *primaria.* Sed illis omissis, Stoicos audiamus: de quibus ita Laërtius: Ὅτι δὲ καὶ ζῶον ὁ κόσμος, καὶ λογικὸν καὶ ἔμψυχον καὶ νοερὸν, Χρύσιππός φησι, καὶ Ἀπολλόδωρος καὶ Ποσειδώνιος. ζῶον μὲν οὖν, οὗτως ἐστὶν ἔμψυχον αἰσθητικόν. τὸ γὰρ ζῶον τοῦ μὴ ζώου κρεῖττον· οὐδὲν δὲ τοῦ κόσμου κρεῖττον ζῶον ἄρα ὁ κόσμος. Ἔμψυχον δέ, ὡς δῆλον ἐκ τῆς ἡμετέρας ψυχῆς, ἐκείθεν οὔσης ἀπασπάσματος. Βοηθὸς δ' ἐστὶν ἡμῖν εἶναι ζῶον τὸν κόσμον: *Quod autem Animal sit Mundus & rationale & animatum, & intelligens, asserit Chrysippus, & Apollodorus, & Posidonius. Animal quidem ita, ut sit natura animata & sentiens. Quod enim animans, non animante præstantius est: nihil autem Mundo præstantius; Animans est igitur. Animatū porrò esse, liquet ex nostra Anima, quæ particula avulsa est ab illo.* Boëthus tamen dixit, non esse *Animal*. Vides adfirmationem, & additam rationem: Quòd animal præstantius non animato. A Platone ea est sumpta, in Timæo, *Fas, inquit, non est, nec umquam fuit; quidquam nisi pulcherrimum facere eum, qui est optimus. Cùm hanc rationem igitur habuisset* (Deus,) *reperiebat nihil esse eorum, quæ in natura cernerentur, non intelligens intelligente, in toto genere, præstantius. Mentem autem illi rei adjunctam esse sine animo nefas esse: quocirca intelligentiam in animo, animum conclusit in corpore: sic ratus opus illud effectum esse pulcherrimum.* Platonis ratiocinatio est: Deus optimus optimum fecit: nihil natura intelligente melius: ergo Mundus intelligens. Si hoc, etiam animatus: quoniam In Zeu.

Digitized by Google

am intelligentia sine animâ esse non potest. Intelligentem cùm dicit, Rationalem sentit, quod consonat. Itaque Zenonis verba ejusdem rei sunt, in Sexto Empirico, ista: *Si, quod est particeps rationis, est melius eo quod est illius expers: est ergo Mundus particeps rationis. Et similiter argumentabatur in eo, quod est animatum, & quod Inanimatum.* AUD. Neque nunc sine risu audio: & quale istud Animal, & quas partes habet? LIPS. Partes? Benè suggeris: dabo, ad hominis & tuum instar. Plutarchus ita distribuit. Stellæ sicut OCULI *lucentes in facie Universi orbem suum peragunt. Sol vi præditus* CORDIS, *ut hoc sanguinem & spiritum, sic diffundit ex se vegetantem calorem & lucem. Terra & Maris Mundus, ut animal* VENTRE & VESICA, *utitur. Luna inter Solem & Terram, ut inter Cor & Ventrem, velut* JECUR, *aut aliud molle viscus est, & respirationes illinc excoctione aliqua & purgatione attenuans diffundit.* Atque ego sanè (etsi aliter Macrobius) eòdem versus Sarapidos rettulerim, quos interrogatus à Nicocreonte Cypriorum rege protulit. Ægyptii enim istum *Deorum maximum* dicunt, id est Mundum. Versus sunt:

De Facie in orbe Lunæ.

1. Saturn. cap. xx.

Εἰμὶ Θεὸς τοιοῦτος μαθεῖν, οἷον κ' ἐγὼ εἴπω.
Οὐρανὸς κόσμου κεφαλή, γαστὴρ δὲ θάλασσα,
Γαῖα δέ μοι ποδές εἰσι, τὰ δ' ὦτα τοῦ αἰθέρος κοῖλα,
Ὀφθαλμὸς δὲ περίφρων, λαμπρὸν φάος ἠελίοιο:
Sum Deus, & talis qualem describam ego meipse.
Cœlis arx mî CAPUT *est*, VENTREM *dico mare magnum.*
Terra, PEDES; AURES *ponuntur in æthere puro;*
Longe splendentes OCULOS, *dic lampada Solis.*

Mutat aliquid in illis Plutarchi: & quis non pro ingenio possit? *Terram* facit *pedes*, satis appositè: sicut Chrysippus Stoicus eamdem ὑπόστημα, ὥσπερ οὖν ζώου τινὰ ὀστᾶ: *fulcrum, ut in animali ossa.* Est enim maximè compacta & dura, sed & infimo loco, ut Pedes. Hæc Stoica esse, etiam Jo. Damascenus docet: *Stoici*, inquiens, *Deum statuunt animum hujus Universi, corpus ejus ipsum Universum: oculos verò, Solem, Lunam, astra.* Sed & Manilius Stoicisans:

Stob. Phys.

De Hæresibus.

Lib. 1.

——— *flammæque micantes,*
Quæ Mundi fecêre oculos.

Oculos, id est stellas. Sed ut ad Laërtium redeam, à quo me leviter abduxisti: altera in illo ratio, cur Animal Mundus, *quod nostra ex eo anima avulsa.*] Quasi dicat: Quod Animam emittit, ipsum animatum est? talis Mundus. Verba Zenonis huic sententiæ, in Empi-

Digitized by Google

ico : *Quod emittit semen ejus quod est particeps rationis, ipsum quoque rationis particeps : Mundus autem emittit tale semen : ergo Mundus rationis particeps.* Cicero etiam huc faciat : *Qui Stoicus est, non magis approbabit nunc lucere, quàm hunc Mundum esse sapientem, habere Mentem quæ & ipsum fabricata sit, & omnia moderetur, novocat, regat.* Vides quam adfirmatè hoc nostri ? Nec oli tamen, ne erres. Omitto Platonicos, Aristoteles pse sed ex alienâ mente, inquiunt) alibi *Animal Mundum* appellat. Trismegistus planissimè ex suâ : ὁ μὲν κόσμος πρῶτον ὁ δὲ ἄνθρωπος, δεύτερον ζῶον ἔλαχε τὸν κόσμον : *Mundus, primum animal ; secundum ab illo, Homo.* Et libi, ἀθάνατον ζῶον, *immortale animal* dicit. Sed iterùm id Laërtii verba, *Animam ex eo avulsam.*] Quo ? an loco ? non, sed ipsâ Animâ, quam loti dabant. Et quæ illa ? Ignis, quis Ignis ? Deus. Hoc diversum à Platonicis nostri habent; etsi audita sententia, non explorata, mponat. Nam utrique Animam Mundo tribuunt, & Deum faciunt : sed diverso paullùm sensu. Plato Mundi nimam ex Deo natam vult : nostri, Deum ipsam esse. lli quoque Deum, sed secundarium quemdam ; nec primum & patrem. Pro Stoicorum mente Varro, apud Isidorum : *Varro Ignem Mundi animum dicit. Proinde quod n Mundo Ignis omnia gubernet, sicut animus in nobis. Quàm vanissimè ! Qui cùm est, inquit, in nobis, vivimus ; cùm exit, emorimus.* Augustinus, de eodem Varone : *Dicit idem auctor acutissimus atque doctissimus, uod hi soli videantur ei animadvertisse, quid esset Deus, ui crediderunt eum esse Animam motu ac ratione Mundum gubernantem.* Vox *motu* non omnino disconvenit, ateor : & verius tamen credam, *Mente.* Cicero, de toicis : *Mundum naturâ sentiente teneri, in qua Ratio erfecta insit, quæ sit eadem sempiterna. Quam vim Animum esse dicunt Mundi, eamdemque esse Mentem Sapientiamq; perfectam, quam Deum dicunt.* Est igitur iis Anima, est & ejus ἡγεμονικὸν *Ratio*, in Mundo ; sicut in homine ponimus: atque ea *Ratio* propriè Deus. Multa super ac re, è multis, possem : sed quod satis sit, dixi nuper, ùm de ipso * Deo dissertatum. Cum Philone, claudam, ui hæc à Chaldæis manasse ostendit, & damnat : *Chaldæi*, inquit, *super alios homines Astronomiam & Genethlacam excolentes, infera superis, cælestia terrenis adaptare jungere nitebantur, tamquam Musicis rationibus omnia ncinere, & convenire inter se ajebant, locis disjuncta, gnatione conjuncta.* Οὗτοι τὸν φαινόμενον ὅλον κόσμον εἰς ὃ ἔστιν ὑπὸ πάντων εἷς μόνος θεὸς ὁρᾶται, ἢ εἰς αὐτὸ θεὸν

Lib. VIII

IV. Acad.

XI. Metaphys. Cap. X.

IV. De Civ. cap. XXI.

I. Acad.

† Lib. I. Diss. VII. περὶ ἀποικίας.

Digitized by Google

ἡνὶ ἀφείκοθαι τῷ τ' ὅλῳ ψυχὴν, εἰμαρμένην τε καὶ ἀνάγκην ἁπάντων πόησιν, ἀσεβείας πολλῆς καταπλήσαντες τὸν βίον, καὶ ἀδικήσαντες εἰς δίκην τοῦ φαινομένου κόσμου ἐλθόντες ἐν αὐτῷ τὸ ἀσεβήσαν: *Idem apparentem hunc & ſenſibus ſubjectum Mundum ſuſpicati ſunt & ediderunt, aut ipſum ſolum eſſe Deum, aut quæ eo continetur Vniverſi animam. Fatum autem & Neceſſitatem deificantes, ut ſic dicam, & conſecrantes, ſumma impietate vitam humanam repleverunt, docentes præter hæc quæ conſpiciuntur, nullam eſſe omnium Cauſſam.* Sunt ipſa Stoica; qui *Rationem* in hac Anima *Fatum* & *Neceſſitatem* etiam interpretabantur. Abſurda igitur, ſic accepta, ſed è quibus ſubtiliſſimè argumentum, pro Dei unitate, contra Gentiles Arnobius ducit. *In Philoſophiæ memorabiles ſtudio, univerſam iſtam molem Mundi, Animal eſſe unum, ſapiens, rationabile, conſultum,* PROBABILI *aſſeveratione definiunt: quorum ſi eſt vera, & fixa, certa ſententia; etiam illi continuo deſinent Dii eſſe, quos in ejus portionibus conſtituebatis. Vt enim homo unus nequit, permanente ſui corporis integritate, in homines multos ſcindi; neque hominis rurſus multitudinis, junctionis differentia conſervata, in unius ſenſus ſimplicitatem conflari: ita ſi Mundus animal eſt unum, & unius Mentis agitatione motatur: nec in plura poteſt numina diſſipari; nec ſi ejus particulæ Dii ſunt, in unius animantis conſiſtentiam cogi atque verti.* Audiſti. jam, tecum damnamus, etſi *probabile* hoc, cum Arnobio: quia certum divinam illam vim per omnes Mundi partes ire, ut Animam, ſed non Animam: & hic error, quòd æternum illud & ſecretum, cum perituris impuriſque unionis nexu miſcent.

Lib. III.

DISSERT. XI.

Diviſio Mundi prima, & ſecunda. Elementa quatuor eſſe, & in ſe invicem commutare.

ANIMAL igitur iis Mundus. cujus duæ magnæ Partes, Cælum & Terra. Varro ita dividit ſcitè, ut opinor, ex mente & more Stoicorum. Auguſtinus: *Adjungit* (Varro) *Mundum dividi in duas partes, Cælum & Terram: & Cælum bifariàm, in Æthera, & Aëra; Terram verò, in Aquam & Humum. E quibus ſuminum eſſe Æthera, ſecundum Aëra, tertiam Aquam, infimam Terram.* Sunt omnio Stoica, qui primò dividebant Elementa *in Gravia, & Levia. Levia faciunt, Ignem & Aërem. Gravia, Aquam & Terram,*

VII. De Civ. cap. VI.

Stob. Phyſ.

Digitized by Google

ım. *Leve autem esse, quod à medio suo recedat; Grave, uod accedat.* Ovidio etiam hæc tributio:

Quattuor æternus genitalia corpora mundus
Continet, ex illis duo sunt onerosa, suoque
Pondere in inferius, Tellus atque Unda, feruntur.
Et totidem gravitate carent nulloque premente
Alta petunt, Aër atque aëre purior Ignis.

lara ista, nèque voces morentur, haud vulgariâ omni- ɔ usurpatione in Varrone. Nam *Cælum* pro *Aëre*, olim : prisci dictum. Hebræis quide n, ut Sacra docent; La- ıis, ut Varro idem alibi notat. *Cælum*, inquit, *dupliciter* v. de L.L. *citur, & supremum illud ubi stellæ; & hoc totum, quod mplexu continet terram*, quod est scilicet Aër. Lucretius:

Constituuntur in hoc cælo, qui dicitur Aër. Lib. IV

:rvius illud Virgilii: *maria, ac terras, cælumque profun- im:* pro Aëre accipit, *nam Æther*, inquit, *immotus.* Pli- us apertissimè: *Namque & hoc Cælum appellavêre ma- res, quod alio nomine Æëra.* Imò & *Æthera* Græci, pro ëre, consimiliter etiam dicunt. Omitto, in re perga- us. Quattuor igitur ista Elementa sunt, *Principes Qua- tates* (ita Cicero appellat, sive corpora, hujus Mundi. I. Acad. uare *Principes*? quia Elemento hoc convenit, & defini- ɔ ejus Stoica in Laërtio. Στοιχεῖον ἐξ οὗ πρώτου γίνεται τὰ γι- γνόμενα, καὶ εἰς ὃ ἔσχατον διαλύεται): *Elementum, ex quo primo unt, quæ sunt, & in quod extremum resolvuntur.* Fiunt, mpe hæc minora & multiformia corpora: alioqui ex rincipiis primis ipsa Elementa. Sed de compositis ac- piendum est, Elementa sunt simplicia. Quattuor ea con- nsu ferè ponunt. & benè Plinius: *Nec de Elementis vi- o dubitari, quattuor ea esse.* Quare sint, Platonis pulchra nsideratio est, in Timæo. *Divini decoris ratio postula-* Ex Macr. *t*, inquit, *talem fieri Mundum, qui & Visum pateretur,* 1. in *Tactum. Constabat autem neque videri aliquid posse sine* somn. *nis beneficio, neq; tangi sine solido, & solidum nihil esse* Scip. *e Terrâ. Unde Mundi omne corpus de Igni & Terrâ in- tuere fabricator incipiens, vidit duo convenire sine medio lligante non posse: & hoc esse optimum vinculum, quod & pariter, & a se liganda devinciat. Inde Aërem & Aquā ter Ignem Terramque contexuit: & ita per omnia una & i conveniens jugabilis competentia occurrit, Elementō m diversitatem ipsâ differentiarum æqualitate conso- ns.* Plusula addit, meritò à te legenda, & sine alio erprete capienda. Nam & Aristoteles, quem in scholis diimus, has Qualitatum, consentientium semper rte altera, συζυγίας exposuit. Et ab hoc isto ordine est, III. Hex- ıòd Ambrosius στοιχεῖα Græcis dicta censet: *quòd sibi* æm. c. IV. *veniant*, inquit, *& concinant.* Quattuor igitur, sed an Ep. CXVII.

Digitized by Google

non Seneca abnuit, qui de tribus adfirmat? Alibi: *Hæ nempe sunt Elementa, quibus hic Mundus administratur: Aqua, Terra, Spiritus. Omnia ista tam causſa vivendi sunt, quàm viæ mortis.* An excidisse & delinquere hic putamus vocem *Ignis*? an pro suo quodam sensu nunc hoc dixit, & de isto inferiore mundo sentit tantùm? Nam ait, *hic Mundus*. Et ad rem præsentem tria hæc facit, quia de sponta neâ morte agit: quam ab illo æthereo igne non sumas. Abi, inquit, Aquâ te merge, si vitæ pertæsum est; Terrâ conde, aut ex altiore ea dejice; Spiritum id est Aërem ne reciproca: habes vias mortis. Certè ipse alibi quatuor agnoscit, & Stoici passim ponunt. Respondent huic numero & Elementis singulis Anni tempora, si quis comparet, Ver, Æstas: Autumnus, Hiems: respondent hominis item Ætates, Pueritia, Juventus, Gravitas, Senectus. Ordo eorum, elegantibus sanè versibus, *in* Manilio: quos, sodes, lege. Nam nobis propositum, non omnia quæ ad rem exsequi, sed quæ obscura aut rara, & ad Senecæ propriè lucem. Pro eo addo, Elementa hæc non pura prorsus esse, & communicare inter se, atque etiam mutare.

III. Quæst. cap. 2. * Lego, *Ac*

Ipse dicit: *Omnium Elementorum alterni recursus sunt: quidquid alteri perit, in alterum transit.* * *Et Naturæ partes suas, velut in ponderibus constitutas, examinatæque portionum æquitate turbatâ, Mundus præponderet.* OMNIA IN OMNIBUS SVNT. *Non tantùm Aër in Ignem transit, sed numquam sine Igne est. Transit Aër in Humorem, sed nihilominùs non sine Humore est. Et Aëra & Aquam facit Terra, sed non magis umquam sine Aquâ est, quàm sine Aëre. Et ideò facilior invicem transitus est, quia illis in quæ transeundum est, jam mixta est.* Sunt verissima. omnia mixta sunt, & partibus (non enim totis) Elementa vertuntur: mirabili Naturæ providentiâ, ut æqualitas & proportio servetur, necessaria tutelæ Universi. Ovidius hæc in parte

XV. Metamorph. * *Ipsa definitio Stoicorum suprà.* * Legam, *tenuatus* v. a. *A humor abit.* Lib. I.

——— * *omnia fiunt*
Ex ipsis, & in ipsa cadunt, resolutaque tellus
In liquidas rarescit aquas. * *tenuatur in auras*
Aëraque humor habet. dempto quoque pondere rursus
In superos aër tenuissimus emicat ignes.
Inde retrò redeunt, idemque retexitur ordo.

Lucretius etiam, contra nostros:

Quinetiam repetunt à cælo atque ignibus ejus.
Et primùm faciunt ignem se vestire in auras
Aëris, hinc imbrem gigni, terramque creari
Ex imbri, retroque à terrâ cuncta reverti,
Humorum primùm, post aëra, deinde calorem:
Nec cessare hæc inter se mutare, meare
De cælo ad terram, de terra ad sidera mundi.

Rejicit, qua amplecti debuit, & vel sensuum testimoni

Digitized by Google

fidem habere. Sanè hæc mutatio est, & ex mixtione generatio: in quâ tamen discrimen, & alia Agunt, alia Patiuntur. Cicero, ut Stoicus: *Aër & Ignis movendi vim habent, atque Efficiendi: reliquæ partes accipiendi, & quasi Patiendi. Aquam & Terram dico.* Paria Aristoteles: & duo Elementa superiora velut * Mares sunt, & Artifices; reliqua ut Fœminæ, & Materiæ vicem habent. Ægyptii etiam ita distinguebant, in Mares dico & Fœminas: sed aliter, & singulis dabant utrumque hunc sexum. Exempli causâ, *Æthera marem indicant quà ventus est; fœminam, quà nebulosus & iners. Aquam virilem, Mare vocant; muliebrem, omnem aliam. Ignem masculum, quà ardet flamma; fœminam, quà lucet innoxius tactu. Terram fortiorem, marem vocant, saxa cautesque; fœminæ nomen adsignant huic tractabili ad culturam.* Ista Seneca alibi, subtiliora quàm vetera. Sed jam ad singula Elementa eamus. I. Acad.

* *Vide Fulgent. Mythologica, de Saturno. lib. 1.*

DISSERT. XII.

De Elemento Ignis, sive Æthere. Stoicis Ignem ibi statui: atque illum, aut in illo, Deum.

PRIMUM est Ignis, qui in *Cælo* sive *Æthere* locum suum habet. *Cælum* Græcis οὐρανὸς quia πᾶσιν ὁρώμενος & oculos omnium pulchritudine ad se vocat. Neque aliâ causâ Latinis *Cælum, quod hauddubiè* (ait Plinius) *cælati argumento diximus ut interpretatur M. Varro.* Est enim, ait Isidorus, *stellis, velut vas, signatum.* Et Deus superum illum *Mundum* (pulcherrimè Cicero) *signis & luminibus olim quam Ædilis, ornavit.* Is ornatus in Varronis hisce versibus: I. De Nat. deor.

Mundus, domus est maxima omnium,
Quam quinque altitonæ fragmine zonæ
Cingunt. per quam limbus pictus
Bis sex signis stellimicantibus
Altus in obliquo æthere, Lunæ
Bigas acceptat: Postumi cui Seplasia fætet.

Ideò igitur *Cælum*: etsi nostra quoque Terra, & *vivorum regio* Cælum; sed comparatione, & respectu inferorum. Et in Virgilio:

Et falsa ad cælum mittunt insomnia manes.

Nam *sicut Dii nobis* (ait Macrobius) *ita nos defunctis superi habemur:* quibus nostra regio, velut Cælum. Idem *Æther* græcè, παρὰ τὸ αἴθειν, *ab ardore*, & quia igne constat ut Stoici: etsi Aristoteles παρὰ τὸ ἀεὶ θεῖν, *quia perpetuò movetur & currat*, mavult dictum. Nam ipse Ignem scilicet à Cælo spernit, quod ex quinta quadam natura consti-

Digitized by Google

constituit; & sub eo demum Ignem locat. Res nota è scriptis ejus, neque Plutarchum pro vero habeo, qui Aristotelem statuere cælum facit ἐκ πέμπτου σώματος συρὸς, καὶ ἐκ θερμοῦ καὶ ψυχροῦ μίγματος: *è quinto Corpore Igne, è calidi & frigidi mixtione.* Corrupta aut falsa ista, nec ita profectò Aristoteles. Omitto quæ habemus, & exstant. Atticus etiam apud Eusebium, inter dissidia Platonis & hujus refert: Ὁ μὲν φησι τὸ κατ' ἐφαν τὸν πλείω εἶναι ἐκ πυρὸς ἔχειν· ὁ δὲ, μηδαμῆ μετεῖναι τοῦ ἐφανοῦς πυρός: *Ille* (Plato) *ait, cælestia pleraque Ideam ex Igne habere; iste* (Aristoteles) *nihil participare cum eo.* At nostri, ut dixi, cum Platone, cælum & astra ignea: & quartum hoc Elementum ibi locant. Quid, cum Platone? ante eum Heraclitus, à quo nostros haud ità vult apud Tullium Cotta: *Sed omnis vestri* (Stoici) *Balbe, solent ad ignem vim referre, Heraclitum, ut opinor, sequentes.* Sed quocumque auctore sententia certa est *quartam partem Mundi* (Ætheream) *& ipsam tota natura fœcundam esse, & ceteris naturis omnibus salutarem impertire & vitalem calorem.* Nam superum hunc Ignem, quem illi *purum, lucidum, tenuem, mobilem* constituebant; misceri omnibus volebant, & vitam, vegetationem, aut conservationem dare. Denique hunc esse *Mundi animam*, hunc Deum: illum dico in *æthere ardorem tenuem, nullaque admistione concretum.* Itaque describitur iis Ὁ οὐρανὸς, ἡ ἐσχάτη περιφέρεια, ἐν ᾗ πᾶν τὸ θεῖον: *Cælum extrema circumferentia, in quo sedem habet quidquid est divinum.* Et quamquam omnis ea pars talis, tamen superia ejus magis: & Cleanthes (in Tullio) *cùm ipsum Mundum esse Deum dicit, tum ultimum & altissimum atque undique circumfusum & extremum, omnia cingentem atque complexum* ARDOREM, *qui Æther nominatur, certissimum Deum judicat.* Quod Scipio etiam ita, doctore scilicet Panætio Stoicissans, apud Ciceronem: *Orbis cælestis ultimus, qui reliquos complectitur*, SUMMUS IPSE DEUS, *arcens & continens ceteros.* Quæ talia Macrobius tamen ad Platonis dogmata trahit, Cicerone haud usquequaque volente. Ut enim à Terra gradatim tenuiora omnia & puriora fiunt Aqua, Aër, Ignis: ita in ipso Igne illi gradus, & summa ejus pars purissima, eoque maximè divina, & Rationis illius incorporalis sedes. Hanc Pythagoræ etiam mentem adscribit Theophilus, Antiochenus Antistes: *Pythagoras*, inquit, *magno labore ima & summa perscrutatus, Extremam naturam Dei vim autumat.* Qui tamen subtilius paullò rectiusque locutus mihi legitur, in Clemente. Οἱ, inquit, ἀμφὶ Πυθαγόραν φασὶν. Ὁ μὲν Θεὸς, εἷς, καὶ ἕν τις ἐστὶ, καὶ τοῦτο τῆς ἀληθείας, ἀλλ' ὁ αὐτὸς ἀεὶ, ὢν ἀεὶ τῇ κύκλῳ ἐπισκοπῆς φάσκει ἡμῖν, καθὸ τῶν ὅλων ἐστὶ

11. De Placit. cap. 21.

111 De Natur. deor.

Idem 11. De Nat.

Ibid. Laërt. in Zenone.

1. De Nat. deor.

In Somn.

Lib. 111. ad Autolycum.

In Protreptico.

Digitized by Google

ν, ἡ ἐργάτης τῶν αὐτῶ δυνάμεων καὶ ἔργων ἁπάντων, ὁ ἐπόπτης φύσης, καὶ πάντων πατὴρ, ὅς ἐστι ψυχωσις τοῦ ὅλου κύκλου, πάντων ἴσως: *Deus, unus, & is, non ut quidam suspicantur, extra mundum, sed in ipso totus, in toto circulo inspector atq; artifex omnis generationis, temperies universorum. qui semper est opifex suarum potestatum & operum omnium, in cælo quidem, & omnium pater, Mens & animatio totius circuli, omnium motio.* Sed alia, quæ ad Stoicum hunc sensum, antea cùm de Deo, nobis dicta. De Cælo porrò exsequatur: cui & Epicurus *igneam substantiam* adtribuit: & Plinius, *Ignium elementum*, inquit, *summum, inde tot stellarum coluentium illi oculi.* A quo Igne videtur Stoicis petita causa orbicularis illius motus, quo cælum assiduè rotatur. Nam *cùm omnia* (ait Zeno apud Stobæum) *ad mediam totius ferantur: etiam corpora quæ gravitatem non habent, ut Aërem & Ignem ad medium ferri, circaque ejus ambitum consistere.* Credo eum dicere; quà possint, ferri ad medium: & quamquam naturâ attollantur, consistere tamen circa ambitum, atque inde quasi impetum capere ad medium redeundi; sed naturâ vetante, moveri assiduè, nec deprimi nec attolli. Etsi ab Anima mundi peti ratio potest, cujus vita & æternitas a motu est: nec potest motus esse æternus, nisi iste, qui continuatione perpetui in se reditus agitatur.

* Lib. I. Dissert. VIII.

DISSERT. XIII.

Aetheris præstantissimum Solem videri: regem siderum: & esse Mundanæ animæ ἡγεμονικὸν. De Lunæ additum.

UNIVERSE de Igne, sive Cælo, satis dictum de signis, quæ in eo, stellisque breviter videamus. Et in primis de duobus quæ eminent, & caput inter cetera enitent, *Sole* ac *Luna*: siquid de iis Stoici seorsim ab aliis dicunt. Solem Latini appellant, ab excellentia, & *quia tantam claritudinem* SOLVS *obtinuit*: & Græci ἥλιον quasi ἅλιον litteræ abjectione, quòd ab eadem claritate sit omnibus manifestus & conspicuus. Stoici de eo: Εἶναι μὲν ἥλιον εἰλικρινὲς πῦρ, καὶ μείζονα τῆς γῆς. ἀλλὰ καὶ σφαιροειδῆ, ἀναλόγως τῷ κόσμῳ. πῦρ μὲν οὖν εἶναι, ὅτι τὰ πυρὸς πάλιν ἐπὶ μείζω δὲ τῆς γῆς, τῷ πᾶσιν ὑπ' αὐτῷ φωτίζειν, ἀλλὰ καὶ τὸ ἐγκύκλιόν: *Esse Solem purissimum ignem, & majorem terra: sed orbiculari figura, juxtà cum Mundo. Ignem quidem esse, quoniam omnia quæ Ignis præstat. Majorem terra, quia omnem eam illustrat, sed & ipsum cælum.* Ait primò, Ignem esse: sed quod genus? Tetigi anteà, & magis è Zenone excemus, qui & Solem & astra πυκνικὸν πυρὸς εἶναι, *artificiatum ignis esse* scribit. Δύο γὰρ μέρη πυρός. τὸ μὲν ἀπλανὲς, καὶ μεθάλ-

Macrob. 1. Saturnal. cap. XVII.

Digitized by Google

Stob. Phyſ. βλάστον εἰς ἑαυτὸ τὴν τροφήν: τὸ δὲ τεχνικὸν, ἀναγκαῖόν τε ἐξ ἑρμηνέως, οἷον ὡς τοῖς φυτοῖς ἐστὶ τὸ ζῴοις. ὁ δὲ φύσις ἐστὶ καὶ ψυχὴ τούτου δὲ πυρὸς εἶναι τὴν τῶν ἀστέρων οὐσίαν: *Duo enim genera Ignis. Unum artis expers, & convertens in ſe omne alimentum: alterum artificiale, quod auget res & conſervat, ſicut in plantis conſpicitur & animalibus, Hoc autem Naturæ eſt, & Anima. Atque ejus Ignis eſſentiam aſtrorum eſſe.* Vides hunc Ignem? Fruſtrà igitur cenſet & timet Ariſtoteles: Εἰ δ' ὅτι μεγάλα πλήρη πυρὸς ἦν, καὶ τὰ σώματα συνίστασθαι ὡς πυρὸς, πάλαι φρόδον ἦν ἕκαστον τῶν ἄλλων στοιχείων: 1. Meteor. c. III. *Si interualla ſtellarum plena igne eſſent* (ipſi orbes) *& corpora earum ex igne, jam pridem quodque aliorum Elementorum abſumptum evaniſſet.* Pone metum. neque intervalla omnia Ignem, ſed ignea dicimus: & à tali jam deſcripto ſervatore igne; quem *Artificem* Zeno dicit, & alio verbo, ſenſu conſimili, νοερὸν paſſim alii: *intellectu præditum*; non brutum illum & extenſum. Ignem igitur Solem cenſent: & increpat Seneca, *qui ſaxum aliquod, aut fortuitorum ignium globum, & quidvis potiùs quam Deum appellant.* Ubi de *Saxo*, ad Anaxagoram pertinet: ſive & ad Democritum, qui item dixit τὸν ἥλιον, μύδρον ἢ πύρεον λίθον: *ferrum vel ſaxum candens.* De *Fortuito globo*, ad Epicurum, qui tamen non purum ignem ſtatuit; ſed γήϊνον πύκνωμα *terrenum fartum* eſſe κισσηροειδὲς καὶ σπογγοειδὲς ταῖς τοῦ πυρὸς ἐκτάσεσι ὑπὸ πυρὸς ἀναπλέον: *pumicis aut ſpongiæ inſtar, ab igne per foramina accenſum.* Eſt igitur noſtris aliiſque Ignis aut Igneus: non Ariſtoteli, qui etiam calorem ab eo tollit. Damnat Ambroſius, & ad noſtros inclinat: *Tantum autem ineſt illis* (Philoſophis talibus) *impugnandæ veritatis ſtudium, ut Solem ipſum negent calidæ naturæ eſſe, eò quod albus ſit, non rubicundus aut rutilus in ſpecim ignis.* Etſi hæc & talia ſatis fortaſſe ἀποθῶ; exſequitur, & rideant hodie in Scholis Addebat Laërtius, *Majorem terrâ eſſe.*] Et nunc conſentiunt aſtrorum conſulti, faciuntque *centies ſexagies ſexies* majorem. Seneca: *Solem, quem toto orbe terrarum majorem probat ratio, acies noſtra ſic contraxit, ut ſapientes viri* (Epicuri) *pedalem eſſe contenderint.* Quod veteres tamen noſtri Doctores haud ita affirmant. Damaſcenus: Ὁ ἥλιος ὑπὸ τινῶν μὲν λίχνος πολυπλάσιον τῆς γῆς, ὑπὸ δὲ τῶν ἁγίων πατέρων ἐν τῇ γῇ: *Sol à quibuſdam dicitur multis partibus terra major, à ſanctis autē Patribus ei par.* Quibus Anaximander olim conſenſerit, adſerens *Solem terrâ non minorem eſſe.* Ad argumentum in Laërtio magnitudinis, quòd *terrâ illuſtrior, atq; etiam cælum.*] Quomodo cælum? nam de terra liquet. Credo, quod vel det ſtellis aliis lumen, vel augeat rem

Hexaëm. II. c. III. 3. Quæſt Natural. cap. III. III. De Benef. c. XXI.

Digitized by Google

temperétve. Seneca ad Marciam: *Videbis illic* (in cælo) *innumerabiles ſtellas, miraberis uno ſidere omnia impleri.* Cap. XVIII. Quæ omnia, ſi non hæc aſtra? Arnobius: *Sol ſiderum princeps, cujus luce omnia veſtiuntur.* Julius Firmicus, Lib. I. ad Solem: *Qui* CETERARUM STELLARUM *ignes flammiferarum luminis tui moderatione perpetuas.* Certè adfirmat, etſi flammiferæ à ſe ſint & igneæ (ita enim ipſe, cum Stoicis) tamen accipere à Sole aliquid, & ab eo temperari atque æternari. Ideò Heraclitus olim, *Fontem cæleſtis lucis* Solem nominavit. Sed & Cicero pro hâc ſententiâ: *Sol dux & princeps, & moderator luminum reliquorum.* Neque Macrobium nimis audiam, qui interpretatur *Moderatorem, quòd curſus eorum & recurſus certâ definitione ſpatii moderetur.* Quid enim hoc ad lumen? quin & hodie Aſtrologi in iſto plerique ſenſu. At alii, & idem ille Macrobius, ſolam Lunam fulgere alieno, ceteras ſtellas ſuo volunt. Sed ſatis hæc ſuper Sole: pergamus. AUD. Imò ad Senecæ lucem aliquid, niſi grave eſt, addes. Indignabatur in verbis, quæ recitaſti, *quidlibet potiùs Solem, quàm Deum dici.* Deum ergo habet? LIPS. Ipſe & Stoici, ac magnum Deum, principem ceterorum. Firmicum audi hujus ſectæ: SOL Lib. I. OPTIME MAXIME, *qui mediam cæli poſſides partem*, MENS MUNDI *atque temperies, dux omnium princepſque.* Adde Plinium. quem qui Epicuréum faciunt, viderint; ego Stoicorum ſenſibus comperior bonâ fide. Ille igitur: *Sol non temporum modò terrarumque, ſed ſiderum ipſorum cælique rector. Hunc Mundi eſſe totius Animam, ac planiùs* MENTEM, *hunc principale Naturæ* REGIMEN (id eſt ἡγεμονικὸν AC NUMEN, *credere decet.* Vis magis auguſta? & plerique è Stoicis cum Plinio ſentiebant: etſi alii ſupremum Æthera, ut dixi, ἡγεμονικὸν volebant. Sed claritate & magnitudine effectuum, tum & ſua, itemque ſitus dignitate obtinuit, à multis ſupremus Deus cenſeri, aut certè Mentis ſive Rationis illius ſedes. Itaque & *Cor cæli* Phyſici veteres nominabant. Perüani & Sinenſes etiam hodie ſummum Deum colunt: quid Aurelianus olim Princeps? *Dii faciant, &* DEUS CERTUS *Sol*: quaſi de uno hoc In Vopiſco fides & certitudo. Etiam Triſmegiſtus: Ἥλιος Θεὸς μέγας καὶ πάντων τῶν κατ' οὐρανὸν θεῶν, οἱ πάντες ἔχουσιν ὡς δεσπότην θεὸν, ὑπακούει βασιλεῖ καὶ δυνάστῃ: *Sol Deus maximus eorum qui in cælo ſunt, cui cedunt omnes dii cælites tamquam principi & Regi.* Et talia Plato, etſi uterque majorem eo alium agnoſcit, ipſum δημιουργὸν & conditorem. De Sole quod ſatis ſit, dixi: ad *Lunam* eamus. quam Laërtius, inter Cap. V.

Digitized by Google

ſcita Stoica, γαιδτέρεον terream magis ſcripſit ἢ τὴν σεσηλιοχίεον ἔσαν: ſicut & Terræ magis vicinam. Videlicet non tam puro liquidoque igne eam lucere, quàm Solem, & terrenum aliquid ac turbidum habere. Ita Plutarchus: Ὑδρ θολερὸν, ὥσπερ οἱ Στωϊκοὶ λέγουσι, καὶ πιμελῶδες: *Ignis turbidus & fæculentus, ut Stoici autumant.* Qui idem oſtendit dictam γῆν ὁλυσίαν, *terram cæleſtem*; ſive etiam ἄστρον χαῶδες, *aſtrum terreſtre*: ab eadem cauſâ. Itemq; Macrobius, *Ætheream terram*: in quo occultiorem tamen rationem lege. Neſcio an huc, Cleanthi adſcriptum pertineat, à Stobæo: Κλεάνθης ἔφησεν πυροειδῆ τὸν σελήνην, πλοειδῆ τῇ χρόᾳ: *Cleanthes dixit Lunam igneâ eſſe apparentiâ tamen lutoſâ.* Niſi quis ibi πλοειδῆ legat, & *pilleſ formam* ei tribui cenſet: ſicut idē Cleanthes Coni formâ dat ſublimioribus aſtris. Sed hanc, obtuſū ſcilicet ignem, obtuſius planiuſq; paullò ſurgere. Sed addit Stobæus: Ποσειδώνιος, καὶ οἱ πλείονες τῶν Στωϊκῶν, μικτὴν ἐκ πυρὸς καὶ ἀέρος, καὶ μείζονα τῆς γῆς ὡς τὴν ἥλιον σφαιροειδῆ δὲ τῷ σχήματι: *Poſidonius & plerique Stoici, mixtam ex igne & aëre ſtatuunt, & majorem terrâ, ſicut & Solem: orbicularem autem figuram.* Quam mixtionem Plutarchus improbat & refellit. *De facie in orbe Lunæ.* Nec pluia de Lunâ, propria quidem Stoicis, habeo. AUD. De *Terra* ruminor, quod ſic eam dictam noraſti. Facitne, quod etiam habitatam IV. Acad. voluerunt, ut ipſam hanc terram? Cicero: *Habitari ait Xenophanes in Luna, eamque eſſe terram multarum urbium & montium.* LIPS. Plutarchus & Macrobius talia: atque ille refellit, iſte explicat & ad animarum ſedem referre videtur. Sed *fuiſſe Seneca* (apud Lactantium) *etiam* Lib. III. c. XXIII. *inter Stoicos ait, qui deliberaret, utrumne Soli quoque ſuos populos daret?* Addit irridnes: *Inepte ſcilicet, qui dubitaverit quid enim perderet, ſi dediſſet?* Ego hæc talia, ſic obvio & ſimplici ſenſu, dicta aut dubitata ab iis vix arbitror: ſed vel ad Animas, vel ad Genios reſpexiſſe. Niſi tamen non ſapientia, ſed ſanitas homines defecit.

De Facie in orbe Lunæ. Deoracul. defectu. 1. In Somn. *Fortaſſe verius πολυ-ειδῆ: multiformem.*

DISSERT. XIV.

De Aſtris in genere. Rotunda eſſe, ex æthere conflata: ideoque ignea, & vaporibus paſci. Eadem futurorum conſcia.

UNIVERSE de Stellis pauca etiam libanda. Laërtius: Δοκεῖ δὲ αὐτοῖς σφαιροειδῆ εἶναι καὶ τὰ ἄστρα, πύρ γὰρ εἶναι τοῦτο: *Videtur iis* (Stoicis) *& aſtra rotunda eſſe, & terrâ*

Digitized by Google

non moveri. Attra rotunda iis aliisque communiter : seorsim tamen Cleanthes de *Coni* figura sensit. Stobæanæ eclogæ: Οἱ μὲν ἄλλοι σφαιροειδεῖς ἀστέρας, Κλεάνθης δὲ κωνοειδεῖς: *Alii quidem sphæricæ figuræ stellas, Cleanthes coni fecit.* Movit Cleanthem, quod ignis semper in altum eat: atque ab imagine flammæ nostræ, à rotundo infra corpore voluit extenuari: & in altum arctari : id enim Conus : neque absona mihi ea opinatio. Sunt sanè Ignes, sed densiores & compacti, ex rariore ætherea natura. Seneca super ea re: *At mehercule non aliud quis aut magnificentius quæsierit, aut didicerit utilius, quàm de Stellarum siderumque natura, utrum flamma contracta, quod & visus noster affirmat, & ipsum ab illis fluens lumen, & calor inde descendens: an non sint flammei orbes, sed solida quædam terrenaque corpora, quæ per igneos tractus labentia, inde splendorem trahant coloremque, non de suo clara. In qua opinione magni fuêre viri, qui sidera crediderunt ex duro concreta, & ignem alienum pascentia. Nam per se, inquiunt, flamma diffugeret, nisi aliquid haberet quod teneret, & à quo teneretur: conglobatamque, nec stabilis inditam corpori profectò jam Mundus turbine suo dissipasset.* VII. Quæst. cap. 1. Ecce ponit primùm, de *flamma contracta*: quæ ejus, & populariũm, sententia est, ut dixi. Posidonius, apud Stobæum: Ἄστρον εἶναι φησὶ σῶμα θεῖον, ἐξ αἰθέρος συνεστηκός: *Stellam esse corpus divinum, ex æthere compositum.* Æthere, nempe densore sive contracto. Addit, *Quod & visus adfirmat.*] Argumenta Stoicorum, & nominatim Cleanthis. Cicero: *Sidera esse tota ignea, duorum sensuum testimonio confirmari Cleanthes putat, tactus & oculorum.* II. De Nat. deor. Aliorum tamen sententia, sunt, ait, *solida terrenaque corpora.*] Quod à Thalete manavit, qui γεώδη μὲν, ἔμπυρα δὲ τὰ ἄστρα dixit: *terrena quidem, sed ignita corpora, stellas esse.* Sed & Anaximenes πυρίνῳ μὲν τῷ φύσιν τῶν ἄστρων, παρίχειν δέ τινα καὶ γεώδη σώματα, συμπεριφερόμενα τούτοις, ἀόρατα: *igneam quidem naturam astrorum, sed habere etiam terrena corpora mista, quæ cum iis circumferantur, inspectabilia.* Fuerunt etiam qui saxea, aut saxa crederent; fuêre qui ferrea : quos omnes Seneca hic tangit. Ait amplius, *Ignem alienum pascere.*] Nempe ætherem, cui terrea illa corpora aliena. Sed & Stoici pastum in Sideribus agnoscunt, atque ali vaporibus & aëre fervidam illam naturam volunt. Laërtius, Τρέφεσθαι δὲ τὰ ἔμπυρα καὶ τὰ ἄλλα ἄστρα. Τὸ μὲν ἥλιον, καὶ τὴν μεγάλην θάλατταν, ἀναθυμιάσεσιν ὑγρᾶς οὐσίας ἀναμμένας. Τὴν δὲ σελήνην, καὶ τὰ ποτίμων ὑδάτων, ἀπορροίαις τυγχάνειν, καὶ ἀφθάρτου ἄσης: *Nutriri atque ali & hæc ignita, (Solem & Lunam) & cetera astra. Solem quidem magno mari, quòd sit fax & accensio quædam intellectu*

Digitized by Google

Quæst. Natur. II. cap. V. *prædita. Lunam autem, ex aquis dulcibus & potabilibus, quod sit aëris permixta, & vicinior terræ.* Primùm, universè dicit omnia sidera nutriri. Et Seneca: *Ex cælo & terrâ alimenta omnibus animalibus, omnibus satis,* OMNIBUS STELLIS *dividuntur. Hinc quidquid est virium singulis; hinc ipsi Mundo, tam multa poscenti, subministratur: hinc profertur, quo sustineantur tot sidera, tam exercitata, tam avida, per diem noctemque, ut in opere, sic in pastu.* Plinius iterùm Stoicus: *Sidera verò haud dubiè humore terreno pasci.* Terreno tantùm? imò & marino (sed utrumque elementum in uno intelligit) atque ex aliis aquis, ipso Plinio addicente: *Oceanus omnes fundens recipiensque aquas, ac sidera ipsa, tot & tantæ magnitudinis, pascens.* Panegyricus Constantino dictus: *Iturus ad deos, genitorem illum deorum, ignea cæli astra refoventem, prospexit Oceanum.*

Lib. II. cap. IX.

Cicero: *Sunt autem stellæ naturâ flammeæ. quocirca terræ, maris, aquarum vaporibus aluntur iis, qui a Sole ex agris tepefactis, & ex aquis, excitantur: quibus altæ renovataque stellæ refundunt eôdem, & rursum trahunt undidem.*

I. Nat. deor.

Atque ideò divinâ Providentiâ Macrobius factum putat, ut sub zonâ torridâ locaretur Oceanus: *ut omnis nimirum latitudo, quâ Sol cum quinque vagis, & Lunâ, ultro citrò que discurrunt, habeant subjecti humoris alimoniam.*

I. in Som.

Quam Syrtium etiam caussam Lucanus proponit:

Lib IX.

Quod rapidus Titan, ponto sua lumina pascens,
Æquora subduxit zonæ vicina perustæ.

Etsi longiusculè sanè Syrtes ab eâ zonâ absunt: sed scilicet mare eousque delinquere, & terram fieri. Plures enim ejus verius vide. Jam verò idem poëta Ægyptios facit dicere:

Lib. X.

Nec non Oceano pasci Phœbumque polumque
Credimus.

Quid facetissimus Anacreon?

Πίνει θάλασσα δ' ἄυρας,
Ὁ δ' ἥλιος θάλασσαν:
Et potat æquor auras,
Phœbusque potat æquor.

Et infert, quidni etiam nos bibamus? Levibus testibus sit à magno Hippocrate pondus. *Soli, Lunæ, astris,* inquit, *via per Spiritum.* Τῷ μὲν πυρὶ τὸ πνεύματος τροφή. τῷ δὲ πνεύματι τὸ πῦρ στερηθὲν οὐκ ἂν δύναιτο ζώειν: *Nam igni Spiritus est pabulum. Spiritu privatus ignis, non possit vivere.* Ipsum Homerum, *divinarum omnium inventionum fontem & originem* (vero elogio à Macrobio sic dictum) idem Macrobius eò ducit. qui *sub poëtici nube figmenti,* inquit, *verum sapientibus dedit intelligi: quando Jovem, cum diis cæte-*

De Flatibus.

teris, id est cum Stellis, profectum in Oceanum, Aethiopus eum ad epulas invitantibus, scripsit significans, hauriri e humore nutrimenta sideribus. Confignet hanc sententiam & noster Ambrosius: *Frequenter Solem vidimus madidum & rorantem, in quo evidens dat indicium, quòd alienatum sibi aquarum, ad temperiem sui sumpserit.* Etsi initium sanè infirmum est, & plebejo sensu nixum: at ejus amen mens appâret. Sed propiùs aliquid ad verba Laërtii, ajebat distinctè, *Solem è marmis aquis pasci.*] Ideò Cleanthes (in Stobæo) Solem dicebat, ἄναμμα (sic ibi legendum) νοερὸν, τὸ ἐκ θαλάττης: *Facem intellectu præditam, mari accensam.* Quod ad alimenta referendum modò esse, quæ inibi sequuntur docent. Chrysippus tale: Τὸ, ἥλιον εἶναι τὸ ἀθροισθὲν * ἔξαμμα νοερὸν, ἐκ τῆ τ θαλάσσης ἀναθυμιάματ@: *Solem esse collectam & accensam, intellectudem, ex vapore maris.* Et quod mox in Laërtio sequitur de Lunâ, *ex aquis dulcibus*:] idem Chrysippus, *eam dicebat, τὸ ἀθροισθὲν ἔξαμμα, μὴ τ ἥλιον, ἐκ τῶν ἀπὸ τῶν πολίμων ὑδάτων ἀναθυμιάματ@: collectam accensamque facem, post Solem, ex aquarum potabilium vapore.* Dicas ex istis, quòd ignea quidem illorum natura, sed ardor ille sit è materiâ tali. Sed desino hæc minuta & scruposa: nisi fortasse nihil in Philosophiâ parvum est,

Præsertim rebus in illis
Quæ superà caput ætheriis cernuntur in oris.

AUD. Non est mi Lipsi, eoque resistere te etiam rogabo, & edere, quid ita Posidonius *Stellam, divinum corpus* definiebat? LIPS. Jam dictum aut tactum sæpiùs, Omnis æther, & omnia ætherea, Dii sunt: quia participant, aut constant maximè ex illo Igne. Augustinus: *Dicunt omnia sidera partes Iovis esse, & omnia vivere, atque rationales animas habere, & ideo sine controversia Deos esse.* Et apud Stobæum Zeno ait, τὸν ἥλιον καὶ τ σελήνην, καὶ τῶν ἄλλων ἄστρων ἕκαστον, εἶναι νοερὸν, καὶ Φρόνιμον πυρώδη τὸν, μεσ τεχνικόν: *Solem, Lunam, & SINGULA ASTRORUM alium, esse intelligentem, sapientem igneum ignem, tamquam arte constantem.* AUD. Hui, intellegentes, sapientes? LIPS. Vel maximè, & supra alias animantes. Cicero: *Sidera æthereum locum obtinent, qui quoniam tenuissimus est, & semper agitatur & viget: necesse est, quòd animal in eo gignatur, id in quoque sensu acerrimo, & mobilitate celerrimâ esse.* AUD. Ergo & Animal a? LIPS. Quippini: & rationalia, immortalia, aut certè longæva. Neque nimis hæc rideas: est invenire inter primores illos Patrum, qui istis annuerunt. Origenes, doctrinarum culmen, *Solis, & Lunæ, & Stellarum animas*

* Ita leg.

11. Hexaem. c. 111.

IV. De Civ. cap. XI.

II. De Nat. deor.

Digitized by Google

animas agnovit: *neque eo tamen tempore, quo Mundus factus est, esse cœpisse, sed antequam lucens illud & aterna corpus intrarent*: quod Hieronymus de eo plus simplici vice testatur. Et Philo Judæus quam sæpe sic Platonissat! Scribit alibi: Τὰς ἀστέρας αἰσθητὰς, ἀγάλματα θεῖα καὶ ἐξαίρετα μιμήματα: *Stellas sensu præditas, imagines divinas & pulcherrimas*. Item: ἀφθάρτους καὶ ἀθανάτους ψυχάς: *Incorruptibiles & immortales animas*. Iterumque: Ζῶά τε εἶναι λέγουσι, καὶ ζῶα νοερὰ, μᾶλλον δὲ ἰδέας ἀψύχων, ὅλας δὲ ὅλου τοῦ κόσμου, καὶ πάντας ἀνὰ μέρη τοῦ κόσμου: *Animalia esse dicuntur, & animalia intelligentia. Magis autem quæque earum Mens est, undique & omnino bona, & omnis mali incapax*. Non tamen, ut alibi fatetur, Dii sunt: sed Ἀρχοντάς τινας ὑπερχειμένους τῶν πάντων: *Præsides quidam, ut ita dicam, sub Præside, omnium parentis*. Posteriores Judæi & Rabbini talia, aut deteriora. quos secutus quidam noster ævo *Animalia cælestia* audacter asserit, & ipsum *Mundum animatum*. Nobis modesta sententia sedeat, quæ est Theologorum: qui Animas quidem aut potius Intelligentias conjunctas adtribuunt; sed non ut *formas essentiales*. εἴδη ὕστερα, nec quæ faciant unum corpus. AUD. Si tamen ita vereres; jam non miror Divinationem astris adsignari, & ab iis peti, sic divinis. Et meritò sane Astrologi Stoicis tuis sunt amici. LIPS. Fateor, & quamquam Fatum & Necessitatem in ipsa Materie ponunt, quam inhæret: tamen Astra vel movere aliquid volunt, vel certè monere. Dubitat Seneca, *An ad stellarum motus nostra moveantur corpora corporibus animisque omnium illuc impetus veniat?* Et adfirmare illud videatur alibi: *Hanc insensam velocitatem* (siderum) *tantum rerum terrâ marique gestantem, non esse materiæ errantis ordinem*. Quasi ipsa sidera res habeant, gestentque inclusas. Iterumque alibi: *Ex siderum quinque* (Planetarum) *levissimis motibus fortunæ populorum dependent, & maxima ac minima pro inde formantur, prout æquum iniquumve sidus incessit*. Denique longiùs, ad sidera etiá fixa, vult protendi: *Quinque stellarum potestates Chaldæorum observatio excepit. Quid tu tot millia siderum judicat etiam sa lucere? Quid est porrò aliud, quod errorem incutiat peritis natalium, quàm quod paucis nos sidera adsignant: cùm omnia quæ supra nos sunt, partem sibi nostri vindicent?* Valdè pro Genethliacis facit quos tamen vellet non Planetarum tantùm quinque, & Solis ac Lunæ; sed etiam fixorum siderum potestates novisse: quæ ignorantia, inquit, causa est cur à vero sæpè delirent. Palam quidè hæc sunt pro Astris, & causas ipsa eventuum esse, ac movere.

Epist. LIX. ad Avitum.

De epific. Mundi.

De Insom.

De opific. Mundi.

De Pietate.

Ep. XCVII.

De Provid. cap. I.

Ad Marciam cap. XVIII.

II. Quæst. Nat. cap. XXXII.

Tamen

Digitized by Google

Tamen æquiùs meliusque alibi ambigit, & sententiam ilcernat. *Sidera effectus rerum omnium aut movent, aut* Epist. LXXXVIII. *norant.* Benè de notatione tantùm*, & hoc est quod *monere* dicebam. Significare aliquid possunt ex Fato futurum, non ipsa sunt aut faciunt Fatum. Itaque Manilii hoc toleres,----*conscia Fati Sidera*: illud nollem, ---- *diversos hominum variantia casus*. Magis enim sit, *significare ista quàm facere*, & Plotini modestior assertio: *Nihil vi vel potestate eorum hominibus evenire, sed ea quæ Decreti necessitas in singulos sancit, ita per horum septem* (Planetarum) *transitum, statione recessuve monstrari; ut aves prætervolando, seu stando, futura pennis vel voce significant* NESCIENTES. Modestior, dixi, non verior, & longa hæc disputatio sit, seponatur: illud fatemur, Stoicos plusculum omni Divinationi tribuisse, ut sic quoque Divinitatem & Providentiam affirmarent.

DISSERT. XV.

Aër, & ejus divisio, primò Frigidum Stoicis esse.

AEr Ignem excipit, quæ Græca vox est, recepta tamen usu, ait Cicero, à Latinis. Ipsis est *Spiritus*, sive *Anima* etiam Ciceroni: interdum *Cælum* & *Inane*. II. De Natur. deor. De ejus situ Cicero: *Aer autem, ut Stoici disputant, interjectus inter mare & cælum, Junonis nomine consecratur: quæ est soror & conjux Jovis, quod ei simile studio est Ætheris, & cum eo summa conjunctio*, Soror nempe, quia tenuitate refert, aliqua facie; conjux, quia adfitus & connexus. Dividitur in tres partes Senecæ, *Summam*, *Mediam*, *Imam*. *Summa pars*, inquit, *calidissima est & siccissima, & ob hoc etiam tenuissima, ob vicinam æternarum ignium. Pars ima & vicina terris, densa & caliginosa est, quæ terrenas exhalationes receptat. Media pars temperantior, si summis imisque conferas, quantum ad siccitatem tenuitatemque pertinet: cæterum utraque parte frigidior.* II. Quæst. cap. X. Plinius sic quoque dividit, & mensuras inæqualium intervallorum concipit, Posidonio Stoico (ideò libentiùs memoro) auctore. Ille, inquit, tradit, *non minùs quadraginta stadiorum à terra altitudinem esse, in qua nubila, ac venti, nubesque proveniant. Inde parum liquidumque, & imperturbatæ lucis Aerem: sed à turbido ad Lunam, vicies centum millia stadiorum.* Ima ergo pars, ad quadraginta stadia attollitur; mediam non definit; ultima & liquida amplissima, ad *multa millia*. Seneca autem partim calidum & frigidum, pro partitione eâ faciebat: sed idem postea clarè: *Natura* Lib. II. c. XXIII. Ibid. supra

aëris

Digitized by Google

aeris gelida est. Iterùm: *Frigidus per se, & obscurus.* Atque adeò prima & eminens ea qualitas est Stoicis; contra Aristotelem, ut scimus, qui calidum ponit. Laërtius, de nostris: Τίθεσι στοιχεῖα τέτταρα. τὸ μὲν πῦρ, τὸ θερμόν. τὸ δὲ ὕδωρ, τὸ ὑγρόν. τὸν τε ἀέρα, τε ψυχρόν. καὶ τὴν γῆν, τὸ ξηρόν. *Esse quatuor Elementa. Ignem, qui calidus; Aquam, quæ humida; Aërem, qui frigidus; Terram, quæ sicca.* Plutarchus hoc ipsum: *Stoici primum frigidum Aëri adsignant, Empedocles & Strato Aquæ:* uti & Stagirites. Inde notter: *Nihil sine Igne calidum, nihil sine Aëre frigidum:* quasi & causla ac fons sit frigoris. Idem ergo Seneca cum attentione legendus alibi: *Cùm quatuor elementa sint, Ignis, Aqua Aër, Terra; potestates pares his sunt, frigida, fervida, arida, humida.* In potestatibus non servat ordinem: & *Frigidam* omnino ad Aëra referes, ex Stoæ quidem decretis. Apud Ciceronem ita Stoicus Balbus: *Ipse verò aër, qui natura est maximè frigidus, minimè est expers caloris.* Caloris nempe adventicii, ut subdit. Sed, *frigidus*, dixi, uti omnes ferè libri: Lambini magna temeritas, qui, *humidus*, edidit imperitè. Etsi fatemur Humidum, sed non primò nostris esse. Fuit tamen nuper vir philosophus, qui ut copulas illas Aristotelis non violaret, Frigidum quidem, sed tamen Siccum pronunciaret: atque ita siccitate cum igne, frigore cum aquâ sociaret. Sed id sanè absre videtur: & tribus ita Elementis Siccitatem Stoici donent, Igni, Aëri, Terræ. Mala mixtio: & ad Ignis coërcitionem ac temperiem, meliùs ac providentiùs Natura (jugatione illâ omissâ) contrarium Elementum subjunxit, materiæ tamen raritate consonum & conveniens. Neque aliud Stoici hic mutant.

De primo Frigido. Epist. XXI. De Ira II. c. XV: II.

II. De Nat.

DISSERT. XVI.

Aqua, & præcipua ejus pars Mare. Id terram circumsit, insit, subit, vinculum ejus & irrigatio.

AQUA sequitur, Terræ mixtum elementum, & cum eâ facit suum globum. Etsi quidam dividunt, & volunt Mare propriè Elementum esse, & à terrâ sejunctum. Philo hoc apertè, ad verba Moysis: *Fons ascendebat è terra, & irrigabat omnem superficiem ejus.*] *Nam alii philosophi,* inquit, *universam Aquam Elementum constituunt unum è quatuor, quibus mundus componitur. & Moyses acrioribus oculis etiam dissita & obscura pervidere*

De opific. mundi.

solutus

Digitized by Google

is, Elementum censet esse magnum Mare, quartam re-
n partem: quod alii post Moysem Oceanum appellarunt,
m quo nostra navigabilia maria si conferas, portuum
bere magnitudinem censeas. Plura in hanc sententiam
:exit, & vult dulces quidem aquas Terræ partem esse,
mque eâ censeri: at Mare secretum, & facere orbem
im atque Elementum. Tale est, quod Fabianus am-
;it, de Oceano: *Utrumne terras velut vinculum cir-* Suasor. 1.
mfluat, an in SUMM *colligatus* ORBEM, *& in hos, per*
os navigatur, sinus, quasi spiramenta quædam magni-
dinis exæstuet. Censuerint igitur quidam suum distin-
imque globum facere, & dumtaxat hæc nostra maria
iguam ejus partem, & velut lacinias esse. Imò nec
lem ambire, & tenebras in extremis ejus, & hor-
lum secretum habere. Declamatores apud Senecam
ıtrem indicant, cùm Alexandrum ab eo revocant:
: Pedo Albinovanus, in navigatione Germanici:

Jam pridem post terga diem, Solemque relictum.

t statim:

——— ruit ipse dies, orbemque relictum
Ultima perpetuis claudit natura tenebris.

.mbrosius etiam in hac dubitatione: *Quis scit, inquan-*
im se illud magnum, & inausum navigantibus, atque III. Hexa-
ıtentatum nautis, fundat mare, quod Britannias fre- ëm. cap.
ienti includit æquore, atque in ulteriora & ipsis fabulis III.
ıacessa SECRETA *se porrigit?* Imò censebant quidam,
)ceanum immensum protendi: & Solem atque astra in
o cadere, & resurgere, humoribus ejus refecta. Ple-
eja & poëtarum opinio, sed viris gravibus etiam posi-
ı, aut dubitata. Tacito nostro, quod alibi notamus: &
'abiano Philosopho apud Senecam patrem: *Illi, qui-*
us ignota nulla pars mundi est, de Oceano tamen dubitant: Suasor. 1.
trumne terras, velut vinculum circumfluat, an in SUUM
)lligatus ORBEM, *& in hos per quos navigatur sinus, quasi*
)iramenta quædam magnitudinis, exæstuet: ignem post se,
ujus augmentum ipse sit, habeat an spiritum. Ecce, alii
:orsum locant à terra, & ambigunt an *Ignis*, id est, *Æther*
ɛ sidera (quæ ipse pascit) eum excipiant, an Spiritus sive
\ër. Sed hæc olim. nobis veritas innotuit, & totus pæ-
è Oceanus, navigationibus Hispanorum, Britannorum,
ɛ jam nunc Batavorũ felici audaciâ peragratus. Excipio
d Septemtrionem & Austrum, frigore inaccessa. Mit-
ımus igitur immania illa de Oceano, & inania: fines suos
abet, & cũ Terrâ utiliter uno velut corpore, & orbe, Na-
ura junxit. Hoc Stoici quoq; nostri senserunt (in Laër-
io:) μίσλω τῶν γῆν εἶναι, κύκλῳ λόγον ἐπιχώσαι. μετὰ δὲ τὸ
ὕδωρ

Digitized by Google

ὕδωρ σφαιροειδὲς, ἴσον τι αὐτὸ κέντρον τῇ γῇ, ὥστε τὴν γῆν εἶναι ἐν ὕδατι ὥσπερ: *Mediam esse Terram (totius Universi): post hanc, Aquam globosam, quæ idem centrum cum terra habet, ita ut Terra sit in Aqua.* Vera hæc sunt, & examinemus. Ait, *aquam globosam.*] Certum est, tumet & attollitur, & altitudine sua vel montes terræ æquat. Cur non cadit? quia centrum cum terra idem habet, eoque vergit. Balbus Stoicus, apud Ciceronem: *Eadem ratione mare, cùm supra terram sit, medium tamen terræ locum expetens, conglobatur undique æqualiter, neque redundat umquam, neque effunditur.* Addit, *Terram in Aqua esse.*] Providentia divina factum, neque debuit aut potuit sejungi hoc elementum. Plinius: *Hoc ita formasse artifex Natura* (agnosce Stoæ verba) *credi debet, ut cùm Terra arida & sicca constare per se ac sine humore non posset, nec cursus stare Aqua, nisi sustinente Terra, mutuo complexu jungerentur: hac sinus pandente, illa verò permeante totam, intrà, extrà suprà venis, ut vinculis discurrentibus.* Philo Judæus, hoc amplius à Providentia structum, ut dulcibus aquis rigaretur undique & humesceret, non ad vinculum solùm, sed frugum, stirpium, animantium alimentum. Sed de *Vinculo* etiam ipse: ὡς ἂν ὑπὸ δεσμοῦ συνέχεται γλυκύτητι ποιητικῷ. *tamquam vinculo continetur dulcore aquarum.* Et causam eamdem Plinio addit: *quod à se arida, facile dissipetur & pulverescat:* ἀπολλῦται, inquit, σωτηρίᾳ καὶ ἀθανασίᾳ, τὰ μὲν πνεύματος ἐναπολειφθέντος ἀνάμεσα, τὰ δὲ τροφῆς, ἀφ' ἧς ἀναπεμπόμενα τὴν πολυχρόνιον ἐπιφοιτήσεις, ἀκίνητα, ἀφανισμὸν μόνῳ τῷ λιμῷ μικρὰ καὶ μεγάλα λεπτύνοντος: *sed coërcetur & manet, partim vitali unientis spiritus, partim humore, qui per meatus & foramina varie penetrat, non sinente arefactâ abire in parva majoraq; fragmenta.* Nota ibi de *Variis meatibus*, quod verissimũ est, & tales sub terra, acceptã ab Oceano aquã colant, mitigant, & usibus nostris exsullam reddunt. Seneca: *Occulto enim itinere mare subit terras, & palàm venit secretò revertitur, colaturque in transitu mare, quod per multiplices amfractus terrarum verberatum, amaritudinẽ ponit, & in sinceram aquam exit.* Dicit *palàm venire*, nimirũ cùm flumina omnia in mare eant: sed *secretò revertitur* per subterraneos illos meatus. Imò magnam etiam copiã sub ipsis terris relinquit: quod hodie metallarii fossores dicunt, & nos, ubicumque terra humilior, fodiendo comperimus. Nec vani omnino illi (apud Senecã) qui censent, *interiora terrarũ abundare dulcibus aquis nec minus illa stagnare, quàm apud nos Oceanum. & finis ejus: imò eo latius quo plus terra in altum patet.* Ultimis verbis *in altum*, id est profundũ. Nam maria pleraq; terrã sustentantur & inna-

11. De Natur. deor.

11. cap. LXV.

De opific. mundi.

III. Quæst. cap. IV.

Ibid. C. VIII.

Digitized by Google

natatant, altiùs illa descendit. Atque hæc verissima usa est, cur maria tot fluminum accessu non crescant: *ta quod influxit, non in suum vertunt, sed protinus ddunt.* Lucretius alias quoque causas tangit, primam, iòd omnis hic influxus nihili sit ad maris totius sum-am. Hæc parùm vera est: verior secunda, quòd *agnam partem Sol detrahat æstu*, itemque venti siccent, vapores in nubes surgant. Tertiam hanc nostram, & æcipuam addit: Ibid. c. v. Lib. VI.

Postremò, quoniam raro cum corpore tellus
Est, & conjunctas oras maris undique cingit;
Debet, ut in mare de terris venit humor aquæi,
In terras itidem manare ex æquore salso.
Percolatur enim virus, retroquè remanat
Materies humoris, & ad caput amnibus omnis
Confluit.

tque ista fontium causa & origo, *etiam in summis ju- r erumpentium, quo spiritu acta aqua, & pondere ex- esse, siphonum modo emicat.* Addi & de altitudine ma- poterat, ipsa juga montium, ut dixi, æquantis: nec mi- m igitur eò pertingere, & erumpere, in certo aliquo eatu. Hanc originem princeps Sapientum tetigit Ho- erus. De Oceano: Plin. II. c. LXV.

Ἐξ ὕπερ πάντες ποταμοὶ, καὶ πᾶσα θάλασσα,
Καὶ πᾶσαι κρῆναι, καὶ φρείατα μακρὰ νάουσι. Iliad. φ.

Omnes ex illo fluvii, omne mare, omnis & unda
Fontium, itemque lacus manant, puteique profundi.

DISSERT. XVII.

uplicem Oceanum esse, eumque Terram quadrifariam partiri, ex sensu veterum, haud prorsus vano.

ERMANAT igitur terram interiorem Oceanus, sed & suprà dividit, ac cingit. Vinculum est simul, discrimen. Noster Seneca: *Vinculum terrarum ceanus, continuationem gentium triplici sinu scindens.* erba examinanda, ne ignarum priscæ hujus descri- tionis fallant. Nam quomodo de *triplici* hîc situ, Ad Marc. c. XVIII.

Digitized by Google

Ad Maximianum. cùm Panegyrista dicat: *Orbem quadrifariàm duplici discretum Occano?* Et alii de gemino tantùm, non triplici, adfirmant. Altiùs rependa res est, & pro mente veterum globus hic totus secandus. Atque ea fuit: Terram cum Mari rotundam esse; sed ipsam duplici Oceano dividi, & velut decussari. Priorem esse, ipsum verum, magnum, originalem Oceanum: qui terram ab ortu ad occasum mediam dividit, sub ipsâ zonâ torridâ, id est Æquatore. Alterum, qui ab illo ortus eamdem terram, parte alterâ, mediam secat, ab Austro in Septemtriones. Itaque duplici hoc Oceano tota Terra scinditur in partes quattuor: id est totidem insulas, è quibus unam dumtaxat nos habitamus. Hæc testimoniis firmanda, & tum ad
II. c. LXVII Senecam aptanda sunt. Plinius: *Maria circumfusa undique dividuo globo, partem orbis auferunt nobis; nec inde huc, nec hinc illò pervio tractu.* Nam etsi videri possit de unâ & mediâ illâ orientali divisione loqui tantùm: tamen
cap. LXVI. cùm addat *undique dividuum*, potest & de alterâ intellexisse. Sic alibi: *Est igitur in toto suo globo tellus, medio ambitu, præcincta circumfluo mari.* In tolo globo ait, non parte tantùm. Sed eludat hæc aliquis, sicut illud Pomponii: *Hujus medio terra sublimis cingitur undique mari, eademque in duo latera, quæ hemisphæria, ab Orente divisa ad occasum.* Age igitur, sint hæc de primario & originali illo Oceano tantùm: sed dicimus ad polos eum parte utrâque se porrigere, & per eos in se redire. Clarissimè & uberrimè hoc exsequitur Macrobius, in illa
lib. II. c. IX. Ciceronis: *Omnis terra, quæ colitur à vobis, angusta verticibus, lateribus latior, parva quædam est insula, circumfusa illo mari quod Atlanticum, quod Magnum, quem Oceanum vocatis.* Summa est, *Non uno, sed* GEMINO *Oceani ambitu, terræ corpus omne circumfluì. Cujus primus*, inquit, *meatus est, qui ab indocto hominum genere nescitur. atque ea corona, per zonam terræ calidam meat, superiora terrarum & inferiora cingens, flexum circi Æquinoctialis imitata. Ab Oriente verò duos sinus refundit, unum ad extremitatem Septemtrionis, ad Australis alterum: rursusque ab Occidente duo pariter enascuntur sinus, qui usque ad ambas, quas suprà diximus, extremitates refusi, occurrunt ab Oriente demissis. Et dum vi summâ, & impetu immaniore miscentur, invicemque se feriunt, ex ipsâ aquarum collisione nascitur illa famosa Oceani accessio pariter & recessio.* Post pauca deinde: *Tam igitur ipse, qui Æquinoctialem, quàm sinus ex eo nati, qui Horizontem circulum ambitu suæ fleximis imitantur, omnem terram* QUADRIFARIAM *dividunt: & singulas habitationes* INSULAS *faciunt. Ideò Tullius hæc*

dicens

Digitized by Google

volens intelligi, non dixit. Omnis terra parva quædam est insula: sed, Omnis terra, quæ colitur à vobis: quia & singulæ de quattuor habitationibus parvæ quædam efficiuntur insulæ, Oceano BIS EAS, ut diximus, AMBIENTE. Strabo hæc confirmat: Ὅτι δὲ ἡ οἰκουμένη νῆσός ἐστι, σχεδὸν Lib. I.
μαρτύρια τὰ ἐκ τῆς αἰσθήσεως καὶ τὰ πλείω λαμβάνει. παντάχῃ γὰρ, ὅπῃ πολὺ ἂν ἐφικνῆται γένηται ἄνθρωποις ἐπὶ τὰ ἔσχατα τῆς γῆς προελθεῖν, διείργει θάλαττα, ἣν δὴ καλοῦμεν Ὠκεανόν: Quòd omnis habitata tellus insula sit, primùm quidem sensu & experientiâ docemur. Quacumque enim versus licuit hominibus libuitque ad ultima terræ progredi, mare inventum est, quod Oceanum appellamus: Ab omni, inquit, latere Oceano claudimur: & est ergo bifaria illa divisio dicta: quam & posteà ingerit, terramque, ut Macrobius, quadrifariam secat. Boëthius hoc ipsum: Terræ Lib. II.
quarta ferè portio est, quæ à nobis cognitis animantibus incolatur. A nobis cognitis? ita. quia à nostro hoc quadrante, sive Strabonis περιπλέοντι, in alios accessus non est, vel ob zonam torridam, vel ob vasta maria interjecta. Ut veterum plurimi quidem censebant. nam nostra hæc ætas refutavit, docuitque & coli Torridam, & adiri; itemque alios laterales tractus. Dixi plurimos veterum; neque enim omnes censuere. & Posidonius Stoicus apertè (apud Cleomedem) differit, τὸ ὑπὸ τὸν ἰσημερινὸν κλίμα εὔκρατον εἶναι: clima sub Æquidiali temperatum esse. Nam, inquit, circa Tropicos, ubi Sol diutiùs moratur, non sunt loca inhabitata, cur sub Æquatore essent? Deinde, cùm nox diei æqualis sit, spatium etiam refrigerandi satis amplum est, & imbres & venti erunt qui idem præstabunt: ergo habitabilis. Vera dixit: sed nos, quod cœpimus, explicemus, & rem τῷ σχήματι sive imagine illustremus.

Digitized by Google


A. *Terra noſtra Septemtrionalis.*

B. *Terra Auſtralis oppoſita.*

C. *Oceanus ſub zonâ torridâ : ab Oriente in Occaſum.*

D. *Oceanus ad polos tendens.*

E. *Eſt autem hoc Terra hemiſphærium: totidem partes infrà, & pari ſitu. Ita quatuor in univerſum.*



Ex adſpectu hoc liquet, benè cùm *Chlamyde* comparari à Strabone, habitatam hanc noſtram : & ſimul Senec veriloquium, *triplici ſinu continuationem gentium ſc* Triplici, inquam, pro cujuſque quadrantis ambitu : q duos ſinus ab oriente & occaſu ad polum habet : te tiumque, ab oriente ad occaſum. Liquet etiam Panegyri ſtæ ſenſus, *Orbem quadrifariàm duplici Oceano diſcer* Hæc in parte nota veteribus erant (& ad ſenſum Str bo appellat :) in parte non erant. Parte dico Auſtrali de quâ conjunctură idem præſumebant. Macrobius : N *dubium eſt*, inquit, *in illâ quoque Auſtralis generis Tem ratam, mare de Oceano ſimiliter influere : ſed deſcribe noſtra atteſtatione non debuit, cujus ſitus nobis incognit perſeverat.* Ita igitur priſci : quid hodie? res non obſcu eſt, alluſiſſe verum, non attigiſſe prorſus antiquos. Neq

Digitized by Google

enim sub Æquatore statim magnus ille Oceanus, neque directò mediam terram dividit : sed infra illum obliquus, præter Bonæ Spei promuntorium versus Orientem cùm fluxit, limite alio Magellani fretum perrumpit, & priori illi vastus occurrit. Ad polum etiam nostrum, id est Septemtrionem, maria confluere utrimque, pænè compertum est. Batavi magno animo explorarunt, pernavigare tentarunt : glacies, & monstra, & frigora repulerunt. Sed ita, ut auras hauserint Indici illius sive Orientalis maris. Atque, hæc, ut pleraque vera, vetus etiam opinio hausit. vel Orphei, qui dixit :

Κύκλον ἀκεανοῖο ῥοωδέος Ὠκεανοῖο,
Οὗ γαῖαν δίνησι περίῤῥοον ἠχὶ περιλέξας :
Indefessi orbem Oceani, puchreque fluentis,
Verticibus terram qui circumplectitur almam.

vel Homeri, quem ideò Ἀ'ψόῤῥοον Ὠκεανὸν, *Refluum Oceanum* appellasse volunt: *ὡς οἱ μὲν ἰοῦσιν ἐρεύγεται, ἦγε δ' ἀπωθεῖ, ἠδ' αὖτις εἰσαπολείσσεται ἰσχεφ' ἑὴν γῆν : tamquam in se impetu ruentem, & redeuntem, atq; ita terram sibi includentem.* Eustathi

Hæc ad Senecæ mentem uberiùs dixi : poteram breviùs, *triplicem sinum* esse, Mediterraneum, Arabicum, Persicum. Breviùs, sed non veriùs. nam & plures sinus sunt, & pro diffusione Oceani manca & angusta dictio sit ; sed neque *continuationem gentium* illi *scindunt*. Nónne navigantur nónne & pedibus circumeuntur? Ita est. nec *Sinuum* vox aliquem moveat, quam & Macrobius laterali utrique Oceano tribuit, quia videlicet magni Oceani sunt recessus aut partes. Nescio an Varro non sic explicandus sit: quem Priscianus in *Orthographiâ*, (imò *Cosmographiâ*, vel si ausim *Orbigraphiâ*) ita laudat :

Ergo inter Solis stationem, & sidera septem,
Exporrecta jacet tellus, huic extima fluctu
Oceani, interior Neptuno cingitur ora.

Inter Tropicum, inquit, & Septemtrionem jacet terra nostra habitabilis, exterior Oceano Atlantico, interior Septemtrionali. De altero Senecæ loco magis adfirmem, ilto: *Hæc est terra, in quâ regna disponitis : minima, etiam cùm illis* UTRIMQUE *Oceanus occurrit.* Quomodo utrimque? à latere utroque, opinor, ad occasum & ortum : ubi terra habitata latissima est, & exporrigitur : sed mari utrimque superveniente dirimitur. Omittit enim de Australi vel Septemtrionali parte, quam notum erat, Torridâ & Frigidâ zonis claudi. Pincianus, Censor eximius, legi volebat, *undecumque Oceanus incurrit*. Non mutem contra libros : aut si, *uterque* velim. 1. Quæst. in Præfat.

Digitized by Google

DISSERT. XVIII.

De Terrâ. Matrem dici, & Animal. unde sustentetur firmeturque.

TERRA excipit, imum atque ultimum Elementorum: Dignitate aut situ ultimum: non usu, quod ad nos attinet, imò primum. Itaque mater & parens nobis dicitur: quid si & Deorum? quid si prima condita, & ex eâ deinde alia? Stoici ipsi (apud Stobæum) Ἀπὸ γῆς ἄρξασθαι τὸν γράφειν τὸν κόσμου καθάπερ ἀπὸ κέντρου. Ἀρχὴ δὲ σφαίρας καὶ κόσμου ἀνὴρ: *A Terrâ generationem Mundi cœpisse, tamquam à centro, nam initium Sphæræ, centrum ipsum esse.* Itaque ex Materiâ illa aqueâ, ab Igne primò expressum & secretum gravissimum elementum esse, Terram: atque hac, ut fundamento, positâ, reliquum ordinem & orbem circumfusum. Ideò Statius magnificè ad eam:

Lib. VIII. ---- *ô hominum divûmque æterna creatrix,*
Quæ fluvios, silvasq; animasq;, & semina Mundi
Cuncta, Promethæasque manus, Pyrrhæaque saxa
Gignis, & impastis quæ prima elementa dedisti,
Mutastique viros, quæ pontum ambisque, vehisque.
---firmum atque immobile Mundi
Robur inoccidui. te velox machina cæli
Aëre pendentem vacuo, te currus uterque
Circuit, ô rerum media, indivisaque magnis
Fratribus.

Ipse Seneca: *Terra & pars est mundi, & Materia. Pars est mundi ut cælum. Ex illo deinde & istâ, alimenta omnibus animabus, omnibus satis, omnibus stellis dividuntur.* Materiam igitur interpretatur, quia alit: atq; adeò Trismegistus

Cap. XVI. *tres in eâ naturas collocat, Ignis, Aquæ, & Terræ, ab uno stirpe deductas*, ὅθεν inquit, καὶ πάσης ὕλης πεπίεσται ὁ γαῖος πυθμήν. καὶ ἀναδίδωσι μὲν ἀνθρώπῳ τὸν χειμῶνα, ἀναλαμβάνει δὲ τὸν ἄνθρωπον πάντοτε. *Unde* OMNIS MATERIÆ PROMPTUARIUM *creditur: & donat quidem atque erogat alimenta, vicissim autem supernè substantiam accipit.* Eadem Senecæ dicit, si pro Stoicorum mente capis. Magnificè etiam de eâ, Hippocrates: Ἱερώτατον γῆς ἔδαφος. ἐξ ἧς ζῶα, καὶ φυτὰ, καὶ τροφαὶ, καὶ φάρμακα, καὶ ὁ πλοῦτος. ἀνδρῶν ἀναφύεται: *Sacratissima terræ*

In Epist. *sedes. è quâ animæ, & plantæ, & alimenta, & medicamenta, & fortuna atq; opes ipsæ gignuntur.* O magna & benigna mater! sed non libet in laudes ejus ire: ad incœptum magis redire. Nam quod de primo ejus ortu di-

xi,

Digitized by Google

xi, non omnes censentiunt: & Laertius *ultimam* videtur locare & gignere, inter Stoæ scita. Sic & Manilius:

Ultima subsedit glomerato pondere tellus.

Quod autem in Trismegisto de *triplici in ea natura* erat, ratio & sensus dicunt, & mixta hæc, aut seorsim insita, in penetralibus videmus. Hæc caussa, cur aliqui cum *Corpora nostro* Terram comparent, ut Seneca: *quæ & Aquis, quæ vicem sanguinis tenent, Ventis, quos nihil aliud* Quæst. VI. *quis quàm Animam vocaverit, pervia est*: atque adeò sub- cap. XIV. dit fuisse, *quibus animal placeret esse terram.* An Pythagoricis? nam ipse Pythagoras, apud Ovidium:

Nam sive est animal Tellus, & vivit: habetque XV. Meta- *Spiramenta, locis flammam exhalentia multis.* morph.

Terræ igitur hæc dignitas: & de Situ dixi, in medio esse, sed pendulam, & in se reductam: quo sustentante? quidam aquis volunt innatare: ut Thales, de quo Seneca: *Quæ sequitur Thaletis inepta sententia est. ait enim, terra-* *rum orbem aqua sustineri, & vehi more navigii, mobilita-* Quæst. *teque ejus fluctuare, tunc cùm dicitur tremere.* Eidem ite- III. cap. rùm hoc attribuit: *Thales totam terram subjecto judicat* XIII. *humore portari, & innatare: sive illud Oceanum voces, sive mare magnum, sive alterius naturæ simplicem aquam.* Sunt qui è Sacris firmamentum petant: quia Psalmista scripsit, τὸ στερεώμα ἐπὶ ὕδασι: *Qui fundavit terram super aquas.* Sed id verissimè de mari dicitur, ut Damascenus explicat, undique circum- Lib. II. fuso. Plures Aëre fulcire & attolli voluerunt. Lucanus: cap. X.

——*dum terra fretum, terramque levabit*
Aër.

Magnus Hippocrates: Πνεῦμα τῇ μέσῃ τὸ βάθρον, καὶ τὸ γῆς ὄχημα: *Spiritus Lunæ fundamentum, & terræ vehiculum.* Libro De Plinius: *Aërem per cuncta terum meabilem, totoq; confer-* Flatib. *tum. hujus vi suspensam. cum quarto aquarũ elemento, li-* II. cap. V. *brari medio spatio tellurẽ.* Sed alibi idẽ & alteram, verio- remq; caussam, tangit: *Mirantur pendère terrã, ac non cadere nobiscum, ceu spiritus vis. mundo præsertim inclusi,* Ibid. *dubia sit; aut possit cadere, natura repugnante & quò ca-* c. LXX. *dat, negante.* Hoc optimè. Natura est quæ repugnat, & sistit, & tendere eam ad media sui jubet. Ad media,

——*quia totus ab illa*
Tantumdem refugit Mundus, fecitque cadendo
* *Vndique, ne caderet, medium totius, & imum est.*

* *Nam un-* *dique in se* *cadit: sicut* *in eam im-* *bres.*

ut ingeniosè Manilius scripsit, & addit:

Nec verò tibi Natura admiranda videri
Pendentis terræ debet, cùm pendeat ipse
Mundus, & in nullo ponat vestigia fundo. Lib. I.

Vi

Digitized by Google

Vi igitur suâ stat & Naturæ, nullo nixa. quod pulchrè Cap. XXVI. Jobus, sacer vates: Ὁ ἐπικρεμάσας τὴν γῆν ἐπ' οὐδενός: *Qui terram fundavit super nihilum.* Et ipsa pænè est nihilum, universi comparatione, & velut punctum. O miseri, cælum adspicite, & in terram despicite! *Punctum est illud, in quo navigatis, in quo bellatis, in quo regna disponitis: minima, etiam cùm illis utrimque Oceanus occurrit.*

DISSERT. XIX

Stabilis ea, an moveatur? itemque de Novo orbe, sive Americâ, an veteres gnari fuerint?

FINIVI de Elementis. AUD. Non mihi. de Terrâ duo sunt, quæ etiam quæram. Vetus unum, ecquid stare eam Stoici censeant, an moveri? Novum alterum, An novus hic noster, cognitus iis orbis? Nam hoc ultimum ego atque alii sæpè addubitamus. LIPS. Ad utrumque sic habe. Et prius quidem etiam Seneca vult excuti, *Utrùm* videlicet * *Mundus terrâ stante circumeat, an Mundo stante terra vertatur? Fuerunt enim qui dicerent, nos esse quos rerum Natura nescientes ferat: nec cæli motu fieri ortus & occasus, sed ipsos nos oriri & occidere. Digna res est contemplatione, ut sciamus in quo rerum statu simus: pigerrimam sortiti, an velocissimam sedem: circa nos Deus omnia, an nos agat.* Ait, *fuisse qui dicerent.* Qui illi? plures reperio. sed *primus Philolaus Pythagoricus dixit* (Laërtius) τὴν γῆν κινεῖσθαι κύκλῳ: *terram moveri in orbem.* Addit tamen: οἱ δὲ Συρακόσιοι φασιν: *Alii tamen Hicetæ Syracusio id tribuunt.* Et de Hicetâ, etiam Cicero: *Hicetus Syracusius, ut ait Theophrastus, cælum, Solem, Lunam, stellas, supera denique omnia stare censet: neque, præter terram, rem ullam in Mundo moveri. Atque hoc etiam Platonem in Timæo dicere quidam arbitrantur, sed paullo obscuriùs.* At de Philolao quod Laërtius, universè Plutarchus Pythagoricis adscribit, eosque *Terram non putare immobilem, sed esse in gyrum circa ignem suspensam*, additque de Platone, ut Cicero, *eadem jam senem sensisse*: quod Theophrasto auctore in vulgus manasse, idem alibi ostendit. Ubi & ex professo verba Timæi examinat, è quibus id colligebant, nam scripserat, περὶ ψυχὰς εἰς τὴν γῆν καὶ τὸν σελήνην, καὶ τἆλλα ὅσα θνητογενῆ χρόνου, ἐμπερῶνται: *Animas in terram, & Lunam, & quæcumque alia temporis instrumenta, dissipari.* At quomodo terra, si quiescit, temporis instrumentum? Sed respondet ipse, & bellissimè solvit: tu vide.

*Cælum VI. Quæst. cap. II.

In Philolao.

IV. Acad.

In Numâ.

In Quæst. Platonic.

Digitized by Google

vide. Addit ibidem, *Aristarchum idem de Terra posuisse, Seleucum affirmasse*: sed & *Cleanthem Samium* alibi in hac parte ponit. Denique Leucippus sensit, τὴν γῆν σχεδὸς, περὶ τὸ μέσον ἀστρόμβῳ. χώραν δὲ οὐκ τυμπανοειδῆ τινα: *Terram vehi, circa medium assiduè versam, esse autem figurâ tympani.* Vides deliria, quomodo aliter appellem? aut quid in ista inquiram? & si (tantus Paradoxorum amor est) etiam patrum ævo nobilis mathematicus hanc hæresim excitavit, sed cum ipso sepultam. Nostri stare consensu adfirmant: & cœlis motus suos relinquunt. Alterum quod quærebas, De novo Mundo, quem ante sæculum repertum, *Americam* ab uno inventorum appellamus, cum injuriâ aliquâ aliorum. Norúntne veteres? inquis. Nosse non dicam propriè, sed sciviſſe. Cùm enim Australem orbem, nostro adversum adstruxerunt, & quattuor adeò Terræ partes sive insulas fecerunt (suprà doctum:) quomodo non cogitatione novum orbem comprehenderunt? necessariò illum, aut nullum. Cicero in Somnio: *Globum mundi duabus oris distantibus habitabilem & cultum: quarum altera, quam nos incolimus, posita sub axe ad septem stellas; altera Australis, ignota nobis, quâ vocant Græci ἀντίχθονα.* Pomponius Mela: *Reliquæ duæ habitabiles, paria agunt anni tempora, verùm non pariter. Antichthones alteram, nos alteram incolimus: illius situs ob ardorem intercedentis plagæ* (Æquinoctialis) *incognitus, hujus dicendus est.* Non possunt constantiùs aut certiùs dicere de altero, id est nobo orbe. Cicero ἀντίχθονα appellatam, ab oppositio nobis axe dicit; Mela ἀντίχθονα, quasi adversam terram. Est & in Platone profectò vetus & vera memoria magnæ *Atlantidis insulæ*, quam Asiâ & Africâ ampliorem scribit: atque ita describit, ut mihi videatur locus dubitationi non esse, quin Novus orbis pars sint Platonicæ illius terræ. Nam primùm facit locatque grandem illam insulam, ad fauces Gaditani maris: quæ longè lateque introrsum scilicet pateret: *& ex qua esset in alias insulas, ex his in totum contrarium continentem, quæ mare illud, quod intra fauces dicitur, tale sit: gradus transitusque ad alias insulas: iterumque ex istis ad oppositam continentem, adjacentem mari, quod vero nomine sic appellamus.* Si hæc consideras & scrutaris: quid nisi dicit, magnam illam fuisse insulam statim ab Hispaniâ, ubi nunc reliquiæ (nam illuvione periit) & velut fragmenta tot illa insularum sunt? Canariarum, Fortunatarum, & quas alias tota ora Africæ, & interior habet. *Ex illa autem*, inquit, *transitus in insulas.* Quas? eas quæ nunc etiam præjacent continenti, *Cubam, Hispa-*

De facie in orbe Lunæ.

In Timæo & Critiâ.

Digitized by Google

niolam, *Jamaicam*, & plures. *At ex insulis in ipsam continentem.* Verissimè. Itatim ex illis vel in Peruianum tractum, vel in vastiorem Mexicanum transitur. Et *Continentem* appellat: etsi insula est, sed ita, quomodo nostra hæc pars à nobis habitata. Hæc magis totum Novum orbem nobis aperiunt & adferunt, quam illa Aristotelis in Admirandis traditio: *In mari extra Herculis columnas, insulam desertam inventam fuisse, silvâ nemorosam, fluviis navigabilem, fructibus uberem,* MULTORUM DIERUM *navigatione distantem, in quam crebrò Carthaginenses commearint, & multi sedes etiam fixerint: sed veritos primores, ne nimis loci illius opes convalescerent, & Carthaginis laberentur, edicto cavisse, & pœnâ capitis sanxisse, ne quis eò navigasse deinceps vellet.* Quod verum censeo de unâ aliquâ novarum insularum? quia *multos dies* navigationi impendit: neque probabile igitur Canarias, aut alias vicinas, fuisse. Et verò de hisdem terris, quis
Suasor. 1. non Aviti declamatoris (apud Senecam) libens illa accipiet? *Fertiles in Oceano jacere terras,* ULTRAQUE *Oceanum rursus alia litora,* ALIUM *nasci* ORBEM. Clariùs non
In cap. 1. epist. ad Ephes. potuit effari, aut designare. Clemens B. Petri discipulus in epistola quadam: *Oceanus, & Mundi qui* TRANS IPSUM *sunt.* Ita Hieronymus ex eo citat: *& Mundos* appellasse credo, magnitudinem indicantem. Quæ vel in terris notis mirifica: etsi tractus ille Australior, & trans Fretum Magellani, nondum innotuerit, nisi à prætervigantibus libatus. Noster Seneca (nam ille Tragœdiæ Mediæ certò auctor est) de iisipsis prædixisse videtur, pueris jam decantatum:

——— venient annis
Sæcula seris, quibus Oceanus
Vincula rerum laxet, & ingens
Pateat tellus, Typhysque novos
v. Quæst. cap. ult. *Detegat orbes, nec sit terris*
Ultima Thule.

Quod ille tamen propriè de Britannicis insulis intellexit, & in Claudii gratiam scripsit. Magis pro nobis, quod idem timet, & timendo adstruit: *Unde scio, an*
† *Indis occiduis hæc evenerunt, ignarissimis Hispanorum.* *nunc aliquis* MAGNÆ GENTIS IN ABDITO *dominus, fortunæ indulgentiâ tumens, non contineas intra terminos arma, an pareat classes, ignota moliens? Unde scio, hic mihi an ille ventus* bellum *invehet?* Palam ostendit, magnos reges & gentes, ultra maria, ignotos esse. Illis ignotos, nobis noscendos: alibi etiâ ab eo prædictũ. *Nascentis ævi populus ignota nobis sciet. Multa sæculis futuris, cùm memoria nostri exoleverit, reserva*
VII. Quæst. c. XXI. *Mun-*

Digitized by Google

Mundus est, nisi in illo quod quærat omnis Mundus habeat.

At verò Virgilius vaticinatur, etiã Romano imperio terras eas (neque enim de aliis ceperim) subjiciendas.

——*jacet extra sidera tellus,* XI. Æn.

Extra anni solisque vias, ubi cælifer Atlas
Axem humero torque stellis ardentibus aptum.

Extra sidera? quî potest? cælo certè tegitur: sed majora sidera accipe, aut planetas, qui intra Tropicos decurrunt. Ideò addit, velut interpretans, *extra anni & solis vias.* Ergò ultrà τὴν κατὰ μέρος, id est Torridam, locat: nempe τὴν ἔξω illam nobis, & temperatam, ut suprà dictum. Nam de Atlante quod scribitur, non de illo Africæ intelliges, sed de isto quem Plato celebravit, & regnasse iis locis scribit. Eò, inquit, Augustus *Proferet imperium.* Estæne factum? nugæ, & mella poëtica: etsi, Marinæus Siculus Auctor, *repertum in Novo orbe nummum aureum veterem, cum effigie Augusti: eumque Romam ad Pontificem, fidei ergò, missum per Joannem Ruffium, Episcopum Consentinum.* O bellum impostorem aut ludionem, quisquis nummum ibi abjicit! nam aliter repertum non esse, mihi quidem liquet, nisi si Genius hoc fecit. Illud magis mirum & fidum, quod Hispani scribunt, *in valle, quæ Cautem dicitur, in Chili provincia, opidum esse, quod Imperiale ab hac causa nominant: quoniam in plerisque domibus & portis reppererunt Aquilas bicipites formatas, ut hodie videmus in Romani imperii signis.* Et auget admirationem, quòd nulla in iis locis avis biceps, quam potuerint adumbrare. Non dissimile, quod Ammianus notat in obeliscis Ægyptiorum *sculpta conspici, volucrum* Lib. XVII. *ferarumque etiam* ALIENI MUNDI *genera multa.* Ignota ipsa & nostro huic orbi invisa. Fuit igitur jam olim ista pars mundi, & auditione accepta, & ratiocinatione stabilita, etsi inspectione fortasse non usurpata. Non quidem ab Europæis: de Afris ambigo, & extrema ea regio huc tendit. AUD. At enim dixisti ex Ammiano, de *volucribus & feris alieni mundi*: quæ verè diversa à nostro sunt, & vix unum aliquod undique respondet. Quid ergo? nónne vel hoc argumentum est alicujus diversi mundi verè novi, & posteà nati? LIPS. Non autumo, neque sacræ litteræ indulgeant dubitare aut disputare. Semel creavit Deus & produxit terram, animalia, & quidquid in eâ vides. Mixtione possunt aliquæ dispares species surgere, planè novæ non possunt. Unde ergo illic ea diversitas? Dic, unde in Africâ? unde in ultimâ Asiâ? neq; leones, tigres, elephantes Europa ista gignit, aut vulgò alit. Cuique regioni, pro cælo atque etiam solo &

pecu-

Digitized by Google

peculari indole, sua quædam Deus jam ab initio dedit & assignavit. Major alia dubitatio. unde in hæc loca sc difflita, post diluvium & arcam illam Noachi, vel animalia vel ipsi homines advenerint? Si terrâ dices; facile id quidem. sed plerique putant (neque res adhuc aliter docuit) orbem illum cum nostro nusquam ad Septemtriones jungi. Superest ut mari. At quàm valta ea navigatio est? & quis olim tentarit aut perfecerit, usu magnetis nondum reperto? quis etiam animalia illa, & quidem noxia multa, transvexerit? Ea consideratio inclinat imò pervincit, veré Platonem de Atlantide illâ scripsisse: & finitimam Europę atque Africæ fuisse, & facilem in eam transgressum. Divulsa posteà aut mersa est: & tamen homines ibi aut animalia reliqua; quæ olim ab eâ conjunctione illata. Sic censeo, & ad propriè Zenonia iterùm pergo.

DISSERT. XX.

Unus, an plures Mundi? idem an æternus? esse, & non esse.

ELEMENTA vidimus, & præcipua corporis hujus membra: sed ipsum Corpus an *Unum* sit, an item *Æternum*, quæramus. Varius enim philosophantium hic sensus: nostri Stoici: Ἕνα κόσμον ἀπεφήναντο, ὃν δὲ καὶ τὸν πᾶν εἶναι ἔφασαν τὸ σωματικόν: *Vnum esse Mundum posuerunt, atque eum esse totum illud corporeum.* Postrema
Stob. Phys. sensum habent, universam Materiam in eo absumptam: nihil reliqui, nisi Vacuum illud esse. Nam Parmenides quidem Unum statuebat: ἀλλ' ὀλίγου τι τοῦ παντὸς μέρος. τὸ δὲ λοιπὸν, οὐ πολύ: *sed exiguam Vniversi partem. reliquum autem; Materiam esse.* Itaque ejus sensu superfluebat Materia, vel ad plures mundos. Quos reipsa ponebant & exsistere volebant ἀπείρους τὸ πλῆθος: *infinitos in infinito*, Anaximenes, Anaximander, Archelaus, Xenophanes, Diogenes, Leucippus, Democritus, Epicurus. Atque hujus discipulus Metrodorus imagine etiam utebatur ad probandum: Ἄτοπον εἶναι τὸ μεγάλῳ πεδίῳ ἕνα σπάχυν γεννηθῆναι, καὶ ἕνα κόσμον τὸ τῷ ἀπείρῳ: *Absurdum esse, ut una spica in magno campo produceretur; & pariter, unus Mundus in infinito.* Plato etsi alibi unum statuit & firmat; tamen vacillare videtur, & quinque numero admittere. Quod etsi aliter quidam interpretantur, mirum ut orbes appellet Mundos, *Terræ, Aquæ, Aëris, Ignis, & supremi denique Cæli*: tamen Plutarchus tueri conatur simpliciter de quinque totis integrisque Mundis. & dis-

Digitized by Google

ifferta ei videre eſt, libello *De oraculorum defectu*. Noſtri eriores, & ab uno Deo unum producunt: atq; eum πεπερασμένον, καὶ ζῶον, καὶ ἄϊδιον, καὶ θεόν: *finitum, & animal, & ETERNUM, & Deum*. Alia alias explicata ſunt: ſed *Æternum* bi ponit Arius Didymus (ex illo enim, apud Euſebium, ſumpſi:) quomodo, ſi conflagratio ſit, etiam interitus ab aquis? Ipſe diſtinctione expedit: *Dupliciter* enim dici *Mundum*: καὶ τὸ ἐκ πάσης τῆς οὐσίας ποιόν, * καὶ τὸ τὴν διάκοσμησιν, τὴν τοιαύτην καὶ διάταξιν ἔχον. Διὸ καθ' ὃν μὲν τρόπον τὸν ἀΐδιον τὸν κόσμον εἶναί φασι· καθ' ὃν δὲ τὸν διακόσμησιν, γενητὸν, καὶ μεταβλητὸν: *& illud quod ex tota Natura exſiſtit; & illud, quod ornatum & conſtitutionem jam talem habet. Ideò priore ſignificatione, Mundum æternum dicunt; poſteriore, natum, & mutabilem & periturum.* Philo Judæus paullò aliter: Δύναται δή, καθ' Στωικὰς, ὁ μὲν τις κόσμος ἀΐδιος, ὁ δὲ φθαρτὸς μέν, ὁ καθ' διακόσμησιν· ἀΐδιος δέ, ὁ μετὰ τὴν ἐκπύρωσιν, παλιγγενεσίας καὶ ἀποκαταστάσεις ἀθανατιζόμενος ἀδιάπαυστος ἀναγκαίως: *Poteſt, ſecundùm Stoicos, Mundus aliquis æternus dici, & aliquis corruptibilis. Iſte quidem, juxta ornatum, ut nunc eſt; ille autem, qui poſt exuſtionem iterùm naſcetur iterumque, certis periodis, numquam deſituris.* Aliter, inquam, poſtrema dicit, res & ratio eodem cadunt. Perit hic & ille Mundus igitur: & ſcitum hoc Stoicum Laërtius ſic expreſſit: Ἀρέσκει δὲ αὐτοῖς καὶ φθαρτὸν εἶναι τὸν κόσμον, ἐπὶ χρόνου τινὸς, διὰ τὰ ἐναντιώσεις τοῦ συμπεφωνημένου. ἔστι τε τὰ μέρη φθαρτά ἐστι, καὶ τὸ ὅλον· τρέπεται δὲ μέρη τοῦ κόσμου φθαρτά; (εἰς ἄλληλα γὰρ μεταβάλλει·) φθαρτὸς ἄρα ὁ κόσμος. καὶ ἔτι ἐπιδεκτικόν ἐστι τοῦ ἐπὶ τὸ χεῖρον μεταβολῆς, φθαρτόν ἐστι καὶ ὁ κόσμος δὲ ἐξαίφνης γὰρ, καὶ ἐξυδατωθείς): *Placet iis corruptibile eſſe Mundū, quippe genitum ea ratione, qua ſolent ſenſibus percepta. Cujus etiam partes corruptioni obnoxiæ ſunt, id & totum: partes autem Mundi tales: (nam invicem aſſiduè mutantur:) ergo & Mundus. Et amplius, ſiquid mutationē in deterius admittit, corruptibile eſt: facit Mundus: nam exareſcit, & inundatur.* Rationes adjunctas vides. primam, quòd *genitus ſit:*] & quidquid ortum habet; idem finem. Cui Plato (nam is immortalem conſtituit) ſic occurrit: ὅσα μὲν ἐξ ἀρχῆς φθαρτὰ ἐστιν, ἢ γίγνεται, καὶ λυθήσεται δὲ, καὶ τυγχάνει θανάτου μοίρας, ἀλλὰ τὴν βούλησιν τοῦ Θεοῦ: *ut ſit mortalis quidem, quà genitus eſt: ſed non ſolvetur, neque ſortem moris ſubibit, propter Dei voluntatem.* Significat, ita factum & conditum à Deo, ut ne pereat; &, quæ eò ducunt, deſint. Apulejus: *Ad hæc adtributa eſt ei perpetua juventus, & inviolata valetudo. Eoque nihil præterea extrinſecus eſt relictum, quod corrumpere poſſet ejus ingenium & ſi ſupereſſet, non eum læderet. cùm ita apud ſe ex omni*

* Ita hæc ibi legenda.

Lib. xv.

De immortal. Mundi.

In Timæo.

De Deo Soc. Plat.

Digitized by Google

omni parte compositus atque ordinatus foret, ut adversantia & contraria naturæ disciplinæque ejus officere non possent. Trismegistus (ut sæpè) hîc quoque Platonissat: Cap. VIII. ὁ πατὴρ αὐτὸς ἑαυτῷ ἀίδιος· ὁ δὲ κόσμος ὑπὸ τῷ πατρὸς ἀεὶ ζῶν καὶ ἀθάνατος γέγονε: *Pater* (Deus) *ipse à se æternus: Mundus autem à Patre semper vivens & immortalis est factus.* Altera Stoicorum ratio, *Quòd partes Mundi corruptibiles.*] Ita est, elementa docent, & ipse æther: quem tamen Aristoteles voluit exemptum. Nostri minimè, sed hunc quoque pasci, minui, verti & in aërem solvi. Si quattuor elementa, si ea quæ ex his nata; ergo totus Mundus. Lucretius pariter concludit:

Lib. v.

Principio, quoniam Terrai corpus, & Humor,
Aurarumque leves animæ, Calidique vapores,
E quibus hæc rerum consistere summa videtur,
Omnia nativo ac mortali corpore constant:
Debet ita eadem Mundi natura putari.

Debet, nec Plato hoc rejiciat, nisi scuto iterùm assumpto à voluntate divina. Tertia ratio, quòd *Mutationem* Ep. LXXI. *in deterius admittit.*] Verissimè. *Quid enim* (ait noster) *mutationis periculo exceptum? non terra, non cælum, non totus hic rerum contextus, quamvis Deo agente ducatur. Non semper tenebit hunc ordinem, sed illum ex hoc cursu aliquis dies dejiciet.* Sed addebat etiam Laërtius, *in deterius*, & pro exemplo: *exaresci enim & inundari.*] Appositè, duo exitia eum manent, sive Aquæ sive Ignis: & utriusque jam nunc signa alibi, & aliàs, mittit. Hîc aquæ deficiunt, & siccitas & sterilitas supervenit; ibi abundant, & bona terræ perdunt. Hæc velut via ad illa ducit. Plinium audi, qui scribit *multa* Lib. VII. cap. XVI. *in dies minui, consumente ubertatem seminum Exustione, in cujus vices nunc vergat ævum.* Homines atque alia, minora, quare? quia Exustio paullatim appropinquat, & ubertatem seminum absumit. Idem in Ætnâ igniv. II. c. VI. mo notat: *Nec tantùm*, inquit, *in illa Natura sævit, Exustionem terris denuncians:* sunt enim plures ejusmodi montes: atque hæc omnia signa aut notæ in partibus, futuræ communis illius exustionis. Vides Plinium, in capitalibus dogmatis, bonâ fide Stoicum esse? Seneca claudat: Ep. LXXI. *Quæcumque vides supra nos currere, & hæc quibus imixi atque impositi sumus, carpentur, ac desinent. Nulli non senectus sua est.*

DIS-

Digitized by Google

DISSERT. XXI.

Dupliciter interit, Aquâ & Igne. Primùm de Aquâ, sive Cataclysmo.

SENECTUS, ergo & mors. Sed quâ viâ mors? duplici, ut tetigi, Aquæ aut Ignis: sive, Diluvii, & Exustionis. Sed cum discrimine, quòd illa prior animantium, tantùm, & frugum fructuumque sit, aut quæ in terrâ sata: hæc ultima ipsius terræ, elementorum, & Mundi. Itaque magna hæc mors est, & omnium: illa minor, & quæ partes modò tangit. De utraque istâ Cicero: *Propter eluviones exustionesque terrarum, quas accidere* In Somn. Scip. *tempore certo necesse est, non modò non æternam, sed ne diuturnam quidem gloriam assequi possumus.* Quæ tamen vero Platonis sensu dicta modò vult Macrobius, ut crescens humor sive ignis, alter alterum vincat: *sed numquam tamen, seu eluvio, seu exustio, omnes terras aut omne hominum genus, vel omnino operiat, vel penitus exuat.* Plato ipse in Timæo, Ægyptium sacerdotem facit Solonem alloqui: *O Solon Græci pueri semper estis, neque illa vobis cana scientia. Quod ideo evenit, quia multa & varia hominum exitia fuerunt, erunt que. Maxima quidē, aut ignis combustione, aut aquæ inundatione evenire necesse est: minora, aliis quibusque casibus aut cladibus feri.* Et addit, Ægyptum ab his duobus immunem, ideoque antiquissimarum illic rerum monumenta servari. Propiùs ad sensum Stoicum Aristoteles accesserit, si tamen ex vero Censorinus hoc ei adscripsit. *Est prætereà Annus, quem Aristoteles Maximum potiùs, quàm Magnum appellat, quem Solis & Lunæ vagarumque quinque stellarum orbes conficiunt. cùm ad idem signum, ubi quondam simul fuerunt, undè reverteruntur. Cujus anni hiems summa, est Cataclysmus, quam nostri diluvionem vocant; æstas autem Ecpyrosis, quod est mundi incendium. Nam his alternis temporibus mundus tum exignescere, tum exaquescere videtur.* * Aristotelem advocat: & sanè tale aliquid ille fuit, sed contractiùs, nec de Mundi mutatione, sed partium aliquot terræ disertè prodit. In Meteoris super eâ re dissertio, & damnat rejicitque eos, qui ad Universum reducunt. Γελοῖον γάρ, inquit, ἀλλὰ μικρὰς καὶ ἀκαταστάτους ἀλλοιώσεις κινεῖν τὸ πᾶν: *Ridiculum enim ob leves parvasque mutationes, movere universum* Sed inquit, præsumendū, *quod hæc fiant temporibus fato aut natura definitis. Sicut quotannis temporibus Hiems intervenit; ita in magna aliqua tem-*

De die Natali.

*Dubitavi, an non Aristoteles legendum, quem ex Eusebio disco de Conflagratione scripsisse. Lib. 1. c. ult.

Digitized by Google

temporum conversione, magna Hiems accidit, & copia aquarum. Dicas locum esse, quem Censorinus aspexerit: etsi paullùm a se auxit & ampliavit. De *Hieme* hic sanè comparatio. quæ & Senecæ placita, atque usurpavit: *Inundatio, non secùs quàm Hiems, quam Æstas, lege Mundi venit.* In eo dissensus, quòd nostri etiam totam terram hoc genere fati aut perdunt aut novant. Seneca: *Inundationibus*, QUIDQUID HABITATUR, *obducet: necabitque* OMNE *animal*, ORBE *submerso.* Idem, ubi ex professo hoc tractat: *Ergo quandoque erit terminus rebus humanis, cùm* PARTES *terræ interire debuerint, abolerive* FUNDITUS TOTÆ, *ut de integro totæ, rudes, innovatæque generentur, nec superstet in deteriora magister.* Nam hunc finem ponebant, emendare & innovare. Itaque, ut idem ait, *non semper ea licentia undis erit, sed peracto exitio generis humani, exstinctisque pariter feris, in quarum homines ingenia transierant, iterum aquas terra sorbebit, & rejectus è nostris sedibus, in sua secreta pelletur Oceanus: antiquus ordo revocabitur. Omne animal ex integro generabitur, dabiturque terris homo insciis sceleris, & melioribus auspiciis natus.* En, quàm verè hæc nostri: & quis non è Sacris libris hausisse putet, & eventum & causam? Ceterùm de Inundatione, & quomodo ea fiat, bellè & disertè Seneca, fine libri tertii Quæstionum: tu vide. Vetus autem & popularis hæc opinio de Diluviis, ac plura fuisse Plato asserit, etsi illud Deucalionis decantetur tantùm: sed & Novi orbis incolæ à majoribus sic acceperunt. Peruani tradunt, *terras eas omnes aquis mersas latuisse; perisse homines, exceptis paucis, qui in lignea vasa se receperunt*, velut naves: ibi commeatu provisò egisse, donec aquæ decrescerent, & abirent. quod indicio canum collegerunt: quos foras identidem emittebant, & cùm madidi à natatu redirent, sciebant aquas supereesse; cùm denique sicci, deesse. At Mexicani, *quinque Soles ad hoc ævi luxisse. Et primum illum aquis periisse, unaque cum eo homines, & quidquid in terris esset.* Hæc illi picturis & notis prodita ab antiquo habent: fidem Platonici diluvii, quod in Atlantide insula, & circa evenisset. Heus, etiam illud obiter. in Censorino legi, *exigneſcere*, & *exaqueſcere*: quæ sunt ipsa Stoæ verba, quæ in Laërtio suprà & Græcè erant, ἐκπυρώσεως καὶ ἐκκοσμήσεως.

III. Quæst. cap. XXII Consol. ad Marc. c. ult. Quæst. III. cap. XXIX.

Ibid.

Augustin. Carata.

Lupus Gomara.

DIS-

Digitized by Google

DISSERT. XXII.

De Ignis interitu, qui Ecpyrosis dicta. Quando, Quomodo, Quâ gratiâ fiat?

MINOREM mortem diximus, magnum exitium videamus, ἐκπύρωσιν sollenniter iis dictam, Latinè *Conflagrationem* sive *Exustionem*. Hanc illi eodem fine inducunt, purgandi, & effæta omnia instaurandi. Itaque non est propriè φθορὰ sive *Interitus*, sed μεταβολὴ, *mutatio*, ut Numenius apud Eusebium scribit. Ὁ γὰρ ἐπὶ τοῦ κόσμου, καὶ τὰς περιόδους τὰς μικτὰς, χρονικὰς φθορὰς, οὐκέτι προσλαμβάνουσι τὴν φθοράν, ὅτι τὰ εἰς πῦρ ἀνάλυσιν τῶν ὅλων δοξαζόντων, ἣν δὴ καλοῦσιν ἐκ πύρωσιν, ἀλλ' ἀντὶ τῆς καὶ ὑσιν μεταβολῆς χρῶ) τῇ προσηγορίᾳ τῆς φθορᾶς: *Nō enim in mundi interitu, qui secundùm maximas conversiones fit, proprie interitum accipiunt illi, qui in Ignem omnia resolvi docent, quam vocant Exustionem: sed pro Mutatione secundùm naturam, utuntur Interitus verbo.* Itaque & in Senecâ eam vocem sic accipies, Numenii quidem monito: *Mundo quidem* (Stoici) *minantur* INTERITUM, *& hoc universum, quod omnia divina humanaque complectitur. † Si fas putas credere, dies aliquis dissipabit, & in confusionem veterem tenebrasque demerget.* Etsi revera, quidnì interitus, cùm prior forma tota occidit, nec nisi Materia manet? Sed Numenio hoc visum edicere, quia non idem, sed talis iterùm Mundus gignitur, nox docendum. Ordine enim videbimus, *Quando, Quomodo, & Quo fine fiat.* Quando? Seneca respondet: *Cùm Deo visum ordiri meliora, vetera finiri.* Deo, id est Fato. Nā *Lege Mundi* (ea Fatū est) alibi scribit venire. Ita Aristocles, apud Eusebium: κατά τινας εἱμαρμένους καὶ ὡρισμένους χρόνους ἐκπυροῦσθαι τὸν σύμπαντα κόσμον: *per fatalia quædam & definita tempora Mundum exardere.* Quid Ovidius?

Esse quoque IN FATIS *reminiscitur affore tempus,*
Quo mare, quo tellus correptaque regia cæli
Ardeat, & mundi moles operosa laboret.

Aliqui tamen ad *Magnum annum* referebant, ut in Censorino suprà vidimus: & tangit Numenius, verborum aliquo defectu: * κατὰ δὲ, ἐπαναλθοῦσι εἰς τὸν πρῶτον ῥηθέντα λόγον, καὶ εἰς τὴν ἀνάστασιν ἐκείνην ἣν ποιοῦσαι σύμαντὸν τὸν μίγνυσι, καθ' ὃν αὖ πάλιν ἀὐτῆς μόνης εἰς αὐτὴν πάλιν χίνεται ἡ ἀποκατάστασις. Verba ut dixi, desiunt: tamen sensus aliquis apparet, decursu annorū cùm sidera ad eundem locū veniunt, *Anastasin*

Consol. ad Polyb. init

* Dat hoc Polybio, qui altè rius sectæ fuit.

III. Quæst c. XXVIII. ib. c. XXIX.

Digitized by Google

ſtaſin, id eſt *Everſionem rerum fieri, atque id eſſe Magnum annum; iterumque poſt eam fieri Apocataſtaſim, ſive Reintegrationem rerum & Reſtitutionem.* Quis autem ille Magnus annus, & quot annorum millium, variant: in Jano Firmico huic rei legi iſta. Diſputat de die Natali, ſive genitura Mundi, & negat *facili poſſe ratione concipi, aut explicari. Nec*, inquit *eouſque ſe intentio potuit humanæ ingeniositatis extendere, præſertim cùm trecentorum millium annorum major ἀποκατάστασις, hoc eſt Redintegratio, per Ἐκπύρωσιν, aut per Κατακλυσμὸν, ſpatio perficiatur. His enim duobus generibus Apocataſtaſis fieri conſuevit. Aut Exuſtionem Diluvium ſequitur. Nulla enim re alia poterant res exuſtæ renaſci, nec ulla re alia ad priſtinam faciem formamque revocari, niſi admixtiones atque concretus pulvis favillarum omnium genitalium ſeminum colligam concipere fœcunditatem.* De Magno anno illic vides (nam alia differo) ſane magno, & *trecentorum millium annorum*, ſi lectio eſt recta. Equidem * variant, ut dixi: Macrobius, qui *Annum Mundanum* ſcitè hunc appellat, ut communem noſtrum illum, *Solarem*; Macrobius, *quindecim millibus* eum definit. Cenſorinus ſententiæ plurium refert: ſed duorum qui maximè augent, Orphei *ad centum millia viginti*; Caſſandri, *ad tricies ſexcenta millia.* Bono animo ſimus. ἐκπύρωσιν non videbimus, iſtis quidem auctoribus: ſed nec Firmico in quo *trecentorum millium* legere aliquando volui, ſed deſiſto. Nam & in Numenio eſt, hæc fieri ᾧ περιόδους πάσας τὰς μεγίστας: *periodos quaſdam* MAXIMAS. In Didymo: περιόδους ἀπείρους: *periodos infinitas.* Quàm vacuum autem, quàm ineptum, iſta definire, quæ nulla experientia aut ratio affirmet, aut indaget? Tam hercules, quàm quod etiam cæli ſtatum & ſigna norent, quibus hæc eventura. Chaldæorum iſta vanitas: & *Beroſus, qui Belum interpretatus eſt* (ait Seneca) *dicit curſu iſta ſiderum fieri, & adeò quidem affirmat, ut Conflagrationi atque Diluvio tempus aſſignet. Arſura enim terrena contendit, quando omnia ſidera in Cancro convenient; inundaturum ſimiliter cum eadem ſiderum turba in Capricornum convenerit.* Vidéſne? appoſitè, nam ſunt hæc æſtuantia, & hiemantia item ſigna. Seneca tamen haud planè rejicit; *ſed tamen illam, quæ in conflagratione Stoicis placet, huc quoque transferendam putat. Sive animal eſt Mundus, ſive corpus, natura gubernante, ut arbores, ut ſata; ab initio uſque ad exitum, quidquid facere, quidquid pati debet, incluſum eſt. Ut in ſemine omnis futuri hominis ratio comprehenſa eſt, & legem barbæ, & canorum, nondum ullus infans habet, ſic origo Mundi, non minus ſolem & lunam*

Lib. III.

† *Aliquid & in Stobæi Phyſic. vide.*

III. Quæſt. cap. XXIX.

Ibid.

Digitized by Google

iam, & vices siderum atque animalium, quàm quibus muarentur terrena, continuit. Ad occultas, & ab æterno fales causſas, revocat: verecundiùs, veriuſque. Initio verorum aliquid mutavi, & *Sive animal*, legi, non *Anima*, it paſſim edunt: res ita vult, nec quiſquam tam ſtolidus, qui *Mundum* Animam eſſe dixerit, ſed *Mundi*. At illud ambigitur, ſitne ſentiens Corpus, an Corpus tantùm. Itaque in ipſo Mundi conditu incluſum eſt, quamdiu vigeat vivatque: ut in quoque animali. Sequitur, *Quomodo* hæc Conflagratio fiat. An ab æthereo illo igne? atqui innoxius eſt, & vitalis tantùm. Reſpondeo, nec ab illo ſolo, nec ſine illo. Sol & ſidera calorem intendent, aër exardeſcet, humor abſumetur, & quæ Natura anteà temperabat, eadem exaſperabit & extra legem mittet. Vis Senecam audire? *Cùm tempus advenerit, quo ſe renovaturus Mundus exſtinguat, viribus iſta ſuis ſe cædent, & ſidera ſideribus incurrent, & omni flagrante materia, uno igne, quidquid nunc ex diſpoſito lucet, ardebit.* Et ſtatim hæc fient, nec magno molimento. quia *nihil difficile eſt Naturæ, ubi in finem ſui properat. Ad originem rerum parce utitur viribus, diſpenſatque ſe incrementis fallentibus: ſubitò ad ruinam, & toto impetu venit. Quàm longo tempore opus eſt, ut conceptus ad puerperium perducatur infans? quantis laboribus educatur, & adoleſcit? at quàm nullo negotio ſolvitur? Urbes conſtituit ætas, hora diſſolvit. Momento fit cinis, diu ſilva.* Pulcherrimè dicta, & capiunt me recitantem. Ergo ab Igne illud exitium, cujus indomita vis rebus eſt incluſa tunc educendâ. Philo Judæus: Οἱ δὲ Στωϊκοὶ χρύσεως ἢ κόσμου θεὸν ἄπον, τὸ δὲ φθορᾶς μηκέτι θεὸν φασιν, ἀλλὰ λόγον ὑπάρχεσθαι ἐν τοῖς ὅλοις πυρὸς ἀκαμάτου δύναμιν, ἀφ' οὗπερ μακρᾷς ὥσπερ ὠδῖνος ἀναλύσασαν τὸ πᾶν εἰς ἑαυτὸ: *Stoici cenſent: Deum quidem cauſſa auctorem q; generationis Mundi eſſe, at non interitus, ſed eam quæ in rebus eſt inſita Ignis potentiam, poſt longa temporum intervalla, omnia in ſe reſolventem.* Deus, inquit, non eſt cauſſa. Secundaria & inſtrumentalis: eſto. Quis ergo? Ignis incluſi rebus omnibus potentia, quæ tempore ſe exſerit & vires capit, & omnia populatur, edit, & in alimentum ſui vertit. Conſidera. tot illa aſtra & cælorum orbes, ignes aut ignea; dii boni, quanto cetera elementa exſuperant? Quid in ipſo mari, nónne calor & ſemina ignium? quid in terrâ, ipſis ejus penetralibus, & ſuper eâ? Idé in aëre, in animantibus, ſtirpibus: ubiq; ignis: & ille, inquit Philo, paullatim augeſcens, omnia deniq; in ſe vertet. *In ſe*, optimè. Ita Numenius: Ἀρέσκει δὲ τοῖς Στωϊκοῖς ἰσηνέλλην οὐσίαν εἰς πῦρ μεταβάλλειν εἶδος εἰς σπέρμα: *Placet Stoicis omnem eſſentiâ ac naturâ in*

Conſol. ad Marc. c. ult.

Sen. Quæſt. III cap. XXVII.

De immortal. Mundi.

Digitized by Google

Ignem convertere, tamquam in semen. Sed quem hunc Ignem? Æthereum & purum, observa. Mixtus est ille, qui vastabit; purus & à Materiâ paullatim reducendus ille, qui gignet denuò & formabit. Nam Materia secernetur, ut dicemus. Æthereum dixi: mecum Numenius. *Stoicis placet* ἐξαιρεῖσθαι πάλιν, καὶ περιόντας τινὰς τὰς μίξεις, εἰς πῦρ αἰθέριον ἀναλυομένων πάντων: *omnia evanescere & perire, post longissima spatia, omnibus in æthereum ignem resolutis.* Sed omnia priùs pereunt, omnia? ipsi Dii minores, Genii, Animæ, & quidquid est extra unum supremum Deum, id est Jovem. Ita Seneca, solum hunc superesse facit, & *acquiescere sibi, resoluto,* inquit, *Mundo,* & DIIS IN VNVM *confusis.* Sanè in unum, in ipsum Jovem. Plutarchus Cleanthem inducit dicentem, *Lunam, & sidera & Solem, perire, Jovem autem* (desunt in Græco quædam, sed is sensus est) ἐξομοιοῦσθαι πάντα ἑαυτῷ, καὶ μεταβαλλόντα εἰς ἑαυτόν: *adsimilare omnia sibi, & in ipsum se vertere.* Nam Jupiter scilicet est, purior ille Ignis. Cicero etiam, de interitu hoc Deorum: *Stellas omnes, terram, mare, deos esse: fore tamen aliquando, ut omnis hic Mundus ardore deflagret.* Sed & alius Seneca:

Epist. IX.

De Com. Notion.

IV. Acad.

Cæli regia concidet,
Certos atque obitus trahet,
Atque OMNES *pariter* DEOS
Perdet mors aliqua & Chaos.

Herc. Oet.

Igitur omnia in Ignem abeunt, rursumque ex Igne surgunt. Laërtius, de Deo: ὃς δὲ ἄφθαρτός ἐστι καὶ ἀγένητος, δημιουργὸς δὲ τῆς διακοσμήσεως, ἀναλίσκων εἰς ἑαυτὸν τὴν ἅπασαν οὐσίαν, καὶ πάλιν ἐξ ἑαυτοῦ γενιῶν: *qui est incorruptibilis, & magnitis, conditor hujus Mundi, absumens in se omnem essentiâ, rursumque ex se generans.* Quomodo autem idem perdat, & generet, videamus. Omnia jam Ignis, ut dixi, sed turbidus, materiæ mixtus, & fæculentus: tamen ignis: ideoque tenuis, & diffunditur, & totum hoc Mundi, qui fuit, spatium occupat, imò & Vacui extra eum regionem implet. Ita Stoici tradunt, & hoc etiam fine Vacuum ponunt. Plutarchus clarissimè: Τὸ πῦρ σπείρημα λέγουσιν εἶναι τοῦ κόσμου, καὶ μὴ πάλιν ἐκπύρωσιν μεταβαλεῖν τὸν κόσμον βραχύ τινα πρὸς σώματος, καὶ ὄγκου φύσιν ἔχοντα ποσοῦ, καὶ ἕως ἂν τοσοῦτον ἀναλάβῃ χώραν ἀπολειπόμενον τῷ ἀνέξοδον γὰρ αὐτὸν εἶναι καὶ ἀσώματον, ὑπὸ δὲ τοῦ κόσμου τὸ μέγεθος, καὶ σωματοειδῆ εἶναι; δυομένης καὶ σωματουμένης ἅμα τῇ γενέσει εἰς ἑαυτὸν τῆς ὕλης: *Ignem semen ajunt Mundi, & post Exustionem, mutare Mundum è corpore minore, habentem jam tumoris & amplitudinis multum, & Vacui regionem immensam occupantem, quæ ipsa angusta facta sit illo augmento.* Rursumque cum gignitur Mundus, sensim abire & collabi magni-

De Commun. Not.

* Ita hæc ego.

l

Digitized by Google

nem, subeunte scilicet, cùm generatio exsistit, & conrahente se in seipsam Materie. Vacuo igitur jam pleno, fit aullatim (Ratione administrante) depuratio. & *vertitur mnis substantia in Aëra, deinde in Humorem* (ex Laërtio ntè docui:) *& tum Elementa & Mundus signuntur.* Sed ta in Aquam omnia vertuntur, ut scire debeas excretum llum purissimum Ignem supereſſe: qui agat, moveat, & Materiam per se inertem animet. Philo notat, Stoicos ioc cautè monuisse, ὅτι μὴ τὴν ἐκπύρωσιν, ἐπιδὴν ὁ νέος κόσμος μέλλῃ δημιουργεῖσθαι, σύμπαν μὲν τὸ πῦρ οὐ σβέννυται· ποσὴ δέ τις αὐτοῦ μοῖρα ὑπολείπεται: *quòd post Exustionem, cùm novus Mundus condi debet, omnis ignis non extinguitur: sed aliquanta ejus portio manet.* Caussâ subdit: *Valdè enim verebantur, eo omni eo interstincto, maneret materies quieta, gnava, inepta condere, cùm caussa motus non esset.* Aqua gitur post Ignem, sed non sine reliquo igne. Hoc est, uod κατακλυσμὸν sive *Diluvium* Firmicus vocare videur, in verbis quæ alio etiam fine suprà dedi. Nam palàm it: *Ecpyrosin Cataclysmus sequitur. nullâ enim re alià xustæ res poterant renasci, nec ulla re alia ad pristinam aciem formamque revocari, nisi* * *admixtiones atque conretus pulvis favillarum omnium genitalium seminum conciperet fœcunditatem.* Non aliud equidem, vel è verbis, el ex ratione additâ colligo, quàm conversionem illam n Aquam, Cataclysmum ab eo dici: atque ita dilui ulverem, & mixtione humoris igniſque fœcundari. atis de modo: tertium supereſt, *Quo fine?* Etsi nec id bscurum è dictis: est enim idem ille purgandi & renoandi, qui in Diluvio fuit. Tolluntur mali, & mala aut ieta: boni & innoxii creantur, & pulchra iterùm ac uvenescens facies Mundi. Plutarchus, de Stoicis: Ὅταν ἐκπυρώσωσι τὸν κόσμον οὗτοι, κακὸν μὲν οὐδὲν ὑπολείπουσι· τὸ δὲ ὅλον, φρόνιμόν ἐστι τηνικαῦτα καὶ σοφόν: *Cum mundum isti incenderint, mali nihil usquam relinquitur, sed universum est prudens, probum, sapiens.* Seneca: *Omne animal ex integro generabitur dabiturque terris homo insciis scelerum, & melioribus auspiciis natus. Sed illis quoque innocentia non durabit, nisi dum novi sunt: citò nequitia surrepet.* Nova igitur omnia, an potiùs novata? Neque enim alia acies Mundi erit, quàm hujus fuit: & eadem omnia, imò & homines iidem redeunt in orbem. Cicero: *Post inflammationem relinqui nihil præter ignem, a quo rursum, ac de o, renovatio Mundi fieret,* IDEMQUE ORNATUS *oriretur.* Numenius apud Eusebium: Καὶ πάλιν ὑπὸ τοῦ αὐτὸν ἀναλίσκεσθαι καὶ ἀναγεννᾶσθαι, οἷα δὴ σοφόν περ ὄν: *Iterumque post Ignem Mundum constitui & perfici,* QUALIS ANTEA *erat.* De ipsis

Legam, *admixtiones esset.*

De commun. Not.

Quæst cap. ult.

De Nat. deor.

Digitized by Google

Ep. xxvi. etiam hominibus, Seneca: *Mors, quam pertimescimus ac recusamus, intermittit vitam, non eripit. Veniet iterum, qui nos in lucem reponat dies, quem multi recusarent, nisi oblitos reduceret.* Vides παλιγγενεσίαν, sed alio quodam à Pytagoricis sensu. Atque has innovationes, iterationesque, æternas faciebant: τὴν τοιαύτην περίοδον, ait Numenius, ἐξ ἀϊδίου γινομένων ἀκολουθήσεως: *talibus conversionibus periodisque ab æterno evenientibus*, INDESINENTER. Atque hoc est, quod Tatianus, vetus piusque scriptor, in iis damnat, non ipsam Inflammationem. Σῶμά τις εἶναι λέγει Θεὸν, ἐγὼ δὲ ἀσώματον. ἄλυτον εἶναι τὸν κόσμον, ἐγὼ λυόμενον. ἐκπύρωσιν ἀπεκδέχεται τῶν ἡμετέρων, ἐγὼ δὲ ἅπαξ: *Corpus aliquis Deum statuit? ego incorporeum. Incorruptibilem Mundum? ego corruptibilem. Exustionem per vices temporum advenire? ego semel, & in universum.* Nam & Christianis proba hæc sententia, sed sic modificata.

Adverſ. Gentes.

DISSERT. XXIII.

Christianos etiam hujus sententiæ, sed divisæ, esse: tum Epicuréos, & Heraclitum ante omnes: neque omnes tamen Stoicos.

CHRISTIANIS, inquam. qui inflammandum, renovandumque Mundum agnoscunt, vel Divo Petro præeunte. *Cæli*, inquit, *qui nunc sunt & terra, igni reservati in diem judicii.* Iterumque. *Cæli magno impetu transibunt, elementa calore solventur, terra autem, & quæ in ipsa sunt opera, exurentur.* Quod autem de Cælis, *transire* modo dixit: mox tamen manifestò etiam igne solvit & purgat. Ὀυρανοὶ, inquit, πυρούμενοι λυθήσονται: *Cæli ardentes solventur*: etsi de superioribus cælis, sunt inter Theologos qui controvertant. Sed jam olim, ut invidiosum, objicitur Christianis in Minutio Felice: quòd *cælo & astris maledictum denuntiarent.* Respondet Octavius, jampridem Philosophos hoc feciſſe. & *Stoicos*, inquit *constans opinio est quod consumpto humore Mundus hic omnis igneſcat. Epicuréis de elementorum conflagratione, & Mundi ruina eadem ipsa sententia est.* Ubi tamen, quod ait *Constanter Stoicis opinionem*: temperandum, & ad plures referendum est. nam fuerunt etiam, inter sectæ principes, qui abnegarent. Philo Judæus: Βούλομαι, καὶ ποσάκις, καὶ παίζων, ἀνδρὶ συνῆν τοῖς Στωικοῖς δόγμασιν ἐγκυκῶντι, ἅπερ ἐμοὶ περὶ τῶν ἐκπυρώσεων καὶ παλιγγενεσίας καὶ λυτικῆς, περὶ τοῦ κόσμου δόγματος ἀφθαρσίας & κόσμου παντὸς ἀϊδιότητος. λέγει

Epiſt. II. cap. III.

Digitized by Google

ἀσχάτης, φήσας τὸν ἥλιον συντήξειν ἅπαντα καὶ τὰ παντελῶς τοῖς θεοῖς: Boëthus, & Posidonius, & Panætius, viri in Stoicis dogmatis primarii, tanquam à numine correpti, relictis Exustionibus, ad divinus dogma de immortalitate Mundi transfugerunt. Dicitur & *Diogenes cum juvenis esset, subscripsisse istis. Quattuor ipse nominat, qui dissenserint: avet quintum ex Numenio addi. Τοῦτο δὲ λεγόμενον, inquit, τὸν μὲν τὰ αἰρέσεως οἱ πρῶτοι καὶ πρεσβύτατοι ἐφυλάξαντο, Ζήνων τε, καὶ Κλεάνθης καὶ Χρύσιππος. Τὸ μὲν δὴ τάττειν μαθητὴν καὶ διάδοχον τῆς σχολῆς Ζήνωνά φασιν ἐπικρῖναι περὶ τῆς ἐκπυρώσεως τῶν ὅλων: hoc dogma de Exustione primi & antiquissimi ejus sectæ tuerunt, Zeno, Cleanthes, Chrysippus: & hujus tamen disputulum, ac scholæ successorem, *Zenonem ajunt dubitasse de Universorum hac conflagratione. Quod autem in Phœne de Panætio erat: etiam in Cicerone. Eventurum nos (Stoici) putant id, de quo Panætium addubitare dicent, ut ad extremum omnis Mundus igneſceret. Itemq; Stob: Παναίτιος πιθανωτέραν εἶναι νομίζει, καὶ μᾶλλον, ἢ ἐκεῖνα αὐτὰ τὰ ἰδιότητας κόσμου τὴν τῶν ὅλων εἰς πῦρ μεταβολήν. Panætius probabiliorē censet, certè sibi magis probatam, ternitatem mundi quam ejus in ignem commutationem. Im in Laertio Græco, etsi aliter & contrariò ab interpr: versum. Erat autem in Minutio suprà, etiam Epicur hunc sensum esse. quod verum est: & putant Mundongulos (infiniti iis sunt) ut animal quoddam esse, & iis rationibus interire. Sed discrimen etiam ponebanplanè cum Stoicis, etsi aliis verbis: *Summam* interire, *summam summarum* manere æternam. Id est, ἀκόσμους sive Mundum hunc labi, at non κόσμους sive principia um, *Atomos & Inane*. Hoc discrimen sermonis in Lucio aliquoties occurrit, nec satis interpretibus observatum. De interitu autem, Lucretius:

Sic igitur magni quoque circum mœnia Mundi Lib. II.
Expugnabunt labem, putresque ruinas.

Et ex profc libro quinto poëta id probat. Ante autem omnes istos Heraclitus id docuit: Εἷς κόσμος, φησὶν ἐξ πεπερασμένος, καὶ πάλιν ἐκπυρώσεως κατὰ περιόδους ἀναλαμβάνει τὸν σύμπαντα αἰῶνα: *Unum esse Mundum, eumque ex igne factum & rursus in ignem vertendum post aliquot peridos; idque per eas, in omne ævum ita futurum.* Sunt germana Stoica; ipsi auctorem illum sibi inscribant. Finivi, nisi pla adnotare, quosdam Christianorum nimis etiam h fuisse Stoicos, & assiduam hanc exustionem renov nemque approbasse. Origenes inter eos, qui, ut Hieronymus, *Mundos esse innumerabiles* affere, *non juxta Epicurum uno tempore*

* Babylonius cognomento.

* Sidonium cognomine.

II. De Nat. deor

Laërt. in Heracl.

Ep. LX.

Digitized by Google

plurimos, & sui similes; sed post alterius Mundi finem alterius esse principium. Et ante hunc nostrum, alium fuisse, aliumque: quę talia Basilius etiam alibi ei objectat.

Homil. IV. Hexaem.

DISSERT. XXIV.

De Tempore adtextus. quid & quam breve, aut nihil sit: tenendum utiliter, & asserendum.

HABES pleraque, mi Auditor, quæ communiter à Mundum: nam ad minora aut partita non imu Tria tamen etiam considerari in eo solent, *Motus, Loci Tempus.* In duobus prioribus vix est, aut leviter, ut Sto ab aliis discedant; & siquid tale, ad Senecam nihil fac comperior, quem his Dissertationibus illustramus. *Tempore* dicam, quod tamen originem habet ex M

IV. de Ling. Lat. Varro: *Status & Motus duo. Quod stat aut agitat, Corpus; ubi agitatur, Locus; dum agitatur, Tempus sed est in agitatu, Actio.* Et singulorum dat exempla: *Sol, Stadium, Hora, Cursio.* Itaque plerique omnes qui empus definiunt, à Motu explicant, & hunc includ ut Aristoteles: μέτρον εἶναι κινήσεως, τὸ πρότερον καὶ ὕστερον: *mensuram esse motus, & numerum secundum prius & posterius.* Ut Stoici nostri, quibus est λόγος τῆς κόσμου κινήσεως. quod Varro verbatim reddidit, *ervallum mundi motus.* Is autem motus ab Solis & L curiu maximè innotuit, divisimusque in partes: ide ut idem Varro) *ab eodem tenore temperato, Tempus dict* Utramque hanc tamen finitionem, Aristotelis dico & icorum, Plutarchus carpit an cavillatur, in Quæstionil Platonicis: quia hæc ab *accidente modò est*, inquit, *essen & vim temporis non promit.* Itaque Platoni magis adh qui ajebat, χρόνον εἶναι αἰῶνος πλάνην καὶ τὴν τοῦ ὅλου φορᾶν, ut in Laërtio legas. Et Apulejus vertit, *Tus ævi esse imaginem. siquidem tempus movetur, & p nitas fixa & immota est naturâ.* Et est, ut Plutarchus, *Tempus, non cujuscumque motus affectus aut acide sed causa, vis, principium omnia continentis symm & ordinis, quâ Universi animata natura movetur: a tius, motio illa, & ordo, & symmetria, Tempus di* Probat igitur Pythagoræ dictum interrogati, Τί ; ἡ κόσμου ψυχή respondentis: *Quid Tempus? mu nima.* Ista & plura Plutarchus, in tempore tibi vide nostri à re & naturâ magis abstrahunt, & circa ea ummtaxat ponunt. Itaque Chrysippus etiam defini μέτρον ταχυτῆτος καὶ βραδύτητος: *mensuram celeritati ardditatis.* Quæ definitiones sensum nostrum de Te re magis expri-

V. de Ling. Lat.

De Dogm. Plat.

Stob. Phys.

munt,

unt, quàm ipsum. Imò verò non nisi in nostrâ ratione ratiocinatione quidam illud ponebant, quærebantque n reverà Tempus esset? Apud Senecam: *De Tempore* Epist. *o vide quam multa quærantur. Primùm an per se sit ali-* LXXVI- *id? deinde, an aliquid ante Tempus sit, si Tempus cum* 11 *undo cœpit? An & ante mundum, quia fuerit aliquid, rit & Tempus?* En, primam quæsitionem, An per se sit empus? Quod Epicurus negabat, asserebatque *accidens um accidens esse*, ut scribit Empiricus: & ipse Epicurus, ν δὴ χρόνου οὐ ζητητέον, ὥσπερ ὃ ἐπὶ λειπὰ ὄντα ἐν ὑποκειμένῳ πνεύματι, ἀναγκαίως ἐπὶ τῶν φαινομένων παρὰ μὴν αὐτοῖς συμβεβηκότων: *Tempus non est quærendum sicut nec cetera quæ in ubjecto quærimus, referentes ea ad anticipationes quasdã à ubis ipsis visa.* De quorum tamẽ vero sensu, idẽ Empiricus aliquid volenti dicet. At Stoici esse, & quidem *per se telligi*. Tamen idem *incorporeum esse*: *sicut Inane, & ocum*. Empiricus, itemque Laërtius: Εἶναι δὲ καὶ τὸν χρόνον ἀσώματον: *Esse & Tempus incorporeum*. Et de Incorporeo, alii contentiant: in Essentiâ vel Exsistentiâ emporis, aliquid etiam nostri mutant. Nam videntur ullum Tempus statuere (ait Plutarchus) cùm Chrysippus, *Præteritum & futurum non exsistere, sed subsistitisse* ἐν ὑπάρχειν ἀλλ' ὑφιστάνειν:)*solum exsistere* τὸ ἐνεστὼς, *in-* De Com- *ans sive præsens. Ac idipsum mox facit & distribuit,* mumNot. *artim præsens, partim præteritum: ita nihil quod exsistat, elinquit*. Talia Plutarchus: ipsa verba & veri sensus in tobræanis exstant. *Sicut Inane infinitum est, ita & Temus omne utriumq; esse. Nam & præteritum & futurum fine irere: præsens autem nullum integrum tempus esse. Cùm ium continua in infinitum secentur, tempus quoq; sectionem imdem recipere. Igitur nullum, secundùm perfectionem, mpus præsens esse sed latè & crassiore modo ita dici. Sed r solum præsens tempus exsistere (ὑπάρχειν:) præteritum futurum subsistere quidem (ὑφιστάναι) sed non exsistere, isi ut prædicatum aliquod exsistere dicitur, merum accins: sicut Ambulare mihi adest, & exsistit, cùm ambulo; ucente autem & sedente, non exsistit.* Primùm ait, *Infinium omne tempus utrimq; esse*. Quod ita quidem cum aliis erti, & est in Græco, ἀεὶ ἑκάτερα: fortassè tamen veriùs, d *alterutrum* reddas: id est, antè aut post infinitum esse. xempli caussâ, Præteritum, anteriore parte tale est; Futuum, posteriore: *utrumque; tamen* (ut rectè Posidonius) *præsenti finitur*. Quod autem de ipso Præsenti est, *perfectè on exisitere*: haud vanè. nam reverà est in assiduo fluxu, *t constat ex præterito aliquo & futuro* (ut idé Posidonius) *id cũ discrimine Nunc, quod tamen instar puncti est.* τὸ δὲ νῦν,

νων, ὃ τὸ ὁμοίως, οὐ πάλαι τι χρόνου, ὃ νῦν καὶ ἀπλῶς μὴ τοιοῦτον: *Illud autem quod Nunc dicimus, largè, & laxè non strictè & absolutè intelligi.* Hæc vera sunt, & extra calumniam, probè accepta: neq; diversa valdè Aristoteles tradit. Noster etiam Seneca: *Præsens tempus brevissimum est, adeò ut quibusdam nullum videatur. In cursu enim semper est, fluit & præcipitatur: antè desinit esse, quàm venit.* Ovidius:

IV. Phys. cap. x. & XI. De Brevit. Vit. c. x.

Ipsa quoque assiduo labuntur tempora motu,
Non secùs ac flumen. neque enim consistere flumen,
Nec levis hora potest.

Ita verè aliquis dixerit, non aliud esse tempus, quàm *Nunc fluens.* Altera quæstio in Senecâ. *An aliquid ante tempus?* Ita, sed id appellatur *Ævum.* Tempus autè non nisi cum motu incipit, eoq; digesto ac ordinato. Nam & ante Mundum erat motus in materiâ, sed indeterminatus & confusus. Ergo Tempus, cum cælo. Atq; ex hac distinctione etiam tertiæ quæstionis solutio prompta est: in qua quæritur, *Quia aliquid fuit, an & Tempus fuerit?* Negamus, ubi sola Principia sunt, Tempus esse. Materiæ non convenit: Deo autem Æternitas convenit. Ὅπερ (ait Damascenus) τοῖς ὑπὸ χρόνον ὁ χρόνος, τοῦτο τοῖς ἀϊδίοις ὁ αἰὼν: *Quod enim iis quæ Tempori subjecta sunt est Tempus, id æternis illis est Ævum.* Argutè etiam Tertullianus: *Non habet Tempus Æternitas, omne enim Tempus ipsa est.* Sed, mi Auditor, quid argutamur? quid quærimus, sit necne sit; & dum quærimus, patimur elabi? O thesaurum, non ultrà reperiendum! Fluit assiduè, & nobis effluit: quod unum avariter habere debeamus, & nullà merce aut pretio permutare. Illic otio, illic aleâ, illic convivio lo perdimus: & quantum invaletudine, aut somno? Deus bone, cùm recogito: undecim lustra fui, quinque ex illis vixi? & quod vixi, ubi est? *Infinita est relictas temporis quæ magis apparet respicientibus.* Modò Iscano puer lusisse videor, modò Bruxellæ primas schola adiisse, modò Athi, Coloniæ, Romæ egisse: & a Batavam recens memoria est? *Punctum est quod vivimus:* sic hoc punctum specie quadam longioris temporis divisimus & Pueritiam, Adolescentiam, Juventutem, Senectutem fecimus; heu, ubi ista, & quâ in brevi sunt? Abierunt prima, & tunc deniq; computamus & damnũ taxamus, cum abierunt. Ah, vel tardè non enim serò, incipiamus æstimare & amare, *cujus unius honesta avaritia est.* Et illius brevitas, & nostra fragilitas nobis occurrat: benè ponamus, bene quidq; detur, *nec tunc vivere incipiamus, cum desinendum.*

I. Adversus Marc. c. VIII.

Sen. Epist. XLIX.

Sen Epist. LXIX.

De Brevit. Vit. cap. III.

Ibid. c. IV

Silius.

——currit mortalibus ævum,
Nec nasci bis posse datur.

Fac, & ad te abi.

JUS

Digitized by Google

JUSTI LIPSI

PHYSIOLOGIÆ STOICORUM LIBRI TERTII

DISSERTATIO PRIMA.

Vestibulum & ingressus. De occupationibus aliquid; & inter eas quoque philosophandum.

AUD. Mi doctor salve. LIPS. Tibi idem. quid tam manè? Sol lineam quartam vix tangit. AUD. At tua monitio heri excitavit, & huc misit. Meminisitin'? agebas Tempore utendum: labi id & fluere; nec fas lapsum umquam revocare. Pareo igitur, & uti fruique meditor, & primam quamq; horam Bonæ Menti consecrare. Quid scio an cras, an à meridie licebit? Cùm temporis illa velocitas animo obversatur, cùm incerta hæc & insidiosa mortalitas: cur non properem? quem futuri temporis prædam accipio; *Dum differtur vita, transcurrit.* LIPS. Overè, quid autem dum eripitur vita, an non transcurrit? Hoc nobis fit, quos litteræ, sermones, aliæ curæ vel actiones assiduè occupant: & vix seriis tempus est dare, nisi quod relinquitur in subsecivis. *Omnium occupatorum*, ait Annæus, *misera est conditio; eorum tamen miserrima, qui nec suis occupationibus laborant.* Credo eum de me scripsisse, aut in me certè competit: qui cum Livio Druso possim exclamare, *Uni nec à puero feriæ contigisse.* Menè surrexi? Ecce litteræ, respondo. Feci, ad alia me verto: puer, Est nobilis vir aut adolescens è Galliâ, Germaniâ, Sarmatiâ: vult salutatum. Ille autem & illi, libellis suis Amicitiæ symbolum inscriptum. Vix suspiravi, en è Belgis meis aliquem, Heus carmen aut libellum scripsi, lege. Quid etiam? cense, & emenda. Quid amplius? carmen

Sen Epist. 1.

De Brevit. vit. c. XIX.

Digitized by Google

carmen aut elogium præscribe Absolutum me censeo, alius: Mihi aut fratri, patri, amico epitaphium: domui aut arci, aræ, inscriptionem. Quid studiosos juvenes, & tui similes dicam? scis quàm iis pateam, audire, respondere, dirigere & in viâ ponere, quam rectam censeo, studiorum. Hujus unius operæ minimè inter omnes me pœnitet: & quid interest, voce an scriptione juvem: nisi quòd hæc ad plures fortasse venit? sed illa si ad pauciores, efficaciùs & fructuosiùs fortasse venit. Hæc ferè vita mea est, & ferre inducor:

——levius fit patientiâ,
Quidquid corrigere est nefas.

Fit etiam sapientiâ levius, quam pro meo modulo usurpo. Seneca exemplum mihi monitumque præbuit: *Cùm*, inquit, *me amicis dedi, non tamen mihi abduco: nec cum illis moror, quibus me tempus aliquod congregavit, aut causa ex officio nata.* Quid ergo? ad me subinde redeo, & in animo salutare aliquid, atque usui meo verso. Epist. 82. 1. Leviter atque obiter quidem: sed verso. Quis vetat cupienti, & in theatro solitudinem, & in solitudine theatrum esse? Utrumque tibi struxeris, animo & cogitationibus huc aut illuc missis. Ajunt apodes quasdam aves, à re dictas, esse: quæ cùm longum aut firmum insistere non possint (pedibus enim carent) tamen muro aut arbori adfixæ, aut in aëre suspensæ, quod satis sit quiescunt: imitari possumus, & agentes aliquid aut loquentes, animo interjungere, & serium quiddam meditari. Cogitationibus bonis, etsi brevibus, semper est locus. Facio igitur, quà possum: sed quantò liberiùs atque uberiùs, cùm vespere (morem meum nosti) licet mihi prodeambulare, & mœnia illa, agros, prata calcare? Tunc mihi in pascuum meum immissus videor, tunc vetera & nova ruminor atque agito, tunc Græciam & Latium, philologa & philosopha lustro. Tunc, ut apud te fatear, libellos istos, & siquid à me in publicum manat, ferè concipio aut dispono: & stili operam, cùm domum redii, addo. Quorsum ego ista? ut tibi quoque præeam, & vel inter turbas quietum esse suadeam; inter occupationes feriatum. Sicut medicus inter ægros, sine sensu morbi sui agitat: sic inter nugatores serii, inter vanos graves esse conemur. Impediant nos fortasse, non mutent. A te, inquam non abeas: aut statim certè ad te redi. ad te, id est ad philosophiam, & animi illum interiorem cultum. Huic vacare (nihil excuses) etiam cùm non vacas, licet. At ego

nunc

Digitized by Google

nunc tibi, imò mihi: communis enim res dicenda, & mihi quoque discenda est; *Quid sit homo*: in quâ notitiâ, illa etiam Dei & Virtutis ferè est inclusa. Nam de ipso Deo, tum de *Mundo*; ut scis, diximus: Mundi igitur præstantissimum *homo* sequitur, quem lustremus, & in eo nos illustremus.

DISSERT. II.

Hominem parvum Mundum esse: & breviter ejus præstantia.

IURE autem statim à *Mundo*, quid enim aliud ipse *Homo*, quàm *parvus* quidem *Mundus*? Philo Judæus, ut commune verbum, retulit: Βραχὺ μέρος ὁ ἄνθρωπος, μέγας δὲ ἄνθρωπος τὸν κόσμον εἶναι: *Parvum Mundum Hominem esse; magnum Hominem, Mundum.* Macrobius idem, totidem pænè verbis: *Physici Mundum, magnum Hominem dixerunt; & Hominem, brevem Mundum.* Quid ita? quia ut ille rectorem in se Deum habet, sic homo divinum animum. Quid amplius? omnia, quæ Mundus, ferè habet: quatuor in se elementa; capitis quoddam cœlum; in eo flammantes oculos, ut stellas: ipsam formam rotundam, vel in matris utero; vel jam liber, cùm brachia & pedes expandit. Lineæ enim ab extremis illis ductæ, faciunt justum ferè orbem. Quid, quòd omnia quæ in Mundo sunt, ipse continet, & in capaci illâ mente gestat? Ita est: solus homo scientiam omnium & amat, &, pro captu habet. Quid ei clausum est; cœlos penetrat, & Deum ac divina mente adit. Manilius scitè: Quis divin. actionis heres. II. in Somn. cap. XII. Lib. IV.

--- quid mirum, noscere Mundum
Si possunt homines, quibus est & Mundus in ipsis:
Exemplumque Dei quisque est & in imagine parva?

Itaque Trismegistus *prolem Mundi*, id est Mundum alterum, Hominem facit. Γίνεται ὁ μὲν κόσμος θεοῦ υἱὸς, ὁ δὲ ἄνθρωπος κόσμου ἔκγονος: *Est Mundus quidem Dei filius, Mundi autem soboles Homo.* Imò verum si dicimus, nos Dei filii, & velut proximi ab illo sumus. Seneca: *Ita est: carissimos nec dii immortales habuerunt, habentq; & quibus maximus tribui honos potuit, ab ipsis proximos collocaverunt. Magna accepimus, majora non cepimus.* O aurea verba & sensa! Proximos ab ipsis? ita. Trismegistus: Διὸ τολμητέον ἐστὶν εἰπεῖν, τὸν μὲν ἄνθρωπον ἐπίγειον, εἶναι θεὸν θνητόν· τὸν δὲ ἐπίγειον εἶναι θεὸν ἀθάνατον ἄνθρωπον: *Quapropter audendum est dicere, Hominem terrenum, esse Deum mortalem; Deum* Cap. II. Cap. X.

Digitized by Google

cæleſtem, eſſe hominem immortalem. Præfatur audaciam.

Ibid. & ſiquid ſupra verum, non longè à vero. Idem iterùm attolit: Ὁ μὲν ἄνθρωπος, ζῶόν ἐστι θεῖον, καὶ τοῖς ἄλλοις ζώοις οὐ συγκρίνεται τῶν ἐπιγείων, ἀλλὰ τοῖς ὑπὲρ ἡμᾶς ἄνω λεγομένοις θείοις. μᾶλλον δὲ, εἰ χρὴ παλιλλογοῦντα εἰπεῖν τὸ ἀληθὲς, καὶ ὑπὲρ ἐκείνους ἐστὶν ὁ ὄντως ἄνθρωπος· ἢ πάντως γε ἰσοδυναμοῦσι ἄμφω: *Homo animal eſt divinum, aliisque animantibus non confertur, ſed iis qui ſurſum in cælo Dii dicuntur. Imò verò, ſi verum liberè dicendum eſt, etiam ſuper illos eſt is, qui verè homo eſt: aut certè pari cum iis æſtimatione.* Euge, attollere, ſed cum modeſtiâ, & pietatem ac Deum ſi colis (is *verè Homo* eſt, in Mercurio) ad beatos Genios, aut ſupra eorum quoſdam, aſcende. Colis, inquam, nam, ut rectè Cicero, *Deus hominem, quaſi contemplatorem cæli ac Deorum,* IPSORUMQUE CULTOREM

I. Tuſc. *fecit: & hominis utilitati agros omnes & maria parentia.* Jure addit, omnia nobis parère, & ſervire. Quid clarius? terras habitamus, aramus, peragramus: ipſa maria, indomitum elementum, domamus: beſtiis ferisque omnibus legem & imperium damus.

Manil. II. *Quis dubitet poſt hæc hominem conjungere cælo?*
Eximiam naturæ dedit linguamque, capaxque
Ingenium, volucremque animum. quem denique in unum
Deſcendit Deus atque habitat, IPSUMQUE REQUIRIT.

Multæ hominis dotes, & prærogativæ: tangit quaſdam, ſed extrema an non à divino inſtinctu ſunt? Dicat ſuo ille ſenſu, noſtro veriſſima ſunt: Deus in nobis habitat, *Templum* ejus ſumus: Deus hominem requirit, *Deliciæ* ejus ſumus. Denique, ait Plato, Πάντων ἱερώτατον, ἀνδρὸς

In Minoë. ἀγαθός; *Res omnium ſanctiſſima, vir bonus.*

DISSERT. III.

Noſce teipſum, hoc fine utiliter edictum.

SED alibi etiam de hac præſtantiâ, cùm de Animo videbimus: nunc, quod præmiſi, homo eminet, & Deum in parte refert, quia ſolus cupiens ſcientiarum,

II. Acad. & capax. *In tantâ animantium varietate,* ait Cicero, *homi-*
in Fragm. *ni ſoli cupiditas ingenerata eſt cognitionis & ſcientiæ.* Ideò jure φῶτα, id eſt *Lumen* Græci dixerunt: quia odit ignorantiæ tenebras, noſſe & noteſcere vult, ſcire & ſciri. Arquin ante omnes ſcientias, una ei neceſſaria ſui. Infera ac ſupera ſcrutare;

——nil tibi prodeſt
Aëriàs tentaſſe domos, animoque profundum

Per-

Digitized by Google

Percurrisse polum, hoc nisi noris.

Huc te verte, ad te, inquam. Senea noster: *Hæc jubet illa Pythicis oraculis adscripta vox,* NOSCE TE. Vox meritò adscripta oraculis: & quæ à Deo est, aut certè non sine Deo. Ab ipso esse, indicat Seneca: & alii item vocunt, *Chiloni roganti, quod optimum esset? responsum hoc ab Apolline,* γνῶθι σαυτόν: *Nosce te ipse.* Alii tamen *Phemonoës*, aii *Phanotheæ*; quidam *Thaletis*, *Biantis*, *aut Chionis* etiam vocem affirmant. Cujuscumque, emisit Deus, aut immisit: —— *è Cælo descendit* γνῶθι σαυτόν. Et constat ànè inscriptum fuisse in vestibulo atque aditu templi Delphici, ante ipsa προπύλαια: ubi ingressuri se adspergebant aut lavabant: vnà cum dicto altero Μηδὲν ἄγαν. *Ne quid nimis.* Conspirat enim utrumque, ait Plutarchus: & in illo hoc continetur, ac modestia præcipitur, ut jam videbis. Ad sensum enim dicti venio, magni, ardui, & quod legant sive audiant multi, non intelligant; nec qui intelligunt, præstent. Nam ut Ion poëta,

Consol. ad Marc. c. xi. Porphyr. Ex Porphyr. Consol. ad Apollon.

Τὸ γνῶθι σαυτόν, τοῦτ' ἔπος μὲν οὐ μέγα,
Ἔργῳ δ' ὅσον Ζεὺς μέσῳ ἐπίσταται θεὸς:
Hæc Nosce teipsum, quidem est brevis,
Sed tanta res, quam Jupiter solus sciat.

Ita est, fatemur: *Solus plenè se novit Deus*: sed homini usque aliquò pertingere licet, & pro ingenii modulo se capere ac scire. Quis sensus igitur? à contrario Plato indagat, & assequitur. *Nam triplex est*, inquit, *sui ignorantia, in Opibus, in Corpore, in Animo:* triplex igitur, & omnia hæc externa? nec tua vides: abeunt, veniunt, ludicrum, aut potiùs ludibrium quoddam, Fortunæ.

In Philebo.

Ὡς ὅτε τις ψάμαθον συναγη παῖς ἄγχι θαλάσσης
Ὅς τ' ἐπὶ ἠῖ πάιζησι ἀϋτέμαλα παίζιον
Ἄψ ἄυθις συνίχεῦε ποσὶ καὶ χερσὶν ἀΐδηλα.

Homer.

Ut puer undisoni ludens ad litora ponti,
Colligit in cumulum, & variè deformat arenas,
Mox manibus pedibusque ea subruit, ac confundit.

sic illa Dea struit, destruit, donat, recipit omnes has opes. Opes tantùm? honores etiam: &

Summum ad gradum cùm claritatis veneris,
Consistes ægrè, & quàm descendas, decides.

Laberius.

Itaque hæc nosce: & quid sequitur? non attollere in iis sed σοφρόνει. Σοφρόνει, inquam, id est modestè age & senti: quod quidam præcipuè subjectum voluerunt huic dicto. Sed altera scientia partem tui spectat, Corpus. Ab eo, quid est homo? *quodlibet quassum vas, & quodlibet*

Digitized by Google

Sen. ad Marc. c. 11. *bet fragile: jactatu, non tempestat e opus est, ut solvatur.* Quid est homo? *lucerna in vento posita.* Quid est homo; qui ab ipso *lucernæ odore perire potuit, à quo plerumque*

Epictet. Plin. VII. cap. VII. *abortus.* Nosce, nosce & σαυτόν. Huic *uni animalium ambitio, uni avaritia, uni immensa videndi cupido, uni superstitio.* Iterùm dicam, nosce & σαυτόν. At jam tertia,

Ibid. c. I. & præcipua scientia, Animum tangit. Nosce te, sed à pulcherrimâ illâ & divinâ tui parte: Parte? imò toto. Nec

Cic. in Somn. *enim tu is es, quem forma ista declarat; sed Mens cujusque is est quisque, non ea figura, quæ digito demonstrari potest.* Philo Judæus: Ἄνθρωπος, οὐ τὸ διφυὲς ζῶον, ἀλλὰ τὸ ἐκ ψυχῆς ἄρρην εἶδος, ὁ Νοῦς καὶ Λόγος κέκληται. *Homo, non illud*

Quod deterius meliori insidietur. *biforme animal, sed pars optimæ Animæ, quæ Mens & Ratio dicitur.* Est profectò ita. duplex in nobis homo, ut Termaximus ait, ὁ μὲν ὑλικὸς, ὁ δὲ οὐσιώδης. *Unus Materialis, alter Essentialis*: atque iste verè Homo est, princeps

Cap. IX. alterius, ductor, & rector. Mancipium est, inquam, pars altera: & homo quoque, siquis eam colit. Diogenes ille Canis scitissimè olim, cùm aliquando, *Heus homines, adeste*, dixisset: & concursus factus esset, baculo abegit omnes, addens, Ἀνθρώπους μὲν καλῶ, περικαθάρματα: *Homines enim advocavi, non purgamenta*, non hæc mancipia. Pars illa est, quæ eminet, quæ sola ab animantibus brutisque distinguit. Nam *corpore valet? & leones, formosus est? & pavones, velox est: & equi: ut non dicam, in his omnibus vincitur.* Unum ergo Hominis & proprium bonum, Ratio: quæ noscenda, & colenda est. Neque enim, ut Homericus ille Laertius, hortum, agros, domum, omnia curabat, se neglecto: sic nos oportet corpori & externis mancipari, animi securos. Imò verò

I. Tusc. *Te nosce.* Et nimirum *hanc vim habet præceptum Apollinis*, ait Cicero, *quo monet, ut se quisque noscat. Non enim id præcipit, ut membra nostra, aut staturam figuramve noscamus*: NEQUE NOS CORPORA SUMUS: *neque ego tibi dicens hoc corpori tuo dico. cùm igitur, Nosce te, dicit, hoc dicit, Nosce animum tuum. nam corpus quidem quasi vas est, aut aliquod animi receptaculum: ab animo tuo quidquid agitur, id agitur à te.* Artende, & fac. Sed quomodo, inquies, noscam animum? illum occultum, illum sensibus subductum? Ipso animo. Sicut oculum non nisi oculus videt, sed in speculo: sic sese animus, quodam reflexu

I. Alcibiade. In se igitur intueatur: τοῦτο μάλιστα, inquit Plato, εἰς τοῦτο τοῦ θείου τόπον, ἐν ᾧ ἐγγίνεται ἡ ψυχῆς ἀρετὴ, σοφία: *& maximè in eum locum, in quo inest virtus Animi, Sapientia.* Is locus est, Mens sive Ratio: & quæri illic Sapientiam vult, atq; inveniri: Sapientiam, id est Virtutem. Nam

Digitized by Google

nimum qui adibit & consulet, videbit & discet *aliquid* Cic.
e habere divinum, ingeniumque in se suum, sicut simula-
rum aliquod, dedicatum putabit: tantoque munere deo-
um semper dignum aliquid & faciet, & sentiet. Itaque ab
nac notitiâ, contemptus aliarum rerum, æstimatio unius
Virtutis sequetur: ad quam factum se sciet, per quam bea-
um se fore judicabit. Denique ad Deum per hanc ibit:
it pulchrè Agapetus. Ὁ γὰρ ἑαυτὸν γνοὺς, γνώσεται Θεόν. Θεὸν δὲ Ad Iustiniānum.
ὁ γνοὺς, ὁμοιωθήσεται Θεῷ. ὁμοιωθήσεται δὲ Θεῷ, ὁ ἀξίως φρονῶν
θεοῦ. ἀξίως δὲ γνώσεται Θεὸν, ὁ μηδὲν ἀνάξιον ἐργάσεται Θεοῦ,
μηδὲ φρονῶν μὴ ἁρμόττοντα θεῷ, μηδὲ λαλῶν δὲ ἃ φρονεῖ, ποιῶν δὲ ἃ λαλεῖ:
Nam qui se novit, Deum noscet: Deum noscens, Deo assimilabitur:
Assimilabitur, qui Deo dignus erit, dignus erit qui nihil Deo
indignum admittit, sed cogitat quæ Dei sunt, & quæ cogitat
loquitur, & quæ loquitur, facit. Pulchra gradatio, & ex
vero deprompta. Nemo se, sine Deo, novit; & in se, Deum.
Tum amor assimilandi, ad cujus imaginem facti sumus; id
nisi per Virtutem non fit: hanc igitur amplectimur, &
cum eâ Deum & divina amamus, loquimur, operamur.
Tacite ô mortales, vos NOSCITE. *Ecce ad Olympia profi-* Ex Epict. Diss. lib. I.
scimini, ut Phidiæ statuam videatis: & non magis curæ
habebitis, ut vosipsos videatis, qui & quales sitis?

DISSERT. IV.

De primo Hominis ortu variantes sententiæ. Stoicorum approbata, & explicata.

EAMUS ergo ad Hominem, mi Auditor: vel quia or-
do, vel quia utilitas tanta eò vocat. Et quidem to-
um videamus, ab ipso ortu. Unde enim primus Ho-
no? primariæ hic duæ sententiæ, Non ortum esse, &
ortum. Primi æternum faciunt, cum ipso Mundo: al-
ri initium dant, sed alii aliud: atque ista omnia Cen-
orini uberibus verbis commodè proponam. Ait igitur:
rima & generalis quæstio, inter antiquos Sapientiæ studi- De die natali.
os versata est, quòd, cùm constet homines singulos ex pa-
ntum semmibus procreatos, successione prolis multa sæ-
la propagare; alii semper Homines fuisse, nec umquam
isi ex hominibus natos, atque eorum generi caput exor-
iumque nullum exstitisse arbitrati sunt. Hæc primorum
ece sententia: quæ magnos auctores habet, ut addit, Py-
agoram, Ocellum Lucanum, Archytam Tarentinum,
mnesque adeò Pythagoricos: sed & Platonem cum an-
quâ Academiâ: deniq; Aristotelem, Theophrastum,
e Peripateticorum totam scholam. Idem de animalibus

Digitized by Google

aliis: ideoque frustrà quæri, *nec posse reperiri, Avesne ante, an Ova generata sint; cùm & Ovum sine Ave, & Avis sine Ovo gigni non possit. Ita & omnium, quæ in sempiterno isto Mundo semper fuerunt, futuraque sunt, ajunt Principium fuisse nullum: sed orbem esse quemdam generantium nascentiumq; in quo uniuscujusque generis institum simul & finis esse videatur.* Ista quidem Æternitatis defensores, non sine injuria illius Æterni: qui, si nihil fecit aut condidit, quæ dignitas, potestas, bonitas, erit? Sed neque facile cogitare est, animantes omnes æternas; & ut fragile hoc ac mortale, nulli ortum aut initium sui inscribat. Alios igitur audiamus, & in iis Porticum nostram. *Nam qui homines aliquos primigenios*, ait iterùm Censorinus, *divinitus, naturâve, factos crederent, multi fuerunt: sed aliter atque aliter in hac existimatione versati. Nam ut omittam, quod fabulares poëtarum historiæ ferunt, primos homines aut Promethei molli luto formatos, aut Deucalionis Pyrrhæq; duris lapidibus esse natos: quidam ex ipsis Sapientiæ professoribus, nescio an magis monstruosas, certè non minùs incredibiles rationum suarum proferunt opiniones. Anaximander Milesius, videri sibi ex Aquâ Terræque calefactis, exortos esse sive pisces, sive piscibus similia animalia: in his homines concrevisse, fœtusque ad pubertatem intus retentos; tunc demum ruptis illis, viros mulieresque, qui se jam alere possent, processisse. Empedocles autem primò membra singula ex terrâ quasi prægnante, passim edita, deinde coïsse, & effecisse solidi hominis materiam, igni simul & humori permixtam. Hæc eadem opinio etiam in Parmenide vel * in Ste fuit pauculis exceptis, ab Empedocle dissensis. Democrito verò Abderitæ ex Aqua limoque, primùm visum est homines procreatos. Nec longe secùs Epicurus. is enim credidit, limo calefactò uteros, nescio quos, radicibus terræ cohærentes primùm increvisse, & infantibus ex se editis, ingenitum lactis humorem Naturam minstrantem præbuisse: quos ita educatos & adultos genus hominum propagasse. Zeno Citticus, Stoicæ sectæ conditor, principium humano generi ex novo Mundo constitutum putavit, primosque homines ex solo adminiculo divini ignis, id est Dei providentiâ, genitos. Denique etiam vulgò creditum est, quarumdam gentium principes terrigenas esse, ut in Atticâ, & Arcadiâ, Thessaliaque, eosque Autochthonas vocari.* Septem sententias hîc habes valdè aut levite dissonas: è quibus prima Poëtarum est, qui è luto aut lapidibus formant, id que humanâ operâ. Fabellæ nostræ. Altera est Anaximandri, qui ex Aquâ & Limo format hactenus haud pessimè: sed quòd in pisces primò, & pisci-

Digitized by Google

piſcibus in homines, id monſtrum aut delirium ſapit. Et De Plac
erò apud Plutarchum alia eſt Anaximandri ſententia: c. XVIII.
καὶ ἐκ τοιούτων τὰ πρῶτα ζῶα, φλοιοῖς ἐκείνοις ἐμπεφυκότα ἀναῤῥαγῆναι:
n *Humido nata prima animalia, corticibus quibuſdam*
pineis circumdata: iiſque ruptis, cùm maturum eſſet,
rodiiſſe. Hoc colorem aliquem magis habeat: & cùm
ententiâ aſſideat, quæ ex arboribus homines educit mox
licendâ. Tertia Empedoclis, qui è Terra. ſed, ut Cen-
orinus ait, membratim, nec ſtatim totos. Varronis Nonius in
ragmentum huc facit: *Empedocles exterrâ homines natos* Blitum.
cit, ut blitum. Addit Cenſorinus, *eam opinionem etiam*
*Parmenide. vel*in Ste fuiſſe.* Corruptum liquet: an ſa-
imus, *vel in Zenone*? Certè Zeno Eleates cenſuit
Laërtius auctor) γένεσιν ἀνθρώπων ἐκ γῆς εἶναι:
rtum hominumè Terrâ eſſe. Poſſet etiam legi: *Parmenide*
r Veliate Zenone. Quarta ſententia Democriti, ex Aquâ
t Limo: quæ refert illam Anaximandri, ſed à fronte. Lib. VII.
actantius ſuper eâ: *Democritus ait homines, vermiculo-* capv. II.
um modo, effuſos de terrâ, nullo auctore, nullaque ratione.
Quinta Epicuri, qui ex Limo item, ſive Terra. Lucretius: Lib. II.

Haud, ut opinor, enim mortalia ſæcla ſuperne
Aurea de cælo demiſit funis in arva.
Sed genuit tellus eadem, quæ nunc alit ex ſe.

ed quomodo? ex *Uteris* quibuſdam terræ affixis, ait
enſorinus. Quod ita etiam Lucretius:

Creſcebant uteri terræ radicibus apti:
Quos ubi tempore maturo patefecerat ætas Lib. V.
Infantum, fugens humorem auraſque petiſſens,
Convertebat ibi Natura foramina terræ,
Et ſuccum venis cogebat fundere apertis
Conſimilem lactis.

utavit ille & Uteros & Ova ante animantes fuiſſe: ut
ſet ſcilicet è quo ſurgerent, & in quo creſcerent: ad
emplum fœturæ hodiernæ. Nam & de Avibus canit:

Ova relinquebant, excluſæ tempore verno,
Folliculos ut nunc teretes æſtate cicadæ.

d quam opinionem Lactantius reſpexit: *Ajunt certis* II. c. XII.
nverſionibus, & aſtrorum motibus, maturitatem quam-
m exſtitiſſe animantium ſerendorum. itaque terram no-
m, ſemen genitale retinentem, folliculos quoſdam ex ſe,
Uterorum ſimilitudinem, protuliſſe. Etſi primò verba
ceronis mutuatur & aptat, ſed in alteram & Stoicorum
ntentiam prolata, ut dicam. Nam ſexta jam Zenonis
ſtri, in Cenſorino erat, qui *ſolo adminiculo ignis, id eſt*
i Providentia, gignit. Pia & vera ſententia. Deus ſolus
ctor humanigeneris, conditorq;. Cicero ut Stoicus: *Hoc*

Digitized by Google

1. De Leg. *animal providum, sagax, multiplex, quem vocamus* Hominem, *præclara quadam conditione* GENERATUM *esse à* SUMMO DEO. Et crebrum in Stoicis, Deum patrem & genitorem nostrum esse. Sed in modo tamen gignendi, aliquid abeunt à libris nostris Sacris. Nam illi volunt (apud Ibid. Ciceronem) *perpetuis cursibus, conversionibus cælestibus, exstitisse quamdam maturitatem serendi generis humani: quod sparsum in terras atque satum, divino auctum sit animorum munere.* Cursus illi perpetui, referendi ad periodos exustionis & innovationis mundanæ: ac tum *maturitatem* (alii tamen *materiam* legunt) fuisse generis humani novi serendi. Id autem *in terras sparsum ac satum*, id est in Materia primâ comprehensum; eaq; jam crassiore & animationi paratâ, animum ab Igne advenisse, & Deo. Ovidius:

1. Metam. *Sanctius his animal, mentisque capacius altæ*
Deerat adhuc, & quod dominari in cetera posset:
Natus homo est. sive hunc DIVINO SEMINE *fecit*
Ille opifex rerum, mundi melioris origo;
Sive recens tellus, seductaque nuper ab alto
Æthere, cognati retinebat semina cæli.

Prior sententia est Stoica, & * suprà abundè diximus, Ignem velut semen esse omnium, & in se continere singulorum rationes seminales, Providentiâ educente. Seneca: *Ad initia deinde rerum Sapiens redit, & æternam Rationem* ‡ *toti indistam, & vim omnium* SEMINVM, *singula propriè figurantem.* Cicero iterùm ad hanc Stoicorum rationem adspiciens, & in Cottæ persona rejiciens: *Semina Deorum decidisse de cælo putamus in terras, & sic homines patrum* (id est Deorum) *similes exstitisse? Vellem diceretis: Deorum cognationem agnoscerem non invitus.* Ultima sententia Vulgi, qui spontè è Terra exstitisse homines censuit, ut in Arcadiâ, atque alibi. Neque é Terra tantum, sed Arboribus, aut Rupibus, saxisque. Homerus adspexit, cùm Penelope ad Vlyssem:

* Lib. 11. Diss. VII.

Epist. XC. ‡ Id est Mundo.

1. De Nat. deor.

Odyss. 5. Ἀλλὰ καὶ ὣς μοι εἶπε πόσιν γείνασθαι ἑοῖσι.
Οὐ γὰρ ἀπ' ἀρχῆς ἐστι παλαιφάτου, οὐδ' ἀπὸ πέτρης:

At jam tu mi effare tuum genus, atque parentes.
Nam neque fatidicâ quercu satus es, neque saxo.

Et uberrimè Statius exsequitur:

Lib. IV. *Arcades huic veteres, astris lunaque priores,*
Agnima fida datis. nemorum quos stirpe rigenti
Fama satos, cùm prima pedum vestigia tellus
Admirata tulit. nondum arva, domusque, nec urbes
Connubiique modus: Quercus Laurique ferebant

Cra

Digitized by Google

Cruda puerperia, ac populos umbrosa creavit.
Fraxinus, & fœtâ viridis puer excidit orno.

'ides jam igitur originem nostri, pro aliorum, & no-
ro sensu. AUD. Video, aliquid tamen requiro. In istâ
rigine Stoicâ, quis aluit infantem natum, quis educa-
it? Nec enim alius alium, cùm omnes opis ejusdem in-
igi essent. LIPS. Negamus eguisse: malè hoc sumis. Ra-
onem, sive Providentiam, nònne architectam dedi-
ius? illa scivit perfectum hominem faciendum, aut
ustrà iri factum. Marcobius hoc verè; *Natura* (id est
eus) *primùm singula animalia* PERFECTA *formavit: dein-*
perpetuam Legem dedit, ut continuaretur procreatione
cessio. Perfecta autem in exordio fieri potuisse, testimonio
int nunc quoque non pauca animantia, quæ de terrâ & im-
re perfecta nascuntur: ut in Ægypto mures, & aliis in locis
næ, serpentesque. Similia Plutarchus, à quo Latinus iste
uxit. Fruſtra igitur Ovum, Uterum, & talia præstruunt:
fides jam dictis à divino Moyse etiam esto, qui Ho-
inem & Animalia sic format.

VII. satur. cap. uit.

II Quæst. Convival. cap. II.

DISSERT. V.

Homines primi an majores, & paullatim deinde minores? atque obiter an Gigantes?

SED quæri cum causâ etiam aliud potest. Primi illi homines, in primo & vegeto Mundo, an non ipsi agis vegeti, & membris corporibusque grandiores? atio suadere videtur. quia plena omnia tunc virium spirituum, alimenta valida, & è corpore benè ha-ito atque integro illi partus. Videmus in terrâ, quæ ovatur & segeti primùm proscinditur: videmus in tu-ida virginitate, róbustiora quæ nascuntur. Nuper in ovo orbe, cùm Hispani arbores suas & fruges severunt, ncredibile quantum adoleverint: & poma fructusque su-ra communem modum tulerunt. Addo, quòd vetus passiva valdè hæc opinio; ac Græci, Barbari, ipsæ Sa-ræ litteræ magnos quosdam homines, sive Gigantes dstruxerunt. Hoc de animo tantùm magnis, superbis, mpiis interpretantur quidam, scimus: sed testimonia rofectò aliorsum ire, à pudore abeat, qui neget. Non liffundor, neque extra Porticum meam spatior: aliquid amen in Senecâ etiam reperio, quod huc ducat. De rimis illis hominibus, negat Sapientes natos: *Non ta-men negaverim*, addit, *fuisse alti spiritus viros & ut ita licam, à diis recentes. Neque enim dubium est, quin meliora Mundus nondum effætus ediderit.* Melioria dicit non

Epist. xc.

Digitized by Google

non majora: & tamen de robore etiam subdit. *Quemadmodum autem omnibus indoles fortior fuit, & alia borees paratior: ita non erant ingenia omnibus conformata.* Philo Iudæus apertiùs: Τοιοῦτος μὲν ὁ σύμπας ἄνθρωπος, κατὰ τὸ σῶμα καὶ ψυχὴν μεγαλοπρεπέστερος ἢ κατὰ τοὺς νῦν ἐκ τοῦ μείονος, καὶ τοῦ ἧττον ἀεὶ γενομένου, διαγενέσθαι δυναμένους: *Talis mihi primus Homo videtur factus, & corpore & animo reliquos omnes, qui vel nunc sunt, vel ante fuerunt, excelluisse.* Addit rationes duas. *Illum enim Deus condidit, nos ex hominibus gignimur. quanto autem melior major que auctor, tanto & opus oportuit. Deinde quidquid viget, senescente & effæto melius est, sive animal, sive planta, sive fructus, sive aliud eorum quæ Naturâ sunt. Itaq; par est, primum illum Hominem, robur & vigorem exstitisse totius nostri generis:* ἢ δ' ὑπερβολὴ μεγέθους καὶ ἰσχύος ἐπακμάσαι σώμασι, λοιδ κ) γενέσει ἀνομοιοτέραις αἷς ἔστι μοχθηρᾶς τῆς δυνάμεως λαμβανούσαις: *at secutos deinde haud ita vigere per ætates & successiones, deteriores semper formâ & viribus factos.* Varro hoc ipsum: *Nisi si, ut Homerus opinatus est, vastiora prolixioraque fuerint corpora hominum quorum: & nunc, quasi jam Mundo senescente, rerum sic hominum decrementa sunt.* Ubi quod de Homero ei, In Agell. Noct. lib. III. cap. X liquet sæpiùs ab illo usurpatum:

——— Οἵη τὸ βροτοὶ αἶα:

Qualia hunc hominum producit corpora tellus:

ut Virgilius vertit. Sed missis poetis, Plinius eam sententiam censuit, *In plenum cuncto mortalium generi minorem in dies mensuram fieri, rarosque parentibus proceriores: consumente ubertatem seminum Exustione, in cujus vices nunc senescat ævum.* Ad senium velut Mundi refert: quod Tremellius pariter ad Terram sterilescentem aptat, etsi Columellâ dissentiente. *Tremellius*, inquit, *falsò credidit, parentem omnium Terram, sicut muliebrem sexum, ita jam ætate confectam, progenerandis esse fœtibus inhabilem.* Ep. Cap. I. lib. II. curéi in eodem sensu. Lucretius:

Lib. II. *Jamque adeò affecta est ætas, effœtaque tellus,*
Vix animalia parva creat, quæ cuncta creavit
Sæcla, dedit que ferarum ingentia corpora partis.

Quando dedit? olim:

Lib. V. ——— *cùm plura coörta,*
Et majora, novâ tellure, atque æthere adulto.

Lib. IV. Enimvero & in Hebræorum libris est, quod simile. Esdras: *Interroga eam quæ parit, & dicet tibi. Dices enim: Quare quos peperisti nunc, non sunt similes his qui antè, sed minores staturâ? Et dicet tibi ipsa: Alii sunt qui in juventute virtutis nati sunt, & alii qui sub tempore senectutis deficiente matrice, sum nati. Considera ergo & tu, quoniam*

Digitized by Google

minori staturâ estis præ his qui ante vos: & qui post vos, minori quàm vos: quod SENESCENTES *creaturæ, & fortitudinem juventutis prætereuntes.* Quæ tamen dictio & argumentatio si vera, & ab ævo in ævum Homines minores: quid causſæ, quin jam Pygmæi, & minus, simus? Atqui constat nos à bis terque mille annis parùm aut nil mutaſſe, & populari aliquâ præsumptione illa, non veritate scripta. Ratio autem dicat, quosdam initio exuberaſſe: sed ad modum deinde certum veniſſe, à Naturâ præscriptum, in eoque stetiſſe. Sánè quod ad Gigantes, fuiſſe aliquando, & apud varios, omnium ferè gentium historiæ aut traditio testantur: & reliquiæ ac monumenta heri & nuper, in Novo etiam orbe, certiſſimè visa. Neque id ratio dicta abnutat.

DISSERT. VI.

E Semine Homines propagari: & illud definitum. Viri genitabile habent, non item fœmina: & de vi Spiritus.

SED primi igitur homines à Deo & Providentiâ conditi: secuti, generatione propagati. Generatio autem, per Semen. Quid igitur Semen? communiter ita Stoici definiunt: Σπέρμα, τὸ οἷον τε ἀφ' οὗ γενέσθαι τοιοῦτον, ἢ ἀφ' οὗ καὶ αὐτὸ ἀπορρεῖν: *Quod potens sit generare talia, à quali & ipsum secretum sit.* Id est, quod gignit similia iis, à quibus ipsum genitum & avulsum. Non est igitur ipsum simile, nisi potentiâ: & ideò Varro argutè derivat, *Semen, quod non planè id quod inde*; quasi dicat à *Semiducto*, quod aliquomodo tale, non prorsus. Etsi vera, puto, derivatio erat à *Sero*, quasi *Serimen*. Hæc de omni semine: at de Humano peculiariter, ista in Zenoniis citis. Ἀνθρώπου σπέρμα, ὁ μεθιέμενον ὁ ἄνθρωπος μετ' ὀργασμοῦ συσχεθὲν τοῖς τοῦ ψυχῆς μέρεσιν, ἐκ μιγνυμένου τῶν ἀφροδισίων λάβῃ. εἶναι δὲ αὐτὸ Χρύσιππός φησι πνεῦμα καὶ τὴν οὐσίαν, ὡς ἄλλον ἐκ τῶν εἰς τὴν γῆν καταβαλλομένων σπερμάτων, ἃ παλαιωθέντα φύῃ, ὡς ἄλλον ἀφ' ἑαυτοῦ γενέσθαι ἀνάγκη τὸ ἀπ' ἄλλου. καὶ ἀφ' ὅλων τῶν σωμάτων αὐτὸ φασι καταφέρεσθαι ἐκ τοῦ τὸ ἐφαίρειν, πάντων γ' ἂν ἐμφυτικόν τινα τῶν ἐκ σώματος μερῶν. τὸ δὲ τὴν ὑγρότητα ἄχρηστον ἀποφαίνουσι, κατανέμειν τε τινας, καὶ ἀλίζειν, καὶ ὑδατοῦν: *Hominis Semen, quod ipse emittit, cum* Laërt. in Zenone. Laërt ib. *Humido misceri Animæ partibus, secundum mixtionem rationis progenitorum. Esse id Chrysippus ait Spiritum, quod id essentiam. idque apparere ex seminibus in terram jactis, quæ vetera non gignunt: scilicet exspiratâ jam illâ vi & facul-*

Digitized by Google

faculate. A totis corporibus id defluere Sphærus dicit: idque & omnes corporis partes gignere. Mulieris autem semen infœcundum esse, ut pote Spiritu non intensum, & modicum item, & aquosum. Hæc Stoici breviter: illuc tremus. Ait, *cum Humido mixtum Animæ partibus esse.*] Omnibusne Animæ partibus? non opinor, ex nostrorum sensu: non certè Rationali, quæ postea, & aliundè, accedit. Mox videbimus. Sed Stoici partes animæ octo faciunt: reliquas licet Semini inseras, hâc exceptâ. *Secundum mixtionem rationis progenitorum.*] Obscuriuscula mihi ista, nec scio an sincera, aut plena. Numenius quidem in Eusebio, uberiùs profert, ut Zenonis verba: Σπέρμα φησὶν ὁ Ζήνων εἶναι, ὃ μεθίεσθαι ἀφ' ἑκάστου μετ' ὑγροῦ, ψυχῆς μέρος ἔχοντος σπερμάτων, καὶ ἀπόρροιαν τῶν ἀφ' ὅλου γενῶν κίνησιν καὶ μίγματος τοῦ ψυχῆς μέρους συνειλυθότος: *Semen ait Zeno esse, quod ut emittit cum Humido, Animæ partem & avulsionem, seminis progenitorum temperiem & mixturam occultam Animæ partium.* Quæ clara sunt, aut erunt è dicendis: & pergo. Ait, *Esse Spiritum.*] Non solum quidem: Humor adest: sed vim & efficaciam gignendi in Spiritu ponit, eumque velut Seminis essentiam ac naturam. Argumentum à seminibus in terram jactis: an humanis (nam de Homine loquitur) & masturbatores fœdâ re & nomine intelligit? an de frugum seminibus simplicius capi, quæ veterascentia pleraque scimus non gignere, Spiritu exhausto aut vanescente. Spiritui igitur tribuunt etiam
II. Quæst. nap. VI. Homine a simili. Seneca: *Consideremus quàm ingentia vim per occultum agant parvula admodum semina: & quorum exilitas in commissurâ lapidum vix locum invenit, in tantum convalescunt ut ingentia saxa distrahant, & monumenta dissolvant. Hoc quid est aliud, quàm* INTENSIO SPIRITUS, *sine quâ nil validum, & contra quam nil validius est?* Hoc adspectu, credo, dicebant (quod Plutarchus
De Com. Not. miratur, & damnat) Τὸ σπέρμα πλείον εἶναι καὶ μεῖζον, ἢ τὸ γινόμενον ἐξ αὐτοῦ: *Semen amplius & grandius esse, quàm quod ex eo gignitur*: non modulo aut quantitate, sed efficaciâ. Quamquam & modulo in quibusdam: ut in Igne,
V. De Plac. t IV. post conflagrationem, qui est Semen mundi. Ab hac causâ (Spiritu, dico) & φύσις dicta videtur Stoicis εἶναι τὸ συνεκτικὸν ἕξεως: *Naturæ, quòd sit in spiritibus & inflationibus, & diffusio proportionum ac numerorum.* Est igitur semen Spiritus: ipseipse, *corpus Zenoni* (ait Plutarchus:) Ψυχῆς μέρος ἀπόσπασμα: *Animæ enim particulam avulsam esse.* Animæ, non totius: sed ejus partium, ut antè. Epicurus non dissimiliter dixerat: Σπέρμα, καὶ σύμπλουν τῆς ψυχῆς ἀπόσπασμα: *Semen corporis & animæ detractam partem.* Pergit

Lac-

Digitized by Google

ærtius: *A totis corporibus defluere.*] Et causſa additur: am & tota corpora format, ſed & vitia, aut dotes parum, ſæpè effingit. Triſmegiſtus: Ὅταν ἡ γένεσις ἀπηναωζῇ γόνου, συμβαίνει πως ἐκ μὲν τοῦ σώματος ὅλου μιλῶδές πνεῦμα, ἐκ δὲ τῆς ψυχῆς ἐνεργείας ἄνωθεν ἐπιῤῥεῦσαι καὶ ἀνθρώπου γενέσθαι: *Cum ergo ratio ſemen ſeponit, evenit ut ex omnibus corporis partibus eſſentia quædam influat & inſpiret, divina operatione, ut in hominis fit ortu.* Inſpirationem ſive Spiritum etiã bi notes; & ſapienter additum, de *operatione divina*, quæ profectò ortui & productioni omni inſerenda eſt. Illa in occulto adminiſtrat pleraque, & diſponit. De Semine autem *à toto corpore*, etiam Polybus in libello περὶ γονῆς, & Hippocrates pluribus locis, conſentiunt: itemque Democritus. Ἀφ' ὅλων, inquit, σωμάτων καὶ τῶν κυριωτάτων μερῶν ἡ γόνος: *A totis corporibus, & præcipuis partibus, genitura.* Itaque idem *Venerem* (apud Plinium) *damnavit, ut in quâ homo alius exſiſteret ex homine.* Hinc debilitas & languor ab illo cœtu, etiam animi remiſſio, ſpiritibus ſcilicet exhauſtis. Etſi Tertullianus, qui traduci Animam vult, in argumentum hoc ſibi vertit. *In illoipſo*, inquit, *ultimæ voluptatis æſtu, quo genitale virus expellitur, nonne aliquid de Anima quoque ſentimus exire, atq; adeo marceſcimus & devigeſcimus, cum lucis detrimento?* Vertit, inquam: de Rationali tamen parte, haud juſtè. Porrò Laertius: *Mulieris ſemen infœcundum.*] Quidni? Spiritu enim caret, & ἄγιον eſt, ut addit. Cenſorinus hoc ipſum Stoicis quoq; adſcribit: *Illud etiam ambiguam inter auctores facit opinionem, utrumne ex Patris tantummodò ſemine partus naſceretur, ut Diogenes, & Hippon, Stoicique ſcripſerunt: an & id ex Matris, quod Anaxagoræ, & Alcmæoni, nec non Parmenidi, Empedoclique, & Epicuro viſum eſt.* Licebit Pythagoram & Hippocratem his ultimis accenſere. At Stoicis Plutarchus Ariſtotelem adjungit. Ἀριστοτέλης καὶ Ζήνων τὸ θῆλυ ὑλῶδες μὲν ὑγρὸν ἀποῤῥίπτεσθαι, οἷονεὶ ἀπὸ τῆς συγγυμνασίας ἱδρῶτα, οὐ μὴν σπερματικόν: *Ariſtoteles & Zeno ajunt, mulierem materiam aliquam humidam ejicere, tamquam à colluctatione illa ſudorem, ſed non ſeminalem aut prolificam.* Tamen aliter iterùm de Ariſtotele Lactantius: *Varro & Ariſtoteles ajunt, non tantùm maribus meſſe ſemen, verum & fœminis: & inde plerumque matribus ſimiles procreari. Sed earum ſemen Sanguinem eſſe purgatum.* Non miror diſtrahi: nam ipſe Ariſtoteles videtur in ſcriptis vacillare. Tamen veritas eſt, quòd ipſum Semen non habent, nec donat Ariſtoteles: ſed ejus vice menſtruum puriorem Sanguinem (quod etiam in Lactantio) fotum virili ſemini & alimentum.

In Stob. Phyſ. Lib. xxvii. cap. vi.

De Anima, cap. xxvii.

De opif. cap. xii.

Addit

Digitized by Google

Addit Laërtius: *Modicum & Aquosum.*] Ita, de illo quasi sudore, ut Zeno dicebat, sive lentore, quem in luctâ emittunt: non ita de sanguine mensurno. Satis de Semine, è quo fœtus fit, & tempore figuratur: qua serie, aut ordine? *Empedocles* ait Censorinus, *quem in hoc Aristoteles secutus est, ante omnia Cor judicavit increscere, quod hominis vitam maximè contineat: Hippon vero caput, in quo est animi Principale: Stoici una totum infantem figurari dixerunt, ut una nascitur aliturque.* De Aristotele, verum est: & *Cor primo* format, etsi & *Jecur* una jungat. De capite autem, Lactantius mauult, & cum *Hippone* sentit. Stoicos nostros quis adjuvat? nescio, & vereor ut inspectio & experimenta damnent.

III. De Par. Anim. cap. IV.

DISSERT. VII.

Semen tamen corpus modò Stoicis producere, & Animæ receptaculum parare, ipsam extrinsecus insinuari, idque post Partionem.

SEMEN itaque caussa Hominis? an totius? an & Animam ex illo ducimus, haurimusque? Vetus quæstio, & ad nostrum pænè ævum agitata. Quid autem hic Stoici? aliunde, non ab eo petunt. Id verius certiusque, etiam pro Senecæ mente, quàm quod Tertullianus, pertinax traductionis & propaginis defensor, ipsum Senecam eò trahit. *Concludimus*, inquit, *omnia naturalia Animæ, ut substantiva ejus, ipsi inesse, & cum ipsa procedere atque proficere, ex quo ipsa censetur. Sicut & Seneca sæpè noster: Insita sunt nobis omnium artium & ætatum semina, magisterque ex occulto Deus producit ingenia, ex seminibus scilicet insitis, & occultis per infantiam, quæ sunt & intellectus.* Sed, ò magne vir, verè trahis. Seneca non dicit, ab inito insita, à concepto ingenita: sed insita à prima nativitate intelligit, cum Animâ ipsâ. Itaque cautè & restrictè etiam alibi loquitur: attende. *In Semine omnis futuri hominis ratio comprehensa est. Et legem barbæ, & canorum,* NONDUM NATUS *infans habet*: TOTIUS *enim* CORPORIS *& sequentis ætatis, in parvo occultoque lineamenta sunt.* Hic sane de ipso Semine: sed quid continet & includit? *legem barbæ, & canorum, & totius corporis lineamenta.* De Ratione & Animo, nullum verbum. Enimverò tuipse, Stoicos aliò divertisse, ostendis palum. *Sunt*, inquis, *qui præsumant,* NON IN UTERO *concipi Animam, nec cum carnis figulatione compingi atq; produci, sed & effuso jam partu nondum vivo infanti,* EXTRINSECUS

De Anima. c. XX. Extant. IV. De Benef. cap. II

III. Quæst. cap. XXIX.

Cap XXV. De Animâ.

SECUS *imprimi. Ceterùm semen ex concubitu, muliebribus locis sequestratum, compingue scere in* SOLAM SUBSTANTIAM CARNIS: *eam editam, & de uteri fornace fumantem, & calore solutam, ut ferrum ignitum, & ibidem frigidæ immersum, ita aëris rigore percussam &* VIM ANIMALEM *rapere, & vocalem sonum reddere. Hoc* STOICI *cum Æne sidemo, & ipse interdum Plato.* Potest clarius edici de Stoico sensu? In Utero *nil nisi carnem* compingi, Animam *extrinsecus imprimi*, idque *effuso jam partu*: & cetera, minimè dubia aut implexa. Quid Lactantius, satis diligens talium? *Pythagorici & Stoici cum timerent argumentum illud, quo colligitur, necesse esse ut occidant Animæ cum corporibus, quia cum corporibus nascuntur: dixerunt,* NON NASCI *Animas, sed* INSINUARI *potius in corpora.* Utitur Insinuandi voce appositâ, quà aliquoties Lucretius, in Stoicis refutandis. nam illos maxime intelligit, cùm studiosè hanc sententiam repellit. Inter alia: Lib. III. cap. XVIII.

Præterea si immortalis natura Animai
Constat, & in corpus nascentibus insinuatur:
Cur super anteactam ætatem meminisse nequimus? Lib. III. multis versibus.

Iterùm:

Quod si forte putas EXTRINSECUS *insinuatam*
Permanare animam nobis per membra solere.

Tertiò:

Nec tamen est, ut jam perfectis insinuetur
Corporibus.

Ex quibus liquet, dixisse acres Epicureorum hostes Stoicos, Animam aliunde advenire in corpus, nec cum eo igitur perire. Plutarc. item clarissimè: Τὸ βρέφος ἐν τῇ γαστρὶ φύσει τρίφειαν νομίζει (Χρύσιππος) καθάπερ φυτόν. ὅταν δὲ τέχθῃ, ψυχόμενον ὑπὸ τοῦ ἀέρος καὶ σκληρύνεται, τὸ πνεῦμα μεταβάλλειν, καὶ γίνεσθαι ζῶον. οὐδὲν γὰρ ἀπὸ τρόπου τὸν ψυχὴν ἐνομάζειν, ὥσπερ καὶ τὸν ψύξιν: *Chrysippus censet fœtum in utero ali, ut plantam. Cum autem in lucem editus est, frigefactum ex aëre & induratum, mutare Spiritum, & fieri Animal.* Imò longius ibant, & partem Uteri faciebant fœtum. Idem Plutarchus: Πλάτων ζῶον τὸ ἔμβρυόν φησι· καὶ γὰρ κινεῖσθαι ἐν τῇ γαστρὶ καὶ τρέφεσθαι. Οἱ Στωϊκοὶ, μέρος εἶναι αὐτὸ τῆς γαστρὸς, καὶ ζῶον. ὥσπερ γὰρ τοὺς καρπεὺς μέρη τῶν φυτῶν, ὅτι καὶ πεπαινόμενος ἀποβάλλει, οὕτω καὶ τὸ ἔμβρυον: *Plato ait Fœtum in utero, Animal esse. nam & moveri ibi, & ali. Stoici, partem esse ipsius uteri, non animal. & sicut fructus arborum partes dicimus, videmusq; maturos decidere: sic & fœtum.* Liquet igitur de sententiâ, non item de veritate. Nam Tertullianus fortiter hæc refutat, atq; idem Plutarchus. Quid tamen de adytu ipso & insinuatione haud falsò: & De Plac. cap. XV. De Puguis. Stoic.

gau-

Digitized by Google

gaudeo gratulorque hìc quoque Christianis accedere: de tempore, scio controverti. Jam olim quidem. nam Hippocrates (in Stobæanis eclogis) *statim à formato semine*, Animâ admittit: Porphyrius (quod mirère in Platonico) prorsus ut nostri, ὁ ἐξ ἀρχῆς ἀναγωγεὺς καὶ πατρικὸς: *in primâ statim editione nati infantis. Alia etiam est opinio, quæ plures statuit facultates aut Naturas animæ, opportuno dein tempore, aliam aliàs advenire, prout corpus idoneum aptumq; factum. Primùm igitur * Naturam accipere, deinde Sentientem vim, tum Appetitum, tum Rationalem animam, denique Intellectualem.* In postremâ sententia sunt qui Aristotelem velint accensere, nescio an volentem. Sed inter ipsos Theologos olim diffidium, innata Anima, an ingressa. Innatam Tertullianus, ut dixi, ubertim approbat, *& in ipso, & ex ipso seri homine, & vivum esse à primordio Semen.* Multi cum illo Latini: exserte etiam inter Græcos Gregorius Nyssæ antistes. *Posteriorem esse*, inquit, *orginem animarum, ipsasque recentiores esse corporum constitutione*, NEMO SANA MENTE PRÆDITUS *in animum induxerit. cùm manifestum sit, quòd nihil ex inanimis vim in se habeat movendi, itemque crescendi. At eorum qui in utero aluntur neque augumentum & incrementum, neque de loco ad locum motus controversus est. Relinquitur ergo ut censeamus, unum & idem Animæ & Corporis constitutionis principium esse. Ac quemadmodum terra si surculum à radice avulsum acceperit, arborem inde efficit, non ipsa vim augendi inciens, sed incrementi dumtaxat materiam atque subsidium impartiens: ita dicimus etiã id quod ex homine avellitur* (Semen) *ad hominis sationem, ipsum quoque aliquomodo* ANIMAL *esse, ex animato animatum.* Plura addit, & omnes Animæ facultates in Semine esse, occultas tamen, & in tempore atque ordine educendas. Sententia erat quam tueri posses, nisi Ecclesia & puriores Theologi jam aliter credi consensissent: pareamus. AUD. Non libet in ista velut adyta penetrare: tamen unum validè possit objici. Si traducitur Anima & propagatur: cur mea parentum melior, subtilior, felicior? referre enim eas debebat, ut surculus arborem, ut fructus semen. LIPS. *Hippocrates* jam olim respondit, *Animam non mutari, sed corporum temperamentum*: & pro eo igitur, atque ut organa sunt, Animam magis minusve se exserere, & splendere. Tertullianus autem hoc amplius, Deum, aut ministros ejus adhibet. & *omnem*, inquit, *hominis in utero serendi, struendi, fingendi, paraturam aliqua utique potestas, divinæ voluntatis ministra*, MODULATUR, *quamcumque illam rationem agi-*

* Id est, vegetationem, & vitam.

De Anima & Resurr.

Lib. 1. de Dieta.

Cap. XXVII.

Digitized by Google

gitare sortita. Benè, benè. Deus adest, disponit, addit, emit, utcumque illi visum. At contra Stoicos simile bjiciatur, Quomodo liberi mores sæpè & indolem arentum referant, si in semine hæc non fuerunt? Chrysippus respondit, illa quoque à temperie simili orporum provenire, quibus Anima affici aut infici ossit.

DISSERT. VIII.

De Cælo & Aethere Animum advenire, à Stellis, ab ipso Deo: & plusculà sublimiter, ac nimis, à Stoicis dicta.

ITAQUE advenire Animam Stoici voluerunt: & quidem sub ipsum partum. Unde autem? Hæc & plura super Animo exsequi, animus est: sed quâ serie aut dispositu melius, quàm illo quem Seneca (ei hanc operam damus) præivit? Nam scribit alibi: *Innumerabiles deinde quæstiones sunt de Animo. Unde fit? Qualis sit? Quando esse incipiat? Quamdiu sit? An aliunde aliò transeat & domicilium mutet? Utrùm corpus sit, an non sit? Quid facturus sit, & illic nosse se incipiat, postquam de corpore abductus in sublime secessit?* Ecce tibi octo quæstiones capitales: & sub manu aliæ emergent fortasse, sed ad hæc velut signa revocandæ & disponendæ. Ingens opus sed stringam, disputationum ferè exsors, & sententiam Stoicam posuisse atq; aperuisse contentus. Deus autem, & tuus favor, ille juvabit, hic adspirabit. Certè à Deo initium: *Unde* enim *Animus?* à cælo, ex æterno illo igne è siderum naturâ, & sine circuitu, à Deo ipso. O dignitatem nostram! sed vereor, imò scio, nimis auctam: tamen ipsos audiamus. Seneca: *Animus, si primam ejus originem inspexeris, non est terreno gravique concretus corpore, ex illo cælesti Spiritu descendit.* Iterùm: *Animus humanus ex iisdem, quibus divina constant, seminibus.* Divina, id est, sidera & stellæ. Seneca: *Hominem divini Spiritus esse partem, ac veluti scintillas quasdam sacrorum in terras desiluisse, atq; alieno loco hæsisse.* Ait scintillas *sacrorum*: quin verius, *astrorum*? atque ita lege. Cicero: *Hominibus Animus datus est ex illis sempiternis ignibus, quæ sidera & stellas vocatis.* Plinius: *Quo nemo magis probaverit cognationem cum homine siderum, Animasque nostras partem esse cæli.* Firmicus: *Quare cum simus cum stellis quadam cognatione conjuncti, non debemus eas, sacrilegis dispu-*

Epist. LXXVIII

Ad Helu. cap. VI. Ibid. De Vit. beat. cap. XXII.

In Somn. Scip. II. c. XXVI. Lib. I.

Digitized by Google

disputationibus, propriis privare potestatibus. Cognati ita, ex iisdem seminibus, & essentiâ: atque adeo pars Deorum. Epictetus: Αἱ ψυχαὶ μέρη ἔτυχον ὄντες τοῦ θείου, καὶ συναφεῖς τῇ οὐσίᾳ, ἅτε ἀπ' αὐτοῦ μόρια ὄντα, καὶ διακρινόμενα: *Animæ ita illigatæ & conjunctæ Deo sunt, ut particulæ sint ejus, & decerptæ.* Cicero: *A naturâ Deorum haustos animos, & delibatos habemus.* Alibi: *Humanus Animus decerptus ex Mente divina.* Manilius:

1. Dissert. cap. XIV.

1. De Divinat. v. Tusc. Lib. II.

Quis cælum posset, nisi cæli munera nosset,
Et reperire Deum, nisi qui PARS *ipse Deorum est?*

Epist. XCII.

Inde magnificæ illæ voces Senecæ: *Quid est autem, cur non existimes in eo divini aliquid existere, qui Dei pars est?*

Epist. XXIV.

Et magis: *Miraris hominem ad Deos ire? Deus ad homines venit, imò, quod propius est, in homines venit.* Iterumque: *Prope est à te Deus, tecum est, intus est.* Unde hæc talia? quia persuasum iis, à Deo, id est Mundi animâ, animam hanc esse. Laërtius: Τῆς τῶν ὅλων ψυχῆς μέρη εἶναι τὰς τῶν τοῖς ζῴοις: *Animæ Universi, partes esse animantium Animas.* Omniumnè animantium? omnium: sed aliæ aliis magis participant, ut sunt corpora & instrumenta. Est Socraticum: *Mundi animam, fontem animarum omnium esse.* Sed illam, quæ Ratione uteretur, cognatam & participem, imò jam partem divinitatis esse. Plutarchus: Ἡ δὲ ψυχὴ μετέχεσθαι, καὶ τῷ λογισμοῦ, οὐκ ἔστι θεοῦ μέρος, ἀλλὰ καὶ μέρος οὐδ' ὅσον, ἀλλ' ἀπ' αὐτοῦ, καὶ ἐξ αὐτοῦ γέγονεν: *Anima mentis & ratiocinationis compos, non opus solùm Dei, sed & PARS est; neque ab ipso, sed ex ipso est facta.* Enimverò etiam aliæ (hac ratione) partes Dei, id est Mundanæ animæ: sed ista scilicet eximiè, & quæ proximè vim naturamque ejus referret. AUD. Abhorreo audire hæc talia. Amè didici Deum conditorem hominum esse, Animas advenire & insinuari, idque ejus operâ: nunc cognatas, partes, & Deum ipsum esse? iterùm abhorreo. LIPSIUS. Gaudeo, & magnitudinem Dei qui libat tantùm, & nostrum istud imbecillum & tenue; ridebit profectò & exsibilabit eas voces. Tamen corpus hoc totum Mundi communicare ita antiquis placuit, & nos velut membra ejus facere ac partes. Seneca: *Totum hoc quo continemur, & unum, est, & Deus est, & socii ejus sumus, & membra.* Nec Stoici hæc tantùm, aut Platonici: ecce Trismegistus: Ἀπὸ μιᾶς ψυχῆς τὰ πανθὸς πάσαι αἱ ψυχαί εἰσιν: *Ab unâ Universi Animâ omnes Animæ exsistunt & promanant.* Ab ipsâ, inquam, Dei essentiâ: & clarè idem. Ὁ τῶν ὅλων δημιουργὸς

Epist. XCII.

Cap. X.

Digitized by Google

τῆς θείας φύσεως, ἀπόσπασμα ὂν καὶ μέρος τῆς θείας φύσεως: *Animus, sive Mens, non est quidē abscissus ab essentiâ Dei sed quasi diffusus & extensus sicuti Solis splendor.* Vult, sicut lumen à Sole diffunditur, sive Solis imminutione aut noxâ; sic Animas ab illa magna, absque ejus intertrimento. Diffundi autem, ut vasculum cujusque capax & admissionale est. Ita Philo Judæus: τὸν νοῦν ἀνθρώπινον εἶναι τῆς θείας καὶ δαιμονίου ψυχῆς ἀπόσπασμα ἢ ἄλλο τι τοιοῦτον: *Mentem humanam esse divinæ & beatæ Animæ particulâ, sed indivisibilē.* Et addit: οὐ γὰρ τίμιον ἴδιόν τι τοῦ θείου κατ' ἀπόρροιαν, ἀλλὰ μόνον σκιώδες): *Non enim reverà quidquid divinum est, secatur, sed dumtaxat protenditur ac dilatatur.* Hæc ita sententia veterū, & verba fortasse supra sententiam elata ac superba: quid tamen est? Adeò divina res Anima & præstabilis, ut etiam in Christianâ luce ac veritate fuerint, qui sic eam honestarint, an dehonestarint? Manichæi, Priscillianistæ, Marcionitæ, atque id genus erronum, *de propriâ Dei substantiâ Animam formabant.* Quidam Tertullianum eò trahunt, quia scripserit, in illud Lucæ: *Reddite quæ sunt Dei Deo.* Hominem igitur reddi jubet creatori, *in cujus imagine, & similitudine, & NOMINE, & MATERIA expressus est.* Ecce, *Nomine*: ergo Deus est? ecce *Materia*: ergo è Deo? Sed nempe sermones hi tales, ad normam aliorum reducendi atque examinandi sunt: & altiùs aliquid, pro re natâ, interdum dicunt, non capiendum ut dicunt. Ipse abdicat: *Intellige*, inquit, *adflatum* (ad verba Geneseos adspicit) *minorem Spiritu esse, etsi de Spiritu accidit: ut aurulam ejus, non tamen Spiritum. nam & aura vento ravior est; etsi de vento aura, non tamen ventus aura. Capit etiam imaginem Spiritus dicere flatū.* Omnio ita est. Deus aliquid Spiritu inflavit in hominem, non ipsum; similem sibi, non se fecit. Atque ita Ambrosii etiam illa mitiganda: *Animæ rationabilis substantia, divinus Spiritus est.* Minimè. sed aliquid vicinum, & multum ab eo trahens. Lactantii verbis utar, *Animam nescio quid esse Deo simile.* Quem ipsum tamen calumniosè, vir multa insignis, aspergit hac suspicione *ὁμοουσίας: quia scripserit: *Ficto corpore spiravit ei animam de vitali fonte Spiritus sui, qui est perennis.* Sunt verborum captendulæ: jam docui: abite. Multa hîc occulta aut dubia, fateor: & cum Augustino olim, *sine periculo origo Animæ latet: hactenus tamen, ut non eam particulam Dei esse credamus, sed creaturam.* Et jam vides, Stoicis *Unde sit Anima*: è cælo, à Deo, ipsam Deum. Elata & vana sunt: illa modestiora, *cognationem nobis cum Deo esse*, & magis

Cap. XII.

Quod deter. potiori insid.

IV. Adversus Marc. cap. XXVII.

Adverſ. Marc. II. cap. IX.

Lib. de Noë & arcâ. c. XXV.

* *mi-ſentia.*

Epiſt. ad Optat. Milevit. & adde de Civ. XIV. c. ult.

Digitized by Google

gis *Dei filios esse*. Aliquid, inquam, divini in nobis: & facti ejus instar ab illo patre, atque etiâ adoptati sumus. *Ego dixi Dii estis* (in Sacris) *& filii Excelsi omnes*. Quid Seneca? *Inter Deum ac bonum virum nulla necessitudo est, & similitudo.* itemque: *vir bonus vera ejus progenies*. O utilis cogitatio!

De Provid. cap. 1.

Epictet. 4. Dissert. cap. 111.

Ἐπίσης τῷ δέσμιον τοῦτο συμπαθῆσαι κατ' ἀξίαν δυνατὸν εἶναι μεγαλοφρονεῖν ὑπὸ θεοῦ παρὰ πάντα περιαγόμενον, καὶ θεὸν πατέρα ἡγεῖσθαι τὸν ἀνθρώπων καὶ τῶν θεῶν, οἴμαι ὅτι οὐδὲ ἀγεννὲς, οὐδὲ ψαινὸν, ἐνθυμηθήσεται τις ἐαυτοῦ: *Siquis huic doctrinæ affici & inhærere pro dignitate possit, quòd facti à Deo omnes primariò simus, & ille sit pater hominum simul ac Genitorum: opinor profectò, quod nihil humile aut abjectum de seipso homo cogitare aut disponere posset.* Ecce enim si Cæsar aut Rex te adoptasset, quis supercilium tuum ferret? cum autem Dei sis filius, non quæ Deo digna sunt cogitabis? *Hoc faciamus*, & ad optimum hunc finem non optimè semper dicta vertamus.

DISSERT. IX.

Ipsum itaque Animum æthereum Ignem esse, sanctum etiam Spiritum.

Nat. quæst. VII. cap. XIV.

ET primam Quæstionem jam expunximus; *Unde est*: altera excipit, *Qualis sit?* Difficilis. Nam *habere nos Animum, cujus imperio & impellimur, & revocamur, omnes fatebimur: Quid tamen si Animus ille, rector dominusque noster, non magis tibi quisquam expediat, quam Ubi sit.* Annæum nostrum audis, ignorantiam profitentem? adde Tullium. *Anima sit Animus, ignisne nescio: nec me pudet, ut istos, fateri nescire, quod nesciam.* Tale Heraclitus, in Laërtio: * Λόγῳ δὲ κρῖναι ψυχῆς οὐκ ἂν, ἐπέκεινα. οὕτω βαθὺν λόγον ἔχει: *De Animâ, omittendum, quia nemo reperietur etiam si omnem viam ineat: adeò profundam eam rationem esse.* O caliginem! ô miseriam! illud, quo cetera noscimus, ipsum nescimus. Quid tamen Stoicis visum, videamus. Seneca noster definit: *Quid est aliud Animus, quàm quodammodo se habens Spiritus?* Quod Græcè fuisse arbitror, πνεῦμα τὸ πεφυκός. Est *Spiritus*: & Latinis vox hoc insonat. *Animæ*: ὠφελεῖ τὸν ἄνεμον, qui ventus est & flatus. Placuit Tertulliano hoc istud: & *Stoicos*, inquit, *allego, qui Spiritum dicunt Animam, pænè nobiscum: quia proxima sunt Flatus Spiritui.* Nam & Christiani è Mosaicis libri πνοὴν, sive Spi-

* *Simili aliquo sensu hæc reformanda, in Græcis.*

Epist. 2. De Anima cap. V.

Digitized by Google

piritum adfirmant: etsi πνεῦμα Augustinus haud velit, & distinguit. Est igitur Spiritus, sed talis. Qualis autem? lariùs hoc Zeno & Posidonius, in Laertio: Πνεῦμα θερμὸν εἶναι τὴν ψυχὴν: *Spiritum calidum, esse Animam.* n Stobæanis: Τὸ δὲ συμφυὲς πνεῦμα ἡμῖν ἔνθερμον, ψυχὴν γένεσιν: *Congenitum nobis calidum Spiritum, censent Animam.* Duo igitur in ea, Spiritus, & Calor: quod tiam Galenus tradit: & Stoicis non aliud Animam esse quam κρᾶσιν τὴν συμμετρίαν γεγενημένην τῆς ἀερώδους καὶ πυρώδους οὐσίας: *temperiem, cum proportione constat aërea & ignea substantia.* Sane Aërem ubi esse, res iis dicebat, quia nunc reciprocamus viventes: & absque eo nec est vita. taque Varro definiebat: *Anima est Aër conceptus ore, fervefactus in pulmone, tepefactus in corde, diffusus in orpus.* Sed tamen non est is propria natura aut præcipua Animæ: sed est velut vehiculum, aut corpus purioris lius Ignis, quo hæc constat. Cicero: *Omnia vestri* (Stoici) *Balbe, solent ad Igneam naturam referre, Heraclitum, pinor, secuti: quem ipsum non omnes interpretantur uno nodo. Vos autem ita dicitis, omnem vim esse Ignem. itaque & animantes cùm calor defecerit, interire; & in omni naturâ rerum id vigere, quod caleat.* Varro prorsus Stoicè: *Animalium semen Ignis: qui Anima, & Mens. qui calor cælo, quod hic innumerabiles, & immortales ignes.* Itaque Epicharmus Ennii de Mente humanâ dicit:

Istic est de cælo sumptus ignis, isque † *Mentis est.*

Ab hac excellentia Cicero: *Zenoni Stoico Animus Ignis videtur*: quid Zenoni? etiam Hebræis vox, quâ *Hominem* appellant, *Ignem* notat. Est igitur iis Ignis, non tamen solus, sed cum hac Spiritus velut veste. Ita Trismegistus appellat, etsi subtiliùs, & aliâ quadam distinctione: Ἔνδυμα εἶναί φησι τὸν μὲν νοῦν τὴν ψυχὴν, τὴν δὲ ψυχὴν τὸ πνεῦμα: *Vestem esse Mentis quidem Animam, Animæ ipsum Spiritum.* Nec plura addo, & de cælesti isto Igne, atque ntelligente, è prioribus jam clara.

De Civit. XIV cap. XXIV.

Libro, *Quid animi mores sequantur corporis temperiem.* Apud Lactant. De opific. cap. XVII. III. De Natur. deor.

IV De L. L.

† Antiquè pro *Mens.* I. Tusc.

Cap. X.

DISSERT. X.

Animam à partu Stoicis venire: sed verius nobis à formatione fœtus.

TERTIA Quæstio, *Quando esse incipiat?* quam tamen opportunè jamantè, de Semine, profligavi aut isse i. Stoicis quidem à partu esse incipit: nec ante Homini animalis illa vita, quam Græci ζῶον quo-

Digitized by Google

que vocarunt, ἀπὸ τὸ ζέειν, *à fervore* illo Ignis. Hæc docui: quid tamen Jamblichus? monstra Stoicis affingit, si verè ex eo Stobæus. In Physic. Οἱ δὲ Στωϊκοὶ λέγουσι, ἐκ τοῦ ἐμφύεσθαι τὸν λόγον, ὑστερεῖν δὲ συναθροίζεσθαι κατὰ τοὺς ἀνθρώπους τὴν φαντασίαν, ὡσεὶ διηκοστημορίῳ ἔτει: *Stoici dicunt, non statim Rationem inseri, verùm posteà à sensibus & imaginationibus colligi, circa annum decimumquartum.* Hæc parùm fideliter adscribi arbitror, si de ipsâ Ratione capis: si de Usu ejus perfectiore, haud negem. Obscuratur enim in ipsâ infantiâ, & ut sol quidam, per nubila & nubes ægrè perrumpit. Germana eorum sententia, à partu insinuari. De opif. cap. XVII. Tangit, & spernit Lactantius: *Anima* (inquit contra Varronis datam finitionem) *non est aër ore conceptus: quia multò prius gignitur Anima, quàm concipi Aër ore possit. Non enim* POST PARTUM *insinuatur in corpus, ut quibusdam philosophis* (nempe Stoicis) *videtur, sed post conceptum protinus, cùm fœtum in utero necessitas divina* FORMAVIT. Vides illam poni & rejici; aliam suppone, quam probam censet, *post conceptum insinuari*: quando? cùm *fœtum Deus formavit.* Optimè, & Theologi nostri ita hodie censent, formatis principalibus membris, hepate, corde, cerebro, domiciliû jam Animę rationali aptû esse, & in id venire. Hieronymus: *Figurato corpore, statim creari & immitti.* Creari? ita à Deo: & exemplo Angelorum, de nihilo. In Ruffini verbis, quem ille sanctus vir oppugnat, lego plusculas sententias, compendio recitas. Adverſ. Ruff. apol. II. *De Anima, fateor me apud quamplurimos tractatorum diversa legisse. Legi quosdam, dicentes quòd parier cum corpore, per humani corporis traducem, etiam animæ diffundantur, quod puto inter Latinos Tertullianum sensisse, vel Lactantium, fortassis & nonnullos alios. An asserunt, quod formatis in utero corporibus, Deus certis diebus faciat Animas & infundat. Alii factas jam olim, id est tunc cùm omnia creavit Deus ex nihilo, nunc eas judicio suo nasci dispensetque in corpore. Hoc sentit & Origenes, & nonnulli Græcorum. Ego verò cùm hæc singula legerim, Deo teste dico, quia usque ad præsens certi & definiti aliquid de hac quæstione non teneo.* Præmitit de traduce Animâ: & Lactantium ibi numerat, falsò. Liquet ex loco, quem adduxi: & magis ex isto: De opif. cap. XIX. *Utrùm anima ex patre, an ex matre, an vero ex utroque generetur? sed ego de meo jure, ab ancipiti vindico: nihil enim ex his tribus verum est. Corpus ex corporibus nasci potest, quoniam confertur aliquid ex utroque: de Animis Anima non potest, quia ex re tenui & incomprehensibili nihil potest decedere. Itaque* SEREN DARUM *Animarum ratio* UNI AC SOLI DEO *subjacet.*

Deus

Denique cæleſti ſumus omnes ſemine oriundi,
Omnibus ille idem pater eſt:

ut ait Lucretius. Nam de mortalibus non poteſt quidquam niſi mortale generari. Falsò igitur Lactantius accenſetur: de Tertulliano, nimis verum. & licebat, Pompeium, Apollinarem, alios addere, ac verbis Hieronymi, *maximam partem Occidentalium.* Claudamus, cum eodem Lactantio: *Non à parentibus dari Animas, ſed ab uno eodemque omnium Deo Patre, qui legem rationemque naſcendi* TENET SOLUS, *ſiquidem ſolus efficit.*

DISSERT. XI.

Eam longævam, non Æternam iiſdem: neque omnes etiam, & trepide aut ambiguè loqui.

AT nos etiam in tenebris iſtis pergamus, ut ſic dicam, micare. Quarta enim Quæſtio, *Quamdiu ſit?* digna quæ tractetur: atque utinam Stoici in capitali iſtâ re veraces & recti! Tangunt tamen, & diuturnas animas faciunt, ſi non immortales. Diuturnas. & ideò concepit verba Seneca, *Quandiu ſint?* Non rogat, an ſemper ſint poſt fatum; an non ſint ἀπλῶς: ſed *quamdiu.* Hoc ita obſcurè Laërtius: τὴν ψυχὴν μὴ θνήσκειν ἐπιμένειν, μᾶλλον δὲ εἶναι: *Animam à morte permanere: mortalem tamen eſſe.* Noſter Seneca ambiguè ſæpè hic loquitur, & aliquando ad æternitatem accedit, recedit. Accedit. ut: *Cogitemus ergo, citò nos eò perventuros, quo illum* (mortuum) *perveniſſe mæremus. Et fortaſſe* (*ſi modo ſapientum vera fama eſt, recipitque nos locus aliquis*) *quem putamus periſſe, præmiſſus eſt.* Iterùm: *Dies iſte, quem tamquam extremum reformidas, æterni natalis eſt.* Alibi: *Animus æternitatis ſuæ memor, in omne, quod fuit, futurumq; eſt omnibus ſæculis, vadit.* Plura talia notes: ſed & in quibus recedit, ut: *At ego mortem diu expertus ſum. Quando? antequam naſcerer: Mors eſt, non eſſe; id quale ſit, jam ſcio. Hoc erit poſt me, quod ante me fuit.* Palàm ſentit, quod Plinius: *Omnibus à ſupremo die eadem, quæ ante primum: nec magis a morte ſenſus ullus, aut corpori, aut Animæ, quàm ante natalem.* Quem ſunt qui hoc argumento Epicuréum faciunt: vanè. Quidni enim & Seneca talis ſit? nam ille iterùm: *Mors nos in illam tranquillitatem, in qua antequam naſceremur jacuimus, reponit.* Euripides hæc ipſa:

Τὸ μὴ γένεσθαι τοῦθανεῖν ἴσον λέγω:
Non eſſe natum, & mortuum eſſe, idem puto.

In Zenone.

Epiſtola LXIII.

Epiſt. CII.

Lib. VII. cap. LV.

Ad Marc. cap. XII.

Troadib.

Denique alibi Seneca conqueritur, *Æternitatem animorum*

rum promitti magis à magnis viris, quàm probari. Audis dicentem, negantem, dubitantem? Omnia tamen in eandem viam sententiæ veniunt, à me dictæ, à Cicerone

I. Tusc. adfirmandæ. *Stoici*, inquit, *usuram nobis largiuntur, tamquam cornicibus: diu mansuros ajunt Animos, semper negant.* Quamdiu igitur? ad Ecpyrosin illam, sive Conflagrationem: cùm omnia resolvuntur, & ad initia sua revertuntur. Animæ igitur tunc omnes iterùm ad Mundi Animam, id est ad Jovem: quâ mente Æternæ aliquando dicuntur. Seneca Cordum loquentem inducit, mortuum & inter Heroas: *Nos quoque felices Animæ, & æterna sortitæ, cùm Deo visum erit iterùm ista moliri, labentibus cunctis, & ipsi parva rumæ ingentis accessio, in antiqua elementa vertemur.* Tale in Epicteto: *Deus*, inquit, *cùm necessaria tibi eripit, victum, vestem, sensus*

Consol. ad Marc. cap. ult.

III. Dis. cap. XIII. *istos, recepturus nempe canit, januam aperit, & venire te jubet.* Ποῦ; εἰς οὐδὲν δεινὸν, ἀλλ' ὅθεν ἦλθον, εἰς τὰ φίλα καὶ συγγενῆ, εἰς γῆν στοιχεῖα: Quò? non ad aliquid grave, sed ad illa è quibus ortus es, ad amica & COGNATA, ad elementa. Cognata illa & amica, intelligit maximè astra. Et sanè rarus ipse Epictetus est, aliàs sublimis, in immortalitate aut & longævitate animorum adstruenda? quid adstruendâ? vix tangendâ. Nimirum inter Stoicos ipsos controversa ea res, nec consensu recepta. Panætius, apud Ciceronem

I. Tusc. *interire Animas* arbitratur: & Laërtius aliam etiam sententiæ divisionem ostendit. Κλεάνθης μὲν, inquit, πάσας ἐπιμένειν φησὶ μέχρις ἐκπυρώσεως. Χρύσιππος δὲ τὰς τῶν σοφῶν μόνον: *Cleanthes omnes permanere ait, usque ad conflagrationem Mundi; Chrysippus, solas Sapientum.* Et Seneca, in verbis suprà, eò inclinare videtur (ad Chrysippum dico) cùm scribit, *felices Animas*

In Agricola. *æterna sortitas*: non igitur omnes. Tacitus apertius: *Si, ut sapientibus placet, non cum corpore extinguuntur magnæ animæ.* Nota magnas: minutæ igitur & fatuæ pereunt, aut non diu manent. Palàm ita Numenius, in Eusebio, de nostris: τὴν δὲ ψυχὴν γενητήν τε, καὶ φθαρτήν. ἐπεὶ δὲ καὶ τὰ σώματα ἀποθνήσκει φθορᾷ, ἀλλ' ἐπιμένει πως χρόνους κατ' ἰσότητα τὴν μὲν τῶν πονηρῶν, μίκρα τε καὶ εὐκατάλυτα τῶν τοιούτων, τὴν δὲ ἀφθόνων, καὶ τέως πως χρόνους: *Animam natam, & mortalem esse, non statim tamen interire, sed manere apud semetipsam. Sapientum quidem usque ad conflagrationem omnium: stultorum, ad breve aliquod tempus.* Imò verò genere quodam fati existimantur etiam meliores: puta, si pondere aut mole magnâ, unà cum corpore obruuntur. Seneca: *Quid interest, utrùm super aliquem vigiliarium, ruat, an unus ex*

Ep. LVII.

Digitized by Google

urris? Erunt tamen qui hanc ruinam magis timeant, quamvis utraque æque mortifera sit. Nunc me putas de Stoicis dicere, qui existimant animam hominis magno ponlere extriti, permeare non posse, & statim spargi, quia non fuerit illi exitus liber. Mira sententia, sed cui origo & irmamentum à scito, quòd anima sit corpus: itaque pati adem, quæ corpus, & affligi, ac dissipari, solvi. Alibi uper hac sententia legere haud nunc memini: nisi in Statio, qui doctè (ut multa) versibus inseruit, istis:

——*latet intus, monte soluto* Thebaid. VI.
Obrutus, ac penitus fractum obductumque cadaver
Indignantem Animam propriis non reddidit astris.

Loquitur de auri scrutatore, qui terras & colles subit, arumque subito lapsu obruitur: nec animam potest ad idera emittere, pressam sic & obtritam. Veteres & nori Scholiastæ silent. An non simile autem in Aquis, ubi profundo mersantur? Servius dicat in Virgilium: cum nstante naufragio, *Ingemit Æneas: non propter mor-* I. Aen.
em, inquit, *sed propter mortis genus. grave est enim, ecundùm Homerum, perire naufragio, quia Anima est gnea, & exstingui videtur in mari.* Quod idem Synejus notat, & Homeri versum adducit:

Αἴας δ' ἐξαπόλωλεν, ἐπεὶ πίεν ἅλμυρον ὕδωρ: III. Epist.
Aiax disperiit, postquam bibit æquoris undam.

Quasi planè ab Anima etiam periisset: argumento tamen arùm firmo. Seneca in eódem adspexisse videtur, ubi evitiam Caii exagitat, qui morituris os pannis consciliis arciebat: *Quæ ista sævitia*, inquit, *est? liceat ultimum* II De Ira, cap. XIX.
piritum tradere (sic lego:) *da exituræ Animæ locum.* ed populariter ea dicuntur: ipse diversum sentit, & Stoicos adeò suos hìc damnat. Nam relatâ sententiâ illâ, le Obtritione, addit: *Qui hoc dicunt, videntur mihi erra-* Ep. LVII.
e. Quemadmodum flamma non potest opprimi: nam circa d diffugit, quo urgetur: quemadmodum aër verbere aut ctu non læditur nec scinditur quidem: sic Animus, qui ex enuissimo constat, deprehendi non potest, nec intra corpus ffligi: sed beneficio subtilitatis suæ, per ipsa quibus affligi- Ineptiæ, delira.
ur, erumpit. Hæc veriora, quàm priores illæ * λαμπάδες. ed heus, incidit malè omissum, ex Dionysio Halicarnasæo: quem, vel hoc argumento, Stoę vindicabo. Ait su- Lib. VIII.
er eo scito, in sua persona, ubi de Marcio Coriolano inleliciter exstincto: *Si igitur soluta corpore Anima etiam inerit, haud video quomodo beatos dicam, qui nullo ex virtute ructu, ob ipsam etiam pereunt.* Tum addit membrum alterum: Εἰ δὲ ἀφθαρῆναι μὲχρὶ τοῦ παῖδος τυγχάνουσιν αἱ ψυχαὶ ἡμῶν, ἴσως, καθάπερ οἴονται τινες, καὶ χρόνου τοῦ ἀπαλλαγὴν ποιοῦσι τῶν σωμά-

Digitized by Google

σωμάτων, τὸ λοιμόνιον, μύσιον μὲν ἀπὸ τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν διὰ χείρων δὲ ἀπὸ τῶν κακῶν, ἀποχρώσας τιμὴ φαίνεται ἀν τοῖς ἀρίστοις ἔσεσθαι: *Sin autē incorruptibiles in perpetuū Animæ, ut quidā cenſent; aut tempus aliquod, poſt ſolutionem corporum, permanent: longiſſimum quidem, bonorum virorum; breviſſimum, malorum: ſufficiens honos habeatur Virtutis cultoribus.* Stoicis igitur manet ſic Anima; ubi, & quid faciat, mox docebo.

DISSERT. XII.

De migratione Animarum in corpora. Plures id ſenſiſſe, non tamen Stoicos.

NAm Senecæ ordinem inſiſto, & Quæſtio quinta excipit, *An aliunde aliò tranſeat, & domicilium mutet?* Si manet, inquit: an ſi fortè, cum Pythagoricis, de corpore in corpus migrat? Eodem ſenſu quærit alibi: *Ego neſciam, unde deſcenderim? ſemel hæc mihi videnda ſint, aut ſæpe?* Sæpè enim; ſi reditus eſt, & ut Tertullianus appellat, *recidivatus animarum.* Et Pythagoréos, imò & Platonicos ſic ſenſiſſe, decantatum eſt: an & Stoicos addit Volunt aliqui veterum, ut Lactantius: *Supereſſe Animas poſt mortem, Pythagorici & Stoici dixerunt: eaſque non naſci, ſed inſinuari in corpora, & de aliis in alia migrare.* Item Damaſcenus: *Stoici corpus occidere, animum autem in corpore in corpus migrare volunt.* Tamen hæc aſſertio mihi anceps, & apud idoneos auctores tale nihil, imò contra, lego. Nam Animæ illis ad cælos abeunt, & ſociantur aſtris, mox videndum. De remigratione, nuſquam verbum: niſi ſi hoc intelligunt, ex eâdem Universi Animâ iterùm alias Animas fieri, & ſic orbe quodam immitti: imò eaſdem etiam, poſt Mundi innovationem. Sed longè hæc ab illâ Pythagoricâ μετεμψυχώσει: quæ eſt de corpore in corpus tranſitio, & cur non Latinè *Tranſmigratio*? De quâ & Platonici multa, vulgata aut obvia: quid veteres noſtri Galli? in eodem ſenſu fuerunt. An à Pythagorâ Druides hauſerint, neſcio; an potiùs ipſe ab illis: nam auctores habeo, *Gallos eum audiſſe & Brachmanas.* Gallorum quidem hoc dogma. Cæſar: *Non interire Animas, ſed ab aliis poſt mortem tranſire ad alios.* Lucanus ad ipſos Druidas:

Epiſt. LXV.

Lib. III. cap. XVIII.

De Hæreſ.

Clem. I. Strom. Lib. VI.

Lib. I.

—— *vobis auctoribus, umbræ*
Non tacitas Erebi ſedes, Ditiſque profundi
Pallida regna petunt: regit idem ſpiritus artus
Orbe alio, longæ, canitis ſi cognita, vitæ.

Sol

ed & Germanis adscribit Appianus: Τὸ ἔθνος ἄγχιστοι, ἡ τολμηρότατοι, καὶ θανάτου καταφρονηταί, δι' ἀπλότητα καὶ εὐηθείαν: *Moribus feri, audaciâ promptissimi sunt, mortis contemptores, ob spem secundæ iterum vitæ.* Januus Cæsar, etiam Getis: quibus Xamolxim, *qui apud s colitur, hanc opinionem insevisse* scribit. Itaque iidem itę prodigi, οὐκ ἀπολλύναι, ἀλλὰ μεταοικίζειν νομίζοντες: *m mori, sed migrare se existimantes.* Simile novelli aliuot Indi. Quin Judæi posteriores hoc errore perfusi: uod Justinus Martyr notat, & Thalmudistæ profitenir. A quâ causâ in Sacris nostris libris opinati scribunir, *Christum esse aut Ieremiam, aut Eliam.* Ipsi Chriiani aliqui sic dementiverunt, Carpocrates, & Origies: etsi iste magis ad Platonicos ascensus, & descensus, rit. Sed ne Stoica omittamus, ad illa eamus. In Celtico. In Cæsaribus. In Dialogo.

DISSERT. XIII.

Animam corpus Stoicis esse, itemque Tertulliano.

QUÆREBAT enim sexto loco Seneca, *Utrùm corpus sit, an non sit?* Omnino est ipsi, & Stoicis: est nim Spiritus. Laërtius: Ψυχὴν πνεῦμα εἶναι, διὸ καὶ σῶμα εἶναι: *Animam Spiritum, ergo & corpus esse.* Sed, ut hrysippus ait, ἀραιότερον καὶ λεπτομερέστερον, *rariore & tenuiore filo*: adeò *ut præ ipsa tenuitate* (Tertulliani vera) *de fide corporalitatis periclitetur.* Est tamèn. & ipse lle doctus Afer (in multis Stoicus) ita non sentit sòm sed prodit & propugnat. Ipsum, si vis vide, & Stoiorum (eos nominatim allegat) exposita argumenta. Hoc ita soli Stoici & Epicurei, præter auctores veteum sectarum, quibus incorporea visa: etiam Pythagoę, ut Plutarchus ait, etsi discipuli ejus, qui *Aërem liquid* statuebant, corpus fecerunt. Non tamen omnes: & *Sextus pater ac filius* (Senecæ laudati, & Italicæ ilius sectæ) *hanc super omni Animâ tulere sententiam: Incorporalis, inquiunt, omnis est Anima, & illocalis atque ndeprehensa vis quædam, quæ fine spatio capax, corpus aurit & continet.* Ista in Claudiano Mamerto legas, qui res de Animæ statu libros scripsit, dici non potest, quàm eruditos, elegantes, & subtiles. Veteres omnes n hoc tractatu æquat, aut vincit. Et est reverà incorporea anima: ac Stoicos jamolim refutavit Plotinus, in scripto: Ὅτι οὐ δυνατὸν σωματικὴν εἶναι τὴν ψυχήν: *Quod non possit corporea esse Anima*: cujus excerpta plusula in Eusebio habes. At dices. Si corpus Stoicis, qua Apud Plut. De Pugnis. Plutarch. IV. De Plac. c. II. & III. Lib. I. cap. IX.

Digitized by Google

figurâ igitur aut circumscriptione? Per se quidem sphæricâ, opinior, quæ Mundi est, & astrorum: atque ipsa delibata ex astris. In corpore autem, figuram scilicet ejus sequitur, cujus membra omnia implet. Ideò Tertullianus universè Humanam ei formam adsignat: *Effigiem*, inquiens, *Animæ non aliam præter humanam; & quidem ejus corporis, quod unaquæque circumtulit.* Nota, circumtulit: ergo & post mortem talis. Caussam etiam addit: *Recogita enim cùm Deus sufflasset in faciem hominis flatum vitæ; totum utique per faciem statim flatum illum in interiora transmissum, simulque divinâ aspiratione densatum, omni intus lineâ expressum esse, quam densatus impleverat, & velut in formâ gelasse. Inde igitur & corpulentia Anima ex densatione solidata est, & effigies expressione formata.* Quod ad caussam; tota est Stoica, & frigus, gelationem, densationem miscet, corpoream Animæ formandæ, & efformandæ.

De Anima cap. 12.

DISSERT. XIV.

Ubi Anima separata? & quid agat? In Luna orbe, aut circa esse, ac contemplari.

SED illa è * superioribus lucem suam, si attendisti, habent: si non, actum non ago, & æstu isto disputationum evolvere me pergo. Erat enim septima, *Quid futurus sit Animus, cùm per nos facere aliquid desierit?* Sententia est, Quid faciet Animus, solutus & à nobis liber? Duo hic videnda: & Ubi sit, & Quâ sorte aut occupatione. Ubi? quærit hoc ipsum alibi Seneca, & avet discere: *Nesciam quo hinc iturus sim? quæ sedes exspectet Animam solutam legibus servitutis humanæ?* Dicam ego hoc tibi, è patris tui libris? Apud eum Arellius Fuscus: *Animus divinâ origine haustus, cui nec senectus ulla, nec mors, onerosi corporis vinculis exsolutus, ad sedes suas & cognata sidera recurrit.* Dicam è tuis? *Reverti eo unde veneris, quid grave est?* Atqui venimus (antè doctum) è cælo. Ideò Manilius:

* Lib. 11 Dissert. 14.

Epist. Lxv.

Suasor. VI.

De Tranquill. c. 11.

An dubium est, habitare Deum sub pectore nostro,
In cælumque redire Animas, cæloque venire?

Tamen distinctiùs paullò hoc dicendum est, ex Stoicorum scitis: quæ Tertullianus propagavit. *Apud Platonem*, inquit, *in Æthere sublimantur Animæ sapientes; apud Arium, in Aëre; apud Stoicos, sub Lunam.* Vide. Plato altiùs tollit in ipsum Æthera, & inter sidera locat: Stoici, modestiùs, juxta illum, & proximè à Luna.

De Animâ cap. Liv.

Ergo

Digitized by Google

rgo cum Ario, in Aëre, sed supremo. Iterùm Tertullianus: *In Æthere dormitio nostra, cum Platone; aut circa Lunam, cum Endymionibus Stoicorum.* Ridet scitè. sed etiam Cicero hanc sententiam expressit, ut Stoicam: *Necesse est Animus, quo nihil est velocius, ita feratur, ut penetret & dividat omne cælum hoc, in quo nubes, imbres venti-que coguntur. quam regionem cùm superavit Animus, naturam quis suis similem contigit, & agnovit: junctus ex anima tenui, & ex ardore Solis temperato, ignibus insistit, & finem ulteriùs efferendi se facit. Cùm enim sui similem & levitatem & calorem adeptus est, tamquam paribus examinatus ponderibus, nullam in partem movetur: eaque ei demum naturalis est sedes, cùm ad sui simile penetravit. in quo nullâ re gens, alitur & sustentabitur isdem rebus, quibus astra sustentantur & aluntur.* Palam dicit, regionem turbidâ Aeris permeare, in superiore sistere, cùm naturæ simili, id est Ætheri (cujus à Lunâ initium) appropinquat, aut est mixtus. Lucanus pariter: I. Tuscul.

Quodque patet terras inter, cælique; meatus, Lib. IX.
Semidei manes habitant: quos ignea Virtus
Innocuos vitâ, patientes ÆTHERIS IMI
Fecit, & æternos Animam collegit in orbes.

In *Æthere imo* ponit, circa Lunam: nec omnes, sed virtute præstantes. Plinius ab hac mente: *Sed & tu pater Trajane, si non sidera, proximam tamen sideribus obtines sedem.* Adulatio Principes ipsos, sed consecratos, superiori cœlo, & inter Deos, asserebat: at tu, inquit, Principis nostri pater, inter Heroas agis & Sapientum animas, juxta sidera, & in aëre illo supremo: aut & ipso Ætheri, sed imo. Ab hac mente fortasse, quòd Lunæ populos suos quidam etiã è Stoicis dabant: de quo * antè memini dixisse. Sed observa, de Sapientum Animis hæc dici tantum: de stultorum & rudium, alia sententia est, quam Tertulliano item ferimus acceptam. Nam cùm in prioribus verbis ediderit, *Sapientes Animas* ad Lunam evehi: addit: *Quos quidem* (Stoicos) miror, quod *Imprudentes Animas circa terram prosternant, cùm illas à Sapientibus, multo superioribus, erudiri affirment.* Dogma igitur. Sapientum attolli, vulgarium versari & volvi circa terram; donec ab illis Sapientibus edoctæ, & vitiis purgatæ, item subvolarent. Non alibi legi, de Stoicis quidem: etsi Platonis similes ascensus & graous scio, sed non cum hac disciplina. Quam idem ille Afer naso suspendit: & *Ubi*, inquit, *erit Scholæ regio, in tanta distantia diversoriorum? qua ratione discipulæ ad magistras conventabunt, tanto discrime invicem abstractæ? Quis autem illis postumæ eruditionis usus* In Paneg. Lib. II. supra Diss. XII.

ac

ac fructus, jamiam conflagratione perituris? In Senecâ nostro hæc discrimina non sic reperio: unum locum,
Cap. XXV. ubi leviter tangit. Ait ad Marciam: *Integer ille, nihilq; in terris relinquens,* PAULLUMQUE SUPRA NOS COMMORATUS, DUM EXPURGAT INHÆRENTIA *vitia, situmque omnis mortalis ævi excutit, deinde ad* EXCELSA *sublatus, inter felices currit Animas: excipitque illum cætus sacer, Scipiones, Catonesque. Pater tuus* (Cremutius Cordus) *Marcia, illic nepotem suum applicat sibi, &* VICINORUM SIDERUM *meatus docet.* Examinata enim huc faciunt: & purgari in imo aëre, quippe adhuc adolescentem, nec plenæ Sapientiæ) filium ostendit: tum ascendere, & *vicinum sideribus* (non inter ipsa) fieri ac ferri. Alibi non sic exactè, & Diis ipsis miscere videatur. Ut in epistolâ quâdam: *Cùm venerit dies ille, qui mixtum hoc divini humanique secernat; corpus hoc ubi inveni relinquam, ipse me* DIIS *reddam* Iterumque alibi, indefinitè vel ambiguè, quod ad locum: *Fruitur nunc*
Ad Polyb. c. XXVIII. (frater tuus mortuus) *aperto & libero cælo: ex humili atque depresso in eum emicuit locum,* QUISQUIS ILLE EST, *qui solutas vinculis Animas beato recipit sinu: & nunc liberè vagatur, & omnia rerum Naturæ bona, cum summa voluptate, perspicit.* Ubi postremis etiam verbis vides, quid censuerint egisse Animas, sic in excelso sitas. Nimirum contemplatione (suaviſſimo pastu Animorum) se occupasse & oblectasse; ac supera ex vicino, & ima ex
Ad Marciam, cap. XXV. alto, lustrasse ac pervidisse. Itaque *in arcana Naturæ penetrat* (ut Seneca alibi) *& scrutatur cælestium causas, & in profunda terrarum permittere aciem juvat.* Sed ibidem profectò, *sideribus intermiscet*, & in *cælesti arce* collocat, sicut & in epistolâ CII extremâ: quod Platonicum magis, quàm Stoicum scito. Nam *illi* pandebant ipsum Æthera sapientibus: & in via adeò lactea collocabant. Sed & hi sua discrimina sedium habebant, & quasdam magis imas: non nostro instituto nunc referendas. Plutarchus, *De facie in orbe Lunæ*, sub finem; Macrobius in Scipionis Somnium, Stobæanæ utræque Eclogæ, & ipse Plato, ubertim suppeditabunt cupienti. Absolvi hoc Septimum spatium, pergo. AVD. Imò siste, & hoc addoce. Sapientum si in felicibus altisque locis: quid Insipientium, nihil iis pœnæ aut mulctæ? Si superi, nulli inferi sunt? LIPS. Jam dixi, purgari, & erudiri: sed de Incipientibus aut bonæ spei & profectus hoc acceperim: de pessimis, quæ ratio est? Pereant, aut certè vapulent. Tertullianus, de Stoicis: *Reliquas Animas* (non eruditas, aut erudien-

das)

Digitized by Google

is) *ad inferos dejiciunt.* Lactantius : *Esse inferos Zeno* Cap. XIV.
toicus docuit, & sedes piorum ab impiis esse discretas: & Lib. VII.
los quidem, quietas ac delectabiles incolere regiones; cap. VII.
s vero luere pœnas in tenebrosis locis, atque in cœno vora-
inibus horrendis. Seneca noster aliquid tangit : *Cùm de* Epistolâ
nimarum immortalitate loquimur, non leve momentum CXVII.
uod nos habet Consensus hominum, aut timentium inferos,
ut colentium. Utor hac persuasione publicâ. Publica, sed
on propriâ tamen: & ipse abdicat ac spernit. Ut ad Mar- Cap. XIX.
iam : *Illa quæ nobis inferos faciunt terribiles, fabula est.*
Iullas scimus imminere mortuis tenebras, nec carcerem,
ec flagrantia igne, nec oblivionis amnem, nec tribunalia,
ec reos. Luserunt ista poetæ, & vanis nos agitavêre ter-
roribus. Mors omnium dolorum & solutio est, & finis:
tra quam mala nostra non exeunt. Idem Epictetus: *Nul-* III. Dis-
us Orcus est, nullus Acheron, nullus Cocytus, nullus sert cap.
yriphlegethon sed, omnia plena sunt Deorum & Geniorum. XIII.
At cùm isti sic negant, imò pernegant; an dissentiunt
capite suo Zenone? Non arbitror : neque Zenonem
liud sensisse, quàm circa terram in cœno & sordibus vo-
utari, contrarum naturæ igneæ, atque hos inferos esse.
Lactantii verba inspecta hoc dicent. Tamen mirum, &
obis notandum est, plerosque omnes veterum, imò ple-
asque omnes gentium, aliquid de Inferis scriptione, aut
pinatione, libasse. Trismegistus apertè, in his quæ ex-
tant, insperst : & de eo Tertullianus. *Mercurius Ægy-*
tius dicit, Animam digressam à corpore, non refundi in Cap. X. &
Animam universi, sed manere determinatam, uti rationem, in Stobæ-
nquit, patri reddat eorum, quæ in corpore gesserit. Pla- anis.
onem omitto : res nota est: Indos & Brachmanas illi
iddo, quos Strabo scribit eadem ferè Platoni, περὶ τε Lib. XIV.
ἀθανασίας ψυχῆς, καὶ τῶν μετὰ ἄδου κρίσεων, *de immortali-*
tate Animæ, & de judiciis apud inferos sensisse. Et verè
Empiricus, *De inferis, sicut de Diis, omnes homines ha-*
bere communem notionem.

DISSERT. XV.

De Reminiscentiâ Animæ, aut Memoriâ, cùm à Corpore abivit.

METAM video, imò jam tango. & ultima quæstio, *An oblivisca tur priorum, & illic nosse se incipiat, post-quam de corpore abductus in sublime secessit?* Nihil hic de

Digitized by Google

de Reminiscentiâ Platonis, quæ in terris locum habet: sed dubitatio est de sublimi jam Animâ: an illic memoriam priorum habeat; an in se adquiescat, oblita priorum? Definité super eâ re nihil repperi: in Seneca tamen: ad Marciam, *agnitio aliorum* ponitur, & quòd *cætus sacer, Scipiones, Catonesque, Cremutium excipient; ipse suum nepotem.* Sed idem, alibi, eadem omnia fore *quæ ante Natalem*, non semel dixit: ergo ignorantia aut oblivio vilium istarum rerum & cura ac meditatio meliorum. Testimonia igitur ambigua sunt, aut deficiunt: rationem si vides, credam pro aiente parte esse, id est, reminisci & scire. Si enim ab Animâ mundi huc avulsæ venerunt, atque ea omniscia; retinent in ipso corpore notiones eas & scintillas: atque ita Plato μαθήσεις ἀναμνήσεις haud absurdè dixit: *Discentias* (cum Tertulliano vertam) *reminiscentias esse.* Quidni igitur eadē divinitas & scientia post corpus? Nec facit, si viles curas dicas: cogitant tali, non jam curant, & suis quæque pretiis pendunt. Ad summam, Stoicos non alienos ab hac sententia fuisse, Julius Firmicus mihi adsuadet, fidus eorum assecla & satelles. *Animus*, inquit, *suæ originis ac seminis constantiam retinens, omnia quæ difficilia atque ardua putantur, facile arcanæ mentis investigatione consequitur. Quis in cælo iter maris vidit? quis attritu lapidum scintillam latentis ignis excussit? quis potestates cognovit herbarum? cui se tota natura Divinitatis ostendit, & prodidit, nisi Animo, qui ex cælesti est igne profectus? Ipse computos tradidit, ipse Solis ac Lunæ, ac stellarum cursus, regressus, stationes, societates, augmenta, ortus occasusque monstravit: & in fragilitate terreni corporis constitutus, brevi majestatis suæ* RECORDATIONE, *hæc omnia ut traderet,* NON DIDICIT, SED AGNOVIT. Vides Platonica hæc esse: nec ego video quid (posito illo principio originis) possit obduci. Meminisse igitur priorum concludamus, & sine seniuum aut instrumentorum operâ scire. Dionysius Halicarnassæus etiam curare nos & nostra Animas facit, atque adeò vota suscipere pro nobis. Εἴ τις ἀνθρώπων ἀνθρωπίνας ψυχὰς, ἀπολυθείσας τῶν σωμάτων, ὑποδέξεται τόπος, οὐχ ὁ κατὰ χθόνιος καὶ ἀφιγγὴς ὑποδέξεται τὴν ἐμὴν, οὐδὲ λειόμβροτος λήθης πεδίον, ἀλλ' ὁ μεθίων καὶ κατὰ τὸν ἀέρα, ὃν ἡ τῶν ὅλων θεῶν φύσις εἰκῇ λόγῳ. εἰς ἀφροσύνου τοῦτο διάνοιαν, καὶ τὰς σὰς χρείας, εἰς αὐτὴν σώσασας, ἀεὶ ἵλεως εὐήκοός σοι ἔσομαι θεῶν ἀμοιβὰς καλάς: *Siquis locus Animas corpore solutas excipiat; non ille subterraneus aut caligino-meam capiet, nec Oblivionis qui dicitur campus, sed ille sublimis & purus Æther, in quo Deorum*

Cap. XXV.

De Anima cap. XXIII.

Lib. 1. Astron.

Digitized by Google

ios & Heroas ponunt. quibus illa pietatem tuam renuncia-
uit, & gratiam sibi honoremque habitum, proque iis sem-
per à Diis petet mercedem tibi & præclara præmia. Quæ
postrema, quis abnuet ad scita religionis nostræ esse? Nec
ultra insisto, quia Senecæ hæc alibi intacta.

DISSERT. XVI.

Divisio Animæ Varronis, & ea breviter explicata.

FINIVI etiam Quæstiones super Animo, quas ipse proposuit: alia pauca, magis illustrando, dicam. Animus etsi uniforme quid & simplex est, tamen *Partes* (sic Stoici & Platonici appellant;) sive *Facultates* (δυνάμεις Aristoteli;) sive, ut scitè Varro (quid autem ille non sci- De Civit. Dei VII. c XXIII.
e?) *Gradus* distinctos quosdam habet. Hos alii atque alii
liter dividunt: Varro hoc modo. Digna enim verba
jus dari, quæ Hipponis antistes libris suis consigna-
it, & conservavit. *Varro in libris, de Diis, selectis,*
res esse affirmat Animæ Gradus, in omni universaque
Natura. *Unum, qui omnes partes corporis, quæ vivunt,*
ranſit, & non habet Sensum sed tantùm ad Vivendum * potentiam
valitudinem. Hanc vim in nostro corpore permanare dicit
ad ossa, vngues, capillos: sicut in Mundo arbores sine Sensu
luntur, & crescunt, & modo quodam suo vivunt. Secun-
dum Gradum dicit, in quo est Sensus. hanc vim pervenire
in Oculos, Aures, Nares, Os, Tactum. Tertium Gradum A-
nimæ esse summum, qui vocatur Animus, in quo Intelligen-
tia præeminet: hoc, præter Hominem, omnes carere mor-
tales. In quâ, quoniam homines Deo videntur esse similes;
hanc partem Animæ Mundi, dicit Deum, in nobis autem
Genium vocari. Sic ergo & Animâ Mundi, tres gradus in-
stituens, unam ejus partem dicit esse Lapides & Ligna, &
hanc Terram quam videmus, quò non permanat Sensus:
ut ossa, & ungues Dei. Solem verò Lunam, stellas, quæ
sentimus, quibusque ipse sentit, quæ pervenit in astra,
facere Deos. & per eam quod in Terram permanat, Deam
Tellurem; quod autem in mare atque Oceanum, Deum
esse Neptunum. Pulchra ista, pro veteri philosophia: & quæ talia meritò desiderium suscitant scriptorum Varronis, quæ pessimo publico perierunt. Sed lustremus, & adeamus. *Gradus* appellat, à præstantia; & quia alia facultas aliam, quasi ascensu quodam, excedit. *Partes*

Digitized by Google

tes qui dicunt, parùm proprie loqui videntur, quia *Pars est, quæ subjecto, forma, & functione ab alia parte differt:* Porphyr. apud Stob. *at Facultas in eodem subjecto est, & plures esse possunt, quantitate tamen non discretæ. Sicut pomi facultates omnes in uno cernuntur; partes aliæ alibi exsistunt.* At excusantur qui sic locuti, quia etsi *per se quidem Anima partibus careat, tamen corpori partibus constanti est mista, ac varias ejus partes variis functionibus occupat, & eo respectu Partes habet. Neque enim eadem functio caput tenet, & pectus, & jecur.* Sed his omissis, Varro igitur tres Gradus fecit: Peripateticorum etiam ritu. Unum *Vitæ* tantùm, quem θρεπτικὸν Græci, *Alentem* Plinius, hodie *Vegetantem* dicunt. Hunc ipsum *in Mundo* (melius fortasse *Mundi*, vel *Mundano*, nempe corpore) ponit: & arbores, plantas, ac talia includit. Nam perseverat in hac comparatione Animæ Mundi, cùm Animâ Hominis, & utrobique paria ostendit. Tertius autem Gradus Animæ, inquit, *est summus, qui Animus vocatur.* Notemus discrimen inter Animam, & Animum, quod fere prisci Latinis fuit. Nam illa est, quâ vivimus, ac sentimus: ille, quo intelligimus sapimusque. Itaque bestiis haud temerè veteres dabant. Attius apud Nonium:

Sapimus Animo, fruimur Anima: sine Animo Anima est debilis.

Distinguunt & Epicurei, ac Lucretius pulchrè Animum velut *pupulam oculi*, id est Animæ, facit. Ipsum hoc Philo: Ἀνθρώπῳ τὸν ἐξαίρετον ἐδωρήσατο, ψυχὴν πρὸς ψυχὴν, καθάπερ κόρην ὀφθαλμοῦ: *Homini Animum eximium dedit, aliam Animæ animam, & velut pupulam in oculo.* Lib. III. De opific. Mundi. Est quod Homerus (ut Plato notat) ψυχῆς κέαρ dixit, cor Animæ: sicut Latini *Mentem Animi* sæpè, & sæpissimè *Mentem*, Græcum illud νοῦν exprimentes. Lactantius: *Non est idem Mens & Anima. aliud est enim quo vivimus, aliud quo cogitamus.* Sed pergit Varro, isto Animo *omnes carere mortales*: intellige, brutas Animantes. Amplius, hunc Animum in Mundi Animâ, Deum esse & dici: *in nobis, Genium.* De *Genio* isto in * Manuductione, si memoriâ tenes, adfatim à nobis dictum, & Varronis hunc locum junge. Reliqua in Varronianis lucem à se habent. In Theæteto. Lib. VII. * Lib. II. Dissert. XIX.

Digitized by Google

DISSERT. XVII.

Alia Stoicorum divisio uberior, itemque Senecæ, utraque explicata.

AT verò Stoici aliter & plenius multò dividunt: quorum sententias (nam & inter se leviter differunt) quia Tertullianus summatim rettulit, ejus verba audies, cum nostram interpretationem. Ait: *Dividitur Anima in partes, nunc in duas à Platone, nunc in tres à Zenone, nunc in quinque & in sex à Panætio, & in septem à Soræno, nunc in octo penes Chrysippum; etiam in novem penes Apollophanem, sed & in decem apud quosdam Stoicorum, & in duas ampliùs apud Posidonium, qui à duobus exorsus tituit, Principali quod ajunt ἡγεμονικὸν, & Rationali quod dunt λογικὸν, in duodecim exinde prosecuit. Ita in alias ex liis Species dividunt Animam. Hujusmodi autem non am Partes Animæ sunt, quam Vires, & efficaciæ, & Ope æ: sicut de * quibusdam & Aristoteles judicavit.* Semina ides, quæ in multam & uberem messem surgant, si colere beat & evocare. Levi manu fiat, & quâ utile nobis aut pus. Primùm, *dividitur à Platone in duas.*] Etiam in tres reberrimè: sed Plutarchus utrumque dicet, quî fiat. *ythagoras & Plato, summaria quadam ratione Animam atuunt bipertitam, Rationalem & Irrationalem: at prestius & accuratius, tripertitam. nam Irrationalem illam erum dividunt in Irascentem & Concupiscentem.* Addit, *in tres à Zenone.*] Doctissimus Pamelius ambigit an on *à Varrone*, nam Stoici, inquit, octo eas fecerunt. Quod verum est in Physica illa, ut sic dicam, & pro natura tota Animæ, divisione: at ubi Moras res præ manu, tres etiam partes faciebant cum Plaone, *Rationalem, Irascentem sive Animosam, & Concupiscentem.* E Senecâ mox videbis. Porrò, *in quinque & in sex à Panætio.*] Idem Pamelius, ambigit an non vox efiat, scribendumque *in quinque ab Aristotele.* Et fatebr nunc interim sic divisisse: sed quis de Panætio firmiter tiam abnuat, cujus scripta non exstant? Potuit in vaiis libris variasse, & modò quinque, aliquo adspectu ut caussa, modò sex posuisse. De senario numero, st in Nemesii Antistitis libello De Animâ: *Zeno toicus*, inquit, *octonarum partium Animam esse censet, artiens eam in Principem facultatem* (τὸ ἡγεμονικὸν) *in*

De Anima cap. XIV.

Vegetante. Sentiente. Rationali.

IV. De Placit. c. IV.

Cap. XV.

quin-

Digitized by Google

quinque Sensus, & Vocis mittendæ, Procreandique vim. Panætius (malè editur *Panætus*) *philosophus edendæ vocis facultatem, motionis ejus quâ per se Animalia ciemur, partem esse vult: & quidem rectissimè. Procreatricem verò, non Animæ, sed Naturæ partem.* Duas ergo de octo tollit, sex reliquit. Pergit Tertullianus, *in septem à Serano.*] Nihil ultrà scio, aut legi. *In octo penes Chrysippum.*] Imò & Zenonem, ut suprà Nemesius, & communiter omnes Stoicos. Laërtius: Μέρη δὲ τῆς ψυχῆς λέγουσιν ὀκτώ. τάς τε πέντε αἰσθήσεις, καὶ τὸ ἡμῖν ἐπιμαρτυρεῖν, καὶ τὸ φωνητικὸν, καὶ τὸ λογικόν.: *Partes Animæ octo dicunt, quinque Sensus, Seminalem in nobis vim, Vocalem, & Ratiocinantem.* Varro, ut solet, Stoicè: *Anima divisa in octonas partes. quinque quibus sentimus, sextam quâ cogitamus, septimam quâ progeneramus, octavam qua vocem emittimus.* Cogitandi verbo in λογικῇ utitur: quia propriè Latinis *Cogitare* est plura in unum cogere & velut ratiocinari: & *Cogitatio* λόγισις, non solum νόημα. Amplius, *In decem apud quosdam Stoicorum.*] Quos credo addidisse, *Alendi & Movendi vim.* Denique *in duas amplius apud Posidonium.*] Quæ illi, nescio: suspicor tamen addisse *Irascentem, & Concupiscentem*: atque ita ad eum numerum veniisse. In Seneca notio divisio est nulli harum consona, sed miscella. Ad Lucilium suum: *Inter me teque conveniat, in Animo esse partes ministras, per quas Movemur, Alimurque, propter ipsum Principale nobis datas. In hoc Principali est aliquid Irrationale, & Rationale. Illud huic servit.* Et post pauca: *Irrationalis pars Animi duas habet partes. alteram animosam, ambitiosam, impotentem, positam in Affectionibus; alteram humilem, languidam, Voluptatibus deditam.* Ecce septem hæ sunt partes, *Movendi, Alendi, Ratiocinandi: tum Rationalis, Irrationalis:* iterumque sub istâ, *Irascens, Cupiensque.* Sed quid ita duas partes ministras nominat, *Movendi, & Alendi*: Non est Stoicum: atque adeò in octona illa divisione neutra harum inserta. Sed credo alios, ut tetigi, fecisse: & Seneca obiter nunc, & ut in exemplum nominat, aliis omissis. Cur autem Stoici non inseruerint, puto factum, quòd Naturæ istas & viribus Seminis tribuebant, ab Animo abjungebant. *Ministra* autem partes benè in bonis libris scribuntur, non *mistæ*: quia, ut ait, ob ipsum Principale sunt datæ. Ita Stoici, apud Stobæum: Τὸ ἡγεμονικὸν ἔχουσιν οὕτως χώραν ἔχειν. τὰ δὲ ἄλλα μέρη ὑπηρετικὴν τάξιν ἀπεδίδοσαν: *Principali imperantis vice fungi, reliquas in ministri loco quasdam ducebant.* Est deinde in Senecâ, alteram partem *Affectibus deditam*: intelligit τὸ θυμικὸν *Animosum illud &*

VIII. De Ling. Lat.

Epist. XCII

Irra-

Irritabile, quod aliter τὸ παθητικὸν, Græci dicunt, *in Affectionibus positum*, ut noster expressit. Facit & alteram, *Voluptatibus deditam*: τὸ ἐπιθυμητικὸν scilicet quod *Concupiscens* nominamus. Sed notæ utriusque bellæ: una, inquit, *animosa*, *impotens est*; altera *humilis*, *languida*. Philo Judæus scita imagine hoc illustret. *In Animâ nostrâ*, ait, *Equi sunt*, & *Auriga vel Adscensor*. *Equi duo*, *Irascens & Concupiscens*: *ille velut mas*, *hæc fœmina*. *Ille gestiens*, *solutus & liber esse vult*; *iste servilis*, *humilis*, *vafritiæ gaudens*, *domi desidet & pascitur*, *sed & pascit devoratque*. (Græce hoc argutè, ἱππόσιλον, καὶ ἡνιοχόβορον.) *Auriga autem Animus est*, *si Prudentiam quidem & Rationem audit*: *si non audit*, *Adscensor tantùm sive* ἀναβάτης. Pulchrè sanè. Si equos hos duos regimus, & Rationis fræno domamus; Aurigæ sumus, digni hoc nomine, & per rectam viam ad optimum Finem imus: sin aliter, Adscensores tantùm. sedemus in vehiculo, sed imperiti regere, & De Agricultura.

Fertur equis auriga, neque audit currus habenas.

DISSERT. XVIII.

Principale Animæ Quid, & Ubi sit? in Corde Stoicis poni.

ABSOLVI de Partibus: nisi quòd explicatius aliquid de ἡγεμονικῷ dicendum videtur, quod *Principale* Seneca vertit: Cicero autem *Principatum*. Ita enim alibi: *Principatum id dico*, *quod Græci* ἡγεμονικὸν, *quo nihil in quoq; genere nec potest nec debet esse præstantius*. Prima igitur & præcipua pars, est *Principale*: quam lubet & expedit Plutarchi etiam verbis, pro sensu Stoico, magis revelare. Οἱ Στωϊκοὶ φασιν εἶναι τὴν ψυχὴν τὸ αἰσθητικὸν καὶ τὸ ἡγεμονικὸν, τὸ μὲν τὰς φαντασίας, καὶ τὰς συγκαταθέσεις, καὶ αἰσθήσεις, καὶ ὁρμὰς, καὶ τοῦτο λογισμὸν, καλοῦσι: *Stoici inquiunt animæ supremam partem*, *Principale*. *id quod facit imaginationes*, *assensiones*, *sensus*, & *appetitiones*: *atq; id Ratiocinationem appellant*. Addit (nam Græca non opus consignare:) *ab isto Principali septem partes reliquas Animæ enatas esse ac protensas*, *ut è* * *polypode cirros*. *Ex his Visum*, *esse Spiritum qui à principe parte ad Oculos pertingit*: *Auditum*, *Spiritum qui ab eâdē ad Aures*: *sic de Sensibus reliquis*. *Seminalem autem partē*, *esse Spiritū qui à Principatu ad genitales meatus permeat*. *Vocalem*, *Spiritum qui ab eodem ad fauces & linguam*. In his nota de *Spiritu* ubique dici: scilicet, quia ipsa

II. De Natur. deor.

IV. De Placit. cap. XXI.

* Piscis, qui Latinè *Mulpes*.

Digitized by Google

Anima *Spiritus* iis est : eoque adspectu & *Vocalem & Seminalem vim* (aliter Panætio visum) ad Animum pertinere. Nota amplius λογισμὸν id est, *Ratiocinationem*, sive cum Varrone *cogitationem*, Principale dici : non autem ipsum λόγον sive Rationem, quia illa pars & *Rationale* continet & *Irrationale*. Adscensus enim in eâ & judicia, sed non semper recta ; depravante opinione & corpore, verum illud rectumque, quod à cælo habet. *Est* igitur λογικὸν sive *Rationalis*, cùm rectâ Ratione uritur ; est ἄλογον sive *Irrationalis*, cùm Errore. Ut verbo absolvam, non aliud ille Stoicorum λογισμὸς, quàm aliorum Νοῦς, sive *Mens*, sive *Animus* cum Varrone. Ubi illi sedes ? nam reliquas etiam partes in corpore vim alibi atque alibi exserere, & ibi velut incolere scimus : ubi igitur primaria, inquam, sedes? Disputant : & Stoici nostri in *Corde* assignarunt. Laërtius: Ἡγεμονικὸν δὲ εἶναι τὸ συνεκτικὸν τῆς ψυχῆς, ὃ δή φασι φαντασίας ἢ ὁρμὰς γίνεσθαι, ᾗ αἴσθησιν λέγεσθαι αὐτάρκη. ὅπερ εἶναι τὸ καρδίας : *Principale esse primariam Animæ partem, in quâ imaginationes & appetitus*
Cap. xv. *fiunt, & unde sermo* (an Ratio?) *sursum mittitur. Id autem in Corde esse.* Idem Tertullianus, qui *summum in Anima gradum* (agnoscis Varronis verbum) *Vitalem & Sapientialem, quod ἡγεμονικὸν appellant, certo in corporis recessu consecratum* ait, eumque in *Corde*, quoniam & *spectorem Cordis Deum legimus, & Corde credi ad justitiam, & Corde suo unumquemque reprehendi* : denique hoc ipsum *Chrysippum etiam sapere* adfirmat. Nec de Chrysippo tantùm Plutarchus : sed, inquit, Οἱ Στωϊκοὶ πάντα
IV. De Plac. c. IV. τὸν ὅλον περὶ καρδίαν. ἢ τοῦ ἐν καρδίᾳ τοῦτο μέρος : OMNES *Stoici in toto corde, aut in Spiritu eo qui circa Cor est, Principale ponunt.* Ergo valde mirum, eundem eodem libro mox scribere, ubi de Stoicis : Αὐτὸ δὲ τὸ ἡγεμονικὸν,
Cap. XXI. ὥσπερ ὁ κόσμῳ, κεῖσθαι τὸ τῇ μετώπῃ περικεφαλῆς : *Ipsum Principale, sicut & in Mundo, habitat in nostro rotundo Capite.* Profectò non est hic Stoicus, sed Platonicus sensus : & pro illo capiendus est loqui. Nam iterùm alibi, ubi Stoicos carpit, miratur illos *Assensiones, & Visiones, & Artes, & Memorias in Cordis pun-*
De Com. Not. *cto ponere; ubi & principem Animæ partem.* Clara sunt & mens illorum, fontem vitæ & intelligentiæ in Corde esse, loco medio & dignissimo : quem ipsa Natura thorace, præcordiis, undique munivit : quo læso (non ita in aliis partibus) hominem illicò perire necessum & exstingui. Ab eo igitur, ut è castello aquarum rivi ducuntur, reliquas Animæ facultates effluere, & suis quasque locis se prodere & usibus servire. Ridet Galenus Chry-

Digitized by Google

sippi in hac re argumentum, quòd Natura ipsa doceat, & clamet Animi vim illic esse: quoniam sponte homines, cùm de se aut illo loquuntur, manum Cordi admovent, Feci, Dixi, Sensi, Non feci, Dixi, Sensi, pronunciantes. Rideat: cui non & Hippocratem suum, qui ita palàm? Γνώμη δὲ ἐν αὐθρώπῳ πρόσφυσιν τὸ ἦτ λαιῇ κοιλίῃ, καὶ ἀρχὴ τῆς ἄλλης ψυχῆς Cogitatio enim sive Mens hominis in sinistro ventriculo (Cordis) insita est, & reliquæ Animæ imperat. De Corde. Autonius idem:

Mens, quæ cælesti sensu rigat emeritum cor:
Cor vegetum, Mundi instar habens, Animæ vigor ac vis. In Monosyll.

Epicurei pariter, è quibus Lucretius:

Consilium, quod nos Animum Mentemque vocamus;
Idque situm medià regione in pectoris hæret, Lib. III.

Ponunt. inquam, vel in ipso Corde, aut in Pectore circà. De Sroicis sensisse etiam Lactantium puto, cùm Mentem *aut in medullâ cerebri hærere* facit, quod Plato; *aut in illo sanguine bipertito, qui est inclusus in corde*, quod Nostri. De opif. cap. XVI.

DISSERT. XIX.

Aliquid de præstantia Animi, & ad ejus cultum adhortatio.

PRINCIPEM jam partem, Quæ sit, & Ubi, vides: ô quàm meritò sic dictam, Animus ille est *dux atque imperator vitæ mortalium*: idem *rector humani generis, agit atque habet cuncta, neque ipse habetur.* Vis præstantiam, & pænè divinitatem ejus, videre? Omnia momento pervadit, sideribus velocior, cogitatione velocior, temporibus velocior. Quid dicam? pænè ubique est. *Corpora*, ait Seneca, *obnoxia sunt & adscripta dominis: mens quidem sui juris, quæ adeò libera & vaga est, ut nec ullo hoc quidem carcere, cui inclusa est, teneri queat, quominus impetu suo utatur, & in infinitum comes cælestibus exeat.* Quid ais, *comes*? imò antecessor. Tu ipse libi: *Animo nihil non eodem, quo intendit, momento pervium est, sideribus velocior, quorum post multa sæcula venturos cursus antecedit.* Addam amplius, Cogitationem ipsam antecedit: quid autem eâ celerius? Pulchrè Homerus, de Phæacibus: Sallust. Jugurth. De Benef. III. c. XX. II. De Benef. c. XXIX.

Τῶν εἰσ ὠκεῖαι, ὡσεὶ πτέρον ἠὲ πόησαι: Odyss. H.
Quorum sunt celeres naves, velut alituum ala.
Aut brevis in nobis sensus:
Quod Claudianus imitari voluit,

Digitized by Google

Quantum non jaculum Parthi, non impetus Auſtri,
Non leve ſollicitæ Mentis diſcurrit acumen.

Denique magis dixi, & dicam, Tempora ipſa antecedit. Præſens hoc quod in lapſu eſt, præteritum quod lapſum, futurum quod labetur, totum illud aſſidui motus agmen Animus complectitur, & ut Cicero ait, *ſimul trium temporum particeps eſt.* Itaque verè Philo: *Sola Mens, ut omnium ociſſima, etiam Tempus ipſum, quo omnia fieri videntur, præcurrit & occupat, viribus occultis, ſine Tempore, univerſum hoc & partes ejus pervagando, pertractando.* Triſmegiſtus hanc celeritatem benè ingerit: *Dic*, inquit, *Animæ tuæ illò abire, & dicto citiùs illuc erit. Præcipe Oceanum tranare; celerrimè illuc erit, non ut è loco in locum delata, ſed tamquam jam ibi exſiſtens. Jube in cælum evolet: alis non egebit, neque ullum ei obſtaculum. non Solis ardor, non æther, non cæli volutatio, non corpora aſtrorum: quin omnia pervadens ad extremam Naturam pervolet. Imò & extra eam (ſi quid extra eam) intueri tibi licet.* Mira & maxima hæc æſtimanti ſunt: quid reliquæ dotes intelligentiæ, inventionis, memoriæ? Pelagus rerum & laudum: & verè imago ac ſimulacrum Dei. O attende, & *cogita in te, præter Animum, nihil eſſe mirabile: cui magno nihil eſt magnum.* Quid iſta vilia, & terrena, & peritura ſunt? fumi. Similitudinem tuam recole, atque item originem: utraque divina eſt. Ut igitur *radii Solis contingunt quidem terram, ſed ibi ſunt unde emittuntur: ſic animus ille magnus & ſacer, & in hoc demiſſus* UT PROPIUS DIVINA NOSSEMUS; *converſetur quidem nobiſcum, ſed hæreat origini ſuæ.* Fiat mi Auditor, & hoc fine Phyſica iſta luſtremus: non ut curioſi abditorum inſpectores, ſed ſeduli Animi cultores: ut dignitate ejus cognitâ, locum ei ſuum decuſque ſervemus. Quem *locum*? Senecæ verbis: ut *quem in hoc Mundo locum Deus obtinet, hunc in homine Animus*: id eſt imperet regatque, colatur à nobis, & affectus, cupidines, omnia humana domita habeat ac ſubjecta. Hæc via ad ultimum Finem, ad Felicitatem, quò Porticus tota, & magnus ejus tubicen ac tibicen Seneca noſter, vocant. Huc tende, hanc & iſtum ama, quà amant Honeſta.

11. De Fin. Quod de ter. potioti inſid. Cap. XI. Sen. epiſt. VIII. Sen. epiſt. XLI. Epiſt. LXV.

AD

Digitized by Google

AD LECTOREM.

FINIO *hîc Lector : quia reliqua de* Sensibus *non singularia sunt aut tenebrosa. Finio etiam, quia appositè ab hac* Rationali parte, *quæ fons est & origo* Moralis scientiæ, *gradum proferam, Deo duce & vitâ comite, ad tres in eâ libros,* Affectuum, Virtutum, Vitiorum.

APPROBATIO.

Physiologica hæc, in quibus multa non Auctoris sed Stoico sensu asserta, ad lucem Senecæ utiliter imprimentur.

Guiliel. Fabricius Noviomagus, Apostolicus ac Archiducalis librorum Censor.

Digitized by Google

ADMONITIO ad LECTOREM.

Cùm per Typothetarum incuriam, perperam repetitis iisdem foliorum numeris à pagina CXIX. usque ad paginam CCCXX. irrepserit mendum, ne res ac verba ex indice vestigantis aberret frustrave laboret animus, monendum te duxi, Lector, numerum cum præfixo asteriſco denotare priorem, ſine asteriſco posteriorem, bis eodem charactere interstincti Tomi IV. partem.

INDEX

In Tomum quartum JUSTI LIPSI

A

ABimelech Gedeonis nothus fratres legitimos LXX. occidit. 226
Abſentia & ſeceſſus, vitato aſſiduitatis faſtidio, Principi auctoritatem tuetur. 86
Abſtinentiam in militia quàm ſtrictè obſervaverint veteres, & quam etiam hodie optanda. 149*
Abyſſinorum mos in maximo idoneo è gente Regia in Regem eligendo. 215*
Abyſſus in ſcripturis, quod Philoſophis vacuum. 917
Academica Philoſophia quæ 687. quem uſum habeat, quem abuſum. 688. 689
Academici veteres qua parte in Stoicos maximè incurrant 729. beatiſſimæ vitæ accenſenda ducunt etiam bona corporis & fortunæ. 732
Accipere res omnium dulciſſima 75
Accipitres Ægyptiis pro diis 140
Achæi ſtraregemata ſpernebant ut parum generoſa 166. * lege caverant ut in conventibus dies unus deliberationis, alter eſſet decreti. 248
Achmetes juſſu fratris Selymi ſuffocatur. 131
Aciei bene & in tempore inſtruendæ ratio habenda in primis prudenti duci. 165*
Acta Apoſtolorum citata. 67
Acta duplicia Senatus & populi, eiſque ſcribendis Actuarii 435
Actio omnis cum populo, ut Comitia &c. non niſi auſpicato Romanis habita. 467
Actiolinus Tyrannus Fatavium fruſtra pudicitiam Blancæ Scardeoniæ expugnare conatus 308
Active Philoſophia quæ, & quotuplex. 694
Actor in familiis, item Actor publicus quis. 415
Actuarii qui acta excipiunt & ſcribunt. 435
Acumen ingenii nimium vitæ Reipublicæ adminiſtrandæ aptum. 49
Adagia Græcorum Latinorumque intexta, præcipuè ſententiola 38
Adamas minutatim confractus venenum. 78
Adelfonſus ſcriptum antiquus, ut hodiè, Alfonſus 78

Digitized by Google

Adesse alicui, id est, patrocinio juvare, verbum fori. 435
Aministri Principum, seu publice seu privatim, qui: nota triplex, ad quam legendi publici 56. 258. ‡ iis ipsis tutelæ ipsorum tradita præcepta 58. 263. *
Admirabilia Stoicorum Ciceroni quæ vulgò Paradoxa. 748
Admiratio rerum velut mater sapientiæ est, ejusque ipsius fructus, nil admirari 836
Admirationis & metus temperies sive mistio parit auctoritatem. 77
Admissiones salutantium amicorum, pro dignitate primæ, secundæ &c. hinc admissionis officium, Ab admissionibus, Magister Admissionum, Admissionales, vel Admissionales Ministri. 432
Admissionum varii gradus, totidem contumeliarum gradus, Plinio. 433
Adolescentes plerumque parum providi 49. non idonei Civilis Doctrinæ auditores, & minus arbitri, 112*
Adonidis vel Adonii horti, proverbium in res brevis delectationis & nullius fructus. 565
Adoptio judicio, sive eo liberos genitura dat. 369
Adrastias lex Platonis, Fatum. 859
Adsessores juri dicundo à Principibus assumendi, in causis præcipue subtiloribus. 253. 255
Adsidere, castra & prætenturas habere in fluminum ripa. 377
Adulatio maxima in amicitiis pestis 498. maxime in Aulis, ubi regnat. 242*
Advocatorum perfidiâ nihil vænalius. 35
Æger intemperans facit Medicum crudelem. 79
Ægyptus regnum varium & cruentum. 289. † ab ea tamen Philosophia & Medicina in varias gentes, adeoque ipsos Græcos propagata 655 cur in ea antiquissima rerum monumenta servata 953. etsi in ea non pluat, mirè tamen fœcunditatis, & quasi urbis Romæ nutrix, quatuor mensium annonam ei suppeditabat. 406
Ægyptiorum, Reges plurimi imperii millia annorum usque ad Cleopatram numerant. 192. cur variam & miscellam religionem induxerint. 63
Ægyptiorum lex in periuros 275 quomodo elementa in mares & fœminas partiantur 925. casus externos rectoribus adsignare aut imputare soliti 227 † ventosi à multiscognominati 406. omnes gentes vana & stulta superstitione anteiverunt 140. adeo ut in fame publica maluerint humanis, quàm bestiarum, quas pro Diis habebant, carnibus vesci 141 eorum hodie regio etsi Mahumedica. in quatuor sectas divisa. 292 ‡
Æneas cur metu naufragii ingemere dictus Virgilio ex opinione Servii 991
Æneas Gazæus pius & doctus scriptor. 878
Æqualitas inter cives adservata tributorum acerbitatem lenit 100 sub Æquinoctiali terram habitatam ut hodie experientia ostendit, ita & multi è veteribus credidere. 941
Aër quid, ejus divisio, Stoicis primo aut per se, frigidus, contrà quàm Aristoteli & aliis 935 eum totum plenum animis, easque esse dæmonas & heroas, dogma Pythagoricum 881 aëris vox sæpe cum Ætheris confusa 923. vehiculum purioris ignis, quo constat anima. 987
Ærarium ne sit spoliarium civium, cavendum. 97
Ærarium Romæ in tutela Saturni olim. 414
Æschylus citatus. 21. 168
Æstatem commendat hiems. 581
Æstimatio Stoicorum, quæ Ciceroni, Senecæ Pretium. 742
Ætas γενία, triginta annis communiter definita. 642
Ætas grandior consilio aptior, quàm adolescens 49. quæ militiæ legenda, & quæ ejus regula Romanis. 141 †
Ætates hominis respondent Elementis. 929
Ærati fluxus & defluxus quid, & unde. 391

Digitized by Google

Æternitas Deo momentum. 876
Æther quid, vox unde 925. quamvis sæpè cum aëre confusa 923. quæ pars cœli Stoicis & Varroni 877. quæ Martì Capellæ 878. in eo Stoici locum statuunt igni, atque illum aut in il'o Deum 925. non autem Æther Deus, sed sedes Dei 850. aures universi quibusdam 920. corruptibilem statuunt Stoici, contrà quàm Aristoteles. 952
Æthiopum Sophi, seu Gymnosophistæ, Hieronymo 936
Ætius hæreticus e illio mulctatus à Constantio Imp: 309*
Ætius Patritius CLXII. millia Hunnorum prælio Catalaunico occidit. 600
Ævum appellatur quod ante tempus. 964
Affectus cùm inveteraverint, propriè sunt animi morbi, qui & quales 528. 529. à ratione eos prava, id est, opinione oriri, seu ut alii judicia esse 768. Stoicis corpora imò animalia 904. tolli ex homine posse negant Pythagorei & plerique Philosophorum, sed temperari & moderari 764. quatenus temperandi videantur Doctoribus Christianis. 772
Affectus præcipui, quatuor oppositi inter se, ad quos reliqui referuntur, unde oriantur illi turbant, & diversimodè animum non satis constantia munitum de suo statu dejiciunt 535. eorum in animo nascentium progressus 769. eos semel admissos difficile est regere aut moderari: non igitur recidendi sed excindendi. 766. 767
Affectibus abrepti similes cervo cum hærente lateri jaculo fugienti. 528
Affectus fugiendi in turbis publicis, non ipsæ turbæ. 527
Affectibus carere debent consiliarii. 52
Afri Saturno homines vivos, præsertim pueros sacrificabant 141 reges eorum quidam Mathematicis nimis dediti, cætera non magnæ rei fuere. 223*
Africa octo mensium annonam ubi suppeditabat, ut Ægyptus quatuor. 406
Agar ancillæ Saræ allegoria ex Philone Judæo & Clemente Alexandrino. 625
Agathocles per q s rerum eventus, dir gente fato, regnum Siciliæ adeptus. 119
Agathon Comicus ex Aristotele citatus. 421
Agellius citatus. 11
Agesilaus Spartæ Rex delubra etiam in hostico sita venerabatur 130. ejus dictum egregium de perjuriis, factumque laudabile 276. quomodo fraudes bonas à malis distinxerit 163.* vestitu contemtibilis, actis illustris. 295*
Agrestes militiæ meliores quàm urbicolæ. 141*
Agricola tenuit ex sapientia modum, isque nimium doctrinæ studiosis imitandus 21. cum modicus, sermone facilis 233.*
Agrippa consultis facta conjungere solitus. 247*
Agrippina Neronem à Philosophicis, ut Principi contrariis male arcuit. 223*
Agrippæ quæ. 638
Albada quidam sæpius contra Lipsium citatus à Diodoro Dialogista. 291*
Alberto Archiduci jam Principi Monita Politica à Lipsio inscripta 123 eidem & Isabellæ conjugi inscripta editio Panegyrici Plinianæ & dissertatiuncula ad eosdem publicè habita 335 341
Alfons. Albuquerquius Indiæ Orientalis pleraque Lusitano Regi subjecit. 265†
Alcinoi horti, proverbium. 565
Alea belli incerta. 117*
Alexander Acarnan quidam Antiochum ad Romanum bellum stolidè impulit. 246*
Alexander Aphrodisiensis fidus interpres Aristotelis 554 is citatus. 758
Alexander Magnus Doctore Aristotele felix, semper Doctos in contubernio habuit, & quo fine, Homerum maximè fecit, eoque ut militiæ magistro usus 123. 182

Digitized by Google

182. 319 continentia ejus egregia, à maritatis abstinentia, item à pueris 392 cervice eum leviter incurvum proceres omnes imitati 249. religione motus Iudæis libertatem relinquit 230 ambitiosissimus interea & gloriæ avidissimus 164 318 felici rerum cursu ablatus, fastidit homo esse, & divinos honores affectat. 286. 605

Alexander Severus propensus in Doctos & literatos, eos belli pacisque consiliis adhibebat, & potissimum historiæ peritos 20 320. Magistratus dabat ex judicio populi 465. causas à Jurisconsultis examinatas ad se referri præcepit, de quibus ipse pronunciabat 256. à se autem res judicatas à Pontificibus & Auguribus retractari permisit 135. ejus prudentia in moderatè dispensandis reditibus publicis 100. gemmas omnes & lapillos, ut viris inutiles vendidit 296 prudenter Eunuchos nec in consiliis nec in ministeriis habuit 257* eius nimia in matrem observantia illi sibique fuit exitio. 300

Alexandrum Antiochi filium quidam mentitus, cæso Demetrio Sotere, Syriam ut regnum patrium occupans, decennium obtinet. tandem à Demetrio. D. F. occiditur 219

Alexandrum ab Herode exstinctum Judæus quidam se mentiens ab Augusto ad remum damnatus. 219

Alexius Imp: quomodo à prædictionibus Astrologorum elusus 166 morti vicinus & ἄπαις deliberat de successore. 205

Alexii Angeli Imp: Germanos Henrici V. Imp. legatos excipientis ridiculus luxu cultus 297 298

Alfonsi Aragonum & Siciliæ utri: Regis in Cajetanos & Ant: Caldoram, pervicaces hostes, lenitas & clementia, & consonæ iis voces 273 274 ejus insignes à virtute, fotuna, & bonanatum literarum studio laudes 185, mortuos ajebat optimos esse consiliatios, id est libros 20. ejusdem dictum de populo se ad Principum mores formante. 240

Alfonsus Rex Catholicus, unde id agnomen meruerit. 134

Alfonsus Ferd. I. F. à fratre Sancio ad Almenonem Toleti Regem profugus, & utriusque rec proca fides. 279. 280

Alfonsus cognomento Imperator, insignis æqui justique cultor, jus in Hispaniam reformavit 247. 259. Astrologicorum peritissimus, cætera non magnæ rei 223 * ejus impium dictum, ilque regno privatus. 147

Alfonsi Peresii Gusmani, cognomento Boni, admiranda constantia. 177. 178

Alfonsum Aragoniæ Regem diu mortuum cuidam se fingenti gula fracta. 223

Aliena occupare quando forte Principi videatur licitum 120*

Alimentorum cura, inter honestissima munera. 399

Allegoriis seu ὑποτυπώσεις delectati Stoici. 853

Allifanus Comes à Pio IV. P. P. capite truncatus. 154

Alemenonis Mauri Regis constans in Alfonsum, post Castellæ Regem, etiam cum suorum damno, fides 279. 280

Altare quo differat ab Ara 356

Alvarus Luna nobile documentum fluxæ potentiæ 269*

Amadisius sive Amadæus, ingenioso nugatoris fœtus, pestilens liber. 224*

Ambitio in præceps, certè anceps, trahit 234. hoc ei omni vitium, Non respicere 181*

Ambitio sæpè injusti belli causa 126. * item factionum & seditionum 181, 182. * obtinendi regni fraudem & vim sæpè miscet. 217*

Ambrosius sæpè Stoicus 732. locus ejus de mundi verno exortu 918 plebeja ejus opinio de madore solis 933. ei animæ rationabilis substantia divina spiritus est. 985

Ambrosius citatus 40

America ab uno inventore no-

Digitized by Google

nomen Novi orbis, non sine injuria aliorum. 947
Amicitia vera quæ, ea nisi in bonis esse non potest, idque conciliante Deo, inter malos factio est. 792
Amicitiæ nomen tantum inane & irritum in domo Principum. 114*
Agamianus Marcellinus non spernendus Politicis 217. * locus ejus de Geniis tutelaribus Constantii Imp. & aliorum excellentium virorum 885. idem citatur. 13
Amor apud populares, metus apud hostes (Principi potissimum) quærendus 36. ille tamen non humilitate captandus. 75
Anacharsis Philosophi de Athenienſibus dictum. 570
Ἄνεμος vox unde Græcis, Plutarcho 237
Anaxagoras Clazomenius primus scholam è Mileto Athenas traduxit 644 645. ejus consuetudo quid Periclì contulerit 222* ejusdem ad Periclem dictum 521 quid & quantum esse solem censuerit 918 quam sibi veram patriam dixerit 543 novitatis in religione accusatus. 295*
Anacharchi pernicioſum dictum ad Alexandrum. 229*
Anaxarchus plures Orbes finxit 551
Anaximander Milesius successor Thaletis. 644
Anaximenes Milesius è successoribus Thaletis 644. quid de astris senserit. 931
Andreas Hungariæ Rex justitiæ tam tenax, ut uxorem suam à Banchano justè cæsam, pronunciarit, & cur. 249
Andriscus quidam, se Philippi Persei Regis filium dicens, à Metello Romam in catenis ductus. 218
Andronicus Imp. disputationes aut subtiles de religione inquisitiones damnavit. 312*
Andronici Tyro à Demetrio Præfecti in dominum etsi victum fides ipsi Ptolomæo victori laudata. 276
Angor ab angustando 438
Anima quid Varroni, quid Lactantio, & ea vox unde, 986. 987. animæ & animi discrimen priscis Latinis quod 1000 animæ divisio Varronis, & ea breviter explicata 1001: 1002. ejus divisio Stoicorum uberior, itemque Senecæ, & utraq; explicata 1001. eam Stoicis ac Epicuréis corpus esse, item Tertulliano. 993
Anima mundi Deus 848. fons animarum omnium, Socrati 984. animæ mundi cum animo hominis comparatio Varronis apud Augustinum 998. anima, an animus an mens, de Deo dicatur, nihil aut parum refert, animus tamen plerumque nobilior animæ pars 846 1050
Anima extrinsecus insinuata homini idque post partionem Stoicis: aliis aliter & an innata, an ingressa, diffidium olim etiam inter Theologos 980 981. 982 ejus Principale quid & ubi sit, in corde Stoicis non 1003. 1004. sequi eam temperamentum corporis, opinio Hippocratis 982 animæ facultates quæ Aristoteli 999 animas longævas & corpori superstites fatebantur (trepidè tamen ac ambiguè) Stoici sed non æternas 989 990. 991. de earum in corpora migratione, multorum opinio, sed non Stoicorum 991 reminiscentia animæ, cùm à corpore abit. aut memoria, Stoicis & aliis credita 997. 998 sapientum quidem astris sociatas in orbe Lunæ aut circa fore, naturam rerum totam contemplaturas, insipientum autem perituras. Stoicis visum 996. 997. 998 animarum gradus, seu ascensus & descensus Platoni 993. 995. 996. animas intexire, dogma exitiabile virtuti. 143
Animæ duæ, animus unus, amicitia Sidonio. 793
Animadversio, seu castigatio omnis non ad punientis, sed ad Reipublicæ utilitatem referenda. 4

Digitized by Google

Animadverte, clamatum à lictore &c. adventante Magistratu. 463
Animalis nomen quibus à Stoicis tribuatur. 904
Animalia cuique regioni peculiaria, pro cœli, aut soli, aut ipsorum indole 949
Animalia densius per Naturam nascuntur quàm moriuntur nisi gladio cladium aut cædium resecentur 580
Animus per ompem rerum naturam intentus & commeans, Deus, Pythagoræ & aliis, 846 purior ignis Stoicis, simul & spiritus 706. 986. 987. eisdem nihil ominus corpus 904 905. animus & anima confunduntur plerumque animus tamen verè nobilior animæ pars, 846. cor animæ, Homero, velut pupula in oculo. 1000
Animus verum hominem constituit non corpus 970 è cælo & æthere advenire, stellis & ab ipso Deo. pars animæ mundi, id est, Dei, & pluscula sublimiter ac nimis à Stoicis dicta 982. 983. 984. dux atque imperator vitæ mortalium, virtute pollens fortunæ non eget, habet cuncta, nec ipse habetur, 16. 734. cogi non potest 605. non is ex re, sed res ex eo stare debet 781. animus humanus in corpore situs, quo significatu Dæmon nuncupatus 885. ejus præstantia, & ad ejus cultum adhortatio 1005. ei cultui vacare, etiam cum non vacat, licet 967. ad altiores virtutes præparandus antè præceptis, ut lana imbuenda succis quibusdam, prius quàm ultimum colorem imbibat. 531
Animus optimus, pulcherrimus Dei cultus 11. 390. ejus demissio & abjectio differunt, quid utraque, tum quid elatio, seu superbia 531. male, affectus animus externis voluptatibus parùm juvatur, & remedium verum non corporis, sed ipsius mutatio 529. ejus affectus & morbi quibus differant 528. peccatis, sed ministerio corporis 589. natura contumax, præcipuè cùm accessit opinio pietatis. 314*
Animum qui habet, turpe ei laudes captare ex corpore 232. ut imbecilli malique oculi nota est, lippire ad conspectum lippientis, sic animi dolere viso dolente 544
Annariæ, quales apud Romanos leges, in Republica utilissimæ. 239†
Annibal armis indomitus vicerat, luxu & vitiis militum victus est 147. † ejus ad aspectum capitis fratris Asdrubalis abscissi vox. 157
Annonæ curâ plebi subveniendum à Principe. 76
Annonæ in bellum præparationis usus & necessitas 132*
Anni tempora respondent Elementis. 924
Annorum computatio aut distinctio à Romanis per Consules facta, & sub Imppp. ij soli consules nominati, qui Calendis Januariis Magistratum inibant, quos Ordinarios vocabant. 456
Annus Magnus, qui mundanus annus Macrobio, quis & quot annorum vulgarium 953. 955. 956
Antigonus Gonatas Rex quanti fecerit Zenonem Citieum philosophum. 651
Antigonus Rex magnus Justitiæ assertor, ejusque voces Regiæ. 240. 241
Antigonus Rex suam in navali prælio præsentiam multis navibus æquipollere recte censuit. 152*
Antigoni Regis sedatus animus, & quàm contumeliarum patiens. 314
Antigoni Regis somnium mirabile supra Mithridate juvene Persa. 159
Antiochi Regis pudicitia. 302*
Antiochus Rex à latronibus occisus. 291
Antiochus Rex Hierololyma obsidens, Judæis inducias celebrando Scenopegiæ festo indulget, & sacris peragendis instrumenta suppeditat. 131
Antiochus Philosophus, Philo-

Digitized by Google

nis auditor, quintam Academiam induxit nomine, re ad Stoam se transtulit. 647. 658.
Antipater Sidonius, Diogenis Babylonii Stoici successor, Ciceroni. Senecæ & Epicteto laudatus. 650. 651. 655.
Antipater Tyrius, Stoicus, Catoni Uticensi adolescenti doctor & Romæ in contubernio. 655.
Antisthenes Athenienſis Cynicæ sectæ conditor 647. idem & Stoicæ à quibusdam habetur 661. ejus monitum 747.
Antistius Restio proscriptus, servi ingenioso fidelique astu servatus. 284
M. Antonini Fil libertalitas in passim doctos. 320
M. Aurel: Antonius Imp. Stoicam etiam sectam professus, Philosophi cognomen meruit 183.674. ejus divinum dictum quoad consilia amicorum 54 piscando & venando multum se oblectavit. 492
M. Antonii oratoris servus constantis fidei 284
M. Antonius Triumvir decem annorum tributa exegit in unum annum 602. scelerum suorum pœnam non effugit 588 à Cleopatra seductus, cum ipsa periit 197
Antverpia ocellus urbium. 551
Anus fatidica Stoicorum, providentia Dei ab adversariis appellata. 856
Apathia Stoicis duplex, & quæ, sed apathiam asserere, Megaricorum potius est, quàm Stoicorum, & quomodo Latinè dici posse, velit Seneca 770. 771. Moysi approbatam putat Philo Judæus. 772
Apelles quidam subdolus cavillator, magnæ apud Philippum Macedonem diu potentiæ subitò dejicitur, & cum filio interficitur. 267 †
Ἀποκατάστασις seu redintegratio mundi. 956
Apollonius Thianeus Ephesi ipso momento quo Romæ Domitianus à Stephano cubiculario occiditur exclamasse, Euge Stephane, narratur. 164
Apollonius Stoicus, Straboni nominatus. 606
Apparatus belli quid, & quamplex ante bellum faciendus. 131 †
Appianus correctus 603. idem citatus & illustratus. 603. 993
Appius Claudius x. vir Legg. scrib: 328
Ἀφρὸς & Oceanus, unde Homero 943
Apulei vera descriptio boni Proconsulis. 431
Apulejus correctus, aut ejus sententia rejecta 795. porro correctus. 638 880. 885
Apū industria, etsi ex alienis libat, melior tamen textu aranearum, quæ ex se fila gignunt. 203 *
Aqua quid, præcipua ejus pars mare 936. 937. principium seu origo omnium rerum Thaleti, Brachmanibus, Ægyptiis &c. 914
Aqua potus militaris Romanorum aut mixto aceto, polca. 383
Aquila muscas non captat, Proverbium. 349
Ara quo differat ab Altari. 356
Aranearum textus non ideo quia ex se fila gignunt, melior apum industria quæ ex alienis libant. 203 *
Aratus Siciionius Acrocorinthum, ejecto aut occiso Persæo, occupat 658. ad omnia civilia mirificè vafer & appositus trepidabat in bellicis. 262 †
Aratus falsè apud Philippum Macedonem ab Apelle quodam traductus 268. † diu ei carus, tandem lento veneno ab eo sublatus. 270 *
Arbitrii libertas hominiest 559 sed non vis qua Deo reluctari possit. 560
Arbores in novo orbe, primum satæ, quàm brevi adoleverint quantosq; fructus tulerint. 795
Arbores magnæ diu crescunt, una hora ex stirpantur, sic opes aut potentia. 41
Arbusta in ædibus, imò supra eas, divitum Romanorum. 669
Arcades primi homines existimati arboribus exc si. 974
Arcesilaus, Arcesilas Latinis Crantoris discipulus, auctor secundæ, Novæ sive Mediæ Academiæ 645. 646. 647 665. 666.
Archelaus Athenienſis, præceptor

Digitized by Google

ctaris. 644
hidamus Spartæ Rex, agris ho-
ilibus parcendum suadet post
victoriam 169. * Philippum
Macedonem victoria insoles-
entem modesto dicto suæ sor-
s memorem facit. 287 *
hidemi vel Archedemi, Philo-
phi insignes, Tarsensis
nus, Athenensis alter, quorum
le Strabonis, Senecæ & Cice-
oni laudatus 660.
rchilochus citatus. 98
chimedes in expugnatione Sy-
acusarum dum figuras in pul-
ere describit occisus. 266
hitectonica aliquatenus scire,
on inutile aut indecorum Pti-
i pi. 223 *
hitas Tarentinus, Philosophus
ythagoreus 639. felicitatem ho-
inis ad externa porrigit ac ne-
it 753 de affectibus quid sen-
erit 765. bona ejus sententia de
Dei hominisq; boni differentia.
790
:o pagitæ pueros hirundinum
oculos configentem cur inter-
ecerint. 807*
us Alexandrinus Philosophus
Augusto familiaris. 237 *
genteus gladius omnia pene-
rat. 81
manius, Pluto, malum rerum
rincipium Magis Chaldæorum.
869
olos super eventu rerum con-
ulere illicitum. 165
stidis Athenensis, Justi dicti
umma probitas 162 justum fa-
tum 252. Themistocli is valdè
dversus, in communi tamen le-
gatione simultates sepositi.
244 *
istippus caput Philosophiæ Cy-
renaicæ 647. ejus versutia 266 *
quantum ab indocto doctum
differre censuerit. 226
isto vel Ariston Chius, Zenonis
discipulus, à quo eum abiisse ait
Cicero 950. 659. ejus sententia
unam virtutem esse 757, α'δια-
φορίαν quamnam statuerit 739
Philosophos argutias sectantes
omparabat comedentibus can-
cros quomodo 637. plures eo
nomine philosophi, & duo qui-
em Peripatetici; unus & qui
Philosophum mentitus. 659
Aristophanes citatus. 39
Aristoteles de conflagratione
mundi scripsisse dicitur Euse-
bio. 953. 955
Aristoteles à multis miraculi in-
star, laudatus, ab aliis culpatus à
minutiloquio, versutiis subtili-
tate & impietate 631. Politica
tractavit, sed non presè de Princi-
patu, in eis tamen eximiè lau-
datus, ejusque lectio supra om-
nes Principi commendata 222
utiliter is in scholas receptus
quod ad Dialectica & Physica.
638
Aristoteles Peripateticorum con-
ditor, qui eum secuti 647 ve-
ritas ei amica magis quàm Plato
aut Socrates 667. qualis ferè
ubique in divinis 554 etsi no-
vitatis in religione accusatus
295 putatur asseruisse Fatum
Physicum, quamvis aliter in
libello de mundo 554 citatur li-
bellus à Strabone titulo Epistolæ
ad Alexandrum 546. in eo
Deum ipsum Necessitatem &
Fatum dici posse asseritur 554,
in eodem malè Deus loco à terris
segregatur 893 894
Aristoteles qua parte contrarius
Stoicis 719. felicitatem non in
possessione & habitu virtutis,
sed in usu & actione ponit, aliter quàm Stoici 754. quæ ad
plenam felicitatem facere cen-
seat 733. æthera à cœlo distin-
guit 925 926 à corruptione
eximtum voluit 952 aër ei cali-
dus primario, contra quàm
Stoicis 936 vicem dearum Plato-
nis universalis induxit 688. de
stellarum & solis materia non
benè sentit 928. in scriptis vide-
tur vacillare de facultate semi-
nis muliebris 979. nullum vacuum admittit 910. quid ei tem-
pus 962. 964. de partiū aliquot
terræ mutatione, non de mundi
totius credidit 952. quam diffe-
rentiam ponat inter κόλασιν &
τιμωρίαν 579 spontaneam mor-
tem palam damnat 815. qui ei
intellecta insula extra Columnas, Herculis, Carthaginiensibus
olim cognita 948 pulchrum ejus
dictum ad quemdam, qui multa

Digitized by Google

nugatus erat. 200 †
Aristoteles videtur electionem in Regnis prætuliſſe ſucceſſioni 203. 206. verba ejus ſæpè interſerta aut citata in libris Politicis 17. & paſſim porrò citatus. 641
Ariſtoxenus Tarentinus Pythagoreus Ariſtotelem mortuum inſectatus. 640
Arithmetica quæ 694
Arius Didymus correctus. 951
Arma pia, quibus nulla niſi in armis ſpes 128.* armis magna imperia continentur, non ignavia ſed conſilio ea temperanda. 243†
Armatis pacem facere convenit. 172.‡
Arnobius Ariſtotelem & Platonem valdè laudat 632. inclinat in Stoicos 675. ejus locus de unitate Dei 922. is emendatus 868. idem laudatus, citatus & explicatus 199. 852. 893. 929.
Arnoldus Geldriæ Dux quàm indignis modis à filio Adolpho habitus. 131. 232
Arrianus citatus. 392
Arriani diſſertationes Epicteti citatæ. 206
Arrogantia ſcopulus virtutum 286. prorſus vitanda adminiſtro Principis 59
Artes liberales humanitatem hominibus reddunt 626. tantum ſtudia ἐπιτηδεύματα, Stoicis. 774
Artium genera quatuor Poſidonius ſtatuit, quæ. 624
Artes Principe dignæ. 221*
Artium mollium cultores militiæ plerumque inepti. 142†
Arſaces quidam exſtinctum ab Alexandro Magno Perſarum Imperium reſuſcitat, ſed ſubnomine Parthorum & Arſacidarum 102
Arſinoe à fratre Ptolomæo miſere decepta. 228
Artabani laus cunctationis 247.* ejus ſententias Regi audiendas ſuadet. ut poſſit eligere meliorem 249.* à fortuna conſilia non judicabat. 254†
Artaxerxes Longimanus Perſarum Rex, de ſuo dare maluit Satrapæ gratioſo, quàm aliquid injuſtè concedere. 242
Artaxerxis Perſarum Regis cum modeſtia juncta majeſtas. 313.
Artaxerxes quidam, Arrabano ultimo Parthorum Rege ſublato, Perſarum nomen reſtituit. 192
Artemenes minori fratri Xerſis in ſucceſſione regni poſthabitus, quare. 213
Aſclepiodatus Stoicus, Poſidonii auditor; Senecæ aliquoties dictus. 660
Aſcletario Mathematicus diem & genus mortis Domitiano, tum & ſuum exitum prædixit. 164
Aſconius Pedianus citatus. 402
Aſdrubal à ſervo cujus dominum interfecerat, occiſus 283 quo ſtrategemate is à Romanis cæſus. 157
Aſſentatio, crebra Aulæ. ſæpe Regum opes evertit. quàm hoſtis. 55
Aſſurgendi Magiſtratui aut Principibus mos. 447
Aſſyriorum impetium quamdiu ſteterit. 192
Aſtrum quid, deque aſtris ingenere, rotunda eſſe, conica Cleanthi, ignea & vaporibus paſci, eadem animalia, intelligere, & futurorum conſcia, Stoicis. 932. 931. 971
Aſtrologia quæ. 594
Aſtrologi ſeu Chaldæi, primi auctores Fati Mathematici 553 atque etiam hodie 554. Stoicis amici. 934
Aſtijages Medus ſomnio ſibi prædicta impedire fruſtra conatus. 159
Ataidus Emanuelis Regis legatus in agro Marochienſi cæſus. 310
Atalaricus Gothorum Rex. 220
Athalia Regina (Joſepho Gothalia) poſt plurimas cædes tandem ipſa occiſa 196
Atheiſmus diverſitate religionum aut ſectarum invehitur. 294*
Athenienſes valde religioſi in male de diis patriis ſentientes 295.* eorum ſtatus ſæpius variavit 191. eorum monoſtichon adventanti Pompejo ſcriptum. 443
Athenæus correctus 656. 743. idem citatus 658. 659. 661. 666. 797.
Athenagoras, auctor Chriſtianus citatus. 844. 858. 889
Athenais, Leontii Athenienſis Phi-

Digitized by Google

Philosophi filia, post Eudocia vocata, Imp: Theodosio nubit, & tandem ab eo abdicatur. 151
Athenodori Stoici tres, omnes Cilices, Solensis è discipulis Zenonis: Tarsensis, Pergami agens, quem Cato Uticensis Romam deduxit, Cordylio cognominatus, tertius, item Tarsensis, Cananita appellatus, Augusto Doctor & familiaris 237. 650. 651. 659
Athletæ asperis exercentur ad palestram, ita boni cladibus in victoriam. 576
Atlantici Philosophi Augustini, qui. 635
Atlantis insula 550. quæ ea Platoni, ejusque illuvione haustæ quæ hodie reliquiæ 947
Atomi, ἄτομοι, materia errans, & Inane, principia rerum Democrito & Epicuro 889. 900
Attabalipæ Regis infelix Exitus 231*
Attici milites, proverbio, extra periculum jactabundi, in eo ignavi. 147*
Atomp. Atticus etsi optimatium esset partium, civilibus tamen fluctibus se non committebat 185. 186.* cur utiliter diutius vivere non potuerit. 810
Attila ignarus deo serviit in bonum finem 575 ejus facetum factum apud Suidam narratum. 376
Attributa Deo trium generum 851. 852. varia ex Cleanthe apud Clementem Alexandrinum. 853
Avaritia sæpe injusti belli causa. 126* omnino fugienda consiliario. 52. 244*
Avaritia una honeste, temporis 964. avari in proditionem proni 90. citius ex eorum oculis mille lachrimæ exprimentur, quàm unus è bulga nummus. 544
Auctoritas non cadit in juvenes. 239‡
Auctoritas rara in populari statu 190
Auctoritas quæ in privatis dicitur, in Principe Majestas 42. auctoritas Principi valdè commendata. quid ea, unde nata, quibus rebus procuranda, & multa quæ ad eam 77. 78. &c. non temerè ea Principi in minoribus periclitanda, integraque majoribus remediis, servanda 179.* à rebus adversis valdè imminnitur 85. in Imperatore exercitus valdè requisita 157.* felicitatis maximè videtur esse proles 84. 156.† quomodo à Duce militari acquiri possit. 156*
Audacia decet militem 142.* in præliis pro muro habetur 164.*
Averroës velut lymphatur in laudes Aristotelis. 631
Aves bicipites in plerisque domibus & portis formatæ in valle Cautem Regni Chili reperti ab Hispanis 949
Auguratorium Romæ Pub: Victori ubi. 486
Auguria quo differant ab aruspicina. 363
Augustæ titulus quando uxori Imperatoris à Senatu tribui solitus. 390
Augustinus videtur extra mundum statuere vacuum 917. quid fructus ex Philosophicis trahendum suadeat 629 quanti faciat Platonem 932. Senecam Apostolis familiarem facit 680 item citatus 8. item correctus. 921
Augustus Imp. quibus rebus omnes se devinxerit 75. legum innovationem improbabat 79. & non nisi paulatim ad rerum mutationem accessit. 80
Augustus quantopere eloquentiæ & liberalibus studiis deditus 183 mirifice in viros doctos propensus, ambitiosus etiam ab eis vicissim attolli & prædicari, sed non à quovis 317. 320. valdè diligens in excerpendis præceptis & exemplis in lectione utriusque linguæ Auctorum. 190*
Augustus varia clementiæ specimina publice & privatim dedit 296. 270. lachrimatus cùm pater patriæ diceretur 485. magna ejus instrumenti & supellectilis tenuitas, nec is alia veste unquam usus, quam ab uxore & do-

Digitized by Google

& domesticis confecta 295.
convicionum spretor, & summâ in cavillatores patientiâ 234. 315. jus assiduè dixit, & in noctem nonnumquam, sæpè etiam valetudinarius 255 superstitiosus auspiciorum omnium & somniorum observator. 138
Augustus nihil minus in perfecto duce quàm festinationem temerariam convenire arbitrabatur 134 omne bellum dissuadebat, nisi cum major emolumenti spes quàm damni metus ostenderetur 160. ‡ nulli genti sine justis & necessariis caussis bellum intulit 131. * ejus crudele factum capta Perusia 643. scelerum juvenilium pœnam in se, & clarius in omni sua stirpe ac familia luit, hæredeque hostis sui filio excessit. 361. 588.
Aviti declamatoris apud Senecam Rhetorem sententia de alio orbe ultra Oceanum. 948
Aula sedes fraudium, inque ea perennare volenti quæ necessaria 59. incerta, instabilis, fallax. 268. * qui aulæ grati acceptique esse volunt, ejurant probitatem 427. ejus manc pia impii consiliarii 55. quæ aulæ administris præcepta 263. * an in tempore eâ absœdendum. præcipuè exteris 266. * Philosophis tamen eâ non planè interdictum 678. at ei non addictus Lipsius. 270‡
Aulica vita lubrica in qua per pericula pervenitur ad grandius periculum. 58
Aulici mores descripti, imò depicti. 263. 264*
Aulici calculis abacorum similes secundum voluntatem calculatoris modò obolum æreum, modò talentum valent. 268†
Aulicus vetus instar navis veteris. 268‡
Aurelianus Imp: Zenobiam in triumpho duxit, quomodo 201. Deus ei certus sol 929
Auribus ducenda plebs, non lupus. 186‡
Aures universi, Æther. 920
Auricularii, συμπαιγνιοι Principibus habendi inquisitioni in Sermones illustrium subditorum. 87
Aurum Coronarium quid. 385. 423
Aurea carmina Pythagoræ, χρυσᾶ παραγγέλματα Hieronymo vocata. 641
Auruncani P. Cunis vicini à robore corporis quomodo Regem eligant. 206
Ausonii Ghryphus explicatus 901. idem citatus. 30
Auspicatò nihil non gestum, præcipuè in re majori, ut bello à Romanis. 486
Auspicia præcedebant quamcunque cum populo actionem. 469
Austriaci Principes patientes Ministrorum suorum, & ad extremum mites. 270†
Αὐτοχειρία quatenus Stoicis & nonnullis aliis Philosophis probata 808. 809. 810. improbata aliis, quibus ignaviæ, imò iniquitiæ, injustitiæ & stultitiæ. 815
Αὐτοχειρία quid. 783
Azan Bassa, Algerii præfectus septem dierum innocuâ inedia sanitatem recuperavit. 815

B.

Bajasites primus Cadios sectos omnes ob corruptelas exasturus, Alis Bassæ festivo inventu sistitur, & corruptelis in posterum quæ pote obviam itum 257 a Temirelanco in cavea ferrea triennium circumductus, caput in illa illidens moritur 154. 291
Balduini Flandriæ Comitis, Imp: Const: mira consonentia 304. eum se Rainsus quidam fingens è ligno suspenditur. 321. 322
Balduinus VII. Comes Flandriæ quàm rigidus justitiæ administrator exempla insignia tria. 248
in Balneis se lavare, frequens Turcis. 240
Banchanus Regni Hungariæ Gubernator constitutus ab Andrea Rege, Reginam interficit & cur. 249

Digitized by Google

Barbari in superstitionem proni 137 impetu plerique actes, cunctatione languescunt. 160 *
Barbarica Philosophia Græcis dicta, quæ, ea antiquissima, ut cujus origo à primo generis humani parente, imò ab ipso Deo 633. 634. 635
Basilii, Imp. capita monitoria citata. 213 †
Basilius Magnus quid Origeni objecerit 961. 962. idem citatus 113 †
Batavorum regimen præcipuè penes mercatores 245. * magno animo Oceanum septentrionalem pernavigare conati, glacie & frigore repulsi. 943
Baudii Epigramma in Constantiam Lipsii. 525
Beatitudo vitæ in conscientia pura. 764
Belgæ deliciis divitiisque corrupti, meritò cladibus publicis castigati 577. eorum & hujus ævi mala exaggerata 596. sed eadem elevata comparatione cum veteribus malis 597 598. &c.
Bellinus Pictor. 186
Bellonarii qui. 437.
Bellum duplex, externum, internum, quid illud: quæ in eo suscipiendo gerendo & finiendo spectanda. 124 125. * &c. nomen Belli bellum, res turpissima 130 * qui plerumque belli incentores 130 * an verè inter mala censendum ibid: bellorum casus incerti 169. 174. * quibus bellum iustum necessarium 128 * sumere bellum quivis, ponere non nisi victor potest 129. * quæ ob religionem bella ἀσπονδα 302. † hodierna bella lusus, si conferantur cum priscis. 597
Bella civilia Cæsaris & Pompeii quot hominum millia absumserit. 599
Bella exacuunt ingenia, item, bellum omnium pater, proverbium quomodo intelligendum. 581
De Bembo judicium liberum. 218
Beneficentia Principi benevolentiam apud populum conciliat, quomodo & quatenus eâ ei utendum. 75
Beneficia eò usque lata sunt, dum mediocria, quæque exsolvi posse videntur, ubi multum antevenere, seu grandia, pro gratia odium pariunt. 265 *
Beneficia, præcipua materies virtutis in Principe 452 melius eis imperium custoditur quàm armis. 75. 76
Benevolentia à subditis bono Principi debita 343. ea quid, ejus utilitas, & quomodo paranda. 74. 75
Benzamutii Rahi & Hotæ Maurorum conjugum caritas. 310
Bernardus Caroli Magni nepos, jus patris, à patruo Ludovico Pio in vincula conjectus. 215
Bernardus Rainfus è Campania Gallica oriundus, pro Balduino VIII. Flandriæ Comite se gerens suspensus 221. 222
Bestiarum morientium morsus maximè lethales. 174 †
Bias de Diis hoc tantum dici volebat, quod sunt 560. ejus constantia & vox in adversis. 577
Bibuli clementia plusquam humana. 267
Bion Boristhenites, Crantoris discipulus, in secta inconstans. 647
Blancæ Scardeoniæ invicta pudicitia, & in maritum caritas. 308. †
Boccatius Roberto Regi Neapolitano gratissimus. 184.
Boëthius citatus 9. & alibi in libris Politicis.
Bohemiæ regnum quandoque comitiale 204. 205
Bolesslaus Poloniæ Rex moritur coquus. 291
Bonogus è nuperis Sinarum Regibus. 192
Bonum quid sit nec bonum nisi utile 735. idque solum quod honestum est, & contra, quod capitale, & radix omnium decretorum Stoicorum 729. absentia boni peccatum 871. bono nil melius, ut recto nil rectius 756. bonum nullum contra naturam est, etsi aliquando materia boni contra naturam sit 768. bonum in sacris litteris etiam pulchrum denotat, & benè. 796
Bona quæ, atque ea subtiliter & Stoicè divisa 736. 737. bona malaque distinguere, summa sapientia 734. bona falsa quæ 535. bona fortunæ seu extraria, quando bona 734. bonorum autem conditio triplex. 763
Bonum summum, sive, bonorum ultimum, extremum finis, seu τέλος quid 712. id in sola virtute esse 729. 730. nec intendi, nec remitti aut decrescere potest. 752
Bonum unum scientiæ, ut malum unum

Digitized by Google

impetitia Socraticis. 685
Bonum sive bonitas, substantia Divina 854. contra bonitatem Dei quæ objiciuntur, refutata 862. 863. 864
Bonis cur & unde mala eveniunt 872. 873
Bonzii & Bonziæ monachorum monacharumque instar Iaponensibus & Siamensibus: eorumque cœnobia. 143. 144
Car: Borromæus sæpè se libris Epicteti ad humanarum rerum contemtum & amorem divinarum commotum fatsus. 675
Bovem currus non trahit, proverbium. 284 *
Brachmanes (sive Bramenes) apud Indos olim Philosophi 636. hodiè Sacerdotes Malabarum, Magnæ apud eos venerationis 143. bonum nec malum in externis ponunt 731. Pythagoræ ἀπαθῆ credere putati 143. 192. etiam de judiciis apud inferos. 997.
Brasidas quæ tria in milite requisiverit 149. * valde prædicabat strategemata seu furta belli. 167 †
Brasilienses mirati, Helvetios grandes & robustos viros, tenello & parvo Regi Carolo IX. parere velle. 204
Brevitas sermonis decet Principem 231. * Zenoni & Stoicos placita. 669
Britanni veteres non regno suo fœminas præfecere, sed bello. 26
Brutus Reges Roma ejecit, atque ei inter illos in Capitolio statua. 450
Brutus etsi victor, Cassii morte animum despondet 156. moriens virtutem ut inania tantum verba incusat 589. statua ejus Mediolani ab ipso Augusto manere jussa 270. ejus militiæ excellentis probitatis & virtutis actiones 171. ejus salutare consilium quoad bella civilia. 195 *
Buddas sive Buttas, quidam Doctor Gymnosophistarum, 55. Hieronymo & Clementi Alexandrino 635
Burchardus Episcopus Halberstadiensis, ab Abbate Helveldensi, quem imuria affecerat, moriente ad divinum tribunal citatus, statim equum ascendere volens, fulmine ictus, concidit mortuus. 242
Burgundiones cur olim Reges suos aliquando deponere soliti. 217
Auger: Busbequius allegatus. 142

C.

CAbades Persarum Rex uxoris suæ operâ carcere liberatus regnum recuperat. 307
Cabiri, qui Dionysio, Straboni, aliis. 902
Cacodæmones, qui ethnicis sacrisque Scriptoribus. 884
Cadii, judices caussarum dicti Turcis. 256. totum diem ante ædes jure dicundo parati. 261
Cæcilius Poëta citatus. 124 *
Cædesingentes à Romanis editæ passim, item ab Hispanis in novo orbe 590. cædium & crudelitatis narrat ora aliquot miræ, & supra omnia sæcula hujus ævi. 603. 604
M. Cælius in epistola ad Ciceronem correctus. 193
Cæli vox unde: quid ipsum, in eo ignem locum suum habere, Stoicis & aliis, atque illum vel in illo, Deum, seu principale aut ἡγεμονικὸν Dei 925. 926. sedes & locus Dei quomodo 850. 851. 853. influat capitis in universo 920 sacrarium medii Philoni Iudæo 912. Stoicis proprie civitas 973. à quibus primum ab ornatu vocatum mundus aut κόσμος. 907
Cœlum, æther & aër Stoicis, seu divisum in æthera & aëra 877. 878. 922. pro aëre vulgare Latinis, Hebræis, &c. 923
C. Iul: Cæsaris in omnibus actionibus totaque vita sincera & non fucata clementia 267. 268. bello civili medios & neutrius partis, suorum sibi numero futuros pronuntiavit 193. quàm placidi animi in cavillatores 325. præsentia sua sola motus militares compescuit. 185
Iul: Cæsar etiam inter arma libros scripsit, & pulra ingenii & eruditionis ejus signa 183. omnes qui Romæ Medicos & liberalium artium Doctores civitate donat 320. destinavit jus civile ad certum modum redigere 259. quot hominum millia bello à se cæ-

Digitized by Google

gloriatus sit 900. jactare solitus, milites suos etiam unguentatos bene pugnare posse. 148 ‡
Jul: Cæsar gloriæ cupidissimus 318 quæ parando & conservando imperio conducere existimaverit 73. fraus ejus immanis in tollendis adversariis 119. omnium tandem victor, adulationi succumbens, in arrogantiam prolapsus 286. post tot prospera tanquam victima Pompeii manibus parentavit 588. ejus ignata ambitio serviit Deo in bonum finem, ejus commentarii, velut Principum proprii eis commendantur. 216 217. ‡
Calamitate ingruente quæ caussa trepidare faciat agrestes. 537
Calamitates à bellis quantæ. 129 †
Calani, Philosophi Indi ad Alexandrum M. de libertate animorum sententia. 315 †
Caldora pervicax & infestus Aragoniis hostis, benigrè nihilominus ab Alfonso Rege habitus. 274.
Calender Zelebis, pietatis velo tectus Anatoliam turbans à Turcis cæsus. 297 †
Caligulæ immanitas in lentis supplicüs, & pœnas imperantis crudelis vox 586. statuis Deorum selectissimis, ridicula impietate demto capite, suum imponi jussit 605. quot eis auspiciis victimæ cæsæ. 395. in primo tyrannidis cursu sublatus. 485
Calliditas quædam est honesta & laudabilis. 113
Callimachus citatus. 24
Callisthenes Philosophus, consobrinus & discipulus Aristotelis, nimis abscisus & asper, quæ debebat quidem sed non ut debebat, docebat 243. † familiaris Alexandro. 237 †
Calogeri, Religiosi aut monachi hodiè Græcorum. 257
Calumnias arcanas vix sapientiæ est evadere, & à Deo pendet. 267
Calumnia etsi alta petat, non tanget ubi animus altus est 316. ejus præcipua materia circa pecuniam. 411
Calumniatoribus litera olim à Romanis insita. 412. 413
Campobacchius Comes Carolum Audacem prodit & perdit. 238 *
Campus Martius ornatissima totius urbis pars. 467
Candidati Cæsaris qui. 479
Candidatos viros bonos dici, quid. 479
Candidatus, pro quovis cujusvis rei petitore. 466
Canes Ægyptiis pro Diis 140. canes etiam Hecatæ, id est, lunæ attributi. 888
Canes timidi latrant vehementius quàm mordent. 41
Canon, tributum ordinarium. 402
Canonica quæ Philosophia, aut Philosophiæ pars philosophis. 696
Canutum Anglorum Regis insigne ad modestiam documentum. 288
Ateji Capitonis obsequium dominantibus maximè probatum. 57
Capitolinus emendatus 390. idem citatus. 54. 55
Cappucini aliquo modo Cynicis comparati. 665
Captivitas olim acerba, & æquanda morti. 600
Caput humanum cur rotundum. 918
Caput Universi, cœlum. 920
Caracalla in singulos Oppiani versus singulos aureos jussit rependi 320. Alexandriam cædibus, prorsus exhausit. 604
Caractatus cæteros Britannos præeminens, unde. 239 †
Carol: Caraffa Cardinalis ignominiosa morte à Pio IV. Pr. sublatus 154
Caria multitudine imperantium periit, proverbium. 152 †
Caritate civium princeps sæptus, tutissimus. 435
Caritatis inter conjuges aliquot exempla. 307. 308
Carneades Cyrenæus Philosophus verus Novæ Academiæ 647. 688. Diogenis Babylonii Stoici discipulus, cum eodem legatus Athenienſium ad Senatum Romanum, ejusque in Præceptorem jocus, 654
Carolus Magnus post Theodosium & Justinianum jus reformavit 259. tuitioni sacrorum debuit titulum suum Imperatorium, quem feliciter gessit 134. ipse causſas graviores audire voluit, idque hebdomatim 229. 255. Filium Pi

Digitized by Google

pinum post duas in se conjurationes, monachum fecisse contentus fuit, idem filiam Eginharto, cum quo consueverat, uxorem dedit. 271. 272
Carolus Ludovici Pii filius minor à patre majori in multis prælatus, multorum bellorum causſam dedit, etiam vivo patre. 214
Carolus Andegavensis, post Conradinum & Fredericum Austrium capite plexos, ipsum carnificem interfici jubet. 294
Carolus V Galliarum Rex unde sapiens factus & dictus. 239 *
Carolus VII. Gall. Rex virgunculæ Joannæ operâ feliciter liberando Aureliano usus 207. * jus in publico reddebat, neminemque vel è fæce plebis ab affatu arcebat 255. ejus continentia 304. à pauculis duci & seduci se passus. 249
Carolus Audax Burgundiæ Princeps, quam eximius justitiæ cultor, notabile exemplum 241. 243. ejus judicium inter Arnoldum patrem & Adolfum filium Geldriæ dynastas 232. ruinam suam Campobacchio dedit. 238*
Carolvs V. Imperator modicus, vel potius tenuis, in cvltu & vestitu 232 * ejus pietas & ardor ac studium in tuenda religione 313. 133. ad Ingolstadium & alibi tota vitâ constantia 179. puerili incuria neglectas à se bonas literas dolet 186 ejus facetus in Germanorum conventus jocus 241. * cum imperiis & regno se abdicasset, nil nisi Carolum nominari se voluit 288. ipse & Franciscus Galliæ Rex, ac Soleimannus Turc: Imp: eodem tempore imperitantes, res quasi in æquilibrio continuere. 158
Carolus IX. Gall: Rex, sistendæ litigandi prurigini vectigal judiciarium excogitavit, sed remedium leve, & non duraturum. 260
Carthaginensibus judicum ordo perpetuus. idque inter causſas lapsæ illius Reip. cur quidam habeant. 256
Carus Imp: de eo narratio amœna. 232 *
Casimirus, Micciſlai Poloniæ Regis filius, profugus, monachus, diaconus, cum gratia laude, venia, patriam, sceptrum, uxorem obtinet. 209
Casimiri Sandomirienſium Ducis, post Polonorum Regis, in Ioan: Conarium Equ: clementia. patientia & prudentia. 272
Cassiodorus correctus 383. idem citatus. 33
C. Cassius fatali errore deceptus, sibi mortem conciliat. 156
Castimonita quidam Isaacium Imp: regit. 249
Castigatio, quæ per clades pubicas fit. juvat multum, sivè ut flagellum, cum peccavimus, sivè ut frænum, ne peccemus. 577
Castitas seu pudicitia Principi commendata, atque eâ insignium aliquot exempla. 300 *
Castrorum muniendorum, ordinisque in eis formandi ratio imitanda, etiam hodie multis. 146. 147.
Casus in rebus verè nullus 545. 546 * 548. 856.
Casus ut vocant, bellorum incerti. 169 170*
Cataclysmus, diluvium, vel diluvio. 953 quid Jul: Firmico. 959
Categorema, è rebus incorporeis. Stoicis. 907
Catena aurea cœlo demissa Homeri, quid. 547
Catholici agnomen quoties Hispaniæ Regibus datum. 134
Cato Censorius ad quadringenta oppida in Hispania cepit 600. integritatis conscientiâ T. Gracchum adversarium causſæ suæ judicem ultro sumsit 170. ejus in judicio accusati dictum 284. * inter servos suos contentiunculas alebat semper. & cur 182 Hortensi deditus 566. ejus variæ orationes, tum alii libri, ut Originum & de re militari &c. à Grammaticis sæpè citantur 377 & alibi idem citatus. 39
Catonis junioris plurima acta à prima pueritia usque ad exitum constantiâ & virtute insignia 174. 175. totus disciplinâ Stoicis 674. quanti fecerit Athenodorum Cordylionem Stoicum 659. ita libris deditus, ut & in Senatu à lectione librorum non abstineret 182. ejus ambigua vox, res divinas multum habere caliginis 588. non comitem solum se civilibus armis, sed & ducem præbuit 192 * honeste cum diutius vivere potuisse negant Stoici. 810
Catuli saltare & tales delicias docti, venanti

Digitized by Google

matui inepti, ita cives nimia culti minus ad virilia exercitia apti. 235 †
Causa prima, sivè omnia movens, Deus Stoicis, aliis. 905
Causa omnis prior & major suo effectu. 583
Causæ omnium rerum homini non cognitæ. 62
Causæ secundæ non æternæ. 558
Causa justa, caput bonæ spei est in bellis. 126 †
Causidicarum viperarum sibili à Principe comprimendi. 229 †
Cautela & patientia necessariæ in aula perennare desideranti. 59
Cautio in sapiente, in stulto metus. 759 760
Cebetis tabula citata. 883
Cedrenus citatus. 369
Celeres ratò felices. 53
Celeritas prudentiæ pestis. ibid.
Celeritas actioni apta, mora consiliis ibid.
Celsus Medicus citatus. 2. 59
Celtæ, communis olim Gallorum Germanorumque appellatio apud exteros. 381
Celtiberia, unde. ibid.
Censorini sententia de anno magno, 955. 956. locus ejus de conceptu hominis 979. locum Aristotelis malè intelligit, vel citat, aut sanè corrigendus 953. 954. locus ejus de primo ortu hominis explicatus & fortè correctus. 971
Censura, cujus institutio Principi commendata, quid, quæ ejus materies 102. 103. † quantum ab illa bonum si in usum revocetur & quomodo exercenda. 102, 103 †
Census, cujus etiam institutio Principi commendata, quid, quàm Reipub. utilis, quoties iterandus, qui Censores & à quibus eligendi, quod eorum munus. 101
Centurionis Cæsariani à Scipione in Africa capti laudabilis in Cæsarem fides, & animosum Scipioni datum responsum. 279
Ceramicus Athenis duplex, in urbe, via, & extra, ager ubi sepeliri soliti de republica benè bello vel aliter meriti. 662
Certa non temerè mutanda incertis 129 †
Chaldæi in cælesti scientia maximè noti 636. primi auctores Fati Mathematici. 553.
Chan, dictis, Tartaris & Turcis Dominum denotat. 134
Chan Tatarorum Principis, Regnum Poloniæ ambientis, ridicula propositio. 254
Chaos ἀνοσμία Plutarcho 898. quid Stoicis. 911. 912
Charondas Turiorum legislator leges suas è Pythagoræis fontibus hausit 639. severus, imò crudelis. legum suarum in se observator. 241
Charta in magna veneratione Turcis, & cur. 142
Chemiæ inventum Geniis tribuendum. 886
Chemin Mennal prætextu religionis Fessæ Regi Temesnæ Regnum extorquet. 297 †
Childebertus Rex à Fredegunde Regina prælio victus, post cum uxore veneno sublatus. 200
Chilpericus Francorum Rex ab uxore Fredegunde & ejus mœcho Landerico occisus. 199
Chosroës Persarum Rex, quantoperè studiis Græcis & Philosophiæ addictus. 186
Christus sub Tiberio primùm prædicare cœpit. 281
Christiani invalescentes, cur minus æqui in Stoicos 674. semper Christiani veteres aliqua coërcitione usi in Novatores in Religione. 296 †
Chrysaphius eunuchus Pulcheriam Imperatoris sororem aulâ exturbat. 202
Chrysippus Stoicus ob insignes virtutes mirificè à multis laudatus: à quibusdam ob nimium acumen culpatus, cujas, ubi vixerit, ubi mortuus, sepultus, quàm multa scripserit 650. 651. 652. purgatus à calumnia, quasi Deum auctorem mali statueret. 865 virtutem amitti posse putabat 799. ejus definitio Fati 554, 555. sententia ejus de natura propria, id est, ratione, quæ sequenda, explicata. 721 722. mundum à Deo factum, unde argumentetur 915. liberales artes, plurimum ad Philosophiam conferre fatetur 615. 626. quoto loco Physicam docendam censuerit 834. nimis anxiè aut subtiliter in Logicis, versatus. Sectam Stoicam spinosa quæstionum acumine enervavit ac corrupit. 555. 653, 671. quomodo,

Digitized by Google

Chrysippus pingi solitus, tum quid ejus numeri, item Acervus. 657
Cicero Pythagoram valde laudat. 641. item Atistotelem, tamen ut ei semper præponat Platonem 631 632. de Stoicis ejus elogium à pictore promtum 672. 673. providentiam maluit tollere, quàm aliquid delibare de libertate humana 560. dissensus ejus à Livio. 363
Cicero variè emendatus & auctus & citatus 741. 742. 818. 973. 974.
Cicutum venenum Massiliæ & alibi publice custoditum, in quem usum. 818
Cimbrorum CC. millia à Mario cæsa. 600
Cincinnato aranti dictatura delata 455
qui Circa me, Circa eum, Circa se omnes, id est domestici & familiares. 466
Circæa virga quid adumbretur. 22
Circulus minor tam circulus, quàm major, ita vita honesta non quantitate sed qualitate censenda. 752
Circus à Tra ano auctus: quantaque Circi à Jul: Cæsare structi capacitas. 411
Civis nullus bonus, qui non vir bonus. 543
Civis Romanus quidam ob occisum felem ab Ægyptiis discerptus. 140
Civium caritate septus, is tutissimus. 435
Civilis vita, quid. 7
Civilibus rebus magis idonea quorundam firma frons quàm verecundia. 263 *
Civilitas Apulejo dicta, quam alii Civilem doctrinam, aut Civilem Philosophiæ partem. 203
Civilis belli causse: finis, & alia eò facientia. 179. †
Civitas quæ Stoicis. 707. 911. 912
Civitas Leidensis, titulus scripti cujus auctor Diodotus Dialogista, ab ipso nihilom nus ut alienum contra Lipsium citatum. 291 †
Civitatem in libertatem dare soliti etiam Imperatores Exercituum, post magis Imperatores Cæsares. 417
in Civile quomodo se gerere debeat Imperator. 170. 171 *
Clarigatio præcedere debet belli illationem. 128 †
Claudianus Mamertus de statu animæ benè scripsit 993. quantoperè à Philosophiam prædicet. 629. quæ formæ principales 901. idem citatus. 290
Claudiani versus locum Homericum exprimentes. 1005
Claudius Decemvir Legg. scrib: 328
Claudius Imp: primus militari electione factus Imperator 206. 207. assiduus in jurisdictione. 255. imperium ejus famosum ab imperiis uxorum, & quibus abjectè obnoxius, libertorum 257. † ejus stupiditas. 54
Claudii Victoris versus de actionibus Dei. 914
Cleanthes Assius, Rhetor Antiochus unde dictus, successor Zenonis Citiei, pater Stoicorum Ciceroni, & ipse longævus 650. 651. 652. inedia voluntaria obiit 813. inter alia Theogoniam scripsit, ex eo versus de Deo divini apud Clementem Alexandrinum 853. 854. ejus sententia de convenientia cum natura communi explicata 719. 720. virtutem non amitti negat 796. versus ejus de obedientia Deo & Fato præstanda ab Epicteto citati 721. quomodo vulgò pingi solitus Cleanthes. 652
Clearchi sententia, Imperatorem potius quàm hostem militibus merendum. 151 *
Clemens Agrippæ Postumi, servus & Agrippam Postumum dicens, sed Tiberii captus, & secretò interfectus. 218
Clemens B. Petri Discipulus Mundi trans Oceanum meminit apud Hieronymum. 948
Clemens Romanus è Vita B. Petri citatus. 294
Clemens IV. PP. in credibilis modestiæ & temperantiæ 288. ejusdem Epistola ab Ant: Augustino edita modestiæ plenissimæ. 188
Clemens V. PP. paulò post Templarios damnatos obiit. 262
Clemens VII. PP. etsi ingenii vi pollens in actionibus infelix. 240 *
Clemens Alexandrinus Pythagoram & Judaico ritu circumcisum scribit. 641. germanissimus sæpe Stoicus, dogmata Stoica Christianis aptat. 675. 735. in quo male Stoicos damnet 893. idem correctus 637. inc hiatus 722. idem citatus. 304. 621
Cle-

Clementem non esse in desperatè malos clementia est. 306 *
Clementiam, Luna inter virtutes Principes, ut justitia Sol, quid ea. à justitia recedere, non discedere debet, diversa potius quàm adversa, quomodo ac quatenus eâ utendum, ejusque bona. 35. 36. 37. quàm ejus fama utilis novum imperium inchoantibus 28. ut quæ Principes tantùm honestiores sed tutiores præstat. 89. quam ea porrò decora utilisque Principi, rationibus & exemplis probatum. 263 264. inprimis autem laudanda post victoriam bello civili. 195 *
Cleomenis Spartæ Regis ad Græculum quemdam multa de fortitudine differentem dictum. 318 *
Cleopatræ Reginæ cum Cn. Pompejo F. & cum Jul. Cæsare libidines, tum ejus M. Antonium seducentis historia & tandem infelix cum eo & regno exitus. 196 197
Cloelia, & quæ cum ea obsides virgines, etsi manus Porsenæ evasissent, bona fide Regi remissæ. 276
Cochini Regis Triumpate in Lusitanos fides. 281. 282
Codex Theodosianus citatus. 307*
Cogitare & cogitatio quid Latinis. 1002
Cogitationibus bonis, etsi brevibus, semper est locus, ut aves apodes vel in aere suspensæ quod satis sit quiescunt. 966
Cognitio remedium in superbiam. 230 †
Collationes, dona provincialium in auspiciis imperii. 423
Colomannus etsi deformis homuncio, à Pannoniis in successione Regni prælatus, etsi patruus Almum minorem natu ei prætulisset. 214. 215
Coloniarum deductio. rei utilitas, nec non cruciatis acerbitas. 602
Columella citatus. 55
Cometæ non omnes ab aëre, nec in illo. 550
Cominæus etsi prudentissimus, ab aulicis tamen circumventus 265. 266* ejusdem historia valdè prædicata & Principi pro Enchiridio commendata 237.* eadem citata. 229. 236 *
Comitas modum excedens haud bona Principi. 233. 234.
Comitiorum ordinatio, quid. 481
Commoda in vitæ, sed extra nos ἰυχρηςα, Producta Stoicis. 742
Commodo variarum Disciplinarum magistri non profuerunt. 224 *
Communis res sine communione animorum numquàm rectè administratur. 245 †
Conarius, qui domino suo Casimiro Sandomirienſi Duci alapam impegerat, ab eodem indemnis dimissus. 272
Concentus in acclamationibus popularibus apud Rom. 358. 430
Conciliorum sacrorum finis 299 *
Concilium Toletanum IV. Sisebuti Regis de Iudæorum ad fidem coactione statutum ex parte rescindit 294. Toletanum VI. adigit Reges Hisp. ad exstirpandos omnes non-Catholicos. 260 *
Concordia sub Principe magis colitur, quàm in aliis Statibus. 190
Concupiscens pars animæ irrationalis 1001. 1002
Condita totius anni in plerisque epidis habere in aceto, frumento, lardo, hordeo & palcis, quanto usui in bellis. 132 *
Confidentia humana irrisa, 279
Confidentia in consiliario noxia. 52
Confusio, animi turbatio Plinio & ævi ejus scriptoribus. 500
Congiarium publicè non nisi plebi datur, id est, parti illi populi quæ frumentum è publico capiebat. 398
Conjugium cum hæreticis interdictum in veteri Ecclesia. 398
Conjugalis amor, at non obsequium, Principem decet 43. 44. ejus exempla rariora. 305. 306
Conradinus regnum Neapolitanum bello repetens, prælio victus & profugus, anuleque proditus & Carolo Andegavensi traditus, capite plectitur. 293. 294
Consalvi Magni Hispani insignis continentia 304. parem meritis gratiam non retulit. 265 †
Conscientia quid 167. bipartita, in bene factis, aut in seris 14. eique obsequendum & curandum esse 166. ea virtuti satis amplum theatrum 16. ejus tranquillitate esse nihil beatius 15. quæ in malis pectoribus, tantum vulgo plerumque

Digitized by Google

conſcientia vocata, eaque aridius definita, homini utilis in peccata 14. aſſiduus ſui & indefeſſus teſtis & carnifex, in tormentum, ut bona in ſolatium, 14 15. ejus ſtimuli unde 537 impii ejus crucem ferunt, in quæ pœnas luant priùs quam luant. 586

Conſectaria Stoicorum, quæ. 748

Conſidia quædam quomodo à Demochare Medico ſanata. 594

Conſilium quid propriè ſit 254. ejus anima ſecretum 54. boni conſilii impedimenta 245. 246. † quomodo conſilium capiendum ſit caput ex libro Leonis Imp: de apparatu bellico 254. porrò de conſiliis Principis occultis & domeſticis. 257

Conſilia vera. res divina, & ſtabilimenta imperiorum 48. uſui ad potentiam, ſed causa potius quàm acria 82. neceſſarium belli inſtrumentum 157 præſcribi vix poſſunt, eorum tamen ſpecimen quoddam, & monita eò facientia. 157 †

Conſilia verbis, pugnæ manibus conſtant 148. † conſtantia eſſe debent, ſed non cum rigore 242. † mutanda enim aut accommodanda ad eventus aut tempora 243. † modo nam quando que ſub die, imò ſub manu naſci debent, ac pro temporibus ſumenda 247. ſubita verò & fortia quando & quatenus utilia 247. at in tenui ſpe fortiſſima tutiſſima 161. † alioqui, conſilium in arena, gladiatorum non Principum eſt. 54

Conſilia ex eventu non judicanda, & ea quibus impares ſumus, Fato permittenda 55. conſilia enim noſtra à Fato diriguntur 210. in conſiliis autem diffidentia mala 244. at quibus dum decernitur ambiguus ſit, ea ipſa ab illo. ubi decretum eſt, alacriter promovenda 244. * conſilia non remuneranda temerè, & cur 243. * in conſiliis apud quaſdam gentes non admiſſi quinagenos hoſtibus limitaneos habebant. 245 †

Conſiliarii Principum quales eſſe debeant & quomodo eligendi 49. 239. † eorum munera, & quomodo eis obtinendi 49. 50. taciti ſunto, linguarum periti, liberi & veraces. 238. 239. quæ eis fugienda 51. 52. 244. 245. * liberæ voces conſiliariorum eliciendæ Principi, ſæpe etiam per artes 252. meliores audiendi non pares. 249

Conſiliarii aulici & cubiculares, improbi. 55

Conſiliarii exteri mali, infelices, ſtatusque imperiti, eum non amant aut curant, ſed turbant & perdunt. 238

Conſiliarii optimi, mortui, id eſt, libri, dictum Regis Alfonſi. 20

Conſtantia quid propriè ſit, ejus origo à patientia, tum quid ab ea differat, & abeat pervicacia ſeu pertinacia 532. medium tenet inter elationem & abjectionem animi ibid: rectæ rationi innixa 532. ad eam monitio ibid. omnibus ad eam patet via 568. ejus vis & fructus. contra dolorem præſertim & turbas ea verum & legitimum nepenthes 535. ejus hoſtes duo, à quibus quatuor præcipui inter ſe oppoſiti affectus, qui conſtantiam turbant 535. conſtantiam multum ſtabiliri exemplis 593. pro ea ad Deum à Lipſio ſuſæ in gravi morbo preces. 601 Conſtantia Principi neceſſaria quæ, idque exemplis demonſtratum. 168 169. 171

Conſtantia, ſed cum temperie, conſilio ſectanda. 50. 51

de Conſtantia libri Lipſii 511. & ſeqq. S. P. Q. Antverpienſi inſcripti 516 de conſilio & fine ſcriptionis ad lectorem præfatio 517. eorundem velut ſumma Iambis meris iisi Douzæ: tum aliorum elogia 520 521

Conſtantia Regina Neapolitana in foro Neapolitano in territorio ibi expanſo, præſentibus illuſtribus fœminis pluribus, Fridericum filium part. 213

Conſtantinopolitani Imp: variis cæſibus olim obnoxii 291. fœdi ſceleribus 233. eorum vix virilis cultus 232

Conſtantinus Magnus pietatis aſſertor feliciter regnat 134. libellos multos de religione controverſos quaſi lecturus accipens, in ignem omnes conjecit. 135. 136

Conſtantini Imp: ſcita in Arrianos 296. 309. †

Conſtantii Imp: error in non niſi doctos allegendo in Senatum. 240 241 †

Conſtantii Imp: fatua ſuperbia. 166

Conſtantio Imp: genius tutelaris apud Ammianum. 885

Digitized by Google

Constantius Imp: ab Eunucho Eusebio se regi passus, hinc acer in eum morsus Ammiani. Multum eum apud Eusebium potuisse. 257*
Consuetudo antiqua in minimis quoque rebus servanda, quando tamen, & quomodo immutari possit, aut debeat 79.
Consulendi ratio & modus 54. 247 242 †
Consul nemo qui non antè Senator, per leges annales, sed aliter aliquando ante eas 460. antè tempora Imp: Consules novi populo seu Quiritibus gratias agebant 360. sub Imperatoribus autem Senatui proponebantur, qui populo dicis caussa coëunte, renunciabar. 466
Consules primò die vehebantur sublimes 507. Circensibus etiam quos edebant curru vecti habitu triumphali. 502
Consul designatus primus in Senatu sententiam rogabatur. 462
Consules ab Augusto duplices, ordinarii & suffecti, & qui utrique. 456
Consulare juramentum duplex, atque utriusque forma & formula. 468
Consularia quædem officia. 460
Consulatum inire, gerere, & finire absentem, præter instituta. 460
Consulta oportet exsequi festinanter. 247 †
Consulta quæ aliis in Philosophia, Stoicis Dogmata. 710
Contemplatio, suavissimus animorum pastus. 835
Contemplativa Philosophia, quæ & quotupex. 694 †
Contemtus Principum, alterum ab odio, imò ferè supra odium, vitium evertendo regno, quid, unde oriatur. quo modo eum vitare possit. 78. 107
Continentia, si fieri possit, militibus tenenda. 147
Contingens fortuitumque in eventis admittendum. 559
Contumacia quorumdam ad aulam inepta. 263 †
Contumaciâ inferiorum lenitas imperantis irritatur. 190
Contumacia & Magistratuum contemtus, quæ Stoicis exprobrantur, libertas potius est & animi generositas. 669. 970
Contumeliarum patientiam ingens instrumentum esse ad tutelam regni, exemplis monstratum. 312
Convenienter naturæ vivere, quid 715. 716. 717
Convenientia vel ὁμολογία voluntatis id est, idem semper velle & nolle, nota Sapientis eaque finis Philosophiæ Zenoni & Stoicis. 717
Conversatio maximè juvat ad exercitium virtutis. 819
Convicia non timenda nihil conviciis dignum perpetranti, præcipuè Principi 312. spernere ea debet Princeps 44. ea enim si irascare, agnita videntur, spreta exolescunt 234. † in convicia popularia magni Principes fortes. 233. 234*
Copernicus nobilis Mathematicus, ejusque asseclæ, terram non cœlum moveri asserunt, eamque statuunt ut magnum animal. 946 947
Cor, fons vitæ & intelligentiæ, ac domicilium animæ, Hippocrati, Stoicis & Epicureis 1005. sedes timoris 766
Corbis in Hispania Regni caussa fratrem Orsuam dicello occidit. 228
Corbulo dolabrâ hostem vincendum esse prædicebat. 145†
Coreutes Selymi fratis jussu nervo arcus strangulatus. 231
Coriolano defuit doctrinæ bonum. 289
Cornelius Nepos in Vita Attici citatus. 193
Cornutus Tertullus collega Plinii junioris in Præfectura ærarii, & Consulatu. 504
Carocottæ latroni Hispano parcit Augustus, & præmium donat quod eum sistenti promiserat. 270
Coronarium aurum quid, quando datum. 385. 423
Corpus quid Stoicis, latè accipi, & omnem substantiam includere, quædam etiam eorumdem, pro nostris scholis & sensis nugamenta 902 903
Corpus animi pondus ac pœna est 785. ejus imbecillitas. 970
Corporalia quæ Stoicis. 837
Corporis quæ constitutio militiæ aptior. 142 †
Corruptelis magis obnoxiæ Respublicæ populares, quam Principatus. 191
Cortesii laus 146. parem meritis non retulit gratiam. 265
Cotiis Thracum Rex severitatem re-

Digitized by Google

gnandi prædicat. 78
Crentori familiaris versus. 606
Cratetis excelsus animus. 562
Cratesiclæ Cleomenis Spartæ Regis matris constantia. 173
Credulitas turpis Principi. 113
Creonthis improvidum in fabulis factum. 363
Creophylus Homeri hospes. 638
Cretæ centum olim urbes. 550
Cretizandum cum Crete, proverbium. 111†
Crocodili Ægyptiis pro Diis. 140
Crœsus jussu Cyri exurendus, quo dicto eum ad misericordiam & modestiam flexerit. 289
Crojorum familia Galliæ Belgicæ inclyta ab Hungariæ Regibus quomodo orta. 249
Crudelitas quæque exquisitior, magis est illecebra sectarum in religione. 310 †
Crudelitas Regum auget inimicorum numerum tollendo. 37
Cuba insula Novi orbis, ab Hispanis desolata. 600. 947
Cubiculares consiliarii vendunt sæpè Dominos suos. 56
Cultus Dei quid 10. qui optimus. 12. religiosissimus imitari. 208 †
Cultus corporis cui magna cura, ei magna plerumque incuria virtutis. 211
Cunctandum in deliberando, confidendum in agendo. 53
Cunctatione non opus, ubi perniciosior sit quies quàm temeritas. 146*
Cupidinis vel Libidinis sedes in jecore. 766
Cupidines quædam interpellatæ crescunt. 529
Cupiditas in stulto, in sapiente voluntas. 759
Cupiditatis affectus quid & unde 535. refrænandus in Consiliario Principis. 53
Cupressi præter speciem nihil habent, cætera sterile, ita multi qui in altitudine nil nisi alti sunt. 200*
Curiæ, sive Ordines judicum perpetuæ haud adeo vetusti instituti res, & an conducat esse perpetuas. 254. 256
Curiatius Decemvir Legg: scrib. 328
Curio corruptus Cæsari Remp: Rom: quasi vendidit. 191
Curius ut & Cæsar, velut proprius Principum Historicus, assidue eis in manu sinuque habendus, & cur 216. † improbatur ei mors spontanea. 815
Curulis sedes aut sella, in qua Magistratus majores sedebant. 418
Custodes Regii qui, eorumque mos. 73
Custodia ipsa Principum in urbe olim rogata. 394
Cynici Philosophi, qui & à quo. 647 originem Stoicis dedere & ferè convenunt dogmata 661. quin ipse Zeno Cynicismum compendiariam ad virtutem viam fatebatur 661. unde Cynici dicti. 662
Cynici & eorum dogmata ex professo laudata 662. 663. 664. Cæpere aliquo modo comparari 665. quæ eis ad beatam vitam sufficere vana 731. sapientem sibi sufficere & omnia aliorum, ejus esse jactabant 779. quatenus aspernati artes liberales, præter Ethicam cæteras Philosophiæ partes pæne tollebant.
Cyrenæ plures Philosophos dedere quàm ipsæ Athenæ.
Cyrus Persarum Rex Pantheam formosissimam fœminarum captam ad se adduci vetuerit 301. minus in exercitu omnes nomine compellabat. 383. Crœso parcit 290. regnat annos in magna gloria Rex, à Tomyri Scytharum Reginâ cum summo ignominiæ cæsus. 152. 153
Cyrus Minor ipse in manu suâ pugnam instituebat. 45

D.

DÆmones Græcis, qui Latinis Genii, unde dicti. 311
Dagobertus Rex Judæos ad fidem cogit. 255
Damascenus civatus. 254
Damocles Attici, Formosi cognomento, in pudore tuendo triste factum. 565
Dania quandoque Regnum Cimbricum. 204. 258
Danubius congelatus, quando. 317
David mirificus conviciorum contemptor 313. ejus in Absalomum & Saulis prius peccantem longanimitas. 8. ob cæsum luctus 265. ejus culex pro septuaginta millia hominum in Judæa sustulit die non rota. 591.
Decanus, caput contubernii militaris.
Decebalus Dacorum Rex à Trajano Imperatore victus.
Deceptio pro moribus temporum prudentia est, an & quatenus Pru-

Digitized by Google

leita. 116 *
:ectores non apti ad consilia. 238 *
creta quæ Ciceroni 709. 710. decreta
Philosophica alia communia passim
n scholis Philosophorum, & quasi
passiva, alia Stoicis propria quæ &
paradoxa 748. 749. hæc in animum
id mittenda contra externa quæ di-
cuntur mala, sed cum qua prænotio-
ne, 747. 748. 818.
fensio sui aut sociorum iniqua passo-
rum, semper justi belli causa. 127 *
finiendi summa laus in demonstra-
tionibus. 669
finitiva Philosophia quæ Stoicis. 696
latores Principibus habendi detegen-
dis machinationibus subditorum, sed
quatenus eis credendum. 88
lationes nimis crebræ coërcendæ. 97
latores tyrannis grati. 187 *
latores jussu Titi & Trajani per Are-
nam traducti, & flagellis cæsi. 410
latoribus par pœna posita, quam irro-
gatum irent. 412
liberandum in tempore. sed tardè de-
liberata peragenda celeriter, inter-
dum tamen etiam celeriter delibe-
randum. 53. 247
lictum propriè, quod peccatum vo-
catur & quare. 870
linquere & delinquentem tueri, paria
sunt. nil hoc pejus. 247
llius an Deilius, Senator à M. Anto-
nio accersendæ Cleopatræ missus. 196
197
emetrius Poliorcetes justitiæ desertor,
à Macedonibus desertor, & Regno à
Pyrrho exutus 255. uxor ejus Phile
morte spontanea obit. 200. 201
Demetrius Phalereus citatus. 231 f
Demochares Medicus quomodo Consi-
diam fœminam sanaverit. 594
Democriti querela de quibusdam Philo-
sophis 628. quid ei sol. 928. ejusdem
fragmenta citata, aut correcta. 120. 143
Desperatio sæpè spei causa est. 169 f
Detinens solum quid. 404
Devovere se Principibus, mos veterum
Gallorum & Hispanorum 544 devoti
ad patronum suum res prospere gestas
referebant. 264
Deus unus, & de eo bene, sed temperan-
ter, sentire prima pietatis pars. 8. 9.
descriptus aliquo modo, sed melius
sciturne sciendo, & periculosum ti-
mari, ejusque effectus & affectus 8 9.
definitiones ejus Stoicæ variæ, tum e. si
unus, nomina varia, & per omnia
diffundi 846. 847. Plinio Seniori Deus
quid 845. proprium ejus nomen ho-
mini ignoratur 204. † convenientissi-
mum ei, Deus est, qui est, & quod
est, mente purior, movet non move-
tur, pauca de eo dicenda, nec nisi in
sacris tradita, vitium animi, in illum
inquirere, & inquisitio eo vana 204.
205. * adorandus ille, non sensu perse-
quendus, in effectis, & ab eis noscen-
dus, sed nulli in eo affectus, totus
substantia est, inque tenebris Deus.
205. 206
Deus & materia agens & patiens, pri-
ma omnium principia, Stoicis 837.
840. eisdem mundi, & mundus Dei
corpus. 841
Deus ipse Stoicis corpus aut corporalis,
ut & Platonicis ac Tertulliano, imò
animal, contrà Aristoteli ac Christia-
nis. 848. 849 905 906
Deus Rex mentium est 66. ejus exem-
plum homo 967 eum in nobis, a-
deoque in corpore nostro hospitari,
pluribus ostensum 726. inspector is
omnium, judex, vindex & guber-
nator 9. curator nostrûm omnium,
singulorum, & nos velut aliqua ejus
possessio 747. 856. Deus hominem re-
quirit, pulchrum Manilii Dictum 968
æterna quædam omnium creatrix,
conservatrix & rectrix mens. 545
Dei notitia obscura aut impenetrabilis,
sermones ancipites, attribui tamen
quædam recte à Stoicis, & primo u-
nitatem 851. 852. unitas ejus quomo-
do Arnobio probata 912. bonus &
beneficus, Stoicis, & hæc velut pro-
pria ejus nota & nomen 853. 855 bo-
nitas & providentia asserta contra ad-
versantes 862. 183 ejus voluntas,
causa autem omnes causas 583. ea
que summa est justitia ibid: judicia
enim ejus multa occulta, nulla in-
justa 593. ad peccatum enim non im-
pellit, sed ad lapsum 209. trahit nos
sæpè in externa mala, culpa tamen
nostra 210. † cur Geniorum ministerio
utatur. 890. 191
Deum nemo vidit, in omnibus tamen
omnes cottidie vident. 846. 849.
quomodo mutari intelligendus 875.
facta non potest facere, ut facta
non fuerint. 421. ejus proprium
erecta dejicere, dejecta erigere
231. * cum magna imperia perdere
vult

Digitized by Google

vult, solemiter id facit per bella civilia 179. * mundi conflagrationi superit solus 658. Deus humana specie Epicuréis. 849
Dei cultus, alterum pietatis membrum, quid 10. qui optimus 12. 208 eum sequi, decretum maximum 748. eum sequi, quid Stoicis 719. 720. 724. ei assimilari, quid 726. 727. Deo servire, parere, eumque sequi, vera libertas, imò regnum potius est 548. 784. 785. Deum audi, audiendus, ejusque rei exempla 130. cum Deo quodcunque opus aggrediendum 355. eo ad clavum sedente, homini allaborandum. 13
Deorum multitudo, nominum potius quàm numinum, unde ortum Ethnicis habuerit 852. Diis omnia plena, Stoicis, sed omnibus, præter Iovem, interituris 958. cur laneos pedes Dii fícti. 585
Deuteronomii liber citatus 120. 165
Diabolus auctor malorum delicti vel culpæ. 869
Dicta plerumque chirurgiâ melior. 65
Dialogos de institutione juventutis conceperat Lipsius, sed non edidit. 221
Didymus allegatus de periodis Anni Magni. 956
Dies quæque ut ultima futura transigenda sapienti. 896
Diffidentia commendata regnanti. 113
Dignitates virtute emendæ, sed sæpius fit favore, & nimis sæpe mercatura, atque id ruina status. 260. 261
Δικασπόλοι unde Reges Homero 240
Dilectus seriò adhibendus parando militi, & quàm hodie in eo peccetur 134.* quid ille dilectus. & in eo habendo quæ ratio observanda. 134. 135. 136*
Diluvii memoria quomodo apud Mexicanos servata. 554
Dio Cassius quomodo à calumnia in Senecam excusari possit. 679 680. ejusdem dissensus à Victore. 361
Dio Syracusius per quos fatales eventus patriam à Dionysii tyrannide liberarit 255. ei filii suusque interitus spectro ante significata. 562
Diocletianus Imp. quàm liberalis in Eumenium Rhetorem 321. hortos is imperio prætulit 566. ejus jam privati dictum & querela notabilis. 257†
Diodorus quidam dialogista, Politicorum Lipsii obstrigillator refutatus 273. *&c. ejus ingenium & scriptum descripta 275. 276. † ad eum epistola Lipsii. 280
Diodorus Siculus citatus 19. & aliquoties in libris Politicis.
Diogenes Apolloniates condiscipulus Anaxagoræ, apud Anaximenem 63
Diogenus Babylonius dictus, magnus & gravis Stoicus Ciceroni, legatus Romam ab Athenienibus missus. in quo eum Carneadis discipuli jocus, 653. 654. quomodo Zenonis ὁμολογία interpretetur. 722
Diogenes Cynicus 647. pronum se quis excedere fassus, & cur 664. ad Philippum Regem pro speculatore deprehensus, quæ professus sit 663. servus factus, quomodo se gesserit. 647
Diogenes Laërtius quando vixerit 13. in Physicis valde laudat Aristotelem 632. ejus error 644. 647. verba ejus à quibusdam male mutata 906. eum correctus 641. 642. 645. 759. 813. citatus 114. † & alibi in libris politicis.
Diomedes dispensator Augusti, dominum feroapro objiciens & poenam latens, non tamen ab Augusto punitus. 269 270
Dionysius Areopagita citatus 845. 854 901
Dionysii Halicarnassæi opinio Stoica de animarum longævitate 991. locus ejus egregius de domicilio animarum post obitum 998. idem citatus 182. 213. 508
Dionysius junior Syracusanus tyrannus, è clementi & benigno in quantam tyrannidem delapsus 256 à sceptro ad ferulam redactus. 155. 187. 587
Diotogenis Pythagorici sententia. 2861
Diphili versus. 117
Discendi amor & ardor, nota bonæ indolis, ut halitus maris è terra emanans indicium latentium aquarum 571
Discentiæ vox Tertulliano usurpata 99
Disciplina militaris definita, & quænam contineat in genere, quot sint partes, quanto bono, quomodo usum revocanda & exercenda 146. & seqq.

Digitized by Google

iplina & ordo pedites equitibus
ævalere facit. 134 †
ipilinam non potestje servar junus
ercitus. 132
ordia inter consuasores vitanda
onsiliariis. 52
:ordiam serere inter hostes, sapientis
icis est. 160†
ensatio restricta & utilis tributorum,
nus tributorum facit levius. 99
ponere & figurare orationem, plus
à quàm invenire præclare, aut e
untiare magnifice. 354
utare omnes malunt, quàm vivere.
65
put andum de religione, ubi quate-
is, & à quibus. 311
putationes de religione publicæ &
opulares noxiæ. ibid.
utationes captiosæ, & irrita acu-
ina exposa. 629
ertatiuncula à Lipsio apud Principes
rtum & Isabellam dicta, eisdem
eodem inscripta. 336
lidia in repub: fovere, an Principi
onsultum & quatenus. 181. 182†
imulatio necessaria Principi, sed
am modo habenda, dissimulare qui
escit, regnare nescit, dictum Impe-
atoris. 115
es solus sapiens 779. unde dictus
781
res est, quem animus suus divitem
udicat, non quem vulgi sermo, aut
ossessiones. 781
ridendi summa laus in docendo, di-
isio enim rerum exacta, efficacissi-
na est ad methodum seu viam ratio-
iemque docendi & discendi 669. sed
livisio nimia idem vitii habet, quod
ulla. 694. 695
inationis omne genus cur à quacun-
ue bona repub: arcendum. 165
ctrina prudentiam & virtutem pro-
novet 19 20. quomodo, & quis ejus
erus finis, & in ea modus 20. 21.
nentem illustrat, animum domat,
modestiam inserit, ab hac vacui rue-
unt, ad rem transferendi 219
220. doctrinæ veræ laudatio 240.
341. † ea solos habet hostes, indoctos.
618
ctrina quo differat à studio 684.
585 ea duplex, Dogmatica & Pare-
netica 709. eæque jungendæ ad insti-
utionem Philosophiæ. 711
ctus, Stoicis quis. 704
Doctus ab indocto distat Antequus do-
mitus ab indomito. 626
Docti invisi tyrannis. 188†
Dogma & Dogmatica Philosophia, quæ.
688
Dogmata Stoicis, quæ aliis axiomata,
Enunciata, effata, consulta id
decreta, scita vel Placita. 710
Dogmatica doctrina, seu Philosophiæ
pars, decretoria. 709. 710
Dolabra hostem vinci debere, dictum
Corbulonis. 145†
Dolor quid & unde, ex malis publicis
gravissimus quibusdam visus & quare
535. sed dolor ex publicis malis
stultissimus inter affectus, imò im-
pius, cur 545. ejus in malis publicis
simulatio constantiæ adversæ. ambi-
tiose à quibusdam induitur, ea detecta
537. 538. dolori autem suo augen-
do, imo fingendo quilibet pronus.
597.
Doloris imitamenta. 596
Dolus bonus quis 167.* dolus an virtus,
quis in hosto requirat. ibid.
Domesticus miles prælatus externo,
corpus is exercitus facere debet, ex-
ternus tantum membrum. 136. 137
Domicilium Principi sumendum in
urbe aliqua præcipua, unde in omnia
regimen. 86
Dominus propriè servorum intelligi-
tur, quoque à Principe differat.
429
Domitianus Imp: à formæ pulchritudine
laudatus 358. triumphare solitus,
cum ipse victus 375. pacem emebat
377. Philosophos omnes Italia sub-
movit. 432
Domitianus Imp: censeri & audiri vo-
luit Deus Dominusque noster 409.
605. statuas sibi non nisi aureas ar-
genteasve in Capitolio poni permisit
444. Octobrem mensem à se Domi-
tianum nominari voluit 448. ejus
ædes à variis prædicta. 164
L. Domitius, vetus & acer inimicus
Cæsaris. indemnis Corfinii ab eo di-
missus. 268
Domi suæ quisque temperat, Telemachi
dictum apud Homerum. 315
Donati hæresiarchæ vox. 285
Dona animi aut corporis aliis alia, nec
in omni re unus excellit. 262. 263 ‡
Druidæ vel Druides Gallorum 636. cre-
debant transmigrationem animarum
992

Dubi-

Digitized by Google

Dubitatio inquisitrix scientiæ uberioris mater. 305 †
Duellum olim crebrum in ditimendis litibus. 232. 233
Duicka carmen in Constantiam Lipsii. 524
Dux quasi spiritus, anima & vita exercitus. 151 ‡
Duces duplici discrimine in exercitu, qui, quales & quot in uno exercitu, ducisque boni signa, & quæ in eo requirantur atque alia ad duces spectantia 151 † & seqq. Vide etiam, Imperator.
Dux in acie sit confidens & lætus, suos hortetur, in re trepida non trepidet, suos sistat & inciter, providè invictoria agat. 164. 165. †
Duces magni à Principibus suis ferè postea neglecti. 265 † nec ipsi nec milites olim in cnicitis, sed in terra, gramina, spectubusque dormire soliti. 381

E

Ebrietas quid. 799
Ecclesiastici liber citatus. 117 & alibi in libris Politicis.
Eclecticè secta, seu Electiva, à Potamone Alexandrino. 633
Edebal interpres somnii Ertuculis, & filius ejus Osmanis socer. 159. 160
Efficientia, Ποιητικὰ bona, quæ 736. 377
Egere & indigere, quomodo differant, 762
Eginhartus Carolo Magno ab epistolis, post etiam gener. 271. 292
Εἶδος Aristotelis, quid ab idea differat. 902
Eidothea Homero, quæ aliis materia, seu principium patiens. 841
Ἐκπύρωσις Græcis, quæ Latinis conflagratio, sive exustio 955. ea mundi futura, non in interitum, sed in mutationem, Numenio apud Eusebium 955. Vide Mundus.
Eleatica Philosophia quæ, à quo, cum Pythagorica aut Italica quidam confundunt, non benè, diversa etiam à Megarica. 648. 649
Electio in imperiis antiquior & dignior, ut videtur, 27. potiorne sit & quæ eam commendare, quæ abjicere possint. 204. 205
Elementa quomodo à Principiis differant 838. divisa in levia & gravia, quæque utr

lut mares sunt, alia patientia, ut fœminæ, & materiæ vicem habeant, i totum quatuor esse, item quid elementum 922. 923. 924. elementa Varro animalia 908. eorum receptacula migratio, aut in se invicem commutatio 916. 924. eadem inter se pugnantia 550. eorum nomine mundo comprehensus.
Elmahel quidem sanctimoniæ opinione conciliata gente, Abrahamum Maurorum Regem Regno & vita spoliat. 29
Eloquentia Principem Decens qua 221
Elpistici Philosophi, qui.
Emanuelis Lusitaniæ Regis nomen proles, & nepotes multi, mortem tum ad regnum habili, potii. His gis patefaciunt.
Emanuel Sabaudiæ dux, unde cautus. actus.
Ennius Scipioni Africano summe carus.
Epaminondas, Lysidis Pythagoræi discipulus, Philosophiam ad roborandam prudentiam habuit magistram 639. ejus insignis probitas 169. Philippi Macedonis Regis institutor
Epaphroditus, Neronis libertus, Epicteti Dominus, à Domitiano occisus 687
Epicharo nervus sapientiæ, Nil videre 114. 115. mores hominum à loco malovè genio pendere ait.
Epictetus eximè à doctrina & vita laudatus 681. ejus insignis Hymnus gratiarum actionis Deo 884. lucrum quanti venierit 681. 682. is citatus 206.
Epicurus Nausychanæ discipulus, et ἀυτοδίδακτος videri pollens diffimulaverit 692. è secta Eleatica progressus 648. ab anno ætatis decimoquarto Philosophiæ operatus, nec juvenem differre, nec senem Philosophari desistere debere moruit 624. ejus etsi voluptatis Magistri, in gravissimis corporis doloribus moriendi constantia.
Epicurus igneam substantiam cœlo tribuit 927. de tempore negabat oportere 962. 963. quid ei & quibus sol 929. mortem sibi ipsi inferre permittebat.
Epicurei quid de interitu mundi senserint 960. 961. de ortu animi

Digitized by Google

Epigrammata Græca citata. 657. 681
Epimenides Cretensis, piator. 638
Epistolas alicujus, ipso inconsulto aut nolente, edere, mali res exempli. 280 †
Ἐπιδείγματα studia, Stoicis quæ. 771
Ἐποχὴ ab Arcesila inducta. 688
Eponinæ vel Epponinæ, in maritum, Iul. Sabinum singularis caritas. 306
Equitum aut peditum major in bello usus quæsitum & distinctum. 133 *
Equites Romani ad quot annorum stipendia obligati. 383
Eretrici Philosophi, qui, à quo & unde dicti. 647
Erillus Philosophus, discipulus Zenonis ab eo defecit, cujusque fuerit opinionis. 647. 648. 650. 659
Eristici Philosophi, qui & Megarici. 647
Errare, agnatum mortalitati, & hominis proprium. 303 †
Erructilis, Osmanis patris mirum somnium de filii matrimonio & imperio. 159. 169
Esdras citatus. 976
Essæorum secta Judaica. 935
Essentiæ seu naturæ, idem quod principia rerum. 841
Essentia, seu omne quod. 842
Est, Stoicis corpus. 905. 906
Ethica Philosophia quæ, cæteris Philosophiæ partibus a Stoicis prælata 694. 695. Principi cum modo tractanda. 223
Etrusca nimis vegeta ingenia à Principe coërcenda. 578
Euclides Megarensis caput Megarico um Philosophorum. 647
Euclides de Diis multa interroganti, quid benè responderit. 510
Εὐδαιμονία Platoni quid. 716
Εὐδαίμων unde. 884
Everta omnia bellorum præcogitanda ante belli susceptionem. 129 †
in Even us inquirere, & vates aut ariolos consulere illicitum. 164
Eumenius Rhetor Augustodunensis quanto solario annuo honoratus à Diocletiano. 321
Eunus quidam specie religionis Siciliam occupans, ægrè à Romanis coërcitus. 296 †
Εὐπαθίαι (Constantiæ Ciceroni) tres in animo sapientes, Stoicis 759
Euphemi apud Thucydidem non ἐφημος sermo. 33
Euripides in scribendis tragœdiis à Socrate adjutus creditus 616 in persona Herculis spontaneam mortem damnat 815 idem citatus. ibid.
Εὐροια semper Stoicis, id est, facilis fluxus & successus rerum. 776
Europæ hodiè calamitas à dissidio religionum. 64
Europæi in cultu externo minus affectati: quàm Orientales. 298. 297
Eusebius quæ in Aristotele damner. 631. quid ei mundus 910. ejus Chronicon versionis Hieronymi correctum. 642. idem porrò citatus. 238
Eustathius citatus. 155. 305. 905
Eutropius citatus. 358
Exactiones per bella odiosæ aut periculosæ. 131 †
Examen auxilium efficax ad exercitium virtutis, idque duplex, à sese, ab aliis & quomodo. 810
Excœcatio crebrò ab Impp. Constantinopolitanis, aut in eos usurpata miri ingenii sævitia. 235. 234
Excommunicatio usitata in veteri ecclesia in hæreticos. 308 †
Excoriæ antequàm occideris, proverbium. 247
Exempla quantum valeant illustrandis præceptis. 127. multùm valent firmandæ Constantiæ. 593. utiliter conducunt ad exercitium virtutis. 819
Exempla Principum faciunt ad virtutes & vitia subditorum. 259
Exempla magna habent aliquid ex iniquo, quod adversus singulos utilitate publica rependitur. 120 *
Exemplar perfectionis statuendum, etsi ad eam perveniri nequeat. 701. 702
Exercitatio necessaria virtuti, & quæ ad hoc exercitium adjumenta. 819
Exercitium disciplinæ militaris quàm necessarium, & quomodo instituendum. 143. 141 *
Exercitûs nominis quod etymon. 143
Exercitus labore proficit, otio consenescit. 145
Exercitus dubitans aut trepidans non leviter ad publicam aut generalem pugnam producendus. 162
Exercitus tanti, quanti Imperator. 151
Experientiâ in Republ. opus. 212
Experientia & peritia artis in Imperatore exercitus spectanda potius, quàm virtus morum. 153

Digitized by Google

Exploratio in hostes Duci necessaria. 159
Exsectio miri ingenii sevitia, sæpè Imperatoribus Constantinopolitanis, aut in eos usurpata. 232
Exsilii pœna frequens olim in turbatores hæreticos 303. nec exilium ullum esse potest ei, qui mundum propatria habeat. 911
Exsilium non grave, peregrinum tantum facit id est, sapientem, qui ubicunque sit, peregrinatur. 594. 595.
Exsistens quodcunque, Stoicis corpus est. 903. 606
Externa omnia, nec bona nec mala 535.
Externa non venire in Boni nomen, contra Academicos & Peripateticos 732
Externorum militum insolentia, & alia vitia. 136
Ezechiel Propheta quibusdam idem cum Nazaretho Assyrio putatur. 638

F.

Fabrorum collegia varia. 448
Q. Fabii dictatoris probum factum. 170
Q. Fabius sacra solemnia in Quirinali, per medios Gallos vadens obit. 131
Q. Fabius quot millia Gallorum cecideriit. 600
Fabulosæ historiæ inutiles, imò damnosæ Principi. 224
Facinus nisi perpetratum vix creditur. 88
Facinus quos inquinat; æquat. 178
Factio, pestis statuum, quid, unde, quàm noxia, an quando & quomodo premenda. 181
Facultates animæ quæ Aristoteli 999. 1000
Fœminæ præcipuum ornamentum verecundia. 496
Fœminas imperare apud multas gentes mos 225. quæ ex Homero 301. cur minus imperio aptæ quàm viri 193. infelicis earum imperii exempla 195. 196 contrà boni & felicis 199. 200. 201. major eis semper ad honesta aut prava impetus. 309
Fœmineus sexus imbecillis, inconstans, insipiens sæpe, vitiosus & lubricus 25. fœminarum consuetudo hoc saltem noxiæ habet, si non aliud, avocari à melioribus curis, earumque bonarum rara, animosarum pauciora exempla. 321
Fœminis fatidicum aliquod inesse æstimarunt veteres Germani. 26
Fœminæ quædam prodendis maritorum secretis corruptæ. 116
Fœminam Principem auditoria publica Professoris audiendi gratia ingressam, ante Isabellam Austriam inauditum. 338
Falisci setsi sæpius rebellibus, à Romanis servata fides. 276
Fama magna periculosior sub tyranno quàm mala. 181
Famæ præcipuum alimentum, rumores velle coërcere. 69. 72
Famæ in bellis serviendum, & aliquando minimè quæ distinctior 158. quare ejus curiosus in primis esse debet Princeps. 41
Famam multi, conscientiam paucissimi curant. 15
Fama qualis cujusque est, talis plerumque ille. 52
Familiaris Philosophia quæ. 694
Fatum appendix pietatis, quid, ejus auctor Deus, Dei verbum, æterna ab æterno in æternum Dei lex, ea obrogari nihil aut derogari licet, nedum ut abrogare eam fas, ejus enim in humana vis inevitabilis 11. 12. 209. 210. 844. 845. adjici vult, non inspici, nec nimis de eo indagandum 560. ejus notitiæ præcipuus fructus patientia. 13
Fatum quid Minutio Felici, id considerandum, credendumque esse 147 ejus impressa quædam omnibus notitia 553. de natura ejus quadripartitæ sententiæ ibid: Mathematicum Fatum quid ibid: Fatum naturale aut Physicum quid, quid violentum sive Stoicum 554. ejus nomen unde, an & quatenus eo nobis uti licitum, ut eo usi veteres Patres, tum de eo librum scripsit D. Thomas 556. 557 ejus definitiones, earumque explicationes 557 ordo causarum in eo, ejusque adstrictio ad locum & tempus 557. 558
Fatum verum videri cum Stoico mutum, discretum tamen quamnon ominis, ostensum accuratius, quod vim non inferat voluntati 558 aptè

Digitized by Google

per cauſſas medias, eoque illæ adhibendæ 562. conſequi autem è Providentia divina, & quomodo libertatem Deo non tollat 858. 859. nec Deus Fato ſubeſt 209.* etſi verò Stoici Fato Deum ſubjicere videantur, & humanam libertatem tollere, reverà non penitus ea ſenſere 555. ejus tamen nomine Providentiam divinam imò Deum ipſum intelligunt. ibid. ſed cum providentia non confundendum, hoc in rebus, illa in Deo. 556.
atum impugnantes, objectiones tres ordine ſolvuntur. 874. in Fato conſideranda volubilitas rerum. 210*
atum ſivè manus Dei, præcipum ſcutum Principi contra inſidias. 89. 90
Fatum in primis cauſſis remotis belli civilis 179† in republica verſanti devergia fatorum conſideranda, nam illuc ſe omnia dant tracta occulto fune 211. * eorumque converſiones ſæpè ex præeuntibus ſignis à prudente cognoſci poſſunt 148. 149. 165. tum clariſſimè in prædictionibus, ut vaticiniis & prodigiis elucere, exemplis patefactum. 158. 159.
Fatum conſilia noſtra ſibi aptat 210* eis urgentibus conſilia & mentes hominibus adimuntur 13. ejus vis cujus fortunam mutare conſtituit, corrumpit conſilia 562. ei obruti, quid Necephoro Gregoræ. 148
in Fato latibulum quod ignavi quærunt, detectum. 561. 562
Fatale telum arripiendum contra dolores omnes externos. 561
Fatali ſceleri fatalis pœna. 311*
Favonius Stoicus bellum civile judicabat pejus tyrannide. 190*
Favonius Gallus, Hadriani ævo, Pyrrhoniæ ſectæ addictiſſimus. 739
Fauſtina Antonini Philoſophi conjux, impudiciſſima & impudentiſſima. Commodi è gladiatore mater. 199
Febrientes dum ſe jactant inquietè & verſant, morbum aperiunt, non tollunt. 527
Fel ſedes iræ. 566
Feles Ægyptiis pro Diis. 140
Fele rapacior, proverbium. 98
Felices vix ſapiunt. 239
Felicitas inſtabilis, eique ſtabliendæ aliâ felicitate opus 286. niſi lenta, non durat 82. a felicitate non vinci, magnæ felicitatis eſt 230*
Felicitatem ſæculi bonis Regibus imputat Homerus. 228*
Felicitas comes ferè rationis & conſilii eſt, tamen donum Dei, eaquemilitiæ Duci optanda & vovenda. 155 156*
Felicitas quoſdam promovet & ſuus Genius. 263*
Ferarum incredibiliis numerus apud Rom. in venationibus Amphitheatralibus exhibitus. 410
Fercula in triumphis quæ. 386
Ferdinandus IV. Hiſpaniæ Rex à Carva, aliis fratribus innocentibus morientibus in trigeſimum poſt diem ad ſupremum judicem Deum citatus: eo ipſo die moritur. 263
Ferdinandus objectos Hiſpaniâ Mauros Catholici agnomen adeptus poſteris reliquit 134. ejus conſtantia. 178
Ferdinandus Albæ Dux ſeptuagintæ dierum ſpatio totam Luſitaniam Regi ſuo Philippo II. ſubjicit. 211
Ferens, ſecundum, proſperum. ferens ventus, à puppe, Græcanicum. 406
Alv: Nunnii operâ Ioan. Garſias convictus falſi. 285
Ferrum trahit virum, proverbiale Homericum. 435
Ferri candentis judicium, olim frequens, nunc meritò exolevit. 250
Fides pro Deo Romanis 230.* templum, ejus ibidem in Capitolio vicinum Jovi. 39
Fides quid, juſtitiæ fundamentum, Principi commendata 38. 39. quàm ei honorabilis & commendabilis, atque utilis, nec vi aut fraude frangenda 39. 40. ſola ea eſt, quæ Principes coërcere debet 283. quàm ea conveniens vel neceſſaria Principi, exemplis monſtratum. 274 275.
Fideles Principi populos facit lenitas Principis 75. bona autem fides Principi a ſubditis debita. 344
Fides militum per diſcordiam fluxa. 178*
Fides Chriſtiana, non imperanda. 67
Fiducia ſumenda in agendo, cunctatio in deliberando 53. nimia tamen illa vitanda in bello, ut plerumque noxia aut improſpera. 159. 168*
Finalia bona, quæ. 735. 736
Finis primarius hominis, Deus, eique aſſimilari. 726. 727
Finis, τέλος, Philoſophis, ultimum bonorum quid 712. 713. cum eſſe, ſecundum naturam vivere, variaque ſuper hoc interpretatio 714. 715. 716

Digitized by Google

Finis belli, qui verus. 128*
Iul: Firmicus juratissimus Stoicus 847 917. ejus de Deo locus explicatus 847 de Anno Magno 956 quid illi Cataclysmus, vel Diluvium 959 citatus 929 983,998
Flagitia & facinora sua tyranni in supplicum vertunt. 189*
Flamen Tertulliano Pontifex Maximus. 496
Flamen proprius Imperatori in Divos relato. 374
Flavii. Arretinus & Clemens, a patruele Domitiano occisi. 434.435
Flectii, Conimbricæ præfecti, inconcussa in dominum quam diu vixit fides. 280. 281
Flexus & deflexus ætatis, quid & unde. 361
Florentiæ nobiliores mercaturam exercent. 245*
Flumina inter possessiones quorundam divitum Romanorum orientia & cadentia. 436
Flumen num capita, pro numinibus olim, seu fluvii inter minores Deos geniosve habiti. 407
Fluxus & reflexus maris, unde fiat. 940. 941
Fœtum uteri partem faciebant Stoici, ut fructus arborum. 981
Fontano Comiti Petro Enriquez Physiologiæ Stoicæ libri inscripti a Lipsio. 825
Fontes & capita aquarum priscis sacra, & inter minores deos habita, inque eis natare nefas. 407
Fontium etiam in summis jugis erumpentium caussa & origo. 959
Forma rotunda perfectissima. 918
Formæ principales Claud. Mametti, aut datæ Ausonii, quid. 951
Formam Deus non habet aspectabilem, omnes tamen formas format ingeneis se ostendit Trismegisto. 846
Forma externa informis Principi sæpe contemtum parit. 110
Formicarum discursus instar sunt grandia hominum molimina. 836
Fortuita quæ dicuntur omnia, falsa bona aut mala. 535
Fortuita vere nulla. 857
Fortuna famulatur prudentiæ. 17. suæ quisq; faber fortunæ 157,* ejus commoda, quando bona. 735
Fortuna velut tunica concinna magis probanda quam longa 744. fortuna maxima minima licentia 239. eam abunda atem nemo facile ferat, ut quivis haud facile multum vini. 230*
Fortunæ instabilitas 969 cum moribus immutatur 28. ex libidine sua plerasque res agitat 55. fortunam sibi spondere, imprudentium est 777. eâ rincipem deficiente deficiunt & subditi 109 fortunæ in Principibus multæ exempla quædam insignia. 308. 309
Fortuna in bello, semper anceps, mirum quantum possit 129 155 146 169 174* artem belli fortuna victos quoq; docet. 174*
Fortunam adversa aliquando expertimagis sapiunt, quam qui semper prosperam. 239*
Fortunæ non numen solum, sed & nomen a Stoicis explosum & expulsum e rebus humanis, ut & ab Augustino. 545 548 556
Fori litigia, studium caninum, & concessa latrocinia. 31
Franciscus I. Gallorum Rex literas amide in Galliam invexit, incertum an bono successu 235* fidei servandæ studiosissimus. 283
Joh: Frangipanis, Conradinum & Fredericum Austrium Carolo Andegavensi prodit & tradit. 295
Fraus in aulis regnat. 58,59
Fraus distinguit, non dissolvit perjurium. 118*
Fraus specioſa turpior aperta vi. 40
Fraudes quatenus & quomodo admittendæ in Principe aut Republica, triplex earum genus, & distincte, quæ receptæ, quæ rejectæ 113 & seqq;
Fredegundis Reginæ immania scelera. 199
Friderici II. Imp. impium de tribus impostoribus dictum 147. imperio is privatus ibid.
Fridericus Imp. in conviciatores vindictam exercere nolult. 316
pseudo Fridericus quidam verum se Fridericum Imp. (qui ante XXII. annos obierat) dicens Witzlatiæ combustus. 220
Frontis integræ homo, oppositus Calumniæ damnato a Papiniano. 413
Frontinus commendatus quoad strategemata. 168*
Fruges quam brevi in Novo orbe adoleverint. 975
Funebres varii ritus olim in Novo orbe. 142 143
Furta belli summopere laudata Brasidæ Spartano 167*

Digitized by Google

G.

GAlba Imp. omnium judicio dignus imperio, nisi imperasset, ita ante imperium multi boni, non in ipso 226 * à notitia affectuum subditorum recte imperati monebat 68. ejus subtile factum indagandæ proprietati judimenti 251. trium arbitrio se regi patientis imprudentia. 249
Galeacius Mediolanensium Dux Caussidicum lites ferere & alere, etiam in liquido jure, Catum, laqueo necari publice jussit. 261
Galenus non omnes homines ad virtutem aptos asserit, ejusq; argumentum refutatum 705. ejus libellus contra Stoicos, qualitate esse incorporeas 903. Galenus citatus. 907,987
Galli à Romanis quomodo exculti. 587
Gallorum & Germanorum nomina apud Scriptores vereres, præcipue Græcos, sæpe confusa. 381
Ganzericus Vandalorum Rex Martianum captum dimittit. 160 161*
Ioan. Garcias operâ Alvari Nunnii Ferrerii convictus falsi. 285
Gaudium quid & unde 535. 759. soli Sapienti convenit non Voluptas Stoicis 760. ex sola virtute omne Gaudium, voluptas seu lætitia etiam ex malo. 759. 760. 761
Æn. Gazæus, pius & doctus scriptor 878
Geneseos liber citatus. 783
Genitsferorum insolentia aliquando causa exitii futura imperio Turcis. 229
Genitura fine judicio, adoptio judicio successorem dat. 396
Genius unde dicatur 880. 887. Genios esse, Dei & Providentiæ ministros, eorum genera & sedes ac de Heroibus primum laribusque, tum Genii & lares quomodo distincti. 877. 878, 879
Genii propriè dicti boni & mali. Singulis eos esse item locis & regionibus, eorum curæ & opera, tum de eis plusscula, de origine de malitia, de varietate munerum, quædam huic rei & sacris 444. 674. 726. 877. 878
Genii nihil in publica, parùm in privata possunt. 875
Per Genium suum jurare, aut per alterius, præcipue autem Principis aut domini, mos & superstitio veteribus 222. item genio Cæsaris Inscriptæ statuæ etiam Principum modestiorum.
Gens omnis de suo ævo questa. 597
Gens quovis Europæ bello apta reddi potest institutione & disciplina. 137*
Gentes feroces plerumque fœminarum imperiis obnoxiæ. 234*
Gentium migrationes, translationes, invasiones, omnia faciunt ad cultum universi. 581. 582
Gentilis Bellinus pictor Venetiis à Mahumete II. Turca evocatus. 186
Genuates Patritii mercatores. 245*
T. Genutius decemvir Legg. scrib. 328
Geographia & Geometria Principibus commendatæ. 222. 180
Geometria quæ 694. Principi quatenus utilis. 223. 180
Germani Romanorum armis facti cultiores 587. si quid ipsi feliciter patrarent, Principum olim gloriæ assignabant 264. eis μετεμψύχωσιν creditam adscribit Appianus. 993
Germanorum proceres in quem usum Alumnos quosdam educent. 237*
in Germania quomodo diversæ religiones. 294*
Germanicum imperium quæ damna ab electione passum. 205
Germanici cognomen ante eorum quis ad imperium destinabantur, post liberum fere omnium Imperatorum. nec pro levi habitum. 372
Germanicus Cæsar visu & auditu juxta venerabilis. 43
Gigantes an olim fuerint 975. 976.
Gigantes cœlo Deos exturbare aggressi, qui vere. 587
Gilimeris Vandalorum Regis in Africa vero risu irrisa humana confidentia. 290
Gladiatores ex quibus hominum generibus, e servis plerumque aut captivis, illi aut venditi in ludum aut damnati quomodo &c. 447 448
Gladiatorii muneris in ipsa pugna quis modus, gladiatores ii tardiores ad pugnam, facibus, ferro candenti, aut flagris in eam adacti. 409
Gladiatoriorum præbitio paulatim quomodo coercita, quot paria edere liceret varie restrictum & ampliatum &c. 447. 448
Gloria justitiæ assecla 34. fax ἀρετῆς honestæ, Principi proposita & expetenda esse debet 516. 317. *

Digitized by Google

et alitur industria 427. multorum ejus valdè cupidorum exempla 316. 317. 318. quique ejus gratiâ munes in doctos 319 320. sæpius fortunæ quam virtutis beneficium 84. eam pace spreta nimiùm appetentes pacem sæpe perdunt & gloriam. 174*

Glossæ vet: Græcæ & Latinæ correctæ. 356. 881.

Ἰταμος id est, discipulus, Philosophantium lingua. 659

Godefredi Bullionæi pietas & virtus. 132

Gomara citatus. 226*

Gorgiæ Leontini Rhetoris opinio de eo quod non est. 693

Gothi Regem suum literariis studiis imbui noluere. 220 221 *

Gotholia Iosephi, eadem quæ Athalia. 196

Semp. Gracchus CCC opida in Hispania delevit. 600

Græci præceptis valent, Romani, exemplis. 429. Græcanica Philosophia vetus, in genere quæ & quotuplex 643. ejus Philosophiæ apices plerique fuere Barbari. 649

Græcorum Imperatorum Constantinopolitanorum muliebris & ridiculus cultus corporis. 232 *

Græcorum olim immensæ ex bello clades 599. 600

Gratianus Imperator quomodo fœminam de marito conquerentem lepido responso gemino ablegavetit. 251

S. Gregorius Magnus citatus. 115

S. Gregorius Nanzianzenus a puero Philosophiæ & Philologiæ deditus 628. Aristotelem in quibus damnet 631. idem citatus. 627 628. 819.

S. Gregorius Nyssenus animam hominis vult innatam 982. idem citatus 802.

Guaca, templa aut idola Peruanorum. 144

Gubernare res difficilis. 236*

Franc. Guicciardinus inter nostros summus est historicus, inter veteres fuisset mediocris. 218 *

Guilielmi acquisitotis temporibus in Anglia puella auro onusta Regnum indemnis pervadere potuisset. 246

Gusmanæ gentis in Hispania Bætica origo ab Alf. Peresio Gusmano, cognomento Bono, admirandæ constantiæ viro. 178

Gymnosophistæ Indarum Philosophi 636. eis usitatum Examen profectus in exercitio virtutis. 830

H.

HAdrianus Imp: origine non nativitate Hispanus 379. 380. conatus nuncium excessus Nervæ deferre Trajano 373. ejus de futura sua Reipublicæ administratione voces aureæ, si veræ 227. 238. 342. ejus insignis lenitas in quendam, qui secum ante imperium inimicitias exercuerat 273. venationi summoperè deditus 492. culpatus ob affectatam supra modum doctrinam. 220 *

Hæreditatium vigesima ab Augusto instituta ad ærarium militare, atque ea à quibus temperata. 417

Hæres regni semper regnanti suspectus & ipsi patri. 2

Hæresis imaginosus animi morbus, & melancholia corporis, omni medicina efferantur. 313 *

Hæretici ad frugem reducendi pace sæpe, interdum promissis aut permissis 313. * turbidi aut turbatores puniendi, sed non omnes eodem modo, & severitas semper in hæreticis puniendis moderanda 280. 309. 310 * connubia cum eis in veteri ecclesia interdicta. 301 *

Hanno Pœnus fidei Romanæ cautor. 277

Harpalus rem iniquam a Philippo Mac. Rege petens, non obtinet. 242

Haruspicina quomodo differebat ab Augurio. 363

Hebetiores, quam acutiores, ut plurimum melius Rempublicam administrant. 49

Hæbræis virtus summum bonum. 731

Ἡγεμονικὸν Animæ, seu, Regium Animi. 1001. 1002

Hegesias Peisithanatos caput sectæ Hegesiacæ. 647

Ἥλιος Græcis unde. 927

Heliotropium & flores quidam ingenio suo semper ad solem, sic Ratio hominis ad Deum. 93

Ἡγεμονικὸν Principale naturæ aut mundi. 850. 921.

Helvetiorum sedata ingenia liberalia apta. 8

Hemo antiquitus pro homo. 1

Hendidinos, generale olim apud Burgundiones nomen Regis. 22

Hera

Digitized by Google

Henricus I. in Hiſpania Rex tegulæ lapſæ ictu obit. 291, 292
Henricus *Imp.* litem inter nepotem & patruum decidi duello imperat, in quo ſuperior nepos. 216
Henricus Imp. Friderici F. mire in rebus aſſiduus. 239
Henricus II. Anglorum Rex, cædem Thomæ Cantuarienſis, cujus ille juſte ſuſpectus quanta ſubmiſſione expiarit. 172
Henricus III. Galliæ Rex à Monacho occiſus. 291
Henricus IV. Galliæ rex e ſtirpe D. Ludovici. 132
Henricus Antiſtes Moguntinus, injuſte à duobus Cardinalibus depoſitus, eos ad tribunal Jeſu Chriſti citat, eique haud diu poſt mortuum ſequuti, ſubitò uno die uterque interierunt. 292
ad Henricum Laurentii *Spiegelium* epiſtola Lipſii. 282 *
Hephæſtionis in admonendo Alexandrum modeſtia conjuncta libertas. 242 *
Hera veteribus terra. 879
Heraclitus allegatus. 638
Heraclides quidam apud Philippum Macedonem potens, ob inſolentiam in minores odioſus. 265*
Heracliti opinio de exuſtione ſeu conflagratione Mundi eadem cum Stoicorum 961. ejus ſententia de non indagandis Animæ ſecretis 986. ei ignis Deus 845. & ubi cum ſtatuat 926 quid ei ſol. 929
Hermippus auctor Vitæ Phythagoræ Joſepho nominatus. 641
Hermodori mercimonium Verba, proverbium. 276 *
Hermodorus Epheſius, Philoſophus. 328
Hermogenes & Marcion hæretici unde Materiarii Tertulliano dicti. 898
Herodotus Atticus theſauri repertor. 428
Herodes Judææ Rex ex inſigni, miti & magnifico Principe, in immanem & trucem tyrannum mutatus. 236
Herodianus citatus & interdum explicatus. 300, 377, 393, 604.
Heroës qui & quid Stoicis, aliiſque 502 871, 879.
Heſiodus Scepticis Philoſophis laudatus 690. Zenoni putatus primus cœlum appellaſſe mundum 907. ejus locus de Genio cujuſque hominis peculiari 883. idem porrò citatus 34. alibi in libris Politicis item. 592
Heſperidum horti. 565
Hicetas præter terram rem nullam in mundo moveri exiſtimavit. 946
Hiero Syracuſanus laudis avarus in Archimelum Poëtam liberaliſſimus. 312
S. Hieronymus quatenus Philoſophiam improbet. quatenus audet 627, 629. verſutias *Ariſtotelis* damnat 631. Originem in quo culpat 961. locus ejus de variis opinionibus quando anima homini infinuetur 989. ſanctorum pæne numeris Senecam inſerit, ejuſque locus de Seneca. 680
Hippaſus ignem principium rerum ſtatuebat. 845
Hippocrati *Ignis* Deus 845. ejus opinio de natura omnis ex ſe ipſa faciente. 842. ejus magnificum terræ encomium 944. ſpiritum ſive aërem terræ fulcrum facit 945. ſtatim à formato fœtu animam admittit 982. idem citatus. 314*
Hiſpani quot cædibus potiſſimarum Novi orbis regionum incolas exhauſerint 600 quid nunc tanto numero eoſdem eo trahat. 542
Hiſpaniola Novi Orbis inſula. 947
Hiſtoria anima ac vita memoriæ, ac rerum gerendarum 19. lex veritatis, magiſtra vitæ 19, 20. ſæpe medicinam animæ conferens 594. ſæpe & militiam clàm & palam præcepta tradens 122 * tum alii ejus uſus, fructus, variæque laudes inprimis quàm ejus lectio Politico utilis, & qui à Lipſio Hiſtorici Politicis aut Principi commendentur. 214, 215, * & ſeqq.
Hiſtriones, molles viri Livio 447 à quibus *Italiâ* exacti. 430
Hoc age, Hocagamus, formulæ acclamari ſolitæ attentioni capiandæ aut imperandæ, in ſacris & aliis 153 *.
Homerus fons & caput ſapientiæ melioris inter Græcos 364. re & ſenſu Stoicus, etſi ante eam ſectam diu vixerit 673. ejus inſignia elogia e variis auctoribus 932. ſæpius relectus ſemper novus & magis placens 682. ejus Odyſſea ſchola virtutis 673. ex Ægypto quibuſdam creditus. 649
Homerus ubique providentiam divinam adſtruit 858. antiquiſſimus Dux

Digitized by Google

Fati, quem sequuti Scriptores reliqui 553. magni fiebat a scepticis Philosophis & eis similibus 690 damnat 814. ignem divinum cognominat 845. egregium ejus judicium de caussis malorum 870 opinio ejus de origine fluviorum & fontium 939. oceano tribuit genesin deorum & omnium rerum 914. 915. unde ei Oceanus dicitur 943. quid innuat, cum Jovem Deosque ab Æthiopibus ad epulas invitari dicit, ex Macrobio 932. 933. ordo aciei Homericus non absimillis plane Romano 163. ejus locus de diis aut Geniis specie humana oberrantibus 883. ejus versus de Ajacis interitu quomodo explicatus Synesio. 991

Homo creatus ut norit & colat Deum 835. exemplum ipse Dei in imagine parva 967. hominem parvum mundum esse, & breviter ejus præstantia ib d: membra Dei homines, seu mundi Stoicis. 848

Hominis vox Hebræis ignem denotat 987. unde Græcis homo 968, de ejus primo ortu variantes sententiæ, Stoicorum approbata & explicata 971. 972. 973. è semine propagari homines. 977

Homo animal sociale, & inter homines sapiens 778. homini interea homine prodige non utendum. 130 *

Homo qua parte potissimum homo 970 constat ex anima & corpore, quibus discordantibus, adsidua in eo quædam pugna Rationis & opinionis 726. res homo contemta, nisi supra humana se erexerit. 169. homines alii alias & in aliis. 249 *

Homo es, triumphanti à tergo identidem servus inclamabat 607. nullum eo animal morosius, majorique arte tractandum 46. hominumque ea fere natura, ut nemo alteri imperium volens concedat 72. non unus in omnibus æque excellit, singuli in diversis præstant. 262 *

Homines primi an majores, & paulatim deinde minores. 975. 976

Honestas & verecundia idoneum militem reddunt. 142 *

Honestum solum quod bonum, & ab utili non separandum. 119. 729. Honestum solum bonum esse, decretum Stoicis ceu truncus arboris e quo velut rami decreta vel paradoxa cætera. 751

Honestum generosum a Stoicis imprimis inculcatum 669. generosum illud honestum, passim elucet in scriptis Senecæ. 776. 777

Honores falsa bona. 535

Horatius citatus 9. item 713. 714. 797

Horrea publica per singulas urbis regiones structa reponendo frumento publico. 402

Q. Hortensius Orator nunquam civili bello se interfuisse gloriatus 192 * lugubria sumsisse dicitur ob mortem muræ. 567

Hortis animus defessus recreandus, ut pictorum oculi hebetati colliguntur speculis & viroribus 568. in hortis sapientia alta & educata 568. 569. cultum hortorum antiquum esse, & a natura: Reges & viros magnos se in eo exercuisse 565. delectatio eorum et oculos posita & Lipsii non improbatorum 566

Hortus ad vanitatem & ignaviam abutentium nimia curiositas inna, verus autem horrorum usus, 567, 568.

Hostiæ majores minoresque. 445

Hostis nunquam contemnendus 159 * ejus stultitiam opperiri, duci hoc sapientiæ est 162. hostem licet quacunque via lædere 167. * hostes sæpe impugnare cur dissuadeat Lycurgus. 174 *

Hostilia qui facit, hostilia timet. 137 *

Hotæ & Rahi Benxamutii conjugum Maurorum caritas. 310

Humanitas propria feritati opposita. 274

Hunnorum centum sexaginta duo millia cæsa ab Aetio. 600

Hylobii, ex Isidorum Philosophis Strabonis. 656

Hymnus divinus Epicteti, Deo in omnibus actionibus canendus. 894

Τροπολογίαι Allegoriæ. 883 in Hypothesi dictum ad Thesim non referendum.

I.

Jacobus Aragonum Rex, litibus & litigiosis infensus, Semenum Edam I. C. prævaricationis lege pe-

stulæ

Digitized by Google

ſtularum, regno ejecit. 260
Jactantia in actis odioſa. 263*
Jaddus Judæorum Pontifex Alexandrum Magnum iratum religionis majeſtate placat. 130 131
Jamaica inſula Novi orbis. 948
Jamblichus aurea carmina Pythagoræ commentatus 641 is citatus 17. item ex Stobæo. 988
Japanes hodie, etſi novem religiones habebant, pacifice tamen vivunt 293* eiſdem ritibus & ſacris utuntur, cum Sinenſibus 144. eorum Rex, nobili alicui oſtenſus, mandat, ventrem ſibi ſcindat. 817
Ibides Ægyptiis pro diis. 140
Ichneumones Ægyptiis pro diis. 140
Icilia leges. 327
Idea perfecti ſtat enda, etſi pertingi nequeat. 701
Jecur ſedes cupidinis vel libidinis. 766
Jecur univerſi una. 920
Jeremias Prophet citatus. 176*
Jeſu Syrachidis lectio Principi commendata. 222. 237
Ignavia a plebe arcenda. 102
Ignículi naturæ, quid. 706
Ignis Stoicis duplex, brutus & exſenſus unus artificialis intellectu prædituſ alter immaterialis. 928. Genii quibuſdam 888. qualem ignem pro Deo ſtatuebant Stoici, & cur 845. mundi animus, Varroni apud Iſidorum 921. omnium rerum elementum Ariſtocli apud Euſebium, ignis, quis aut qualis 916. ſemen animalium omnium, vel velut ſemen omnium, Varroni, Stoicis aliis 987. ignis quis mundum vaſtaturus, qui reformaturus, Stoicis. 958
Ignominia hæreticis turbatoribus imponenda qualis & quotuplex 308
Imminere avide ſpectare. 437
Immunes milites qui, eique duûm generum. 387
Impatientia quid. 771
Imperabit ratio rectè, cui nunquam imperatum dictum Ariſtoclis. 68
Imperandi ratio non aliter conſtat quàm ſi uni reddatur 80
Imperanti remiſſius paretur meliùs. 75
Imperantium multitudo tam noxia quàm regnum nullum aut incertum 152*
Imperator quanti, tanti exercitus 151,* & imperatoria virtus, propriè boni ducis. 124*
Imperator, communitèr cognomen Jovis. 363, 539
Imperatores Conſtantinopolitani quàm mulierebres & ridiculi in corporis cultu aut ornatu exteriore. 232*
Imperatorum leges dare, non accipere, turpe Juliæ Auguſtæ Severi dictum. 228*
Imperiti plerique ſtolidi. 246*
Imperitia, unum malum Socraticis. 685 685
Imperium, quid, fulcrum rerum humanarum, ejus vis & utilitas 22. ejus formæ tres, deque eis difficile nec certum judicium 23. quod videatur optimum. ibid.
Imperium ſine prudentia, non infirmum ſolum ſed penè nullum 45 facillimè artibus retinetur, quibus partum 28. 221. * melius beneficiis quàm armis cuſtoditur. 75. conſtans ejus forma facit ad auctoritatem 79. ſevera etiam. 78 at crudelia imperia acerba magis quàm diuturna 58. imperio maxima ineſt cura 19. imperium virum oſtendit, dictum Pittaci. 226*
Imperia privatis longiora à Principibus non danda. 80
Imperium Romanum ſtatim à Claudio in peſſima, ferumque capita electione venit, imo ſæpè emtione 206. Imperii aut Monarchiæ novæ ſol ſurgens ab Occidente. 551
Impietas pernicies Reſumpublicarum 207 ejus matrem ſuperbiam aut ferociam, ſæpe & victorum cumulum eſſe. 146
Impieta. prolæſa majeſtate. 408
Impiorum vita tragœdiæ compar. 585
Impotentiæ & impudentiæ in imperando malum. 75.
Impotentia, id eſt, non potentia, non vere inter mala. 535
Inane non eſt corpus. 930
Inauditus qui petit, tanquam innocens petit. 35
Incendium in urbe ortum, qua cauſſa omnes percellat. 537
Incerti caſus bellorum. 196 174*
Inchoatus, ſive incohatus, Stoicis, idem qui Proficiens & τυπτόμενος 702
Incommoda in vita, ſed extra nos quæ. 742
Incorporea ſeu incorporalia, Stoicis quæ, duntaxat propriè quatuor 837. 906 907

Digitized by Google

*Indicibus præmia decernenda, pecunia & impunitas. 87
Indictio, tributum novum & superadditum 402
Indifferentia, adiaphora, quæ Stoicis, quotuplicia & eorum discrimen 738 739
Indigere & egere quomodo differant. 781
Individuum in rerum natura nihil philosophis, & Geometris omnibus, præterquàm Epicureis. 899
Indulgentia conciliandæ populari benevolentiæ in quibus & quatenus Principi usurpanda. 76
Indulgentia quàm perniciosa in militia. 150 *
Inedia quoto die plerumque tollat. 813
Infames & malæ vitæ, nec boni milites 143 *
Infamia falsa inter vere mala. 535
Infelicius nihil eo qui numquàm infelix. 577
Inferorum sedem an & quam statuerint Stoici. 997
Ingenia ignea novandis quàm gerendis rebus aptiora. 49
Ingenia refractaria descripta. 305 *
Injuria quid. 798
Injuriam posse pati, è præcipuis Laconum votis. 312
Injustitia vix ipso extremæ necessitatis prætextu Principi licita. 119 *
Innocentes cur externis malis affligantur. 272. 873
Innocentia sola in vita secura solutaq; 586. vera libertas. 783. 784
Innocentia Principis, fidissima ipsius custodia. 89
Innovatio in regimine reipublicæ, vel in melius non facilè admittenda 79. sed quando & quomodo. 81
Inobedientia confusionum parens. 22
Inopia non intèr verè mala censenda. 535
Inopia & rebus arctis plebs sæpe in seditiones ruit. 183*
Inopinata Stoicorum, Senecæ eadem quæ paradoxa 749. Vide *Paradoxa.*
Insani & stulti differunt tantum potestate & actu. 803, 804
Insania sapientiæ opposita. ibid.
Insciti fiduciam, prudentia cunctationem gignit. 246*
Insidiæ in Principem vix vitari possunt, quid aut quæ, in eas remedia, & quomodo eis utendum, 86, 87
Insignia omnia & nomina factionum aut partium è repubica tollenda ex monitu Mæcenatis 182*
Insipiens omnis, servus. 783
Institutio, id est, doctrina Dogmatica. 710
Institutores Aulici Principum judicio eligendi. 224*
Insulæ novæ in medio mari quandoque exiliunt. 593
Intellectualis Philosophia quæ. 695
Intelligentiæ, id est, notiones, ἔννοιαι 706
Intemperantia omnium perturbationum animi fons est, & quid ea. 773
Interjecta, sive neutra, quæ Stoicis. 738
per Interregna justitia & leges silent. 205. 206
Invasio bellica quando & quatenus licita. 123*
Inventiones rerum indicio Geniorum. 58
Invidia aliorum magis optanda quam miseratio. 239
Joabi prudens factum 266. ipse exemplum instabilitatis aulæ. 261*
Joachimi Abbatis vaticinia. 113
Joanna Lotharinga virguncula, Aurelianensis cognominata, ab Anglis ut pestigiatrix Rothomagi exusta. 107*
Joannæ duæ infelices sceleribus & flagitiis regno Neapolitano Reginæ. 210
Joannes I. Rex in Hispania cum equo lapsus inibi extinctus. 292
Jonnes Castellæ Rex Alvarum Lunæ, quem tantopere evexerat, subitò dejicit & capite plectit. 269*
Joannes Galliæ Rex fide clarissimus. 282
Joanni Angelo Medicæo columba quasi futuram Pontificatus dignitatem portendit. 162
Joannes Leidensis, regnum in urbe Monasterio adfectans, merito supplicio adfectus. 298*
Jobi historia citata. 946
Jon Poëta citatus. 969
Jonica Philosophia, quæ, a quo, & in quot postea sectas divisa 644 645
Josephi encomium Pythagoræ 641, idem citatus. 295. Item 371. 386. 406 [illegible] 635. 66
Jovianus Imper. cur Malatichum quem miserit. 26*
Iphicrates se ducem potius quam mi-

Digitized by Google

tem gloriatus 123
ra in puniendo maxime prohibenda est 94 Principi ira aut nulla si., aut aperta. 44
Ira præceps & odium aliquando injustorum bellorum causſæ 126*
Ira est irascibilis pars animæ irrationabilis. 766,1001,1002
Irenæus minutiloquium in Aristotele taxat. 631
Irenes Imperatricis sententia de electione Principis. 216*
Ironia omnis Stoicis rejecta. 775
Irrationalis animæ pars quæ & quotuplex. 766. 1004
Isaacius Imp. primò a Theodoro quodam Castamonita, deinde ab adolescentulo quodam se regi & quasi naso trahi passus, 249, 250*
Isabellæ Castellæ Reginæ, Ferdinandi Catholici uxoris, virtutes valde prædicatæ 178. 202. 203. tales, ut Phœnices, vix quingentesimo anno gignuntur 301. etiam ætate grandior Latinam linguam didicit. 186. 338
Isabella Clara Engenia prima Principum fœminarum recitationes literarias publicas auditum venit. 338
Isaias Prophera citatus. 285*
Isiaci qui. 437
Isidori originatio vocis Mundus 908 idem citatus. 921. 925
Isidori Pelusiotæ dictum ἰσότης φιλότης 793
Isis Ægyptiorum Dea. 140
Isocrates citatus. 46
Ἰσότης φιλότης Isidori Pelusiotæ dictum 793
Italica Philosophia quæ, & à quo 637. non diu viguit. 641
Judæi tenacissimi suæ superstitionis 146. eorum Philosophia jam inde ab Abrahamo 635. ne habitationem quidem admittebant in patria religione dissidenti 295. * ævo Josephi a moribus gentium multum sumsisse videbantur, atque inde illis tam crebræ apud eum sui cædes 817. videntur etiam μετεμψύχωσιν credidisse 993. eorum innumeræ cædes ex Josepho singillatim expositæ. 598
Judæus quidam novum se Mosem fingens sub Theodosio Imper. in Creta Insula quamplurimos stulte seducit. 298*
Judices forte lectos accusator aut reus quisque sibi suspectos ejicere poterant. 415
Judices velatis oculis, truncis manibus, sculpti fictique ab Ægyptiis. 252
Judicibus ne levia quidem munera & cibaria accipere permittendum. 257
Judicum Historia Sacra citata. 204*
Judiciorum mos brevissimus Mahumetanus seu Turcicus. 267
Judicium in Consiliario Principis magis requiritur, quam ingenium & cur. 240
Judicium Historici in Historia utile, & directum. 214*
Jugurtha a Mario victus in triumphum ductus, in carcere fame obiit. 290
Juliæ Augustæ, Severi uxoris turpe dictum. 228*
Iuliani Imp. admiranda continentia 304. liberalitas 423. familiare dictum 231. * callidum factum dissidia inter Christianos foventis 290. * modestia in cultu externo 299. male is audivit tanquam Græculus literio & Philophis nimium deditus 220 * idem citatus. 993
Dict: Iulianus I. C cùm Sulpicianus Imperium licitaretur, prorsus insolenniauctione pervicit. 208
Iulianus Comes hostes ex Africa in Hispaniam inducit, & Regem Rodericum occidit. 161
C. Iulius decemvir Legg. scribb. 328
Iuniores & Iuvenes, usque ad quam ætatem, & unde antiquis dicti 369 370
Iuno aër, quomodo soror Iovis. 935
Iuno sua cuique fœminæ attributa, ut viris suus Genius, Stoicis. 882
Iupiter cur a juvando dictus. 573. ei comparatus Sapiens in quo 778. Jupiter, id est ignis purus seu Deus, solus cum Providentia superetit conflagrationi Mundi, Stoicis 958* cur Jupiter ad Æthiopas epulatum ire dicatur Homero 932. 933. Iovis Imperatoris signum Romæ in Capitolio, adeoque cognomen Iovis communiter, Imperator. 363. 509
Iuramento populi Principum & status salus innititur. 469
Iuramentum interdum interpositum Principis sanciendo consilii secreto. 251*
Iuramentum Consulare duplex, ejusque formæ & formulæ. 468
Ius vetus a Iustiniano reformatum 259
Justinianæum jus a Lothario Imper.

Digitized by Google

in usum reductum. 258
Juris divisio & subdivisio. 325
Juri se submittentem bello aggredi injurium. 128*
Justinianus vetus jus reformavit 255. constitutas professoribus bonarum artium annonas male sustulit 235. ejus leges in hæreticos. 308*
Justinus Curopalates Imperator quo usus remedio injurias & litium incrementa coërcuerit. 260
Justinus Historicus citatus. 23
Justinus Martyr quanti faciat Philosophiam 630. idem citatus 944. 846. 993
Justitia divina 9. generatim probata 584. eam rebus intervenire, Principi considerandum, & exemplis ostensum 260, 261. injuste ea vulgò accusata ab imparitate puniendi; eaque inquisitio ab homine remota, & ostensa impia. 584
Justitia quid, ut sol Principi inter virtutes, quæ firmat & facit vere regnum 33. eâ & pietate Principes dii fiunt 34 ejus fruendæ caussâ imperia primum reperta 139. eaque in Principatu magis exercetur quàm in aliis statibus & ob eam primitus instituti Reges 189. 190. 252 adeoque Regi necessaria 219. * vinculum & quasi coagulum omnis societatis proindè à Principe severe administranda, idque sine affectu vel adspectu, atque adeo subtiliter interdum vel sagaciter inquirenda, & singulorum horum monitorum Exempla 245, 246 & seqq. quomodo clementia temperanda 38. cujus fundamentum est fides. 39
Justitia belli non ab exitu, sed à caussâ asserenda. 125*
Justitiam adsessricem Jovi esse, in pernicioſum sensum ab Anaxarcho detortum. 229*
Juvenalis citatus 15. Item. 396. 679
Juvenes antiquitus dicti usque ad annum ætatis quadragesimum sextum 369. 373
Juvenes inepti ad rempublicam. 239*
Juvenum hastæ, senum consilia. 49
Juventa anno ætatis quadragesimo quinto finita Romanis. 370
Juventuti opus certum doctorem & dogmata esse quibus insuescant, non viris. 632
Juventuti in Dialecticis & Physicis utilis Aristoteles. 632

K.

K Alumniæ qui convicti, eorum frontí ea littera aliquando insita. 41
Καλὸν Græcis & bonum pulchrum denotat Καλὸς. 79
Κατηγόρημα id quod dicitur, inter incorporea stoicorum. 91
Κόλασις & τιμωρία quomodo differant 51

L.

L Aberii versus citati, 266. 69
Lacedæmonii bonam sententiam de improbis in Senatum dictam acerbam bona, à quo iterum, dicta, iosciti permittebant 430. valde suorum suis obnoxii aut subjecti. 35
Lacon puer, ne serviret, caput parietis illisit, aut ut alii, præcipitem se dedit 31
Lactantius Aristotelem in quo carpat 631. excusatus in sententia de anima 985. idem citatus 11. item. 67
Lacydes Cyrenæus Novæ Academiæ auctor Laertio falso. 6
Lætitia à dilatando 483. ejus species splene. 5
Lætitia seu voluptas in stulto aut iam inter mala & apud malos, dium apud solos sapientes. 7
Lætitiæ nimiæ decoris & gravitatis immemores. 41
Læva Numina, Vejoves. 8
Dionysæ Lambini magna temeritas in mutando Ciceronis loco de nat. 5
Lampridius correctus 437. idem citatus. 367. 436
Landricus Mag. Equit morbus Frederici Chilperici Regis unoris, illatus ipsa auxiliante Regem occidit. 196. 20
Carol. Langius Bruxellensis 542 cum vera laus à sapientia, humanitate & doctrina 526 ejus hortense studium, hortusque ad Mosam, ac horti pulchritudo & nitor. 564
Laodicenæ Synodi Canones contra hæreticos. 30
Laodices, Ariarathis Cappadocum Regis vidua, crudele & infelix imperium. 19
Lares qui & quid, Stoici aliique 8
Largius Proculus diem mortis Domitiano prædixit.

Digitized by Google

Lascivia & luxus a populo in voluptatibus avertenda Principi 77
Larva quid. 880
Latère sapientiæ est sub tyrannis. 427
Latini cives, quomodo plene cives poterant. 417
Latinus Pacatus Drepanus in Panegyrico ad Theodosium passim imitatus Panegyricum Plini 392. item citatus. 209. 365
Laurea etiam sine triumpho in gremium Jovis deportata, cum victoria pleno triumpho digna non videretur 369.
Laudes tum demum extra adulationem sunt, cum laudatus sibi conscius vere se meruisse. 481
Laudando evertere, argute malignum & mirum lædendi genus 267*
Laudenses aut Placentini in aulis multi pauci Veronenses. 242*
Lectis vehi aut portari quando non liceret. 396
Legatos ipsos suos aliquando fallunt Principes, ut per eos melius ad quos mittunt 117*
Legati instar militarium veterum sub Principibus duûm generum. Prætorius, & Consulares, quomodo differant, & quæ singulorum ratio 288
Leidensis civitas, titulus scripti a Diodoro Dialogista contra Lipsium allegati, cujus tamen ipse Diodorus Auctor. 291*
Lemures veteri Latina lingua qui 880
Lenitas conciliandæ populi benevolentiæ in Principe quæ requiratur 75. sed nimis assidua parit imperii contemtum. 78
Leo Africanus citatus. 292
Leo Decimus Pont. bonas literas avidein Italiam invexit, incertum an bono successu. 235*
Leo Imp. citatus. 222
Leonis Imp. ad Eunuchum quendam egregia vox. 321
Leonis Armeni Imp. in administranda justitia severitas. 237
Leonem vellicare periculosum. 235*
Leonina pellis ubi non pertingit, vulpina assumenda. 112*
Lepores apertis oculis dormiunt, sic qui animo dormitante auctores legunt 677
Leves & inconstantes facile in proditionem delabuntur. 90
Levitas ab opinione, ut constantia à Ratione. 533
Lex mundi Fatum 995. leges Fati, Pindaro Manilio & aliis. 859
Leges Sacratæ 327 salus Reipublicæ leges sed ut multitudo earum sic & novitas, liti mque crebritas quantum fieri potest, fugiendæ 35 idque rationibus tum exemplis probatum 256 257. 258 veteres autem leges ne vel in melius quidem facile mutandæ 79 & si quando quomodo 79 legum verò peritum facilius est esse, quam scientem. 208 Leges Regiæ & Decemvirales seu XII. Tabb. à Lipsio collectæ 323* & seqq.
Libri nulli de religione edendi novi sine Superiorum approbatione. 312*
Liberi Principibus multi, munimenta Regni. 27. 409
Liberales artes præparant animum ad sementem Philosophiæ 624 cur autem & quatenus à multis Philosophorum prorsus rejiciantur. ibid. Liberæ seu liberales artes quæ veræ Senecæ. ibid:
Liberalitas sed cum delectu & modo, decora Principi, alias liberalitas liberalitate perit 43.
Liberalitas Senecæ decantata. 679
Liberalitas quæ vera quæque Philosopho captanda 783. 784 bonis malisque optabilis 106. ad eam innumeræ viæ Stoicis. 809
Libertas & Veriloquium rara in aulis virtutes, modestia tamen temperandæ. 244*
Libertas in dicenda sententia Consiliario necessaria. 50
Libertate discordi utilius imperium uniius. 191*
Libidinis vel Cupidinis sedes in cœcore. 766
Libidine nihil magis mortiferum ingeniis. 300
Libyci Philosophi Augustino qui. 635
Licentia sæpe lascivire facit plebem in seditionem. 183*
Licere Principi quicquid libet, Anacharchi & simul um adulatio, item Juliæ Severi dictum. 228. 239*
Licinius Sura terti um Consul sub Trajano, non potuit esse præfectus Prætorio. 498
Lictores unde dicti, origo, erui on, conditio munia & officia 393. eorum fasces, virgæ, e qua materia & cui usui. ibid:
Linguæ, quarum scientia Principi utilis, & præcipue Latina, 221*

Lingua

Digitized by Google

Lingua Latina hodiè adhuc conditorium scientiarum & quasi commune vinculum est quod Europam inter se commerciis literarum & sermonis jungit. 221 *

Justus Lipsius per aviam & proaviam paternas nobilissimis familiis insertus 300. * ultimus stirpis Lipsiorum, quæ familia apibus & dignitate à multis annis inter Bruxelenses primas 300. itineris ejus Viennam Austriæ vera causa turbæ Belgicæ. 526. Lovanii Anno M. D. LXXVI. Jurisconsulti titulo donatus. 300*

J. Lipsius hortensi studio valdè deditus 566. mire à puero & misere occupationibus, eisque non suis vexatus 565. 996. valde pacati ingenii 271 280. * ab aula semper & ab omni ambitione alienissimus 60. 270. * etsi non manu bellator, in Politicis suis nihilominus sibi fas putat militiæ præcepta ex Historicis dare. 123*

Litium compendia quærenda. 257. 258.

Literæ humanæ ad currendam viam salutis laxamenti aliquid, imò adjumenti conferunt 513. rudimenta sunt & velut ansæ Philosophiæ 624. earum scientia religioni atque justitiæ non nocet, sed plurimum prodest 287. excolitur eis animus & præparatur ad excipienda divina semina 570. sed diversoria tantum & transitus sunt quà eundem non quò. 616

Literæ bonæ usurpandæ ad usum & inprimis à Nobilibus 236. ex eis enim præsertim Historiis sæpe medicina animorum 594. cetera literarum studiis nimium operosè dediti nihil agunt, Senecæ 624. certe literati per se, nisi dotibus aliis mixti, non valde apti ad consilia. 240 *

Livia Augusti uxor, quod consilium Augusto in conjuratione Cinnæ dederit, quo ille feliciter usus. 89

Ioh. Livinei lapsus. 375

Livii Drusi vox, Uni nec puero ferias contigisse in Lipsium competens 966. domum ædificaturi laudabilis. vox. 168

T. Livius majestate & magnitudine operis super omnes Historicos Latinos, Politico legendus 47. 216. ejus dissensus à Cicerone 363. idem citatus 447, 468. 473, 493. 637 [illegible] 813

Locorum ratio habenda in bello. 163*

Locus inter incorporea Stoicis 907. quoad locum vix est, aux leviter, ut Stoici ab aliis discedant. 962

Locus Dei ubique, ipse sibi locus, conspicua tamen sede in cœlis 892. 893

Logica communi sensu dicta, non pars sed instrumentum Philosophiæ 696. alias Philosophiæ partes præcedere debet, quare & quatenus 834. ei non diu immorandum & nonnisi juvenibus 653. Stoici Logicam nimis accurate tractarunt 671. qui in Rhetoricam & Dialecticam eam diviserunt. 695

Longævitas non inter vere bona. 535

Lopez Gomara scriptor rerum Novi orbis, citatus. 227*

Lotharius Imp. jus Justinianæum in usum reduxit, causam multiplicatæ litium. 257.258

Lucanus in singularibus satis mirabilem à Magis admittit, in publicis abdicat 874. ejus locus de Semnis 876. quæ ei Syrtium causa, tum lacem & astra Oceano pasci 931, 932. æræ terram fulcire videtur 945. ejus versus de μετεμψυχωσει Druidibus credità 952 de animarum circa lunam habitatione. 955

Lucanus citatus 365, 373, 458, 487 [illegible] 754, 761, 861, 896

Lucayæ Insulæ Novi orbis ab Hispanis desolatæ. 600

Lucerna Epicteti mille drachmis vendita. 682

Lucretius mundum corruptibilem statuit, quomodo 952, 961. variationem non interitum rerum admittit 898. mundum in medio librari negat 917. contra animæ extrinsecam insinuationem Stoicorum 981. transmutationem Elementorum rejicit 925. quas causas statuat cur maria fluminum accessu non crescant 939. vox ei corpus 905. idem citatus. 718. 811. 976. 1000. 1005

Lucro etiam sapientia irretitur. 241

L. Luculli (qui in Hispania bello Punici tertii circa initia Caucasos Hispanos crudelis perfidi [illegible]

L. Lucullus (qui Tigranem Regem vicit, ex historiis potissimum summæ bellandi peritiam consecutus [illegible] pit

Digitized by Google

post victorias in hortos otiatus. 566
Ludovicus Pius fratris primogeniti filium Bernardum, jus sibi patrium vindicantem, carcere coërcuit. 215
S. Ludovici Galliæ, Regis pietas, & in expeditione sacra obitus. 132
Ludovicus XI. unde factus callidus 240.* leges & lites recidere constituerat 229.* filium suum omnium bonarum artium rudem voluit, cur 220. cultu corporis neminem familiarium anteivit 232. ejus superstitiosus timor mortis. 138
Ludovici XII. Galliæ Regis verè Regium dictum & mira clementia. 273
Ludovicus Hungariæ Rex de futura à Turcis clade, suaque morte, à spectro prænonitus. 163
Luna quid Stoicis & an habitata 930. 995 ut jecur aut aliud molle viscus in universo. 920
Lunâ quartâ natus, proverbium. 155*
Luna inter signa prima Turcicæ gentis 160
Al. Luna nobile fluxæ potentiæ documentum. 269
Lupi Ægyptiis pro Diis. 140
Lusitania quingentis ferè annis à reliquo Hispaniæ corpore avulsa rediit in Philippo II. 211. ejus rei futuræ prævia quædam signa 162. Regni ejus post Sebastiani & Henrici Regum obitus qui competitores. 210
Lusitanorum aliquot millia perfidè & crudeliter à Sulp. Galba occisa. 603
Luxus quomodo e Republica arcendus 102. 103. e caussis remotis bellorum civilium. 179*
Luxus in cibo & venere enervat milites. 147*

M.

MAcamonæ virgines Soli devotæ apud Peruvianos, eodem pæne ritu quo Vestæ Vestales, Romæ. 144
Nic. Machiavellus argutus scriptor Principatus, sed sæpe pravus, infelix Cæsari Borgiæ consilarius etsi acutus, ejusque dogma ad Principis perniciem pariter & subditorum. 240*
Macedonum mos in formandis ad Remp: pueris nobilibus. 237*
Machetas ab incurioso Philippo condemnatus, ad eundem arrentum appellat & obtinet. 241
Macrobii locus de divisione Philosophiæ 695. quid ei originales rerum species 901. de fabrica mundi locus ex Timæo Platonis 923. sol ei moderator luminum reliquorum, quomodo 929. luna terra ætherea 930. ejus judicium de Homero, deque caussis cur ad Æthiopas is epulatum ire Jovem dicat 932. 633. locus ejus de terra ab Oceano divisa explicatus 940. de parte terræ australi ex conjectura tantum cognita 941. 942. sententia ejus de anno magno, sive ut vocat, mundano 956 ejus locus de perfectione priorum animalium 975. idem citatus 448. 699
Mæcenatis monitum de solius religionis patriæ cultu prudens 63. ejusdem præceptum de tutissimo modo imperandi. 68
Mæonii insidiis sublatus Odenatus maritus Zenobiæ. 201
Magi Chaldæorum quæ principia rerum statuerint. 869
Magi Persarum, Philosophi. 636
Magos de futuris consulere, illicitum. 165
Magiæ administratores Genii 885. à Magia subitum aut inopinatum nobis visum quid intervenire potest, Deo tamen ante visum & scitum. 894
Magistratus virum probat. 510
Magistratui summo in rebus publicis soli jus armorum. 126, 127*
Magnanimitatem parit, ad res naturales non trepidare. 836
Magnitudine rerum excitantur quidam ad meliora, alii hebescunt. 263*
Mahumetes quæ deliria sus persuaserit 141. 142. Mahumetes, vox, verius Machmetes scribenda. 244
Machmetes II. Turcarum Princeps, historias Græcas Romanasque in suum sermonem vertit, & viros illustres depingi jussit, 186. Mustapham filium, quòd Achmetis Bassæ uxorem stuprasset, strangulari jussit, 245
Mahumetes Abdala filius, belli Mauritanici Sebastiano Regi auctor, post infelicem pugnam, voragine haustus mersus est. 292
Majestas quid, unde dicta 42. 298, 299. quæ & quatenus Principi paranda 42. non consistit in externa superbia 233* sed salvâ modestiâ animi assumi

Digitized by Google

mi poteſt 298 299. majeſtas imperii ſalus eſt tutela 78
Majeſtatis crimen, publicâ pænè rabie, ſub Tiberio potiſſimum ortum & crudeliter exercitum 374 unicum ſub tyrannis crimen eorum qui crimine vacarent 197. 423. læſa tandem majeſtas, impietas vocata. 408
Malabares populi ſuperſtitioſi 143. Malabarum Reges, Sacerdotes ſivè Brachmanes omnes ſunt 286 * templa eorum ædes. 143
Malitia quædam homini inſita, lætans malo alieno 538
Malum nocit, qui bonum 756. malum unum imperitia Socraticis 685. mala autem tantum quæ turpia 734. mala falſa quæ, ſeu publica ſeu privata, 535
Mala interna unde, Stoicos etiam à Fato & Deo ea removere & quomodo: cauſſa & reſponſio firmior: diſtincta mala ſupplicii & delicti: illis Deus, his diabolus, auctores aſſignati 865. 866. 868. 869. 870
Mala naturalia alia quæ, quotuplicia & unde 862. 863. quorſum producta. 865
Mala externa unde, videri minima illorum à Deo eſſe. 871. 872
Mala publica origine bona eſſe, quia à Deo non ut pœnæ immiſſa, ſed ut medicinæ 573 574 eorum ſemper bonus finis; eaq; aut pure à *Deo* aut hominum opera 573 proinde ſæpe per noxios homines & noxæ cauſſa ea adminiſtrata, mali enim præter ſuam mentem diriguntur ad ſtatutum à *Deo* finem, ut ſagitta ad ſcopum emittentis, noxam tamen Deus abſtergeret, quod ad nos quidem ſpectet, nec iniquum eſſe ſi per alios caſtiget, non item quod cum peccato alieno, & cur 574. 575. malorum autem publicorum fines præcipui qui, exercendi cauſſa primo & id firmando, probando præeundo, ſeu exemplo 576 mala enim juſtis irrogata, non ſunt pœna criminis, ſed virtutis examen 873. ſecundo caſtigandi, etiam ex uſu noſtro dupliciter 577. 578. tertio puniendi 579. ultimo ad conſervationem univerſi. 580. 581
Mala publica non tam gravia ut vulgo habentur 594. comparatione oſtendi poſſe eorum levitatem, ſeu exemplis 596. 597. nulla enim mala publica hodie nova aut mira, hominibus gentibuſque omnibus ſemper communia, & ſolatium in ea re quæſitum. 606
Malorum male dii auctores culpati. culpandi potius homines Homero. 870
Mali a Deo impuniti non relinquuntur, etſi differat eorum pœnas interdum, non remittat, cur. 585. 586
Malis cur & unde bona putata eveniant, aut etiam mala 872. in deſperatos malos clementem non eſſe, clementia eſt. 306
Malus ſemper ſervus. 783. 784
Malum omne naſcens facile opprimitur, inveteratum fit plerumque robuſtius. 185*
Claud. Mamertinus citatus. 317. 483
Mancipiorum lex in bellis olim, & nunc apud Turcas acerbiſſima. 62
Manes deus quis, item mapiæ. 80
Manichæorum vecordia duplicem naturam, bonam & malam ſtatuentium. 575
Manilius fatum valde adſtruit, mala tamen non excuſat 866. qui modo vocem rationis uſurpet 916. eiſdem loca de fulcimento tertæ. 945 verſus de præſtantia hominis 967. item citatus. 364. 368
A. Manlius Decemvir legg. ſcrib. 528
Manta provincia novi orbis, in ea ſmaragdus gemma pro numine culta. 144
Manuductionis ad Stoicam Philoſophiam libri Lipſii, manuductio propriè dicta Joh: Ferd: Valaſquio Comiti Stabuli Caſtell. inſcripta 613. 615. faciunt in libri illuſtrando non ſolum Senecæ. ſed etiam Ciceroni, Plutarcho, Laërtio &c. 607. 618
Manuel Imp. Aſtrologorum prædictionibus egregiè deceptus. 166
Manuel Comnenus fratri minori Iſacio in ſucceſſione Imperii prælatus, quare. 214
Manibus opus in pugna, verbis in curia. 143*
M. Marcelli mira clementia, animique lenitas, Archimedem ſervari incolumem mandat, ſed fruſtra. 266 267
Marcianæ Trajanæ ſoror.
Marciano Thraci, plebeio homini ma Imperatori, quæ ſigna futura potentiæ evenerint. 16. 17
Marcion & Hermogenes hæretici unde Materiarii Tertulliano dicti 581

Digitized by Google

Marcionis error de Deo meliore, à Stoicis quomodo derivatus Tertulliano putetur 855. potius à Magis Chaldæorum. 869
Marcus quidam diu & familiariter cum gentiis versatus. 891
Mare instar vesicæ in universo, aliis instar ventris. 920
Mare propriè multis putatum unum & verum elementum aquæ 936. terras circuit, init, subit, vinculum ejus & irrigatio 938. fluxus ejus & refluxus unde fiat. 940
Maria Emanuelis Lusitaniæ Regis uxor nunquam se negotiis publitis admiscebat. 301
Maricus quidam specie religionis plebem in Gallia excitans in tempore oppressus. 292 *
Marienæus Siculus allegatus 179. ejus testimonium de nummo Augusti in novo orbe reperto elevatum. 949
S. Mario doctrinæ bonum defuit. 219. * quid libet illi sperandi & timendi, cum Fata volunt, clarum exemplum. 150
S. Marius ducenta Cimbrorum millia cecidit 600. Martha quandam fatidicam circumducebat 207. ad quam mensura corporis tyronem exegerit 142. ejus firma æquitas in improbando facto tribuni sororis suæ filii. 248.249
Martialis citatus 357.679
Martiani Capellæ locus de Deis seu Cælitibus simpliciter & de diis minoribus 878. de Lemoribus, Laribus, Larvis & Manibus 880. idem citatus. 209. 882
Masanissa varia aliquoties fortuna jactatus, regnum tandem pacificè possidet 150. ejus cultus hortorum. 565
Massilienses Sexcenti, id est, Senatus. 818
Mater Regis pueri, dum ille minorennis, gubernaculis rerum adhibenda. 212
Materia prima, alterum principium seu fundus corporum rerumve naturalium descripta, æternam esse, non augeri, non minui &c. 897. 898. originem rerum & principium patiens, ac corpus esse Stoicis 839. 840. 905. eam inobsequentem imo pravam nonnunquam, Philosophorum multi & Christiani statuere visi 867. 868. materia ratione, igne, Fato, seu Deo per ipsam, tanquam in fœtu semen, discurrente animatur. 915
Mathematica quæ & quotuplex. 694
Mathematicorum nomen usurpatum pro Ariolis divinis &c. 166
Maximilianus I. Imp. capulum funebrem aliquot ante mortem annis circumferri secum jussit, & pluribus ante obitum diebus nihil nisi Maximilianum se nominari permisit 287.288 ejusdem quasi virgineus pudor. 304.
Maximinus Imp. frequenter solis venationibus legiones exercebat 492.
Maximus citatus. 507
Maximus Tyrius Platonicus 867. citatus. 871. 879.
Medicina ab Ægypto in varias gentes translata. 636
Medicina vel saluberrima immaturè vel non opportunè exhibita, sæpè abit in perniciem. 585
Medicina valetudinis ars, sic prudentia vivendi. 17.
Medicus qui Bajasitem veneno sustulerat, à filio Selymo, cujus tamen jussu scelus peregerat ipse sublatus. 230. 231
in Mediocritate virtus. 207 *
Meditatio assidua quidvis reddit facillimum. 141 *
Meditatio campestris (exercitium militare, quæ,) & unde dicta. 378
Media seu neutra quæ Stoicis, & eorum discrimen, eaque neque bona, neque mala. 739
Media sequi inter ancipitia, deterrimum 246 *
Mediam velle inire viam dum vicini Principes potentes pugnant, cuivis Principi parum tutum 83. mediiq; in discordiis civilibus non ferendi, lege Solonis. 192
Megarensium opidum quot milites suppeditavit ad bellum Persicum. 599
Megarica secta a quo. 647.648
Pomp. Mela citatus. 947
Memnon dux militis edicebat, se eum pugnare conduxisse, non conviciari. 148 *
Memoria mater prudentiæ, ejus facilitas, crebritas, vivitq; in historiis. 19
Menæ Sex: Pompeii classi præfecti audax & grande facinus cogitatum, si salvâ fide perfici potuisset. 278
Menander Comicus ex Stobæo, Clemente Alex. & aliis citatus 17. 882
Mendacium omne illicitum, etiam pro Dei laude. 118 *
Mendacium etsi pueris familiare, tamen inter prima probra objiciunt. 274
Menedemi Eretriensis sententia, unam esse virtutem. 757

Digitized by Google

Mens, aut mens animi, anima quid proprie. 532. 100
Mens hominis in capite constituta, antquam in cœlo Deus. 893
Mens nulla sine Deo bona 790. mentiumque Rex Deus est, eisque nemo præter eum imperat. 66, 315 *
Mens mundi Deus. 893
Mens in igne sphærico, Democrito, in igne à substantia Platoni aliisque, Deus. 846
Mens una sapiens plurium vincit manus 46. 236 *.
Mente opus, ubi manus non sufficit. 112
Mentis pro mens, Ennio & antiquis 987
Mercaturæ apud quasdam gentes dignitas. 245 *
Mercatores non apti ad consilia, cur interdum tamen admittendi, & eorum usus Principi 245, * a reipublicæ gubernaculis apud Thebanos rejecti quatenus. 52.
Mercurinus Castri dominus à Turcis captus, sed dimissus. 282
Volesi Messallæ in Asia crudele factum 604
Val. Messallina sævitiæ, avaritiæ, impudicitiæ, omniumque flagitiorum clocace, ejusque tandem infelix exitus 198. 678.
Μετεμψύχωσις Pythagoræorum Tertulliano est Recidivatus animarum, possit & verti, Transanimatio. 992
Meteorologicorum cognitio Principi utilis. 222 *
Methymnæ Sidoniæ Ducum origo à quo. 178
Metrodori argumentum, mundos esse infinitos. 950
Metus quid & unde 535. in stulto metus, in sapiente cautio. 759. 760. 761
Metus infidelis est recti magister, aut malus diuturnitatis custos. 92. 429
Metu pœnarum sæpe excitantur seditiones. 183
Metus apud hostes, amor apud populares, quærenda Principi. 56
Mexicana ora sub initia ab Hispanis desolata 600
Mexicani innumeros Deos colebant, idque superstitiosis ritibus 145. picturis & notis proditam servant memoriam diluvii. 954
Mexicanorum quorundam ad Ferdinandum Cortesium legatio notabilis. 145
Mexicanorum Regum novorum ridicula juramentum. 226.
Mexicanorum Regis crudelis mo
Michaël Duçæ F. Imperator omnium i dedit
Michaël Emanuelis Lusitaniæ Regis fi supervixisset, totius Hispaniæ futurus
Michaëla uxor Philippi Boni Burgundiæ cis.
Milites & pecunia principatum parant, vant & augent, milites autem qu. P cipi perpetuum habendi.
Milites ordinarii qui, quot, & in q usum legendi item subsidiarii boni habendi magis quàm multi 134. mestici prælati externis, ex agris po quam ex urbibus 137 * quomodo bon mentur & parentur 135 * quare a parando dilectus serò adhibendus, s quàm hodie peccetur, & quæ in observanda.
Milites modestiâ insignes fortissimi nil militi metuendum nisi turpis
Milites qui superstitiosi melius ratio ducibus suis parent.
Minio quidam Antiochum Regem mere ad Romanum bellum
Ministræ animæ partes, quæ.
Ministri boni, laus Principum, pœ losi 258. 259. 260. * felicium felici quicquid ipsi fortunate faciunt, ad cipem referre debent.
Minutiloquium in Aristotele ab Tertulliano culpatum.
Minutius Fabii probitate victus ei se dit,
Miserationis in calamitatibus publicis actus sapientiæ & constantiæ 543. quid sit & quomodo à misericordia differat, & utriusque effectus, longe à miseria est quisquis misere
Miseria prudentiæ bona mater.
Miseriarum communio levat cujusque riam.
Misericordia quid distincta à misera utriusq; effectus 544. misericordia clementiam, Senecæ, ut crudelita ea severitatem 801. 802. quid mise dia Stoicis, quid autem Chri
Misericordia sola est, cui omnes mues cedere honorabiliter non

Digitized by Google

sant. 83
Misithei Prætorio Præfecti ad Gordianum Imp. utilis admonitio contra improbos administres. 258*
Missi id est, juri dicundo ab Imperatore delegati. 255*
Missilia dona in populum in spectaculis sparsa, unde sic dicta, & quantarum nonnunquàm rerum. 408
Mithridates Persa à Magis oriundus ab Antigono Rege fugit, & Ponti regnum condit. 159
Mithridates suarum dictionum linguas callebat 186. quot cives Romanos unâ epistola interemerit 604. post matrem, fratrem, tres filios totidemque filias, sublatos, ipse à Pharnace filio occiditur. 217
Minester in deliciis Messaline atque inter eos mœchos à Claudio interfectus. 198
Modestia summe Stoicis amata. 670
Modestia in Principe Clementiæ μεγέθει quid 40. instillata Principi 40. 41 vario adspectui assumenda 286. convenit eidem eadem in cultu, non elegantia aut pompa, eaque faciendi exempla 295. 296. modestiæ omni laudandæ aliquot magnorum Regum dicta vel Exempla. 287. 288
Modestia requisita in consiliario. 51
Modestiam parit rerum naturalium contemplatio. 836
Modus sol & anima virtutum. 43
Molejus Moluccus in prælio contra Sebastianum Regem victor moritur 291
Monarchiæ novæ sol surgens ab Occidente. 551
Monendo magis quàm minendo tolluntur errores in religione. 67
Monimes, Mileſiæ, Mithridatis post uxoris pudicitia & insignis constantia. 174
Monitorum repetiti ictus juvant & penetrant. 607
Monstra quæ & unde. 863
Mora consiliis apta, ut celeritas actioni. 53
Morâ sæpè frangendus hostis. 161*
Moralis Philosophia quæ. 695
Morbi non inter verè mala censendi. 535
Mores externi & gestus graves, ac ad severitatem flexi non tamen ad minas, Principi auctoritatem addunt 88. eorum dissolutio Principem valdè facit contemtibilem. 110
Morum coërcitio, quæ disciplinæ militaris pars, quomodo, quamvis ægrè, inter milites observanda. 147*
Morum correctio censuræ incumbit, & quàm ea reipublicæ necessaria 101. 102
Mori, quod faciendum semel, cogitandum sæpè. 868
Mori per decus melius, quam vivere per dedecus. 171*
μορμολύκεια Socrati quæ. 595
Mors est non esse 989. falsum malum 535. mors & vita inter indifferentia 808. illa tamen Zenoni ita inter indifferentia, ut tamen inter rejecta 816 ejus meditatio utilis ad vitam & robur animi 895. 896. vera hæc Philosophia, caput & finis sapientiæ Platoni, Pythagoræ, aliis 686. mors autem, quia necessaria, necessaria & ejus instrumenta 549 eam verò minùs timet, qui minùs deliciarum novit in vita. 141*
Mors arbitrii nostri non est 818. mille ejus viæ, noscendi unam dedit natura 809. spontaneam mortem abhorrent Peripatetici & planè damnant 815. Stoici probant, præcipuè in necessitate, quâ & quando 808. 809. 810. an autem sibi mortem conscisce re liceat, sententiâ mortis à magistratu latâ. 817
Mortis contemtus decet militem. 142*
Mors nulla infamis, cui vita non infamis. 595
Mortis pœna in seductores, & pseudoprophetas à Moyse decreta & exercita, rarò à Christianis in hæreticos turbatores usurpata, rarò etiàm usurpanda, & quomodo aut quatenus. 509*
Morsus bestiarum morientium maximè mortiferi. 174
Mortuis in quibusdam Novi orbis regionibus comites vivi additi in sepulchris conduntur, præcipuè uxorum carissimæ. 144
Mortui non mordent exsicito aulæ veteris. 114*
Mortui id est, libri. optimi consiliarii, dictum Regis Alphonsi. 20
Moschi patruum majoris fratris filio præferunt, sed tantum nepos impubes si sit 216. apud Moschos de sacris disputare, capitale est. 112*
Moyses omni doctrina Ægyptiorum

Digitized by Google

institutus 636. ejus librorum exordium mirabile 720. Deo imaginibus tribuit 845. Apathiam eum approbasse putat Philo Judæus 772. vir mirificus supra omnes homines in scripturis vocatus, quanta manuerudine in refractarios Judæos imo & fratrem ac sororem recalcitrantes. 264
Moyses Ægyptius de fide cujusque magis oculis quam auribus credit 208*
Muthemetes verius scribatur, quam Mahumetes 244
L. Muciani callidum consilium de moderanda victoria bello civili 194*
Mulcta quid, in quos in religione turbantes usurpanda 308*
Mulierum imperia viro semper vitanda, sed non semper consilia 234*
Mulieres duæ, quæ famem adactæ septemdecim viros occiderant, à decimo octavo cæsæ 602
Mussa non multis scribere, Stoicorum proprium 653
Multipes Latinis piscis, qui Græcis Polypus 1003
Mundus optimum maximumque corpus. varia significatio, unde dictus 907. vulgo pro universo, ab universo tamen quomodo differat 907. 908. quibusdam æternus, deque ejus immortalitate variæ variorum philosophorum opiniones 912. 913. qui. busdam factus à natura: aliis à Ponte aut Casu; Stoicis à Deo: atque id Deo um hominumque causa & breviter quomodo sit factus, tum ejus definitio, magnam patriam urbem aut civitatem, itemque templum dici exque imagines explicatæ 913. 914. 915. 916 ejusdem divisio Stoica ex Varrone 877. duæ ejus magnæ partes, Cœlum & Terra 922. eum in vacuo locari, vere natum videri, & quare forma ejus circiter 917. 918
Mundus Dei corpus 847. 848. rerum natura, ipse etiam Deus Stoicis, vel secundarius Deus, sed proprie tamen Deus mundi anima 838 841. 842. 848. 849 Varroni quidem & Chrysippo Deus, sed in parte sua nobiliori, Anima seu Deo 849
Mundus animal quod ratione regitur spiritu vegetatur, Manilio, Platoni, aliis, ipsamque animam Deum 847 848. 919. 929. adeoque mundus magnus homo, & homo parvus mundus 967
Mundus unus an plures, idem an eternus, esse & non esse 950. 651. mundos infinitos in infinito quinam statuerint 950
Mundus simpliciter interit, primum de aqua, sive cataclysmo 953. post de interitu ab igne. ἐκπύρωσις enim sit igne perituro. Stoicis, quando, quomodo, qua gratia, cum & Christianis 955. 956. 957. Christianos autem quidem hujus sententiæ, sed divisæ esse, item Epicureos & Heraclitum ante omnes, neque omnes nostros Stoicos 960. 961. ejus enim post conflagrationem ab humore futura, in redintegrationem credunt, ac sic mundi alius post alium ab eis constituuntur 844
Mundus alienus, quis forte Ammiano Marcellino 949
Mundus universus exercet histrioniam 537
Mundus muliebris cur sic vocatus. 901
Munifices milites qui 387
Munimenta conservanda imperio, quæ præstent 74
Munimentum tutissimum, munimento non egere 56
Munerum privatio, pœna hæreticorum aniqua 308*
Manerum animus optimus 303
Murat, Osman & Urchan Turcici imperii præcipui fundatores, quanta in sua lege sanctimoniæ 135
Musica quæ 694
Musica Poëtis & molliores alias artes, in Principe non exigentur. suus autem honoris tribuet Musis, si aliquando non dedigetur audire 224*
Musonius quem causam conscisceudi sibi ipsi mortem 811
Mustafa Mahumetis II. filius, ob stupratam uxorem Bajazitis Achmetis, à patre jussus strangulari 245
Mustafam Bajazitis I. filium quidam simulans laqueo suspensus 223
Mutatio animi ad singula, stultorum, ac corporis, protei 718
Mutationes crebræ status, nunquam utiles 193
Mystagogus Genius cuique homini Menandro, qui Senecæ Pædagogus 88
Mystica historia ad mysticos sensus relata à Stoicis, multumque ii Mythologis usi 833

Digitized by Google

N.

Nadastus à fide laudatus à Soleimano. 282
Nasci ac perire, nil nisi formæ alius inductio est. 898
Natales Principum annuis Circensibus laudati. 507
Natio vel minima nulla ab hostibus deleri potest, nisi propriis se ipsa simultatibus consumserit. 160 *
per Nationes dividenda acies, &cur. 164 *
Natura duplici Intellectu Stoicis 841. 842 communis natura vel naturæ lex, Deus 719. 726. 842. 908. definitio ejus, ignem esse & dici Stoicis atque etiam nonnullis aliis 843. 844. natura autem Dei propria ipsis Christianis non plenè & quatenus cognita 851. præter naturam usitatam multa, præter communem & sempiternam, nihil fit. 863
Natura brutum quid omnia gignens & conservans quibusdam Philosophis. 842
Natura in nobis propria, Chrysippo & Ciceroni, recta ratio 721. 722. naturam sequi id est Deum, & naturæ congruenter, convenienterve, seu secundum naturam universi & suam vivere, capitale dogma. & verus finis vitæ Stoicis. 715. 716. 735. 736
Naturæ seu Essentiæ, idem quod, Principia rerum. 841
Naturæ παραβάσεις, quid Aristoteli. 863
Nausiphanes Pyrrhonis discipulus, Epicuri præceptor, ejusque opinio. 692
Nazarethus Assyricus, nonnullis Ezechiel Propheta citatus. 639
Nazarius Panegyricus scriptor correctus. 481
Ne quid nimis, edictum, unà cum altero, nosce te ipsum, inscripta in aditu templi Delphi. 969
Nec spe nec metu, scitum, in quemvis virum constantem convenit. 535
Necessitas Providentiæ divinæ cognata imò ex ea nata, insita rebus & innata, exemplisque id superis & inferis latè ostensum 549. 550 fatalem etiam aliquam, seu sororem & gemellam fati necessitatem esse, probatum 552. & seqq. 860. 861. ejus effugium, velle, quod ipsa cogit 561. à necessitate publicis malis agnatâ statim quærendum, eaque magnum imbecillitatis humanæ patrocinium omnem legem frangit. 721 *
Necessitas antè rationem est, maximè in bello 162 * sæpe quoque ignaviam acuit. 169 *
in Negotio fortitudine & toleramtia in otio Philosophia opus dictum Aristotelis. 233
in Negotio proprio quisque plerumque hebetior, quàm alieno. 151 *
Nemesius Episcopus & philosophus correctus 1002 citatus. 1001
Nero Imp: magnus initio princeps, magnum postea monstrum 237. ejus dictum initio Imperii, magnæ lenitatis 270. principia laudabilia 698. scelere & sanguine imperium adeptus 278. in artibus principe indignis se exercuit 223 * à divinitate vocis jactabat 358. cui fini donativa & congiaria dederit 401. satis diu grassatus in tyrannide 585. moriturie jus verba. 587
Nerva Imper: proprio cognomento Tranquillus vocatus 365. Impendia publica quantum poterat contraxit 464. quomodo Trajanum adoptaverit 396. ejus factum liberale & memorabile. 425
Nestorius relegatus à Theodosio minore. 309 *
Neubrigensis citatus. 172. 308 *
Neutra seu adiophora Stoicis quæ, quæque in eis producta aut rejecta. 738. 739
Nicephorus cur potissimùm Politicis legendus, deque eo porro judicium 215 † exemplo inferiorum Græcorum egregie depingit difficilia hodierna in religione 310. idem citatus. 226 †
Nicocreon Cypriorum Rex. 920
Nigidius Figulus visus voluisse revocare sectam pythagoricam. 642
Nihil ex nihilo gigni, nihil in nihilum reverti, Democriti effatum, ab omnibus philosophis receptum. 898
Nil admirari, sapientis. 777
Ninus Assyriorum Rex, idem. 189
Nobiles antehabendi, quoties paritas est aut concursus 260. † præsumantur optimi ministri principum. 258 259 †
Nobilium magistratumve factiones aut contentiones legibus comprimendæ, in ipsis potissimùm initiis 181. 182 †
Nocentes unde & cur felices in æternis. 872. 873
Nocumenta, documenta. 49
Noctes quæ. 687
Nomina frumentariorum in tabulis incisa. 398

Digitized by Google

Nominum finis, ut res intelligantur. 744
Nonius Marcellus citatus. 1000
Nosce te ipsum, utile dictum, idque explicatum, & quomodo usu applicandum. 699 969. 970
Nationes seu notitiæ, ἐννοίαι aliis προλήψεις anticipationes, quæ ad doctrinam faciunt, quid, & quotuplices, accuratè dictum 706. 707. 708
Novatianorum error de æqualitate peccatorum, qui & Stoicorum. 807
Novatores in republica omnique statu periculosi 296. * in religione coercendi. 295 *
Novus orbis (sive America) an veteribus cognitus 946. 947. in eum, unde post diluvium homines & animalia pervenerint 950. superstitionibus plenus, & varii vaniquæ ibi sacrorum funerumq; ritus 144. quomodo factus cultior. 581
Numa cujus partis juris leges tulerit 325. aliquot earum verba & aliquot sensa 327. Flaminem Dialem cur creaverit 285. libri ejus combusti qui & cur. 312 *
Numenius Plutonem Moysem Atticissantem vocat 632. liber ejus contra Stoicos, quòd non sit, corpus quidquid est 906. ejus sententia de ἐκπυρώσει apud Eusebium 955. 957. 959. citatus, 950
Numidæ pro communi jure patruum majoris fratris filio in successionibus præferebant. 216
Numina lxva, Vxiores. 884
Nunc sive tempus præsens, instar puncti est inter præteritum & futurum 964
Nuptiæ cum hæreticis interdictæ in veteri Ecclesia. 308 *

O.

OBæsati proni in seditiones. 124 *
Obeliscorum frequentia in Ægyptio, sculpta sæpe in eis multa genera volucrum ferarumque alieni mundi. 949
Obesi parum apti militiæ. 142 *
Obsequium administros Principum decet. 58
Obstinatio magnis sæpe agnata, Principi vitanda 250 *
Occasio in bellis non negligenda. 158. 162 *
Occidere præter leges quenquam, aliquando Principi licitum videri. 120 *
Occupatorum omnium misera conditio, miserrima nec suis occupationibus laborantium 966. inter occupationes tamen quoque Philosophandum. 966. 967
Oceanus suum distinctum globum facere putatur multis, tum quæ porro de eo sentiant multi, & imprimis Stoici 937. 938. principium omnium rerum & altor, Homero 914 genitor & altor Deorum atque astrorum, & inde sub Zona torrida locatus Macrobio 932. duplicem enim, & triplici sinu terram in quatuor partes, singulas chlamydem referentes, partiri sensu in omnibus haud prorsus vano. 939 941
Oceanus mutationi obnoxius 550. unde Homero ἀψόρροος 943. ejus æstus caussæ inquisitæ 940. 941
Oceanus præter totus navigationibus Hispanorum, Britannorum & Batavorum peragratus. 937
Ocellus Lucanus Pythagoreus, Platonis, Philoni, & Luciano laudatus & nominatus 649
Octobrem mensem Domitianum vocari se voluit Domitianus. 44
Oculus animæ prudentia. 17
Oculi universi stellæ aut sol. 22
Odenatus Zenobiæ maritus Mæonia consobrini sui iniquitatis sublatus. 201
Odium subditorum in Principem quid, unde nascatur, quam periculosum, quibus rebus foveatur, quibus ei obviandum, aut in insolentiores ministros derivandum 92. 93. & segq
Odyssea Homeri, tota virtutis, constantiæ, & fideischola. 673
Oeconomica Philosophia, quæ 694
Officia, καθήκοντα quid. 713
Officialibus suis a Principe nunquam indulgenda nimia potestas, & cur. 261. 262 *
Ogina Licenburgica, Flandriæ Comitissa quinquagenaria, in rabbi cubiculo in foro Attrebatensi ad id structo, præsentibus multis matronis pari 21
Olympii cognomen merito Pericli datum. 2
Omne quod est, corpus est Stoic. 904. 9
Omnia in omnibus esse, quomodo 2

Digitized by Google

telligendum. 924
Opes inter falsa bona. 535
Opes corporisque cultus præ animi bonis non magni facienda 16. ex & vires humanæ puerilibus crepundiis consentaneæ 41. quæ autem Philosophum opes deceant. 678
Opes opes sunt, & sine eis nihil fiet, quod opus. 81
Opes magnæ non tam multa capiendo, quàm haud multa pendendo acquiruntur. 100 *
Opes nimias subditorum minui, è re Principis & regni, atque adeo ipsorum subditorum est 193
Opinio quid, contraria rectæ rationi & scientiæ, unde ei origo, errorum vitiorumqi mater: ejus virulentium, vires & effectus. 531. 562. 773 tanquam arx tyrannidis in homine 533. magna ea facit, quæ ratio levia. 593
Opinionis vinculo adstringimur ut stulti quidam se straminis nodo alligari patiuntur. 538
Opinionum fæcibus ejiciendis tempus dandum, sicut musto, ut despumet. 314 *
Optatus Milevitanus citatus. 285. 290 *
Optimatum starus præ Principatu aut regno spretus. 23
Optimos vel bonos, acclamari candidatis solitum. 480
Optimi cognomen Trajano peculiariter & quando datum. 358. 502
Optimus quisque nobilissimus. 56
Opus quodcunque cum Deo aggrediendum. 355
Orationem disponere & figurare, plus est quàm invenire, præclare aut enunciare magnifice. 354
Orator quis 797. verus orator Ciceronis aut Quinctiliani nec fuit, nec erit. 701 702
Orbatio Senecæ, quæ aliis privatio. 705
Ordinis usus in exercitu, cui fini, & quomodo instituendus. 146 *
Ordinarii milites, Principi perpetuò habendi, qui. 73
Ordinarii consules, qui. qui suffecti. 410
Ordinatio Comitiorum, quid. 481
Orientales in externo cultu magis curiosi & affectati, quàm Europæi 298
Origenes nimis Stoicus, quoad renovationem mundi post ἐκπύρωσιν 961. solis, Lunæ & stellarum animas agnovit 933. ejus error, migratione animarum 993. citatus 14
Oroëtes Darii satrapa Polycratem Samiorum regem in cruce suspendit. 153
Oromasdes, id est, Jupiter, bonum principium rerum, Magis Chaldæorum. 869
Orosius citatus. 372. 375. 599. 691
Orpheus Thrax. 649
Orpheus citatus. 943
Orsua in Hispania regni causa duello a fratre occisus. 228
in Ore vulgi aut hominum, aut famæ, agere quid, Phrasis Sallustiana Taciti usitata. 475
Osculo digniores excipere soliti Principes. designati alii. 392
Ossa universi, terra. 920
Ostracismus Græcis, quid. 169
M. Sal. Otho corruptione ad Imperium pervenit. 268
Otho III. Imp. injuste à se damnati Comitis quam, sibi ipse pœnam irrogaverit. 250
Otho Imp. litem inter patruum & majoris fratris filium duello finiri voluit, quo victi nepos. 816
Otium plerique Philosophorum amplectuntur. 670
Otium Philosophiam, Negotium fortitudinem & tolerantiam exigunt Aristoteli. 833
Ovidii versus de immortalitate materiæ 898. de conflagratione mundi 955. de Tempore 964. ejus divisio elementorum 923 deque transmutatione locus correctus 924. de ortu hominis explicatus. 974
Ovidius citatus. 385. 417. 456. 487. 871
Ὄνειρος unde Græcis & quid. 925
Ova & Uteros ante animalia fuisse imaginantur Epicurei. 973

P.

Duarte Pacîecus post magna merita in paupertate senescit. 265 †
Padagogus Senecæ, ut Mystagogus Menandro, Genius cujusque hominis peculiaris. 882
Pagodes templa Malabarum. 143
Παιδονομία & παιδαγωγία differentia 685. 702
Palæstra effeminat corpora. 379
Palatini adiniistri, qui? p. prie. 56

Digitized by Google

Pallani duæ, antè Montorii Comes à Pio IV. Poor capite truncatus. 154
Palladis odiosa superbia. 299
Palodamentum quid, unde dictum. 453
Palus ipse suam veneam destituit, proverbium. 137 *
Pamelii duæ in Tertulliano correctiones non planè receptæ. 1001
Pan Deus, universum id est mundus, Stoicorum Deus visibilis. 674
Panætius Stoicus Antipatri Sidonii discipulus Posidonii Doctor. Rhodius à Cicerone valdè laudatus, Scipioni Africano posteriori acceptissimus ad ultimum senium venit 237. 655. Deum ipsum dixit esse Fatum 555. interire animas arbitratur, apud Ciceronem 990. æternitatem mundi probabiliorem censuit conflagratione. 961
Panegyricorum quæ sit unde origo. 360
Panegyrici veteres correcti 393 882. 932. 939
Pantænus Alexandrinus, è Stoicæ sectæ Philosopho Christianus in Indiam prædicando Evangelio missus. 675
Pantheam formosissimam fœminarum, captam cur Cyrus ad se adduci noluerit. 301
Pantomimus quis. 430
Papia Poppæa lex. 423
Papinianus exemplum securitatis pro justitia moriendi. 577
Paradoxa Stoicorum, Ciceroni Mirabilia vel Admirabilia dicta, Senecæ Inopinata 749. à multis explosa ibid; pro eis in genere aliquid dictum. 749. 750. multa non ἀδόξα 514. paradoxa quidem videri, sed paucissima παράλογα præter opinionem, non præter verum Epicteto 750. 751. singula porrò singulatim explicata. 750. 751
Parænetica Philosophiæ pars, seu Præceptiva quæ. 709. 710. 711
Parcæ, Scribæ fata dictantis Jovis, Martiano Capellæ 209. * earum fabula explosa. 558
Παραιβασις Naturæ, quid Aristoteli. 863
Paria facere quid. 492
Parmenides quibusdam primus cœlum appellasse Mundum putatus 907. ignem rerum principium dixit 845. unum ei universum. 692
Partes animæ quæ Stoicis & Platonicis. 999. 1000
Parysatis Regina Cyrum minorem filium Arsacæ in successione regni præferre conatur frustra. 213
Passiva decreta Philosophica, quæ passim recepta, non Paradoxa. 74
patres Christiani prisci modestum Philosophicæ studium non fecunt in Christiano solum sed inculcant & suadent 515. parùm inquisitè sæpè aliquid adstruunt, & sectarum Philosophicarum decreta permiscent. 892
Παθήματα, μεθήματα. 240. 241 *
Patientia quid, unde nata, discreta à Torpore 531. præcipuus fructus notitiæ Fati. 63
Patientia & cautela necessariæ in aula perennare volenti. 59
Patientiam contumeliarum in Principe magni animi signum. 312
Patria vulgo proximè à diis grata est ob eius particularis laus, & à natura cum ea vinclum, etiam in aliis animalibus. 54
Patriæ amor, affectus constantiæ adversus, malè vulgò pietatis nomine venit, nec parentis nomine dignandus Caritas tantùm dicendis à more aut à natura natus 540. temperandus igitur moderandusq; 535. 541. ejus quæ origo probatum rationibus quid autem verè & propriè sit patria, & sapientum de ea decretum 542. 543. attamen patriæ auxiliari quatenus, non oporteat. 542. 581
Patria vera latius patet quàm censet vulgus, & opinio sola est quæ eam arctat. 538
Paucorum arbitrio sese semper regi non patiti debet Princeps, sed audiendi plures, cur. 249 *
Paulus, Apostolus citatus. 176 *
L. Æmilii Pauli consilium quando signis cœlitus decernendum 160. * quæ is tria in milite requirebat. 149 *
Paulus J. C. citatus. 473
Paulus Æmilius, Historicorum recentiorum Latinorum Princeps, quibus virtutibus insignis, quæ etiam in eo labeculæ 217. 218. * ejus mira & sagax vaticinatio. 302 *
Paulus Jovius stilo bonus gravisque & planè ad historiam, judicio ac fide ambiguus. Cur tamen non planè rejiciendus 218. idem allegatus. 253 *
Paupertas non habenda dura: expedita fecit. 59
Pausanias Spartanorum Rex cum Persis ad platæas certare non vult, nisi sacra prius peractis. 81
Pausanias Philippi Macedonis percussor à Philippi satellite confectus. 29
Pausanias citatus. 652. 654. 655

Digitized by Google

Pax finis bellorum 128. 171. ejus artes arduæ magis quàm belli 271. * eam qui desiderat, præparat bellum 132 * pax omnis cum civibus, bello civili utilior. 194 *
Peccandi verecundiam facit ipsa regentis clementia. 264
Peccantium multitudo pœnam impedit aut minuit. 313 *
Peccare jubet, qui non vetat. 261 *
Peccare in bello bis non licet. 54
Peccata unde: Stoicos etiam à Deo & Fato removere & quomodo 865 866 non fieri ex præscientia Dei, sed scientia, & quomodo 876
Peccata æqualia esse, Paradoxum Stoicum explicatum 805. 806
Peccatum non potest dici aliquod quod est privatio potiùs sed deliquium boni 870. non à sapientia divina est, quia nec est 861
Peccatorum discrimen à patrante & à subjecto in quo patratur. 807
Pecunia, anima & sanguis hominibus vulgò 95. nervus imperii, animorum locorumq; domina 81. spiritus vitalis belli, & nervus sine quo arma non valida. 131 * illa enim & milites imperium parant & conservant 73. ei usus & decus demendum recte reipublicam instituere volenti. 103 *
Pecuniis acerbè conquirendis plus sibi Principes invidiæ quam vitium addunt. 96
Peditum an equitum major in bello usus, quæsitum & distinctum. 133 *
Pedo Albinovanus citatus 385. 937
Pegmata Josepho, fercula per triumphos portari solita 385 386
Pelagia virgo flumine se ultrò mersit, ne a milite polluereiur. 817
S. Pelagii a Mauro Rege Abderamino solicitati invicta pudicitia. 306
Pelagius primus Christianorum post invasiones Maurorum regnare cepit Anno Christi septingentesimo decimo septimo. 192
Peregrinantium cutiosa cura circa externa. 530
Peregrinatio Principibus utilis. 181
Peregrinationem non facere ad internos morbos, indicium eam esse, non medicinam 527 nisi forte in levi quodã & primo affectuum motu 527. 528
Perfecto nihil potest accedere. 756
Perfidia nullo prætextu Principi licita, vix extrema necessitate. 118. 119
Pericles quam honestæ gloriæ studiosus 318. quid ex consuetudine Anaxagoræ profecerit 222 * institutum ejus simul rempublicam attigit 233 * ejus gravitas & majestas 299. continentia & super ea pulchra ad Sophoclem vox 301. benignus ille conviciorum contemtor 315. summum suarum laudum ducebat quod nunquam acerbitatem aut vindictam exercuisset, jure Olympii cognomen meritus. 265
Periculæ periculorum remedia arbitrantes facile seditiones excitant 184 *
Peripatetici ab Aristotele 147. soli ab octingentis amplius annis in scholis regnant 631 632 corporis & fortunæ bona facere ajunt ad summam beatitudinem, sive summum bonum. 732
Periti in quaque re audiendi 248 *
Perjurii Deus hominesq; infesti 40 quomodo ei apud Ægyptios puniti 275
Permittere quasi jubere est 262 *
Persæ cur. Deos suos inter reges coluerint 605. eorum imperii, modò sub suo, modò sub Parthorum nomine mira diuturnitas 192. optimates eorum mira taciturnitate Regum secreta celabant 244. * Magi eorum Philosophi 633. de viro illustri supplicium sumturi quid agunt. 578
Persæus Cittiéus, Zenonis discipulus 651 652. 659. post ab Antigono Rege Acrocorintho præfectus ab Arato Sicyonio inde ejectus aut ut alii inibi interfectus 651. 658.
Persius Rex fœdifragus 275. ejus crudelitas 253. triumphatus cum duobus filiis in carcere insomnia à Romanis occisus, eorumque tertius fabrili arte vitam toleravit 291
Persius Poëta citatus. 111. 804
Persii Scholiastes citatus 657, 662. ejus error. 792
Pertinacia seu pervicacia, quid a constantia differat, ejusque origo. 531
Pertinacis Imp. modestia. 393
Pertinentia bona τὰ πρὸς τι quæ. 736
Perturbationes animi, id est, affectus 765. quid ex Stoicis aliisque philosophis 770, 803. omnium earum fons ab intemperantia. 770
Peruana ora ab Hispanis sub initia desolata. 600
peruani quid tradant de diluvio 954 scelem pro supremo Deo colunt, eiq; magnifica templa passim erigunt, aliique eorum pernicioli ritus. 144. 629
Pervicaciam in virtute quidam ponunt & a pertinacia distinguunt, plerique alii aliter. 531

Digitized by Google

Peſtis maxima ſub Gallo & Voluſiano Impp. ſpatio temporum & terrarum, in Græcia imperio Michaëlis Ducæ, in Africa eversâ Carthagine: Byzantii ſub Juſtiniano Imp. uno die interdum V. etiam X. millia funerum dans: incredibilis in Italia ævo Petrarchæ. 601. 602
Fran: Petrarcha Roberto Regi Neapolitano acceptiſſimus. 184. ejus ævo quàm incredibilis peſtis in Italia. 601
Petronius citatus. 131*
D. Petri epiſtola citata. 960
Petrus Caſtellæ Rex ab Henrico fratre occiſus. 292
Corn. Phagitæ emiſſario Sullæ, etſi injuria graviter affectus, parcit Cæſar. 267. 268
phantaſia quid & quotuplex 708
phariſæorum ſecta Judaica 635. ad Stoicam olim proximè acceſſit. 617
Pherecydes Syrus, Pythagoræ Doctor, primus ſolita oratione Philoſophica tractavit. 643
Phile Antipatri filia, Demetrii uxor, virtutibus inſignis fœmina 200. merito victo & regno exuſto, morte ſpontaneo obit. 201
Philemonis Comici verſus explicati. 861
Philetas ex Stobæo citatus. 205*
Philippus Macedo Epaminonda magiſtro uſus ad diſcendum. ſapiendum 18 auſpicium potentiæ cepit à pio in Phocenſes bello 133. quàm gloriæ cupidus 264. * de communi tunc more crebrò jus dixit 255. quàm obnoxium ſe juſtitiæ præbuerit in condemnatione Machetæ 241 tem inquam Harpalo amico petenti negat 242. à fœmina ſui officii admonitus 343. ejus æquanimiter convicia ferentis quædam exempla 313. 314. animoſum ejus de maledico in exſilium non mittendo dictum 234. incredibilis clementia imo patientia erga Peloponneſios & Athenienſes & ſpeciatim in Demochotem legatum 266. Alexandrum filium ſcitè canentem irridet 224 * ejus modeſta vox, item inſolentius efferentem cujus Archidamus Spartæ Rex monuerit 287. dum magna animo voluit, à Pauſania inopinatò interficitur 291. ex optimo Principe in omnia mala deſiit, pravus, inviſus, infelix 236. nimia dicacitas ejus majeſtatem minuit 299 ejus cum Annibale fœdus quomodo Romanis detectum. 156
Philippus Gallorum Rex, Templariorum opibus ad ſe translatis, haud diu poſt moritur. 263*
Philippi Boni in Michaëlem amorem caritas. 310
Philippus II. Hiſpaniarum Rex quo fato ad Luſitaniæ Regnum pervenerit 152. ejus tamen pia, & mira in eo occupando conſtantia 210. 211. laudatus à lenitate & conſtantia. 179
Philippus III. quadrageſimus octavus in Hiſpania Rex a Pelagio primo. 192
Philo & Charmidas quartam Academiam invexerunt. 69
Philo Judæus Ariſtotelem deprimit 631. 632. idem citatus. 62
philolao Pythagorico terra in orbem moveri putata. 90
Philologia damnata, ſi ſola, & niſi Philoſophia adjungatur 570 confert autem ad Philoſophiam & hæc ad ſapientiam. 64
Philopœmen verè ultimus Græcorum dictus 182. doctrinam ad facta debere tendere, non otii aut nutilis loquacitatis cauſſa uſurpari ſemper in ea habebat 182 adeo cultus omnis eum ni negligens, ut ab amici qui invexerat uxore tanquam ante curſor quidam juſſus ſit ligna cædere. 296
Philoſophia ab Adamo primùm, inde per Noachum in varias gentes translata 634 635. 636. à quo tradita potiſſimum in alias oras diffuſa 650. 651
philoſophiæ à ſapientia diſcrimen 678. ejus aliquot definitiones Stoicæ, una etiam Platonis, atque ex breviter explicatæ 685. 686. à Stoicis animal comparata, quomodo, item ovo. ægro, urbi. 696
philoſophia Jonica, quæ, a quo & in quot ſectas diviſa. 644. 65
philoſophia Græcanica vetus in tres ſectas in genere diviſa. 67
philoſophiæ diviſio primaria & maxime generalis, in dogmaticam, Academicam & Scepticam 687. dogmatica diviſio alia in contemplativam & activam, iterumque ſingulæ in diviſæ, ut familiaritis ſeu Occonomica. 694. in

Digitized by Google

Philosophiæ præsius divisæ partes tres, & quæ, seu membra tria, Logica, Physica, Ethica, à quo membro in ea docenda ordiendum 671. 694. 695. 834

Philosophia inventrix omnium artium etiam mechanicarum 798. animo induenda est, non discenda, ut aves loqui doctæ, nihil ultra voces sciunt. 747

Philosophia meditatio mortis, platoni, aliis 815, 896. proprie animi morborum & affectionum medicina, aut ut Ciceroni, sanitas animæ 699. sanandæ animæ, ut medicina corpori 746. omni ætati apta & utilis 624. serviendum ei ut contingat vera libertas 785. in ea nihil parvum, præcipue id cœlestibus 684 puerilitatem viros ea transscribit 684. primò studiosos, inde doctos efficiens. 684

Philosophiam à multis patrum, Lactantio & aliis, adeoque Tertulliano & Hieronymo (quibus Philosophus animal gloriæ & Patriarcha hæreticorum) non damnari: sed nimium studium & honorem, aut Sophisticam culpari, imò non alienam, sed utilem Christianis haberi, atque id quomodo & quatenus quin ex eorum scriptis præcepta in usum nostrum, tanquam possessoribus injustis erepta vindicare suadet S. Augustinus. 313. 514. 627. 628

Philosophiaipsis etiam Principibus commendata, præcipue Ethica & Physica. cum modo tamen habenda. 188. 225

philosophia apud multos ipsa philologia facta, imo philodoxia. 697

philosophi nomen à pythagora, rejecto Sophi, primò sumtum. 639

philosophantium quosdam avibus, quosdam canibus comparat plutarchus. 671

philosophi munus, prodesse non placere, vitia insequi, virtutes inducere, ejusque schola, officina medici est 539. præceptis instruens, in privato publicum negotium agit. 270*

philosophi omnes conveniunt in capite vitæ quæ ducit ad fatum. 553

philosophorum antiquissimi circa argutias aut controversias non versabantur. 637

philosophum, sed Christianum, non autem Theologum agere vult in Constantia sua Lipsius, à puerilis vidclicet valde philosophicis studiis addictus. 513. 514

philosophi plerique Græci horros pro secessu habuere. 565. 508

philosophis non interdictum opibus. nec etiam aula. 678

philosophi, quando Roma aut Italia exacti, quando Athenis. 432

Philostratus citatus. 637

Philoxenus res maritimæ præfectus sub Alexandro Magno. 302

Phocenses profanatæ religionis pœnas dedere. 133

Phocionis Athenienſis in omnibus suis actionibus constantia, & quædam ipsius animose & argute dicta. 172

Φώς unde Græcis homo. 968

phraates Orode patre & XXX. fratribus occisis Parthorum regnum aliquot annis possedit 226. tandem ipse à Phraatace filio sublatus ibid.

Φύσις, natura unde Stoicis dicta. 978

Physicæ seu naturalis philosophiæ partitio, & à principiis ordiendum videri, primumque à Deo & divinis 837. 838. physica laudata, naturam communem & nostram eo ducere, fructum etiam invitare 635 principibus etiam ejus studium non spernendum. 242*

physiologia quæ 694. physiologiæ Stoicæ libri tres Lipsii faciunt Senecæ aliisque illustrandis 823. & seqq: petro Enriquez Comiti Fontano inscripti 825. præfatio ad lectorem. 827

piaculare quid veteribus. 411

piaculum & piamentum, Græcorum κάθαρμα vel μίασμα, seu piacularis victima. 493

piator & piatrix quid. 638

picus quomodo fatum definiat. 556

pietas prima virtutis pars, quid 541. 797. ejusque duo membra 204. factis ea exercenda potius quàm verbis 515, ea sine interna probitate. ut poma in Judæa quæ contacta in fumum abeunt 17. ei etiam externus fructus 288. * lacinia ejus. conscientia. 14

pietas in virtutibus principis caput est, eaque in suis fontibus, libris sacris petenda 223. 224. ea & justitia principii instar Deorum. 34. 85.

pietas & pius, bonis etiam scriptoribus pro misericordia, clementia, proque militet misericordia. 802.

Digitized by Google

Pincianus laudatus. 943
Pisistratus quam patiens injustarum 313
quibus artibus Athenarum tirannus factus. 218
L. Pisonis Præf. Urb. apud Tacitum prudentia 51. & apud Vellejum paterculum. 58
L. Piso Licinianus à Galba adoptatus. 370
pius IV. pont. ante Joannes Angelus Medicæus à columba quasi futurus pontifex indicatus. 162
placentini in sulis aut Laudenses multi, pauci Veronenses. 242 *
placita, axiomata aut scita, aliis, Stoicis dogmata. 710
planta sæpius translata non coalescit. 79
plantibi mors & ius. 212 *
plato philosopherum Homerus 573. unde hauserit dogmatum suorum sanctitatem 728. Moyses Atticissans vocatus Numenio 632. a Cicerone & aliis Aristoteli plerumque præfatus, maxime autem a patribus, & præcipue Augustino 632. in multis pythagorissat, 641. plurimum non alienus a dogmatibus Stoicorum 674. solum ei honestum bonum visum putant quidem 731. ejus lex Deum & universum inquirit verat 313. * ejusdem lex de pœnaris non vulgandis nisi ante a superioribus visitatis 312. * unde Timæum suum hausisse putatus 639. inclinare videtur in Fatum Mathematicum 553
plato mundum immortalem constituit 952 terram moveri existimasse putatur & an dixerit terram instrumentum temporis, quique ei tempus 949 962. 963. novi orbis pars ei intellecta nomine insulæ Atlantidis 947. eadem ei principia, seu naturæ rerum, quæ Stoicis. 840. 843
plato & affectæ ejus mortem sibi accersi verant 814. ubi animas mortuorum statuerint. 996
plautianus suo Antonino exemplum incertorum Aulæ. 269 *
plautus citatus. 9. 469. 509 731
plebs aut servit humiliter, aut superbe dominatur 70. ferocior ad rebellandum quam ad bellandum 185. non ei judicium, non veritas 69
plinius senior in capitalibus dogmatis bona fide: Stoicus, non quod quibusdam visum, Epicureus 674. 929. 952 989. in plerisq; Stoicus Germanus degenerat in providentia divina, in a se ipso abit 857. quid ei Deus l ejus opinio de aeris seu ex pu nio 911 quid de morte sentiens ἀυτοχειρίαν asserit 813 Aristo laudat 631. ejus loca de sustenta seu fulcro terræ 945. de aeris & a ris conjunctione deq; origine fu um 938. emissione rerum
plinius senior citatus & elucidatus Item 359. 404. 421. 447. 455 5
plinius Junior præfectura Ponti a va donatus: & proconsulatus ejus quem annum inciderit 352. panegricus ab eo dictus Trajano quidquid ad munus vel decus principis requiritur 336 354 gia super eo 354. panegyricus perpetuo Commentario à Lips illustratus & passim emendatus que ad 509. quem in eo explen modum observaverit Lipsius gumentum, causa, & tempus scripti. 351 3
plinius junior explicatus aut citatus 351. 352. 354. 473.
plotina uxor Trajani laudata, ei ab Hadriano Imp: Nemausi tem.
plotinus platonicus refutat Stoicorum dogma, animam corpus esse jus opinio de prædictionibus rum,
C. plotius tiro à tribuno ad solicitatus, ipsum gladio atque à Mario ipso tribuni laudatus & corona donatus 248.
plutarchus dignus principe scriptor formando judicio faciens, & ad rum tem ac prudentiam ducens, 214 223. * præceptor fuit Trajani 43 ristotelem laudat 631. quosdam losophantium avibus, quosdam bus comparat, quare 671 ejus elogium de Stoicis 672. quatuor vis alias Stoic destinato hostis.
plutarchus correctus 768. 911. 95 explicatus aut citatus 356. 379. 385 430 449 481. 490 559 655
pœna & præmium vinculum & coagulum rerum publ. 106. * pœnæ aut legibus patriis adhibendæ, & quabiles esse debent 94 earum gra faciendi 307. & singillatim quas qui 307. 308. * pœnas ad paucos tus ad omnes pervenire 78. pœnarum instantium metus,

Digitized by Google

interdum seditionis 183. † pœnas aliis delegare debet Princeps, præmia ipse largiri. 95
Pœnæ & præmia quanti in militia fructus 153 † earum metu comprimendæ insidiæ, & maximè proditio 89. proditoris autem pœna nullo modo differenda, eaq; gravis esse debet. 91
Pœnæ divinæ plures interiores, postumæ & exteriores, quæ & quales singulæ 586. 587. 588. pœnas à Deo nullis immeritis infligi 589. pœnæ autem à Deo in alios non injuste transferuntur, etsi nobis videatur. 590. 591
pœnitentes bis boni. 67
pœnitentia numquã subit sapientem. 776
pœnitentia sæpius quàm pœna contentus esse debet princeps. 38
poësis, Musica, artesque mostliores in principe non requiruntur. 224 †
poëta quis 797
poëtica philosophia Græcorum quæ, quique ejus auctores 643
politica philosophia quæ. 694
politica præcepta in genere scribenda, singillatim, vix tradi possint. 271 †
poliaicorum scriptorum lectio utilis ad prudentiã principi & qui ei in politicis legendi. 822 †
politica cur suum de principatu scriptum vocaverit Lipsius 203 eorum librorum consilium seu institutum, forma & stilus 203. 225. 335. ordo & capitum index 1. 2 scopus & materies 7. omnis politicæ doctrinæ inepti auditores & inepticæ arbitri adolescentes. 112
Asin: pollio prædam sc. in bello civili victoris futurum professus. 192 †
Treb: pollio correctus. 201
polonia, regnum electivum seu comitiale 204. in ea diversæ religiones permittuntur. 295 †
polus histrio quomodo in scæna verum dolorem repræsentaverit. 537
polieni Stratagematum scriptoris lectio quoad ista commendata. 168 †
polyarchiæ vitium in consulendo. 54
polybius Historicus peritus in bellicis & civilibus rebus scriptor, viro principi & lectu utilissimus & intellectu facilis 214. 215. Scipioni Æmiliano sive Africano minori acceptissimus & comes 237, 320. præfert stratagemata justis præliis 167. citatus. 383
Polycrates Samiorum rex fortunatissimus diu, tandem à persis cruci affixus, ejusq; in cruce mortui & corruptihisto-ria. 153. 291
Polignotus pictor porticum Piscanatæam variis picturis ornavit. 661
Polypus, piscis, multipes Latine. 1003
Pompa nimia & affectata spernenda principi. 232 †
Πομπεία Dioni fercula, quæ. 386
Pompejus Magnus aliarum omnium rerum spretor gloriæ summæ cupidus 317 scriptorem rerum suarum Theophanem Mitylenæum civitate donavit 320 Rhodi professorum omnium ædes circumivit & inivit, & quanto inibi honore posidonium philosophum affecerit 344. 656 præfecturam annonæ in quinquennium cepit & quomodo ea usus 402. quot hominum millia à se fusa occisa aut capta jactaverit. 599
Pompejus bello civili medios & neutrius partis, pro hostibus habuit 193 † in mortuum quanta modestia usus Cæsar. 169
Sex: Pompeii Co: F. cætera parum laudati in Octavianum Cæsarem & Antonium laudata fides, & ejusdem facetum ad Antonium responsum 277. 278.
Pons Danubio à Trajano impositus, & alter Tago, insignis magnificentiæ. 441
Pontifex Maximus in domo publica Romæ habitare tenebatur 432. Pontificatus autem maximus ab Augusto & Principibus sequentibus imperio junctus, & titulus assumtus. 226 †
Pontifex Maximus Judæorum pie & gratesque concipere solitus pro toto mundo, ut patria. 911
Popularis status, præ regno aut principatu spretus. 23
Populi salus suprema lex esto. 28
populus & populares vulgò sæpè pro plebe usurpantur ac confunduntur. 398
Populorum integrorum mutationes in moribus & potentia. 551
Populorum singulorum diversi mores, ut singulorum hominum. 67. 68
Porciæ Catonis filiæ, Bruti uxoris, dignus patre & marito animus, igne hausto se extinxit. 176. 177
Porphyrius citatus 969 982. ejus locus de partibus seu facultatibus animæ 1000
Porticus Salomonis quasi apposita à quibusdam Stoæ Zenonis 667. cùm tamen Stoici adducant ad porticum Salomonis, non ab ea abducant. 675
Porticus Pisianactæa in qua docuit Zeno, unde post varia dicta, ab ea nomen invenere Stoici. 661
Posi-

Digitized by Google

posidonius Apameensis omnes artes quotidianas a Philosophia vult inventas 797. 798. Philosophus Stoicus 657. in quo à Stoicis desciverit Galeno 657. 705. ejus opinio de situ aër is apud Plinium 935. sententia super etymo Dæmonis. 881
Sp. Postumius Decemvir legg. scribb. 328
Potamo Alexandrinus, Electivæ Philosophiæ auctor, quamdiu vixerit. 633
Potentia divina. 9
Potentia non inter vere bona. 535
Potentia certissima principi ad auctoritatem vir 81. qui ea paranda ibid: cum prudentia mixta efficacissima: aliàs inermis & cæca inefficaces manus habet & præcipitat 45. mediocriter exercita stabilit omnia quæsita. 75
potentia eximia, sæpius fortunæ quàm virtutis beneficium. 84
potentia non sua vi nixa fluxa & instabilis. 59
potentia gignit impotentiam. 235
potestas privatis data, si nimia, deducenda, non detrahenda, nec unquam longa danda. 80. 81
præcepta communia valde illustrantur exemplis 127. universalis præcepti fructus 271. talia præcepta finita esse debent. 61
præcepta philosophiæ ex decretis pendent 710 & quo differant. 711
præcepta veterum præferenda novitiorum. 338
in prædictionibus clarissime elucere fata, exemplis demonstratum 158. 159 & seqq nil autem valeat contra fata. 12. 13
præfidentes consiliarii, qui spem magis ipsam quàm ipsi causam intuentur, noxii. 145
præliorum delicta emendationem non recipiunt 174. prælio itaque non certandum, nisi aut urgeat summa necessitas. 160. 161
præmia & pœnæ vinculum & coagulum rerum publicarum 106. illa princeps ipse largiri debet. hæc aliis delegare 95. præmiorum autem in bonos divisio, signum imperii bene constituti. 106
præmia & pœnæ valde possunt ad robur & virtutem militum excitanda 149. sed quomodo in eis distinguendum. 150
præscientia Dei eadem cum scientia 8
præsens tempus aut nullum, aut instar puncti inter præteritum & futurum. 963. 964
prætet quod, pro præterquàm quod. 458
prætextatus Rhotomagensium Episcopus Fredegundis Reginæ mandato occisus. 202
prætor quomodo Collega consuli dictus 489
prætores Circensibus quos edebant curru vecti, habitu triumphali. 507
precatione orationes ordiri mos veterum Romanis. 355
precatio solennis & verus quam usurpabat is qui comitiis præerat, & ea moderabatur. 411
precibus flecti Deum aut immutari, quomodo intelligendum. 85
precium, Stoicorum Senecæ, quod Ciceroni æstimatio. 72
princeps quo differat a Domino. 429
principum imagines olim in signis, & effigies etiam in castris, quæ cultæ aliis instar numinis 453. natales eorum annis Circensibus celebrati 507. ejus legitimi officium 223. * reipublicæ is natus est. non illa principi 29. 227. ejus instruendi compendium in pulchro dicto Tiberii Imp: 238. quæ ejus bonum constituant, subditisque exceptum 342. 343. religiosum esse decet, ob exemplum & gratitudinem 185. pietate & justitia principes dii sunt 34. nam eorum primum munus jus reddere & quomodo ibid: imò quandoque princeps ipse jus dicere & reddere debet 229 252. 253. 489. ejusque rei exempla. 255. 256
principes solus pudor aut fides coërcet, cum alios lex aut pœna 283. quin legibus princeps illigandus, contra malitiosa quorundam dogmata 33. virtus ei sui causa necessaria 30. vel in exemplum subditis 32. optimus enim esse debet, ut regulam rectæ esse oportet, ad quam cætera dirigantur 239. neque actiones ejus magis quam sol latere possunt 494. neque ideo ejus vita perpetua est censura, plus efficiens exemplo quàm imperio 105. 429. quam exemplum ejus efficax formandis aut publicæ reipublicæ, aut privatim moribus subditorum 32. 238. * princeps aut

Digitized by Google

gloriæ causſa bonis præſſe amat, tyrannus vilibus, ſecuritatis 465. attamen ſi quando utilitas publica aliter exigat, ſolam virtutem non rigidè ſequetur. 111

Principi prudentia neceſſaria 45. noſcenda ei natura aut ingenium regni communiter 71. & diſtinctè ſui, ejuſque qualitas 72. ex leone & vulpe conflatus 112. nec privati nimium ab eo extollendi. 80

Principem majeſtas decet, qui & quatenus ei paranda 42, ſed cum modeſtia, quæ amplectanda in ſenſu & in actione 41. 42. non minus hominem ſe, quàm hominibus præſſe ei cogitandum 41. quæ cum præterea virtutes minores maximè deceant 43. 44

Principes à ſeipſis rarò ſatis ſapiunt, aut ſua ſcientia complecti poſſunt, tum de ſua unius ſententia omnia gerere, ſuperbi magis quàm ſapientis 46. 47. quare adjutores eis capiendum, quos & quomodo 48. dogmata qui ſe in audiendis conſiliis gerant 54. 247. * & ſeqq interea ſi Princeps ſolus arbiter rerum maneat, etſi adhibitis conſiliis, multum acquirit auctoritatis 80

Principes in eligendis adminiſtris reipublicæ quo judicio uti debeant 56. nam ipſe Princeps peccat, quicquid ipſius adminiſtri 57. Principis non magni indicium magni liberti ſeu viles atque infames adminiſtri 56. & velut in auctione nundinatur, cum ſe ab improbis miniſtris regi patitur 258. * fato tamen aut ſorte Principes in hos inclinant, illis offenduntur, potius quàm judicio 57. eis autem adſcribenda omnis gloria bene ab adminiſtris geſtorum 264. 265. 266. * malunt ii miniſtros ſibi ob beneficia obſtrictos, quàm ſe ob merita miniſtris 265. * tum Principes odit eos quibus ſe putat debere. 461

Principes prudentia & fortitudine miſitari inſtructi eſſe debent 124. * eis enim, aut ſupremo magiſtratui, ſolis jus armorum 126. 127. * bella eis nec provocanda, nec timenda 131. Principibus verò omnia mala bellorum imputantur 130 *

Principibus præcipua rerum ad famam dirigenda 44. magni tamen Principes in convicia popularia fortes. 234 *

Principes non pœna ſemper, ſed ſæpius pœnitentia contenti eſſe debent 38. ſævitia ei plus addit timoris quàm potentiæ. 37

Principes ſuæ pecuniæ parci, publicæ avari eſſe debent. 100

Principum aliorum exempla faciunt ad virtutes aut vitia Principum, ejuſque exempla. 239. 240

Principes orbi valde patent contemtui. 109

Principibus de conjuratione comperta vix creditur niſi occiſis. 81

Princeps ad manum capiendus, 225 *

Principi ſubeſſe ſub quo nihil ulli licet, malum: ſed pejus, ſub quo omnia omnibus. 234 *

Principum injuriæ hilari vultu, non tantum patienter ſunt ferendæ. 257 *

Principes perſonis ſcænicis comparati, quomodo. 287 *

Principes Ariſtoteli haud pure boni, Democrito, etiam injurii 120. * deteriores ſæpe fieri, & quæ ejus rei cauſſæ, item aliquot exempla 234. omnes bonos Principes in uno anulo perſcribi poſſe, diaſyrticum vetus 604. ſtolidos Principes quomodo deſcribat, & quibus ſimiles faciat Plutarchus, 233 *

Principes minores periculoſe ſe ſemper movent: non de obtinendo laborandum eis, ſed tenendo. 83

Principum nomina à doctis præſcribuntur ſuis ſcriptis, contra calumniam & livorem, ut eorum inſignia appendantur prætotiis contra vim & proteriam. 123. 124

Principatus quid, virorum id munus potius quam fœminarum, necillæ tamen omnino excluſæ, & cur utrumque 25. 26. 193. Principatum videri aliis im eriis præferendum, antiquiſſimum & communiſſimum eſſe: in eo juſtitiam magis exerceri: tranquillitatem & concordiam coli, modum regendi meliorem tutioremque eſſe maxime hanc imperii formam diurnare. 188. 189. 190

Principatus boni finis, publicum bonum, aut populi ſalus 28, 238, Exempla huc facientia. 237. 238

Principatus communis cuſtodia, neminem unum magnum facere. 80

Principatus uter præferendus, ſucceſſione natus, an electione delatus 26. extra ſucceſſionem aut electionem acquiſitus, rarò bonus aut duraturus. 27.

Digitized by Google

Principatus affectatio cunctis affectibus flagrantior. 26
principatuum initia plerumq; ne laudabilia 27. sed laudabilius, si perseverent. 27.28
Principatuum bonum ab externis bonis plerumque metitur populus. 226†
Principale animæ sivè ἡγεμονικὸν aut regium in homine, quid Stoicis 1001. 1002. in æthere sedem habet, quibusdam, aliis in cœlo, aliis in sole. 850
Principaliter quid. 432
Principia rerum Stoicis quæ & quot; agens id est Deus & patiens, id est materia: naturas vocari, sed eminenter Deum. item q; mundum in hoc nomen venire 840. 841. 842 an non plura 900. quomodo differant ab elementis. 839
Privatio Aristotelis, orbatio Senecæ. 900
Privatus, sub Principe quilibet non Princeps, etiam Senator, Consularis &c. 366. 460
Privatim pacem bellumvè facere, capitale. 126. 127†
Privati à Principibus non nimium extollendi. 80
privatus prudenter civilibus bellis non se immiscebit. 193 †
privilegia subditorum flectere aut frangere, videri aliquando Principi licitum. 120 †
probitas quid: verè pietatis comes 15 eam principi necessariam. Exemplis declaratum. 168. 169
probus esse quàm videri vere probus mavult. 212†
Aur. probus abominе nominis Imperator à militibus electus. 207. 208
proci qui relicta penelope ad ancillas se converterant, quid denotent. 570
proconsules non continuo post exactum Consulatum sub Impp: fiebant 352. 353. pro novo munere Imperator in Curia gratias agebant, quod à Claudio Imp: vetitum. 360
procopius ciuatus. 601. 655
Æl. proculo lusus Imperium tradidit. 108
Lat: proculus diem mortis Domitiano prædixit. 164
prodigi ficubus in præcipitiis nascentibus similes: ex quibus præter corvos & milvos, id est, scopta & adulatores: nemo fructum accipit. 100 *
prodigia inefficacia in fatum 13. eis tamen futura sæpè portenduntur 158. 159. eorum rationem aliquam haberi admittit Lipsius.
proditio quid, quantæ ea principi sua. ut quæ vix vitari possint: quisnam adeo pronus: qui avertanda puniendo: adeo nequidem ipsis eis quibus bono 86. 91. proditores se non amare dicebat Philippus ... ex & Augustus Imp: proditures. 91.
producta, Προηγμένα promota, præsita, sive præcipua, inter Neutra Adiaphora, Zenoni & Stoicis 666. 668 740.
profectus, peripateticis medium inter virtutem & malitiam. 8
Professoria lingua, Senecæ objecta 30
propertius citatus. 25. 385. 386
proscriptionum Sullæ & Triumvirorum immanitas. 6
prosper Aquitanicus citatus
prosperi fluxus rerum externarum, ... sunt semper testes benevolentiæ ... vinæ. 5
protagoras quis, ejusque opiniones ... ob novitatem in religione, damnatus 295. † libri publice in foro combusti 30
proteus Homero, quod allis Deus ... principium agens, aut causa rerum ... 14
proverbia Salomonis citata. 9
proverbia Græcorum citata. 7
providentia omnium necessaria decrevit 155 † in agendis rebus ... labitur, eam quoque fortuna, sequitur & inde auctoritas. 5
providentia divina stabilita & descripta nihil hic nisi ejus nutu regi, abesse cades & mala immitti, cæteris omnibus ei parentibus indignum & fructum in eam hominem insurgere. ideoq; sponte parendum. 546. 547. physicos & plutarcho triplex, sed superva... anxietate 557. Lipsio Fati vocabulo intellecta 11. & passim tamen cum Fato presse non confundenda, hæc in Deo, illud in rebus 556. 557 hæc creatrix & curatrix omnium & singulorum, providentissimaque ejus rerum omnium dispositio 855. 856 eam Anum fatidicam Stoicorum plerique adversariorum ... calumniam vocant 855. 856. eorum objectiones refutatæ. 862. & seqq.
provinciæ viribus parantur, jure teneantur.
prudentia oculus animæ, virtutem ... ipsam ducit, & cur quid ea, ejusque ...

Digitized by Google

pacitas, discretio, munia, & vis, tum quotuplex & unde oriatur 16. 17. 18. 67. 68 & seqq: 179. 180 & seqq: materies ejus, omnes & singulæ res humanæ, incerta proinde, instabilis & obscura ejusq; præcepta ad plenum tradita nequeunt. 61. 62

Prudentia in gubernando usus & vis supra vim, potentiam autem mixta efficaciſſima 45. prudentia verò & virtus bona fulcra reipublicæ 203.* at sine virtute prudentia tantum calliditas sit. 7

Prudentia principi necessaria divisa in togatam & militarem illa rursus in humanam & divinam 62. 271.* divina quatenus principi consenit. 63. humana è quibus fontibus hauriendo, qui isti & varia ex eis præcepta 67. 68. & seqq.

Prudentiæ milleuris principi commendata, quæ & in quibus consistat 124.* & seqq:

Prudentia in principe an leviculis fraudibus mixta admittatur. 110 111

Prudentia in senibus, vires in juvenibus 239.*

Prudentia custationem aut tenditatem gignit, fiduciam aut celeritatem inscitia. 246.*

Prudentiæ bona mater miseria. 240

Prusias Bithyniæ Rex a Nicomede filio quem tollere volebat, ipse sublatus. 227

Psalmi citati. 731. 888.

Ptolemæus Philometor principi commendatus. 220 mira de operibus Geniorum tradit 191. idem citatus. 901

Pseudopropheta Ægyptius turbas ciens, & Hierosolyma petens, a Floro præside cæsus. 297.*

Ptolemæus ex Alexandri successoribus, quibus pertinuit sororem Arsinoen fefellerit filiosque eos occiderit, ipse tandem a Gallis capite truncatus 227 228.*

Ptolemæus Lagi filius fratri majori in regno prælatus ab eo occisus 214 tam oportere Regem dicteria ferre ajebat, quam dicere. 315

Ptolemæus Physcon minorem filium majori ante habuit, sed mortuo patre, populus majori regnum dat. 214

Publica persona meliori parti in bellis civilibus se adjungat. 193.*

Publicani vectigal vigesimæ hæreditatium exigebant & colligebant. 417

Publius Syrus citatus. 52

Pueri verè, aut pueris simillimi, qui Philosophia non imbuti 683. pueri masculi vocandi. 684

Puerilitas in multis etiam diu post puericiam manet. 684

Pugnæ incundæ ratio, & quæ eò spectant. 162. 163.*

Pugnantibus duobus inclinatio humana in hunc aut illum trahi solita. 408

Pulcheria Theodosii Junioris soror, in perpetua virginitate, etiam Marciano in speciem nupta, vixit; magnis præterea aliis virtutibus decora 161 202

Punicum bellum secundum quot hominum millia in Italia, Hispania & Sicilia annis XVII. consumserit. 599

Punitio crebra vilescit; imo irritat peccata & rebelliones excitat. 37

Punitio, dejectis insidiis, quæ, qualis & quomodo adhibenda, differenda aut aliquando forte omittenda. 88

Punitio justa, bona punitis. 306.*

Punitio divina non ultio, sed potius cohibitio quæ autem per clades publicas fit, ad malos proprie spectat, eaque bona & salubris Dei respectu, hominum & ejus qui punitur 579. puniendi imperitus, ut nobis visa, impie in Deo culpata 582. 583 & seqq.

Pyrenæum montem Germanos attingere, quomodo intelligendum. 381

Pyrrho Eliensis Scepticæ philosophiæ dux & auctor 689. ejus ἀπάθεια eadem quæ ab aliis Stilponi attribuitur 771 quæ ei ἀδιαφορία. 139.

Pyrrhus Rex hosti fugienti nimium insistere dissuadebat, 169. grandi statura milites volebat 142. * quam placide conviciatoribus duobus pepercerit 314. a fœmina occisus. 291

Pythagoras caput Sectæ philosophiæ quis, cujus, quando vixerit, ubi peregrinatus, a quibus didicerit, primus philosophi nomen sumsit, cum ante Sophi dicerentur: valde a multis & merito laudatus, quibusdam etiam circumcisus creditus 632. 638 & seqq. magnam Græciam insedit, & institutis artibusque exornavit 639. multi ejus discipuli recensiti 640. an ipse quid scripserit, & quæ 640. 641. carmina ejus aurea χρυσᾶ παραγγέλματα Hieronymo 641 Vitæ pythagoræ scriptor Hermippus nominatus a Josepho. 642

Digitized by Google

Pythagoras unde dogmatum suorum divinitatem hauserit 728. cui Philosophiam inservire dicebat 746. amicitiam æqualitatem dixit 793. vetat jussu Imperatoris, id est, Dei, de statione vitæ discedere 814. dogma ejus de dæmonibus & Heroibus 880. 881. de Geniis eorumque ministeriis 885. 886

Pythagoras primus cœlum κόσμον, id est, mundum appellavit 907. extra mundum ponit vacuum 909. 910. terram pro animali habet apud Ovidium 945. quid ei tempus 962. falsa ei Dei loco opinio tributa à Theophilo Antiocheno; & quæ vera. 916. 927

Pythagorei in Theologicis & Ethicis, imò & physicis, multa præclara & rara dixerunt 633. communis eorum opinio certam moveri 946. animæ de corpore in corpus migrationem, sive μετεμψύχωσιν adstruunt. 992

Pythagoricum examen sui in profectu virtutis. 821

Pythagorica secta aut schola valdè laudata. 642

Q.

QUæstus omnis indecorus vitis generosis. 245 *

Quahutimoci Mexicanorum regis crudelis mors. 231 *

Qualitates quibusdam pro corporibus habitæ. 903

Quercu ruere, ligna quivis colligit, Proverbium. 109

Querula mens hominum meliorem sortem leviter transvolat, asperam non dimittit, ut muscæ lævibus non diu insident, scabris adhærescunt. 597

Quies optima rerum ut Socrati, ita & Lipsio. 560

Quies sæpè morbos sanat & dies. 65

Fab. Quinctilianus citatus. 20. 429. 447. 643. 702. 704. 810

Quinctilianus declamator citatus. 704. 792. 815

T. Quinctii duo, Flamininus & Cincinnatus. 363

R.

RAdii signis Deorum adficti, hinc Radiati capitis insignia Principibus consecratis appositæ, ut dies. 443

Ragaisus Beneventi Dux per Paulum Diaconum Carolo Magno cæsus 9[illegible]

Rabi Benzamutii & Hotz Mercurii conjugum casitas. 9[illegible]

Rero: Rainfus è Campania Gallica oriundus, pro Balduino VIII. Flandriæ Comite se gerens in ligno sedens 221.

Ramirus Rex maledictos diu intractatos gide castigat. 23[illegible]

Ratio artifex omnia formans, D. 843. ratio an spiritus deco decurrat leviter aut non interest 846. cum materiam decurrere, Stoicorum tum consonum 76 Moysis, spiritum Domini ferebatur super aqu[illegible]

Ratio, id est, Fatum, Stoicis freque[illegible]

Ratio unum & proprium hominis num, unde originem habeat, ejus & dignitas tum vires & effi[illegible] 532

Ratio recta & pura nulla nisi à Deo recta & à fide illustrata 515. divinæ lucis pars, in nobis mersa Stoicis ea perfecta, ipsa virtus est 724. non est, bonum esse non potest quid ratio recta, contraria opinio 531. 532. levia facit, quæ opinio cuique[illegible]

Rationalis animæ pars, quæ.

Rationalis Philosophia quæ.

Razias Judæus seipsum gladio perimens an benè fecerit.

Recaredo Regi ob pietatem Catholicum nomen in Concilio Toletano dat[illegible]

Recidivatus animarum, Tertulliano qui[illegible]

Recitationes quandoque ipsi Imperatores frequentabant.

Recto nihil rectius, sic bono nihil bon[illegible]

Redintegratio mundi.

Refractaria ingenia descripta.

Regere populum præcipua ars Principis esse debet, & ad hanc illa artium omnium gere.

Regillianus à nominis omine Imperator factus.

Regio una meliores milites suppeditat quàm alia.

Regiones singulæ olim ut Deæ habitæ, & quæque.

C. Atti Regulo sereni delatus cæsus unde Serranus dictus, quæ[illegible]

Digitized by Google

alii, aliunde Sarranum cognominent. 455
Regulus exemplum fidei. 577
Rejecta, Rejectanea sive remota, ἀπροηγμένα inter media aut adiaphora, Zenoni & Stoicis, quæ 666. 668. 740. 741
Relegatio utilissima pœna in hæreticos turbatores? 309 *
Religio quid essentia constat, unicuique habenda, sed cura superstitionem, & non in subtilitate, sed in vita & factis 10. 11. 208. * origo ea conscientiæ 14. in ea curiosi, mali. 312 *
Religio basis, fundamentum & vinculum Reipublicæ & omnis societatis, quàm necessaria vel in tota societate, vel seorsim in rege & subditis. 129. 287
Religio una in uno regno optima, non varia & miscella, eaque tenenda ex ritu veteri 63. 280. 281 * nam antiqua optima: in qua corrigere fas magis quàm mutare 299 * proin vindicanda & omni vi defendenda 64. neglecta aut prolapsa traxit semper rempublicam secum & trahet 206. religio itaque una unionem dat & amorem, turbata pollutam dat. 291 *
Religio modesta Principi convenit 208 *. & quatenus & cur religio, quæ caput in republica, ei curanda 63. religionis dissidium an ab eo tolerandum, inque hoc alia ratio turbonum, alia simpliciter sibi errantium, & quomodo cum utrisque agendum 64. 65. 66
in Religione coactio quadantenus licita: nec id arrogare libertatem animi 294. * compulsionem tamen magis & exhortationem quàm coactionem probandam 294 *. at de religione nulli sibi novi edendi sine superiorum approbatione. 312
Religionem evertit, quisquis libertatem religionum inducit 281. * & religionis dissolvendæ est omnis in religione varietas 280. * cum sua cuique videtur optima 70. ejus prætextu novas res molientium aliquot exempla 296. 297 *
de Religione una adversus Dialogistam liber Lipsii 3. ordinibus inscriptus, est instar notarum in tria capita libri quarti Politicorum. 271. 273. 275 *
Religiosus, supra modum religioni addictus, ut vinosus, &c. 208 *
Res omnes a Stoicis divisæ in bona ma-la & indifferentia, quæque eis singula 734. 739
Res omnes necessario ad mutationem & interitum spectant, ut flumina omnia ad mare labuntur perpeti & prono cursu 549. proinde rebus secundis non insolescendum 169 *
Res plerumque ipsas non timeri, sed circumjecta rebus. 594 595
Respublica quid 542, nulla nisi sapientum Stoicis. 796
Reipublicæ basis & fundamentum religio 289. * infirmusque ejus status sine virtute & contra 31. ejus optabilis status, quis Polybio 31. 227. respublica autem, quæcunque nullâ re magis florebit aut floruit quàm rigida & immota justitia 245. ad eam admovendos invitos, non falsa Imperatoris vox. 362
Respublicæ populares aut aristocraticæ lentæ in consultationibus, imò tardæ sæpè 248. * in republica populari minus exercetur justitia, tranquillitas & concordia minus colitur, quàm in Principatu, tum magis corruptelis obnoxia. 189. 190. *
Reverentia Principi non terrore captanda. 75
Reverentia rara in statu populari. 190
Rex quo à Tyranno differat 187. * justitiæ tuendæ causa primitus institutus 35. 252. * unde διακοσίους Homero Reges 240 quid apud Latinos Regis nomen denotet, & inferat 237. ad ejus exemplum componuntur subditi. 32
Reges & regna à Deo dari 149. aut tolli 152. & causas quasdam medias sed mopinatas his intervenire 155 regna item & reges à Deo temperari. Horumque singulorum exempla 152. 153. 154. 155.
Regis regnique præstantia laudata 24. 124. 235. * sed sine virtute regnum omne instabile 80. & regna sine justitia nil nisi magna latrocinia 33. quæ porrò regno firmando faciant 73. & seqq.
Rex cum in tyrannum abit, sæpe respublica ad optimates aut populum devolvitur, sed ab his plerumque ad tyrannum & regem. 189
Rex & regnum, quis & quod verè aut contra. 186

Digitized by Google

Reges generosi introrsum à plebe differre debent, extrorsum vix excellere 232. * & regium magis est, animum præferre cultum, quàm corporis vestem 42
Regum clementia non in ipsis solùm, sed & in ingeniis subditorum sita 189. * plerumque cum fidem habent suis & inveniunt. 138 *
Reges leniter & arte quadam regendi à Consiliariis, nec eis frustrà obtemperandum. 243 *
Reges tutores Ecclesiæ, & quatenus in eam jus habeant 285. * puniendi eis hæretici turbatores. 305 *
Regium est, audire malè, cùm facias benè dictum Alexandri Magni. 108 *
Regum mores plerumque odiosi, & qui pessimum 71. 72. gloriæ ei avidi 264. * ad superbiam prompti 230 * mutabiles 60. eorum familiaritas periculosa ejusque rei aliquot exempla 269. * regni socium ferre nec tædet sciunt 72. regum denique sors varia & miseranda 231. * plures à suis quàm ab hostibus interemti. 87
Regnis obtinendis fraudes per ambitionem aliquando interveniunt & quales, exemplis ostensum 217. 218. seqq; eorum etiam vi per ambitionem occupatorum exempla. 226. & seqq:
Regnum schola fraudium, 119 * sæpe bonos depravat. 226 *
Regnorum ortus & occasus. 551. regnum enim omne fluxum, instabile, & infidum, & verè vanum subjectum, ira & odiis. 71
Regni comitialis nulla securitas. 266
Reges Romani quatuor manifestè Fato ducente ad sceptrum pervenere 149. 150
Reges exteri à Romanis capti in triumphis vincti ducti. 385
Regum libri Bibl. citati. 189
Rhea Dea sive Ops, unde genitrix. 467
Rhenus à festo S. Martini ad Kal: April: congelatus, quando. 377
Ritibus explicandis non diu insistendum in Commentario ad aliquem finem. 349
Ritus patrii bona religionis observandi 11
Robertus Gallie Rex demissi & rari sanctimoniæ vir. 136
Robertus Rex Neapolis, summus Petrarchæ & Boccatii favor, cari olores sibi regno esse literas professus 184. regno cùm fratris ejus majoris filio à Pontifice prælatus 215. ipse tamen in lite super Comitatu S. Severini pro nepote sententiam tulit. 216
Roderibus ultimus Gothorum in Hispania rex à Juliano Comite occisus 160. 162. quæ signa exitium ejus portenderint. 160
Rodericus Davalus Mag: Equit: Al: Neomi Ferrerii summam fidelitatem expertus. 285
Rodericus Sanctius Palentinus civitatis. 284 *
de Roderico Toletano Historico judicium. 217
Roma falsò æterna dicta 551. paucos suprà quadringentos annos libertatem tenuit. 191
Romani exemplis valent, Græci præceptis 429. omnes gentes pietate & religione potius superave e, quàm calliditate aut robore, Ciceroni 64. valuisse veri in profanatores aut novos inventores religionis 295. * legibus dimittendis magicas prohibuere 195. animi viribus primos suos reges deprimunt. 205. 206
Romani quàm sæpe fidei promissæ observantissimi. 276
Romani disciplina militaris felicissimè quibus ea antiquior, quàm caritas literarum, eaque ipsa velut exemplar veræ disciplinæ habenda. 143. 144. 151 *
Romani initio paucas leges habuere, latas maximè sub Imperatoribus, damno reipublicæ valde auctæ 248 judices quorundam causas cognoscendis sæpe legebant. 256. labi cepere Romani, cùm audirent Græcos & exteros. 258
Romani viri illustres, qui Sroicis sectis addicti. 674
Romanorum olim immensæ ex bello clades, tum cædes ingentes ab ipsis editæ, cladesque aliis illatæ. 599
Romanus civis quidam ob occisum felem ab Ægyptiis discerptus. 140
T. Romulus Decemvir Legg: scribb. 321
Romulus scelere & sanguine regnum obtinuit 228. cujus patris, juris potissimum leges tulerit, earumque aut vera ipsa, aut sententiæ. 385. 32
Romulus & Remus in adolescentia liberalibus studiis operati. 12
Rostra, quid Roma, unde dicta, quæ eorum ornatus; in eis populus salutatus, aut gratias ei actas à magistratuum mentibus aut pœnitentibus; Suggestus

Digitized by Google

dicta Ammiano. 469
Rotunda forma ad perpetuitatem apta, & cur. 918
Rubellius Plautus tantopere Stoicus ut ei crimini datum sit, quòd Stoicorum sectam & arrogantiam assumsisset. 666.674
Rudolfi Habespurgensis in mysticam hostiam insignis pietas: unde ei Imperium prædictum 135. jam Imperator aditum ad se vel tenuissimis permisit 239 solers ejus factum in indaganda fraudatione depositi 251. ejus vulgarem militem se simulantis lepidum factum 299 ejusdem Bohemiæ Regem homagium facientem excipientis negligentior cultus, cum faceto dicto factoque. 197
Ruffinus Presbiter citatur. 11.891
Rumores velle coërcere, præcipuum famæ alimentum. 69

S.

Jul: Sabinus à Vespasiano victus novem annos in spelunca latuit. 306
Saburanus quidam Præfectus prætorio sub Trajano, ab eodem ipsius petitu munere solutus. 498
Sacerdos verus quis. 797
Sacerdotes an in consiliis assumendis utiliter interdum videri, & quatenus, nam sæpe supra prudenter sapere 241. 242*
Sacerdotium & regnum plerique veterum conjuncta habuerunt; quidam divisere, & quare. 286†
Sacrorum varii vanique olim in Novo Orbe ritus. 143.144†
Sacra nec in periculis deserenda aut negligenda: eorum tuitio famam & potentiam Principi donat, reique Exempla. 131. 132
Sacra privata suis olim familiis. 417
Sacrorum antistites ut administros honorandos & audiendos esse: ejusque exempla. 136
Sacrarium mundi Cœlum, Philoni Judæo. 913
Sacratæ leges. 327
Sadducæorum secta Judaica. 635
Sæculum nostrum, si quod aliud, religionum ferax, pietatis sterile. 515
Sæculum, id est, mores, aut pervulgata judicia. 430
Sævitia non nisi in viles & barbaros homines cadit 463. plus timoris quàm potentiæ Principibus addit. 37
Saladini præclarum factum. 230†
Sallustius citatus 383.427.475.492.734. 1005
Salomonis Regis scripta, ut planè divina, & sapientiæ divinæ, Principi valde commendata 237.935. ejus celebratæ subtilitatis factum in indaganda veritate veræ matris mortui infantis 351. ejus porticus à quibusdam quasi apposita Stoæ Zenonis 667 cum tamen Stoici ad porticum Salomonis adducant potius quàm ut ab ea abducant 675. ea citata 90
Saltare & canere indigna Principe. 224†
Salus & beatitas populi, præcipuus Principi finis. 28
Salus publica, formula in laudem bonorum Principum. 423
Salutationes matutinæ deorum, item Principum solennes, apud Romanos. 435
Samothraces quot principia rerum statuant Varroni. 902
Samson instinctu divino peculiari se ruinâ domus cum aliis oppressit. 817
Sanare vitiosas partes præstat, quàm exsecrare. 93
Sanctia Hispana maritum Ferdinandum Comitem bis carcere liberat 307. 308
Sanitas non inter vere bona. 535
Saperdæ nobis videmur omnes, cùm simus copreæ, proverbiale. 282†
Sapere aperta res est & simplex. 618
Sapiens Stoicorum verus seu consummatus: ab eis descriptus. 701
Sapiens proficiens seu procedens quis & ejus discrimina, sapiens videlicet consummatè & inchoatus. quantum differant Stoicis 702. Sapientem verò ante mortem reperiri posse abnuunt Christiani. 701
Sapiens in quo comparatus Jovi. 779 nulla fortunæ dona abnuet, opesque in domum non in animum admittet, divitias habere potest, dummodo ab eis non habeatur 678. natura socialis & actuosus 778. ubicunque est peregrinatur, fatuus semper exsulat 595. non semper ituno gradu, sed una via 50. publicis ut privatis fruitur, privatis ut publicis 783. mortem eum aliquando sumere posse, decere, debere, Stoicum decretum 808. 809. sed hoc rejectum & ostensum, non licere, non decere, mixtis rationibus testibusque. 815.816
Sapientes omnes pares & æquales esse 751.752.753. sapientem sibi parem &

Digitized by Google

in gaudio semper esse, ejusque animus, ut mundi pars superior, semper serenus 759 760. 761. vel in tormentis beatum esse, contra Pythagoreos Academicos & Peripateticos 762. 763. sapientem non opinari itemque non ignorare, non fallere, non mentiri 773. 774. nihil ei præter opinionem evenire, & ut in bello semper excubiæ, sic sapiens semper vigilat contra omnem improvisum ictum 776. 777. sapientem sibi sufficere, vel se solo contentum suique securum esse, solum divitem censendum nulla re egere, & ejus omnia esse 778. 779. 780. solum liberum, cæteros omnes servos censeri 783. 784. solum regem esse 785. 786. sapientem Deo parem aut saltem vicinum 788. omnia recte facere, etiam digitum exserendo: sine peccatis esse, à bono nunquam descisscere 791. uno verbo omnia esse 796. non injuria affici, non insania, non ebrietate 798. non ignoscere, non misereri 800. 801

Sapientia duplex, propria, mutuatitia 46. 47. sapientiæ à Philosophia, item à prudentia discrimina 698. sapientia Stoicis virtus est, & contra 685. cur pleriique scientia vel ars sit 699. eam doceri & disci, non à natura tantum esse, omnibusque offerri 703 704 ejus unam & animo profuturum studium 684. procul ea intuenti severa apparens, proprius accedenti lenis & clemens 544. eam non vovendo sed conando acquiri. & ad ejus studium adhortatio. 571

Sapientia alta & educata in hortis. 578

Sapientia pro Theologia naturali, aut Philosophia prima. 837

Sapientiales libri Bibliorum citati 731. 761. 764 783

Sapor Persarum Rex equum adscensurus Valeriani Imperatoris dorso innixus. 153

Joan. Saraceno Abbati Vedastino inscriptæ notæ ad libros Politicorum Lipsii ejusq; benignitas & munificentia prædicata tum aliæ eminentes virtutes. 199. 200

Sarapis Ægyptiorum Deus maximus & Mundus: Ejus ad Nicocreontem Regem responsum apud Macrobium. 920

Sardanapali, quamvis luxurioſi, modestiæ singularis symbolum, quod sepulchro suo inscribi voluit. 287

Sarmanazeorum Philosophis, Clementi Alexandrino. 63

Sarpedon Catonis minoris in puritia pædagogus. 175

Sattanus secundum quosdam, cognomen Attæ Reguli, unde. 456

Satibarzanes satrapa. 242

Saturnus cum falce pictus, & quid ea falx denotet 580. in ejus sacra ærarium apud Rom: 414. eique Carthagine ſtato die quotannis pueri *vivi* comburebantur, & magno numero extra ordinem rebus tristibus. 141

Scacoculis quidam specie religionis rem Turcicam in discrimen adducit, tandem à Persarum Rege cum suis cæsus. 297*

Scelesti etsi tuti, nunquam securi. 211 †

Scelus felix, callidis virtus vocatur, id est, cum opprimi nequit. 120*

Scepticæ Philosophiæ Pyrrho dux & auctor ea quæ 687. quem usum. quem abusum ea habeat. 690. 691

Lamb. Schafnaburgensis qualis Historicus 217. * is citatus. 267

Scientia unicum bonum Socrati, ut insciitia unicum malum. 685

Scientia bonorum & malorum immutabilis efficit virtutem & verum bonum Stoicis 754. 755. bono Magistratui bonoque civi necessaria. 796

Scientia invariabilis, nec sine causis 62. contraria opinioni 774. Principii assumenda tantum utilis nque ea tenendus modus. 221 *

Scientia Dei eaden. cum Præscientia. 876

Scientia una in divinis rebus, nihil scire 58

Scientiæ vulgares aut Doctrinæ Stoicis non veræ scientiæ, sed suo verbo ἐπιτηδεύματα, studia. 774

Scintilla parva neglecta magnum sæpe excitat incendium. 181 *

Scipio Jovem in Capitolio consulere existimatus 207. * in corporis habitu & cultu vere virilis 299. maluit fidem suam decipi, quàm accusari 277. nec sæpius injuriis lacessitus, in fide unquam decedere voluit 277. quantopere Ennium Poëtam vivum mortuumque amaverit 319. ejus sponsam in-

Digitized by Google

intactam, etsi captam, restituentis sine redemtione, laudabilis de libidine & avaritia victoria. 303
Scipio, Pompeii Magni socer, centurionem captivum, quòd à Cæsare desciscere nollet, parùm generosè jubet interfici. 279
Scire plus velle quàm satis est in temperantiæ genus est. 21
Scita Stoicis Dogmata. 710
Scutum (tolerantiæ) sumere potius quam gladium oportet contra tyrannum. 189†
Schytis sui Philosophi, Justino & Curtio. 636
Schytarum ad Alexandrum egregia vox de sanctitate in fide colenda. 230*
Schyticæ mulieris in maritum Thracem caritas singulari æquanimitate conjuncta. 308. 309
Sebastiani Lusitaniæ Regis infelix cum ipsius interitu in Mauros expeditio. 292
Secessus a turbis, pabulum & deliciæ animi 779. Principibus tamen & regibus non nimis conducit, nimia enim abductio seu secessus tollit munus & officium Regis. 299
Secretum anima consilii 55. 251.* exteris signis indiciisque ne prodatur, cavendum. 251*
Secta Philosophorum universe tres, quæ: alias infinitæ. sed nulliusi districte adhærendum. 634
Securitas nimia in bellis mala. 159*
Sedentaria Senatus assensio, quæ. 486
Sedes aliquando pro Castris. 377
Seditio popularis definita, ejus origo, Progressus, ac remedia distincte explicata. 183. 185*
T. Æl. Sejanus insigne stabilitatis potentiæ aulicæ exemplum 269. * ejus animia potentia egregie a Dione depicta. 264
Sejanum equum domi habere, proverbium. 156
Seipsos comprecatione includere, frequens. 481
Selimus, Bajazitis II. filius, per quæ scelera ad imperium pervenit. 228 229
Semen unde dictum 977. semen humanum quid 977. 978. e totò corpore procedere, muliebre autem infœcundum 978. 979. corpus modo producere, & animæ receptaculum formare, Stoicis. 979. 980
Semen mundi, quid Stoicis. 915. 916
Seminum voce pro Ideis usi Stoici & alii. 844
Semenus Rada J. C. ex Arragonia a Rege Jacobo ejectus. 260
Semidei, Platoni, Hesiodo & aliis qui 879
Semiramidis horti pensiles. 565
Senatus quotannis Kal: Jan: juramentum Principi præstabat. 460
Seneca citatus. 169. 637. 994
Senecæ libros quosdam a Principe legi conducibile 223. * ut de clementia 264. ex his locus apud Albertum & Isabellam rincipes explicatus 341. & seqq. Medea, quæ inter Tragœdias Latinas exstat, ipsius scriptum. 948
Seneca Philosophus etsi Stoicus, valde tamen in sectam Pythagoricam inclinavit. 642. Deum Fato non subjicit, sed Deum Deo, imò Deum ipsum dicit Fatum 553. literarum studiis nimiùm deditos operosè nihil agere censuit, & alias sæpe increpat 624. accusatus in sententia, de caussa finali mundi conditi 813. ejus vaticinia de detegendo Novo orbe. 948
Seneca Philosophus correctus 692. 702. 956. 957. 983. 1002. idem citatus 7. 359. 573. 583. 603. ubique autem & perpetuò omnibus libris Philosophiæ Stoicæ a 623. usque ad 1007
Senum consilia juvenum hastæ. 49
Senectutem in aula consequi, tariffimum. 59
Sententiæ consulentium non tam numerandæ quam appendendæ. 249‡
Sententiam suam, five quam ex auditis maxime probat Princeps, celare debet. 251*
Septembrem Germanicum a se transnominavit Domitianus. 448
Serapis Ægyptiorum Deus. 140
Serinus citatus. 24
Sermo optimus qui in paucis verbis multum habet sensus, ut moneta

Digitized by Google

optima quæ plurimum pretii in minima mole. 231 *
Serranus unde dictus Attilius Regulus. 455
Servius Tullius Rex eruditus artibus quibus ingenia ad magnæ fortunæ cultum excitantur 221. * cujus partis Juris leges tulerit. 325
Servius Grammaticus citatus 356. 923. 991
Servilis plura in Dominos miræ fidei exempla. 284. 285
Servire dedidicit, qui mori didicit. 809
in Servitutem redigendi mos abolitus inter Christianos. 600
Servitutis sub tyrannis priscæ è Tacito testimonium. 606
Sesostris Ægypti Rex quatuor Regibus instar equorum evectus, unius eorum monitu illisa jugo, se à fastu liberavit. 289
Sethus primogenitus Adami columnas Duas exstruxit, cui fini. 634. 635
Severitas salutaris in regendo vincit inanem speciem clementiæ 78. severitate moderata acquiritur Principi auctoritas. ibid:
Severus Imp: solos peritos rei de qua consultabatur adhibebat consilio 249. * ejus callidum sed improbum monitum servando imperio 73. ejusdem morituri suæ sortis consideratio. 287
P. Sextius Decemvir legg: scrib: 328
Q. Sextius, pater & filius (patri aliquando prænomen Pub: dat:) utergue Philosophiæ studiis scriptisque noti: quando vixerint: cujus sectæ vel asseclæ vel auctores: pater magni in scribendo animi & vigoris: dignitatem is senatoriam à Cæsare oblatam recusavit; ejusdemque examen sui exercitio virtutis 642. 677. 820
Sextus Empiricus citatus 647. 674. 687
Sforzia Magnus qua arte sæpè intimos sensus aliquorum explorabat. 252 *
Franc: Sforziæ Mediolani Ducis continentia. 304
Sibyllæ multa & magna prædixerunt. 158. 159
Sidonius Apollinaris Platonem ait explicare, Aristotelem implicare 631. versus ejus quidam examinati & fortè correcti 645. idem explicatus & refutatus 658. porrò citatus 269. 371. 665. 793
Sidus novum Anno M. D. LXXII. supra omnem elementarem regionem exortum. 550
Sigebertus Mediomatricum Rex ab immissis à Fredegunde Regina percussoribus occisus, ipsique post percussores. 200
Signa Manipulorum qualia, imagines ex eis dependebant deorum Imperatorum &c. aureæ illæ sæpè aut argenteæ 373. lorum etiam nomina eis inscripta, aut libera republica, ducum. ibid:
Signis futura sæpe indicantur. 161
Silentium, arcanorum necessarium Consiliario 51. ejus mira apud Persas fides, item in Senatu Romano. 244 *
C. Sillus juventutis Romanæ pulcherrimus, Messalinæ diu moechus, tamen vivente Claudio marito eam ducit, & procurante Narcisso cum illa occisus. 198
Silius Italicus ter consul, in secessu in Campania obiit 436. idem citatus 9. 964
Simplicius citatus. 651
Simulatio doloris in malis publicis adversa constantiæ, ambitiosa sæpè, eaque rejecta. 536. 537
Simulatio & dissimulatio, modice usurpatæ, Principi necessariæ. 115 *
Simulatores proditores sæpe: & nonnunquam ipsa simulatione nemia deteguntur. 91
Sinenses vel Sinitæ, solem imprimis colunt, tum alios plures Deos, & quàm stulte 144. 929. lege arcent omnes alias religiones 296 * Reges eorum serie habuere ducentos quadraginta tres. 192
Sisebutus vel Sisenandus in Hispania Rex, Judæos ad fidem cogit. 294 *
Sisinnii probum consilium Theodosio Imperatori datum de non disputando cum hæreticis. 312 *
Smaragdus gemma pro nomine culta in Manta Novi Orbis provincia. 144
Societas humana in commercio est & Imperio 22 nulla esse potest sine justitia 246. neque ulla stare possit si mali habeant quæ lubent. 579
Societas cum potentiore minus potente periculosa. 8
Societas aut corpora Collegiave, De unum. 59
Socrates primus sectæ Jonicæ, quæ hactenus in Physicis tantum desidit Ethica introduxit nihil scripsit, discipuli ejus in varias sectas divisi 6 quarum seu stemma quoddam habitum 648. ille autem quor

Digitized by Google

criminum pretextu damnatus. 265 *
Socrates sons & caput sapientum, setus videtur Stoicus 674. post dogmaticam Philosophiam primus Logicam adhibuit 687. liberalibus artibus egregie instructus, Euripidem in scribendis tragoediis juvisse creditur 625. nunquam visus ebrius 800. quas esset quoties rogatus Mundanum se ferebat 538. ejus Dæmonium quomodo quidem interpretari, quomodo plerique 885. ejus scitum responsum de peregrinatione quæ nil profuerat 528, quæ ei μεμφιμοιρία nata. 585
Socrates Historiæ Ecclesiasticæ scriptor citatus 299 *
Sol Latinis unde, quid Stoicis & aliis 927. quibusdam ut oculus Universi. nonnullis ut cor 920. 929. soli principale naturæ regimen tribuit Plinius senior & Cleanthes 852. seu ἡγεμονικὸν animæ mundanæ Stoici 929. æthëris præstantissimus & fidenum Rex, tum quantus 928, an habitatus, dubitatum quibusdam. 920
Soleimannus cognovus Casolo V. & Francisco I. 158 ejus in liberos suos crudelitas 224. singularis ejus observantia fidei. 282
Soli Ciliciæ urbs, postea Pompejopolis dicta. 652
Solitudo nulla virtutibus stipata. 979
Solon à natura, usu & doctrina prudens, ad mortem usque discendi avidus 181. sapiens ejus monitum: Neminem ante mortem dici beatum posse 289. lege submovebat qui in discordia civili medii aut quieti esse volebant 192. * Principatum laudat 193. omnino à republica arcuit juvenes 239. * Athenis à Pisistrato occupatis quid egerit 562. ejus ad ipsum Pisistratum dictum. 217
Solum detinens, quid: item supinum. 404
Somniis futura sæpè docentur, r ex eis prædictiones omnino spernendæ. 162.
Sonchedus Archipropheta Memphiticus 638
Sophi antiquitus dicti, qui post, præeunte Pythagora, Philosophi. 659
Sophocles, Stoicis accensendus, gravis asserter Fati 674. 860. à Pericle ob libidinosum aspectum reprehensus 301. is citatus. 583. 812
Sophonista Syphacis Lælio à Masinissa dedita. 151
Sophronia Virgo, ut Maxentii libidinem vitaret, gladium in se admisit. 817
Sorites, argumentationis genus à Chrysippo inventum. 657
Sororem uxorem ducere apud Orientale genies olim in mores & jura verterat 227.
Sotion Pythagoricus, e Præceptoribus Senecæ, & eo nomine Philosophi plures. 661
Sozomenes citatus. 309 *
Spartana vix quingentos annos tenuit libertatem. 191
Spartani Athenienſibus ingenii acrimonia inferiores, sapientiâ tamen meliores 240. * quibus disciplinis se maxime & unice applicare soliti 235. non quot hostes, sed ubi essent, interrogare soliti 159. pluris tamen faciebant in re bellica per solertiam ac dolum quàm vim apertam ac robur 167
Spartianus explicatus aut citatus 33. 227. 352 367. 373 380. 382. 389 400
Species originales rerum, quid Macrobio, 901
Spectra res futuras sæpe manifestant. 162. 163 *
Speculatores Principibus habendi indagandis insidiis illustrium subditorum. 87
Spes & metus, fomites & fontes vitiorum: animusque contra eos munien-dus 746. 747 spe vitam contineri, quibusdam Philosophis visum. 748
in Spe tenui fortissima quæque consilia tutissima. 161 *
Speusippus aspero dicto Diogenis monitus, mortem sibi conciliat. 810
Spharus, Bosphoranus Cleanthis discipulus Cleomenis Spartani præceptor, Stoicus. 650. 660
ad Hen: Laur: Spiegelium epistola Lipsii, 282 *
Spiritus Posidonio, Zenoni & aliis Deus. 846
Spiritus Domini ferebatur super aquas, consonum Stoicorum scito, Rationem per materiam decurrere. 916
Spiritus Sanctus Apostolis se ostendit in linguis igneis. 845
Spiritus, Flatus, Anima, proxime sunt, etsi distinguat Augustinus. 986
Spiritus in semine vis. 978
Splen sedes lætitiæ. 766
Spoliarium in re gladiatoria quid & ubi: unde dictum, cui rei & usui, 414

Digitized by Google

Spurinæ adolescentis Etruſci anxia caſtimonia. 305
Stabile & firmum nihil præter Deum. 549
Statio pro ſummo loco & principali. 366. 167
Statii locus de Arcadibus ex arboribus natis 974 verſus ejuſdem ad terram magnifici 944. idem citatus 368. 585 700. 788 809 991
Staturæ ratio non tam habenda in milite quàm virtus. 142 *
Stella divinum corpus, Poſidonia cur 933 ſtellæ ſicut oculi in Univerſo, quibuſdam 919 eas animalia eſſe, nonnullis paratum. 923
Stigmata frontibus hæreticorum in Anglia inuſta. 308
Stilpo nimius prædicator ſolitudinis & ſeceſſus 778. ejus ἀπάθεια à Stoicorum diverſa, & an ac quomodo Latinè dici poſſit. 770
Stobæus correctus 741. Idem citatus. 640
Stoici Philoſophi à quo 947. undè ſic dicti; cum antea Zenonii vocarentur: Cynici, à quibus orti, pene eidem: modeſtiores tamen in diſtinguendis vitiis quàm Cynici 661. laudati porrò: eorumque ſucceſſio 650 651, noſtro dogmati in pleriſq; concordant, teſte Hieronymo 675. cur tamen invaleſcentibus Chriſtianis in viſi 674. in Phyſicis quoad divina excellunt: præcipue autem in Ethicis 632, 671. videntur etiam in doctrina civili 672. ſed cauti in quibuſdam legendi 672. eorum decreta quatenus in animum admittenda 818. 819 in ſcribendo brevitas illis familiaris 653. eorumque dicendi genus ſubtile vel potius ſpinoſum. 666
Stoici nulla bona præter animi agnoſcunt 733 ſupra omnes Philoſophos majeſtatem & providentiam Deo aſſerunt 596. eorum ſecta in multis concors religioni Chriſtianæ, at non undique, præſertim vero Phariſæa 616. tum materiam primam æternam ſtatuentes a quibus e Chriſtianis Patribus refutati 898
Stoicorum multa Paradoxa non ἀδόξα 544. pleraque ea explicata 751. & ſeqq. qua parte autem ab aliis Philoſophorum ſectis maxime impugnentur, & quæ eis objici ſolita 665 666. 789. ea ordine rejecta 667. 668. adeoque ei laudati & quid in partibus Philoſophiæ præſtiterint: deq; eis vel adverſariorum elogia 671-671 672 695 Exempla item virorum magnorum, interque eos etiam Chriſtianorum qui in ea ſecta. 673, ſed a mille amplius annis Stoici nulli. 667
Stoica gravitas &
Stoicum ſupercilium, proverbium 657
Strabo totus Stoicus 674. locus ejus de diviſione terræ explicatus 940 terræ quadrantem a nobis habitatum chlamydi comparat 942. ejus pulcherri, ma ſententia de multitudine legum. 258
Strabo citatus 272. 947. 650. 652. 655. 660. 731 797 915
Stratagemata quid: quo fine, & quæ cauſſa nominis, licitane ea & contra 165. 166. eorumque laus. 167. 168 *
Stratonis abſurda de natura opinio 842. naturam rerum Deum ſtatuit, corpus ſine anima 848. 849. mundum ei à natura factus. 913
Studia, Φιλοπάιγμονα Stoicis quæ. 774
Studioſus Stoicis quis. 702
Studium: quo differat à doctrina 685
Studium virtutis, i. philoſophia. 685
Subditi ad Principem ſe formant 52
Subditi boni faciunt aut ſervant Principes bonos 235. ac contumacia eorum irritatur lenitas imperantis 190 * quo autem bonum Principem remuneratæ teneantur ſubditi. 343
Subditi religioſi magis obediunt 287. * eorum vero probitas regnanti magis expedit quam vitia, contra quorundam opinionem. 51
Subſidia ſemper habenda acie decenturo, fere inſtar inſidiarum. 163 *
Subſtantia eſt, quicquid de Deo concipitur, nihil ut acidens. 852. 854
Succeſſio electione in Imperiis melior, pacatior, ſecurior &c. 26 in bonis & laudabilibus ſemper prævalut 209 præferendam itaque etſi ſua etiam incommoda habeat, & præferendos certos liberos: ætate primos potiſſimum: quamvis quandoque aliter: tum patrium aut fratris majoris filium varie præferri: exemplis ſingulis demonſtrata 212 213.
Succeſſorem ſuum nemo tollit. 371
Suetonius citatus. 435 436
Suffecti Conſules qui. 456
Suggeſtus ſpectandis ludis ad podium Orcheſtræ Principi locatus, qualis & quis rei auctor 441
Suidas citatus 376. 473. 650 656 681
Sullæ domus parum à carnificina abſuit 175. crudelis ejus proſcriptio 603. in

Digitized by Google

præliis præferre solitus & ostentare sigillum Apollinis 207. † dictatura abjecta ad hortos secessit 566
Sulpicianus Imperium licitatus, a Didio Juliano ut in auctione victus 208
Serr: Sulpicius decemvir legg: scribb: 328
Summano natura etsi homo assequi nequeat eo tamen admittendum. 701
Sumtuum modum in republica a certis Censoribus circa ædificia, convivia, vestes, & talia statui utile. 103.104
Superbia externa non ad majestatem. 233 *
Superbia mater Impietatis 146. * in eam remedium cognitio sui. 239*
Superstitio, humanarum mentiumludibrium, Religioni affita, in vanitatem, utilitatem & timorem inclinat 137. in tristibus aut adversis sæpè se insinuat in frivolis aut parvis se ostendit ibid: efficax tamen regendæ plebi. 10. 208*
Suplnum solum, quid. 404
Suppliciis qua prudentia Princeps uti debeat, vitando odio populi. 94 95
Symmachi subtilis impietas. 289 †
Synesius quomodo Homeri versum explicet de Ajacis interitu 992. is citatus. 134*
Syphax regno Masiniſſam deturbat, ipse postea deturbatus. 150
Syrachidis lectio Principi commendata 223. 237
Syrtium quæ causſa Lucano. 952

T.

TAbulæ duodecim legum à Decemviris scriptarum æreq quàm diu manserint: earum divisio incerta fragmenta earum à Lipsio collecta, cum legum Regiarum. 326. 327. & seqq.
Taciturnitas, tutissimum rerum administrandarum vinculum. 51
Tacitus non Historicus solum sed velut hortus & seminarium præceptorum, & quàm is Consiliariis Principum lectu necessarius &c. 216. * totus Stoicus 674. insignis ejus locus de moribus tyrannidis. 606
Tacitus citatus 358. 592. 664. 679. 734. 900
Talisinani Sacerdotes Turcarum 156*
Tantari horti 565
Tanto major? Tanto melior! &c. in laudes adhortatione & comprobatione exclamandi aut applaudendi formulæ. 419
Tarditas in agendis rebus vitanda 288 *
Tarissa urbs Hispan: Carteja sive Tartessus vert. 177
Tarquinius Priscus centum novos senatores allegit. 260†
Tarquinius Superbus scelere & sanguine regnum adeptus 228. in hortis molliter ambulans, descriptus. 566
Tatianus quid Zenoni non benè objiciat 892. quid in ἐκπυρώσει Stoicorum damnet. 900
Tauria Præfectus ab Apelle quodam suspectus Philippo Regi laudando factus. 268*
Tecta ædium sæpè olim plana & constrata. 392
Teles Philosophus, gente Italus. Thebis exsul vixit, vir insignis pro Pythagoreo hab: tus 940. Stilponis tamen assecla, non planè Pythagoreus. 765
Temeritas omnis abesse debet a bello suscipiendo 126. † eriam gerendo: præterquam enim quod stulta, etiam infelix est. 154 †
Temirlancos in cavea ferrea Bajasitem circumducit. 154
Tempestive, non temere pugnandum duci. 160*
Templariorum opibus ad se translatis, Philippus Galliæ Rex haud diu post mortuus. 262
Templum deorum, Mundus Stoicis & aliis. 912
Temporariæ amicitiæ, temporaria ingenia, quid. 793
Tempus inter incorporea Stoicis 907. fusius quid tempus: unde vox ducta, quam breve aut nihil sit, tenendum utiliter & asserendum: ejus enim solius honesta avaritia. 962. 963
Tempora etiam diffita conjungit Deus. 951
Temporum in republica, tum ubique magna sunt momenta. 585
Tempori qui cedit, honeste cedit. 313†
Terentia lex de Quinqueviris aut Decemviris legg. scribb: creandis. 327
Terentius citatus. 84
Terra quid, matrem dici & animal: unde sustentetur firmeturque 944. 945. divisa in aquam & humum 912. punctum tantum comparatione universi 946. quibusdam ossa, aliis venter, aliis pedes universi 920 eam infinitam non magnitudine, sed figura, statuit Homerus 818. cur Vesta appellata, 550
Terra mater Dea. 407
Terra an cœlum vertatur, diversæ tum veterum quã recentiorum opiniones. 936

Digitized by Google

Tertam habitatam quacunque versus insulam esse 940. 941. ejus quadrans qui nobis habitatur, chlamydi comparatur à Strabone sub Æquatore habitari, 942

Terrarum Orbis in quatuor partes ab Oceano secundum veterum plerorumque opinionem secti Leonissmus seu Imago. 642. 643

Terræ motus una nocte XII. urbes Asiæ sub Tiberio prostravit, quoto is Tiberii anno factus, atque in eo quorundam error 550. totidem in Campania alius sub Constantino. ibid.

Tertullianus in omni artium genere tinctus quatenus Philosophos spernat 627. 628. Platonem sua à Trismegisto hausisse ait 632 minutiloquium in Aristotele taxat 631. quauti Senecam fecerit, ut & Nostrum appellet. 630

Tertullianus ingenio Stoicus 675. animam ut Stoici, corpus dixit 993. alibi calumnia ejus in Stoicos in quo etiam Zenoni calumniam struxerit 850 quid ei corpus quid non 906 animam vult innatam 981 animam humanam creditur statuere Dei partem; imò aliquatenus Deum ipsum 985. pertinax traductionis & propaginis animæ defensor, ejusque de ea re locus 980. locus ejusdem de animæ divisione explicatus. 1001

Tertullianus citatus 409. 443. 444. 466. 657

Cor: Tertullius collega Plinii Junioris in Præfectura Ærarii, item in Consulatu. 504

Testamentis subditorum quantum Principibus Romanis acceserit. 424

Testudo in suum tegmen collecta, tuta, quidquid nudat, infirmum est: sic Reguli aviditate complectendi plura, exponunt sed ad omnes ictus. 83

Thales & qui ei adjuncti septem sapientes, auctores Philosophiæ Jonicæ 644. ipse quis, cujas, quid docuerit ibid: qui eum sequuti 644. verum ejus dictum, ne cogitatione quidem Deum falli posse 590. quid ei fortissimum 548. ei Principium rerum aqua 914. quid ei astra 931. opinio ejus de sustentatione terræ, eamque innatare aquæ 945. senem tyrannum se raro vidisse ajebat 189. quomodo unius anni spatio vim grandem pecuniæ paraverit. 782

Thalmudistæ allegati. 993

Theages Pythagoricus de affectibus quid sentiendum. 964

Thebarum Ægypti vix suspectus fam. 550

Themistitan, Mexicani Regni metropolis. 445

Themistocles quàm gloriæ se cupidum ipse professus sit 347. magnanime omen molliores sperneit 224 † quæ similitudine eum pater à regnis gerendis abducere conatus 269. ejus ab Andria pecuniis exigentis dictum 96 & eorum responsum 97. ejus consilium in libertate consulendi in magno periculo imitandum 243 †

Theodahadus Gothorum Rex justitia neglecta sibi suisque multarum cladium auctor 247. ejus modestia 315. ejus apud Cassiodorum præclarum dictum 261

Theodorici Regis apud Cassiodorum judicium rectum in lectione administrum. 251

Theodorus quidam Castomonoita lusicium Imperatorem quasi naso usus. 249 †

Theodorus Stypiota per Catameri Logothetæ calumnias evertus. 247 †

Theodosius Junior de die munia Imperatoria obibat, noctis studiis liberalibus præcipuè Historicis Græcis Latinisque se dabat 184. ejus lex in convictos hæreticos 308. * Nestorium hæreticum relegavit apud Oasin. 509 *

Theodosius ante Justinianum jus reformavit. 259

Theodosius Principibus imitandus, qui sibi Imperatori non plus licere voluit quam per leges licebat privato 240

Theodosii perfidum & crudele Thessalonicæ factum. 604

Theognis citatus. 84. 427

Theologia nostri ævi curiosiore profanatur. 310 *

Theologia civilis quæ: naturalis: quæ Politica vel Fabularis 837. prima Philosophia dicta, quæ. 693

Theophanes Mitylenæus à Pompejo civitate donatus. 310

Theophilus Patriarcha Antiochenus, Stoicis sententiam adscribit plane ipsorum dogmati contrariam 892 ejusdem error alius. 9[illegible]

Theophrastus Aristotelis successor, quæ de Fato censuerit. 5[illegible]

D. Thomas Apostolus Evangelium in Regionibus Orientalibus, India &c. pervexit 143. Thomas Aquinas allegatus 9[illegible]

Digitized by Google

756
Thomas Cantuariensis jussu Henrici II. Regis, ut putatur, occisus. 136
Thrasea Pætus, imitator Catonis, totus Stoicus, à variis laudatus: imò ad ipso Nerone: quodque ei nomen gentile. 674
Thrasea, Dialogus de contentu mortis, à Lipsio scriptus, sed ab ipso suppressus. 595
Thrasylli Mathematici veræ prædictiones Tiberio Rhodi enunciatæ. 163
Thucydides eximiè commendatus viro Politico: sed Consiliario aptior, quàm ipsi Principi 215.* idem citatus. 14
Tiberii pulchra vox de officio boni & salutaris Principis 238. post tantam experientiam ut dominationis convulsus 226. è bono Principe per gradus in omne scelus, flagitium & infamiam prorupit 237. injuriam aliquando patiens, post mutavit 316. cur ab Augusto, ut quidam putavere, adoptatus. 502
Tiberius Imp: natalem suum celebrari noluit 507. diutissimè tyrannidem exercuit 585. ejus animi cruciatibus dilaniati verba. 587
Tiberius Imp: nimis semper sui arbitrii, seque uno contentus. 251. vel ad culpam utriusque linguæ studiis artibusque se dedit 183. Rhodi dum est, circa scholas & Auditoria Professorum assiduus 345. in mandandis honoribus maximè spectabat nobilitatem generis, aut aliam claritudinem personarum 59.* eius cauta cautio in eligendis administris 51
Tiberius Imp: quomodo Thrasylli prædictionum veritatem exploraverit 163. equo non lectica in expeditionibus vectus. 381
Timagines Historicus, protervæ linguæ homo, inque Augustum Imp: injurius: item aliter cognominis Ægyptius, uterque ævo Augusti: & qui 315
Timere nihil, nihil tamen contemnere, boni est ducis. 159
Timoleontis Corinthii modestia 230.* in Siciliam ituro, & cum Icote pugnaturo quæ signa victoriam quasi promiserint. 160
Timon misanthropos non socialis, 778
Timon sillographus quid Platoni objecerit. 640
Timoris sedes in corde. 766
Τιμωρία & κόλασις quomodo differant. 579
Tirones apud Romanos ab anno ætatis decimo septimo scribebantur, 248
Tissaphernes Satrapa Persa in Agesilaum Spartanum quàm infeliciter perjurus. 276
Titianius, se ratus exigua morâ caussam morti Cassii dedisse, se ipse interficit. 156
Titinnius Poëta citatus. 186*
Titus Imp: antè Principatum multo sævitiæ & luxuriæ tumore, in ipso in melius mutatus, amor ac deliciæ generis humani dici meruit periturum se potius quàm perditurum adjuvans. 271*
Toga magistratuum non è purpura, sed purpura prætexta, hinc toga prætexta, cui talis limbus prætextus esset, ditioribus autem sæpè lacernæ totæ purpureæ. 457
Toga in jurisdictione assumta 453. vestis pacis, ideoque ipsi milites custodes Principum in urbe togis vestiti. 393. 394
Tomambais Sultani miserabilis exitus. 231
Tondere pecus oportet non deglubere. 97
Totila Rex militem qui puellam per vim compresserat, capitis damnat, & damnati bona vitiatæ donat. 247
Totum Stoicis quid: disparatum ab Universo. 909. 918
Trajanus Imp: primus alienigena Romanum Imperium adeptus: de vera tamen ejus patria dissensum inter scriptores 416. 380. inferiori Germaniæ præsidens Coloniæ Agrippinæ erat, cùm à Nervia adoptaretur Romæ 371. 372. ea adoptio in quod tempus inciderit 366. quomodo facta 366. 369. verum & velut ipsi proprium elogium Optimi Maximique Ducis ac Principis: ita & optima vox ejus Præfectum suum Prætorii gladio succingentis 238. quæ ipsa tamen jejune à Plinio in Panegyrico suo stricta. 473
Trajanus Imp: summoperè primum quinquennium Neronis prædicabat 227. solicitudo ejus de militibus ægris. 379
Trajanus Imp: unde herba parietaria vulgò vocatus 318. 439. nimis patiens & retinens ministerii mali 260. vini cupidior 437. valde venationi deditus 492. circa puerorum amores hæsisse putatus. 389

Digitized by Google

Tranquilitas animi, seu εὐθυμία & ἀταραξία Democrito ἀγνῶτ quæ 761
Tranquillitas status major in Principatu quàm in aliis rebus publicis. 190
Tranquillus cognomen Nervæ Imperatori datum. 265
Transanimatio, μετεμψύχωσις verti possit. 992
in Transilvania diversæ religiones seruntur. 292
Τραπέζης τὸν ἐν ἅδῃ Proverbium Erasmo malè versum. 556
Tribunal Imperatorium castris è cespite erectum plerumq; ratò & non nisi in hibernis, è lapide. 453
Tribuni mil: adolescentes fiebant Domitiani & circa ævio, Hadrianus nisi plena barba fieri vetuit. 382. 383
Tributum unde dictum 99, quid propriè quot generum: quomodo differat à vectigali: capita & mobiles opes spectat: in quos olim apud Rom: tantum usurpatum: sed Imp: valdè id dilatarunt 402. tributorum quæ remissio facta a Trajano, quæ ab Hadriano. 421
Tributorum olim magnitudo. 602
Tributa quanta moderatione & cautione Principi exigenda imponenda augenda &c. 95. 96. &c.
Tributorum ministri quales plerumque: quomodo a Principe coërcendi: & fraudulenti spongiæ interdum faciendi & exprimendi. 97. 98
Trimumpara Cochini Rex regno ejici maluit, quam paucos fidei suæ confisos Lusitanos Calecutiensi regi tradere 281, 282
Merc: Trismegistus magnus assertor Fati mathematici 553. ejus doctrina cum Mosaica in multis consentit 846 Deus ei post conditorem maximus Sol 929. quid is in Græcis Philosophis carpat 627. 628. ejus locus de triplici in terra natura explicatus 945. Citatus. 844
Triumphales aliquot ritus. 385 386
Triumphantibus a tergo interclamabat servus, Homo es 607
Triumvirorum immanis & infamis proscriptio. 603
Q. Æl: Tubero J. C. & Stoicus. 674
Tulli Hostilii cujusdam legis sensus. 227
Tundi, Sacerdotes Sinensium & Japonensium. 143
Turbarum vulgare remedium in fuga. eaque opinio refutata 527
Turbas externas fruftra in peregrinatione fugit, cui animus turbatus. 58
Turbatores in religione duum generum, & quomodo coërcendi. 305. 309 312*
Turcæ è Scythis oriundi 551. sola militari virtute ministros promovent 259. eorum vanæ superstitiones 141. 142. de sacris disputare apud eos capitale 312 * sed aliis quibusvis religionibus libertatem permittunt 292 * sæpè se lavare eis mos est 245 * in bellis etiamnum legem mancipiorum usurpant 600. eorum in porta Imperiali silentium pæne solitudinis. 433
Turcarum Imperator a pueritia instituti curat pacis aut belli futuros administros 237. * ejus mos in auscultandis occultò Senatorum sententiis 252* filii ejus certo loco clausi, ex quo egredi nisi permissu aut jussu patris non licet 22
Turcici annales citati. 15
Τυπτμένη & τυπτομένη differentia 72
Tyrannis quid sit, & ejus ingenium, mala subjecta oculis tollendane ea, an toleranda: toleranda potius, ut toleretur intemperies æëris 187. 188. 189. * semper crebræ tyrannides & oppressiones: origo quæ eis: sed & inter bestias tyrannis: tum veræ tyrannidis mores. 604. 605
Tyrannus suum bonum quærit, non publicæ 28. 29. vilibus imperare vel securitatis causa, Princeps bonis, gloriæ 465. tyranni exarmant suos 137. tyrannorum etiam est, non legum, plures falsasque religiones inducere firmandi sui causa. 289*
Tyrannicidis divini honores tributi olim a Græcis. V. 189*

V Acillatio aut levis mutatio in consiliis turpis. 242*
Vacuum an & quid, aut quid non 909. 910
Vacuum extra mundum, Stoicis: inque ejus medio mundum librari 917. ea opinio damnata Epicuro. ibid:
Vacuum inter incorporea Stoicis 907
Vacuum Philosophis quod in scriptura Abyssus. 917
Fab: Valens Imperatorem Vitellium interlutat. 207
Valentiniani hæretici. 901
Valentianus Valentem fratrem Comitis Stabuli dignitate ornavit. 615
Valentiani Imp: moderatio in diversas religionum. 313
Valeriæ leges. 97

Digitized by Google

lerius Maximus citatus. 603. 818
ndali-patruum fratris majoris filio in successionibus præferebant 215. 216
rietas delectationem, paritas fastidium parit. 581
rro Consul Cannensi prælio fugiens fortior Paulo qui occubuit cur. 262
rro Græcanicam Philosophiam valdè laudat, sectas tamen ejus fere trecentas recenset 649. totus Stoicus 674. quamvis ἀυτοχειρίαν improbet 815
eria principia rerum apud Samothracas repetisse, ut rem magnam aperit 902 quàm faciat portionem Theologiæ 837. quid ei anima, unde 987. ejus de divisione animæ apud Augustinum locus explicatus 999. 1000. ejus locus de anima mundi apud Isidorum & Augustinum, item divisio mundi secundum mentem Stoicorum 877. 921. 923. quid ei tempus & unde dictum 968. ejus de parte tertæ habitabili apud Priscianum mens explicata. 943
rro explicatus aut citatus 550 605. 684. 690 908. 925. 973 976
rvil: Vatiæ cur solus vivere scire dictus. 427
aticiniis sæpe futura patefacta. 163
ectigale, quod vectigali subjectum aut obnoxium est. 420
egetius citatus. 54 131 *
enicula publica per vias olim disposita. 389
ejoves, læva numina. 884
elasquii virtute comitum Stabuli Castellæ titulum familiæ suæ asseruere 616
oh: Ferd: Velasquio Comiti Stabuli Castellæ inscripta a Lipsio Manuductio ad Philosophiam Stoicam. 655
elle alicui; ἁπλῶς bene velle & favere. 469
elocitas percepto exercitio strenuum facit bellatorem. 142*
enatio usum habet, si modum, & Plato, Xenophon, aliique laudarunt 492, sed ejus studium non magni apud priscos Romanos. ibid:
enationi quæ laqueis & retibus fit, similia strategemata. 157*
endere jus est quæ emeris, sic de dignitatibus corruptione acquisiti* 261.
enena multi præparata habebant in omnes casus morti sibi inferendæ. 813
enetorum Aristocratia ævum millenarium jactat 192 551. ejus regimen medium inter Principatum & Rempublicam. 578
Veneti Florentinis ingenii acrimonia inferiores constantia tamen superiores 240. * nobiliores Venetorum mercaturam exercent. 245*
Venia Principi aliquando plus vindicta proderit in insidias, sed nunquam ea in proditores utendum. 89
Ventus ferens, a puppe Græcanicum. 406
Verba explicatis consiliis facile est accommodare, super eis non litigandum: sed nec multa ea usurpanda. 248 *
Verba nova aptanda novitatibus rerum. 668
Verbosus valde & una sapiens, rarò conspectus. 231*
Verecundia præcipuum ornamentum fœminæ. 496
Verecundia nunquam magis necessaria, quam cum de diis agendum, scitum Aristotelis. 839
Verecundia quorundam parum idonea rebus civilibus. 263 *
Veritas nulli cognita sine Deo, nulli Deus sine Christo. 514 515
Veritas plena est, crescete nec minui potest. 752
Veritatis indoles non est, placere multis 667
Veritas, Principium prudentiæ simul & sapientiæ, pes & caput primoque nota, imo oculus veræ historiæ 213. 214 *
Verum semper bonum, non sic verisimile. 735
Vermina Syphacis filius. 150
Veronenses pauci in aulis, multi Placentini aut Laudenses, sententia proverbialis. 242
Vesica Universi, quibusdam mare. 920
Vespasianus forte elegit, qui judicia extra ordinem dijudicarent, redigerentque ad brevissimum numerum 259. 260 etsi cætera parcus, ingenia artesque fovit vel maxime 320. etiam extreme æger curam reipublicæ non omisit 238. 239 eo Principe statim luxus in multis sponte exolevit 240 quanta ejus benignitas 271. * quanta contrà sævitia in Jul: Sabinum & Eponiam ejus conjugem. 306
Vesperugo Plauti, stella Veneris ἑσπερος Homeri. 550
Vespillones in quam domum veniant, signum est funeris, sic reipublicæ labentis, ad quam fulciendam adhibentur

Digitized by Google

bentur peregrini. 238. 239 *
Vesta quid, unde dicta: aliis ignem, aliis terram esse, deque ea priscæ fabulæ & allegoriæ. 550
Vestium discrimina pro dignitate observanda in bene formata republica. 104*
Veterum præcepta præferenda novitiorum. 338
Sp. Veturius Decemvir Legg. scrib. 328
Via hostibus qua fugiant munienda. 1609
Vices alternæ sive vicissitudo rerum humanarum. 364
Vicesimæ hæreditatium vectigal in usum ærarii militaris ab Augusto institutum: non valde id onerosum aut odiosum: temperatum præterea à Nerva & Trajano, item & Antonino Philosopho. 416. 420. 421
Victi ad pacem inclinare debent, sed ad tutam & honestam. 171 *
Victimas in adventu & auspiciis novi Principis cædere, moris. 395
Claud. Victoris versus de actionibus Dei. 934
Aurel. Victoris dissensus a Dione 361
is citatus 366. 379. 432. 441. 473
Victoriæ vera, quæ Floræ. 166 *
Victoria, non bona conscientia, proterve litigantis est præmium. 259
ex Victoria belli civilis plerumque existit tyrannis. 194 *
ad Victoriæ usum tria præcepta. 168 *
Vites personæ cur non promovendæ ad dignitates, causæ etiam cur alii aliter censeant 259. * viliam hominum consiliis non utendum. 257 *
Vincere facilius quædam quam tenere. 82
Vindicta divina lente & ordine progreditur. 585
Vinosi viri aliquot magni cum excusatione justissima. 437
Violentia arcenda a milite ne provinciales infestet, nec passim rapiat 149 *
Vipera admista theriacæ salubri effectu: sic pœnis suis humanas quasdam noxas intemperat Deus, sine noxa castigatorum. 575
Viri cur fœminis præferendi in Principatu. 193
Virum muliebres munditias sectari turpe. 232
Viri celebres & sapientes, in domo Principes decori. 236 *
Vir bonus an misceat se bellis civilibus? quæstio utrimque agitata: & cum discrimine aliquo personarum definita. 191. 192 *
Virgilius Platonissans quibus dogm 318. ejus versus de stellar sidera jacentes, de novo orbe intelligendos, quomodo.
Virgilius citatus 406 435. 846. 97
Virgines, quæ sibi, ne pollineri mortem conscivere, quomodo set Augustinus.
Virtus propriam hominis bonam, mortalis, præeminens cæteris bus, familiaris & exposita, lum in turbis, & quod ejus 7
Virtus, Sapientia Stoicis & comm. doceri potest, Cynicis & Stoicis nec sensum nec sensum eligit.
Virtus omnis in actione consistit non dedicitur Senecæ. 799. divisiones Boni permeat 736. posita nihil detrahunt, ut Sofi bulæ 754. recta est, flexuram cipit.
Virtus sola sufficit ad beatitatem, cis nec externa aut fortuita 729 virtutes specie distinctas. cellentia etiam disparant Philosophi, tum Theologi, quàm Stoici 756. ei enim ipsas, non in materie condi omnesque pares esse, itemque viduas asserunt, ita & vitia, Paradoxum explicatum 757. quid eisdem è Virtute, cundum virtutem vivere
Virtus & vis firmant regnum qua præcipuum principatus quæ, quotuplex, & quomodo da.
Virtus ante omnia Principem decet enim cum prudentia suis solutum eum facit, Principi convenit ex decoro, fama & virtutes etiam minores ei, si cessariæ, & utiles
Virtus sola spectanda Principi in ne ministrorum, sed ubi paries concursus Nobiles antehabeuch, virtute dignitates emendæ 160. sed tyrannis virtus aliena formi
Virtutes quæ potissimùm in duce requirantur 153. in milite autem germanæ virtutis notæ 140. vero militaris, quies & firmit rum.
Vis & virtus firmum & tranquillu goum faciunt, & in quo vis ill

Digitized by Google

fiet 73. contra, vis & vitium faciunt evertendo regno ibid: & in quo ea vis consistet. 86. 87. 88.
Vis aperta honestior specioſa fraude 40
Vis illata vi propulsari potest. 128*
Vita & mors inter indifferentia Stoicis. 808
Vitæ ille Dominus tantum, qui dedit 816. ejus amor, quasi custos carceris nostri. 896
Vita civilis quid 7. in societate est. 22
Vitam qui suam contemsit, si vult domus alienæ. 87
Vitæus, primus Sinarum Rex. 192
A. Vitellius Imp. militari electione præeunte Fabio Valente, Imperium adeptus. 207
Vitia omnia paria, ut & virtutes esse, & vitia omnia in omnibus, seu, omnia habere, qui unum, item stultos omnes insanire, Paradoxa Stoica explicata. 803. 804
Vitia adulta & prævalida omittere potius est, quàm palam facere quibus flagitiis impares simus. 66
Vitia Principum, aut eorum opinio, odium illi subditorum pariunt, & quæ potissimum. 93
Vitium & vis evertendo regno faciunt 73. vitium in quo consistet, id duplex: quomodo Principi evitandum 92 & seqq.
Vix vocula, Latinis quoque negat. 314
Ulpianus citatus. 167*
Umbram tuam metire. dictum Archidami Spartæ Regis ad Regem Philippum Macedonem. 587
Ungues rodere, diligentiæ & arrentionis. 657
Uni non omnia data. 633
Unio & Binio Pythagoræ Principia rerum, quæ Stoicis Deus & materia. 841
Universum Stoicis non corpus 909. differens à toto & mundo 909. ejus cultus seu conservatio exigit nonnunquam clades publicas 580. quare & quomodo 586. 581. in eo proprie nil interit, sed mutat 581. Universi quid quidam caput, aures, vesicam, ossa &c. imaginentur. 920
Unus, imò unitas, Deus, Pythagoræ, Stoicis, aliis. 852
Voconia lex. 425
Vocum distinctiones Stoicis usurpatæ, ad rem faciunt, non pro logomachiis aut periergiis habendæ. 743-744
Voldemarum Marchionem Brandenburgensem molitor quidam se dicens post trienni lusum tandem combustus 221
Volubilitas rerum considerandæ in Fato. 100
Voluntas Dei, Fatum Homero 859. voluntas in Deo Græcis Theologia duplex, & quæ. 876
Voluntas humana eximia in rebus agendis 12. libera est, eaque inter causas secundas fati, nec cogi potest ut velit quod non vult 559. à fato immunis, ad mala nisi à se non impellitur 209. 210.* voluntatis mala, efficiens optetis mali, voluntatis malæ efficiens nihil. 871
Voluptas quid, oppositæ gaudio. 759
Voluptates externæ animum male affectum solari videntur, sed non verè: ut pictura oculos delectat, sed non diu. 529
Voluptatibus mediocribus populi ferocia domanda à Principibus. 77
Vopiscus citatus 367. 406. 929
Vota obsignata in tabulis, ubi ea nuncupata eaque simpliciter sæpe solennia dicta &c. 473
Vox, & similia, Stoicis & Epicureis Corpora. 904. 905
Urbes XII. Asiæ terræmotu una nocte prostratæ sub Tiberio. 550
Urbium magnarum exitia. 550
Urbicolæ non tam boni militiæ, quàm agrestes. 140 141*
Urbinii Panopionis proscripti servus pro Domino se cædi passus. 284
Urchan, Osman & Murat, Turcici Imperii principui fundatores, quantæ in sua lege sanctimoniæ. 136*
Ure, seca, παροιμιώδη sermo, & quomodo intelligendus 280. 281. 282
Usus prudentiæ parens, & quid. 16. 17
Usus χρεία & utilitas ὠφέλεια ut Zenoni differant. 742
Utesos seu folliculos quosdam in terra imaginantur Epicurei, ex quibus progeniti animantes. 974
Utile nihil quod non honestum. 169
Utile valde quicquid est, idem honestum videtur vafris Principibus. 119*
Utilia honestis miscenda sæpe Principi. 111*
Bon: Vulcanii Epigrammata in Constantiam Lipsii. 524
Vulcatius Gallicanus citatus. 144* metu coërcendum 78. imperanti noscenda

Ex in-

Digitized by Google

Et inprimis ejus natura: sui videlicet, vicini, & in genere omnis. 66
cum Vulpe vulpinandum. 111 *
Vulpina pellis assuenda, ubi deficit leonina. 112*
Vulpecula nescit cum quo ludat, proverbium Hispanorum. 235 *
Uxoribus raro communicandæ cogitationes de republica 300. quales tamen uxores Principibus aliquando, sed raro audiendæ, 301 *
Uxorum carissimæ maritos defunctos apud quasdam gentes comitantur. 145*

X.

XAca communis olim religionis doctor Sinensibus & Japonensibus. 144
Xamolxis Getis opinionem migrationis animarum inseruit. 993
Xanthippus rebus olim Carthaginiensium restitutis, prudenter paulo post in patriam rediit. 266*
Xeniades emtu Dominus Diogenis Cynici. 787
Xenophanes Colophonicus caput Philosophiæ Eleaticæ, quique ejus sectatores audiscipuli. 648.
Xenophanes Philippi Regis ad Annibalem legatus, à Romanis captus eos eludit: frustrà idem secundò conatus: 156. 157
Xenophon, suavis & circumspectus scriptor, sed sententias rarò miscens, viro politico legendus: is Thucydidem, quem supprimere potuisset, candidè vulgavit 215* de Principatu scripsit, sed non convenienter ad hoc ævum, Cyrus ejus nihil omninus etiam Principi legendus 222. * idem citatus. 28
Xerxes Dario patre jam rege natus, Artemenifratri majori, sed nato patre adhuc privato in successione regni prælatus 213. dictum ejus, sed insolens & stultum. 250 *
Xilini, ut videtur, allucinatio 180, idem explicatus aut citatus. 604

Z.

ZAleucus Rex paucas & simplices leges dedit 158. rigidus legum suarum in se filioque adultero observator 241. eas a Pythagora hausit. 639
Zasso præfectus sacrorum Sinensibus item & Japonensibus. 143. 144
Zelandiæ insulæ duæ diluvio petere patrum memoria. 550
Zelebis Calender pietatis velo tectus Anatoliam turbans, à Turcis cæsus. 297
Zeno Citiæus Phœnicius, à quo Stoici, à vita, doctrina & sapientia laudatus: è mercatore Philosophus: ubi vixerit: fere centenarius sine morbo sibi mortem, quod etiam fas esse decreverat, intulit: ubi sepultus: & quæ scripserit 647. 650. 813. finis Philosophiæ eidem, convenientia vitæ, id est, idem semper velle atque idem nolle: eaque sententia explicata 717. 718. quomodo fatum definiverit 555. inter virtutem & malitiam (inter quæ Profectus statuunt Peripatetici) nullum medium admittit 804. opinionem e sapientis suo, quem in exemplar formavit, removit 773. item omnes affectus 765. 766. sententia ejus quomodo Deus mundum creaverit 913. 914. contra senectam defensus, quoad ebrietatem sapientis 799. ipse à poculis non abhorruit 800 libertatem Doctrinæ inutilem professus 624. quæ ei olim objecta 665. à calumniis vindicatus 667. Pictus fronte contracta, quis severus & supercilliosus 61*
Zeno Eleates Philosophus an aliter. Nihil esse. 691
Zeno Sidonius, Chrysippi Stoici discipulus & successor. 640 614
Zenobia Palmyrenorum regina virago, ea ab Aureliano Imp: non tam victa quàm fracta 201. maritus ejus Odenatus Mæonii consobrini sui insidiis sublatus. 201
Zenodotus Stoicus, Diogenis Babylonii discipulus. 660
Zeuxis Junonem effigiaturus quid fecerit. 128.
Zoroastres citatus. 27*
Zosimus citatus. 601

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

